COMMENTARIA AD CONSTITUTIONES APOSTOLICAS, SEU BULLAS SINGULAS...

Digitized by Google

Digitized by Google

COMMENTARIA
AD
CONSTITUTIONES
Apoſtolicas,

SEU BULLAS SINGULAS
SUMMORUM PONTIFICUM

In Bullario Romano contentas ſecundùm collectionem CHERUBINI,

INCIPIENTES


A DIVO LEONE MAGNO.

AUCTORE

VINCENTIO PETRA

S. R. E. PRESBYTERO CARDINALE
Tituli Sancti Onuphrii.

TOMUS TERTIUS.



VENETIIS, MDCCXXIX.

Ex Typographia Balleoniana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

Digitized by Google

ELENCHUS CONSTITUTIONUM SEU BULLARUM, AC MATERIARUM,

Quæ in hoc Tertio Tomo continentur.

INNOCENTII IV.

CONSTITUTIO I.
incipiens (*Cùm adverſus.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. Vita Pontificis Innocentii IV. ejuſque electio ad Summum Pontificatum, ac geſta præcipua recenſentur. De Galero Rubro dato Cardinalibus, & Roſa aurea Principibus, certis anni temporibus mitti ſolita. Cauſa hujus Conſtitutionis. Pleraque de hæreſis labe, & de Conſtitutionibus, ac pœnis contra hæreticos à Friderico Imperatore inflictis, quæ in hac Bulla comprobantur. pagina 1.

Sectio I. An poteſtas puniendi hæreticos ſit privativè penes Eccleſiam. Plura de hæreſis nomine, & eſſentia, ac quæ requirantur ad eam conſtituendam. Nunquam toleranda, ac ſemper punienda. Crimen hæreſis pertinet ad forum Eccleſiæ, non autem laicale, ubi plura de cauſis hæreticalibus, coram quo Judice ſint pertractandæ, & an per modum actionis, vel exceptionis agitandæ, & an, ac quo pacto executio pœnæ ſit facienda per Judicem Laicum. 2

Sectio II. De uſu concremandi hæreticos, & quando locum habeat. De Patarenis hæreticis. De pœna ignis; & quòd juſtè adhibeatur contra hæreticos, ac quo tempore hic uſus inceperit; qui dicatur hæreticus impœnitens, vel qui ad pœnitentiam nequeat admitti. De hæreticis relapſis, remiſſivè. An pœna ignis, vel alia à jure inflicta hæreticis, poſſit augeri, vel minui à poteſtate laica. 5

CONSTITUTIO II.
incipiens (*Impia.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De Secta Judæorum, ac aliquibus impiis eorum ritibus in Libro Thalmud contentis, ac de dicti uſu, prohibitione, & combuſtione. De cauſa hujus Bullæ, necnon de combuſtione aliorum Librorum Judæorum. De pœnis tam contra Judæos, quàm Chriſtianos retinentes, aut legentes dictos libros. 8

Sectio I. De uſu comburendi libros hæreticorum, & de obligatione eos deferendi Inquiſitoribus; ubi de hoc plura. An quis evitet pœnas contra retinentes libros hujuſmodi; ſi eos auctoritate propria comburat, nec deferat Inquiſitori; & quid quoad Judæos circa librum Thalmud, alioſque eis prohibitos. 10

Sectio II. Quatenus Judæis ſit prohibitum habere Nutrices, ſeu Servientes Chriſtianos; ubi de cauſa hujuſmodi prohibitionis, & pœnis, & an prohibitio procedat in domibus, vel extra, anve deſuper dari poſſit diſpenſatio, & à quibus; necnon de pœnis Chriſtianorum inſervientium. 12

CONSTITUTIO III.
incipiens (*Ad Apoſtolicam.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De condemnatione, ac depoſitione Friderici II. Imperatoris in Concilio Lugdunenſi I. ejuſque exceſſibus. Pluribus exemplis, ac rationibus poteſtas Summi Romani Pontificis ſupra Imperatores & Reges enucleatur, tam in Concilio Generali, quàm extra illud. 14

CONSTITUTIO IV.
incipiens (*Devotionis.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De jure Monaſteriorum Regularium ſuccedendi in bonis, quæ obveniunt Profeſſis ex ſucceſſione propinquorum, aliorumque. De quibuſdam Regularibus, qui à tali jure abſtinent. 16

Sectio I. De ſucceſſione Monaſteriorum Ciſtercienſium, aliorumque Regularium in hæreditatibus, aliiſque obvenientibus Profeſſis, ubi remiſſivè quoad feuda, & majoratus continentes juriſdictionem. De dicta capacitate ſuccedendi, tam de Jure, quàm ex Regulis peculiaribus, & Bullis Apoſtolicis quoad varias Religiones. De iis, quæ non ſuccedunt, necnon de locis, ubi adeſt excluſio, & quomodo: An Monaſterium mediatè, vel immediatè ſuccedat, & an poſſint Profeſſi abſtinere, vel repudiare ſucceſſionem ſibi obventam in præjudicium Monaſterii, ita ut fiat locus ſubſtituto. Quid dicendum ſi Profeſſus ſit mortuus ante aditam hæreditatem, an jus adeundi devolvatur ad Monaſterium, & quid de jure in ſpe. An Monaſterium habeat ſucceſſionem ex perſona Novitii. Quomodo Monaſterium ſuccedat ex perſona Profeſſi in legitima eidem competente, vel potiùs debeatur legitima Parentibus in bonis Profeſſi. An Monaſterium ſuccedat ex perſona filii Profeſſi quoad bona Matris binubæ; ubi declaratur textus *in leg. fœmina, Cod. de ſecundis nuptiis*, cum concordantibus. 17

Sectio II. An, & quando Monaſterium excludat ſubſtitutum à ſucceſſione Profeſſi gravati ſub conditione, *ſi ſine filiis decedat*, ubi plura de hujuſmodi ſubſtitutionibus, quando Monaſterium ſuccedat loco filii, & quando Monaſterium non excludat ſubſtitutum, cum plurium caſuum enucleatione. An, & quibus verbis excludi poſſit Monaſterium, & quibus conjecturis, vel caſibus id convincatur. Quid in caſu, quo fuiſſet ſubſtituta ſola Cauſa Pia, vel hæc ſimul cum profana; & an portio cauſæ profanæ accreſcat Cauſæ Piæ ſubſtitutæ, vel Monaſterio. Quid dicendum, ſi gravatus ingrediatur Monaſterium eo animo, ut ſubſtitutus hæreditate fideicommiſſaria defraudetur. An in caſu, quo Monaſterium excluditur à ſubſtituto, id ſtatim eveniat, vel poſt obitum Profeſſi, interim ſuccedente Monaſterio, ubi plures caſus diſtinguuntur, etiam inter Monaſteria incapacia in communi, vel capacia. De caſu quo adſit conditio, *ſi ſi-*

ne filiis deceſſerit, an Monaſterium ſuccedat, quatenus quis habeat filios, & ingrediatur Monaſterium; ubi plures diſtinguuntur caſus, præſertim Religionis incapacis in communis poſſidendi, ubi etiam de fideicommiſſis aliqua innuuntur. 23

CONSTITUTIO V.
incipiens (*Religioſam.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De approbatione Congregationis Monachorum Sylveſtrinorum ſub Regula D. Benedicti. De ejuſdem Congregationis origine, ac progreſſu, & de unione cum illa Vallis-Umbroſæ, & deinde nova ſeparatione, ac præſenti illius ſtatu. De privilegio ejus Abbatis Generalis circa Pontificalia, ac uſum Mantellettæ. 28

Sectio Unica. De receptione Sacrorum Oleorum facienda per Regulares ab Epiſcopo Diœceſano, vel alio, ubi nonnulla attinguntur circa Olea Sacra. Examinatur quomodo procedat ſubjectio Regularium erga Ordinarios locorum quoad ſuſcipienda ab eis Olea Sacra, quòdque privilegia eiſdem conceſſa non ſuffragantur, uti revocata in vim damnatæ propoſitionis ab Urbano VIII. De pluribus ſpeciebus Oleorum Sacrorum, ac eorum materia. De Oleo Cathecumenorum, & Chriſmatis, an ſit in eo neceſſarium Balſamum. De Oleo Infirmorum quo tempore, loco, & quibus Miniſtris conſecrandum ſit. Ubi, & quomodo ſit peragendum in Cathedralibus æquè principaliter unitis. Sacra Olea à quibus Eccleſiis reſpectivè recipi debeant. Quid apud Græcos, & an gratis. Regulares quæ Olea recipere debent ab Epiſcopis Diœceſanis. Regulares quibuſnam perſonis miniſtrare valeant Oleum Infirmorum, ſeu Extremam Unctionem, ubi ad rem de Profeſſis, Novitiis, Oblatis, Converſis, Servientibus, & Hoſpitibus; quid dicendum de Prælatis Nullius circa receptionem Olei Sancti. 29

CONSTITUTIO VI.
incipiens (*Quæ honorem.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De mitigatione Regulæ Fratrum Eremitarum B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo, cum aliis ad hanc Religionem pertinentibus. Plura adnotantur mitigata ex primævo Inſtituto. 33

CONSTITUTIO VII.
incipiens (*Cùm tanquam.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De Eccleſiis Fratrum Minorum Conventualium S. Franciſci, & qua ratione Conventualium denominentur. 36

Sectio I. De Eccleſiis Collegiatis, & Conventualibus, ac de electione Prælatorum earundem, ubi de Fratrum Conventualium denominatione. De multiplici diviſione Eccleſiarum, & quæ dicatur Collegiata, aut Monaſtica; effectus qualitatis Collegiatæ, ſeu Conventualis, & primò quòd Caput ejus ſit promovendum per electionem Canonicam, & quid ſtantibus reſervationibus Apoſtolicis. An poſſit Patronus acquirere juſpatronatus in Eccleſiis Collegiatis, ſeu Conventualibus, & quid quoad alias honorificentias, & quas. An requiratur Privilegium Papæ, vel ſufficiat Ordinarii auctoritas ad acquiſitionem hujus juris præſentandi. An talis incapacitas præſentandi Rectorem in Eccleſia Collegiata procedat, ſi ea ſit talis habitu tantùm, & non actu. An ad illud jus acquirendum requiratur, unà cum Privilegio Apoſtolico, conſtructio, aut dotatio, & quæ? An dictum Privilegium poſſit præſumi, & quo lapſu temporis; & quid ſi perſona Patroni ſit potens. 36

Sectio II. De auctoritate interponenda, aliiſque conditionibus in erectione Eccleſiarum Collegiatarum requiſitis, & de ſignis, ex quibus Collegialitas probatur: an requiratur auctoritas Papæ, ut aliqua Eccleſia Regularis, vel Sæcularis dicatur Conventualis, & Collegiata. An retineat nomen Collegiatæ, ſi Collegium deſinat, & quomodo probetur qualitas Collegialitatis, ubi de pluribus ejus ſignis, & quatenus Collegiata cenſeatur inſignis. An in Eccleſia Collegiata teneantur Canonici, & quomodo ad quotidianam officiaturam in Choro. 41

CONSTITUTIO VIII.
incipiens (*Cum Fratres.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De banno publico, ſeu confiſcatione bonorum hæreticorum, ubi plures declarantur leges, & Conſtitutiones Apoſtolicæ; an hæc Conſtitutio certis locis directa, ſit univerſaliter ſervanda. An pœna hæc confiſcationis incurratur per hæreticos ipſo jure, vel requiratur ſententia condemnatoria. Quatenus hæretici dicantur amittere, vel retinere dominium bonorum, poſſeſſionem, aut uſum. An poſſint agere in Judicio pro credito, vel iſtud amittant. An valeant alienationes per ipſos factæ. 47

CONSTITUTIO IX.
incipiens (*Ad extirpanda.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. Cauſa hujus Conſtitutionis indicatur, & labes hæreſum eo tempore graſſantium. De legibus 38. contentis in hac Conſtitutione circa pœnas hæreticorum, aliaque, & præſertim circa demolitionem domorum illorum. De hujuſmodi pœnæ origine, & in quibus caſibus procedat, necnon de ſalis aſperſione in ſolo domus everſæ. 50

CONSTITUTIO X.
incipiens (*Cùm Venerabilis.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De cautione præſtanda coram Inquiſitoribus per fautores hæreticorum, necnon hæreticos ipſos redeuntes ad Eccleſiæ obedientiam, de Fide Catholica firmiter tenenda, ſeu favore hæreticis non præſtando, & an debeat eſſe ſolùm cautio pecuniaria, vel requiratur fidejuſſor, & cui pœna applicetur. 52.

CONSTITUTIO XI.
incipiens (*Magis.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De Canonizatione S. Petri Veronenſis Martyris. 54

Sectio Unica. Recenſetur Ordo in Martyrum Canonizatione ſervari ſolitus, atque expenduntur principaliora requiſita, quæ antequam ad eorundem Canonizationem deveniatur, examinari ſolent; ubi de proceſſu, & neceſſariis probandis ad Martyrium, tam ex parte Tyranni, quàm paſſi. 55

CONSTITUTIO XII.
incipiens (*Solet annuere.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. Plures Regulæ à D. Franciſco inſtitutæ dicuntur, & præcisè agitur de Regula S. Claræ, ejuſque approbatione, aliiſque ad ejus Moniales ſpectantibus. 59

Sectio I. De paupertate in communi Monialium S. Claræ, aliarumque. De dotibus Monialium, ubi quatenus ſit permiſſa dictis Monialibus, & aliis poſſeſſio bonorum in communi; quid dicen-

Digitized by Google

dicendum juxta verba Concilii Tridentini, & quid ſervetur in Monialibus Capuccinis. De dotibus, ſeu eleemoſynis dotalibus in ingreſſuris, & quatenus non permittenda ſit quæſtuatio. An dictæ eleemoſynæ dotales ſint permiſſæ abſque labe ſimoniæ. Quatenus in receptione ad profeſſionem quidquam valeat recipi, vel non, tam pro Monialibus numerariis, quàm ſupranumerariis, & Dos an ſufficiat, ſi ſit minor legitima; & quid ſtante Statuto excluſivo fœminarum; & quatenus conſtituatur à Patre, vel fratre, ac aliis; & quid ſi puella velit profiteri in Monaſterio, in quo requiritur major dos. Numerus Monialium debet præfigi in quocumque Monaſterio, & à quo Superiore; ac quomodo; an dos numeraria poſſit augeri, vel diminui, & in quibus caſibus, & an à Superiore, vel Monialibus, ubi de forenſi, de ſecunda, aut tertia Sorore, ac aliis ad rem. An Converſæ dicantur de numero, & an admittantur ſine dote ad profeſſionem. Inveſtimentum an requiratur in dotibus prædictis tam numerariarum, quàm ſupranumerariarum Monialium. De modo deponendi dotes in ingreſſu puellarum, aliiſque ad hanc praxim, & an detur hypotheca legalis Monaſterio contra bona depoſitarii. 60

Sectio II. Quatenus dotes Monialium cum dotibus nubentium in ſæculo conveniant, ubi expenduntur nonnulla quoad legata ſubſidiorum dotalium, & quoad obligationem dotandi reſpectu fratrum. An quis poſſit legare majorem dotem alicui in caſu Matrimonii Carnalis, quàm Spiritualis, ubi plures diſtinguuntur caſus, & quatenus debeantur tempore ingreſſus, vel legati. Quatenus legatum relictum pro Matrimonio Spirituali, non poſſit prodeſſe pro carnali, vel è contra, ac de recurſu ad Papam quoad hoc, & quoad mutationem Monaſterii contemplati. An ſi Teſtator reliquerit dotem Puellæ, cum præfixione termini ad ſe Monacandum, ſufficiat habitus receptio, ac quatenus detur reſtitutio in integrum contra tempus aſſignatum, & de caducitate quatenus non intret. An hujuſmodi legata dotium proſint pro Monacandis Viduis, quæ in Monaſterio profiteantur. Quid ſervetur circa hujuſmodi ſubſidia dotalia urbis, & præcipuè Sanctiſſimæ Annunciatæ, & an ea debeantur Virginibus Bizochis, ſeu Tertiariis viventibus in Domo, & quid ſi degant in Conſervatoriis, & Monaſteriis ſine tribus Votis, & ſine Clauſura, & an in iſtis dicatur verificari dos, & quid in Monaſterio Turris Speculorum Urbis. Dos, quæ datur Monialibus, acquiritur Monaſterio ſtatim poſt profeſſionem, tametſi ſtatim decedat profeſſa; quid autem ſi moriatur novitia, vel egrediatur. An Monaſterium, & Moniales poſſint aliquid recipere ultra dotem à profeſſura, ubi plura circa hanc materiam permiſſam, vel prohibitam; & de pœnis hujuſmodi prohibitorum. Nomine dotis Monialium veniunt quoque appendices, nempè expenſæ, vitalitium, &c. & quid ſervetur in certis Monaſteriis; quòd paupertas religioſa nequeat diſpenſari à Papa etiam in Monacho. Remiſſivè. 67

CONSTITUTTIO XIII.
incipiens (*Olim.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. Canonizatio Beati Staniſlai Epiſcopi Cracovienſis, cum ejus geſtis, ac Martyrio à Boleſlao Rege Poloniæ paſſo. 75

Sectio Unica. Quatenus Chriſti Fideles Martyrio ſe exponere, ſive illud declinare poſſint, & an in Canonizatione Martyris examinari oporteat vitam anteactam, atque requirantur miracula, ubi plura in praxi explicantur circa prædictorum probationem. 75

CONSTITUTIO XIV.
incipiens (*Sub Catholicæ.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. Plura quoad ritus Græcorum à Papa Innocentio IV. in hac Conſtitutione diffinitos enucleantur; de erroribus Græcorum, & ſchiſmate, ac pluribus diverſo tempore unionibus cum Sede Apoſtolica hiſtoricè percenſitis, ſignanter de cauſa hujus Conſtitutionis. De permiſſione, ac prohibitione aliquorum rituum Græcorum. Græci quatenus teneantur Conſtitutionibus Eccleſiæ Latinæ parere; quædam declarantur quoad ritus eorum circa Baptiſmum, ubi de trina merſione, ac de forma, materia, miniſtro, & aliis etiam juxta ritum Latinum diſputatis. An Græcus poſſit eſſe patrinus Latini, vel è contra. De S. Chriſmate, ut à ſolo Epiſcopo miniſtretur Confirmandis. De ejus Olei confectione, ubi de Balſamo, ac aliis ad materiam Olei Sancti Græcorum, & à quo recipere illud debent. An Confirmationis Sacramentum valeat ſine Balſamo cum ſolo Oleo, vel cum Oleo Infirmorum. De ejus miniſtro tam apud Græcos, quàm Latinos, ac forma, necnon uſu confirmandi pueros apud Græcos; & quid apud Latinos. An Confirmationis miniſtratio poſſit delegari non Epiſcopo. An confirmet, necne, & licitè Epiſcopus non Diœceſanus, & an licentia ſimplici Presbytero ſoleat dari, & quo tempore debeat miniſtrari ab Epiſcopis Sacramentum Confirmationis, anve quidquam poſſit recipere tempore ejus adminiſtrationis ratione procurationis Epiſcopus confirmans. 78

Sectio Unica. De nonnullis Græcorum ritibus in Sacramentis Extremæ Unctionis, & Euchariſtiæ, ubi in hoc de abuſibus apud Græcos, præcipuè de aqua calida adhibita in Sacrificio; & de aſſervatione Sacramenti Euchariſtiæ, ac de abuſu ſerviendi Altari per Mulieres; & quid in his in primitiva Eccleſia. De Canoniſſis permiſſis in Eccleſia Latina. 86

CONSTITUTIO XV.
incipiens (*Cum Negotium.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. Enunciantur quamplurima privilegia conceſſa Inquiſitoribus, & præſertim illa in hac Conſtitutione ab Innocentio eis elargita, quorum primum eſt interpretandi ſtatuta Eccleſiaſtica, & Laicalia in hæreticos lata, ubi plura pro intellectu talis privilegii adducuntur. 89

Sectio Unica. Quatenus filii hæreticorum priventur dignitatibus, ac Officiis publicis, necnon Beneficiis Eccleſiaſticis, ubi plura de hac pœna in Conſtitutione contenta enucleantur, & contra quos ea procedat. Quòd dubia interpretari debeant ab Inquiſitoribus, ſupra quas dignitates, & Beneficia cadat privatio, ſeu inhabilitas; ac ad quem gradum extendatur, & ad quos filios ſeu deſcendentes; & an procedat in filiis fautorum, defenſorum, receptatorum hæreticorum, & ſuſpectorum de hæreſi, necnon an comprehendat filios genitos ante, vel poſt delictum; & an hujuſmodi pœna percutiat Beneficia obtenta poſt delictum, vel ſaltem ante condemnationem, & an poſſint permutari Beneficia. An nomine Beneficiorum in hoc comprehendantur penſiones. An dicti filii ſint inhabiles ad Ordines Eccleſiaſticos, & an incurrant infamiam, quidve

Digitized by Google

quidve ea importet. An ſint Irregulares, & quando Filii & Nepotes hæreticorum, eorumque fautorum has pœnas evitent. Remiſſivè. 90

CONSTITUTIO XVI.
incipiens (*Quia tunc.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De munere Inquiſitorum commiſſo Patribus Conventualibus cum pluribus facultatibus, ubi de origine, & cauſa Tribunalis Sanctiſſimæ Inquiſitionis, & Inquiſitorum, & quibus tale munus commiſſum fuerit, & quomodo procedant Epiſcopi contra hæreticos. An contra exemptos, & quomodo procedant Inquiſitores, an jure ordinario, vel delegato, & quid de Capitulo Sede Vacante, & Prælatis Inferioribus, ubi plura enucleantur quoad juriſdictionem prædictorum, & Vicariorum ab Inquiſitoribus deputatorum, & an poſſint ſubdelegare, ac quomodo. 96

Sectio Unica. De Quæſtoribus Eleemoſynarum. De facultate Inquiſitoribus conceſſa Prædicatores quæſtuarios coercendi, & eoſdem Quæſtuarios à prædicatione prohibendi. Notantur plura circa abuſus Quæſtorum Eleemoſynarum improbatos per Sac. Concilium Tridentinum, & quomodo permitti poſſint cum requiſitis ibi expreſſis. De Regularium Mendicantium quæſtuatione. Remiſſivè. 100

CONSTITUTIO XVII.
incipiens (*Ut nihil.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De Cruceſignatis, de quibus in hac Bulla fit mentio, plura adducuntur. Hi fuerunt inſtituti ad hæreticos profligandos, de eorumque origine, ac privilegiis, & Indulgentiis, necnon de eorum Societatibus, & Confraternitatibus plura adducuntur, & an ſint ſub juriſdictione Inquiſitorum. 101

CONSTITUTIO XVIII.
incipiens (*Noverit.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De pœna Excommunicationis, & aliis pœnis ſpiritualibus contra hæreticos, ac de hæreſi ſuſpectos ſtatutis, & inſuper contra hæreticorum fautores, & an hujuſmodi pœnæ incurrantur ipſo jure, & ſint reſervatæ, & cui. De hæretico interno, & mentali, ac occulto; à quibus abſolvi poſſit tam in foro interno, quàm externo. An hæretici, uti excommunicati, ſint vitandi, ubi de *Extravagante Ad evitanda* lata in Concilio Conſtantienſi. De altera pœna contra hæreticos, prohibitæ nempè Eccleſiaſticæ Sepulturæ, ubi materia hujus pœnæ enucleatur. 102

CONSTITUTIO XIX.
incipiens (*Malitia.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. Continuatur tractatus originis, & progreſſus Cruceſignatorum contra hæreticos, necnon indultorum, & privilegiorum eorumdem; & an veniant ſub nomine Cruceſignatorum Familiares, & Miniſtri Inquiſitorum, ubi de iſtorum privilegiis quoad Indulgentias, aliaque ſpiritualia, necnon quoad forum, itaut ſubjiciantur Inquiſitoribus tam quoad Cauſas civiles, & criminales, quàm Beneficiorum; & quid quoad lucrandas diſtributiones eorumdem Beneficiorum. 109

CONSTITUTIO XX.
incipiens (*Dei Virtus.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De Convocatione Concilii Generalis Lugdunenſis I. ejuſque cauſa, ac hiſtoria. Et innuitur depoſitio Friderici II. Imperatoris in eo facta. 110

CONSTITUTIO XXI.
incipiens (*Novum.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De Canonizatione B. Eadmundi Cantuarienſis Archi-Epiſcopi Confeſſoris, ejuſque die feſto. 111

ALEXANDRI IV.

CONSTITUTIO PRIMA
incipiens (*Cum à nobis.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. Vita, & electio in Summum Pontificem Alexandri IV. De Confirmatione Ordinis Equitum S. Lazari; de ejus origine, regula, ac aliis, necnon de unione dicti Ordinis militaris cum illo Sancti Mauritii. 112

CONSTITUTIO II.
incipiens (*Cùm ſecundùm.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De electione Officialium, Miniſtrorum, & Familiarum Inquiſitorum, quomodò facienda, & à quibus, necnon quales ii eſſe debeant, & de privilegiis eorum. Remiſſivè. 113

CONSTITUTIO III.
incipiens (*Clara.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De Canonizatione Sanctæ Claræ, ejuſque geſtis. 114

CONSTITUTIO IV.
incipiens (*Benigna.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. Iterùm comprobatur veritas Sacrorum Stigmatum D. Franciſci de Aſſiſio. 115

CONSTITUTIO V.
incipiens (*Ex parte.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De prohibitione quod Regulares promoti ad Epiſcopatum, vel alias Dignitates, Libros, & alia, quæ tempore promotionis habeant, propriis uſibus applicare non poſſint. De Statu Vitæ Regularis, & eorum ab initio abſtinentia ab Ordinibus, ac deinde de eorundem habilitatione ad Ordines, necnon ad regendum Eccleſias tam in ſtatu Sacerdotali, quàm Pontificali. An Regulares valeant, & expediat ad Epiſcopatum aſſumi, ubi de reſtrictivâ Epiſcoporum in Statu Regulari apud Græcos. Quomodo poſſint, & valeant aſſumi Regulares ad Epiſcopatus, & an interponi debeat diſpenſatio Summi Pontificis. An Regularis factus Epiſcopus liberetur à Votis, & obſervantia regulari; ubi diſtinguitur inter Vota Caſtitatis, Paupertatis, & Obedientiæ. 116

CONSTITUTIO VI.
incipiens (*Licet.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De unione plurium Congregationum Eremitarum in unam S. Auguſtini, ſub profeſſione, & regula ejuſdem Inſtituti. 121

CONSTITUTIO VII.
incipiens (*Firma.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De prohibitione facta à Pontifice Alexandro eligendi in Imperatorem Corradum Nepotem Friderici II. Imperatoris, ubi plura de Friderico, & Corrado ejus filio, prætereà de Corrado, ſeu Corradino nepote. De jure Summi Pontificis quoad electionem Imperatoris. De tranſlatione Imperii à Græcis ad Latinos. De Electoribus Imperii plura enucleantur, ac hiſtoricè referuntur. 122

CON-

Digitized by Google

CONSTITUTIO VIII.
incipiens (*Romanus.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De prohibitione libri nuncupati *Brevis tractatus de periculis noviſſimorum temporum*, ac de Guillelmo de Sancto Amore illius Auctore, ejuſque erroribus, qui confutantur. 127

CONSTITUTIO IX.
incipiens (*Ad capiendum.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De facultate conceſſa Inquiſitoribus procedendi ſine Epiſcoporum, ſeu ejus Vicariorum conſenſu contra hæreticos judicialiter confeſſos, & obſtinatos. Plura de juriſdictione Inquiſitorum contra hæreticos. Quid poſſit Epiſcopus ſine Inquiſitoribus contra hæreticos, vel è contra; ubi de abjuratione, carceratione, ſententia, ac aliis, & quatenus non ſit requirendus Epiſcopus ab Inquiſitoribus, & an intelligatur Epiſcopus originis, vel alter. 128

CONSTITUTIO X.
incipiens (*Implacida.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. Quòd Statuta Laicalia contra Inquiſitionis Officium nullo modo ſuſtineantur, & irrogatur pœna excommunicationis contra Poteſtates Laicas impedientes dictum Inquiſitionis Officium, vel impedimentum objiciatur directè, ſive indirectè, & quomodo dicatur tale impedimentum fieri, & de quibus Statutis id procedat. 131

CONSTITUTIO XI.
incipiens (*Officii.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De pluribus diſpoſitis quoad Ordinem Eremitarum Camaldulenſium, ac de privilegiis eidem conceſſis. 132.

Sectio Unica. De Privilegio Regularium, ut non valeant Cenſuris innodari ab Epiſcopis, aliiſque locorum Ordinariis, ubi de tali privilegio conceſſo Camaldulenſibus, & Servientibus Regularibus, ut non poſſint excommunicari à quocumque, & de intelligentia talis privilegii; & quatenùs, eo non obſtante, poſſit Ordinarius Regulares excommunicare, vel declarare incurſos; & an poſſit Superior Regularis in certis caſibus ſibi ſubjectos plectere Cenſuris. 132

CONSTITUTIO XII.
incipiens (*Quod ſuper.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De nonnullis dubiis ad Inquiſitionis negotium pertinentibus, à Papa in hac Conſtitutione declaratis, ubi quòd etſi Inquiſitores hujuſmodi privilegium habeant interpretandi Statuta dubia quoad ejus Officium; tamen recurrunt ad Sedem Apoſtolicam. De Relapſis in hæreſim, qui ſint, & plures caſus explanantur; ac qualis dicatur relapſus, qui abjuraverat; & relapſus, qui ob vehementem diffamationem ſe purgaverat; quæ ſint pœnæ relapſorum, & quatenus valeant recipi ad pœnitentiam, ac quomodo, & an valeant reconciliari ab Inquiſitoribus; anve, & quando tradendi brachio ſæculari. Differentia relapſorum adducitur. Pleraque dicuntur circa abjurationem de formali, & de vehementi, atque fautoria, ac aliis hujuſmodi. 138.

CONSTITUTIO XIII.
incipiens (*Ex parte.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De Conſolatione hæreticorum infirmis non permittenda, & de dictæ Conſolationis variis ſpeciebus, necnon de Conſolamento hæreticorum, & de quibus hæreticis prædicta verificentur etiam modernis temporibus, petendo miniſtrari Sacramenta juxta eorum falſos ritus. De credentibus hæreticorum implicitè, ſeu explicitè, & cum factis, ac de eorum ſignis, & pœnis. 142

CONSTITUTIO XIV.
incipiens (*Super extirpatione.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De cautione præſtanda ab hæreticis, eorum fautoribus, receptatoribus, necnon & à fautoribus ſuſpectorum de hæreſi pœnitentibus, & de pœna pecuniaria quandoque ab iiſdem luenda, continuativè ad Conſtit. 10. Innoc. IV. 145

CONSTITUTIO XV.
incipiens (*Exortis.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De auxilio præſtando Inquiſitoribus in exercitio ſui muneris ab Epiſcopis, Clericis, Regularibus, & Laicis. De fautoribus, receptatoribus, & defenſoribus hæreticorum, eorumque differentiis. Quas pœnas incurrant omittentes omnes prædictos denunciare, & quid ſi ſint conſanguinei. 147

CONSTITUTIO XVI.
incipiens (*Firmiſſimè.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De pluribus Indulgentiis conceſſis Inquiſitoribus, eorumque Miniſtris. De poteſtate concedendi Indulgentias penès Summum Pontificem principaliter; & quid quoad Concilia Generalia, Legatos Sedis Apoſtolicæ, Epiſcopos etiam Coadjutores, Vicarios Capitulares, & Inquiſitores. 151

CONSTITUTIO XVII.
incipiens (*Ad audientiam.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. Enucleatur poteſtas conceſſa Inquiſitoribus cogendi Magiſtratus ſæculares negligentes exequi eorum ſententias; ubi plura exponuntur de traditione brachio ſæculari, & de Judice Sæculari circa executionem ſententiæ Inquiſitorum. 154

CONSTITUTIO XVIII.
incipiens (*Cupientes.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De facultate Inquiſitorum abſolvendi, & reconciliandi hæreticos, necnon convocandi Clerum, & Populum contra eoſdem, & cogendi ad exhibitionem Scripturarum, & Inſtrumentorum, & quid contra reum, etiam in aliis materiis per alios Judices, De varia fori ſortitione, præſertim ut valeant culpabiles ab Inquiſitoribus puniri in loco originis, domicilii, aut delicti, necnon de uſu requiſitoriæ. 157

CONSTITUTIO XIX.
incipiens (*Ad extirpandum.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De Salvo, ſeu Securo Conductu Inquiſitoribus, eorumque Sociis de loco ad locum gratis concedendo. 161

CONSTITUTIO XX.
incipiens (*Ad extirpandam.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. Sequitur Argumentum Salvi Conductus, & de differentia ab antecedenti. 162

CONSTITUTIO XXI.
incipiens (*Diſcretioni.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De confiſcatione bonorum hæreticorum, eorumque partitione, & ad favorem cujus; & quidnam in hoc ſervetur in pluribus Orbis Regionibus, enucleatur. 163

CONSTITUTIO XXII.
incipiens (*Ne commiſſæ.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De facultate Inquiſitorum procedendi contra quoſcumque Regulares, & exemptos in Cauſis Fidei, necnon

non

non aſſumendi Notarios etiam Regulares, & de eorundem Notariorum juramento. 166

CONSTITUTIO XXIII.
incipiens (*Catholica*.)

Epitome Bullæ. Commentarium. Inquiſitores Regulares quòd non teneantur obedire eorum Superioribus in iis, quæ pertinent ad munus Inquiſitionis; ubi de electione Inquiſitorum Regularium, & à quibus ſit facienda; & an talis exemptio procedat in Vicariis, ſeu Notariis, necnon de facultate dictorum Inquiſitorum contra dictos Superiores Regulares; quid quoad Epiſcopos, Nuncios, & Officiales Sedis Apoſtolicæ. 167

URBANI IV.

CONSTITUTIO I.
incipiens (*Tranſiturus*.)

Epitome Bullæ. Commentarium. De vita, & geſtis Urbani IV. Pontificis. De inſtitutione Feſtivitatis Sanctiſſimi Corporis Chriſti, ejuſque Officio. 169

Sectio Unica. De cuſtodia Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, & in quibus Eccleſiis aſſervari poſſit, aut debeat, & cuinam expenſas pro ea aſſervanda miniſtrare incumbat. De ritu antiquo aſſervandi Euchariſtiam etiam domi, deinde mutato in Eccleſiis tantùm, & in quo loco. In quibus Eccleſiis talis aſſervatio fieri valeat abſque Indulto Apoſtolico, ubi de Parochialibus, Eccleſiis filialibus, Capellis, Oratoriis, Conſervatoriis, & aliis. De jure retinendi Claves Tabernaculi, & quid in die Cœnæ Domini. 171

CONSTITUTIO II.
incipiens (*Licet*.)

Epitome Bullæ. Commentarium. De Facultate Inquiſitorum procedendi ſeorſim, vel ſimul cum Epiſcopis in hæreticorum condemnatione, vel abſolutione. Quoad Tribunalis Inquiſitionis Notarios, aliaque circa eorundem facultatem, remiſſivè. Quòd Inquiſitores in examine Teſtium ultra Notarium adhibere debeant duas Religioſas, & diſcretas perſonas, & quænam illæ ſint, ubi etiam de nominibus Teſtium non publicandis. 177

CONSTITUTIO III.
incipiens (*Exultet*.)

Epitome Bullæ. Commentarium. De Canonizatione B. Riccardi Epiſcopi Ciſtercienſis, ejuſque die feſto. 179

CONSTITUTIO IV.
incipiens (*Ne Inquiſitionis*.)

Epitome Bullæ. Commentarium. De Privilegio Inquiſitorum, Notariorum, ſeu Scriptorum S. Inquiſitionis, ut non valeant excommunicari, interdici, ſeu ſuſpendi à Sedis Apoſtolicæ Delegatis, vel Subdelegatis; & quid de eorum Servientibus. 179

CONSTITUTIO V.
incipiens (*Cum à nobis*.)

Epitome Bullæ. Commentarium. De Privilegio exemptionis à ſæcularibus oneribus, imò & Eccleſiaſticis, Congregationis Monachorum Monaſterii Montis Virginis Ordinis S. Benedicti, ubi enucleatur, quomodo, & quæ privilegia Principes Laici concedere valeant Eccleſiaſticis perſonis. Attinguntur aliqua de Immunitate Eccleſiaſtica, & à quo jure procedat. Dividuntur onera in tres ſpecies, nempè in perſonalia, realia, & mixta; & latè diſcutitur, quæ ſint realia, & an ad ea teneantur Eccleſiaſtici, ubi etiam explicatur quoddam onus alicubi *Bonatenentia* nuncupatum. 181

CONSTITUTIO VI.
incipiens (*Eccleſia*.)

Epitome Bullæ. Commentarium. De privilegio conceſſo Abbati Congregationis Montis Virginis utendi Mitra, & baculo, impartiendi ſolemnem benedictionem, largiendi Indulgentias quadraginta dierum, Ordines Minores conferendi, & benedicendi Calices, & alias Veſtes &c. ubi latè de Inſignibus Pontificalibus conceſſis etiam aliis Prælatis inferioribus, & an iis poſſit uti quicumque Abbas, & in quo loco, ſeu Eccleſia; necnon de benedictione ſacrarum Veſtium, an fieri valeat nedum ab Epiſcopis, ſed etiam ab Abbatibus, ubi de plurium benedictionum ſpeciebus, & demum adducuntur decreta generalia S. Congregationis Rituum ſuper uſu Pontificalium. 177

CONSTITUTIO VII.
incipiens (*B. Clara*.)

Epitome Bullæ. Commentarium. De Regula à Monialibus B. Claræ obſervanda, ac pluribus circa Abbatiſſarum munus, & auctoritatem, tam in Moniales, quàm extra Monaſterium; ubi latè quos actus juriſdictionis exercere valeat Abbatiſſa, vel alia Superioriſſa in Moniales, & an poſſit habere Juriſdictionem Spiritualem cum collatione Beneficiorum, etiam in Clerum, & Populum laicum; & an cum qualitate nullius, necnon an habeat poteſtatem ferendi Cenſuras, ubi quatenus Mulier ex diſpenſatione Papæ poſſit eſſe capax hujus poteſtatis. 196

CONSTITUTIO VIII.
incipiens (*Ut negotium*.)

Epitome Bullæ. Commentarium. De facultate Inquiſitorum ſeſe mutuò cum ſociis abſolvendi ab excommunicatione, & diſpenſandi ab Irregularitate in caſibus, in quibus ab eorum Superioribus Regularibus abſolvi, & diſpenſari poſſunt. 204

CLEMENTIS IV.

CONSTITUTIO I.
incipiens (*Obtentu*.)

Epitome Bullæ. Commentarium. De electione in Summum Pontificem Clementis IV. ejuſque geſtis. Declaratur in hac Bulla, Fratres Ordinis Prædicatorum, & Minorum poſſe ſuccedere in bonis temporalibus, in quibus ſucceſſiſſent, ſi extitiſſent in ſæculo, ac ea vendere, & pretium in eorum utilitatem convertere. 204

Sectio I. De Succeſſione Monaſteriorum ex perſona Profeſſorum ad fideicommiſſa agnatitia; ubi diſcutitur capacitas, vel incapacitas Regularium, tam ſuccedendi, quàm poſſidendi, præſertim Patrum Societatis Jeſu, & Theatinorum. Quibus modis valeat Monaſterium excludi à ſucceſſione ex perſona profeſſi ad fideicommiſſa; ubi plures caſus diſtinguuntur tam in expreſſa, quàm in tacita excluſione, & quatenus excludatur Monaſterium nedum poſt obitum profeſſi, ſed etiam in hujus vita; & an excludatur, ſi fuerit facta mentio agnationis expreſſa, vel tacita, & cum onere aſſumendi cognomen, & arma gentilitia; idque etiam diſcutitur quoad Monaſteria Monialium, & nonnihil dicitur quoad Presbyteros Sæculares. An excluſio Religioſorum importet etiam excluſionem Militum Hieroſolymitanorum, vel non exiſtentium in vera

Digitized by Google

vera Religione, ſeu Oblatorum in Monaſteriis viventium. Quatenus fideicommiſſum, cujus non eſt capax profeſſus, tranſeat ad ulteriores vocatos, excluſis tam Monaſterio, quàm Creditoribus, vel renunciatariis. Quid autem de Penſionario, qui ingreditur Religionem, vel alium actum facit, ut penſio amittatur cum præjudicio ejus, qui obtinuit commoditatem penſionis. 205

Sectio II. De renunciationibus à Regularibus & Monialibus fieri ſolitis ante ingreſſum in Religionem; ubi latè diſcutitur materia renunciationum hujuſmodi etiam juxta diſpoſitionem S. C. T. tam circa tempus, quàm circa ſolemnitates, & an procedat diſpoſitio Conciliaris in renunciatione Beneficii. An ejuſmodi diſpoſitio comprehendat ſolùm Novitios; vel etiam alios ingreſſuros, & an dicatur Novitius, qui ſolùm Coronam Monachalem recepit abſque habitu. An licentia requiſita à Concilio poſſit concedi nedum ab Epiſcopo, ſed etiam ab Abbate Nullius, Vicario Generali, vel Capitulari, ſeu Foraneo, anve requiratur præſentia Novitii renunciantis, aut ſcriptura, & quatenus Monaſterium poſſit renunciare nomine Profeſſi. Diſpoſitio prædicta Conciliaris quos actus comprehendat, & an procedat in iis, qui non ſunt verè Regulares, utpotè Oblati in Conſervatoriis, & quid de Militibus Hieroſolymitanis. An præterea requirantur ſolemnitates juris communis, ſeu Statutariæ quoad Novitios, & quoad Laicos ingreſſuros, ſeu Fœminas. De pluribus ſpeciebus renunciationum hujuſmodi; ubi de perſonali, reali, ſeu abdicativa, ac quomodo diſcernantur, & quatenus dicantur reſolubiles, vel non ob profeſſionem non ſecutam, tam ſi fiant à Novitio, quàm à Laico ob cauſam ingreſſus in Religionem; ubi etiam de donationibus, & quid ſi agatur de renunciante ingreſſo in Congregationibus, quæ non ſunt Religiones. Diſcutitur etiam, quòd non intret regulariter læſio in hujuſmodi renunciationibus. 214

CONSTITUTIO II.
incipiens (*Cum dilectis.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De pluribus Privilegiis Ordinis S. Lazari, & præſertim, ne exigatur aliquid ab eis pro humatione cadaverum, & ibi de prohibitione exigendi pretium pro ſepulturis, & quatenus id ſit permiſſum, vel denegatum, prout quoque in exequiis, & qualis taxa ſit attendenda, ac plura declarantur quoad emolumenta funerum reſpectu Parochi, vel Capituli, etiam quoad exteros ſepeliendos. 227

CONSTITUTIO III.
incipiens (*Parvus Fons.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. Declarantur plura circa ſtatuta contenta in Carta Charitatis Ordinis Ciſtercienſis, præſertim quoad electiones Abbatum; pro quibus remittitur ſolemnitas, ſeu forma contenta in *cap. quia propter de electione*, ubi diſcutitur quid importet hoc privilegium, & an derogetur in totum diſpoſitis in *cit. cap.* ubi etiam in quibus electionibus procedat idem Textus, & Sac. Conc. Trid. quoad ſuffragia ſecreta; necnon quatenus privilegium ſuffragetur, ut poſſit fieri electio poſt tempus à jure præfixum, & an intret communicatio inter Regulares in hoc. Adnotatur plures Abbatias Ciſtercienſium repeririri Commendatas. De reſervatione ex Regula 2. Cancellariæ omnium Monaſteriorum Virorum excedentium annuam Summam flor. 200., & an procedat in Monaſteriis electivis, ubi ſunt Monachi. 231

CONSTITUTIO IV.
incipiens (*Virtute conſpicuos.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De auctoritate Generalis, aliorumque Superiorum Ordinis Minorum, & de privilegio Generalis, ut ſtatim electus plenè & liberè adminiſtrare valeat, reliqui verò poſtquam inſtituti fuerint à Superiore. Plura adducuntur circa confirmationem Canonicam neceſſariò adhibendam in hujuſmodi electionibus, & an electio ſola inducat jus, & quale. De electione Epiſcoporum aliquid innuitur, necnon de electione Abbatum ex privilegio prædicto quoad Generales competente etiam aliis Religionibus. Nonnulla expenduntur quoad confirmationem aliorum Superiorum Regularium. 234

CONSTITUTIO V.
incipiens (*Venerabilibus Fratribus.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De privilegio Fratrum Militum S. Lazari excipiendi in eorum habitatione unà cum bonis Leproſos; ubi plura adducuntur quoad iſtos, nempè an poſſint ejici à Civitate, arceri ab Ordinibus, necnon à Matrimonio, & quòd ſit locus ſeparationi, ſi Conjux Leproſa fuerit, vel habuerit Luem Veneream, & quid quoad diſſolutionem Sponſalium. 237

CONSTITUTIO VI.
incipiens (*Ad extirpanda.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. Conſtitutiones contra hæreticos ab Innoc. IV. & Alex. IV. editas, & modificatas, deſcribi Papa mandat in Capitularibus Communitatum, ubi enucleatur Conſtitutio V. de fide adhibenda Officialibus Sanctiſſimæ Inquiſitionis. Nonnulla pariter dicuntur de aliquibus Officialibus, & Nunciis. 241

CONSTITUTIO VII.
incipiens (*Ad conſequendam.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De privilegio conceſſo Fratribus Minoribus, ut propè eorum Conventus non valeant alii Regulares, & Moniales conſtruere, vel acquirere novum Monaſterium, Eccleſiam, vel Oratorium intra ſpatium 300. cannarum. Explicatur tale privilegium, & quatenus Eccleſia de jure communi poſſit juxta aliam ædificari, ubi de Immunitate 30. vel 40. paſſuum. An idem privilegium 300. cannarum procedat ad favorem aliorum Regularium diſſeritur, ubi de PP. Soc. Jeſu, & Minimis, necnon quòd ſpatium 300. cannarum non ſit in uſu, ſed tantùm illud 140. cannarum. An hoc habeat locum quoad domos Regularium non habentes Eccleſiam, Seminaria, domos conductas, Monaſterium ampliatum, ſive tranſlatum, Eccleſiam Sæcularem, & Monialium, & quomodo talis diſtantia ſit menſuranda. 242

CONSTITUTIO VIII.
incipiens (*Ad extirpanda.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. Præcipitur, ut Inquiſitores compellant Magiſtratus Sæculares ad deſcribendas Conſtitutiones contra hæreticos latas, inter quas ea eſt, ut illorum fautores, defenſores, aut receptatores pluribus pœnis ſubjiciantur, quæ ibi recenſentur. 245

CONSTITUTIO IX.
incipiens (*Exultat.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. Canonizatio B. Heduvigis Viduæ Henrici Poloniæ Ducis,

cis, & Monialis Ordinis Ciſtercienſis, aſſignato die pro feſtivitate. 247

CONSTITUTIO X.
incipiens (*In ordine veſtro.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De mitigatione, ſeu declaratione Regulæ Fratrum Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum. De Cappis, quibus iidem Religioſi utuntur; de eorum Superiore Generali, ac aliis. 248

CONSTITUTIO XI.
incipiens (*Providentia.*)
Epitome Bullæ. Commenrarium. Fratres Ordinis Prædicatorum ad Epiſcopatum, ac alias Prælaturas aſſumpti, reſignare debent omnia bona, quæ ante hujuſmodi promotionem extra Ordinem acquiſiverunt, idque ad favorem ſuæ Religionis; & quid de aliis Regularibus. Latè diſcutitur de bonis Epiſcopi Regularis, cuinam acquirantur, & quomodo is valeat diſponere, tam in vita, quàm in morte, & an recuperet bona renunciata ante ingreſſum in Religionem. De Indultis ad teſtandum per Sedem Apoſtolicam Epiſcopis Regularibus concedi ſolitis. 249

CONSTITUTIO XII.
incipiens (*Ordinis.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De prohibita interpretatione privilegiorum Ordinum Prædicatorum, & Minorum, quibuſcumque præter Sedem Apoſtolicam, ubi latè etiam quoad alios Regulares. Leges, & privilegia quomodo, aut à quibus poſſint interpretari; de clauſula *ſublata*, quam vim habeat, & quatenus poſſit à Judice, ea non obſtante procedi, & quid in Curia, ubi aliqua de Signatura Gratiæ. 256

CONSTITUTIO XIII.
incipiens (*Ad extirpanda.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De pluribus legibus contra hæreticos latis, ac iterùm confirmatis, ubi quatenus teneatur quis denunciare hæreticos, & quo pacto ad id poſſit cogi. 259

CONSTITUTIO XIV.
incipiens (*Turbato corde.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De pœnis contra Chriſtianos tranſeuntes ad ritus Judæorum, vel Saracenorum; itidemque de pœnis fautorum eorundem. Quid contra Judæos converſos iterum rejudaizantes, ubi quatenus quis præſumi debeat baptizatus. 260

GREGORII X.

CONSTITUTIO I.
incipiens (*Salvator.*)
Epitome Bullæ. Commenrarium. Innuuntur geſta dicti Papæ. De Concilii Generalis Lugdunenſis II. indictione, ejuſque celebratione. 263

CONSTITUTIO II.
incipiens (*Exultat.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De reditu Michaelis Palæologi Imperatoris Græcorum ad unitatem Eccleſiæ Romanæ, Variæ Græcorum Uniones, & ſchiſmata referuntur. 264

CONSTITUTIO III.
incipiens (*Turbato corde.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De pœnis contra Judaizantes. Suggeruntur nonnulla ſigna hujus facinoris. Quatenus quis dicatur abnegare Fidem. 265

NICOLAI III.

CONSTITUTIO I.
incipiens (*Vineam Sorech.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. Indicantur natales, aſſumptio ad Pontificatum, & geſta Nicolai IV. De Evangelio prædicando Hebræis, & quatenus Hebræi cogi poſſint ad illud audiendum. An Chriſtiani teneantur, & poſſint cogi ad auditionem Verbi Dei, & quid quoad Canonicos, & quomodo iſti teneantur aſſiſtere Epiſcopo Concionanti. 268

CONSTITUTIO II.
incipiens (*Noverit.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De Hæreticis Catharis, Patharenis, & aliis condemnatis, & excommunicatis, quòd beneficio appellationis priventur. De hujuſmodi appellatione prohibita. An liceat Advocatis & Procuratoribus eorundem patrocinium ſuſcipere. Quatenus laicis ſit prohibitum diſputare de rebus Fidei. 271

MARTINI IV.

CONSTITUTIO UNICA
incipiens (*Michaelem.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. Vita Martini IV. innuitur. De damnatione & excommunicatione Michaelis Palæologi Imperatoris Græcorum. 274

HONORII IV.

CONSTITUTIO I.
incipiens (*Olim fælicis.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. Plura indicantur quoad geſta dicti Pontificis; de condemnatione Sectæ dictæ Ordinis Apoſtolorum, ejuſque erroribus. 275

CONSTITUTIO II.
incipiens (*Exhibita.*)
Epitome Bullæ. Commenrarium. Quòd Filii, & Nepotes hæreticorum, qui fuerint abſoluti, & uti Catholici deceſſerint, non arceantur à Beneficiis, & officiis publicis; ubi explicatur, an idem procedat in filiis relapſorum; & quomodo dum filii præſentant Inquiſitoribus Patrem Hæreticum, hic mitiùs puniatur. 277

NICOLAI IV.

CONSTITUTIO I.
incipiens (*Turbato corde.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De geſtis, ac natalibus Nicolai IV. De pœnis contra Chriſtianos tranſeuntes ad Judæos, vel contra Judæos baptizatos iterum revolantes ad Judaiſmum, & quot, aut quibus teſtibus id probetur; ubi de Judæis, an prohibiti ſint eſſe teſtes. 279

CONSTITUTIO II.
incipiens (*Supra montem.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De Tertia Regula S. Franciſci, ac de Tertiariis, ubi plura quoad Tertiariorum Regularium Superiores, & gubernium. 281

CON-

Digitized by Google

CONSTITUTIO III.
incipiens (*Regis Pacifici.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De reformatione Ordinis Monachorum Cluniacenſium. Quatenus, ac qualiter facienda ſit reformatio Regularium per Prælatos, & Generales quarumcumque Religionum. 283

CONSTITUTIO IV.
incipiens (*Inter opera.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De pluribus pertinentibus ad inſtitutionem Hoſpitalis S. Spiritus in Saxia de Urbe, & de unione Hoſpitalis S. Spiritus in Monte Peſſulano cum eodem. 284

CONSTITUTIO V.
incipiens (*Illuminet.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. Recenſentur præclara geſta Summorum Pontificum cum ingentibus expenſis propagantium cultum Eccleſiæ Catholicæ, ad confundendum hæreticos, redditus in Eccleſia Romana improbantes; necnon enunciantur plures Cruciatæ, ad eamque in præſenti Bulla hortantur Principes Chriſtiani unà cum Summo Pontifice. 285

CONSTITUTIO VI.
incipiens (*Ex parte.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De privilegio conceſſo Fratribus B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, ut ipſis exhibeantur omnia legata pro Redemptione Captivorum, exceptis factis pro certis perſonis redimendis, vel ad favorem certarum perſonarum, ubi declaratur tale privilegium, & plura dicuntur de hujuſmodi pio opere Redemptionis Captivorum, & præſertim an filius teneatur redimere Patrem, uxor virum, & hujuſmodi; & quomodo id procedat præſertim inter PP. Calceatos, & Diſcalceatos hujus Ordinis, necnon in Urbe quoad Archiconfraternitatem Confalonis. An legatum pro pauperibus conſanguineis applicari poſſit pro eis redimendis à captivitate, & quid ſi fuerit quis captivus ob maleficium, vel apud Chriſtianos. 286

COELESTINI V.

CONSTITUTIO I.
incipiens (*Etſi.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. Plura de aſſumptione Cœleſtini V. ad Summum Pontificatum enarrantur, ejuſque vita, & de Inſtitutione Congregationis Monachorum ſub Regula D. Benedicti, qui Cœleſtini nuncupantur, necnon alia quoad dictam Congregationem percurruntur. 287

BONIFACII VIII.

CONSTITUTIO I.
incipiens (*Excommunicamus.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. Vita Bonifacii VIII. ejuſque aſſumptio ad Summum Pontificatum percenſetur; ejuſdem fama vindicatur in nonnullis, præſertim qua patientia uſus fuerit cum Rege Galliarum; hujus Regis finis immaturus, Chriſtique Vicarii vigens gloria. De excommunicatione fulminata in hac Conſtitutione contra omnes, & quoſcumque, qui aliquid promiſerint, vel receperint pro aliqua juſtitia, vel gratia apud Sedem Apoſtolicam obtinenda; à qua abſolvi nequeant, niſi omnibus reſtitutis pauperibus, necnon ſub pœna nullitatis actus obtenti, & quid quoad ſcientes, & non revelantes: Pluresque Conſtitutiones ad hanc rem facientes cumulantur, necnon explicantur plura ſuper hujuſmodi pactis, & promiſſis, & quomodo procedant dictæ Conſtitutiones Apoſtolicæ; ubi incidenter de pacto quotæ litis. 288

CONSTITUTIO II.
incipiens (*Ad conſequendam.*)
Epitome Bullæ. ommentarium. De privilegio conceſſo Fratribus Ordinis S. Auguſtini, ut propè eorum Eccleſias & Conventus non valeant alii Religioſi Mendicantes nova loca ædificare infra ſpatium cannarum 140. itaut idem non liceat etiam Monialibus de prædictis Ordinibus. Extenditur hujuſmodi privilegium, aliàs etiam explanatum in Conſtitutione VII. Clementis IV. quoad Regulares omnes, in præſenti etiam quoad Moniales, an ſcilicet procedat contra eas, vel pro ipſis, aut inter ipſas. Quatenus poſſint impediri Monaſteria propinqua ædificanda, ob aeris, ſeu ventorum defectum, aut ob alias cauſas æmulationis, &c. Quatenus Monialium Monaſteria poſſint ædificari juxta Monaſteria Virorum, vel domos Sæcularium, & quid quoad proſpectum activum, vel paſſivum, ad domos laicorum, itaut feneſtræ poſſint impediri, vel claudi; quod latè diſcutitur. 292

CONSTITUTIO III.
incipiens (*Juſtis.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De Habitu Capparum albi coloris Fratrum Carmelitarum; ſuper quo confirmatur ſtatutum in Capitulo Generali editum ſuper uſu coloris dictarum Capparum tantùm, relictis Mantellis diverſorum colorum, quibus olim utebantur. Commemoratur uſus antiquus Pallii Carmelitarum diverſi coloris, & mutationis in Cappas albas, quibus nunc uti debent iſti Fratres. 296

CONSTITUTIO IV.
incipiens (*Ad augmentum.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De facultate conceſſa Prælatis Ordinis Fratrum Prædicatorum deveniendi ad correctiones, & punitiones ſuorum ſubditorum delinquentium, juxta Conſtitutiones, & Statuta Ordinis, juris apicibus poſtpoſitis, & remora appellatione; de conſimili jure quoad alios Regulares, & quomodo id procedat, præſertim circa appellationes, & recurſus; & quid ſi procedatur in forma judicii, vel extrajudicialiter. 298

CONSTITUTIO V.
incipiens (*In diſpoſitione.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De erectione Prioratus S. Antonii Viennenſis ejuſque Prioris in Abbatiam, & Abbatem Generalem totius Ordinis Fratrum S. Antonii ſub Regula D. Auguſtini, multiſque gratiis, & privilegiis eidem conceſſis. De Inſtitutione, & progreſſu dicti Ordinis, & habitu Religioſorum cum ſigno T, & de diviſione facta à toto Ordine, Præceptoriæ Generalis Neapolis. 301

CONSTITUTIO VI.
incipiens (*Gloria.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De Canonizatione D. Ludovici Regis Franciæ, cujus præcipua geſta recenſentur. De Teſtibus, &
eorum

Digitized by Google

eorum numero, ac aliis probationibus requiſitis in cauſis Canonizationum Sanctorum, tam quoad virtutes, quàm quoad miracula. 303

CONSTITUTIO VII.
incipiens (*Antiquorum.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De anno ſancto, ſeu anno Jubilæi indicto à Bonifacio VIII. ubi plura de origine, ac aliis pertinentibus ad Jubilæi uſum in Eccleſia. 304

CONSTITUTIO VIII.
incipiens (*In ſuprema.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De erectione Studii Generalis in Civitate Firmi, & communicatione privilegiorum Studii Bononienſis eidem conceſſa. Nedum facultas legendi, ſed & doctorandi elargitur; qua occaſione quædam reſolvuntur de Civitate Firmi, & plura traduntur de publicis Studiorum Univerſitatibus, & earum utilitate, quarum magis præcipuæ, quæ in Orbe vigent, recenſentur. 306

CONSTITUTIO IX.
incipiens (*In ſuprema.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De erectione Studii Generalis Urbis cum elargitione plurium privilegiorum, & inter alia ut Lectores, & Studentes fructus Beneficiorum, etiam cum cura, exceptis diſtributionibus quotidianis, licitè percipere valeant. De eodem Studii Urbis, ejuſque reſtauratione, plura enunciantur. Ejus privilegia referuntur, præcipuè præmemoratum lucrandi fructus Beneficiorum, ubi de Canonicis, aliiſque; & quid ſi omnes fructus conſiſtant in diſtributionibus quotidianis, vel præbenda ſit tenuis, in quo refertur ſtylus Sac. Congreg. Conc. etiam quoad abſentes cauſa vacationis permiſſæ à Concilio; an etiam procedant prædicta, ſi fructus omnes conſtent ex diſtributionibus, vel præbenda ſit tenuis. 308

CONSTITUTIO X.
incipiens (*Conditoris.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De erectio-ctione Studii Generalis in Civitate Avenionis cum elargitione omnium privilegiorum aliis Univerſitatibus conceſſorum, ubi plura de Civitate Avenionis, necnon ſubduntur conditiones requiſitæ, ut quis valeat frui fructibus Beneficiorum, continuativè ad privilegium in antecedenti Bulla conceſſum, & in hac communicatum. 314

BENEDICTI XI.

CONSTITUTIO I.
incipiens (*Dum levamus.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De geſtis, aſſumptione ad Pontificatum, & obitu dicti Pontificis. De nova confirmatione Ordinis Fratrum Servorum B. Mariæ. Plura de origine hujus Ordinis, ac ejus privilegiis. De ejuſdem Reformatis, & Eremitis. 318

CONSTITUTIO II.
incipiens (*Religioſam.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De exemptione Monachorum Cœleſtinorum, aliiſque eorum privilegiis, & an. habeant privilegium benedicendi ſacra Paramenta, atque conſecrandi Calices. Et quid quoad adminiſtrationem Sacramenti Confirmationis. Aliqua dicuntur quoad eandem circa Abbates quoſcunque etiam Nullius, & an procedat in his communicatio privilegiorum, & poſſit poteſtas prædicta delegari Vicario. 319

CLEMENTIS V.

CONSTITUTIO I.
incipiens (*Regnans.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. Plura enunciantur circa geſta, ac vitam Clementis V. uſque ad ejus obitum. De convocatione Concilii Generalis Viennenſis, ubi de ejus cauſis, ac decretis, necnon rejiciuntur errores Joannis Petri Oliva. Comprobatur fuiſſe hæreticum etiam ante Clem. V. aſſerere, Baptiſmum non conferre gratiam etiam parvulis. 323

CONSTITUTIO II.
incipiens (*Super ſpecula.*)
Epitome Bullæ, Commentarium. De erectione Studii Generalis in Civitate Peruſii, ubi plura de hac Civitate, & Studio referuntur; & an quis obtinere poſſit legatum factum pro Studente in Studio Peruſino, ſi Studiis incumbat in Urbe, alio loco, ubi quatenus conditio poſſit adimpleri per æquipollens. 325

CONSTITUTIO III.
incipiens (*Ad providam.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De extinctione Ordinis Templariorum in Concilio Viennenſi peracta, ubi adducuntur hiſtoricè plura, illam vindicando, præſertim à Criticis eam injuſtam propalantibus. 326

CONSTITUTIO IV.
incipiens (*Qui facit.*)
Epitome Bullæ. Commentarium. De geſtis, ac Canonizatione Beati Petri de Morone dicti Cœleſtini V. Pontificis Summi; de ejus abdicatione à Pontificatu, quæ vindicatur à Criticis. 329

COM-

Digitized by Google

COMMENTARIA IN CONSTITUTIONES APOSTOLICAS, ſeu Bullas SUMMORUM PONTIFICUM contentas in Bullario Romano.

CONSTITUTIO PRIMA INNOCENTII IV. incipiens *Cùm adverſus*.

EPITOME BULLÆ.

INNOCENTIUS DILECTIS FILIIS Poteſtatibus, Conſiliis, & Communitatibus Civitatum, aliorumque locorum Lombardiæ, Marchiæ Tarviſinæ, & Romandiolæ.

NOnnullas Leges à Friderico Imperatore contra Hæreticos, eorumque Fautores, & Filios latas, modum contra eoſdem procedendi præſcribentes, ac plura privilegia Hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus largientes, hac Conſtitut. Pontifex inſerit, & confirmat.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Innocentii Patria, Nomen, & Familia recenſentur.*
2 *Juris peritiſſimum fuiſſe comprobatur.*
3 *Cardinalis à Gregorio IX. creatur, & exinde Summus Pontifex eligitur.*
Geſta ab eo in Pontificatu indicantur. Ibid.
4 *Uſum Pilei Rubri Cardinalibus conceſſit, ac Roſam Auream primus benedixit; ſed alii aliis id adſcribunt.*
5 *Refertur inſcriptio Neapoli in ejus Sepulcro appoſita.*
6 *Hæreſis Idololatria nequior, omnium malorum compendium eſt.*
7 *Fridericus Imp. contra Hæreticos leges edidit, quæ hac Conſtitutione confirmantur.*
8 *Quid eædem leges diſponant, breviter indicatur.*
9 *Proponuntur ea, quæ in hoc Commentario dicentur.*

TErtium hoc Commentariorum ad Bullas 1
Apoſtolicas Volumen, à Conſtit. Innoc.
IV. initium ſumit: maximo quidem boni ominis indicio, ut quæ Sacri Juris
hic pertractanda ſunt, tanti Pontificis
titulum in fronte oſtentent, ejus quippe,
qui Pater Juris & Veritatis meruit nuncupari, ex quo
inſigni nobilitati, egregiam juriſprudentiæ, atque omnigenæ eruditionis peritiam ſuperinduxit. Natales Innocentius ſortitus fuit Januæ apud Ligures ex Illuſtri Familia Fliſca Comitum Lavaniæ, ac Sinibaldi nomen obtinuit. Summo profectu jus, tum divinum, tum hu- 2
manum calluit, quod teſtantur ſanè quàm docta Commentaria, quæ in Decretales Gregorii IX. compoſuit.
Priuſquàm purpura inſigniretur, Canonicus extitit Eccleſiæ Parmenſis, atque ad Curiam accerſitus, Præſidentis Sacrarum Contradictarum munus exercuit. Ex-
inde ob eximiam Jurium peritiam, itaut luminare mun- 3
di diceretur, à Greg. IX. creatur Cardin. tit. S. Laurentii in Lucina, & S. Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarius. Cùmque per Cœleſtini IV. obitum, qui nullas edidit Conſtitutiones, Apoſtolica Sedes annum unum, menſes octo, & dies quindecim vacaſſet, tandem ope Balduini Imperatoris Conſtantinopolitani ereptis Cardinalibus è carcere Amalphitano, ubi ab impio Friderico II. capti detinebantur, pro nova electione Anagniam iidem Cardinales conveniunt, ibique plenis ſuffragiis 8. Kal. Julii ann. 1243. Cardinalis Fliſcus Summus Pontifex renunciatur, Innocentii IV. nomine aſſumpto. Ejus geſta communi fidelium expectationi reſponderunt, dum optimus Pontifex, nihil magis, quàm Sacerdotii, & Imperii concordiam in votis habuit. Friderici II. proterviam, monitis primùm, deinde eccleſiaſticis pœnis ſubegit, ut videbimus *Conſtit.* 3. *ejuſd.* Concilium Generale Lugdunenſe maxima Eccleſiæ utilitate convocavit, abſolvitque, ut dicam infra ad *Conſtit.* 20. Cardinalium

4 Collegio viros doctrina ac pietate inſignes cooptavit, eoſque primus galero rubro inſignivit, ut refert *Bzovius tom.* 13. *annal. ad annum* 1245. *num.* 1. quod poſtea etiam ad Cardinales ex Regularium Ordinibus aſſumptos extendit Gregor. XIV. *Conſtitut.* 9. *incip. Sanctiſſimus*. Itidem primus Roſam auream Principibus de Romana Eccleſia benemeritis mittendam, benedixit: quod & hodie Dominica tertia Adventus, & Quadrageſimæ Summi Pontifices imitantur; quamvis alii Innocentio III. hunc morem tribuerint, cùm adſint duo ipſius ſermones *de Roſa* habiti in Eccleſia S. Crucis in Hieruſalem; imò priùs Alexander III. in *Epiſtola ad Regem Franc.* quam refert Jo. Picard. *libro* 3. *capit.* 4. ſic loquitur: *A Romanorum Pontificum inſtitutione noſcitur proceſſiſſe, quod Dominica, qua cantatur Lætare Hieruſalem, conſueverint ipſi florem aureum propriis manibus annua ſemper revolutione geſtare*. Alii etiam Leoni IX. id adſcribunt ad annum 1051. dum impoſitum reperitur onus Monaſterio Bambergæ pendendi quotannis Eccleſiæ Romanæ Roſam auream, à Pontifice Dominica quarta Quadrageſimæ benedicendam, de quo ritu videndus Theophil. Raynaud. *tom.* 10. *pag.* 413.

5 Tandem anno 1254. Innocentius Neapoli ſanctiſſimè obiit; cùmque ejus corpore mea patria decoretur, inſcriptionem ſepulchralem hic referre curavi: *Innocentio IV. Pont. Max. de omni Chriſtiana Republica optimè merito. Qui natali S. Joann. Baptiſtæ anno* 1243. *Pontifex renunciatus, Die Apoſtolorum Principi ſacra coronatus, cùm purpureo primus pileo Card. exornaſſet, Neapolim à Corrado everſam, S. P. reſtituendam curaſſet, innumeriſque aliis præclarè, & propè divinè geſtis, Pontificatum ſuum quàm maximè illuſtrem reddidiſſet, anno* 1254. *B. Luciæ Virginis luce hac luce ceſſit. Annibal de Capua Archiepiſcopus Neapolitanus in Sanctiſſimi Viri memoriam obſoletum vetuſtate Epigramma reſtituit*. De aliis autem præclariſſimis hujus Pontificis geſtis, videndi ſunt Ciaccon. & Platin. *in ejus vita*, Bzovius *loc. cit.* Natal. Alexand. *hiſtor. Eccleſiaſt. ſæcul.* 13. *capit.* 1. *artic.* 4. *tom.* 7. Cabaſut. *in notit. Eccleſ. ſæcul.* 13. *ad Concil. Lugdun. numer.* 5. Cæſar de Engenio *in libr. inſcripto, Napoli Sacra pag.* 28. *à tergo*.

6 Enituit autem præſertim noſtri Pontificis zelus in hæreticis exterminandis, profectò cognoſcens, teterrimum hæreſis crimen adeo in immenſum malitiam ſuam extollere, ut idololatriam ipſam longè tranſcendat, S. Irenæus *lib.* 2. *adverſus hæreſ. cap.* 9. alia ſiquidem peccata etſi gratiam deſtruant, ac præſens jus ad gloriam auferant; non tamen, quemadmodum hæreſis, fidem in radice percutiunt, nec ad radicitùs gratiam, & gloriam evellendam tendunt, Felix I. *Epiſt.* 1. *ad Patern. Epiſcop.* ex quo meritò omnium malorum compendium hæreſis appellatur à Caſtro *libr.* 2. *de juſta hæret. punit. cap.* 2. Petro Simon. *de hæreſi cap.* 15. & ut loquitur D. Hieronym. *in Iſajam: Nullus eſt impius, quem hæreticus impietate ſua non vincat*: Hinc eſt quod ad tam lethale monſtrum profligandum, paſſim armantur leges, quæ partem non parvam hujus Magni Voluminis Conſtitutionum Apoſtolicarum occupant.

7 Prima autem Conſtitutio, quæ pœnas contra hæreticos ſpeciatim præſcribit, eſt hæc ab Innocentio edita die 31. Octobris 1243. in qua approbantur leges à Friderico Imperatore latæ contra hæreticos, eorumque complices, eaſque adducit Goldaſt. *tom.* 1. *conſtit. imperial. pag.* 76. *cum ſeqq.* & Pegna *poſt director. inquiſit. pag.* 13. & ſimiliter eas confirmavit Boniſac. VIII. in *cap. ut inquiſitionis de hæretic. in* 6. Unde dicendum eſt, eas generaliter, & ubique ſervandas eſſe, quidquid contra ſenſerit Muſcarell. *in prax. crimin. Rubric. de crimin. læſæ majeſt. divin. numer.* 49. nam licèt admittatur, quod ipſe ſupponit, nempe Fridericum has leges non pro toto Imperio, ſed tantùm pro partibus hæreſi infectis condidiſſe, & ſic nec pro Regno Neapolitano, ubi fides à Principe Apoſtolorum recepta ſemper illibata permanet, ut probat *Genitor meus ad Ritus M. C. tom.* 3. *ritu* 274. *n.* 26. tamen cùm eis acceſſerit confirmatio Innoc. IV. *in hac Conſtit.* & Boniſac. VIII. *in cit. cap. ut inquiſitionis*, ambigendum non eſt ubique ſervandas eſſe.

Profectò hæ leges in quatuor capita hic dividun- 8
tur. In primo incip. *Commiſſi*, continetur §. 2. Ut hæretici ab Eccleſia damnati, ſæculari judicio relinquantur. §. 3. Hæreticos pœnitentes perpetuo carceri detrudendos. §. 4. Eoſdem ubique capiendos, & Inquiſitoribus conſignandos. §. 5. Iiſdem pœnis eorum Fautores puniendos. §. 6. Quod eodem pacto puniantur, etiamſi alibi ſe transferant. §. 7. Relapſorum pœnitentiam non eſſe admittendam. §. 8. Quod eorum appellationes non audiantur. §. 9. Eorum deſcendentes uſque ad ſecundam generationem temporalibus beneficiis, publiciſque officiis priventur. §. 10. Iis exceptis, qui ſuorum Patrum perfidiam revelant. §. 11. Inquiſitoribus ubique eſſe favendum. §. 12. Hæreticos diligenter eſſe cuſtodiendos, quouſque condamnentur. In ſecundo earundem legum capite incip. *Inconſutilem* ſtatuitur §. 1. Hæreſim inter publica crimina eſſe numerandam, & majus delicto læſæ Majeſtatis humanæ judicandam. §. 2. Hæreticos impœnitentes comburendos eſſe vivos. In tertio capite incip. *Patarenorum* ſtatuitur §. 1. Ut hæreticorum fautores in perpetuum relegentur, eorumque bona publicentur. §. 2. Quodque eorundem fautorum filii ab honoribus repellantur, excepto ſi aliquem hæreticum revelaverint. In poſtremo earumdem legum capite incip. *Catharos* ſtatuitur §. 1. Quod hæretici perpetuò ſint infames, atque diffidati, eorumque bona confiſcentur, nec filii ad ea ſuccedere poſſint. §. 2. Suſpecti de hæreſi, niſi congruè ſe purgaverint, tanquam infames, & banniti habeantur, & poſt annum ut hæretici condemnentur. §. 3. Poteſtates, & Rectores locorum hæreticos perſequi publicè jurent. §. 4. Contra credentes, & fautores, plures pœnæ ſtatuuntur.

Propoſitum autem mihi eſt, non ſingulas has le- 9
ges hic commentare; cùm enim plures ſequantur Conſtitutiones, tum hujus, tum aliorum Pontificum, quæ vel eaſdem pœnas, vel alias de novo ſtatuunt contra hæreticos, eorumque receptatores, fautores, & hæredes; ideo per ſingulas eaſdem Conſtitutiones, juxta earundem exigentiam, ita materiam diſtribuam, ut ferè integer tractatus habeatur de Juſta Hæreticorum Punitione. In præſenti verò Commentario, cohærenter ad eaſdem leges, duas ponam Sectiones, in quarum prima agam: An poteſtas puniendi hæreticos ſit tantùm penes Eccleſiam. In ſecunda diſſeram de uſu concremandi hæreticos, eoſque ultimo ſupplicio afficiendi.

S E C T I O I.

An poteſtas puniendi hæreticos ſit ſolùm penes Eccleſiam?

S U M M A R I U M.

1 *Hæreſis vox græca electionem ſignificat, quæ hodie in malam partem ſumitur.*
In rebus fidei non cadit electio. Ibidem.
2 *Hæreſis definitio traditur, & explicatur.*
Ad rationem hæreſis requiritur, ut ſit error voluntarius intellectus Chriſtiani. Ibidem.
3 *Hæreſis ſine pertinacia non eſt.*
4 *Requiritur etiam, quod ſit error contra fidem catholicam, ſive directè, ſive reductivè.*
5 *Hæreticos Eccleſia tolerare non debet.*
6 *Prætextus, quod fides debet eſſe libera, non ſuffragatur hæreticis.*
7 *Hæreſis crimen à Judice laico cognoſci nequit, eſtque merè ſpiritnale, & eccleſiaſticum.*
8 *Nec quidem incidenter de eo Judex laicus cognoſcere poteſt.*

9 N.ſi

9 *Niſi cognitio eſſet merè facti.*

Quemadmodum idem Judex laicus cognoſcere poteſt de exceptione excommunicationis. Ibidem.

10 *Judices laici antiquitùs puniebant hæreticos ob permiſſionem Eccleſiæ.*

11 *Fridericus Princeps laicus quo pacto leges in hac Bulla contentas edere potuerit.*

Leges laicæ diſponentes de rebus eccleſiaſticis, nullam vim habent, niſi confirmentur à Papa. Ibidem.

12 *Leges laicæ Eccleſiæ favorabiles quatenus ſint validæ?*

13 *Judex laicus hæreticos capere poteſt ad effectum tradendi Judici Eccleſiaſtico.*

14 *Judicium Eccleſiæ non cadit in eos, qui extra illam ſunt.*

Hæretici ex quo carent fide, an ſint extra Eccleſiam? Ibidem.

15 *Hæretici etſi ſint extra Eccleſiam, cadunt tamen ſub ejus judicio.*

Fidem per Baptiſmum ſuſceptam, hæreticis impunè deſerere non licet. Ibidem.

16 *Judex laicus exequens ſententiam contra hæreticos, an de hæreſi aliquo modo cognoſcere poſſit?*

17 *Sententia Inquiſitorum contra hæreticos qualiter concipiatur.*

18 *Judex laicus non opus habet cognoſcere cauſam hæreſis, ad hoc ut pœnas contra hæreticos exequatur.*

Quid ſervetur in Tribunali S. Rotæ. Ibidem?

19 *Judex laicus exequi debens ſententiam Inquiſitoris, proceſſus requirere, aut examinare non poteſt, remiſſivè.*

HAnc difficultatem primò examinare, motivum exhibent præſentes leges Friderici: quo ſcilicet pacto ipſe, utporè Princeps ſæcularis, has leges contra hæreticos ferre potuerit, ſi crimen hæreſis, quod fidei virtutem percutit, eſt merè eccleſiaſticum, adeoque nonniſi ab Eccleſiaſtico Judice cognoſcendum.

1 Antequam verò ad rem deſcendam, prænotandum eſt, hoc nomen *hæreſis* vocem græcam eſſe, quæ latinè aliud non ſonat, niſi *eligo*, vel *ſector*. Ita Sanctus Hieron. *in epiſt. ad Galat. capit.* 5. relatus in *can. hæreſis* 24. *quæſt.* 3. S. Iſidor. *libr.* 8. *Etym. cap.* 3. Clemens Alexandrin. *libr.* 7. *Stromatum*, Theophilactus *in* 2. *cap. epiſt. ad Coloſſ.* Tertull. *libr. de præſcript. hæret.* S. Thomas 2. 2. *quæſt.* 11. *art.* 1. *& in capit.* 3. *epiſt. ad Titum*. In quo ſenſu Modeſtinus in *l. ſi duabus* 6. *ff. de excuſat. tutor.* varias Juriſperitorum ſectas, hæreſes etiam appellavit. Hæc tamen vox, quæ in proprietate vocabuli aliud non importat, niſi alicujus doctrinæ vel opinionis commendabilem electionem; hodie vox quidem infamis, & execratione digna eſt, importans enorme crimen violatæ Religionis, & aſſumpta ad ſignificandum electionem in rebus fidei, circa quam nulla cadit electio, & in cujus obſequium noſter intellectus captivandus eſt, ut inquit *Apoſtol.* 2. *ad Corinth. cap.* 10. vel ut alii loquuntur, appellatur hæreſis ad ſignificandam ſectam, & diviſionem, qua quis privatam opinionem *eligens* à communi ſe Eccleſiæ fide ſejungit. Unde quicumque Sacram Doctrinam aliter intelligit, quàm ſenſus Spiritus Sancti, & Eccleſiæ Catholicæ flagitat, hæreticus cenſendus eſt, *cit. can. hæreſis*, Caſtro *de juſta hæreticor. punit. libr.* 1. *capit.* 1. Alias hæreſis etymologias vide apud Eymeric. *in directorio Inquiſit. part.* 2. *quæſt.* 1.

2 Hæreſis varias definitiones tradunt Doctores, quas habes penes Pegnam ad cit. Eymeric. *part.* 2. *comment.* 26. Ferè tamen omnes videntur in iſtam coincidere: Hæreſis eſt voluntarius error intellectus Chriſtiani cum pertinacia contra fidem Catholicam. Eſt enim hæreſis error intellectus, habetur namque dum aliquid fidei contrarium intelligitur, vel judicatur; quemadmodum enim fides eſt in actu intellectus, Cajetan. *in* 2. 2. *quæſt.* 11. *art.* 2. ita etiam hæreſis in actu intellectus conſiſtit, Gonzal. *in cap.* 1. *num.* 5. *de hæretic.*, Cano *de locis Theol. lib.* 12. *cap.* 8. Cùmque, ut diximus, hæreſis idem ſit ac electio, conſequens eſt, ut ſit error intellectus voluntarius, hoc eſt motus à voluntate; nec ſufficit, ſi error ſit ex ignorantia; Unde ſi quis fidelis in his, quæ Fidei ſunt; vitiosè per inſcitiam erret, & flagitiosè etiam catholicam veritatem ignoret, ad Dialecticorum legem quidem fidei contradicit, & ad morum normam culpæ mortalis reus eſt; ſed niſi vivus, ut dicitur, videnſque pereat, hoc eſt, niſi prudens, volenſque ſe à catholico dogmate ſeparet, nec facit ſectam, neque hæreſim admittit. Quia hæreſis, cum fide non ſolùm pugnat, ſed ſummè, maximèque etiam pugnat. Tunc ergo error propriè hæreſis eſt, cùm non fidei materialiter, ſed formaliter adverſatur, ut pluribus relatis probat Ricciul. *de jure perſon. lib.* 5. *cap.* 1. *numer.* 9. Debet ulteriùs hæreſis eſſe error intellectus Chriſtiani; qui enim Chriſtiani non ſunt, propriè, & formaliter hæretici non dicuntur, *can. hæretici* 24. *quæſt.* 1. Becanus *in* 2. 2. *cap.* 14. *quæſt.* 2. Covarr. *var. reſol. libr.* 3. *cap.* 1. *numer.* 2. Simanch. *cathol. inſtit. tit.* 31. *numer.* 4. Quis enim neſciat, morales actus ex diſpari hominum ſtatu, conditione, affectu, notitiæque varietate, varias item nominationes, ſpecieſque ſortiri? Error igitur in fide, tametſi in quocunque cujuſque conditionis homine fidei repugnet; in Judæo tamen Infidelitas judaica eſt, in Pagano paganica, in Chriſtiano hæretica.

Hujuſmodi autem errori accedere debet pertinacia, 3 quæ ſi non adſit, certum eſt nec adeſſe hæreſim, *can. qui Eccleſia, can. dixit* 24. *quæſt.* 3. *cap.* 2. *de Summ. Trin. cap. un. eod. in* 6. *Extrav. cum inter de verb. ſign.* pertinacem autem errorem illum eſſe puto cum Vaſquez *part.* 2. *diſput.* 126. *num.* 6. Valentia, & aliis, *qui eſt ex cognitione oppoſitionis cum fide*: hac enim poſita, ſi propriæ opinioni contra doctrinam Eccleſiæ quis hæreat, pertinax erit, & hæreticus: ſi illa verò cognitio deeſt, certum eſt nec pertinaciam eſſe, nec hæreſim. Unde licèt quis voluntariè erret in rebus fidei, tamen ſi doctus de errore, quòd ejus opinio ſit contra id, quod ab Eccleſia tanquam de fide credendum proponitur, ab errore ſuo deſiſtat, non erit pro hæretico habendus, ut docet D. Auguſt. *l.* 4. *de Bapt. contra Donatiſtas cap.* 6. ibi: *Conſtituamus aliquem ſentire id de Chriſto, quod Photinus opinatus eſt, exiſtimantem ſcilicet, Photini ipſam eſſe catholicam fidem, nondum illum hæreticum dico, niſi manifeſtata ſibi doctrina, catholicæ fidei reſiſtere maluerit, & illud quod tenebat elegerit*; atque idem exprimere voluit ipſemet Sanctus *lib.* 1. *de Trinit.* dum dixit: *Errare potero, ſed hæreticus non ero*, ex eo ſcilicet, quod ſi quis ob ſimplicitatem, vel ignorantiam, ut frequenter in ruſticis, & mulierculis contingit, aliquid contra fidem aſſerat, putans ita eſſe de fide, atque ita Eccleſiam docere, non debeat dici, aut puniri tanquam hæreticus, ut communiter docent Doctores apud Turrecrem. *lib.* 4. *de Eccleſ. part.* 2. *cap.* 11. Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.* 31. *numer.* 7. Carena *de Off. inquiſit. part.* 2. *tit.* 1. §. 2. Suarez *de fide diſp.* 19. *ſect.* 3. Ricciul. *cit. lib.* 5. *cap.* 2. ubi fusè de differentia pertinaciæ à perſeverantia, & obſtinatione, del Bene *de offic. Inquiſition. par.* 1. *dub.* 2. *petit.* 2.

Requiritur demum ad rationem hæreſis, quòd ſit 4 contra fidem Catholicam, ut habetur in *cit. cap. un. de Summa Trinit. in* 6. *can. hæretici* 2. *quæſt.* 1. *can. omnes* 22. *diſt.* D. Thom. 2. 2. *q.* 11. *art.* 22. Caſtro *lib.* 1. *de hæret. punit. cap.* 1. *&* 7. Dicuntur autem eſſe contra fidem Catholicam non modò ea, quæ principaliter, & directè ſunt de fide, ſed etiam quæ ſecundariò, & reductivè, ut poſt D. Thomam. *part.* 1. *quæſt.* 32. *art.* 2. *&* 4. docet Gonzal. *in cit. cap.* 1. *numer.* 8. *de hæretic.*

Eſt ſimiliter præmittendum, hæreticos non eſſe to- 5

Digitized by Google

lerandos ab Eccleſia ſub obtentu, quod Religionis ele-
ctio debeat eſſe libera, non coacta: ſiquidem, qui
ſemel in Chriſtiana militia nomen per Baptiſmum de-
dere, jure coguntur ad id, quod promiſerunt ſer-
vandum; quemadmodum eos, qui terrenæ militiæ
ſe adſcripſerunt, deſertores, vel transfugas eſſe Jus
civile non patitur, *l. deſertorem ff. de re militari*,
l. aut damnum 8. §. *hoſtes*, *l. ſi quis aliquid* §. *trans-
fugæ ff. de pœnis*. Verum enim eſt, quòd Religio ſit
ſuadenda, non per vim injungenda illi, qui nulla un-
quam Religione fuit imbutus; ille tamen, qui Reli-
gionem Chriſtianam ſemel profeſſus eſt, illam impunè
deſerere non poteſt, D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 11. *art.* 3.
Gonzalez *in cap. ad abolendam num.* 14. *de Hæreticis*,
Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 13. *quæſt.* 8. §.
item objicies, De Magiſtris *in Sylva par.* 2. *lib.* 2. *tit.*
3. *in princip. num.* 5. & ut ait Tertullian. *adverſus
Gnoſticos cap.* 11. *Ad officium hæreticos compelli, non
allici dignum eſt: duritia vincenda eſt, non ſuadenda
hæreſis:* idemque ſentire videtur D. Hieron. relatus in
can. reſecandæ 24. *q.* 3.

Poſito igitur, quemadmodum nemo, niſi ipſa hæ-
reſi ſit denigratus, negat, hæreticum poſſe puniri,
videndum eſt à quonam contra ipſum procedi poſ-
ſit.

7 Et quidem non obſtantibus iis, quæ infra oppo-
nentur, omnino dicendum, crimen hæreſis ad forum
Eccleſiaſticum pertinere, nulloque pacto à Judice lai-
co cognoſci poſſe, ut expreſsè ſancitur in *cap. ut In-
quiſitionis* §. *probibemus de hæreticis in* 6. ibi: *Prohi-
bemus quoque diſtrictius Poteſtatibus, Dominis tempo-
ralibus, & Rectoribus, eorundemque Officialibus, ne
ipſi de hoc crimine (cum merè ſit Eccleſiaſticum)
quoquo modo cognoſcant, vel judicent:* idemque ſta-
tuitur in *Conſtit.* 11. *Julii III. incip. licèt*, & *in Conſt.*
7. *Gregorii XIV. incip. cum aliàs* §. 6. *Conſt.* 10. *In-
noc. VIII. incip. dilectus filius* §. 2. *Conſtit.* 43. *Leon.
X. incip. honeſtis* §. 3. atque ita communiter ſen-
tiunt DD. Abbas *cit. cap. ad abolendam num.* 7. Si-
manc. *cit. tit.* 36. *rub. de judic. ſæcular. num.* 1. Fari-
nacc. *de hæreſi quæſt.* 186. *num.* 154. Pariſ. *conſil.* 2.
num. 104. *lib.* 4. Scacc. *de judic. tom.* 1. *cap.* 56. *num.*
1. Genitor meus *ad Ritus M. C. tom.* 3. *Ritu* 274. *num.*
26. Pignatell. *conſul.* 87. *num.* 1. *tom.* 8. Card. Albitius
de inconſtan. in fide cap. 21. *num.* 1. & *ſeqq.* aliique
congeſti per Barboſ. *cit. cap. ut inquiſitionis num.* 7. &
Paſſerin. *num.* 23. Idque etiam optima fulcitur ra-
tione; quia, ut diximus, hæreſis fidei virtutem per-
cutit, eſtque crimen merè ſpirituale, & eccleſiaſti-
cum, de quo cognoſcere, omnino interdictum eſt
Judici laico, ut in allegatis juribus ſtatuitur, & firmant
Fagnan. *in cit. cap. ad abolendam num.* 21. & 55. Af-
flict. *ad conſtit. Regni lib.* 1. *tit. de hæret. rubr.* 1. *num.*
34. & alii apud Barboſ. *cit. numer.* 8. & Carleval. *de
judic. lib.* 1. *titul.* 1. *diſp.* 2. *quæſt.* 7. *ſect.* 1. *numer.*
769.

8 Hocque procedit, ut Judex laicus nedum principa-
liter, ſed nec incidenter de hujuſmodi crimine cogno-
ſcere, vel judicare poſſit; adeout ſi in cognitione
cauſæ ad ipſum ſpectantis comperiat aliquem eſſe
hæreticum, vel de hæreſi ſuſpectum, neque poſſit
contra illum procedere, ut communiter DD. infe-
runt ex *cit. cap. ut inquiſitionis* §. *prohibemus*, ibi:
quoquomodo cognoſcant, aut judicent; & notant Bar-
boſ. *ibidem num.* 7. Paſſerin. *numer.* 24. Farinacc.
cit. quæſt. 186. *num.* 154. cùm illud verbum textus
quoquomodo, omnem cognitionem, etiam inceden-
tem excludat, Simanch. *cit. tit.* 36. *num.* 1. Fermoſin.
de confiſcat. alleg. 46. *num.* 8. del Bene *par.* 2. *dub.* 196.
num. 6.

9 Quod ſi quis contra Actorem coram Judice lai-
co, exceptionem de hæreſi opponat, poterit ne ta-
li caſu idem Judex inquirere, an actor verè ſit hæ-
reticus? Et diſtinguendum eſt; nam aut exceptio de
hæreſi fundatur in hoc, quòd actor aliquid contra
fidem ſenſerit, vel ab eo pariter contra fidem aliquid
actum, geſtumque fuerit, aliquamve blaſphemiam
hæreticalem protulerit; & hoc caſu certum eſt, Ju-
dicem laicum non poſſe manus apponere, nam hoc
eſſet ſaltem indirectè de hæreſi cognoſcere. Si verò
exceptio fundetur in hoc, quòd Actor jam fuerit à
Judice Eccleſiaſtico declaratus hæreticus; tunc quia
inquiſitio non tenderet ad cognoſcendum, vel judi-
candum de hæreſi; ſed ſolummodò ad habendam cer-
titudinem, an verè fuerit declaratus hæreticus, ex
quo non ſit admittendus in judicio, poterit Judex
laicus hoc inquirere; nam quæſtio eſſet merè de fa-
cto; atque ita diſtinguere videtur Paſſerin. *cit. loc.
numer.* 24. poſt Caren. *part.* 2. *tit.* 3. *num.* 17. & *ſeqq.*
Ad inſtar Actoris excommunicati, contra quem ſi
de excommunicatione excipiatur, quemadmodum ex-
cipi poſſe ſtatuitur in *cap. cum inter de exception. cap.
intelleximus de Judiciis*, poteſt Judex ſæcularis, ad
hoc ut exceptionem admittere poſſit, in facto co-
gnoſcere, an verè Actor ſit excommunicatus, licèt
nullo pacto ei liceat de excommunicationis juſtitia,
vel validitate cognoſcere, Ancharan. *in cap. primo
eodem tit. Franc. ibidem* §. *ſi quis igitur num.* 3. Paſſe-
rin. *loco citato num.* 24.

His tamen opponi poſſet, quod paſſim in jure ci- 10
vili legitur, præſertim in Codice ſub *tit. de hæreticis*,
& apud Balſamon. *in nomocan. Photii tit.* 9. nempè an-
tiquitus Judices laicos, hæreticos coercere ſolitos
fuiſſe, ut notant del Bene *cit. part.* 2. *dub.* 196. *in prin-
cip.* Scaccia *de Judic. libr.* 1. *cap.* 15. *num.* 1. & præſer-
tim, quòd præſentes leges in hac Conſtitutione in-
ſertæ, à Friderico laico conditæ fuerint.

Sed etſi negari non poſſit, olim Judices laicos in
hæreticos animadvertiſſe, id tamen dicendum eſt ob
tolerantiam, & permiſſionem Eccleſiæ contigiſſe,
ad hoc ut acriùs per Principis ſæcularis poteſtatem
in hæreticos animadverteretur; hujuſmodi tamen le-
gibus civilibus omnino derogatum eſt per adductas
Conſtitutiones Apoſtolicas, ut ultra citatos dicunt
Simanch. *de Catholicis inſtitutionib. tit.* 36. *numer.* 1.
Clarus *in praxi crimin.* §. *hæreſis numer.* 4. Caſtro *cit.
libr.* 1. *capit.* 23. Quò verò ad præſentes leges Fride-
rici, ex eis magis firmatur, crimen hæreſis eſſe merè 11
Eccleſiaſticum, tum quia ſi hæ leges ex ſe ipſis vali-
dæ fuiſſent, non oportebat hìc confirmari ab Inno-
centio, cùm alioqui certum ſit, quòd leges, aut ſta-
tuta Principis laici aliquid diſponentia circa res Fi-
dei, vel quomodolibet ad juriſdictionem Eccleſiaſti-
cam pertinentes, nullam vim obligandi habeant, niſi
à Sede Apoſtolica confirmentur, *cap. quæ in Eccleſia-
rum*, ubi gloſſa, & DD. *de conſtitutionibus*, Decian.
tract. crimin. lib. 5. *cap.* 26. *numer.* 4. Paſſerin. *loco cit.
numer.* 2. del Bene *cit. dub.* 196. *num.* 9. tum fortiùs, 12
quia ipſæ leges ſunt apprimè favorabiles Eccleſiæ,
utpotè tendentes in augmentum fidei; & in eis om-
ninò intactum relinquitur, imò expreſsè præſerva-
tur Judicibus Eccleſiaſticis de hoc crimine hæreſis
cognoſcere; in quibus ſanè terminis, cùm juriſdi-
ctioni Eccleſiaſticæ nullum præjudicium inferatur,
ex eo quod leges laicæ non modò non ſint contra-
riæ ordinationibus Eccleſiaſticis, ſed potius illas au-
geant, & promoveant, hujuſmodi leges firmas, &
validas eſſe tenent cit. Paſſerin. *num.* 25. Decian. *cit.
libr.* 1. *cap.* 25. *numer.* 2. Pegna *in part.* 3. *direct. com-
ment.* 135. Caren. *part.* 2. *tit.* 3. *num.* 64. del Bene *loco
cit. num.* 10. *verſ. dixi*, Farinacc. *de hæreſi quæſt.* 186.
numer. 157. ad inſtar eorum, quæ fusè ſcripſi *tom.* 3.
ad Conſtitut. 1. *Honorii III. ſect.* 1. Et ex hoc etiam 13
permiſſum eſt Curiæ ſæculari, hæreticos, vel de hæ-
reſi ſuſpectos capere, atque in carceribus mancipa-
re, ad effectum illos tradendi Judici Eccleſiaſtico,
ut in *Conſtit.* 9. *Innoc. IV. incip. ad extirpanda* §. 22.
Barboſ. *in cit. cap. ut inquiſitionis num.* 7. Paſſerin. *ibi-
dem num.* 26. Afflict. *in Conſtit. Regni tit. de hæretic. nu-
mer.* 33. Farinacc. *cit. quæſt.* 186. *num.* 158. Clarus *in
prax.* §. *hæreſis num.* 33.

Nec ſimiliter obſtare poteſt, non poſſe ſcilicet cri- 14
men hæreſis à Judice Eccleſiaſtico cognoſci, ex eo
quòd judicium Eccleſiæ cadere non poſſit in eos,
qui

Digitized by Google

qui ſunt extra Eccleſiam: nihil enim ad eam pertinet de his, qui foris ſunt, *can. multi 2. quæſt. 1. cap. gaudemus de divortiis*; Hæreticos autem eſſe extra Eccleſiam, certum ex eo eſt, quòd fide carentes ad Eccleſiam non pertinent, *capit. firmiter de Summa Trinit. cap. fin. de Presbyt. non baptizat. can. hæreticos 2. quæſt.* 1. & hæreticos verè eſſe extra Eccleſiam, fusè tuetur Bellarm. *libr.* 3. *de Sacram. cap.* 4. Spondan. *de cœmeteriis lib. 4. part. 1. capit. 2.* Gibalin. *ſcient. can. tom. 1. libr. 2. capit. 1. quæſt. 2. conſect.* 3. Canus *de locis Theolog. libr. 4. capit. 2. &* Ricciul. *libr. 5. capit.* 12.

15 Etenim, etſi verum ſit hæreticos non eſſe verè in Eccleſia: quod tamen negavit Alphonſus de Caſtro *l. 2. de juſta hæretic. punitione cap.* 24. Cajetan. *opuſc. de authorit. Papæ capit. 22. & 27. & opuſc. 2. cap.* 25. adhuc tamen eſſe ſub ejus juriſdictione, & poſſe ab ipſa coerceri, ob characterem ſcilicet baptiſmatis, quem ipſos non amittere certum eſt, *can. non in vobis de conſecratione diſt. 4. can. quod quidem 1. quæſt.* 1. & ulteriùs poſſunt compeſci, & puniri ratione fidei, quam per baptiſma ſuſceperunt, quamque deſerere non poſſunt, ut ſuperiùs firmavimus *num.* 5. & docent Gonzalez *cap. ſicut* 8. *num.* 12. *de hæreticis*, Ricciul. *cit. cap.* 12.

Itidem opponi poſſet, quòd hæreticus impœnitens, vel relapſus relaxandus ſit brachio ſæculari, *capit. ad abolendam, capit. excommunicamus il 2. in princip. de hæretic. capit. ut inquiſitionis eodem in* 6.

16 ex quo ſequitur, executionem pœnæ contra hæreticos faciendam eſſe à Judice ſæculari: quod ſanè contingere non poteſt, niſi aliqualiter cognoſcat de hoc crimine: tum quia Judex Eccleſiaſticus in ejus ſententia non damnat hæreticum morti, cùm ipſe ſententiam ſanguinis nec ferre, nec exequi poſſit, *capit. Clericis, capit. ſententiam ne Clerici, vel Monach. capit. ex litteris de exceſſ. prælator.* & dicam infra ad *Conſtitut. 17. Alexand. IV. numer.* 2. ſed ſo-

17 lummodò cum declarat hæreticum impœnitentem, vel relapſum, & relinquit judicio ſæculari, ut conſtat ex formula ſententiæ, quam habes apud Eymeric. *part. 3. director. in decimo modo terminandi proceſſum numer. 203. & 206.* Sanfelicius *deciſion.* 239. *in fine tom.* 2. adeoque ſaltem Judex laicus decernere debebit, quæ pœna inferenda ſit hæretico, Decian. *tractat. criminal. libr. 4. capit. 9. num.* 123. Graſſus *de effect. Clerical. effect. 1. numer. 830. cum ſeqq. & numer.* 834. tum ulteriùs, quia Judex ſæcularis requiſitus pro exequutione ſententiæ Judicis Eccleſiaſtici, id præſtare non tenetur, niſi viſis actis, & examinato proceſſu, §. *ſi quis contra aliquem authent. de SS. Epiſcopis*.

18 Sed hæc levia ſunt, Judex enim laicus in hoc crimine eſt purus, putuſque exequutor, nec opus habet, ut decernat pœnas, cùm à jure ſtatutæ ſint, illaſque omnino exequi debet contra reum, imò illas alterare nequit, ut dicam in ſequenti Sectione, & tradunt Fragoſ. *de regimin. Reipubl. Chriſtian. part. 1. libr. 2. diſputat. 4. §. 4. numer.* 370. Raynald. *obſervat. criminal. tom. 1. capit. 1. numer.* 88. & in terminis etiam S. Rotæ Tribunalis, ut licèt non exequatur ſententias alterius Judicis, niſi viſis actis, tamen quoad ſententias Supremæ Inquiſitionis, ſeu S. Officii Tribunalis, eas exequitur non viſis actis, quæ exhiberi non poſſunt, ut dicit Rota *in Conchen. Penſionis 6. Maji* 1598. *numer.* 7. cor. Peregr. *& deciſ.*

19 252. *numer.* 2. cor. Merlino; acta autem, & proceſſus examinare, ſeu requirere, Judici laico omnino interdicitur Conſtitutionibus Apoſtolicis, quas latè examinamus ad *Conſtitut. 17. Alexand. IV. incip. ad audientiam*.

SECTIO II.

De uſu concremandi hæreticos, & quando id locum habeat.

SUMMARIUM.

1 *Patareni unde ita dicti.*
2 *Originem habuerunt in Urbe Patara. Eorum errores recenſentur. Ibidem.*
3 *Damnantur in Concilio Lateranenſi.*
4 *Pœna ignis debita eſt hæreticis, & qua ratione.*
5 *Mala plurima ab hæreſi oriuntur; idque ex ipſius Lutheri verbis comprobatur.*
6 *Eccleſia potuit pœnam ignis contra hæreticos ſtatuere.*
7 *Rei læſæ majeſtatis humanæ, & milites deſertores vivi cremabantur.*
8 *Ferdinandus Rex ligna pro hæreticis comburendis propriis manibus miniſtrabat. Ligna pro hæreticis comburendis deferentes, lucrantur Indulgentias. Ibidem.*
9 *Variæ pœnæ jure civili contra hæreticos ſtatutæ referuntur.*
10 *Pœna ignis in hæreticos à quo jure originem habeat.*
11 *Verius eſt primò fuiſſe ſtatutam à Friderico Imperatore.*
12 *Hæretici impœnitentes vivi comburuntur.*
13 *Per pœnitentiam à pœna ordinaria reus regulariter non liberatur. Id tamen fallit in crimine hæreſis. Ibidem.*
14 *Hæreticus, ut per pœnitentiam evitet pœnam ordinariam, debet eſſe continuò pœnitens.*
15 *Hæreticus quando dicatur continuò pœnitens.*
16 *Hæreticus priuſquàm relinquatur brachio ſæculari, pluribus mediis ſuadendus, ut à pertinacia recedat.*
17 *Pœnitentia hæretici admittenda eſt, etiam ſi in tortura, vel poſtea pœniteat. Pœnitens in tortura, debet pœnitentiam ratificare. Ibidem.*
18 *Admittendus eſt ad pœnitentiam, etſi poſt ſententiam, vel in loco ſupplicii pœniteat, dummodo appareat verè pœnitere.*
19 *Hæreticus dogmatizans, vel hæreſiarcha etiam admittitur ad pœnitentiam.*
20 *Quæ ſervanda ſint, dum ſententia contra hæreticos eſt exequenda. Hæreticus ſi eſt Clericus, degradandus eſt, priuſquàm relinquatur Judici ſæculari. Ibidem.*
21 *Hæretici relapſi an admittantur ad pœnitentiam remiſſivè.*
22 *Judex laicus executor ſententiæ in cauſa hæreſis, an poſſit imminuere, vel augere pœnas à jure canonico ſtatutas?*
23 *Non quidem minuere, ſed augere poſſe aliqui volunt, & hujus ſententiæ rationes adducuntur.*
24 *Alii nec quidem minuere poſſe aſſerunt, & afferuntur rationes quibus nituntur.*
25 *Prior opinio recipitur, & explicatur quomodo ſit admittenda.*
26 *Pœnæ impoſitio pendet à juriſdictione.*
27 *Legatus à latere an pœnas contra hæreticos ſtatutas immutare poſſit?*

IN ſecunda parte iſtarum legum Friderici Imperat. incip. *Inconſutilem* §. 2. ita ſtatuitur: *Patarenos, alioſque hæreticos, quocumque nomine cenſeantur, decernimus, quam affectant mortem: ut vivi in conſpectu hominum comburantur, flammarum commiſſi judicio*.

Patarenos ex eo appellatos eſſe, cenſet Scortia 1
in ſelectis epit. 10. theorem. 40. quòd adeo eſſent pertinaces, ut parati eſſent pati mortem pro ſua hæreſi; quod etiam indicat Fridericus *in citat. parte ſecunda* earun-

Digitized by Google

earundem legum circa princip. ibi ; Patarenos ſe no-
2 minant, velut expoſitos paſſioni. Verùm Patarenos di-
ctos eſſe à Patera Urbe Lyciæ, in qua originem ha-
buerunt, obſervat Gonzalez in cap. ſicut ait 8. num. 6.
de hæreticis. Iſti Manichæorum hæreſibus adhære-
bant, eorumque inſulſas ineptias à Marſilio Patavi-
no, & Arnoldo Brixienſi originem habuiſſe vendi-
tabant. Inter præcipuos ipſorum errores recenſetur,
quòd principia duo, unum bonum, malum alterum
admiſerint, de cujus hæreſis origine, & authoribus
dixi tom. 2. ad Conſtit. 11. Innoc. III. num. 9. Chriſtum
Patri homouſion, ideſt conſubſtantialem negabant,
neç Romanum Pontificem Oecumenicum agnoſce-
3 bant. Ipſi cum eorum erroribus damnati fuere in
Concilio Lateranenſi III. can. 27. relato in cap. ſicut
ait 8. eod. tit. de hæreticis, & de ipſis agunt Spondan.
anno 1179. num. 28. Pancirola libr. 2. variar. cap. 278.
Raphael Volaterranus libr. 2. Geograph. Salell. de ma-
ter. trib. fid. part. 2. libr. 3. capit. 14. reg. 270. nu-
mer. 153.
4 Profectò pœnam ignis in hæreticos juſtam, & de-
bitam eſſe certum eſt; imò ſi majori, ac ſeveriori
pœna contra ipſos experiri poſſet, ſemper eis debi-
tam eſſe non eſt ambigendum; inſpecta, tum gravi-
tate delicti in ſe, de qua ſuperiùs dixi, tum etiam in-
5 gentibus malis, quæ ipſorum occaſione oriri ſemper
vidimus, nimirum Populorum conjurationes, ſedi-
tiones, & Religionis ſubverſiones, ut rem politicè
differentes, oſtendunt P. Menoechius libr. 2. polit.
cap. 3. Cocchier. eodem tract. libr. 2. cap. 5. Salcedo ad
D. Thom. de regim. Princip. libr. 3. cap. 16. differt. 30.
ſufficiatque audire vel ipſum Lutherum in proœm. ad
Corinth. 1. ubi loquens de malis, quæ hæreſim con-
6 ſequuntur, ait: Hinc enim ſcandala, & pravi mores,
luxus, avaritia, ſcortatio, contentio, & ebrietas, &
id genus vitia cum ſummo Chriſtiani nominis dedeco-
re graſſantur. Hinc Doctorum ambitio, auditorum le-
vitas, profaniſſima vita, contemptus Dei, contemptus
omnis Ordinis, epicurea profanitas, ut apud P. Cont-
zen. libr. 9. politic. capit. 11. §. 4. Jure igitur, meritò-
que à Friderico contra ipſos pœna ignis in his legi-
7 bus ſtatuitur. Et adeſſe in Eccleſia poteſtatem, hanç
pœnam infligendi in hæreticos, dubio procul eſt,
prout latè probant Bellarmin. tom. 1. controv. libr. 3.
de Clericis cap. 21. & 22. Valentia tom. 3. controverſ.
diſt. 1. punct. 3. Suarez de fide diſput. 20. numer. 18. &
diſput. 23. ſect. 1. per totam, Simanch. cit. tit. 46. nu-
mer. 44. Joan. Echius contra Lutherum artic. 27. Si
enim rei læſæ majeſtatis humanæ in conſpectu Populi,
vivi cremabantur, ut referunt Valerius Maximus lib.
6. cap. 3. Paulus J.C. libr. 5. ſenten. tit. 29. quemad-
modum etiam milites deſertores, l. aut damnum 8.
§. hoſtes, l. ſi quis aliquid 38. §. 1. ff. de pœnis; quantò
majori jure id benè diſpoſitum erit in reos læſæ ma-
jeſtatis Divinæ, & deſertores militiæ Chriſtianæ?
8 Hinç memoria dignum eſt, quod de Ferdinando
Hiſpaniarum Rege refert Lucas Tudenſis anno 1255.
& Mariana libr. 12. hiſtor. capit. 11. nempe ipſum,
quaſi victimarium ſoluiſſe propriis manibus ligna
pro comburendis hæreticis miniſtrare; unde defe-
rentes ligna ad hunc finem, indulgentias lucrantur,
ut tradit Fagnan. capit. ad audientiam numer. 52. de
homicid.
Sed undenam originem habuerit hujuſmodi uſus
concremandi hæreticos vivos, non adhuc videtur eſ-
9 ſe certum inter Scribentes. Jus ſiquidem civile va-
riis pœnis in hæreticos ſæviiſſe comperimus, nullam-
que certam ſtatuiſſe, ſed pœna arbitraria fuiſſe uſum,
ut obſervat Gonzalez in cit. cap. ad abolendam num. 11.
de hæreticis, poſt Carolum Auguſtum Mela part. 3. Mi-
ſcellan. capit. 10. Quandoque enim eis teſtimonium
dicere prohibebatur, vel Teſtamenti factio denega-
batur, ut in l. quoniam, & l. final. Cod. de hæreti-
cis. Quandoque etiam deportabantur, & eorum bo-
na publicabantur, l. eos qui Cod. de Apoſtatis, l. Ma-
nichæos Cod. de hæreticis. Itidem aliquando ultimo
plectebantur ſupplicio, ut in l. quicumque §. ultimo,
ibi: Ultimo etiam coerceantur ſupplicio, qui illici-
ta docere tentaverint, & conſonat l. Arriani Cod.
eodem tit.
Frequentiùs tamen hanc pœnam DD. probant ex 10
verbis Chriſti Domini Jo. 15. ibi: Si quis in me non
manſerit, mittetur foras, ſicut palmes, & areſcet, &
colligent eum, & in ignem mittent, Abbas cit. cap. ad
abolendam num. 13. Gonzal. ibidem num. 12. Eymeric.
in director. Inquiſit. part. 2. ad cit. cap. ad abolendam
num. 11. & 12.
Verius tamen eſt, hanc pœnam concremandi hæ- 11
reticos vivos primò originem habuiſſe à ſuperiùs ad-
ducta lege Friderici; quandoquidem ante has leges,
nec jure Civili, nec canonico eam comminatam vi-
demus, ut obſervant Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 42.
num. 4. verſ. hoc autem, Carrer. de hæret. num. 132. Co-
varruv. libr. 2. variar. cap. 10. num. 10. Cardin. Albit.
de inconſt. in fide cap. 21. num. 8. eamque poſt Friderı-
cum, pariter in hæreticos ſtatuit Carolus V. anno
1540. ut refert Decian. loc. cit. & Muſcatell. in prax.
crimin. rubr. de crim. læſæ majeſt. divinæ num. 49. licèt
communiùs eandem pœnam refundant in generali
conſuetudine Eccleſiæ, Clarus ſentent. criminal. lib. 5.
§. hæreſis num. 7. Pegna in director. part. 2. comment. 45.
verſ. ſed quo mortis, Azor. cit. libr. 8. cap. 13. quæſt. 8.
verſ. ultima pœna.
Cùm autem hæreticorum gradus varii ſint, adeo-
ut non ſemper eis eadem pœna veniat infligenda, vi-
dendum eſt, quando nam hæc pœna ignis locum ha-
beat. Et primò certum eſt, hæreticos impœnitentes, 12
vivos eſſe comburendos, quicquid Alfonſus de Ca-
ſtro libr. 2. de juſta hæret. punitione capit. 10. dixerit,
parum referre, an gladio, igne, vel alio ſupplicio
vitam finiant; etenim cùm hæc pœna ſtatuta ſit in
his legibus Friderici ab Innocentio, & Bonifacio ap-
probatis, atque ita ſemper in Eccleſia ſervatum fue-
rit, non videtur licitum in oppoſitum ſentire, Ho-
ſtienſ. in cit. cap. ad abolendam, Gonzal. in cap. excom-
municamus il 1. §. damnati numer. 3. de hæret. Covarr.
cit. cap. 10. num. 10. Simanch. tit. 48. num. 7. Rovas de
hæreticis part. 2. aſſert. 45. Eymeric. part. 2. in cit. cap.
ad abolendam numer. 11. Pegna ibidem comment. 45.
lit. D. Farinacc. quæſt. 196. §. 1. num. 4. Suarez de fide
diſput. 23. ſect. 2. num. 3. Decian. tract. crimin. libr. 5.
cap. 55. in fine, Caſtropal. tom. 1. tract. 4. diſp. 5. punct.
2. num. 3. del Bene de Offic. Inquiſ. part. 2. dubit. 206.
petit. 2. num. 3.
Quod autem diximus de hæretico impœnitente,
verum eſt, ſi ipſe ſemper impœnitens, & in ſua per-
tinacia induratus perſiſtat; nam ſi ipſum de ſuo erro-
re verè pœniteat, Eccleſia, quæ pia Mater eſt, non
utitur cum eis eadem pœna; licèt enim de rigore, 13
& juxta regulas juris communis, ob crimen ſemel
commiſſum, non obſtante pœnitentia, adhuc reus
eſſet judicialiter puniendus, quia per hujuſmodi pœ-
nitentiam in foro ſori nocens eſſe non deſiit, l. 1. ff.
de pœnis, ibi: Eam cauſam debet ſuſtinere, quam ſu-
ſtineret, ſi eo tempore eſſet ſententiam paſſus cum deli-
quit, l. qui ea mente ff. de pœnis, l. quod ſignificatum
in princip. ff. de Edilit. Edicto; quia tamen Eccleſia
benigna eſt, nec redeunti gremium claudit, in hoc
caſu voluit, quòd ſi talis, continuò poſt deprehenſio-
nem erroris, ad Fidei Catholicæ unitatem ſponte re-
dire voluerit, & errorem ſuum abjurare conſenſerit,
congruamque ſatisfactionem exhibere, recipiatur ad
miſericordiam, & impoſita pœnitentia ſalutari ſalve-
tur ſibi vita, quia Eccleſia defendere debet ſuos pœ-
nitentes, ita Fagnan. in cit. cap. ad abolend. num. 16.
& 17. poſt Rotam in antiquis deciſ. unica numer. 14.
& 15. de hæreticis, Farinacc. quæſt. 193. num. 101. Muſ-
catell. cit. num. 50. & ſeq. Petra Genitor tom. 3. ritu 274.
num. 37. Affl. in cit. Conſtit. Regni Inconſutilem numer.
36. & ſeq. D. Raynald. obſerv. criminal. tom. 1. in ſup-
plem. 2. ad cap. 1. numer. 3. & ſeq. Idque etiam ſtatui-
tur in cit. capit. ad abolendam, ibi: Niſi continuò poſt
deprehenſionem erroris ad Fidei Catholicæ unitatem
ſponte recurrere, & errorem ſuum publicè conſen-
ſerint

ſerint

Digitized by Google

14 *ſerint abjurare:* Ex quibus ſanè verbis apparet, quod ad hoc ut Hæreticus dictam pœnam effugiat, non ſolùm debet eſſe pœnitens, ſed etiam *continuò* pœnitens.

15 Hinc dubitant Interpretes, quandonam Hæreticus dicatur continuò pœnitens. Et quidem ſi rigoroſè ſumere velimus verba cit. textus, dicendum eſſet hanc pœnam non evadere Hæreticos, niſi, poſtquam deprehenſi fuerint in errore, ſtatim ipſos pœniteat. Tamen quia, ut dicebam, Eccleſia benignè ſe gerit, atque tuetur ſuos pœnitentes; ideò præfato textui benigna danda eſt interpretatio, accedente præſertim, quod in *capit. excommunicamus* 15. §. 1. *eodem tit. de hereticis*, abſolutè, & nullo præfixo tempore, intra quod Hæreticus pœnitere debeat, admittitur ad pœnitentiam; idque comprobatur ex Concilio Biterrenſi, in quo ſtatutum fuit, quod Hæ-
16 retici non ſtatim tradantur plectendi Judici ſæculari, ſed diù detineantur, & omnia media tententur quò à pertinacia recedant, & præcipuè adhibendi ſint viri docti, qui eos de errore convincant, veritatemque oſtendant, Caſtropal. *tom.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 6. *punct.* 2. *numer.* 3. Pegna *part.* 2. *director. comment.* 65. *litt. C.* Campeg. *in adnot. ad Zanchin. de haretic. capit.* 16. *litt. A.*

Certum idcircò eſt, non ſolùm evitare hanc pœnam illum, qui primò in judicio interrogatus, ſuum crimen cum ſignis veræ pœnitentiæ confeſſus fuerit;
17 ſed etiam ſi id faciat in quocumque ſtatu proceſſus, etiam in actu torturæ, vel poſtea, ut docent Farinac. *de hereſi quæſt.* 193. §. 1. *num.* 27. *cum ſeqq.* Grilland. *de haretic. quæſt.* 5. *num.* 2. Royas *eodem tract. part.* 2. *num.* 197. Carena *part.* 2. *tit.* 2. §. 2. Diana *part.* 4. *tract.* 7. *reſolut.* 24. qui cum Simanch. *in Enchyrid. tit.* 58. *num.* 14. cenſet, non aliàs Hæreticum in tortura confitentem, eſſe reconciliandum, niſi poſt confeſ-
18 ſionem ſpontè ratificet. Imò indiſtinctè eſſe ad reconciliationem admittendum Hæreticum, errorem ſuum agnoſcentem, pœnitentiamque petentem, non modò poſt prolatam contra ipſum ſententiam, ſed etiamſi Judici ſæculari relaxatus fuerit, & in ipſo loco ſupplicii reperiatur, docet Gonzalez *in cit. cap. ad abolendam num.* 4. Simanch. *cit. tit.* 47. *num.* 73. Farinac. *quæſt.* 143. §. 2. *numer.* 56. Salelles *tom.* 3. *de materiis Tribunal. S. Inquiſit. libr.* 5. *cap.* 5. *regul.* 385. qui tamen omnes benè advertunt, non eſſe in iis caſibus Hæreticum admittendum ad reconciliationem, niſi ipſe magna, & vera ſigna contritionis dederit, itaut aliàs credatur potius converti ob metum mortis imminentis; quo caſu rectiùs facere Inquiſitores, ſi ſententiam exequi mandaverint, tradunt quoque Pegna *part.* 3. *comm.* 42. *numer.* 175. Carena *cit. tit.* 2. §. 1. *num.* 6. Hæc autem limitanda eſſe cenſet Simanch. *cit. tit.* 47. *numer.* 54. in hæreticis dogmatizantibus, ſeu hæreſiarchis, quos nullo pacto ad pœnitentiam admittendos eſſe multis rationibus ſuadet, cui adhæret Royas *de heretic. part.* 2. *aſſert.* 43. *num.* 339. Sua-
19 rez *de fide diſp.* 23. *ſect.* 2. *num.* 9. Verùm etſi non negaverim, rationes per Simancham adductas, eſſe tales, ut ad ita ſtatuendum Summi Pontificis mentem valeant movere; ejus tamen ſententia nullo textu nititur; imò contrarium elici videtur ex *cit. cap. ad abolendam*, ibi: *Aliter ſentire, aut docere non metuunt*; idque ex *Concil. Biterren. & Tarraconen.* probat Pegna *part.* 3. *direct. comm.* 64. Decian. *libr.* 5. *capit.* 54. *num.* 47. del Bene *de Offic. Inquiſit. part.* 1. *dubit.* 163. *num.* 3. Dian. *part.* 4. *tract.* 7. *reſolut.* 23. Farinacc. *cit. quæſt.* 192. *num.* 5. & habemus exemplum Berengarii, qui quamvis hæreſiarca, admiſſus fuit ad pœnitentiam in *can. ego Berengarius de conſecrat. diſt.* 2. & duo alia exempla adducit Card. Albit. *de inconſtant. in fide capit.* 17. *num.* 11.

20 Si demum jam demandanda ſit executioni ſententia contra Hæreticos; tunc ipſorum os eſt obſtruendum, atque alliganda lingua, ne oblatratibus, & blaſphemiis pias adſtantium aures offendant, Caſtropal. *cit. tract.* 4. *diſput.* 6. *punct.* 2. *num.* 3. *in fine*, Pegna *part.* 2. *comm.* 65. *lit. D.* Idque ulteriùs eſt ſervandum, quod ſi Hæreticus ſit Clericus, antequàm pro executione ſententiæ tradatur Judici ſæculari, à ſuis Ordinibus degradandus eſt, *cap. excommunicamus* 13. §. *damnati*, *cap. excommunicamus* 15. *in princ. eo-*
dem tit. de heretic. cap. 1. *eodem tit. in* 6. Quatenus 21
autem Hæretici relapſi etiam pœnitentes, eadem pœna plectendi ſint, dicimus latiùs ad *Conſtit.* 12. *Alex. IV.*

Sed numquid hujuſmodi pœna ignis, aliæque à ju- 22
re Canonico, & Conſtitutionibus Apoſtolicis impoſitæ, augeri, vel minui poſſint à Judice, ſeu poteſtate laica?

Duplex adducitur in hoc ſententia; alia quippe, 23
ut augeri ſaltem poſſint, non autem minui, ita tamen ut cognitio delicti ſpectet ad Judicem Eccleſiaſticum; atque hujuſmodi ſententiam tenuere Antonius de Butrio *in cap. cum ſit generale num.* 19. *de foro compet.* Decian. *tract. criminal. lib.* 5. *cap.* 25. *num.* 15. *& cap.* 42. *num.* 4. *in fin.* Pegna ad Eymer. *in direct. Inquiſit. part.* 3. *comm.* 135. *verſ. de Principibus*, Farinac. *de hereſi quæſt.* 186. §. 9. *num.* 157. & clarè diſtinctionem inter diminutionem pœnarum non permittendam, & augmentum permiſſum, docent Anſald. *de juriſdictione part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 19. *numer.* 26. Caſtropalaus *libr.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 8. *punct.* 14. *num.* 4. & alii non pauci adducti per D. Raynal. *cit. tom.* 1. *obſerv. crimin. cap.* 1. §. 1. *num.* 74. *cum ſeq.* & Card. Albit. *cit. cap.* 21. *num.* 20. ubi plura exempla adducit, fuiſſe per Summos Pontifices approbatas pœnas auctas in materia hujuſmodi per poteſtates laicas. Ratione rurſus comprobatur hæc opinio, quia poteſt lex inferioris adjuvare per pœnæ adjectionem, legem ſuperioris, gloſſ. *in clem. ne Romani, de elect. verſ. tolli, can. ſi in adjutorium diſt.* 10. quia per iſtam additionem nullo modo læditur poteſtas Eccleſiæ, ſed potiùs inde ejus favor reſultat, ut vehementiùs ipſamet contra eos procedat; & demum exemplo id corroboratur, dum tot ſunt leges civiles, ac Imperatorum edicta, pœnas infligentes contra hæreticos, ut ſupra innui.

Altera ſententia eſt contraria, ut non liceat ne- 24
que per viam additionis id agi, ut latè tuetur Abbas *in cap. cum ſit generale numer.* 19. *de foro competent.* & alii relati per Raynald. *cit. numer.* 82. *& ſeq.* qui etiam hanc opinionem tenet; ac moventur, quia id eſſet indirectè ſe immiſcere in cauſa ſpirituali, pœnam imponendo tali delicto, cujus cognitio ad laicum non pertinet, ut dixi in præcedenti Sectione: & quamvis adfuerint leges Principum ſæcularium ſtatuentes pœnas in Hæreticos; oportuit tamen eas à Papa confirmari, quemadmodum hæ leges Friderici confirmatæ fuerunt ab Innocentio IV. in hac Bulla, & à Bonifacio VIII. in *cit. capit. ut inquiſitionis.*

Verùm prima opinio eſt communior, & ipſe D. 25
Raynald. *numer.* 81. fatetur id eſſe innegabile. Verùm non ità indiſtinctè, ſed cum modificationibus recipienda eſt; nam certum eſt non eſſe licitum Principi laico, & Superiori alterare pœnas à jure Canonico in hac materia præſcriptas, cùm non valeat, neque directè, neque indirectè munus Inquiſitorum impedire, unde cùm iſte teneatur juxta canonicas ſanctiones procedere, & pœnas addicere reo, certum eſt non poſſe id infringi, *c. ſtatutum de hereticis in* 6. & in hoc conveniunt DD. Secundò quando agitur de pœna certa, ſanè nequit poteſtas laica illam immutare, etiam in graviorem, quia non eſſet augere pœnam, ſed mutare de ſpecie ad ſpeciem, quod nullo
modo permiſſum eſt: pœnæ enim irrogatio dependet 26
à juriſdictione, *l.* 1. *ff. ſi quis jus dicen. non obtemp.* ubi Jo: Andr. Fagnan. *c. cum omnes num.* 38. *& ſeq. de inſtit.* quæ juriſdictio cùm non ſit in poteſtate laica, etiam in laicos quoad hoc delictum, ceſſat itidem poteſtas pœnæ infligendæ, nam DD. primæ ſententiæ eam declarant procedere quatenus juri Canonico non contrarietur, cùm enim præſcripta ſit certa pœna,

illam permutare, eſſet tollere primam, & non pura adjectio, nec poſſet puniri duplici pœna, ut in ſimili per Gomeſ. *var. libr.* 3. *de delict. cap.* 1. *num.* 29. Sperell. *deciſ.* 134. *num.* 20. quod reſtringitur in limine augumenti in eadem ſpecie, aliàs ſequeretur abſurdum, quod cùm Hæreticos pœnitentes Eccleſia morti non damnet, ut mox dixi, tali caſu poſſet Judex laicus morti damnare; nam in hoc caſu non eſſet coadjuvare famulando poteſtati Eccleſiæ, in qua ratione ſe fundant DD. ſed potiùs deſtruere. Vel agitur de pœna non certa, ſed arbitraria indicta ab Eccleſia, & tunc ſervatur forma puri adjutorii, & famulatus, non autem juriſdictionis, atque poterit augeri, ſervata tamen proportione, intra quam debet pœna augeri, Fagnan. *cap. cum non ab homine numer.* 57. *de jud.* ne ipſo augmento deſtruatur nomen adjectionis, & inſurgat nova pœna, quod nullo modo etiam juxta opinionem primæ ſententiæ fieri valet, ut optimè ratiocinatur Card. Albitius *cit. cap.* 21. *numer.* 20. *verſ. Ex his omnibus*, Pignatell. *conſult.* 87. *numer.* 5. *t.* 8. & D. Raynald. *ibid.* & clariùs *in ſupplement. cit. capit.* 1. *numer.* 1. *& ſeq.* ubi refert plures caſus condemnationis & approbationis hujuſmodi pœnarum augmenti facti per poteſtates laicas. Ad quid enim tot Conſtitutiones Pontificiæ, & Brevia adducta à prædictis ſuper confirmatione legum, & pœnarum a Friderico inflictarum tantùm in augmentum, ſi firmitatem haberent ex ſe hujuſmodi laicæ Conſtitutiones ſine auctoritate Apoſtolica, qua neceſſariò indiguerunt? Fermoſin. *capit. Eccleſia S. Mariæ quæſt.* 55. *numer.* 5. *de Conſtit.* Carena *de Officio Inquiſ. part.* 2. *tit.* 3. §. 4. *numer.* 13. del Bene *cit. part.* 2. *dub.* 196. *numer.* 9. Decian. *cit. libr.* 5. *capit.* 26. *numer.* 4. ſi enim nec quidem modus proceſſus alterari permittitur per laicam poteſtatem in hac materia, ut in *cit. cap. ſtatutum de hæreticis in* 6. quomodo permitti poteſt pœnæ indictio alteri quàm eidem Principi Eccleſiæ Summo Pontifici? ut apud Albitium *cit. capite* 22. *numer.* 162.

Demum prima opinio procedere poſſet, quatenus in uſu revocentur pœnæ SS. Canonum, vel mandaretur, ut eædem omninò ſerventur, quia tunc poteſtas laica verè famulari dicitur, ut advertit Paſſerin. *in cap. ut inquiſitionis num.* 25. *de hæretic. in* 6. & alii apud Raynald. *cit. cap.* 1. *num.* 83. *& ſeq.*

27 Sed quid dicendum de Legato à latere, diſputat *cit.* Dom. Raynald. *cap.* 1. *numer.* 72. ubi affirmat, ex ea ratione, quia cùm valeat cognoſcere de cauſis hæreſis, ex eo quod vices Summi Pontificis obtinet de jure, licèt de conſuetudine contrarium ſit inductum, ut apud del Bene *cit. part.* 2. *dub.* 195. *ſect.* 18. *numer.* 2. *& de Immun. Eccleſ. capit.* 14. *dub.* 9. *ſect.* 1. *numer.* 2. talis conſuetudo nequit extendi ad jus etiam ſtatuendi, quia debet ſtrictè intelligi; & cum agatur de perſona capaci, & intret tacita permiſſio Summi Pontificis, reſultat validitas; & rurſus poſſet ſuſtineri Bannimentum Bononiæ ibidem à D. Raynaldo adductum, quia loquitur de percutientibus, & offendentibus Imagines Dei, ac Beatiſſimæ Virginis, qui caſus eſt mixti fori ſecundùm aliquos, ut apud *cit.* Raynald. & plenè Card. Albit. *de inconſt. in fid. capit.* 31. *numer.* 62. *& ſeq.* licèt contrarium ſit verius, vel ſaltem Bannimenta ſe conformant diſpoſitioni juris Canonici, ut pœna condigna tales malefactores puniantur, quæ utique etiam ultimi ſupplicii poteſt eſſe, ut in ſimili *cit.* Albit. *numero* 77.

CONSTITUTIO SECUNDA

INNOCENTII IV.

Incipiens *Impia*.

EPITOME BULLÆ.

INNOCENTIUS, ILLUSTRI REGI Franciæ.

REgem Franciæ, quò Judæorum libros *Thalmud* nuncupatos, & Gloſſas ad eos per ejus Regnum inquiri, & cremari faciat, hortatur: Nevè de cætero Nutrices, & Servientes Chriſtianos Judæi habeant, vetat.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Judæi unde ita dicti, & Hebræorum nomen unde derivetur?*

2 *Judæi cur alicubi ab Eccleſia tolerentur?*
Eorum impietas & protervia in Fideles indicatur. Ibidem.

3 *Liber, quem vocant Thalmud, unde ſit dictum, & quæ contineat?*

4 *Quando, & à quibus fuerit compilatum?*
Thalmud aliud Hieroſolymitanum, aliud Babylonicum. Ibidem.

5 *Quàm exitioſa ſint contenta in Thalmud, ex verbis Sixti Senenſis comprobatur.*

6 *Thalmud juſſu Gregorii IX. fuit per totam Galliam combuſtum.*

7 *Idemque ibidem fieri curavit Innocentius IV. per hanc Conſtitutionem.*

8 *Referuntur plures ejuſdem libri combuſtiones ordinatæ à diverſis Pontificibus in Urbe, & per Italiam.*

9 *Specialiter Romæ ſub Julio III. perquiſitum, & publicè combuſtum fuit, quodque idem facerent Inquiſitoribus injunctum.*

10 *Tandem Clemens VIII. prohibitionem confirmavit, nulloque pacto retineri, vendi, aut iterum excudi mandavit; quodque infra duos menſes Inquiſitoribus deferretur, pœnis etiam contra Chriſtianos contravenientes ſtatutis.*

11 *An licitum ſit librum Thalmud expurgare, & mutato nomine edere?*

12 *Liber Thalmud expurgare, ferè impoſſibile.*
Suprema Inquiſitio nunquam concedere voluit, ut Judæi Thalmud expurgarent. Ibidem.

13 *Chriſtiani contravenientes prohibitioni librorum Thalmud, incurrunt excommunicationem latæ ſententiæ, & an hæc ſit reſervata?*

14 *Aſſeritur eſſe reſervatam, & aſſignatur cauſa reſervationis.*

15 *Proponuntur ea, quæ in hoc Commentario examinanda ſunt.*

IMpia Judæorum ſecta à Juda quarto Jacobi filio nomenclaturam recepit: hinc & Paleſtina Syriæ Regio, utpotè ab eis inhabitata, Judææ nomen obtinuit, Jo: Bohem. *de nation. mund. in Republ. hebræor. cap.* 3. Dicebantur priùs Hebræi ab Heber ab nepote Semi filii Noe, ut notant Tertull. *in apolog. cap.* 18. ibi: *Hebræi retro, qui nunc vocantur Judæi*, & poſt plures ſcribit Gonzal. *in cap. Judæi* 5. *numer.* 1. *de Judæis*; unde Sacri Canones tum antiqui, tum recentiores, eos utroque nomine promiſcuè appellant. Fuerunt profectò gens Deo cara, populuſque dilectus; ſed dum venit plenitudo temporis, qua Deus Filium ſuum miſit, ut eos, qui ſub lege erant, redime-

rei,

Digitized by Google

ret; cùm miſeri eum agnoſcere renuiſſent, in propria duritie derelicti, Regnum, Patriamque amittere meruerunt. Judæorum, & Hebræorum denominatio èis remanſit, non quidem Gentis, ſed obſoletæ religionis nomen: imò nec nomen eis relinquendum, dum nominis proprietatem non retinent, ut eleganter obſervat Auctor *Conſtit. Apoſt. lib. 2. cap. 64.* quem volunt aliqui eſſe D. Clementem; dicuntur enim Judæi à Juda, quod latinè ſonat confeſſio, S. Iſidor. *lib. 8. ethim. cap. 4.* S. Hieron. *epiſt. ad Paulam ſuper obitu Bleſillæ;* unde dum Dei filium non confitentur, Judæi dici non merentur. Hinc undique, vel ejecti, vel ex ſola pietatis Chriſtianæ mise-
2 ricordia tolerati, ut inquit Pontifex in præſenti, idque ut aliquando manſuetudine fidelium adlecti, ad verum Chriſti lumen divino afflante ſpiritu convertantur, ait Julius III. *Conſt.* 24. ſed quàm malè tot beneficiis utantur, quamtumque ſit eorum odium in Chriſtum, & impietas in Chriſtianos, oſtendunt vetera, & recentiora monumenta apud Socrat. *lib. 7. c. 13.* Zonar. *tom. 3. annal. in Imper. Heraclii*, Nicephor. *lib. 4. hiſtor. Eccleſ. cap. 6. & lib. 14. cap. 16.* Genebrard. *lib. 11. chronol.* Imò non ſolùm legem noſtram, ſed etiam Prophetas, & ipſum Moyſen contemnunt, impiis quibuſdam ſuorum Seniorum traditionibus adhærentes, de quo ipſemet Chriſtus eos objurgavit 15. Matth. 3. ibi: *Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditiones veſtras?* quas idem Chriſtus Phariſæorum fermentum appellavit.

Hujuſmodi traditionum, ſeu mavis fabularum acer-
3 vum immenſum collectum habent Judæi in quodam libro hebraicè Thalmud nuncupato, quod latinè ſonat diſciplina, ſeu doctrina, ut ait Decian. *lib. 5. tract. crim. cap. 12.* eumque librum *abuſionis* vocat Pontifex in præſenti, ubi de contentis in eo hæc habentur: *In hujuſmodi namque traditionibus (quæ Thalmud hebraicè nuncupantur, & magnus liber eſt apud eos, excedens textum Bibliæ in immenſum, in quo ſunt blaſphemiæ in Deum, & Chriſtum ejus, ac B. Virginem manifeſtæ, intricabiles fabulæ, abuſiones erroneæ, ac ſtultitiæ inauditæ) Filios ſuos docent, ac nutriunt, & à Legis, & Prophetarum doctrina reddunt ipſos penitus alienos; verentes, ne veritate, quæ in eiſdem lege, ac Prophetis eſt, intellecta, apertè de Unigenito Dei filio venturo in carnem, teſtimonium perhibente, convertantur ad fidem, & ad Redemptorum ſuum humiliter revertantur.* Specialiter autem de deliramentis in hujuſmodi libro contentis videndi ſunt Sixtus Senenſis *lib. 2. tom. 1. biblioth. ſacra*, Iſidor. *Epiſcop. Hiſpal. lib. contra Judæos num. 49.* Marquard. *de Judæis part. 3. cap. 1. num. 49. inter tract. magn. tom. 14.* & plura ejuſdem libri capita affert Pignatell. *tom. 5. conſul. 14. num. 11.* Profectò eſt volumen prægrande, in quo plurium Rabinorum decreta congeſta erant, unde & jus judaicum vocitatum, ac poſt Bibliam magna apud eos veneratione habitum. Illud compilare cœpit quidam Judas Simonis fi-
4 lius circa annum Chriſti 150. poſt ultimam Hieroſolymæ deſolationem; inde circa annum 300. auctum, & Thalmud Hieroſolymitanum appellatum à quodam R. Johanna. Poſtremò iterum compilatum cum aliis additionibus circa annum 479. à R. R. Aſe, Jeſe, & Hamai, quæ compilatio cùm Babyloniæ contigerit, exinde Thalmud Babylonicum appellatum eſt, ut referunt Decian. *cit. num.* 3. Pignatell. *cit. nu.* 10. Cherubin. junior *ad Conſtit. 20. Clem. VIII. ſchol.* 2. Voiſin. *in proœm. pugion. fidei pag.* 57. Quamvis Viri eruditi non infirmis rationibus putent, longè poſteriori tempore Thalmudi librum, aut incœptum, aut abſolutum eſſe. Tum quoniam in eo fit mentio Turcarum, quorum nomen Orbi innotuit tantùm circa annum Chriſti 600. Tum quoniam de ipſo Thalmud altum ſilentium apud S. Epiphanium natione Judæum, & S. Hieronymum in Judæa commorantem, & in perquirendis Judæorum libris avidiſſimum. Signum eſt ergo, hunc librum eorum ætate nondum extitiſſe. Utut autem res ſe habeat, tum circa tempus, tum circa Authorem Thalmudi, ſive Hieroſolymitani, ſive Babylonici; de utroque fit mentio in Decreto Supremæ Inquiſitionis anno 1553. edito, quod refertur à Pegna *in fine direct. Inquiſit. pag.* 119.

Hinc fabulas in dicto Codice contentas commemorat Sixtus Senenſis *citato loco*, his verbis: *Decre-* 5
veram profectò nullam talium librorum habere mentionem, & omnem doctrinæ hujus memoriam, quantum fieri potuiſſet, ſilentio aboleri; ſed quoniam me præteritorum temporum experientia docuit, hujuſmodi volumina toties extincta, iterum inſtar hydræ capita reviviſcere, permittente id Principum Chriſtianorum avaritia, qui quovis parvo pretio inducti, facultatem inſtaurandi hos libros Judæis vendunt; ideò me operæ pretium facturum exiſtimavi, ſi turpitudines, impietates, & blaſphemias nonnullis Thalmudicis voluminibus comprehenſas aliqua ex parte manifeſtarem, annotatis nominatim libris, ubi hæc habeantur, ut ſi quando hæc nefaria ſcripta, quibus adhuc abundat Aſia, Africa, Græcia, & Germania, apud nos revocentur in lucem, habeant pietatis Chriſtianæ propugnatores indicem, quo veluti manuducantur ad inveniendos, ac detegendos, particulares hujus operis libros, ac loca, in quibus prædictæ blaſphemiæ ſcriptæ ſunt, & his detectis, Chriſtianos Principes iterum adverſus renaſcentis hydræ colla inflamment.

His igitur fabuloſis traditionibus, ac ſtultitiis execrabilibus filios ſuos gens illa impia docebat, nutriebatque, ut à Legis, ac Prophetarum germana doctrina redderet ipſos penitus alienos, eoque magis evaderent Chriſtianæ veritati obnoxii, dum legem veterem novæ parentem adulterabant. Ad tam malum execrandum ſubmovendum, Romani Pontifices, qui multis modis ſemper conati ſunt Judæos ad veritatis ſemitam reducere, præſertim curarunt ſubmovere ab eis libros, quorum lectione perfidiores, & deteriores fierent; unde cùm in Gallia præcipuè multitudo 6
talium Codicum irrueret, fuerunt Pariſiis igne combuſti juſſu Gregorii IX. Summi Pontificis, & auxilio Regis Galliarum tunc S. Ludovici, anno circiter 1239. tumultuantibus quidem Judæis, ſed poteſtate regia compreſſis. Verùm quia nonnulla exemplaria hujuſmodi libri, & aliquæ ejus appendices per totum Regnum Francorum erant diſperſæ, ex quibus Grex Domini ſummoperè inficiebatur, dum Chriſtiani eos legebant, & Judæi ſemper in eorum duritie magis permanebant. Itidem cùm abuſus irrepſiſſet, quòd Judæi nutrices, & famulas Chriſtianas retinerent, nedum in dedecus Chriſtianæ dignitatis, ſed etiam in præjudicium pudicitiæ: Summus, providuſque Pon-
tifex Innocentius, utrique volens malo conſulere, 7
hac Conſtitutione edita 7. Id. Maji anno Domini 1244. ejus Pontificatus primo, ſub datum Laterani, directa Regi Franciæ, poſt enarratam ſeriem factæ combuſtionis tempore Gregorii ejus Prædeceſſoris, Regem illum rogavit, ut omnes ſupradictos libros Thalmud, prout alii Hebræorum libri cum gloſſis ſuis reprobari, per totum Regnum perquiri, & comburi faceret, nec non expreſsè inhibuit, ne Judæi Chriſtianas nutrices, vel famulas acciperent, aut retinerent.

Hoc idem quoad combuſtionem librorum Thal-
mud ſtatuerunt Clemens IV. Honorius IV. & Joan- 8
nes XXII. Imò etiam non ſolùm in Francia, ſed in Italia quoque aliqua volumina fuerunt igni tradita, ut notat Sixtus Senenſis *cit. lib. 2. pag. 125. in fine*, anno ſcilicet 1559. ſub Pontificatu Pauli IV. vel etiam forſan Pii IV. qui eodem anno regnavit, ex opulentiſſima Bibliotheca Judæorum Cremonenſium duodecim Thalmudicorum millia exemplaria exuſta fuiſſe; imò de tali combuſtione in pluribus locis ſecuta de mandato Supremorum Inquiſitorum, meminit etiam Julius III. *Conſtit. 23. incip. Cum ſicut*, in qua expreſsè rurſus mandat, ut nedum Thalmudici, ſed etiam quicumque libri Judæorum contra Chriſtum Redemptorem, ejuſque ſanctiſſimum Nomen,

& hono-

Digitized by Google

& honorem ignominias, & blaſphemias continentes, etiam in eorum domibus, & Synagogis perquirerentur, & eos retinentes à Locorum Ordinariis poſt quatuor menſes à die notificatæ Conſtitutionis puniantur confiſcatione bonorum, aliiſque pœnis, etiam ultimi ſupplicii.

Itidemque Sacra Congregatio Supremæ Inquiſitio-
9 nis anno 1553. ſub eodem Julio III. juſſit librum
Thalmud in Judæorum domibus Urbis perquiri, atque per Sacræ Theologiæ Doctores, auditis etiam Rabinis, examinari. Cùmque innumeræ, impiæque blaſphemiæ adverſus Deum, & legem Moyſis, imò contra naturam, & honeſtatem ipſam, ac præcipuè contra Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum in eo inventæ fuiſſent; ideò quotquot ejuſdem Thalmud volumina colligi potuerunt, in Acie Campi Floræ publicè comburi juſſum fuit, omnibus locorum Ordinariis, Inquiſitoribus, ac Chriſtianis Principibus injungendo, ut in eorum Diœceſibus ac locis idem fieri curarent, quod decretum refert Pegna *cit. pag.* 119. Succeſſivè *Paulus IV.* per decretum ejuſdem Supremæ Inquiſitionis anno 1559. ejuſdem libri perquiſitionem & combuſtionem fieri mandavit, ut refert Pignatell. *cit. conſ.* 14. *n.* 64.

Poſtremò Clemens VIII. in ejus *Conſtitut.* 20. *incip. Cum Hebræorum*, præcedentes Conſtitutiones li-
10 bros Thalmudicos prohibentes approbavit, iterumque Judæis pariter, & Chriſtianis, eos retinere, aut quovis modo uti vetuit, etiam ſub prætextu expurgationis factæ, vel faciendæ, aut ſub obtentu cujuſcumque tolerantiæ, ſive licentiæ obtentæ à quocumque, etiam Inquiſitore, aut Legato de latere, revocans quaſcumque facultates, & indulta ſuper hoc forſitan conceſſa; in futurum prohibens cuicumque dare facultates eos retinendi, legendi, deferendi, emendi, vendendi, aut de novo excudendi; rurſus jubendo, ut infra duos menſes à die publicationis, eos retinentes locorum Ordinariis, ſive Inquiſitoribus deferrent, ab his ſtatim abſque alio Romani Pontificis mandato comburendi, indicta pœna amiſſionis librorum, publicationis bonorum, aliiſque gravioribus, etiam corporis afflictivis, arbitrio Ordinarii, ſive Inquiſitoris; & quoad Chriſtianos ultra præfatas pœnas, excommunicatione latæ ſententiæ impoſita, quodque tamquam fautores hæreticorum puniantur faventes quomodolibet Hebræis intuitu eorundem librorum.

Verùm quia in Indice Librorum prohibitorum im-
11 preſſo poſt Concil. Trid. *ver. Thalmud* iidem libri tolerantur, *Si prodierint ſine nomine Thalmud, & ſine injuriis, & calumniis in Religionem Chriſtianam*; ideò nonnulli, etiam poſt præfatas Conſtitutiones, & Decreta aſſeruerunt, libros Talmudicos, ſi expurgentur, & ſine tali nomine edantur, non cenſeri prohibitos; cui ſententiæ ineptiam addit Galatin. *lib.* 1. *de arcan. cathol. verit.* dum ait, libros Thalmudicos etiam in ſcholis legi poſſe. Nihilominus nec id eſt admittendum, tum quia Summi Pontifices uſque à temporibus Gregorii IX. libros Thalmudicos ſemper comburi mandarunt; tum ulteriùs, quia Thalmud
12 adeo undique erroribus ſcatet, ut ferè impoſſibile ſit
ejus expurgatio, quin prorſus corrumpatur. Unde cum Judæi pluries pro hujus libri expurgatione inſtetiſſent, conſtanter à Suprema Inquiſitione repulſos fuiſſe refert Cardin. Albit. *de inconſt. in fide cap.* 30. *num.* 306. *cum ſeqq.* & quamvis in *cit. regula Indicis* permittatur expurgatio librorum Talmud, tamen poſt *cit. Conſtit. Clem. VIII.* eadem regula revocata fuit, ut conſtat ex eodem Indice ſub titulo *de Thalmud, & aliis libris Hebræorum*. Unde clara eſt prohibitio librorum Thalmud quocumque modo edantur; quidquid dixerit cit. Galatinus, Clementis V. Decretum perperam intelligens de prælegendis rudimentis hebraicis in Scholis, quia intelligi debet de reliquis Rabinorum libris, qui ſunt permiſſi, dummodo non ſint conſpurcati ab hæreticis, & contumelias contra Myſteria noſtræ Fidei non contineant, vel alia expreſſa in *cit. Conſt. Clem. VIII.* & ſic quoad Thalmud nulla poteſt eſſe excuſatio, ut præcisè notat del Bene *cit. par.* 1. *dub.* 44. *in addit. num.* 3. Pignatell. *cit. conſ.* 14. *num.* 64. *in fine to.* 5.

Igitur ultra pœnas corporales, & confiſcationem
communiter ab Hebræis, & Chriſtianis incurrendas, 13
incurritur quoque ab iſtis excommunicatio latæ ſententiæ, ut dixi *ſup. n.* 10. ſed an ſit reſervata Summo Pontifici, dubitari poſſet; cùm quoad eam appoſitam per *Bullam Pii IV. in Indice libror. prohibitorum*, poſſint abſolvi à proprio Confeſſario, ut recenſendo tenorem iſtius excommunicationis ab altera impoſita in Bulla Cœnæ Domini, docent Suarez *de fide diſp.* 20. *ſect.* 3. *num.* 39. Becanus *de fide cap.* 15. *quæſt.* 8. del Bene *cit. dubit.* 46. *per.* 2. *num.* 7. *& ſeq.* Bonac. *tom.* 3. *de Cenſ. in Bulla Cœnæ diſp.* 1. *quæſt.* 2. *pun.* 4. *num.* 2. Nec etiam poteſt dici, quod incurratur excommunicatio lata in Bulla Cœnæ, quia procedit contra legentes libros hæreticorum, & ſic non comprehendit iſtos Judæorum, & firmat idem Del Bene *dub.* 36. *in corol. n.* 1. 2. *&* 6. Bonacin. *cit. diſp.* 1. *quæſt.* 2. *pun.* 4. *num.* 21. Unde cum in *Conſt. Clem. VIII.* nulla adſit reſervatio cenſuræ, non video quare poſſit dici reſervata, ſolùmque elicitur talis reſerva-
tio quoad faventes, vel auxilium præſtantes Hebræis, 14
ut dictos libros habeant, quia cùm ex eadem Conſtitutione iſti incurrant pœnas fautorum hæreticorum, proindeque etiam excommunicationem contentam in Bulla Cœnæ Domini.

His præhabitis quoad prohibitionem Librorum
Thalmudi, aliorumque Hebræorum; duo videntur ex 15
textu Bullæ explananda: primum de ritu comburendi libros Hæreticorum, & aliorum, prout comburi juſſit Innocentius in hac Conſtitutione libros Thalmud; & ſecundum de prohibitione, ne Chriſtiani famulentur Hebræis, præcipuè ne ſint Nutrices.

SECTIO I.

De uſu comburendi libros Hæreticorum, & de obligatione eos deferendi Inquiſitoribus.

SUMMARIUM.

1 *Mos comburendi libros damnatæ lectionis fuit etiam apud Gentiles.*
Libri Prothagoræ ab Athenienſibus, & Numæ Pompilii à Romanis combuſti fuere. Ibidem.
2 *Libros veteris teſtamenti comburi juſſit Antiochus.*
3 *Idemque quoad libros novi Teſtamenti edixit Diocletianus, & quæ in ejus edicti executione evenerint, referuntur.*
Chriſtiani, qui timore hujus edicti libros tradiderunt, appellati fuerunt Traditores. Ibidem.
4 *Mos comburendi libros non ſanæ doctrinæ comprobatur ex jure civili.*
Mali libri non veniunt in judicio familiæ erciſcundæ. Ibidem.
5 *Mos comburendi libros in Eccleſia Catholica incœpit uſque à temporibus Apoſtolorum.*
Referuntur combuſtiones librorum hæreticorum in diverſis Conciliis factæ. Ibid.
6 *Mos comburendi hujuſmodi libros, ex qua ratione fuerit inductus.*
7 *Nomina, Inſignia, Statuæ, & Imagines Hæreticorum corrumpenda ſunt.*
8 *Libelli famoſi igni traduntur, & quare.*
9 *Aliqui libri Hæreticorum non comburuntur, ſed conſervantur in Archivio Romano.*
10 *Quinam libri ab Inquiſitoribus comburi debeant?*
11 *Habentes libros prohibitos, deferre eos debent Inquiſitoribus.*
12 *Non ſatis eſt eos propria authoritate comburere, ſed omninò deferendi ſunt Inquiſitoribus.*

13 *Reti-*

Digitized by Google

13 *Retinentes libros prohibitos abſolvi non debent, quin prius libros Inquiſitoribus tradiderint.*
14 *Antiquitùs iidem libri à quolibet comburi poterant, ſed hodie deferendi ſunt Inquiſitoribus.*
15 *Præcepto deferendi libros Inquiſitoribus non ſatisfacit, qui eos tradit habentibus licentiam retinendi.*
16 *Obligatio deferendi libros Inquiſitoribus non procedit quoad omnes libros prohibitos.*

MOs antiquus ſuit uſque à tempore Gentilium, libros improbatæ lectionis igni demandare;
1 Athenienſes enim Prothagoræ libros cremari voluerunt, cùm continerent ignorantiam Deorum exiſtentiæ; unde Cicero 1. *de natura Deorum*, ait: *Nam Abderites quidem Prothagoras, cujus à te modò mentio facta eſt, Sophiſtes temporibus illis vel maximus, cum in principio libri ſui poſuiſſet: De Diis, neque ut ſint, neque ut non ſint; ab eo dicere Athenienſium urbe, atque agro. eſt exterminatus, librique ejus in concione combuſti*; prout refert etiam Lactantius *lib. de ira Dei cap.* 9. & de libris Numæ Pompilii, in ejus ſepulchro à trajiciente aratrum repertis, à Senatu igni addictos fuiſſe, ex eo, quòd de religione, & cultu Deorum non bene ſentirent, refert Valer. Max. *lib.* 1. *cap.* 1. *&* Livius *lib.* 5. *decad.* 3.
2 & ante Romanorum tempora Antiochus libros veteris Teſtamenti ſuæ Religionis ſuperſtitioni contrarios aboleri mandavit, ut elicitur *ex lib.* 1. *Machab. cap.* 1. *num.* 59. dictumque morem Gentilium, præſertim Romanorum, ſatis malo noſtro quandoque didicimus, & de quo meritò collachrymati ſunt antiqui Chriſti fideles, hiſque etiam noſtris temporibus collachrymatur Eccleſia, utpotè quæ ob combuſtionem Sacrorum Librorum ab Imperatoribus Romanis demandatam, digniſſimis Primitivæ Eccleſiæ monumentis orbata remanſit, quibus putidum modernorum Hæreticorum os obſtruendum eſſet. Sub Impe-
3 rio enim Diocletiani edictum contra Chriſtianos prodiit de Sacris Libris edendis, ut comburerentur, ob cujus edicti timorem quamplurimi libros tradiderunt, exinde Traditores dicti, & idcirco puniti in *Concil. Arelaten. can.* 12. Unde Euſeb. *lib.* 8. *cap.* 2. *&* 3. hoc geſtum amarè deplorans, ait: *Divinas, & Sanctas Scripturas medio foro in rogum impoſitas oculis noſtris aſpeximus*, & refert Arnob. *lib.* 3. *adverſus gentes*. Unde innumera acta Sanctorum Martyrum combuſta fuerunt, aliaque Eccleſiæ tunc naſcentis digna monumenta. Sed Domini providentia duo in hoc geſto præclara evenerunt: & quòd Sacra Scriptura, licèt contra eam ſpecialis cauſa edicti fuiſſet, tanquam unicum Eccleſiæ patrimonium illæſa remanſit, cùm plura adeſſent exemplaria; aliudque fuit, quòd occaſione hujuſmodi edicti tot Fideles martyrii palmam reportarunt, quorum Eccleſia facit mentionem in Martyrologio ſecunda die Januarii: *Romæ commemoratio plurimorum Sanctorum Martyrum, qui ſpreto Diocletiani Imperatoris edicto, quo tradi Sacri Codices jubebantur, potius corpora carnificibus, quàm ſancta dare canibus maluerunt*; iique qui miſerabiliter pœnarum timore libros tradiderunt, in æternum opprobrium miſerè inciderunt, D. Auguſt. *de Baptiſmo lib.* 7. *cap.* 2. ibi: *Traditio Codicum facta eſt, unde cœperunt appellari Traditores*.

Idem mos comburendi libros non ſanæ doctrinæ
4 comprobatur etiam Jure Civili in *l.* 4. *§.* 1. *ff. familiæ erciſcundæ*, in qua Ulpianus loquens de libris Magicis, & Mathematicis, eos non venire in judicio familiæ erciſcundæ, nec inter hæredes dividendos, ſed corrumpendos eſſe ait, & faciunt textus in *l. Mathematicos* 10. *Cod. de Epiſcopali audientia*, & libros impii Neſtorii comburi juſſit Imperator in *leg. damnatos* 6. *C. de hæreticis*, *l.* 34. *Cod. Theod. eodem tit. l. ult. Cod. Theodoſ. de malefic.* & alia hujuſmodi referunt *Baron. ad annum* 302. Gonzal. *cap. præterea* 4. *num.* 6. *de hæreticis*; aliaque exempla vide apud Beyerlinch. *in Theatro vitæ humanæ tom.* 4. *verb. libri*, Decian. *lib.* 5. *tract. criminal. cap.* 46.

Majori igitur jure hic uſus invaluit in Eccleſia contra libros noſtram veram Religionem impugnantes, ne venenata eorum memoria remaneat. Conſtat 5
enim de hoc more uſque à tempore Apoſtolorum, ut in eorum *Actibus c.* 19. libros curioſa continentes, quæ pro magicis explicantur, fuiſſe combuſtos; & D. Chriſoſtomus, Theodoſio Imperatore ſuffragante, Codices Montaniſtarum juſſit comburi, ut refert Nicephorus *lib.* 8. *hiſtor. cap.* 18. prout quoad Libros Manichæorum tempore D. Leonis refert Proſper Aquit. *in Cronic. anno* 446. Idque fuit demandatum in pluribus Conciliis; ut in Nicæno quoad libros Arii refert Nicephor. *cit. lib.* 8. *cap.* 18. in Epheſino quoad libros Neſtorii *Conc. Epheſ. parte prima cap.* 22. & in octava Synodo *actione* 8. Adrianus Papa decrevit: *Omnia exemplaria cremari igne, contemplantibus cunctis, ne unus quidem apex, aut jota inde ſuperſit*. Et D. Bernard. *epiſt.* 193. teſtatur combuſtos fuiſſe libros Petri Abailardi juſſu Innoc. II. in Concil. Rhemenſi, prout habetur ex *Epiſt.* 16. ipſius Innoc. alioſque caſus refert Spondanus *in continuat. Baronii anno* 1204. *num.* 18. hoc enim fuit juſta ratione inductum; nam cùm converſatio cum Hæreticis, & Ju- 6
dæis non permittatur, ut dicam infra ad *Conſtit.* 18. *Innoc. IV. nu.* 34. quomodo debet permitti ſcriptura magis permanens, & uti perennis fons nefariæ doctrinæ eorum, à quibus non ſolùm in præſentes, ut eſt ſermo, ſed in longinquos, & futuros venenum eorum diffunditur? & ut Themiſtius oratione 13. ait: *Sepulcra hujuſmodi animarum libros, ac ſcripta, in quibus tanquam in monumentis recondita eorum reliquia ſervantur*; & faciunt verba Imperatoris in *leg. quicunque §. omnes C. de hæreticis*, ubi hos libros concremari decretum fuit, *ut facinoroſæ perverſitatis veſtigia flammis combuſta depereant: æquum namque eſt, ut immaniſſima ſacrilegia par pœna magnitudo præcellat*. Et rurſus ut memoria eorum, quam con- 7
ſervare his libellis ſolùm jactant, aboleatur. Ideò Hæreticorum nomina, & inſignia abradi, eorumque Statuas, Imagineſque meritò deleri, firmant Simanch. *de cathol. inſtitut. num.* 38. Pegna *in directorio part.* 2. *comm.* 4. del Bene *cit. parte* 1. *dub.* 46. *petit.* 1. *num.* 11.

Si enim ob ſolam contumeliam privati hominis, libelli famoſi igni traduntur, ne memoria temeritatis 8
permaneat, *l. unica C. de libellis famoſis*, *can. final.* 5. *qu.* 1. & notat D. Rainaldus *obſervat. crim. cap.* 11. *§.* 1. *nu.* 47. eò magis comburi debent libri, qui blaſphemiam continent contra Deum, & S. Eccleſiam. De quo more in pluribus caſibus teſtatur Pegna *part.* 1. *comm.* 19. *lit. B. verſ. hæc*, *& part.* 2. *comm.* 43. adducit *Extravag. Jo. XXII.* contra Magos, ubi in fine libros eorum comburi juſſit; *& comm.* 54. *lit. E.* nec non Eymericus *quæſt.* 28. *num.* 4. Caren. *de Offic. S. Inquiſit. part.* 2. *tit.* 10. *in princip.* & alii apud Bordon. *in Tribunali cap.* 14. *num.* 5. Verricell. *de Apoſtolicis Miſſion. quæſt.* 195. *ſection.* 1.

Hinc licèt aliqui libri Hæreticorum retineri ſoleant, ut refertur in *Epiſt.* 138. S. Bonifac. Zacca- 9
riam Papam prohibuiſſe igni tradi libros Adalberti inſani hæretici, quos Synodus Romana cremari juſſerat, quia permittitur exemplar in ſcriniis Romanæ Eccleſiæ ſervari ad perpetuam confuſionem hæreticorum, & præſertim ad evitandam jactantiam ipſorum, quòd eorum Auctor ſanctitate præfulſiſſet, cùm ex ejuſdem inſanis ſcriptis ſtatim de mendacio convincerentur, ut notat Theophil. *de bonis*, *& malis libris theorem.* 3. *nu.* 26. & poſt eum Gonzal. *cit. cap. præterea de hæreticis*, & dixi *tom.* 1. *ad Conſtit. un. D. Gelaſii ſect. un.*

Profectò hujuſmodi libri quantò citiùs comburendi ſunt ab Inquiſitoribus, ut eis præcipitur præſertim in 10
Conſtit. 128. *Urbani VIII. incip. Apoſtolatus*, quod ſanè intelligendum eſt de libris hæreticorum, aliiſque

abſo-

Digitized by Google

abſolutè prohibitis, aut combuſtione dignis, ut hoc exemplo aliis horror, aliis terror incutiatur, pariterque cognoſcant, majores pœnas meruiſſe Authores, quorum libri igni traduntur, ut notat Salell. *de mater. tribun. fidei lib. 1. cap. 142. regul. 141. num. 94.*

Unde ad effectum, ut iidem libri comburantur;
11 atque ob alios juſtos fines, in Conſtitutionibus infra citandis ſub gravibus pœnis quibuſcumque injunctum eſt, eoſdem libros Inquiſitoribus, aut Locorum Ordinariis deferre.

Verùm apud aliquos dubitatur, an qui eoſdem libros propria authoritate comburit, immunis fiat à pœnis ſtatutis contra non deferentes præfatos libros Inquiſitoribus. Magis enim recepta, & communis
12 opinio veriùs ſentit, neceſſariò eſſe deferendos Inquiſitoribus, nec ſatisfieri tali præcepto, ſi propria authoritate comburantur, ita poſt Pegnam *in director. part. 2. comm. 3. verſ. præterea quamvis*, tenent innumeri DD. quos referunt, & ſequuntur Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg. 90. nu. 5.* Diana *part. 1. tract. 11. reſol. 37.* Ricciul. *de jure perſon. lib. 5. cap. 24. n. 2.* Del Bene *de Offic. Inquiſ. par. 1. dubit. 40. petit. 3.* Bordon. *in tribun. c. 40. n. 9.* Salell. *de mater. tribun. fidei lib. 1. c. 19. n. 86.* Cardin. Albit. *de inconſt. in fid. cit. cap. 30. num. 95.* Lupus *in edicto part. 4. lib. 25. diſt. 8. art. 2.* Idque probatur ex *Conſt. Julii III. incip. Cum meditatio*, quam affert Pegna *poſt direct. pag. 115.* ubi ſtatuitur, ut infra duos menſes à die publicationis ejus Bullæ, *omnes, & ſingulos libros Lutheranos, aut alios hæreticos, ſeu lutheranam, aut aliam falſam doctrinam in ſe continentes, vel à nobis, & dicta Sede quomodolibet reprobatos, penes ſe eos, ex quavis cauſa, etiam mercaturæ, & ex noſtra, ac eiſdem Sedis permiſſione, ac licentia etiam ſpeciali, ut præfertur, penes eos exiſtentes, Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis in Civitatibus, in quibus libri hujuſmodi exiſtunt, conſignaſſe debeant realiter, & cum effectu:* non cenſetur autem realiter, & cum effectu deferre libros Inquiſitoribus, qui eos propria authoritate comburunt; & quamvis aliquibus viſum fuerit, hanc Conſtitutionem fuiſſe reſtrictam ad perſonas, quæ tunc temporis libros hæreticorum retinebant, tamen verius eſt fuiſſe generalem, & perpetuam; & ſaltem id habetur ex *Conſt. Pii IV. incip. Cum pro munere*, relata à Pegna *loc. cit. pag. 129.* in qua libros ad Inquiſitores deferri generaliter ſtatuitur, & ſub virtute obedientiæ, aliiſque pœnis præcipitur, idemque pariter habetur ex *cit. Conſt. 114. Urbani VIII.* atque his accedit, quòd retinentes præfa-
13 tos libros abſolvi non poſſunt, niſi eos Inquiſitoribus deferant, ex Decreto Pauli IV. de quo meminere Sanchez *in decal. lib. 2. cap. 12. num. 11.* Eman. Roderic. *in addit. ad Bullam Cruciat. §. 9. num. 66.*

Unde licet olim licitum fuerit cuilibet eos comburere, nec adeſſet obligatio deferendi Inquiſitoribus,
14 ut colligitur ex *cit. l. Damnato §. nec vero, l. quicunque §. nulli, & §. omnes Cod. de hæretici*, & ita etiam docuere Zanchin. *de hæret. cap. 7. n. 7. Repertor. Inquiſ. verb. libri verſ. ſed pone*, Albertin. *de agnoſcen. quæſt. 28. num. 14.* idque apertè colligitur ex *Conſt. 8. Alexandri IV. incip. Romanus §. 6.* ubi damnatur libellus *De Periculis noviſſimorum temporum*, & eum habentibus præcipitur, ut infra octo dies comburant. Tamen poſt præfatas Conſtitutiones prior opinio non ſolùm eſt tutior, ſed etiam vera; & quamvis non deferentes hos libros Inquiſitoribus, ſed ex ſeipſis comburentes, non incurrant excommunicationem Bullæ Cœnæ, cùm hæc Bulla prohibeat tantum retentionem, non verò præcipiat deferri Inquiſitoribus; nihilominus incurreretur excommunicatio ſtatuta in *cit. Conſt. Julii III.* in qua delatio librorum ad Inquiſitores realiter & cum effectu facienda præcipitur, ut advertit Caſtropal. *tom. 1. oper. moral. tract. 4. diſp. 2. punct. 10. §. 2. num. 12.* & in terminis *cit. Conſt. 8. Alex. IV.* notat Salell. *cit. tract. lib. 3. cap. 15. reg. 275. num. 44.* Hinc non video, qua ratione fulciatur id, quod aſſerit del Bene *cit. dubit. 40. petit. 9. num. 1.* nempe quod habens eoſdem libros evitet pœnas, ſi eos tradat habentibus facultatem retinen- 15
di; etenim ſi ob obligationem, quam habet deferendi Inquiſitoribus, non poteſt eos comburere, multò minùs poterit alteri tradere; tum quia minus periculum eſt, ſi comburantur, quàm ſi alteri quantumvis licentiam habenti tradantur; tum ulteriùs, quia neutro modo ſatisfit præcepto, eos realiter, & cum effectu tradendi Inquiſitoribus.

Quia tamen obligatio deferendi libros Inquiſitori- 16
bus, non comprehendit omnes libros prohibitos, ſed ſolùm illos, quorum retentio, ſeu lectio interdicta eſt ſub pœna excommunicationis, ut advertit Card. Albit. *cit. cap. 30. num. 95.* ideò licitè quis comburere poterit libros prohibitos ſolùm ſub pœna peccati letalis, non autem ſub cenſura.

SECTIO II.

Quatenus Judæis prohibitum ſit habere Nutrices, ſeu Servientes Chriſtianos.

SUMMARIUM.

1 *Judæis Nutrices, & Servientes Chriſtianos habere prohibitum eſt, & qua ratione.*
2 *Chriſtianis aliquando vetitum in humanis communicare cum Judæis.*
Judæi poſt mortem Chriſti facti ſunt noſtri ſervi. Ibidem.
3 *Judæi vocari non poſſunt Domini à Chriſtianis. Refertur Decretum nuper editum, quo Judæis Chriſtianorum famulatu uti prohibetur. Ibid.*
4 *Affertur ſpeciale motivum, ex quo Judæis Nutrices Chriſtianas habere vetitum fuit.*
5 *Judæi huic præcepto contravenientes qua pœna puniantur.*
6 *Judæi aliquid committentes in ſpretum noſtræ Religionis, puniri poſſunt ab Inquiſitoribus.*
7 *Chriſtiani à ſervitio Judæorum recedere renuentes, excommunicandi ſunt, quamvis abſolvi debeant, etiam ſi reincidant.*
8 *Chriſtianæ non poſſunt eſſe nutrices Judæorum, etiamſi maneant extra eorum domus.*
9 *Licentia, ut Judæi habere poſſint Nutrices Chriſtianas, nec etiam à Nuntiis Apoſtolicis concedi poſſunt, niſi quibuſdam caſibus ſummæ neceſſitatis.*
10 *Chriſtiani omninò prohibentur exhibere ſervitium perſonale Judæis.*
11 *Sed ſi ſervitium ſit reale, prohibitum eſt præſente Judæo, eo tamen abſente toleratur.*
12 *Exponitur textus in* cap. multorum de Judæis.
13 *Servi adſcriptitii quinam dicantur, & an poſſideri poſſint à Judæis, quamvis ſint Chriſtiani.*

Alterum, quod Pontifex in hac Conſtitutione §. 1
5. ſtatuit eſt, ne de cætero Judæi habere poſſint Nutrices Chriſtianas, neve in aliis eorum ſervitiis Chriſtianos aſſumere valeant; idemque ſtatuitur in *Conſt. 3. Pauli IV. incip. Cum nimis §. 4. Conſt. 70. Gregor. XIII. incip. Antiqua §. 11. cap. Judæi 5. cap. ad hæc 8. cap. etſi Judæos 13. de Judæis*. Idque in 2
pluribus fundatur rationibus; quandoquidem Chriſtianis etiam in rebus humanis cum Judæis communicare vetitum eſt, *can. omnes, can. ſæpe 28. quæſt. 1. Nefas enim eſt* (inquit *Honor. III. cap. un. de Judæis in 5. compilat.*) *ut ſacri Baptiſmatis unda renatus, infidelium ritu, vel converſatione fœdetur, aut Religio Chriſtiana ſubjecta infidelibus polluatur.* Mors enim Chriſti, ſicuti nos liberos effecit, ità Judæos in noſtra ſervitute mancipavit, & indecorum eſt, ut filii liberæ famulatum præſtent filiis ancillæ, ut loquitur noſter Pontifex in præſenti §. 5. & *Clemens III.*

in

Digitized by Google

in cap. & ſi Judaeos de Judaeis, & *in Concil. Matiſco-
nenſi* relato in *capite* 1. *de Judaeis* ſtatuitur, ne Chri-
ſtianus Judæo ſervire poſſet, itaut cuique liceret à Ju-
daica ſervitute Chriſtianum pretio ſolidorum 12. redi-
mere, *cap. 2. & ult. eod. tit. & in Cod. Theodoſiano
tit. ne Chriſtiana mancipia Judaei habeant*, ibi: *Chri-
ſtiana mancipia nemo audeat comparare, nefas enim
exiſtimamus religioſiſſimos famulos impiiſſimorum em-
ptorum inquinari dominio*; hinc Paulus IV. *in Conſt.*
3 3. §. 11. ſtatuit, ne Judæi poſſint vocari Domini à
Chriſtianis. Ulteriùs ne ob aſſiduam converſatio-
nem, & continuam familiaritatem ſimplices homi-
nes ad Judæorum ſuperſtitiones, & perfidias incli-
nent, vel ad ipſorum fabulas convertantur, *cap. ad
hæc eod. tit.* D. Gregor. *lib.* 2. *Epiſt.* 37. D. Tho. 2. 2.
quaeſt. 10. *art.* 9.

Atque ad hæc præſertim animum intendens Sanctiſ-
ſimus D. N. Clemens XI., eximio quo pollet zelo,
ac aſſidua paſtorali vigilantia, nuperrimè per Emi-
nentiſſimum Cardinalem Urbis Vicarium omnibus
Hebræis in Urbe commorantibus juſſit, ne Chri-
ſtianos utriuſque ſexus, præſertim minoris ætatis, in
diebus Sabbati, & Veſperis diei antecedentis, pro
igne, aut luminaribus accendendis, aut pro comme-
ſtibilibus coemendis in eorum ſervitio advocare au-
deant, tam ipſis, quàm Chriſtianis controvenienti-
bus quinquaginta ſcutorum pœna impoſita, atque ul-
terius pro Hebræis trium funis ictuum, aliiſque abi-
trariis pœnis, ut ex Decreto edito ſub die 2. Apri-
lis 1708.

Quoad prohitionem verò habendi Chriſtianas in
4 Nutrices, accedit alia ratio; quia eorundem Judæorum
impietas, ſeu potius fatuitas eò devenerat, quod Nu-
trices, quæ Sacratiſſimo Chriſti Corpore ſe cibave-
rant, cogebant ad effundendum per tres dies lac in
latrinam, antequam eorum pueros lactarent, ut re-
fertur in *cit. cap. & ſi Judaeos*. Credunt ſiquidem ſto-
lidi, Euchariſtiam, quæ ſolam animam paſcit, *can.
tribus de conſecrat. diſt.* 2. ad inſtar cibi materialis in
ſubſtantiam ſumentis converti.

Etſi autem in hac Bulla in Judæos contrafacientes
5 nulla appoſita legatur pœna; tamen in *Conſt.* 3. *Pau-
li IV. incip. Cum nimis*, in Urbe relinquuntur pu-
niendi arbitrio Eminentiſſimi Vicarii; extra verò Ur-
bem arbitrio Magiſtratuum locorum. Imò ex *Conſt.*
70. *Gregorii XIII. incip. Antiqua*, contra Judæos
habentes Nutrices Chriſtianas procedere poſſunt In-
quiſitores hæreticæ pravitatis; idque ſpeciali ratione
ſtatutum fuit, quia, ut dixi, cogebant Nutrices poſt
ſuſceptam Euchariſtiam, ad effundendum lac in la-
trinam, quod eſt graviſſimum delictum contra fi-
dem, Barboſa *cit. cap. ad hæc num.* 3. *de Judaeis*, Paſ-
ſerin. *in cap. contra Chriſtianos num.* 33. *de hæreti-
cis in* 6. Scott. *in ſelectis epiſt.* 132. *theorem.* 347.
num. 2. *verſ. decimus caſus*, Ricciul. *de jure perſon.
lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 11. Poſſe autem Judæos ab Ec-
cleſia, atque Inquiſitoribus puniri, ſi in ſpretum
6 noſtræ Religionis aliquid faciant, certum eſt ex *cit.
Conſtit. Gregorii XIII.* Eymeric. *in direct. Inquiſit.
part.* 2. *quaeſt.* 46. *num.* 4. Azor. *inſtit. moral. part.* 1.
lib. 4. *cap.* 22. *quaeſt.* 12. Fermoſin. *de confiſcat. bon.
part.* 3. *quaeſt.* 1. *num.* 6. Et ulterius, ſi Judæi Servien-
tes, & Nutrices Chriſtianas non dimiſerint, poſſunt
7 Chriſtiani inhiberi ſub pœna excommunicationis, *cit.
cap. Judaei, & cap. etſi Judaeos in fine*; abſolvendi ta-
men ſunt Chriſtiani, quamvis iteratò huic prohibitio-
ni contraveniant, ſi cum debitis circumſtantiis ab-
ſolutionem petant, ut reſolvit *Sac. Congreg. Conc.* 25.
Junii 1639. *ad* 2.

Hanc verò probibitionem habendi Nutrices Chri-
8 ſtianas, nonnulli Doctores volunt ſolùm locum ha-
bere, ſi illas in domibus propriis Judæi retinuerint,
innixi *cit. c. ad hæc*, ibi: *Nutricibus eorum probibere
curetis, ne infantes Judaeorum in domibus eorum nu-
triri præſumant*; ex quo inferunt poſſe Judæorum
filios extra ipſorum domos à Chriſtianis nutricibus
nutriri, Gloſſa *in cit. cap. ad hæc verſ. in eorundem
domibus*; ibique Soccin. *num.* 6. *verſ. ſecundus intel-
lectus*, Cardinal. Zabarell. *verſ. oppono*, Abbas *nu.* 2.
verſ. & breviter.

In hac autem re adverto, quòd tam in præſenti
Conſtitutione, quàm in *cit. Conſtitut.* 3. *Pauli III. &
Conſtitut.* 70. *Gregorii XIII.* prohibitio habendi Nu-
trices Chriſtianas eſt facta abſque ulla mentione do-
mus, adeoque ſecundùm has Conſtitutiones prohi-
bitio procedit, ſive in Judæorum domibus, ſive ex-
tra. Et inſuper inſpiciendæ ſunt cauſæ ejuſdem pro-
hibitionis, ſuperiùs recenſitæ, quæ certè non viden-
tur ceſſare per hoc, quòd Nutrices Chriſtianæ non
maneant in domo Judæorum, nam adhuc non evita-
retur familiaritas cum eis, atque illis præſtare diceren-
tur ſervitium, ideoque etiam in hoc caſu procedere
debet prohibitio, argumento tex. *in l. illud ff. ad l.
aquil.* Gonzal. *in cit. cap. ad hæc num.* 1. Barboſ. *ibid.
num.* 4. Paſſerin. *cit. cap. contra num.* 33. Ricciul. *cit.
cap.* 28. *num.* 17. *lib.* 2. Azor. *tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 22.
quaeſit. 9. Sperell. *dec.* 112. *num.* 92. quòdque Judæi
non poſſint uti opera Nutricum Chriſtianarum,
etiam extra Ghettum, decrevit Sac. Congregat. Uni-
verſalis Inquiſitionis die 15. Martji, & 17. Maji
1612. apud Card. Albit. *de inconſtant. in fide cap.* 31.
num. 117. adeoque dicendum eſt præfatum textum in
cap. ad hæc loquutum fuiſſe ſecundùm frequentio-
rem uſum, quo Nutrices in paterna domo retine-
ri ſolent, non verò ad limitandam prohibitionem, ut
obſervat Paſſerin. *loc. cit.*, & Del Bene *de Off. S. In-
quiſitionis parte* 2. *dub.* 230. *ſectione* 9. *num.* 2. Hinc
eſt, quòd ſtante aliqua ex dictis cauſis nemo diſpen-
ſare poſſit, ut Judæi poſſint habere Nutrices Chri-
ſtianas, etiam extra eorum domos, Abbas *in cit.
cap. ad hæc in fine*, *ibique* Cardin. *in fine*, & Barb.
num. 3. Scott. *in ſelect. Epiſt.* 11. *Theorem.* 42. *in fine*,
Del Bene *loco cit. ſect.* 14. *num.* 1. & 2.

Et plura ejuſdem Sac. Congregationis Decreta de-
clarantia non licere Nunciis Apoſtolicis, Ordinariis 9
locurum, aut Principibus ſæcularibus concedere Ju-
dæis licentiam habendi Nutrices Chriſtianas, adducit
Cardinal. Albit. *cit. num.* 117. Verùm ſi omnes præ-
fatæ cauſæ ceſſarent, tunc dicerem ceſſare etiam pro-
hibitionem, vel ſaltem poſſe Epiſcopum diſpenſare, ve-
luti ſi Judæorum Infantes parentibus deſtituti ſint,
vel ob Nutricis inopiam ſint in periculo vitæ, Felin.
in cit. cap. ad hæc verſ. ſubdit, Paſſerin. *loco cit.* Del
Bene *cit. ſect.* 9. *num.* 3. Ricciul. *numer.* 19. Sperell.
dec. 1. *nu.* 18. & *cit. dec.* 112. *nu.* 95.

Videndum ulteriùs eſt, an prohibitio, ne Judæi uti
poſſint ſervitio Chriſtianorum, habeat aliquas limita-
tiones. Et in hoc diſtinguendum eſt inter ſervitium
perſonale, & reale, prout diſtinguere videtur Abbas
in cit. cap. ad hæc num. 1. & ibi Anan. *num.* 3. *cum
ſeqq.* Ricciul. *cit. cap.* 28. *numer.* 25. Siquidem ſi 10
loquamur de ſervitio perſonali, certum videtur nul-
lo pacto licitum eſſe Judæis uti ſervientibus Chri-
ſtianis, ſive in domo, ſive extra, ſive frequenter,
ſive rarò, non ſolùm ob evitandum periculum,
quod in eorum converſatione ineſt, verùm etiam
ne filii liberæ videantur famulari filiis ancillæ, ad
quod præcipuè reſpexerunt Pontifices præfatarum
Conſtitutionum conditores, ut ſuperiùs dixi, & ſen-
tiunt Paſſerin. *citat. cap. contra num.* 44. Azor. *citat.
cap.* 22. *quaeſt.* 7. Hurtadus de Mendoza in 2. 2. *diſp.*
76. *ſect.* 3. *num.* 81. Diana *tom.* 5. *tract.* 13. *reſolut.*
11. Del Bene *cit. parte* 2. *dub.* 230. *ſect.* 10. *num.* 1.
quidquid aliqui apud eundem Del Bene contra ſen-
ſerint, ſequentes ſolummodo litteram, non autem
mentem, & rationem hujuſmodi Conſtitutionum.

Si autem ſervitium ſit reale, adhuc inſpiciendum
erit, an à Chriſtiano exhibeatur præſente Judæo,
vel eodem abſente. In primo etenim caſu, eadem
prohibitio militat, ac in ſervitio perſonali, cùm non 11
vitetur eorum familiaritas, & perniciosa converſa-
tio. In ſecundo verò caſu, cum ſervitium ſit me-
rè reale, veluti in cultura agrorum, vel domorum
ſtructura, etiamſi Judæus aliquando ad videndum
opus

Digitized by Google

opus accedat, tolerandum eſt, argumento *cap. multorum*, & ibi Sylveſter eod. *tit. de Judæis*, Del Bene *cit. dubit.* 230. *ſect.* 10. *num.* 2. & in iiſdem terminis licitum eſt Chriſtiano ſuas operas Judæo locare, Azor, *loc. cit. quæſt.* 8. excepto tamen caſu, ſi Judæi conducere vellent operas Chriſtianorum pro reſtaurandis eorum Synagogis, ex rationibus adductis per Ricciul. *cit. lib.* 2. *cap.* 39. *nu.* 7.

Ex hac pariter diſtinctione aſſequimur rationem
12 decidendi in *cit. cap. multorum*, ubi prohibetur Judæis
habere mancipia Chriſtiana; toleratur tamen habere
ſervos adſcriptitios, ſeu addictos ſervitio, & culturæ
ruris; quandoquidem iſti non ſunt propriè ſervi,
ut ſupponitur in eodem *cap. multorum*, ubi Gloſſa
verb. ſint liberi, & colligitur ex *leg. ne diutius* 20.
C. de agricolis lib. 11. Abbas *in cit. cap. multorum*
num. 2. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 19. *num.* 1.
Solorzan. *de jure Indiar. lib.* 1. *cap.* 3. Diaz. *de ſalar.*
parte 2. *num.* 30. Nec præſtant Judæis ſervitium per-
13 ſonale, ſed ſolummodo poſſidentur ab eis in conſe-
quentiam ruris, ſeu fundi, cui ſunt adſcripti, adeo-
que ſervitium eſt merè reale; quo pacto poſſunt
Chriſtiani Judæis ſervire, Sanchez *in ſumma lib.* 2.
cap. 31. *num.* 21. Marquard. *de Judæis parte* 2. *cap.*
5. *num.* 50. Azor. *cit. cap.* 22. *quæſt.* 8. Hinc apparet
non eſſe audiendos Joannem de Plat. *in l. quemad-*
modum num. 9. *verſ. ſed quid*, *Cod. eodem tit.* &
poſt eum Surdus *de aliment. tit.* 8. *privil.* 89. *nu.* 2.
putantes non eſſe permiſſum Judæis emere fundum
habentem adſcriptitios Chriſtianos, itaut venditio inde
facta ſit in totum nulla.

CONSTITUTIO TERTIA

INNOCENTII IV.

incipiens (*Ad Apoſtolicam.*)

EPITOME BULLÆ.

INNOCENTIUS SACRO PRÆSENTE Concilio ad rei memoriam ſempiternam.

FRidericum Imperatorem à Gregorio IX. anathemate percuſſum, & in eo cumulatis flagitiis obſtinatè perſeverantem, Imperiali, Regiaque dignitate exauctorat præſente Concilio Generali Lugdunenſi, ejuſque Vaſſallos à fidelitatis juramento abſolvit: novum Imperatorem ab iis, ad quos attinet, eligi mandat, ac de Regno Siciliæ providendi curam ſibi reſervat.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Friderici II. flagitia, præſertim quæ in Romanam Eccleſiam commiſit, referuntur.*
2 *Spiritualibus pœnis percuſſus fuit à Gregorio IX.*
3 *Quæ præſtiterit Innocentius IV. ut Fridericus ad bonam frugem rediret.*
4 *Innocentius Gallias petiit, ut Friderici inſidias effugeret.*
5 *Ibique Concilium Lugdunenſe convocat, & referuntur cauſæ convocandi hoc Concilium.*
6 *In eodem Concilio Innocentius Fridericum imperiali dignitate exauctoravit.*
7 *Et inde tota Germania à Friderici obedientia defecit.*
8 *Ipſe Fridericus in ſua pervicacia induratus, malè obiit.*
9 *De convocatione Concilii Lugdunenſis, & de poteſtate Pontificis in exauctorandis Imperatoribus & Regibus remiſſivè.*
10 *Exauctoratio Regum an poſſit fieri à ſolo Papa ſine Concilio Generali.*
11 *Exauctoratio Friderici fuit facta à ſolo Papa, licèt præſens eſſet Concilium Generale.*
12 *Poteſtas exauctorandi Reges reſidet in ſolo Papa, idque probatur ex verbis Chriſti.*
Adducuntur ad hoc plura exempla. Ibid.
13 *Exauctoratio Regum aliquando facta fuit in Conciliis Generalibus, & qua ratione.*

PErbellè adnotat Brietius *tom.* 6. *annal. ad an-*
num 1232. *Fridericus nomine Chriſtianus, re Ma-*
humetanus, aut veriùs neuter: Cùm vir callidiſſimus 1
miris tergiverſationibus, prout rebus ſuis magis
convenire putabat, modò divini, & humani juris
prævaricator; dum impio, & probroſo fœdere cum
Sultano inito, arma, quæ contra eundem Deo vo-
verat, in Summos Pontifices convertit; dum Tem-
plum Domini Saracenorum ſuperſtitionibus permi-
ſit coinquinari; dum de iteratis perjuriis reum ſe
præſtitit, aliiſque facinoribus, ob quæ eum ſpiritua- 2
libus pœnis coercitum notavimus *tom.* 2. *ad Conſt.*
1. *Gregorii IX. num.* 2. modò pœnitentiæ fructus
præſeferens, cùm Legatis ad S. Sedem miſſis, man-
datis Apoſtolicis pariturum, & damnis Eccleſiæ il-
latis ſatisfacturum ſe ſimulans, pacem, & miſericor-
diam aſſequutus fuit, ut *ibid. num.* 3. deindè ad
pejora relabentem, iterùm Apoſtolicam indigna-
tionem meruiſſe diximus in *Conſtitut.* 13. *Gregorii*
IX. num. 5. Nunc tandem in impietate contumacem,
ac Romana fulmina aſpernantem, ſuis malis artibus
minùs Eccleſiæ, quàm ſibi nocuiſſe, ut inquit Briet.
ad annum 1222. præſens Conſtitutio animadverten-
di occaſionem præbet.

Porrò cùm Gregorius IX. vita ceſſerit, forſan mæ-
rore correptus maritimæ cladis acceptæ à Claſſe Fri-
derici cum captivitate plurium Præſulum, & Cardi-
nalium, Januenſium triremibus advectorum ad Con-
cilium ab eodem Gregorio Romæ indictum, ex Gal-
lia, & Hiſpania proficiſcentium, ut notat Cabaſſut.
in Hiſt. Eccleſ. ſæc. 13. *ad Conc. Lugdun.* Subſequen-
ter ejuſdem locum octodecim dumtaxat diebus te-
nuit Cœleſtinus IV. cui unanimi Cardinalium voto
ſuffectus fuit Innocentius IV. Vir equidem ob ma-
gnitudinem animi, & juris peritiam numquam ſa-
tis laudatus. Hunc ſicuti amiciſſimum Cardinalem
expertus fuerat Fridericus, Pontificem renunciatum, 3
fortem obicem ſuæ effrænatæ libidini dominandi in
Italia & Romæ experiundum meritò timuit, ut
ex propria confeſſione teſtatur Ciaccon. *in Vita In-*
nocentii IV. Innocentius autem nil anxiùs cogitavit,
quàm diebus ſuis Sacerdotium cum Imperio conci-
liare, prout etiam Fridericus idem propoſitum, gra-
tificandi cauſa Pontifici præſeferebat; ideò miſſis,
& acceptis Legatis, qui Imperatoris nomine, Ec-
cleſiæ Romanæ obedientiam jurarunt, convenien-
tia ſatisfactionis Capitula eidem offert, quæ refert
Matth. Pariſ. *ad ann.* 1244. At Fridericus ſuperbi,
verſipellis, inconſtantiſque animi Princeps, à tra-
ctatu diſceſſit, & numquam Eccleſiæ pariturum ſe
conteſtatus fuit, niſi à cenſuris, quas Gregorius IX.
in eundem fulminaverat, abſque ulla ſatisfactione ſol-
veretur. Tunc verò magis ſuperbiit Fridericus, ex
quo Innocentius ejuſdem arma, quibus penè Italia 4
depopulabatur, fugere, & ab inſidiis etiam Romæ
ſibi ſtructis cavere coactus fuit, Galliam petendo,
ubi à S. Ludovico tunc piiſſimè regnante, benignè
fuit exceptus, Briet. *ad ann.* 1244. §. Fridericus,
Natal. Alex. *in Hiſt. Eccleſ. Sæc.* 13. *tom.* 7. *cap.* 1.
artic. 4. & *in diſſert.* 5. *artic.* 1. *num.* 10. §. *quadam*,
Cabaſſut. *cit. num.* 5.

In illo tutiſſimo aſylo feriò Innocentius cogitans,
Eccleſiam hæreſibus pullulantibus, Tartarorum ir- 5
ruptione, & Græcorum ſchiſmate undique peſſun-
datam,

Digitized by Google

datam, & ſpecialiter in ſuis præcordiis à Friderico
Imperatore conflictatam, Concilium Lugdunenſe I.
16. Kal. Auguſti 1245. coegit, in quo præſentibus
Balduino Imperatore Orientis, S. Ludovico Gallia-
rum Rege, aliiſque ſæcularium Principum Oratori-
bus, ipſemet Innocentius præfuit, Conſtantinopoli-
tano, Antiocheno, & Aquilejenſi Patriarchis, Ar-
chiepiſcopis, & Epiſcopis circiter 140. intereſſenti-
bus, præter Cardinales. Ibidem inter alia fœliciter
geſta, Friderico legitimè monito, ſeu citato, ac Ta-
dæo Sueſſa ejuſdem Procuratore reſpondente, & au-
dacter propugnante, Innocentius Papa contra eun-
dem ſolemne anathema, & exauctorationem ab Im-
6 perio publicavit, Vaſſalloſque ab ejuſdem fidelitate
abſolvit, prout in Epitome, cujus depoſitionis ſen-
tentiam, quæ in famigerata *Extravag. ad Apoſtoli-
cæ de ſentent. & re judicata in 6.* manca refertur,
Cherubinus in præſenti Conſtitutione ob majorem
geſtorum notitiam, integram exhibuit.

Quamvis autem ex hac ſententia tota ferè Ger-
7 mania à Friderici obedientia deſciviſſet, inaugurato
Imperatore Henrico VII. Lantgravio Haſſiæ, atque
Thuringiæ; attamen ipſe Fridericus exauctorationis
ſententiam minimi reputans, hæc, accepto ſuæ de-
poſitionis nuncio, irridens ait: *Non adhuc Coronam
meam perdidi, vel Papali impugnatione, vel Synoda-
li Concilio, nec ſine cruento perdam certamine*, ut re-
8 fert Natal. Alex. *in cit. diſſert. 5. art. 3. num. 5.* &
revera non tantùm depoſitionem, verùmetiam &
cenſuras parvipendit, cùm Sacerdotes, alioſque cum
ipſo communicare in divinis recuſantes, variis mo-
dis compulerit, & in Pontificem furens, tertiam
partem fructuum ab Eccleſiaſticis extorſit, unde in
bellum commodiùs adverſus eum procurreret, quod
reliquo tempore ætatis ſuæ agitavit, in cujus anno
57. vitam infœliciter finivit ex morbo, vel veneno
extinctus, vel à ſuo notho Manfredo ſuffocatus,
Briet. *ad ann. 1245. & 1251.*

Duo autem hìc opportunè exponenda eſſent.
9 Unum de convocatione Concilii Lugdunenſis, in
quo promulgata fuit ſententia contra Fridericum;
& de hoc commodiùs, & majori exigentia dicemus
ad *Conſt. 20.* hujus Pontificis, ubi Abbates, & Prio-
res Angliæ ad præfatum Concilium convocati fue-
re. Alterum eſt de poteſtate, & cauſis, ex quibus
Papa Imperatores, & Reges exauctorare poteſt,
& de his plenè dixi *tom. 1. ad Conſt. unic.* Gregorii
VII. *& tom. 2. ad Conſt. 4.* Innoc. III. unde in hac
re diutiùs immorari non oportet; eòque magis, quia
cùm præſens Conſtitutio inſerta ſit in *cit. capit. ad
Apoſtolicam de ſent. & re judic. in 6.* eam paſſim
Repetentes exponunt; ſolaque difficultas ſolvenda eſt,
an cùm depoſitio Friderici facta per Innocentium
10 in hac Conſtitutione, emanaverit in Concilio Lug-
dunenſi, prout & illa Henrici per Gregorium VII.
in Concilio Romano, poſſit exinde argumentum
deſumi, hanc poteſtatem non in ſolo Summo Pon-
tifice, ſed vel in ſolo Concilio Generali, aut in eo
ſimul cum Summo Pontifice reſidere, quemadmo-
dum aliqui autumant; etenim licèt nedum Docto-
res noſtri, ſed exteri quidem tale jus ab Eccleſia
Univerſali detrahere auſi non fuerint, tamen illud
ſoli Concilio Oecumenico, tanquam Eccleſiam Uni-
verſalem repræſentanti, quidam addicere conati ſunt,
ut præſertim loquens de hac depoſitione Friderici, aſ-
ſeruit Matth. Pariſ. *ad annum 1239.* ibi: *Quo ſpiritu
Papa tantum Principem non convictum, nec confeſſum
de objectis ſibi criminibus, exheredavit, & apice Im-
periali præcipitavit? Qui ſi meritis exigentibus caſſan-
dus eſſet, non niſi per Generale Concilium caſſandus
judicaretur.*

Verùm talem poteſtatem in ſolo Summo Pontifice
11 reſidere, ex hac Conſtitutione fit palam, in qua In-
nocentius non dixit, Sacro approbante Concilio,
ſed, *Sacro præſente Concilio*, ad denotandum, con-
demnationem ab ipſo Papa vires ſumere, etſi pro
majori ſolemnitate futuræ memoriæ rei in Concilio
id egit, ut habetur apud Jo: Andr. & Gloſſ. *margin.
in initio dicti cap. 2. de Sent. & re judic. in 6. & in
§. nos itaque*, ubi ſententiam promulgavit, ait: *Nos
itaque ſuper præmiſſis, & quampluribus ejus nefandis
exceſſibus, cum Fratribus noſtris, & Sancto Concilio
deliberatione prehabita diligenti, cùm Jeſu Chriſti vi-
ces, licèt immeriti, teneamus in Terris, nobiſque in B.
Petri perſonam ſit dictum: Quodcunque ligaveris ſu-
per terram, ligatum erit in Cœlis &c. memoratum Prin-
cipem omni honore, & dignitate privatum à Domino
oſtendimus, denunciamus, & ſententiando privamus.*
Ex quibus verbis ſatis oſtenditur, Papam ſui ſola po-
teſtate ſententiam protuliſſe, etſi patratorum crimi-
num proceſſum coram Concilio publicaverit, ut cul- 12
pæ manifeſtiùs apparerent. Is quippè, cui Dominus
poteſtatem dedit verbis in perſonam ſolius Papæ di-
rectis: *Quodcunque ligaveris ſuper terram, erit li-
gatum, & in Cœlis*, condemnationem decrevit, quam
ſanè poteſtatem corroborant centena exempla, quòd
hujuſmodi ſententiæ in Reges, & Imperatores à ſolo
Pontificis Romani Tribunali fuerint latæ, ut egit Gre-
gorius VII. erga Boleslaum Regem Poloniæ, eò quòd
B. Stanislaum Cracoviæ Epiſcopum ad aras reciderit,
Longin. *in hiſtor. Polon.* Baron. *ad ann. 779.* & adver-
ſus Philippum Francorum Regem, ex eo quia Sacer-
dotia pretio venderet, ſcribens Roderico Epiſcopo
Gabilonenſi, ut Regem moneret, quatenus à merci-
monio tam turpi abſtineret, alioquin cenſuris ferien-
dus, Regnoque caſurus, ut in *Epiſt. 35. dicti Ponti-
ficis lib. 1.* cui Rex æqua, ut par eſt, obedientia, di-
gnaque Regum Eccleſiæ primogenitorum, ſe geſſit,
ut in eadem Epiſtola enunciatur; & Alexander III.
Imperii Interdicto Fridericum Ænobarbum mulcta-
vit, Baron. *ad annum 1168. & ſeq.* pluraque alia do-
cumenta recenſent Hiſtorici uſque ad tempora noviſ-
ſima Julii III. contra Regem Navarræ, Spondan. *ad
ann. 1512.* & Clementis VII. in Henricum Angliæ
Regem, Card. Pallavicin. *in hiſt. Conc. Trident. lib. 3.
cap. 15. & lib. 4. cap. 7.* & B. Pii V. contra Eliſabe-
tham Angliæ Reginam, Spondan. *ad annum 1569.* &
tandem liquet, Sixtum V. Henricum Navarræ, poſtea
Galliarum Regem, Hæreticum, ac Regno Galliarum
inhabilem declaraſſe; prout egit Gregorius XIV. in
cujus ſententiæ executionem Confœderati Galliæ,
poteſtate per Clementem VIII. ſibi facta eligendi Re-
gem, qui Catholicus eſſet, Comitia Pariſiis celebra-
runt, licèt Henricus abjurata hæreſi Religionem avi-
tam amplexus, & à Clemente abſolutione obtenta,
Regnum quoque obtinuerit, Spondan. *ad ann. 1535.
1591. & ſequ.* hancque obſervantiam latè adducunt
Auctor *Regalis Sacerdotii lib. 1. §. 15.* Auctor *Oecum.
Cath. Apoſt. art. 1. diſquiſ. 4. pag. 94. & ſeq. & pag. 152.
& pag. 181. cum ſeq.* Verificantur enim in Summo Pon-
tifice verba Jerem. 1. ibi: *Ne formides à facie eorum,
Ego quippe dedi te in Civitatem munitam, & in colu-
mnam ferream ſuper omnem terram Regibus Juda,
Principibus ejus, & Sacerdotibus, & populo terræ,
& bellabunt adverſus te, & non prævalebunt, quia
Ego tecum ſum, ait Dominus, ut liberem te; ecce
conſtitui te hodie ſuper gentes, & regna, ut evellas,
& deſtruas, diſperdas, & diſſipes, ædifices, & plan-
tes:* En igitur figurata poteſtas ſupremi Eccleſiæ mo-
deratoris in deſtruendo, & ædificando Regna, eo-
rumque Rectores. Unde etſi hujuſmodi actus depo-
ſitionum in Conciliis aliquando geſti fuerint, prout
in Lugdunenſi hæc Friderici II. Imperatoris conde-
mnatio evenit, id conſultò fuit, ut extenſivè, non
quidem intenſivè major auctoritas videretur, inter-
veniente conſilio tot Eccleſiæ Paſtorum, cùm alio-
qui intenſivè in ſolo Summo Pontifice tota conſoli-
detur auctoritas. Plura etiam hujuſmodi Commenta-
rio accomodata poſſent explicari circa juramenti fide- 13
litatis abſolutionem, quæ ab ipſo Pontifice ſubditis
conceditur Regis, vel Imperatoris depoſiti, ac circa
Imperatorum electionem; ſed cùm alia occurrant Com-
mentaria ad materiam hanc congruentia, ut ad alia
properem, hìc omittere conſultò ſtatui.

CON-

Digitized by Google

CONSTITUTIO QUARTA

INNOCENTII IV.

incipiens (*Devotionis.*)

EPITOME BULLÆ.

INNOCENTIUS ABBATI CISTERCII, ejuſque Coabbatibus, & Conventibus univerſis Ciſtercienſis Ordinis.

INdulget precibus Ciſtercienſium, ut poſſeſſiones, & alia bona mobilia, & immobilia (exceptis feudalibus) quæ perſonas Fratrum Profeſſorum, ſi permanſiſſent in ſæculo, ratione ſucceſſionis, vel quocumque alio juſto titulo contigiſſent, petere, ac retinere liberè valeant, contraria conſuetudine non obſtante.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De capacitate Eccleſiarum quocumque titulo acquirendi, & retinendi immobilia. Remiſſivè.*

Hanc capacitatem Eccleſiis adimere conati ſunt Principes laici. Ibid.

2 *Ciſtercienſes ex ſuis Conſtitutionibus non ſunt incapaces ſtabilium, prout nec alii Regulares, etiam ante Concilium.*

3 *Prohibitio poſſidendi bona Ciſtercienſibus facta ab Alex. III. fuit tantùm quoad juriſdictionalia.*

4 *Ciſtercienſes bonorum poſſeſſionem quandoque voluntariè abdicarunt.*

5 *Adeò paupertatis tenaces fuerunt, ut nec mobilia pretioſa in Eccleſiis ſuis habuerint.*

Eorum voluntariam abſtinentiam à ſtabilibus nonnulli ad neceſſitatem detorquebant. Ibid.

6 *Ipſos tamen eſſe bonorum, & juris ſuccedendi capaces declaravit Pontifex in hac Bulla.*

7 *Privilegia, quæ de jure competunt, ſolent Pontifices ex integro concedere, & qua ratione.*

8 *Ciſtercienſes per hanc Bullam non novum privilegium, ſed antiquorum jurium confirmationem obtinuere.*

9 *Adducuntur alia motiva editionis hujus Bullæ.*

10 *Poſt Concilium Tridentinum, omnes Religiones ſunt capaces poſſeſſionis ſtabilium, aliquibus exceptis.*

11 *Ciſtercienſibus prohibita eſt ſucceſſio in feudalibus, & quatenus id hodie procedat.*

12 *Proponuntur tractanda in hoc Commentario.*

LIbertas Eccleſiaſtica, ut valeant Eccleſiæ, Ec-
cleſiaſticæque perſonæ, ac loca pia, bona im-
1 mobilia retinere, eaque acquirere per quoſcumque
actus inter vivos, vel ultimæ voluntatis, aliiſque
juſtis titulis cuicumque alteri permiſſis, fuit com-
probata, & à contrariis vindicata *tom.* 2. *ad Conſt.*
10. Innocentii III. Frigeſcente enim primæva laico-
rum Chriſtianorum charitate, libertatem hanc plu-
ribus modis imminuere, aut tollere Principes ſæcu-
li conati ſunt, vel piorum diſponentium volunta-
tem coarctando, ne in vita, aut poſtremis elogiis
aliquid Eccleſiis elargiri poſſent: quod præſertim vin-
dicavit Innoc. III. *in cit. Conſt.* 10. vel ipſis Eccleſiis
poſſeſſionem ſtabilium non permittendo, vel ſucceſ-
ſionis jura Monachis adimendo, ut exinde Eccleſiæ
bonis ſibi debitis privarentur. Conſuluerunt tamen
Jura, & Summi Pontifices hujuſmodi præjudicio,
quod præſertim egit Innocentius in hac Conſtitu-
tione quoad Ciſtercienſes, ut liberè valerent ſucce-
dere eorum Monaſteria omnibus bonis, tam mobi-
libus, quàm ſtabilibus, quæ Profeſſis ratione ſuc-
ceſſionis, vel alio juſto titulo obvenirent. Sciendum
enim ad hanc rem, quòd inſignis hæc Religio Ci-
ſtercienſium in ſui initio, ſanctitate, ac fervore mu-
nita ita florebat, ut innumera ferè Cœnobia anno
centeſimo poſt ejus ortum agnoverit, & intra ſexa-
ginta annos Abbatias numeraverit quingentas, ut
apud Thomaſſin. *de beneſ. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 68.
num. 3. & dixi *tom.* 1. *ad Conſt.* 1. Paſchalis II.
Tam autem ex qualitate Monachali ſub regula D. 2
Benedicti, quàm ex propriis Conſtitutionibus, non
fuerunt Ciſtercienſes inſtituti in altiſſima paupertate,
itaut fuiſſent incapaces acquirendi, ſive retinendi bo-
na ſtabilia, prout nedum ſpectato jure noviſſimo
poſt Concilium, ſed antiquo, hujuſmodi capacitas
erat apud omnes Monachos, & quoad Mendican-
tes tantùm conceſſa capacitate quoad acquiſitio-
nem, itaut tenerentur ea alienare, *cap.* 1. *ver. do-
mum de relig. domib. in* 6. Fagn. *in cap. in præſen-
tia num.* 52. *de probationib.* Paſſerin. *citat. cap.* 1.
num. 9. ubi rejicit diſtinctionem inter Mendicantes,
& propriæ Regulæ Conſtitutiones circa hanc capaci-
tatem acquirendi, *& de ſtat. hom. tom.* 3. *quæſt.*
189. *num.* 151. *& ſeq.* Buratt. *dec.* 245. *numer.* 4.
& 5. Hinc quoad capacitatem Ciſtercienſium acqui-
rendi, & retinendi etiam ſtabilia, comprobatur ex
cap. in præſentia de probationibus, quæ fuit Decreta-
lis Innocentii III. longè ante hanc Conſtitutionem 3
edita; & licèt Alexander III. *in cap. recolentes de
ſtatu Monachor.* ante quidem *cit. cap. in præſentia*,
objurgaverit laxitudinem ejuſdem Monachorum Ci-
ſtercienſium in poſſidendis, & acquirendis bonis;
tamen id fuit quoad bona juriſdictionalia, & feuda-
lia, quorum divitiis Religio ſuffulta, à priſtinæ di-
ſciplinæ fervore deflectebat, ut notat Gonzal. *cit.
cap. recolentes num.* 3. & dixi *tom.* 1. *cit. Conſtit.* 1.
Paſchalis II. *num.* 8.

Verùm etſi juxta regulam D. Benedicti talis inca-
pacitas non adfuerit, tamen liquet dictæ Regulæ So- 4
dales à tali jure ſe voluntariè abſtinuiſſe, ut Ciſter-
cienſium Hiſtoriæ, ſeu Annales teſtantur, omnia
bona amore paupertatis aſpernatos fuiſſe, præſertim
à forenſibus tumultibus abhorrentes in litibus ferè ne-
ceſſariis, quas bonorum poſſeſſio inducere maximè
ſolet. Hinc adeò crevit Ciſtercienſium antiquus fer-
vor, ut nec Cruces, nec Candelabra, nec Thuri- 5
bula ex auro, & argento in Eccleſiis haberent, nec
ex ſerico ſacras veſtes, vel auro contextas, ſive cap-
pas, ſive dalmaticas, ſive tunicas, ut apud Annal.
Ciſtercienſ. *tom.* 1. *pag.* 51. *&.* 273. Quod autem
Religioſiſſimis his Monachis voluntarium fuerat,
nonnulli ad neceſſitatem, ſeu legem trahebant; ex
quo oportuit, ut Summi Pontificis authoritate, in-
nata libertas, & poſſidendi capacitas eis aſſereretur,
ut egit Innocentius IV. qui & conſuetudinem vo-
luntaria Ciſtercienſium abſtentione introductam abro- 6
gavit, ut in hac Bulla edita anno 1246. in Civita-
te Lugduni directa Abbati Ciſtercii, totique Ordi-
ni, quam confirmavit Pius II. die 26. Julii 1459.
quam Bullam prætermiſit Cherubinus, ut ipſe notat
ad hanc Bullam Innocentii.

Nec quidem fruſtratorium fuit hujuſmodi privile-
gium, tum quia compertum eſt Summos Pontifices 7
iterum ſolere ex privilegio concedere, quod aliàs
jure communi competit, ex rationibus, quas ad-
duxi *tom.* 2. *ad Conſt.* 6. Honorii III. *num.* 57. &
apud Murgam *ad Conſt. Apoſt. Benedictinas Conſt.
unic.* Nicolai III. *num.* 5. tum etiam, quia talis
Conſtitutio emanavit ad compeſcendam temerita-
tem laicorum, imò etiam Prælatorum rigorem,
qui voluntariam Ciſtercienſium abdicationem ad
neceſſitatem deducebant, imò eos privabant chari-
tativis ſubſidiis, quæ duplicata merebantur ob

tantam

Digitized by Google

tantam virtutis notam; unde ex his actibus voluntariis
ipſorum Monachorum, jus conſuetudinarium eliciebant,
quod vi, poteſtateque etiam laicali confirmari
curarunt, quodque Innocentius abrogavit; & ſic ve-
8 rè in hac Conſtitutione non conceditur Ciſtercienſibus
aliquid peculiare, quod priùs non habebant; ſed
propria jura ſuccedendi ex perſona Monachorum,
quemadmodum priùs habebant, illis confirmantur.
Unde potius eſt declaratio, quàm nova conceſſio,
aut privilegium; cùm etenim dicto tempore in Gallia,
conſuetudo illa arcendi Monachos à poſſeſſione
ſtabilium, imo à quorumcumque ſucceſſione, vigere
cœperit, ut infra dicam, mirum non eſt, ſi Innocentius
Lugduni reſidens, talem Bullam promulgavit,
directam Abbati Ciſtercienſium in Galliam, qui
hujuſmodi Pontificio diplomate reintegrari cupiebat
ad antiquum Eccleſiæ innatum jus, quod voluntariè
9 abdicatum, neceſſariò reaſſumere conati fuerunt ob
frigeſcentem fidelium devotionem, laicorumque avaritiam
adauctam, adeo ut eis neceſſaria ad ſubſtentationem
deficerent, ut conſiderat Thomaſſin. *part.* 3.
lib. 1. *cap.* 25. *n.* 3. ubi refert verba hujus Bullæ; &
etiam ex eo, quòd laici ad occupandas hæreditates
anxii, Monachos per profeſſionem mortuos mundo
dicebant, ut his rationibus, ac conſuetudinibus ſubmotis,
alii Summi Pontifices hujuſmodi jus declararunt,
ſeu privilegio communiverunt, nedum Monachis
Caſſinenſibus, ut in *Conſt.* 9. *Eugenii VI.* §. 15.
tom. 1. *Bullarii*, quod innuit Thomaſſin. *cit. n.* 4. §.
anno 1436. ſed etiam Mendicantibus Ordinis Minorum
Conventualium, & Prædicatorum, ut in *Conſt.*
1. *Clement. IV. tom.* 1. *Bullarii*, de qua infra, ac alii
Pontifices cæteris conceſſere.

Imo quamvis ante Concilium Tridentinum hoc jus
10 in aliquibus Regularium Ordinibus quoad aliqua reſtrictum,
aut modificatum eſſet; tamen poſt præfatum
Concilium *ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 3. omnes
Religiones declaratæ fuerunt capaces acquirendi, &
retinendi bona immobilia, exceptis Minoribus de
Obſervantia, & Capuccinis, quos in altiſſimo paupertatis
ſtatu relinqui voluit, ut dixi *tom.* 2. *ad Conſt.*
5. *Honor. III. ſect.* 4. quamvis & circa hoc ex peculiaribus
Conſtitutionibus aliqua adſit differentia quoad
Theatinos, Jeſuitas, & Thereſianos, ut pariter innui
cit. Conſt. 5. & dicam ſequenti Sectione. Porro
certum eſt, Ciſtercienſes eſſe abſolutè capaces poſſidendi
ſtabilia, & conſequenter etiam ſuccedendi tam
ab inteſtato, quàm ex teſtamento.

Verùm quia quoad ſucceſſiones poteſt conſiderari,
11 vel qualitas bonorum feudalium, vel liberorum, vel
denique fideicommiſſariorum; ideò quoad prima, Innocentius
in hac Conſtitutione expreſsè limitavit ſucceſſionis
jus quoad Ciſtercienſes, ibi: *Exceptis feudalibus*;
ideò de incapacitate Regularium retinendi
feuda, ac in iis ſuccedendi, poterunt videri, quæ latè
dixi *tom.* 1. *ad Conſtitut. unic. Caliſti II. ſect.* 3. ubi
præcisè quoad Ciſtercienſes firmavi; potuiſſe deinde
ſuccedere etiam ad feuda ex novis privilegiis Summorum
Pontificum, eorumque incapacitatem potiùs intelligi
in veris feudis, ubi requiritur ſervitium in-
12 compatibile. Hinc relicta mentione ſucceſſionis Monaſteriorum
ex perſona Monachorum in bonis fideicommiſſariis
agnatitiis, de qua agam in *cit. Conſt.* 1.
Clementis IV. in hoc Commentario de ſucceſſione Monaſterii
quoad bona libera, & in caſu gravaminis obitus
ſine filiis ſermonem faciam.

S E C T I O I.

De ſucceſſione Monaſteriorum Ciſtercienſium, aliorumque Regularium in hæreditatibus, aliiſque obvenientibus Profeſſis.

S U M M A R I U M.

1 *Monaſteria Ciſtercienſium ex perſona Monachorum ſuccedunt in iis, quibus Monachi, ſi in ſæculo fuiſſent, ſuccederent.*

2 *Idemque jus habent omnes Regulares, exceptis Obſervantibus, & Capuccinis, qui nedum retinere, ſed etiam acquirere prohibentur.*

3 *Sub nomine Obſervantium veniunt Reformati, & Capuccini.*

4 *Societas Jeſu ex perſona profeſſorum quarti voti, incapax eſt ſucceſſionis.*

5 *Collegia Societatis ſunt capaces etiam retinendi; Domus autem Profeſſæ ſunt capaces hereditatum, ad effectum tamen vendendi.*

6 *Profeſſi Societatis ante quartum votum ſunt capaces ſuccedendi.*

7 *Carmelitæ Diſcalceati Congregationis Hiſpaniæ habent jus ſuccedendi ad effectum tantùm vendendi; ſed in Congregatione Italica habent etiam jus retinendi.*

8 *Cruciferi hereditatibus ſuccedunt, etiam ad effectum retinendi.*

9 *Theatini ſunt capaces ſuccedendi ex perſona Profeſſorum, ad effectum tantùm vendendi.*

10 *Jus ſucceſſionis, quod competit Regularibus, tranſit in Monaſterium.*

11 *Statuta ex quibus Regulares arcentur à ſucceſſione, an ſint validæ?*

12 *In Gallia per conſuetudines Burgundiæ arcentur Regulares à jure ſuccedendi.*

13 *Ciſtercienſibus aliquando ibi fuerunt reſervata jura ſucceſſionis, ſed poſtea etiam ſublata, & quid quoad Equites Hieroſolymitanos & Jeſuitas in eodem Regno ſervetur.*

14 *In Regno Valentiæ Regularium jura ſuccedendi etiam imminuta ſunt.*

15 *In Civitate Barchinonenſi arcentur à ſucceſſione Profeſſi ſine conſenſu parentum.*

16 *In Ducatu Sabaudiæ Regulares excluduntur à legitima ſucceſſione.*

17 *Ob excluſionem filiorum profeſſorum à legitima ſucceſſione, multa mala oriuntur.*

18 *Per profeſſionem transfertur in Monaſterium perſona, & conſequenter etiam bona, & jura ſucceſſionis.*

19 *Et ſimiliter transfertur velle, & nolle.*

20 *Hæreditates obvenientes Profeſſis, an Monaſterio acquirantur mediatè, vel immediatè?*
Civiliſtæ volunt acquiri mediatè. Ibid.

21 *Canoniſtæ aſſerunt acquiri immediatè, eorumque opinio ſervatur in Curia.*

22 *In ſententia Civiliſtarum Monachus aſſimilatur ſervo, ſeu potius filio, prout magis expedit Monaſterio.*

23 *In utraque ſententia Monachus repudiare nequit, & poteſt Monaſterium pro eo adire.*

24 *Perſona Monachi reſpectu Monaſterii non habetur pro mortua.*

25 *Si profeſſus moriatur non adita hæreditate, jus adeundi an devolvatur ad Monaſterium? & diſtinguuntur plures caſus.*
Civiliſtæ procedunt cum regulis tranſmiſſionis legalis. Ibidem.

26 *Monaſterio competit reſtitutio in integrum, quæ competiiſſet Profeſſo viventi.*

27 *Si Monachus decedat non habita ſcientia hæreditatis delatæ, ſemper ſalvum eſt jus Monaſterii.*

28 *Similiter ſi hæreditas relicta ſit intuitu Monaſterii.*

29 *In ſententia Canoniſtarum, ſi Profeſſus decedat non adita hæreditate, Monaſterium adire poteſt ratione incorporationis jurium, & ſic jure ſucceſſionis.*

30 *Jus adeundi conſiderandum eſt in Monaſterio, perinde ac ſi ipſe eſſet inſtitutus.*

31 *In hæreditate delata Monacho Monaſterium ſuccedit quidem ex perſona Monachi, ſed non ſuccedit ipſi Monacho, nec dicitur ejus hæres.*

32 *Præfata opinio Civiliſtarum an tutè ſervari poſſit in Foro laicali?*

33 *Jus adeundi metiendum eſt non à perſona Profeſſi, ſed Monaſterii, & quanto tempore præſcribatur.*

34 *Et Monaſterio tanquam loco pio competit reſtitutio in integrum,*

35 *Monaſterium nullum jus acquirit in hereditate non delata in vita Monachi.*

36 *Similiter in juribus conditionalibus, non purificatis in vita ejuſdem Profeſſi.*

37 *Monachus nequit præjudicare juri ſuccedendi, quod ex ejus perſona competit Monaſterio, licèt ante profeſſionem poſſit ſucceſſioni etiam futuræ renunciare,*

38 *Monaſterium an habeat jus ſuccedendi ex perſona Novitii?*

Refertur opinio affirmativa, & ejus rationes, Ibidem,

39 *Juxta hanc ſententiam, legatum ſub conditione ingreſſus Religionis, cenſetur purificatum per ſolum Novitiatum,*

40 *Probatur contraria ſententia, nempe quod Monaſterium non acquirat jura ſuccedendi ex perſona Novitii non profeſſi.*

41 *Novitius habetur ut laicus, quibuſdam exceptis,*

42 *Ingreſſus in Religionem intelligendus eſt cum effectu, ſequuta ſcilicet profeſſione.*

43 *Legitima filio profeſſo debita peti non poteſt à Monaſterio, niſi mortuo Patre.*

44 *Viventis nulla eſt hereditas.*

Jus legitimæ non competit filio Patre vivente, Ibidem,

45 *Legitima debita aſcendentibus, vel deſcendentibus Profeſſi, debetur ſtatim emiſſa profeſſione, nec eſt expectanda mors naturalis.*

46 *Matri binubæ in bonis à primo viro ei titulo lucrativo obventis, ſuccedunt filii ſuperſtites primi matrimonii,*

47 *An filius profeſſus cenſeatur ſuperſtes ad effectum ſuccedendi Matri binubæ.*

48 *Proponitur opinio negativa, & ejus rationes,*

49 *Opinio affirmativa recipitur, & probatur.*

50 *Diſpoſitio* leg. fœminæ Cod. de ſecundis nupt. *nititur injuriæ, quæ à matre binuba fit primo viro, non tanquam cauſa finali, ſed impulſiva.*

51 *Verius eſt diſpoſitionem ejuſdem legis niti æquitati naturali,*

52 *Bona primi viri conceduntur mulieri, quaſi ſub conditione non tranſeundi ad ſecundas nuptias.*

53 *Diſpoſitio* l. fœminæ *procedit tam in muliere, quam in viro ſecundò nubente.*

54 *Vir ſecundò nubens nullam injuriam infert primæ uxori.*

55 *Profeſſus transfert in Monaſterium jura etiam perſonaliſſima.*

56 *Diſpoſitio* l. fœminæ *procedit etiam quoad bona, quæ titulo legitimæ Mater binuba obtinet ob mortem alicujus ex filiis primi viri.*

57 *Mater, quæ poſtquam ſecundò nupſit, ſuccedit filio profeſſo in legitima, hanc non acquirit quoad proprietatem, ſed poſt ejus mortem in ea ſuccedit Monaſterium, & filii primi Viri, ſi adſint.*

58 *Quod ſi ſuccedat filio profeſſo, dum non adhuc tranſierat ad ſecunda vota, legitimam plenè acquirit, etiamſi poſtea ſecundò nubat, nec Monaſterium ſuccedet poſt ejus mortem in eadem legitima.*

59 *Diſpoſitio* leg. fœminæ *procedit, tum ſi mater ſecundò nubat poſt, tum ſi ante obitum filii primi matrimonii.*

60 *Quod intelligendum eſt, dummodo ſuperſtites ſint alii filii prioris Matrimonii,*

61 *Et filius profeſſus, cui Mater in legitima ſucceſſit, non cenſetur ſuperſtes ad hunc effectum.*

62 *Renunciatio facta à filio favore Parentum ſuſtinetur, etſi ipſi poſtea tranſeant ad ſecunda vota.*

IN hac Sectione loquar de ſucceſſione Monaſterio- 1
rum ex perſona Profeſſorum quoad hæreditates, &
ſucceſſiones, quæ ipſis Profeſſis obveniunt, quaſque
ipſi, ſi ſæculares eſſent, reciperent. Certa præterea
eſt talis capacitas ſuccedendi in Monaſteriis Ciſtercien-
ſibus ex ſupra firmatis, tum ex jure, tum ex eo-
rum Conſtitutionibus, quæ paupertatem in commu-
ni non præcipiunt, & inſuper ex hac Innocentii
Bulla, Thomaſſin. *cit. cap.* 25. *numer.* 3. Barboſ. *in
cap. recolentes num.* 2. *de ſtatu Monach.* Emanuel. Ro-
driquez *quæſt. regul. tom.* 3. *quæſt.* 75. *art.* 1. Hujuſmodi
enim jus habent regulariter omnium Religionum Mo-
naſteria, exceptis Minoribus Obſervantibus, & Ca- 2
puccinis, quibus ex jure *Clem. exivi de verb. ſign.*
præſervato in Sac. Conc. Tridentino *cap.* 3. *ſeſſ.* 25. *de
regularib.* interdicta eſt quæcumque retentio bonorum,
imò & acquiſitio hæreditatum, ob altiſſimam pauper-
tatem, quam ſervant, ut dixi *cit. Conſtit.* 5. *Honorii
III. ſect.* 4.

Proindè iſtæ Religiones incapaces, nedum retinen-
di, ſed etiam acquirendi ſtabilia, nullo modo poſ-
ſunt ſuccedere in bonis ipſorum Profeſſorum, quia de-
ficit capacitas Profeſſi, & ipſius Monaſterii, itaut ſta-
tim ac quis profeſſionem emittit, dicatur quoad hunc
effectum mortuus, Card. de Luca *de fideicommiſ. diſc.* 3
63. *num.* 7. Franch. *deciſ.* 14. *num.* 7. Sanchez *in præ-
cept. decal. part.* 2. *l.* 7. *cap.* 3. *numer.* 69. Rota *deciſ.*
206. *num.* 2. *coram Merlino*, *deciſ.* 6. *num.* 2. & 3.
part. 5. *tom.* 1. *recent.* Et ſub nomine Minorum de
Obſervantia veniunt Reformati, ac Capuccini, *ci-
tat. deciſ.* 206. *num.* 1. & in dictis Religionibus à Con-
cilio exceptuatis, utpotè fundatis in ſtricta regula fun-
damentali paupertatis, magis rigorosè proceditur
quàm quoad alias Religiones, quæ voluntariè tantùm
juri Conciliari poſſidendi bona renunciarunt, ut opti-
mè ponderat Cardin. de Luca *diſc.* 35. *num.* 12. & 13. *de
Regular.* Capon. *diſcept.* 156. *num.* 8. *to.* 3.

Hinc in Societate Jeſu Profeſſi per quartum votum, 4
imò etiam Coadjutores, ſunt incapaces ſuccedendi
quibuſcumque, tam ex perſona propria, quàm Socie-
tatis, aut domus, ut in *Conſtit.* 89. *Gregor. XIII.
incip. Aſcendente* §. 11. & *ſequ.* etſi Societas ſit ca- 5
pax retinendi ſtabilia, & ſuccedendi in hæreditatibus
ipſi relictis, non ſolùm quoad Collegia, ſed etiam
quoad Domos Profeſſas, ad effectum tamen vendendi,
Capon. *diſcep.* 156. *num.* 18. *tom.* 3. Staiban. *tom.* 2. *reſol.*
162. *num.* 26. Barboſ. *de jur. Eccl. lib.* 1. *cap.* 43. *num.*
86. & 87. Gratian. *diſcept.* 202. *num.* 43. Mantica *dec.*
225. *num. fin.* & *deciſ.* 245. coram Buratt. & declara-
vit *S. C. Concilii in Neapolitana hæreditatis* 12. *Ju-* 6
nii 1677. In dicta enim Societate expreſsè ſodales re-
nunciarunt hujuſmodi ſucceſſionibus, itaut ipſi poſt
quartum votum remaneant incapaces, nedum quo-
ad ipſos, ſed etiam quoad ipſam Societatem, & mor-
tui dicuntur omninò ad hujuſmodi effectum, Card.
de Luca *diſc.* 63. *num.* 2. & 4. *de regular.* & *de teſtamen-
tis diſc.* 36. *num.* 8. Card. de Lugo *reſponſ. dub.* 4. & 5.
lib. 4. Giovagn. *reſp.* 85. *n.* 2. & 3. *l.* 1. Staib. *reſol.* 97. *n.* 4.
to. 1. de Marinis *reſol.* 195. *n.* 2. *lib.* 2.

Adſunt quoque Carmelitæ Diſcalceati in Congre- 7
gatione Hiſpanica, qui habent jus ſuccedendi ad ef-
fectum tantùm vendendi, imò retinendi quoad Col-
legia, ſed in Congr. Italica paſſim ſuccedunt, ac jus
obtinent ad effectum etiam retinendi ex vi Regulæ,
ſed olim ex Conſtitutionibus confirmatis ab Urbano
VIII. anno 1631. talis facultas retinendi reſtricta
fuit ad Conventus, qui extra Urbes, & in parvis
Oppidis conſtructi erant, itaut eleemoſynis nequibant
ſibi conſulere, vel quatenus adſit onus Miſſarum,
ut latè apud Capon. *cit. diſcept.* 155. 156. & 157. *per
tot.* Tamen admittitur ſucceſſio ad effectum etiam reti-
nendi, etiam pro Conventibus Congregationis Italiæ
tam intra, quàm extra Urbes, ſtante declaratione Ca-

pitu-

Digitized by Google

pituli Generalis anno 1689. facta, ut capacitate per Concilium permiſſa omnibus Mendicantibus indiſtinctè frui poſſent, juncta etiam obſervantia inconcuſſa, ut fuit deciſum in *Avenionen. ſucceſſionis, & legi-*
8 *tima* 4. *Februarii* 1692. coram Card. Caccia, ubi eò fortiùs in Monialibus dicti Ordinis, & quoad Conventum S. Mariæ Schalæ Urbis, ſtante dicta obſervantia, & actibus Capitularibus uſque ad annum 1692. talem capacitatem acquirendi hæreditates, & poſſidendi bona, Rota *in Farfen. bonorum* 26. *Maji* 1702. coram Pio. Ita etſi pro PP. Cruciferis in *deciſ.* 225. coram Mantica aſſeratur capacitas obtinendi hæreditates ad effectum vendendi tantùm ex perſona quoque Profeſſorum, tamen indiſtinctè retinent, ut fuit firmatum in *Romana Teſtamenti* 23. *Martii*, & 4. *Junii* 1703. coram Priolo.

Similiter Theatini, etſi ſint regulariter incapaces
9 poſſidendi ſtabilia, ut latè apud Capon. *diſcept.* 97. *nu.* 21. *t.* 2. & Bonden. *collect.* 8. ubi ad exuberantiam; tamen Religio eſt capax ſuccedendi etiam ex perſona Profeſſorum, ad effectum tamen vendendi, Card. de Luca *ad Concil. Trident. diſc.* 35. *n.* 11. De Franchis *deciſ.* 14. *n.* 12. & 15. Capon. *cit. diſcept.* 97. quia non abſolutè in eorum Conſtitutionibus renunciarunt, ſed reſervata ſibi facultate acquirendi, ut hoc pacto quilibet actus abſtentionis ab acquirendo pro qualibet vice meritorius eſſet, præſertim ſtante Decreto Capituli Generalis anno 1636. poſtea à ſan. mem. Clemente X. confirmato, ut poſſint ipſi acquirere quaſcumque hæreditates, & latè fuit diſcuſſum, non obſtantibus Conſtitutionibus, in *Romana Legati* 12. *Junii* 1690. & 4. *Julii*, & 24. *Novembris* 1692. coram D. Priolo, confirmata 27. *Novembris* 1693. coram Urſino, & 1. *Julii* 1695. §. *non obſtant*, coram Eminentiſſimo Caprara, quæ ultima eſt impreſſa inter *deciſ. poſt* Cardinal. de Luca *de regul. deciſ.* 1. De Franch. *deciſ.* 14. *num.* 11. & *ſeq.* & alibi dicam denuò de capacitate hujuſmodi Theatinorum, nedum acquirendi, ſed etiam retinendi ſtabilia cum onere Miſſarum, nam regulariter poſt Concilium eſt permiſſa omnibus, præſertim poſt Bullam ſ. m. Urbani VIII. de Celebratione Miſſarum, confirmatam nuper à ſ. m. Innocentii XII. *in Conſtit. incip. Nuper* §. *deinceps in ejus Bullario;* cùm nequeant Religioſi cujuſcumque Religionis in aliquo loco denuò introduci, niſi duodecim ſaltem ſubſtentari poſſint de redditibus, & eleemoſynis, & in praxi non conceditur facultas à Sacra Congr. ſuper ſtatu Regularium, niſi recognitis redditibus certis, Lezzana *in ſumma tract.* 2. *cap.* 1. *num.* 2.

Igitur firmum remanet regulariter jus Monaſterio-
10 rum ſuccedendi ex perſona eorum Profeſſorum, nam cùm ipſe Profeſſus non valeat ſibi acquirere, cùm omnia transferat in Monaſterium, cui acquirit, Rota *deciſ.* 81. *num.* 1. coram Bichio *deciſ.* 689. *num.* 3. *part.* 18. *tom.* 2. *recent.* tale jus ſucceſſionis Monaſterio acquiritur, *cap. in præſentia de probat. l. Deo nobis* §. *hoc etiam*, ubi gloſ. *verb. parentum*, & Bart. *per tot.* Bald. *num.* 4. & *ſeq.* Caſtrenſ. *num.* 3. Barboſ. *num.* 24. *C. de Epiſc. & Cler.* Archidiac. *in can. ſtatutum* 18. *quæſt.* 1. *n.* 3. Giovagn. *cit. reſponſ.* 85. *num.* 6. *lib.* 1. Card. de Luca *de fideicommiſſ. diſc.* 63. *num.* 14. Ciroch. *diſcept.* 19. *num.* 23. Gob. *conſ.* 82. *num.* 13. Capon. *diſcept.* 97. *num.* 1. & *per tot.* Fontanell. *deciſ.* 226. *num.* 8. Rota *deciſ.* 47. *num.* 1. poſt Merlin. *de legit.* & *deciſ.* 689. *num.* 2. *cum ſeq. part.* 18. *to.* 2. *rec.* & *in Romana fideicommiſſorum* 20. *Junii* 1707. coram D. Aldourando.

Hujuſmodi autem jus Monaſteriorum ſuccedendi
11 ex perſona ſuorum profeſſorum, quod alioqui de jure undequaque certum, firmumque eſt, alicubi etiam nunc vulneratum proſpicimus ex contrariis Principum ſæcularium ſtatutis, contra quorum validitatem ſatis urgent, quæ latè dixi *tom.* 2. *ad Conſt.* 10. *Innoc. III.* ſtantibus ulteriùs pro Regularibus, Pontificiis Conſtitutionibus; & præſertim quia non videtur quo pacto ejuſmodi ſtatuta ex ſeipſis ſubſiſtere poſſint, dum Pontificia approbatione, aliiſque Canonicis requiſitis ſunt deſtituta, ut docent Azor. *inſtit. moral. tom.* 1. *lib.* 12. *cap.* 8. *quæſ.* 1. Sanchez *ad Præcept. Decal. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 12. *nu.* 14. Barboſ. *auth. ingreſſi n.* 2. *de Sacroſ. Eccleſ.* & *in cit. l. Deo nobis n.* 14. Vivius *com. opin. t.* 2. *tit. de inſtit.* & *ſubſtit. pag.* 87. *num.* 14.

Hinc tale ſtatutum, ſeu conſuetudo adeſt in Gallia, adeout Profeſſis, ſeu eorum Monaſteriis jus ſuc- 12
cedendi de facto ſublatum ſit, ut ex Gallis tradunt Feuret. *lib.* 4. *cap.* 6. Tiraquell. *in tract. le mort ſaiſit le viu part.* 2. *declar.* 15. *nu.* 9. Jo: Galli *quæſt. par.* 5. *nu.* 122. & ex noſtris Rovit. *to.* 1. *conſ.* 44. *num.* 16. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 429. *n.* 84. Scoppa *ad Cod. Fabrian. lib.* 1. *tit.* 2. *explanat.* 44. *num.* 7. Ciſtercienſibus autem in eodem Regno Franciæ poſt præſentem Conſtitutionem præſervata fuerunt jura ſucceſſionis uſque ad an- 13
num 1456. dum in Conſuetudinibus Burgundiæ eodem anno publicatis, eorum jura in eodem ſtatu, quo antiquitus fuerant, permanſerunt, ut narrat Feuret. *cit. cap.* 6. Verùm in reformatione earundem Conſuetudinum Burgundiæ, anno 1570. facta, redacti fuerunt Ciſtercienſes ad eandem normam cum cæteris Regularibus; imò in generali præfatarum Conſuetudinum compilatione ſub Carolo VII. facta, quibuſcumque Regularibus jura ſuccedendi fuerunt ſublata, exceptis ſolummodo Equitibus Hieroſolymitanis, quorum jus fuit poſtea reſtrictum ad uſumfructum bonorum, & tandem omninò ſublatum, ut refert Thomaſſin. *de benefic. part.* 3. *lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 9. Regularibus autem Societatis Jeſu, cùm ab Henrico IV. in idem Regnum revocarentur, etſi pariter jura ſucceſſionis ſublata fuerint, tamen ſi è Societate eos dimitti contingeret, ut priora ſuccedendi jura reaſſumerent, conceſſum fuit, dummodo eadem jura poſt quinquennium à die regreſſus proſequerentur, ut tradit Feuret. *loc. cit.* & Thomaſſin. *cit. num.* 9. *verſ. Societas*.

In Hiſpania autem eadem jura ſucceſſionis Regularibus ſarcta tecta conſervantur, ut ex auctoritate Covar. *de teſtam. cap.* 1. quemadmodum etiam in Germania, & Poloniæ Regno, refert Thomaſſin. *loc. cit. num.* 7. & 8. quamvis & in Regno Valentiæ eadem 14
jura diminuta ſint, ut videre eſt apud Belllug. *in Speculo Princ. rubr.* 14. §. *veniamus num.* 32. Cortiad. *to.* 3. *deciſ. Cathal.* 124. *num.* 32. & *ſeq.* quemadmodum 15
in Civitate Barchinonenſi ex antiquo privilegio Regis Jacobi I. Monaſteria excluduntur à ſucceſſione ex perſona eorum, qui ſine conſenſu Parentum Religionem ingrediuntur, ut teſtatur Fontanell. *de pactis nuptial. part.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 2. *num.* 31. & *tom.* 2. *deciſ.* 348. Capon. *diſcept.* 97. *num.* 6. Ramon. *tom.* 3. *conſ.* 68. Cortiad. *loc. cit. num.* 19. Similiter in Duca- 16
tu Sabaudiæ ſimile adeſſe ſtatutum excluſivum Monachorum à quacumque ſucceſſione legitima, tradit Faber *in Cod. lib.* 1. *tit.* 2. *defin.* 44. Et de aliis ſimilibus Statutis, ſeu Conſuetudinibus, videndi ſunt Cortiada *cit. deciſ.* 124. & Scoppa *cit. explanat.* 44.

Cæterum ex tali excluſione Monachorum à legitima ſucceſſione, illud præſertim oritur malum, ut 17
Parentes Religioſam vitam ſuos filios profiteri curent, non quidem ut magis Deo inſerviant, ſed ut ita à debita ſucceſſione arceantur, quod & jampridem acriter reprehenderat Vuillelmus Epiſcopus Pariſienſis *in opuſc. de Moribus cap.* 9. *pag.* 226. ibi: *Alii à Parentibus, & propinquis eo modo in clauſtra projiciuntur, quemadmodum catuli, & porculi, quos Matres non ſufficiunt enutrire, ut videlicet mundo non ſpiritualiter, ſed ut ita dicamus, civiliter moriantur, videlicet ut portione hæreditaria priventur, & ad eos, qui in ſæculo remanent, devolvatur. Et quantùm ad hoc, ſimoniaca eſt hujuſmodi projectio, immerſio, vel intentio.*

Ulteriùs iſtud jus Monaſteriorum ſuccedendi ex perſona Profeſſorum remanet ratione comprobatum; 18
ſiquidem cùm Monachus, ſeu Religioſus profeſſus, per ingreſſum in Religionem, perſonam in eam transferat, omnia ad eam conſequenter transferre dici-

dicitur, auth. *ingreſſi C. de Sacroſ. Eccleſiis*; hinc
cum nihil proprium habere poſſit, abdicata ab eo qua-
cumque bonorum proprietate per votum ſolemne pau-
pertatis, *cap. 2. & cap. cum ad Monaſterium de Stat.*
19 *Monach. & Conc. Trid. c. 2. de Regular. ſeſſ.* 25. ubi
incorporari Monaſterio omnia bona eorumdem; cùm
enim velle, ac nolle in Superiorem translatum ſit, *cap.
2. de teſtam. in* 6. dubitari non poteſt, omnia quo-
que jura fuiſſe translata, Barboſ. *ad cit. cap. Concil.
Trid. per tot. & c. cum ad Monaſterium in fine de ſtatu
Monachor.* Fagnan. *c. in præſentia num.* 5. *de probat.*
De Franch. *deciſ.* 40. *n.* 3. & ita communiter tenent
omnes tam Civiliſtæ, quàm Canoniſtæ pro tali ſucceſ-
ſione in Monaſteriis in quacumque hæreditate obven-
ta Profeſſis, ſi ſint Monaſteria capacia, Spada *conſ.*
139. *num.* 18. *lib.* 3. Cyriac. *contr.* 41. *num.* 13. Care-
na *reſol.* 153. *num.* 1. Scipion. Theod. *alleg.* 36. *num.*
1. Roxas *de incompatib. part.* 7. *cap.* 5. *num.* 62. Rota
deciſ. 116. *num.* 2. *deciſ.* 168. *num.* 2. *deciſ.* 433. *nu.* 3.
part. 12. *deciſ.* 153. *num.* 6. *part.* 16. *recent.*

Acris autem jam pridem extitit, modòque extat
20 controverſia inter Juris Civilis, & Canonici Profeſſo-
res, nempe an hæreditates obvenientes Profeſſis, Mo-
naſterio acquirantur immediatè, ſive potiùs mediatè,
& miniſterio eorundem Profeſſorum. Civiliſtæ enim
aſſerunt, delationem eſſe mediatam, & quaſi per ſcin-
tillam ignis in Profeſſo ſuccedente vivificatam, & in
Monaſterio ſtatim translatam, Bald. *conſ.* 494. *lib.* 5.
& latè, Repetentes antiquos, & DD. referendo, do-
cent Bellon. *de jure accreſcen. cap.* 7. *quæſt.* 44. *num.*
14. *& ſeqq.* Fachin. *contr. lib.* 6. *cap.* 16. Trentacinq.
de ſubſtit. part. 1. *cap.* 7. *nu.* 2. *verſic. unde*, Graſſ. §.
ſubſtitutio quæſt. 9. *num.* 27. Scoppa *cit. explanat.* 44.
num. 4. De Luca *de pluralit. homin. legal. cap.* 98. *nu.*
1. *& ſeq.* Soccin. *conſ.* 81. *n.* 1. *verſ. ſive lib.* 1. Rota
deciſ. 346. *num.* 1. coram Cavalerio.

Canoniſtæ verò tenent, deferri hæreditates imme-
21 diatè ad Monaſterium, etſi ex perſona Monacho-
rum, ut innuit Innocentius noſter in hac Conſtitu-
tione, ubi dicit expreſsè, Monaſterium ſuccedere de-
bere, & docuerunt DD. apud Barboſ. *cit. leg. Deo no-
bis §. hoc etiam n.* 18. Sanchez *in Præcept. Decalog. lib.*
7. *tom.* 2. *cap.* 12. *à n.* 35. Gratian. *diſcept.* 363. *à num.*
16. Alex. Trentacinq. *de ſubſtit. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 2.
in princ. hancque eſſe communem opinionem, à Legi-
ſtis quoque hodie amplexam, tradunt Gratian. *cit.
num.* 16. *& ſeq.* Bellon. *cit. num.* 4. *&* 12. Altograd.
conſ. 96. *num.* 16. *lib.* 1. *& conſ.* 42. *&* 43. *num.* 28. *lib.*
2. Andreol. *controv.* 310. *num.* 24. Balducc. ad Ramon.
conſ. 5. *num.* 42. Rota Bononien. *apud eundem deciſ.*
31. *n.* 16. Cyriac. *controv.* 144. *num.* 21. Panimoll. *de-
ciſ.* 12. *annot.* 7. *num.* 5. Rota *deciſ.* 346. *nu.* 1. coram
Cavalerio, *deciſ.* 394. *&* 639. *num.* 14. *&* 756. *num.*
6. coram Buratt. *& deciſ.* 728. *num.* 9. *part.* 18. *tom.* 2.
recen. atque hæc opinio eſt in foro recepta in Romana
Curia, & Statu Eccleſiaſtico, ut teſtatur Card. de Lu-
ca *de alienat. diſc.* 20. *num.* 5. *& de ſucceſſionibus diſc.*
30. *num.* 17. *& de Regularibus diſc.* 49. *num.* 10. Bel-
lon. *cit. n.* 14. *& ſeq.* Rota *deciſ.* 394. *n.* 3. *ubi* Adden.
coram Buratto, *deciſ.* 676. *num.* 5. coram Dunozett.
jun. De Franch. *deciſ.* 40. *num.* 2. *verſ. & hæc.*

Hinc inſpecta Civiliſtarum opinione, etiam con-
troverſia inter ipſos fuit, quo ſcilicet jure Monaſte-
rium, aut Superior valeat hæreditatem adire, ſuppoſi-
to quòd hæreditas conſolidata ſit in Monacho, cui im-
mediatè acquiritur. Alii enim dicebant, poſſe etiam
Monachum ſe abſtinere, aut repudiare, & ſuccedere
ſubſtitutum, cùm jus Monaſterii tantùm eſſet conſe-
cutivum, quatenus Monachus vellet agnoſcere. Alii
meliùs dicebant, etſi jus ſucceſſionis radicaretur in
perſona Monachi, tamen cùm hic non habeat nec vel-
le, neque nolle, etſi agnitio fieri deberet per actum
Monachi, tamen potentia motrix erat in Superiore,
ut eo jubente id fieret, aſſimilando Monachum ſervo;
ſed quia hoc invito nequit dominus hæreditatem adi-
22 re, alii aſſimilant Monachum filio familias, pro quo
nolente Pater adire poteſt, *l. final. C. de bonis quæ
lib.* quod autumant poſſe extendi favore Religionis,
cui Monachus videtur eſſe quaſi filius: hinc latiùs ſe
diffundunt inquirendo, an Monachus dicatur potius
ſervus, quàm filius reſpectu Religionis, & commu-
nis opinio eſt, ut potiùs unus quàm alter cenſeatur,
prout Religioni magis proficuum eſt, ut ad ſatieta-
tem apud Bellon. *loc. cit.* Capon. *cit. diſcept.* 97. de
Luca ad Gratian. *diſcept.* 363. *& de pluralitate cit. c.*
98. & alios ſupra adductos.

Hoc certum eſt, quòd etiam Civiliſtæ conveniunt,
ut non poſſit Monachus repudiare, ſed teneatur 23
agnoſcere jubente Superiore, & poſſit Monaſterium
pro eo adire ad excluſionem ſubſtituti, & ſic con-
cordant in effectu cum Canoniſtis quoad hoc, ſed
non in ratione, quia illi ſe fundant in qualitate filia-
tionis; iſti verò in eo, quòd Monachus non habeat
velle, ac nolle, cùm omnis voluntas ſit in Superio-
rem translata, & ſic in ipſo inſtanti profeſſionis om-
nia jura tam activa, quàm paſſiva in Monaſterium
translata dicuntur, & cùm perſona fuerit incorpora-
ta Monaſterio, acceſſoriè etiam omnia bona, & ju-
ra incorporata dicuntur, §. *illud auth. de Monachis*,
ibi: *Sequitur omninò perſonam*, *auth. ingreſſi*, ubi Sa-
lycetus *nu.* 4. *C. de Sacroſ. Eccleſiis*, Gothofredus *in
auth. Si qua mulier Cod. eodem*, Graſſ. §. *hæreditas qu.*
6. Menchac. *cap.* 2. *de ſucceſſion. creat.* §. 19. *num.* 13.
Capon. *cit. diſcept.* 97. *num.* 8. *& per tot.* itaut perſo- 24
na Monachi reſpectu ſui habeatur pro mortua, non
autem reſpectu Monaſterii, ut proſequitur Capon.
loc. cit.

Sed quid dicendum, ſi Profeſſus fuerit mortuus an-
te aditam hæreditatem, an jus adeundi devolvatur ad 25
Monaſterium? Et diſtinguendi ſunt caſus; nam aut
hæreditas fuit delata tempore vitæ Profeſſi, & non
aliter, & tunc juxta opinionem Civiliſtarum proce-
ditur cum regulis tranſmiſſionis legalis, ut ſi agatur
de hæreditate Patris, tranſmittatur ad Monaſterium
ratione ſuitatis, quæ eſt in ipſo Monacho, & ſicuti
ſi ipſe fuiſſet capax, poſſet tranſmittere hæreditatem
ad quoſcunque etiam extraneos, & haberet tempus
30. annorum ad adeundum, ut ex juribus docent
DD. apud Rotam *deciſ.* 320. coram Bichio, & latè in
Sabin. Fideicommiſſi 2. Decemb. 1697. §. *tum etiam*
coram Muto, ita poteſt tranſmittere in Monaſterium.
Vel agitur de hæreditate materna, & aliorum Sangui-
nis, aut Parentum, à quibus fuerat emancipatus, &
etiam tranſmittit ad Monaſterium, prout tranſmitte-
ret in filium, loco cujus habetur iſtud, *cap. in præſen-
tia de probationibus.* Vel agitur demum de hæreditate
extranei, & tunc ſi decedat Monachus intra annum ad
deliberandum, tranſmittit in Monaſterium, ut intra
idem tempus adeat; ſed elapſo tempore à jure dato ad
deliberandum, non eſt locus tranſmiſſioni, eritque 26
etiam tantùm via reſtitutioni in integrum, quæ com-
peteret eidem Monacho, ſi viveret, ut ſi fuiſſet minor,
De Luca ad Gratian. *loc. cit. n.* 27. §. *nec etiam*, vel jux-
ta requiſitum *leg. Pantonius ff. de acquir. hæreditat.* Ro-
ta *cit. deciſ.* 320. coram Bichio, *& deciſ.* 234. *par.* 18.
rec. & ratiocinantur latè quoad modum hujuſmodi
tranſmiſſionis ad Monaſterium, Fachineus *contr. jur.
lib.* 6. *c.* 16. *& cap.* 18. Bottillier. *de ſucceſſ. cap.* 2. *theo-
rem.* 71. Vaiq. *de ſucceſſ.* §. 21. *num.* 251. & optimè
Antonius Faber *de erroribus pragmaticor. tom.* 1. *de-
cad.* 26. *err.* 7. *per tot.* de Luca ad Gratian. *cit. diſcept.*
363. *n.* 30. Aliis etiam diſtinguentibus, ſi Monachus 27
non habuiſſet ſcientiam, à caſu ſcientiæ habitæ, ut in
primo ſalvum ſit jus Monaſterii, ſecus in ſecundo;
prout ſi Monachus data opera aditionem recuſaverit
in præjudicium Monaſterii, quia tunc habetur pro
repudiante, quod agere nequit in præjudicium Mo-
naſterii; ita etiam ſi agatur de hæreditate relicta in-
tuitu Monaſterii, quod potiùs reſpicit ſucceſſionem 28
ex teſtamento in favorem ejuſdem; & demùm ſi
agatur de legatis, & fideicommiſſis, quæ recta via
juxta juris regulas tranſire poſſunt in quemcumque
hæredem extraneum, & ſic ad Monaſterium, ut dif-
fusè tractant DD. citati, & præſertim cit. Bellon.

à n. 53.

Digitized by Google

à n. 55. *& ſeq.* eamque prædictorum aſſignant gene-
ralem rationem, quòd cùm Monaſterium imaginem
Monachi gerat, hoc extincto, extinctum remanet
unà cum exemplari omne jus imaginis, & ſublata ra-
dice, & propagine, extincta remanet omnis palmes.
Verùm juxta Canoniſtas, etiam inſpecta vera ra-
29 tione ab ipſis aſſignata, Monaſterium ſuccedit ex per-
ſona quidem Monachi, ſed jure ſuo acquiſito per in-
corporationem omnium jurium factam tempore Pro-
feſſionis ejuſdem Monachi, ut dixi, & ſic jus adeun-
di hæreditatem, cùm ſit penes Monaſterium, non
extinguitur morte profeſſi; unde extranei ſunt termi-
ni tranſmiſſionis à Legiſtis conſiderati, in quibus ca-
dunt præfatæ ambages, & diſtinctiones, cùm Mo-
naſterium petat hujuſmodi hæreditates non jure tranſ-
miſſionis, ſed jure ſucceſſionis, quæ vires ſumit à
Monacho, ſeu Profeſſo quoad initium cauſativum,
ſed verificatur in Monaſterio Monachum repræſen-
tante, ſtante dicta incorporatione tempore Profeſſio-
nis, & ſicut non indiget Profeſſi miniſterio in adeun-
do, ita nec actus repudiationis, abſtinentiæ, & hujuſ-
modi obeſſe poſſunt Monaſterio, dum etiam adire po-
teſt ipſo ignorante, prout repudiare, ut latè pluribus
citatis apud Capon. *cit. diſcept.* 97. *n.* 1. *& ſequent.*
Fagn. *cap. tua num.* 23. *& ſeq. de teſtam.* ita nullo mo-
30 do debet metiri jus adeundi à facto Monachi, cùm
hæreditas ita devolvatur ad Monaſterium, ut res ſit
habenda, ac ſi iſtud fuiſſet inſtitutum, & hæreditas
dicitur delata ad Monaſterium pro Monacho, ita ut
de iſto nulla habeatur conſideratio, Paulus de Caſtro
in l. cum proponas num. 4. *C. de heredibus inſtituendis*,
Capon. *cit. n.* 7. Si enim competit Monaſterio reme-
dium *l. finalis C. de edict. D. Adriani*, etſi Monachus
fuiſſet inſtitutus, Argelus *de acquirenda poſſeſſ. quæſt.*
10. *artic.* 1. *num.* 7. cùm Monaſterium non dicatur hæ-
31 res Monachi, quia non expectat mortem Profeſſi, ſed
eo vivente ſuccedit ex ejus perſona, & acquirit poſ-
ſeſſionem omnium bonorum, & jurium ejuſdem ſine
apprehenſione, ut docet Epiſcopus Verde *lib.* 3. *In-
ſtit. Civil. num.* 109. 112. *& ſeq.* ita dicendum eſt,
non poſſe in hoc caſu conſiderari terminos tranſmiſ-
ſionis, qui conſiderantur cum hærede. Hancque opi-
nionem, ut Monaſterium ſuccedat etiam poſt obi-
tum Monachi, quatenus jus ſucceſſionis delatum fue-
rit in vita ipſius, amplexi fuerunt, nedum Canoni-
ſtæ, ſed etiam Legiſtæ, Bellon. *de jur. accreſcen. num.*
6. *&* 12. Andreol. *contr.* 61. *num.* 16. Gratian. *diſcept.*
363. *num.* 27. ubi De Luca *num.* 10. *verſ. verius*, Ro-
ta *deciſ.* 128. *num.* 3. *part.* 2. *recen.*
Tamen ſervari debere in Foro Laicali primam opi-
32 nionem Legiſtarum, ait Clarus §. *Teſtamentum in fi-
ne verſ. hæc eſt ardua*, ubi poſt ſtatum hujus quæſtio-
nis adductum, & arduum appellatum, ait: *Judicem
non errare ſequendo in Foro Cæſaris opinionem Legi-
ſtarum, & in Foro Canonico opinionem Canoniſtarum*,
& ita fuiſſe judicatum in Sacro Conſilio Neapolita-
no contra Monaſterium S. Mariæ Majoris Neapolis
Clericor. Minorum anno 1667. refert De Luca ad
Gratian. *cit. diſcept.* 363. *n.* 29. & innuit *in cit. tract.
de pluralitate c.* 89. *num.* 10. §. *ulterius*.
Contrarium tamen poſſet dici, quòd ſcilicet opi-
nio Canoniſtarum nedum ſit recepta in Foro Eccle-
ſiaſtico, ſed etiam Laicali, & in Dominiis Laicorum,
ac Terris Imperii; plura enim ad favorem Cauſæ Piæ
concedi debent, relictis ſubtilitatibus juris in hujuſ-
modi præſertim materia, Argel. *de acquiren. poſſ.
quæſt.* 10. *art.* 1. *n.* 9. *verſic. & ita cauſa pia*, Bellon.
cit. n. 12. 13. *&* 14. Non enim agitur de jure in ſpe,
quod per obitum Profeſſi evaneſcit, ut apud Fonta-
nell. *deciſ.* 227. *num.* 10. Sed quid de jure jam nato
33 in vita Profeſſi, quoad ipſum Monaſterium, & ſic
jus adeundi metitur non à perſona Profeſſi, ſed à
Monaſterio, itaut quod præſcribatur non minus qua-
draginta annorum ſpatio, nec ſufficit præſcriptio tri-
ginta annorum, ſicuti fuiſſet præſcriptum contra
Profeſſum, ſi manſiſſet in ſæculo, cùm conſidere-
tur jus ipſius Monaſterii, in quod fuit tranſfuſum, ac

ſi idem directè ſucceſſiſſet, Ripa *nu.* 160. *ff. de vulg.
& pupill.* & in terminis benè Rota *deciſ.* 128. *nu.* 3.
part. 2. *recent. & deciſ.* 346. *num.* 2. coram Cavale-
rio. Hinc datur eidem Monaſterio reſtitutio in inte- 34
grum ex juſtis cauſis, & tamquam loco pio non præ-
judicabili per Adminiſtratores, ut docet Oddus *de
reſtit. in integrum part.* 1. *qu.* 50. *nu.* 73. Capon. *cit.
diſcep.* 97. *nu.* 9. *ver. & in omnem eventum*, de Luca
ad Gratian. *diſcept.* 363. *nu.* 7. §. *è contrario ibidem*.
Alter caſus principalis conſiderari poteſt de hæredi-
tate, quæ nec etiam ſit delata Monacho ante ejus obi- 35
tum, accepta ſignificatione delationis, ut ſumi debet,
idque plenè exponit Sabell. *var. reſol. cap.* 89. *nu.*
2. Et tunc conveniunt omnes tam Canoniſtæ, quàm
Civiliſtæ, ut nullum jus acquiratur Monaſterio,
tum quia juxta illos non poteſt tunc intervenire mi-
niſterium, & factum Profeſſi jam defuncti; & ju-
xta hos, quia talis ſpes ſuccedendi non eſt in bonis
profeſſi, ut eſt jus adeundi hæreditates Profeſſo ob-
ventas, Fontanell. *cit. deciſ.* 227. *num.* 10. ita etiam ſi
agatur de aliquo jure conditionali, non verificato 36
tempore vitæ ejuſdem Profeſſi. Cùm enim jus initia-
tivum ſucceſſionis ſit in ipſa perſona Monachi, etſi
exequutivum ratione tranſfuſionis omnium jurium,
una cum perſona facta ſit in ipſo Monaſterio, quo-
tieſcumque ceſſat præfatum jus initiativum, ceſſare
debet etiam exequutivum, & ita pro excluſione Mo-
naſterii in dictis caſibus docuerunt DD. apud Bellon.
cit. num. 1. *ad* 4. Capon. *cit. diſcept.* 97. *nu.* 16. *verſ.
Secundus caſus*.
Ex quibus enucleatis oritur, quòd nequit Profeſſus
quicquam declarare, vel aliquo modo præjudicare 37
ſucceſſioni debitæ Monaſterio ex ejus perſona, cùm
in hoc nullam habeat nec poteſtatem, nec volun-
tatem, Rota *deciſ.* 81. *num.* 8. *cum ſeq.* coram Bi-
chio, *deciſ.* 728. *num.* 20. *&* 21. *part.* 18. *tom.* 2.
recent. ubi de Moniali, quæ declaravit eſſe conten-
tam de eleemoſyna tradita pro dote, & tamen non
poterat præjudicare Monaſterio in ſucceſſione, licèt
enim poſſit Novitius renunciare hæreditati etiam fu-
turæ in favorem alterius, & ſic tacitè excludere Mo-
naſterium, Authen. *nunc autem C. de Epiſc. & Cler.
c. ſi quæ mulier.* 18. *quæſt.* 3. Rota *deciſ.* 707. *nu.* 12.
coram Dunoz. jun. non tamen poſt factam Profeſſio-
nem arbitrium ampliùs retinet.
Jus autem ſuccedendi, quod Monaſterium habet
ex perſona Monachi Profeſſi, illud etiam nanciſci ex 38
perſona Novitii, aliqui cenſuerunt, ita Felin. *cap.
cum adeo num.* 3. *de reſcript.* ex eo quod Novitius
animi deſtinatione dicatur Religioſus, adeout ejus
bona acquirantur Monaſterio, etſi in Novitiatu dece-
dat. Alii verò pariter affirmant, innixi textui Authent.
ingreſſi, ibi: *Ingreſſi Monaſteria, ipſo ingreſſu ſe,
ſuaque dedicant*; unde ex verbis *ipſo ingreſſu*, infe-
runt, per ſolum ingreſſum, etiam non emiſſa pro-
feſſione, bona Novitii acquiri Monaſterio, & con-
ſequenter ſucceſſionem ex ejus perſona, Trentacinq.
part. 2. *reſol.* 23. *num.* 24. Marta *de juriſdictione part.*
8. *caſu* 95. *num.* 8. *& conſ.* 11. *num.* 55. Menoch.
de Arbitr. caſu 436. *num.* 11. Eraſmus à Chochier.
de juriſdictione Ordin. in exempt. part. 1. *quæſt.* 19.
num. 9. & alii apud Barboſ. *in cit. Auth. ingreſſi num.*
3. *verſ. quamvis*, & conſecutivè ad hæc, ſi legatum
relinquatur ſub conditione ingreſſus Religionis, puri-
ficata cenſebitur conditio, etiamſi Novitius profeſ- 39
ſionem non emittat, ut vult Diana *part.* 10. *tract.*
11. *reſol.* 56.
Dicendum tamen eſt, ex perſona Novitii non
competere Monaſterio jus ſuccedendi in hæreditati- 40
bus ei devolutis, ſed ipſi Novitio acquiri, adeout ſi
intra annum Novitiatus ab inteſtato decedat, proxi-
miores in gradu ei ſuccedant, Abbas *in cap. in præ-
ſentia num.* 68. *de probation.* Barboſ. *loco cit. num.* 5.
Guttierez *lib.* 2. *quæſt. canon. cap.* 1. *nu.* 101. de Mari-
nis *lib.* 2. *reſolut. cap.* 150. *num.* 4. Montan. *contr.* 46.
num. 12. de Luca ad Gratian. *deciſ.* 35. *num.* 10. Azor.
inſtit. moral. tom. 1. *lib.* 12. *cap.* 3. *qu.* 3. Portell.

Digitized by Google

reſponſ. moral. lib. 2. *caſu* 69. *num.* 2. Sanchez *ad Præcept. Decal. lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 92. Etenim, ut diximus,
iſtud jus ſuccedendi ex perſona Monachi fundatur in
eo, quòd iſte per profeſſionem ſe, & ſua in Monaſterium abdicavit, atque illi ſe incorporavit; unde
non eſt, ex quo iſtud jus vindicare poſſit ex perſo-
41 na Novitii, qui ante profeſſionem non modò (quibuſdam exceptis) non cenſetur Religioſus, ſed uti
Laicus habetur, *cap. Religioſo* §. *quamvis de ſentent. excomm. in* 6. Guttierez *loco cit. num.* 107. & latè Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 8. *num.* 34. Hinc
non ſubſiſtit ratio *Felini*. Nec itidem adverſatur *cit. Auth. ingreſſi*, quæ non eſt intelligenda de ſimplici
ingreſſu, quemadmodum in Novitio; ſed de ingreſſu
cum effectu, ſequuta ſcilicet profeſſione, *cit. cap. Re-*
42 *ligioſo*, Gloſſa *cap. in præſentia verb. inſtituit de probat.* & ibi Fagnan. *n.* 25. Guttierez *cit. cap.* 1. *numer.* 22. Sperell. *dec.* 16. *num.* 2. *cum ſeq.* Adden. ad Sanfelic. *dec.* 349. *verſ. tamen veritas*, & alii apud Barb. *cit. num.* 3. Quid autem dicendum ſit, ſi Novitius bona, & jura ſua Monaſterio donaverit, vel ad præſcriptum Tridentini renunciaverit, alibi erit ſermo, cùm de renunciationibus per Novitios fieri ſolitis agam.

Legitima autem, quæ filio Profeſſo debetur à Pa-
43 tre, non poteſt peti per Monaſterium, niſi ipſo Patre mortuo; Monaſterium enim non ſuccedit, niſi in juribus Profeſſo jam devolutis, ut hactenus diximus, nec legitima devolvitur niſi poſt mortem, cùm
44 viventis nulla ſit hæreditas, *l.* 1. *ff. de hæredit. vel action. vend. l. qui ſuperſtitis ff. de acquiren. hæred.* nec niſi mortuo Patre jus legitimæ filio competit, *l.* 1. §. *impuberi ff. de collat. bonor.* Faber *lib.* 3. *Codic. tit.* 19. *defin.* 21. *de inoffic. teſtam.* Gratian. *diſcept.* 102. *nu.* 2. & *ſeq.* Ex quo fit, ut Profeſſus nonniſi poſt mortem ejus Patris legitimam petere poſſit, Guttierez *quæſt. Canon. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 54. Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *quæſt.* 3. *n.* 3. & 15. Nec obſtat, quòd ſecundùm magis receptam ſententiam, Monaſterium
45 dare debeat legitimam aſcendentibus, vel deſcendentibus Profeſſi ſtatim emiſſa Profeſſione, non expectata morte naturali, adeout ſi illi decedant, Profeſſo adhuc vivente, etiam legitima debeatur, Honded. *lib.* 2. *conſ.* 60. Merlin. *cit. quæſt.* 3. *num.* 15. Rota *deciſ.* 267. *per tot.* & *dec.* 505. *numer.* 1. *cum ſeq. part.* 5. *recent. dec.* 160. *num.* 5. coram Emerix jun. Quandoquidem id fundatur in eo, quòd Profeſſus ad hunc effectum cenſetur mortuus; quod tamen non procedit in legitima debita Profeſſo à Patre, aut aliis in ſæculo viventibus. Ex quo infertur, quòd ſi Profeſſus prædecedat illi, à quo ei deberetur legitima, per Monaſterium eadem legitima prætendi nequeat, Felin. *cit. cap. in præſentia num.* 56. *Speculat. ad tit. de ſtatu Monach.* §. *unic. quæſt.* 10. *numer.* 14. Sanchez *ad Præcept. Decalog. lib.* 7. *capit.* 12. *numer.* 7. Merlin. *cit. num.* 15.

Poſita autem diſpoſitione *l. fæminæ Cod. de ſecundis nuptiis*, & *l. mater C. ad Tertullian.* cum con-
46 cordantibus, ut ſcilicet Matri binubæ ſuccedant filii ſuperſtites primi matrimonii in bonis titulo lucrativo ei obventis ex facultatibus primi viri, vel ſucceſſione ejus filiorum; non abs re dubitatur, an cenſeantur ſuperſtites filii primi matrimonii, ſi adſit aliquis ex eis Religioſus Profeſſus in Religione capaci in
47 communi, adeout ex perſona ipſius poſſit in ejuſdem bonis Matri binubæ Monaſterium ſuccedere.

In quo quidem dubio, in jure expreſsè non adhuc
48 deciſo, ipſa Sacra Rota in varias viſa eſt ire ſententias. Aliquando etenim cenſuit, filium Profeſſum in Religione, etiam capaci in communi, non cenſeri ſuperſtitem ad præfatum effectum, ut in *Romana ſucceſſionis de Comitibus dec.* 641. *n.* 4. coram Dunozet. jun. repetita apud de Marinis *lib.* 2. *reſ.* 190. *n.* 12. & priùs *dec.* 116. *n.* 11. *dec.* 181. *n.* 19. *dec.* 223. *n.* 6. *dec.* 267. *n.* 17. *cum ſeq.* & *dec.* 503. *n.* 8. & 11. *cum ſeqq. part.* 5. *recent. t.* 2. Conſideratum ſiquidem fuit, rationem diſponendi *cit. l. fæminæ*, nedum fuiſſe majorem favorem filiorum primi matrimonii, ſed etiam principaliter, quia dum Mater ſecundis nuptiis funeſtatur, primo Viro, ejuſque filiis injuriam infert, ut pluribus congeſtis juribus probat Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 89. *num.* 2. & ſequitur Guttierez *eodem tr. cap.* 109. *n.* 5. Rota *cit. dec.* 503. *n.* 9. Hinc eſt, quòd licèt Profeſſus in Religione capaci non amittat jura ſanguinis, & ſucceſſionis, ut ſuperiùs firmavimus, tamen quia Viro Religioſo nefas eſt proſequi injuriam, vindictamque de Matre binuba exoptare, ut proſequitur *cit. dec.* 267. *num.* 18. & ulteriùs quia ejuſmodi jus proſequendi injuriam eſt perſonaliſſimum, nec ad Monaſterium tranſmiſſibile, *cit. dec.* 503. *n.* 13. Ex quo infertur, filium profeſſum non cenſeri ſuperſtitem ad effectum, ut locum habeat pro eo diſpoſitio *l. fæminæ*.

Dicendum tamen eſt, filium Profeſſum in Religio-
ne capaci cenſeri ſuperſtitem, & poſſe Monaſterium 49
ex ejus perſona ſuccedere Matri binubæ; cùm certum ſit ipſum retinere jura ſanguinis, & ſucceſſionis æquè ac ſi in ſæculo eſſet, ex quo non videtur quo pacto ipſe, vel Monaſterium pro eo excludi poſſit à Matris binubæ ſucceſſione, quæ eſt veluti fideicommiſſum à lege ordinatum favore filiorum primi Viri, ut differendo firmat Card. de Luca *de ſucceſſione diſc.* 30. *n.* 18. & 19. & alter de Luca *ad l. fæminæ quæſt.* 6. *num.* 2. Rota *in cit. Romana ſucceſſionis de Comitibus dec.* 676. *num.* 6. coram Dunozet. jun. repetita poſt Michalor. *de fratribus dec.* 39. ubi receſſit à deciſis *in cit. deciſ.* 641. coram eodem, & *dec.* 187. *nu.* 7. coram Emerix jun.

Etſi enim admittamus, diſpoſitionem *l. fæminæ* niti injuriæ (ſi modò injuria dici poteſt, quod jure per-
mittente fit) quæ per Matrem binubam fit primo Vi- 50
ro, ejuſque filiis; quod tamen negat Sarmient. *lib.* 1. *ſelect. cap.* 4. *num.* 3. adhuc hæc injuria non fuit niſi cauſa impulſiva legis ad ita diſponendum, ut aptè conſiderat Card. de Luca *cit. diſc.* 30. *num.* 19. nec eſt neceſſe, ut filius proſequatur, ſeu petat vindictam hujuſmodi injuriæ, cùm ipſa lex abſque aliqua proſequutione injuriæ, filiis relinquat proprietatem bonorum, Matri binubæ, ut ſupra, obventorum.

Imò verius eſt, potiſſimam rationem *cit. l. fæminæ*,
fuiſſe æquitatem naturalem, cui apprimè conſonum 51
eſt, ut bona primi Viri cedant ſolummodo in commodum filiorum ejus, ut Card. de Luca, & Sarmient.
loc. cit. voluerunt, quaſi quòd dicta bona concedan- 52
tur Matri à jure, non abſolutè, & omnimodo, ſed revocabiliter, & ſub conditione, niſi ad ſecundas nuptias tranſeat, ut differit De Luca *cit. q.* 6. *n.* 2. Manſus *tom.* 4. *conſ.* 301. *n.* 6. & aptè Amoſtaz. *de cauſ. piis lib.* 6. *cap.* 1. *nu.* 48. Idque præſertim ſuadet, quòd diſpoſitio
cit. l. fæminæ, tum in Muliere, tum in Viro ſecundò 53
nubente procedit, *l. generaliter* §. *hoc autem*, *in fine Cod. de ſecund. nuptiis*, §. *ſi verò expectes*, *authent. de nuptiis*, Tiraquell. *in l. boves* §. *hoc ſermone n.* 156. Cancer. *variar. par.* 1. *c.* 5. *n.* 25. De Franchis *dec.* 573. *num.* 2. Rota *dec.* 929. *n.* 4. coram Dunozet. *jun. dec.* 87. *n.* 1. co-
ram Celſo, *dec.* 160. *n.* 7. coram Emerix jun. Et tamen in 54
Viro ſecundò nubente non videtur conſideranda talis injuria, Amoſtaz. *cit. cap.* 1. *n.* 47.

Demum nec obſiſtit, quòd jus filiorum in ſuccedendo Matri binubæ ſit perſonaliſſimum, adeout non ſit tranſmiſſibile ad hæredes, & conſequenter nec in Mo-
naſterium; quandoquidem Profeſſus cùm in Monaſte- 55
rium perſonam realem transferat, conſonum eſt, ut in conſequentiam perſonæ, jura etiam perſonaliſſima in eum tranſmittat, Auth. *ingreſſi*, *Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* Capon. *tom.* 2. *diſc.* 97. *n.* 8. & 22. Sanch. *ad Præcept. Decal. lib.* 7. *cap.* 12. *n.* 47. Rota *cit. dec.* 676. *n.* 6. coram Dunoz. *juniore*; ad differentiam hæredis, in quem nonniſi per juris fictionem perſona ejus, cui ſuccedit, transfertur, *l. heredem* 6. *ff. de reg. jur.*

Cùmque reſervatio proprietatis favore filiorum pri-
mi matrimonii, procedat etiam in bonis, quæ titulo 56
legitimæ Mater binuba obtinuit ob mortem alicujus ex ejuſdem filiis, juxta diſpoſitionem *cit. l. fæminæ* §. *illud etiam*, meritò exindè dubitatur, an legitima,

quam

Digitized by Google

quam Mater obtinet ex bonis filii Profeſſi, acquira-
tur ei quoad ſolum uſumfructum, adeout poſt ejus
mortem in ea ſuccedat Monaſterium. Et certum eſt,
quòd ſi Mater dum ſucceſſit in legitima, jam priùs
57 transfierat ad ſecundas nuptias, ei ſolus uſusfructus
acquiratur, & poſt ejus mortem ſuccedet Monaſte-
rium unà cum filiis ſuperſtitibus prioris matrimonii,
Rota *deciſ. 676. num.* 9. coram Dunoz. *jun. dec.* 160.
num. 6. *dec.* 187. *num.* 7. coram Emerix jun.

Si autem Mater convolaverit ad ſecundas nuptias
58 poſtquam filius, vel filia primi matrimonii emiſiſſet
Profeſſionem in Monaſteri capaci; ſeu, quod idem
eſt, poſtquam ipſa jam conſequuta fuerat legiti-
mam. Et tunc quia Mater pleno jure, etiam quoad
proprietatem acquiſivit legitimam, cùm ei non
adhuc obſtaret binubatus, dicendum eſt, quòd poſt
ejus mortem Monaſterium in legitima non ſucce-
det, ut diſtinguendo hunc caſum à primo, firmavit
Rota *cit. dec.* 676. *num.* 8. coram Dunozet.

Nec dici valet, quòd diſpoſitio *l. fœmina* proce-
59 dat tam ſi mater convolaverit ad ſecundas nuptias
ante obitum, quàm poſt obitum filii primi matrimo-
nii, Auth. *ex teſtamento Cod. de ſecund. nuptiis*, The-
ſaur. *quæſt.* 29. *nu.* 10. *lib.* 1. Thob. Non. *conſil.* 74.
nu. 2. Afflict. *dec.* 75. *nu.* 4. Rota *dec.* 82. *nu.* 4. co-
ram Buratto. Quandoquidem id verum eſt, dummo-
60 do ſuperſtites ſint alii filii prioris matrimonii, qui
ſuccedere valeant, ut colligitur ex *cit. leg. fœminæ*, §.
illud etiam, adeout non extantibus aliis filiis, Mater
pleno jure ſuccedat in legitima, Alexand. *conſ.* 66.
nu. 7. *lib.* 3. Surd. *dec.* 99. *num.* 12. Gabriel. *comm.
concluſ. tit. de ſecund. nupt. concluſ.* 1. *num.* 22. Rota
dec. 641. *num.* 3. coram Dunozet. jun. Hinc negari
non poteſt, quod ſi Mater tranſeat ad ſecundas nu-
ptias poſt profeſſionem filii, ſuperſtitibus aliis filiis
primi matrimonii, legitima quæ ei obvenit ob pro-
feſſionem ejuſdem filii, poſt ejus mortem relinquatur
aliis filiis, quia in hoc caſu licèt fiat binuba poſt pro-
feſſionem filii, non acquirit niſi uſumfructum in legi-
tima ex eo, quod ſuperſint alii filii. Cæterùm ſi alii
filii non adſint, tunc cùm legitimam filii profeſſi ple-
no jure acquirat, non eſt cur poſt ejus mortem Mo-
naſterium in ea ſuccedat. Nec filius profeſſus, cui
61 Mater in legitima ſucceſſit, cenſeri poterit ſuperſtes
ad hunc effectum; nam ſi dum Mater ei ſucceſſit in
legitima, reputatus fuit mortuus, non poteſt poſtea re-
putari ſuperſtes, ne aliàs quis quoad eundem effectum
cenſeatur mortuus, & non mortuus, prout in ſimili
ſi filius renunciaret bonis ad favorem Patris, vel Ma-
62 tris, ſi iſta, vel ille tranſiret ad ſecunda vota, non
recuperat filius bona renunciata, ſi renunciatio ſit rea-
lis, & abdicativa, cùm tali caſu habeatur pro mor-
tuo, ut magiſtraliter firmavit Rota *in Fanen. prætenſ.
reſtitut. dotis* 14. *Martii* 1707. coram D. Lancetta,
§. *non obſtat*.

S E C T I O II.

An, & quando Monaſterium excludat ſubſti-tutum à ſucceſſione Profeſſi gravati ſub conditione, *ſi ſine filiis decedat?*

S U M M A R I U M.

1 *De ſucceſſione Monaſterii ex perſona Profeſſi in Fideicommiſſis agnatitiis. Remiſſivè.*
2 *Profeſſo gravato ſub conditione, ſi ſine filiis, ſuccedit Monaſterium excluſo ſubſtituto.*
3 *Decretalis Innocentii III. in* cap. in præſentia de probation. *fuit directa Abbati inſignis Abbatiæ Caſamari.*
4 *Eadem Abbatia fuit commendata Cardinali Ennio, ac aliis de familia Filonardi, Authori ex linea materna conjunctis.*
Prout fuit commendata Cardinali Albano, nunc Clemens XI. ibidem.

5 *De eadem Abbatia, & Abbatibus ſcripſit nuperus Author Philippus Rondininus.*
6 *Quòd Monaſterium ſuccedat Profeſſo gravato, ſi ſine liberis, excluſo ſubſtituto, aliqui in foro interno non procedere cenſuerunt.*
7 *Rationem, cur Monaſterium ſuccedat Profeſſo gravato, ſi ſine filiis, aliqui dicunt eſſe ex eo, quod Monaſterium ſit loco filii.*
8 *Sed hæc ratio rejicitur ſimul cum dicterio de Monaſterio loco filii.*
9 *Aſſignatur vera ratio hujus diſpoſitionis, quæ eſt, ut favore Religionis conditio, ſi ſine filiis, cenſeatur adimpleta.*
10 *Monaſterium non ſuccedit Profeſſo gravato, ſi ſine filiis, ſi fuerit à Teſtatore excluſum.*
11 *Dummodò excluſio non fiat ex irrationabili odio Religionis: quod in dubio non præſumitur.*
12 *Liberum eſt Teſtatori Monaſterium excludere.*
13 *Monaſterium excludi poteſt tacitè, ſive expreſſè.*
14 *Monaſterium cenſetur tacitè excluſum, ſi in conditione poſiti ſint filii per naturam.*
15 *Similiter ſi ſubſtituatur perſona, cui non præſumatur præpoſitum Monaſterium.*
16 *Potior eſt cauſa filiorum, quàm cauſa pia.*
17 *Excluditur etiam Monaſterium, ſi ſubſtituatur deſcendens, vel aliàs prædilectus.*
18 *Vel ſi velit bona perpetuò in familia conſervari.*
19 *Aut ſi injungat ſubſtituto onus ſuſcipiendi inſignia, & nomen familiæ.*
20 *Similiter excluditur, ſi ſubſtituta ſit alia cauſa pia, etſi non æquè pia ac Monaſterium.*
21 *Si ſimul cum cauſa pia, ſubſtituta ſit cauſa profana, hæc excluſa remanet.*
22 *Adjuncta perſona quandoque operatur, ut quis obtineat id, quod ſolus obtinere non poſſet.*
23 *Id tamen ſpeciale eſt in quibuſdam caſibus à jure expreſſis.*
24 *Si inter cauſam piam & profanam ſubſtitutam adſit conjunctio, ex qua oriatur jus accreſcendi, portio cauſæ profanæ accreſcet cauſæ piæ.*
25 *Quod ſi inter eas non intret jus accreſcendi, in portione cauſæ profanæ ſubſtitutæ ſuccedet Monaſterium.*
26 *Item cauſa pia ſubſtituta excludet Monaſterium, etiamſi ſubſtituta ſit tantùm mediatè.*
27 *Similiter excludetur Monaſterium, ſi gravatus ingrediatur Monaſterium ſine fraudandi ſubſtitutum: quæ fraus non præſumitur.*
28 *Ita etiam ſi Monaſterium ingrediatur blanditiis Monachorum.*
29 *In caſu quo Monaſterium excluditur, an ſubſtitutus admittendus ſit ſtatim poſt emiſſam Profeſſionem à gravato, ſive potiùs ejus mors naturalis ſit expectanda.*
30 *Si Monaſterium ſit incapax in communi, ſubſtitutus ſtatim admittitur.*
31 *Succeſſio ab inteſtato non intrat, quotieſcunque eſt locus ſucceſſioni ex teſtamento.*
32 *Quoad bona ab hærede gravato diſtracta non poteſt moleſtari emptor à ſubſtituto, quouſque gravatus vixerit, etſi profeſſus in Religione incapaci in communi.*
33 *Si Monaſterium ſit capax in communi, licèt ſit expreſſè excluſum, non admittitur ſubſtitutus, niſi poſt mortem naturalem gravati.*
34 *Conditio, ſi ſine filiis, duplicem involvit conditionem, una obitus ſine filiis, altera mortis.*
35 *Dies incertus conditionem facit.*
36 *Monaſterium non cenſetur excluſum durante vita Profeſſi gravati, niſi excluſio ſit omnimoda, & per viam regulæ.*
37 *Adeout ſubſtitutio caducetur, ſi ſubſtitutus decedat, vivo adhuc Profeſſo gravato.*

Digitized by Google

38 *Faciliùs habetur excluſio perpetua Monaſterii, quàm excluſio pro tempore vitæ Profeſſi, & unde hæc notabilis diverſitas proveniat.*

39 *Ex excluſione facta in parte diſpoſitiva Teſtamenti, non infertur excluſio ad partem conditionalem.*

40 *Excluſio non cenſetur facta per viam regulæ, niſi ſtet abſolutè in principio, vel fine diſpoſitionis.*

41 *Similiter nec excludetur Monaſterium ante mortem naturalem Profeſſi, etiamſi in conditione poſiti ſint filii per naturam.*

42 *Ita nec excludetur Monaſterium in vita Profeſſi gravati, etiamſi ſubſtitutus ſit deſcendens, aut alter de familia Teſtatoris.*

43 *Vel etiam ſi ſubſtituta ſit cauſa pia.*

44 *Gravatus cenſetur decedere cum liberis ad excluſionem ſubſtituti, etiamſi filii ſint profeſſi in Religione capaci.*

45 *Limita niſi filii profeſſi ſint à Teſtatore excluſi, & tunc etiam vita durante impedirent purificationem fideicommiſſi.*

46 *Niſi forſan Teſtator eos excluſerit per viam regulæ.*

47 *Vel niſi ingrediantur Religionem incapacem in communi.*

48 *Profeſſio emiſſa in Religione incapaci in communi, æquivalet morti naturali quoad effectum ſuccedendi.*

49 *An Monaſterium excludat ſubſtitutum, dum conditio ſi ſine filiis adeſt in ſubſtitutione non expreſſè, ſed tacitè, in vim* leg. cum avus.

50 *In ſubſtitutione facta deſcendentibus ſubintelligitur tacitè conditio, ſi ſine filiis.*

51 *Taciti, & expreſſi eadem eſt virtus.*

52 *Dum conditio, ſi ſine filiis, eſt tacita, Monaſterium non excludit ſubſtitutum.*

53 *Fictio fictionis admittenda non eſt.*
Tacitum aliud tacitum producere nequit. Ibidem.

54 *Tacitum non eſt ejuſdem virtutis cum expreſſo, dum ex tacito volumus elicere aliquid ſpeciale, quod aliàs ex expreſſo reſultare ſolet.*

NOn agimus hìc de ſucceſſione Monaſterii in fideicommiſſis agnatitiis tractum ſucceſſivum habentibus, in quibus nonniſi ex perſona Profeſſi Mo-
1 naſterium ſuccedit; adeoque utpotè ſub diverſa inſpectione cadentibus, in Conſt. 1. Clement. IV. & alibi examinabo; ſed tractandum eſt de jure Monaſterii in ſuccedendo ex perſona propria Profeſſo, gravato reſtituere hæreditatem ſub conditione, ſi ſine filiis deceſſerit.

Abſolutè enim loquendo, certa eſt juris deciſio, quòd gravatus reſtituere hæreditatem ſub conditione,
2 ſi abſque filiis deceſſerit, faciat deficere ſubſtitutionem, ſi Religionem ingrediatur, adeout excluſo ſubſtituto, Monaſterium ei ſuccedat, *§. ſed & hoc præſenti, auth. de Sacroſ. Eccleſiis, auth. niſi rogati Cod. ad Trebell.*

In hocque adeſt famigerata Decretalis Innocentii
3 III. *in cap. in præſentia de probationibus*, directa Abbati Ciſtercienſium inſignis Abbatiæ Caſæmari apud Oppidum Babuci in Herniciis, ut ex Manriquez *tom. 1, Annal. Ciſtercienſium anno* 1140. *capit.* 10. *num.* 5. notat Gonzal. *ibidem numer.* 1. quæ Abbatia fuit
4 per plures annos commendata Abbatibus Romanæ familiæ Filonardi, nempè Cardinali Ennio, meo ex Avia paterna Propatruo, ac duobus Nepotibus, & poſtremò extitit commendata Sanctiſſimo D. N. Clementi XI. à tempore quo fuit inter S. R. E. Cardinales aſcitus, qui erga dictam Abbatiam monumenta pietatis in dies relinquit, de cujus Abbatiæ Abbatibus, ac prærogativis nuper ſcripſit opuſculum Abbas
5 Philippus Rondininus Faventinus, Juvenis ob eruditionem non mediocrem, ac morum ſuavitatem commendabilis.

Quæ tamen juris diſpoſitio adeò exorbitans quibuſdam viſa eſt, ut licèt illam in foro externo negare auſi non fuerint, quemadmodum tentavit Sarmient. 6
lib. 8. *ſelect. ad §. Is cui in tempus numer.* 3. voluerunt tamen illam non procedere in foro conſcientiæ, adeout obligaverint Monaſterium, ut poſt mortem Monachi gravati, ſubſtituto bona reſtitueret, Jo: Andr. *c. is, qui fidem de ſponſalib.* Alciat. *conſ.* 53. *num.* 6. *lib.* 9. *& in l. quinque pedum num.* 20. *Cod. final. regun.* Rebell. *de juſtit. part.* 2. *lib.* 18. *qu.* 16. *num.* 3. Verùm temeritatis ſpecimen eſt prætendere, non eſſe admittendum in foro conſcientiæ id, quod nedum Imperiali, ſed etiam Pontificio jure expreſsè ſancitum extat, ut communiter proſequuntur DD. penes Guttierez *lib.* 1. *quæſt. can. cap.* 32. *numer.* 4. & 5. Mantica *de conject. lib.* 11. *tit.* 7. *num.* 2. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *præſumpt.* 80. *numer.* 5. & *lib.* 4. *præſumpt.* 85. *numer.* 59. Sperell. *deciſ.* 153. *numer.* 3.

Hinc ad cohoneſtandam hujuſmodi diſpoſitionis ap- 7
parentem exorbitantiam, diverſæ rationes per Doctores adducuntur. Primam eruunt ex *citat. cap. in præſentia*, ibi; *Intelligendum non erat ſine hærede decedere, qui Monaſterium ſibi hæredem inſtituit*; ubi volunt, nomen hæredis capiendum eſſe pro liberis, perinde ac ſi textus dixiſſet; *Intelligendum non erat ſine liberis decedere*; nam aliàs (ut inquiunt) ratio in textu data, futilis eſſet, nec cenſeretur purificata conditio ſi ſine liberis deceſſerit, ut in eodem textu docent Hoſtienſ. *numer. fin.* Innoc. *num.* 8. Fagnan. *num.* 20. Jaſon. *auth. ſi qua mulier numer.* 18. *Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* Molin. *de primogen. lib.* 2. *c.* 9. *num.* 41. atque ex eodem textu inferunt vulgare dicterium, Monaſterium eſſe loco filii, ut ultra citatos Baldus *ibidem numer.* 5. Salycet. *numer.* 6. Berous *num.* 475. & alii de communi teſtantes apud Sanch. *ad Præcept. Decal. lib.* 7. *cap.* 16. *n.* 3. Fuſar. *de ſubſtit. c.* 429. *num.* 28. Sperell. *dec.* 153. *n.* 18.

Verùm hæc ratio frequentiùs improbatur, cùm tex-
tus tantùm dicat, Monaſterium eſſe hæredem, nec 8
loquitur de filiis, ut advertunt Bartol. *in cit. auth. niſi rogati numer.* 1. Sanchez *citat. cap.* 16. *numer.* 4. Guttierez *cit. c.* 32. *numer.* 54. Mantica *cit. tit.* 7. *num.* 6. ultra quàm quod illa verba non ſunt Pontificis reſpondentis, ſed Partis allegantis, & exinde jus non faciunt, Sanchez, & Guttierez *loc. cit.* Angel. *conſ.* 80. *col.* 2. *verſ. confirmatur hoc*; imò ſi bene inſpiciamus eadem verba textus, hæc aliud non ſonant, niſi quod ex eo quod quis ſibi hæredem ſcribit Monaſterium, non cenſeatur abſque hærede decedere; quod quidem certum eſt etiam de jure communi, nec exinde erit, qui dicat, Monaſterium eſſe loco filii reſpectu illius, qui illud hæredem inſtituit, Gloſſ. *in cit. auth. niſi rogati verb. locum*. Hinc meritò iſtud dicterium de Monaſterio loco filii, cùm id nullo jure ſit cautum, in errorem communem refunditur à Capyc. Latro *conſ.* 63. *numer.* 20. Covarr. *lib.* 1. *var. cap.* 19. *num.* 6. Guttierez *cit. cap.* 32. *numer.* 54. Merlin. Pignatell. *cent.* 2. *contr.* 5. *num.* 21. Cevall. *in ſpecul. qu.* 192. *in fine*, Tiraquell. *in l. ſi unquam verb. ſuſcepit numer.* 47. Gratian. *diſcept.* 306. *num.* 27. & ab aliis apud Sanchez *cit. cap.* 16. *num.* 4. Hic tamen communis error illud effecit, ut dum Monaſterium ſuccedit Profeſſo, vulgò dicatur, ipſum ſuccedere loco filii.

Aptior idcircò videtur ratio, quam dat Textus in
citat. §. ſed & hoc præſenti, ubi quod ſi gravatus in- 9
grediatur Monaſterium, conditio ſi abſque liberis deceſſerit, ſit invalida, & pro non ſcripta habeatur; quod tamen non eſt ita intelligendum, ut ſubſtitutio cenſeatur facta purè, quia in hoc ſenſu potior redderetur cauſa ſubſtituti, ſed ut bene interpretatur Mantica *citat. lib.* 11. *tit.* 7. *numer.* 6. intelligendum eſt, ut favore Religionis conditio cenſeatur defeciſſe, ſeu pro adimpleta habeatur; idque ob præſumptam mentem Teſtatoris, qui quemadmodum filios inſtituti prætulit ſubſtituto, ita pariter Monaſterium ſub-

Digitized by Google

ſubſtituto prætuliſſet, ſi de inſtituti profeſſione cogitaſſet, cùm non minùs, quàm filios inſtituti, Monaſterium dilexiſſe præſumatur, Amaja *in leg. unica Cod. ſi liberal. imper. libr.* 10. *numer.* 33. Caſtrenſ. *cit. auth. niſi rogati num.* 3. Gonzal. *cap. in præſentia numer.* 14. Covarr. *cit. cap.* 19. *num.* 11. Gratian. *diſcept.* 305. *num.* 3. & alii apud Sanchez *cit. cap.* 16. *num.* 8.

10 Hinc ſequitur, totam hanc materiam regulari ex conjecturata, ſeu tacita mente teſtatoris; adeout ſi ipſe Monaſterium expreſsè excluſerit, vel aliàs de ejus mente conſtet, tunc certum prorſus ſit ſubſtitutum admitti, Palaez *de majorat. part.* 2. *quæſt.* 3. *numer.* 15. Peregrin. *de fideicom. art.* 28. *num.* 82. Torre *de ſucceſſ. tom.* 1. *cap.* 30. *num.* 82. & 83. Rocca *tom.* 1. *ſelect. cap.* 19. *num.* 10. Turret. *conſ.* 4. *num.* 16. *vol.* 3. De Franch. *deciſ.* 29. *num.* 3. Adden. ad Pamphil. *deciſ.* 156. *num.* 17. Rota *deciſ.* 135. *num.* 15. *part.* 7. *re-*
11 *cent.* dummodo tamen Monaſterii excluſio non fiat ex irrationabili odio erga Religionem, de Luca ad Gratian. *animadverſ.* 481. *num.* 2. Fuſar. *quæſt.* 429. *numer.* 21. Marta *conſ.* 141. Argel. *de acquirenda poſſeſſione quæſt.* 8. *art.* 29. *num.* 10. ubi exponit caſus, in quibus excluſio cenſetur facta in odium Religionis, Rota coram Carillo *deciſ.* 266. *num.* 15. In dubio tamen ejuſmodi odium non eſt præſumendum, cùm potiùs præſumatur id fieri ob conſervationem, & decorem domus, & familiæ, Card. de Luc. *de Regul. diſc.* 49. *num.* 2. Balducc. ad Ramon. *conſ.* 15. *num.* 37. Capyc. Latr. *conſult.* 63. *num.* 95. *in fine*, & licèt nonnulli voluerint, non poſſe Teſtatorem, nec per expreſſam voluntatem Monaſterium excludere, præcipuè quod ex textu *cit.* §. *ſed & hoc præſenti*, habeatur, ejuſmodi conditiones eſſe invalidas, ex quo Teſtatori facultatem excludendi Monaſterium denegarunt, Fachin. *libr.* 4. *controverſ. cap.* 56. Ruin. *conſ.* 189. *numer.* 13. *libr.* 2. & alii penès Martam *cit. conſ.* 141. Fuſar. *cit. quæſt.* 429. *numer.* 19. Genuenſ. *in pract. Eccleſ.*
12 *quæſt.* 147. *numer.* 15. Tamen non eſt dubitandum de poteſtate Teſtatoris in excludendo Monaſterium, cùm ideò conditio, ſi ſine filiis, cenſeatur invalida, & pro non ſcripta, quia talis præſumitur mens Teſtatoris, quæ ſanè præſumi non poteſt, dum Monaſterium excluſit, Decius *conſ.* 419. *num.* 3. Gabriel *de legat. concluſ.* 2. *num.* 7. Borell. *conſ.* 33. *num.* 300. Natta *conſ.* 602. *num.* 4. Riminald. *jun. conſ.* 85. *libr.* 1. Cevall. *commun. contra commun. quæſt.* 192. & 193. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 54. Theſaur. *lib.* 1. *quæſt.* 360. *numer.* 9. Didacus Spino *in Spec. Teſtam. tit. de legat. Monach. rel. gloſſ.* 12. *num.* 29. Cardin. de Luca *de fideicom. diſc.* 63. *num.* 3. & 4. Cadente ſolùm hodie quæſtione non ſuper poteſtate excludendi Monaſterium, ſed ſolummodo circa voluntatem, de qua ſi non conſtet, ſemper præſumitur, Teſtator ſe conformaſſe diſpoſitioni juris.

13 Hæc autem voluntas Teſtatoris excludendi Monaſterium, vel eſt expreſſa, & tunc certum eſt admitti ſubſtitutum; vel eſt tacita, & tunc inſpiciendum eſt quales, & quantæ ſint conjecturæ, quæ ta-
14 lem voluntatem oſtendant. Et primò occurrit caſus, dum in conditione poſiti ſunt filii per naturam, ſeu veritatem, veluti ſi Teſtator dixerit: Si deceſſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus, ſeu ex hærede gravato natis, vel ex ejus corpore procreatis. Et quidquid acerrimè digladiati ſint DD. quos abundè pro utraque ſententia habes apud Sanchez *cit. cap.* 16. *num.* 51. Barboſ. *cit. cap. in præſentia num.* 3. Fuſar. *quæſt.* 429. *num.* 27. De Franch. *deciſ.* 29. *numer.* 2. verior, atque recepta opinio eſt, Monaſterium excludi, ex regula ſuperius tradita, quod ſcilicet totum jus Monaſterii excludendi ſubſtitutum in caſu, quo gravatus ingrediatur Religionem, nititur in præſumpta mente Teſtatoris, quæ trahi non poteſt favore Monaſterii, dum filios veros in conditione poſuit, etſi dicatur Monaſterium eſſe loco filii, ut ex pluribus firmant Intrigliol. *de ſubſtit. cent.* 3. *quæſt.* 63. *num.* 32. Peregrin. *art.* 28. *num.* 73. Staiban. *jun. tom.* 1. *reſol.* 51. *num.* 3. Gutierrez *cit. cap.* 32. *num.* 41. Fontanell. *de pactis t.* 2. *clauſul.* 6. *gloſſ.* 3. *part.* 6. *num.* 6. Torre *de ſucceſſion. tom.* 1. *cap.* 30. §. 4. *num.* 93. Guttierez *cit. cap.* 32. *num.* 41. *cum ſeqq.* Cardin. de Luca *de fideicom. diſc.* 66. *numer.* 11. Mantica *cit. tit.* 7. *numer.* 20. Rota *deciſ.* 306. *num.* 11. *part.* 5. *deciſ.* 179. *num.* 16. *part.* 6. *recent.*

Similiter excluditur Monaſterium, ſi ſubſtituta ſit 15
perſona, cui non præſumatur Teſtator voluiſſe præponere Monaſterium, veluti ſi ſubſtituatur filius ipſiuſmet Teſtatoris, idque præſertim ex eo, quod ſi Teſtator voluit excludi Monaſterium à filiis inſtituti, multò fortiùs præſumitur voluiſſe illum excludi per proprium filium ſubſtitutum, argumento *leg. viva Matre Cod. de bonis maternis*, *l. publius ff. de condit.*, *& demonſtrat.*, & cæteris paribus potior eſt cauſa filiorum, quàm Cauſæ Piæ, *can. quicunq.* 17. *quæſt.* 4. adeout ſi filio ſubſtituatur Cauſa Pia, intelligatur ta- 16
cita conditio, ſi ſine filiis deceſſerit, *l. cum avus ff. de condit.*, *& demon.* Mantica *de conjectur. libr.* 10. *tit.* 7. *num.* 3. Peregrin. *cit. art.* 28. *num.* 87. & ita contrariis rejectis firmant Peregrin. *cit. art.* 28. *num.* 87. Borell. *conſ.* 33. *num.* 103. *vol.* 1. Ruſtic. *in l. cum avus libr.* 5. *cap.* 1. *num.* 64. De Franch. *deciſ.* 29. *num. final.* Gutierrez *cit. cap.* 32. *num.* 31. *cum ſeqq.*, & alii apud Sanchez *cit. capit.* 16. *num.* 39. & Fuſar. *cit. quæſt.* 429. *nu-*
mer. 48. Idemque dicendum, ſi ſubſtitutus ſit aliquis 17
ex deſcendentibus Teſtatoris, vel qui aliàs ex veroſimili ejus mente præſumatur prædilectus, Cardin. de Luca *cit. diſc.* 66. *num.* 12. ubi de Patre Teſtatoris, De Franch. *deciſ.* 29. *num.* 8. Torre *loco cit. numer.* 95. Ad-
den. ad Pamphil. *deciſ.* 156. *num.* 16. Similiter ſi ſubſti- 18
tuerit aliquem ex familia, ex eo quod velit bona in ejus familia, & agnatione perpetuò conſervari, Fuſar. *cit. quæſt.* 429. *numer.* 54. De Franch. *cit. deciſ.* 29. *num.* 7. & alii apud Sanchez *cit. cap.* 16. *num.* 44. vel
ſi ſubſtituto injunctum ſit onus ſuſcipiendi inſignia, 19
& nomen familiæ; nam quantumvis Monachus ejus vita durante agnationem conſervet, & inſignia, ac nomen familiæ retinere poſſit; tamen id ſuffragari poterit, ut ſubſtitutus non admittatur, niſi poſt ejus mortem naturalem, ut mox dicemus; non autem pro perpetua excluſione ſubſtituti, Molin. *de primog. cap.* 13. *num.* 69. *libr.* 1. Giurba *deciſ.* 32. *num.* 27.

Excludetur pariter Monaſterium, ſi ſubſtitutum ſit 20
Opus Redemptionis Captivorum, vel pauperes pro alimentis, ut disertè ſe limitat textus in *cit.* §. *ſed & hoc præſenti verſ. ſi tamen*. Cujus limitationis ratio cùm non alia eſſe videatur, niſi favor piæ cauſæ, hinc DD. eam extenderunt ad quamlibet piam cauſam ſubſtitutam, Gloſſa *in cit.* §. *ſed & hoc præſenti verb. ſed & hoc*, *& in cit. capit. in præſentia verb. inſtituit*, Tapia *in auth. ingreſſi cap.* 13. *num.* 30. Fagnan. *cit. cap. in præſentia num.* 31. Mantica *cit. tit.* 7. *num.* 12. Peregrin. *art.* 28. *num.* 84. Trentacinq. *de ſubſtitut. part.* 4. *cap.* 7. *num.* 22. Fuſar. *cit. capit.* 429. *num.* 56. Sanchez *cit. cap.* 16. *num.* 34. ubi alii, & ad hæc conducunt, quæ in caſu detractionis Falcidiæ, & Trebellianicæ inter Eccleſiam inſtitutam, & legatariam, ſcripſi *tom.* 2. *ad Conſtitut.* 10. *Innoc. III. ſect.* 3. *num.* 79. Idque procedere, etiamſi cauſa pia ſubſtituta, non ſit æquè pia ac Monaſterium, ultra citatos dixerunt Tiraquell. *de privileg. piæ cauſæ privil.* 95. Ruſtic. *cit. libr.* 5. *cap.* 1. *num.* 98. Oddo *de compend. ſubſtit. part.* 6. *quæſt.* 2. *art.* 6. *dub.* 2. *numer.* 21. Intrigliol. *de ſubſtit. centur.* 3. *quæſtion.* 63. *num.* 47.

Sed difficultas eſt, ſi ſimul cum cauſa pia fuerit ſub- 21
ſtituta cauſa profana, an ſcilicet tunc cauſa profana obtineat ſuam portionem; & quatenus non obtineat, an ejus portio acquiratur Monaſterio, vel potiùs accreſcat cauſæ piæ ſubſtitutæ. Et certum eſt, cauſam profanam excludi, quemadmodum excluderetur, ſi ſola abſque conſortio cauſæ piæ ſubſtituta eſſet, Corneus *conſ.* 18. *dub.* 1. *vol.* 4. Peregrin. *cit. artic.* 28.
num. 86. Quandoquidem licèt aliquando quis ex ad- 22
juncta perſona conſequatur id, quod ſolus obtinere non poſſet, ut ad terminos *leg. ſi is qui duos ff. de ſervit. legat.*, ſocius conſequitur ex perſona conſocii id, quod ſolus habere non poſſet, ut Dynus, &

Bartol.

Digitized by Google

Bartol. *ibidem* notarunt; & facit textus in *l.* 8. *in fin. ff. de bonor. poſſeſſ. contra Tabul.*, *l. utrum* 9. *ff. de aſſignatione libert.*, ubi quòd licèt aſſignatio liberti fieri non poſſit filio emancipato, *Inſtit. Civil. lib.* 3. *tit.* 9. ſubſtineatur tamen, ſi emancipato ſimul cum filio in
23 poteſtate exiſtenti libertus aſſignetur. Nihilominus, quòd aliquando quis ex perſona adjuncta obtineat id, quod ex ſe conſequi nequit, non eſt ſuſcipiendum ad inſtar regulæ, cùm potiùs id ſit limitatio regulæ, ex peculiari ratione in quibuſdam caſibus à jure admiſſa, & exinde non eſt deducenda ad caſus in jure non expreſſos, ut benè Tiraquell. *de Retract. lignag.* §. 26, *gloſſ.* 1. *num.* 33. Soccin. *jun. conſ.* 1. *in* 1. *dub. lib.* 1. Peregrin. *cit. num.* 86.

Videndum igitur, an hæc portio, à qua excluditur cauſa profana ſubſtituta, pertineat ad Monaſte-
24 rium, an verò ad cauſam piam ſubſtitutam. Et dicendum eſt, quòd ſi cauſa pia, & profana ſubſtitutæ, ſint inter ſe conjunctæ, tali conjunctione, ut inter eas intret jus accreſcendi, tunc dicta portio accreſcat cauſæ piæ ſubſtitutæ: ſecùs ſi jus accreſcendi inter ipſas non intret, nam tunc ad Monaſterium pertinebit, Corneus *cit. conſil.* 18. *num.* 11. Peregrin. *cit. num.* 86. Cardin. de Luca *de fideicom. diſcurſ.* 111. *num.* 4. Sanchez *cit. cap.* 16. *num.* 37. ſtante enim conjunctione inter ſubſtitutos, & caducata ſubſtitutione loci profani ob ingreſſum hæredis gravati in Monaſterium, ſit locus juri accreſcendi favore alterius ſub-
25 ſtituti, *leg. unic.* §. *ſin autem Cod. de caduc. tollen.* Verùm ſi non adſit conjunctio inter ſubſtitutos, veniet in eadem portione Monaſterium, quia non adeſt jus accreſcendi; ratio enim cur tale jus detur inter ſubſtitutos, ſeu fideicommiſſarios, & legatarios, ſola eſt conjunctio, qua ceſſante, portio deficientis ad hæredem pertinebit, *leg. Lucius* 78. §. *quæ habebat ff. ad Trebell.* Alciat. *conſ.* 31. *num.* 53. *lib.* 9. Peregrin. *art.* 9. *num.* 2. & 8. & *conſ.* 69. *n.* 12. *vol.* 3. Peguer. *deciſ.* 109. *num.* 2. Vivius *deciſ.* 406. *num.* 7. Bellon. *de jure accreſcen. cap.* 5. *quæſt.* 41. *num.* 6.

26 Similiter cauſa pia ſubſtituta excludet Monaſterium, non ſolùm ſi immediatè, ſed etiam ſi mediatè ſubſtituta fuerit, adeout prior ſubſtitutus, etſi non privilegiatus, præferatur Monaſterio, ut ita fiat locus ſubſtitutioni piæ cauſæ, Barboſ. *cit. cap. in præſentia num.* 24. Guttierez *cit. capit.* 32. *numer.* 40. Intrigliol. *cit. centur.* 3. *quæſt.* 63. *n.* 49. Corneus *cit. conſ.* 18. Peregrin. *cit. artic.* 28. *numer.* 85. Fuſar. *quæſt.* 429. *numer.* 58. & faciunt, quæ in terminis detractionis Trebellianicæ, dum mediatè ſubſtituta eſt cauſa pia, ſcripſi *tom.* 2. *ad Conſtitut.* 10. *Innocent. III. ſect.* 3. *numer.* 76.

27 Poſtremò excludetur Monaſterium per ſubſtitutum, ſi gravatus ingrediatur quidem Monaſterium, ſed eo animo, ut ſubſtitutus hæreditate fideicommiſſaria fraudetur; nam Religio, quæ veritatis, & juſtitiæ cultrix eſt, & mater, hujuſmodi fraudes, & odia confovere non debet; fraus tamen, quæ nunquam præſumitur, erit probanda; & quatenus in caſu adſit fraus, vel odium hæredis gravati, vide fusè Sanchez *in ſæpè cit. cap.* 16. *num.* 54. Barboſ. *cit. cap. in præſentia num.* 6. Tapia *in auth. ingreſſ. verb. ſua, capit.* 13. *num.* 35. Molina *de primogen. libr.* 2. *cap.* 5. *numer.* 29.
28 atque ad hanc limitationem reducitur, ſi hæres gravatus, blanditiis, & ſuaſionibus Monachorum, Monaſterium ingrediatur; nam hujuſmodi ingreſſus, utpotè fraudolentus, non nocebit ſubſtituto, ut ultra citatos tenent Peregrin. *art.* 28. *num. final.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 83. *num. ult.* Oddo *cit. part.* 6. *quæſt.* 2. *art.* 6. *dub.* 2. *num.* 11. & an fraus adeſſe cenſeatur, ſi Monaſterium ingrediatur, profeſſionemque emittat in articulo mortis, dicam aptiùs, ubi de Monialibus pariter in articulo mortis profitentibus. Aliæque limitationes facili negotio habentur penès citatos Auctores.

29 Quod autem frequentiùs controvertitur eſt, an in recenſitis caſibus, in quibus Monaſterium excluditur, ſubſtitutus admittatur ſtatim ac gravatus emittat profeſſionem, ſeu ſequuta, ut ajunt, ejus morte civili; an verò expectanda ſit ejus mors naturalis, adeout ſola naturalis ſuperexiſtentia ſufficiens ſit ad impediendam purificationem fideicommiſſi.

Et loquendo priùs de caſu, quo Monaſterium ſit expreſsè excluſum, non videtur dubitandum, ſi Monaſterium ſit incapax in communi; licèt enim aliqui voluerint, etiam in hoc caſu expectandam eſſe mortem naturalem Profeſſi, itaut interim fideicommiſſum cedat favore venientium ab inteſtato, Salycet. *in l.* 1. *num.* 6. *ff. de hæredib. inſtit.* Alex. *in l. ex facto numer.* 5. & ibi Herculan. & Ripa *num.* 12. *ff. ad Trebell.* Trentacinq. *de ſubſtit. part.* 4. *cap.* 6. *in fin.* Caſtill. *lib.* 3. *controverſ. cap.* 12. *num.* 86. Vera tamen, & commu- 30
niter recepta opinio eſt, ut ſi Monaſterium ſit incapax in communi, fideicommiſſum purificetur per profeſſionem hæredis gravati, adeout in hoc caſu mors civilis æquivaleat naturali; quandoquidem bona fideicommiſſo obnoxia non poſſunt cedere favore Monaſterii, utpotè incapacis, nec favore venientium ab inteſtato, cùm certum ſit non fieri locum ſucceſſioni inteſtatæ, quotieſcumque adſit diſpoſitio teſtamen- 31
taria, *l. quamdiu ff. de acquir. hæredit.* adeout ſi Profeſſus naturaliter ſupervivat ſubſtituto, adhuc nullum jus quæratur proximioribus ejuſdem Profeſſi, ut rem fusè tractantes, ex pluribus firmant Guttierez *lib.* 2. *quæſt. canon. cap.* 1. *num.* 60. Covarr. *cap.* 2. *num.* 6. *de teſtam.* De Franch. *deciſ.* 14. *num.* 7. & ibi De Luca *numer.* 4. Oſaſchus *deciſ.* 126. *num.* 36. & 37. Cavalcan. *deciſ.* 1. *num.* 34. *part.* 3. Card. de Luca *de fideicomm. diſc.* 63. *num.* 7. Mieres *de majorat. part.* 2. *quæſt.* 3. *numer.* 26. Marta *de ſucceſſ. part.* 2. *quæſt.* 13. *art.* 4. *num.* 8. Rota *deciſ.* 206. *num.* 2. coram Merlino, Peregrin. *de jure fiſci libr.* 3. *tit.* 4. *in fine*, & *de fideicomm. art.* 28. *num.* 63. ubi poſt Baldum *conſ.* 280. limitat quoad bo- 32
na ab hærede gravato vendita, vel alienata ante profeſſionem, ut tunc in eiſdem bonis non ſuccedat ſubſtitutus, nec poſſit inquietari emptor, niſi poſt mortem naturalem Profeſſi, & eum ſequuntur Gratian. *diſcept.* 102. *num.* 10. Surd. *conſ.* 238. *num.* 3. Argelus *de acquir. poſſeſſ. quæſt.* 8. *art.* 27. *num.* 712. Fuſar. *cit. quæſt.* 430. *num.* 10. Capyc. Latr. *conſult.* 63. *numer.* 31. Cabedus *deciſ.* 96. *part.* 1. De Marinis ad Reverter. *obſervat.* 491. *num.* 7. & fusè Torre *de ſucceſſ. tom.* 2. *quæſtion.* 14. *num.* 5. *ad* 13.

Quod ſi Monaſterium ſit capax in communi, etiam 33
ſtante ejus expreſſa excluſione, fideicommiſſum non purificatur, niſi ſequuta morte naturali Profeſſi, cùm Teſtator non præſumatur voluiſſe admittere ſubſtitutum, vivo adhuc hærede gravato profeſſo, niſi id etiam exprimat; etſi enim ob profeſſionem gravati non poſſit ampliùs verificari, quòd cum filiis decedat; tamen hæc conditio, ſi abſque filiis deceſſerit, 34
duplicem involvit conditionem, una ſcilicet obitus ſine filiis, & altera mortis, quæ ratione incertitudinis, quo ſcilicet tempore ſit eventura, ex ſe ſola facit diſpoſitionem conditionalem, cùm dies incertus conditionem faciat, *l. dies incertus ff. de condit. & demonſtrat.* & ita pariter diſtinguendo, firmant Pere- 35
grin. *cit. art.* 28. *num.* 83. Mantica *de conject. libr.* 11. *tit.* 7. *num.* 33. Gratian. *diſcept.* 815. *numer.* 22. Capyc. Latro *conſ.* 63. *num.* 38. Ex quo fit, quòd excluſio ſubſtituti pro tempore vitæ Profeſſi non pendeat ex effectiva ſucceſſione, vel non ſucceſſione Monaſterii; ſed ex non purificatione conditionis, dum adhuc vivit inſtitutus, & ex parte Monaſterii ſufficit potentia ſuccedendi, Ripa *in leg. ex facto num.* 10. *ff. ad Trebell.* Tondut. *quæſt. benef. part.* 3. *cap.* 142. *num.* 5. Alciat. *conſ.* 53. *num.* 3. Cyriac. *contr.* 478. *num.* 11. Rota *deciſ.* 251. *num.* 2. coram Priolo.

Unde regula ſtatuenda eſt, ut excluſo expreſsè 36
Monaſterio, non purificetur fideicommiſſum ante mortem naturalem Monachi, niſi excluſio ſit omnimoda, & extinctiva, ſive fiat, ut ajunt, per viam regulæ, adeout Teſtator voluerit non modò perpetuò excludi Monaſterium per ſubſtitutum, ſed etiam Monachum haberi pro non extante, ſeu extincto,

Card.

Digitized by Google

Card. de Luca *cit. diſcurſ.* 63. *num.* 10. Covarr. *variar. cap.* 19. *num.* 7. *libr.* 1. De Marin. *libr.* 1. *reſolut. quot. cap.* 167. *num.* 10. De Franch. *deciſ.* 14. *numer.* 14. ubi
37 quòd ſubſtitutio caducetur, ſi gravatus Profeſſus ſupervixerit ſubſtituto, Torre *de ſucceſſ. tom.* 1. *cap.* 30. §. 4. *num.* 96. Surd. *conſ.* 238. *num.* 4. *libr.* 2. Vaſquez *de ſucceſſ. libr.* 3. §. 21. *limit.* 10. *num.* 170.

38 Atque exinde reſultat, ut plus requiratur pro excluſione Monaſterii vivo adhuc inſtituto Profeſſo, ob minus præjudicium, quod ſubſtituto infertur, quàm pro excluſione perpetua ejuſdem Monaſterii; idque emanat ex ea notabili differentia, quæ pro regulanda hac materia ſemper præ oculis habenda eſt, ut ſcilicet dum agitur de ſucceſſione Monaſterii in perpetuam excluſionem ſubſtituti, conſiderandum ſit Monaſterium ſecundùm ſe, ſeu ex perſona propria, quatenus ex diſpoſitione juris ſuccedit Profeſſo excludendo ſubſtitutum; & tunc pro excludendo Monaſterio ſufficit voluntas, ſive expreſſa, ſive tacita teſtatoris; dum verò agitur de ſucceſſione Monaſterii, durante ſolùm vita inſtituti Profeſſi, conſiderandum eſt Monaſterium ex perſona, non propria, ſed ipſius Profeſſi, quem ſi Teſtator non excluſerit omnimodè, nec itidem purificabitur fideicommiſſum ante ejus mortem naturalem, non obſtante generali excluſione Monaſterii, prout aptè diſtinxit Rota *deciſ.* 433. *num.* 10. *cum ſeqq. deciſ.* 434. *num.* 6. *part.* 12. & priùs *deciſ.* 151. *num.* 5. *part.* 3. *recent.* & in eiſdem terminis Ridolphin. *alleg.* 124. *num.* 12. poſt Cardin. de Luca *cit. diſc.* 63. *num.* 6. Caſtill. *controv.* 12. *lib.* 3. Carena *reſol.* 53. *in princip.*

39 Atque exinde eſt, quòd ſi excluſio per viam regulæ facta ſit in parte diſpoſitiva Teſtamenti, non percutiat, nec ex ea ſit inferendum ad partem conditionalem, ſi ex veroſimili mente diſponentis, ex hac parte conditionali colligenda, Profeſſi non videantur etiam in vita excluſi, Cardin. de Luca *cit. diſc.* 63. *num.* 10. Rota *deciſ.* 266. *num.* 13. coram Carillo. Si-
40 militer tunc excluſio cenſetur facta per viam regulæ, adeout quamcumque diſpoſitionis partem afficiat, quando ſcilicet appoſita fuerit abſolutè in principio, aut in fine diſpoſitionis, Caſtill. *libr.* 2. *controverſ. capit.* 71. & 72. Adden. ad Molin. *de primogen. libr.* 3. *capit.* 5. *num.* 70. Menoch. *conſ.* 836. Gratian. *diſcept.* 621. *num.* 19. Rota *deciſ.* 90. *num.* 5. coram Royas; quòd ſi excluſio appoſita fuerit in medio diſpoſitionis, niſi aliàs ſtet abſolutè, & de per ſe, non percutiet niſi illam peculiarem diſpoſitionem, in qua apponitur, Catanat. *conſ.* 47. *num.* 50. Rota *deciſ.* 72. *num.* 11. *deciſ.* 90. *num.* 6. coram Royas, *deciſ.* 249. *num.* 14. *part.* 7. *recent.* & *in Romana fideicommiſſi de Tita* 21. *Junii* 1683. §. *non obſtat* coram Benincaſa, quæ eſt *deciſio* 671. *part.* 19. *tom.* 2. *recent.* ad inſtar clauſulæ, quæ ſi non ſtet abſolutè, & ex ſe, non afficit, ſeu informat, niſi illam ſpecialem diſpoſitionem, cui apponitur, Soccin. *jun. conſ.* 128. *num.* 100. *libr.* 1. Gabriel. *de clauſ. concluſ.* 90. *num.* 11. Rota *dec.* 257. *num.* 2. *part.* 5. *recent.* & *cit. deciſ.* 90. *num.* 8.

41 Idemque dicendum, dum in conditione poſiti ſunt filii per naturam, ſeu veritatem; poſita enim capacitate Monaſterii, etſi ſubſtitutus eum excludat, ex eo quòd in conditione poſiti ſint filii per naturam, ut ſuperiùs dixi, tamen durante vita Profeſſi non purificabitur fideicommiſſum, niſi etiam in hoc caſu obſtet enixa mens Teſtatoris, Bartol. *in l. Statius Florus* §. *Cornelio Felici ff. de jure fiſci*, Felin. *cit. cap. in præſentia numer.* 55. Panormitan. *ibid. num.* 58. & de communi teſtatur Card. de Luca *cit. diſc.* 63. *num.* 7. Trentacinq. *de ſubſtit. part.* 4. *cap.* 6. *num.* 4. *verſ. cum ſuperius*, Capyc. Latro *conſil.* 63. *numer.* 23. Gratian. *diſcept.* 481. *num.* 3. & ibi de Luca *num.* 3. Idque præſertim ex eo, quia, ut dicebam, ſucceſſio temporanea, durante ſcilicet vita Profeſſi, fundata eſt in perſona ejuſdem Profeſſi, quæque ſucceſſio non regulatur ad terminos ſucceſſionis Monaſterii ex perſona propria pro excludendo perpetuò ſubſtitutum, quem-
42 admodum etiam expectanda eſt mors naturalis gravati Profeſſi, ſi ſit deſcendens, vel alter de familia ipſius Teſtatoris, niſi in hoc etiam obſtet enixa mens Teſtatoris, Soccin. *in l. cum avus num.* 104. *ff. de condit. & demonſtrat.* Berous *conſ.* 114. *in fine vol.* 2. Sanchez *cit. cap.* 16. *num.* 43. & 45. Circa quæ, plura iterum occurrent in Commentario *ad Conſtitut.* 1. *Clement. IV.* ubi de capacitate Profeſſi, & Monaſterii pro eo ſuccedendi in fideicommiſſis agnatitiis.

Ita pariter ex iiſdem rationibus dicerem in caſu, 43
quo ſubſtituta fuerit cauſa pia, ut ſcilicet non purificetur fideicommiſſum, niſi poſt mortem naturalem Profeſſi; etſi enim favor cauſæ piæ ſubſtitutæ efficiat, ut Monaſterium perpetuò excludatur; non tamen id præſtare poterit, ut excludat ipſum gravatum profeſſum quouſque vixerit, ut in caſu alterius Monaſterii ſubſtituti, cenſuit Soccin. *loco cit. num.* 104. Sanchez *cit. cap.* 16. *num.* 34. *in fine*, quicquid in contrarium dicat Fuſar. *cit. quæſt.* 430. *num.* 7.

Vidimus hactenus, quatenus Monaſterium excludat ſubſtitutum, aut ab eo excludatur, ſi gravatus ſub conditione, ſi ſine filiis, ingrediatur Religionem. Conſequens eſt videre, an filii Religioſi ex gravato ſuperſtites, faciant deficere conditionem, ſi ſine filiis, adeout ſubſtitutus excludatur. Et quidem, ſi loqua- 44
mur de filiis ingreſſis Religionem capacem in communi, non videtur dubitandum, quòd ſubſtitutus excludatur, cùm verè dicatur gravatus decedere cum filiis, etiamſi in conditione poſiti ſint filii per naturam, cùm tales ſint filii, etſi Religionem ingreſſi, Decian. *conſ.* 82. *lib.* 4. & *conſ.* 31. *lib.* 5. Tondut. *quæſt. benefic. part.* 3. *cap.* 142. *num.* 8. Giovagn. *conſ.* 89. *num.* 10. & *ferè per tot. lib.* 1. Gallus *de except. in ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 27. *numer.* 264. *part.* 2. Trentacinq. *de ſubſtit. part.* 4. *cap.* 7. *num.* 63. *cum ſeqq.*

Quòd ſi Monachus filius hæredis gravati excluſus 45
fuerit à Teſtatore gravante, tunc intrat inſpectio ſuper diverſitate excluſionis, de qua ſupra *numer.* 36. adeout ſi excluſio non ſit per viam regulæ, ſola ſuperexiſtentia naturalis ſufficiens ſit ad impediendam purificationem fideicommiſſi; quamvis obſtare videatur Bartol. *in l. filius familias* §. *cum quis numer.* 2. & 3. *ff. de legat.* 1. ubi diſtinguit inter incapacitatem, ſeu excluſionem provenientem à lege, veluti ſi ingrediatur Monaſterium incapax in communi; & aliam incapacitatem provenientem ex voluntate Teſtatoris; adeout in primo caſu filius Profeſſus æquiparetur naturaliter mortuo; in altero verò caſu, ejus ſuperexiſtentia naturalis ſufficiens ſit ad impediendam purificationem fideicommiſſi; & hanc diſtinctionem ſequuti ſunt Soccin. *in cit. l. cum avus num.* 95. & alii apud Card. de Luca *de fideicom. diſc.* 65. *num.* 3.

Verùm in caſu, quo excluſio, ſeu incapacitas pro- 46
venit ex voluntate Teſtatoris, adhuc procedendum eſt inſpecta diverſitate excluſionis, adeout tunc ſuperexiſtentia naturalis Profeſſi ſufficiens reputanda ſit ad impediendam purificationem fideicommiſſi, quando excluſio non eſt extinctiva, ſeu per viam regulæ, ut ſuperiùs firmavimus, Rota *deciſ.* 135. *num.* 18. & 19. *part.* 7. *deciſ.* 313. *num.* 15. & 18. *part.* 10. *recent.* Hinc Bartolus, vel procedit in caſu excluſionis non extinctivæ; vel, ut obſervat Cardin. de Luca *cit. diſc.* 65. *num.* 7. procedit in terminis filii exhæredati ab hærede gravato, quo caſu excluſio filii non reputatur extinctiva, cùm multa accidere poſſint, ex quibus exhæredatio corruat, veluti ſi hæres inſtitutus hæreditatem non adeat, vel Teſtamentum pronuncietur inofficioſum, vel ex alio defectu ruat; atque adeo ſuperexiſtentia naturalis filii exhæredati profeſſi ſufficiens eſt ad impediendam purificationem fideicommiſſi, Surd. *conſ.* 557. *in fine lib.* 4. Fuſar. *quæſt.* 428. *à num.* 1. & generaliter in terminis filii exhæredati, idem Fuſar. *quæſt.* 422.

Si autem filius ingreſſus fuerit Religionem inca- 47
pacem in communi, adhuc ſubſtitutum excludi, voluerunt Ancharanus *conſ.* 396. *per totum*, Decian. *conſil.* 31. *num.* 16. & *conſ.* 82. *num.* 11. *libr.* 4. Alciat. *conſil.* 364. *in princip.* Oddus *de compend. ſubſtit. part.* 2. *quæſt.* 2.

Digitized by Google

quæſt. 2. *artic.* 5. *numer.* 8. qui præſertim moventur ex eo, quòd in conditionibus attendatur nudum factum, atque in iis adimplendis, mors civilis non æquiparetur naturali, *leg. qui hæredi*, *l. Mevius ff. de condition. & demonſtrat. l. cohæredi* §. *cum filia ff. de vulgari*.

Verùm non eſt recedendum à contraria ſententia communiter recepta, cùm auctoritati, & rationi nitatur; etenim quòd per ingreſſum filii in Religionem incapacem in communi, ſubſtitutio purificetur favore ſubſtituti, docuerunt Bartol. *in cit. l. filiusfamil.* §. *cum quis*, *in fin.* Rusticus *in cit. l. cum avus lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 21. *& ſeq.* Soccin. *ibidem num.* 99. Graſſus §. *fideicommiſſum quæſt.* 32. *num.* 3. Mantica *de conjectu-*
48 *ris libr.* 11. *tit.* 8. *num.* 28. ubi, quod ingreſſus in Religionem incapacem, ſimilis eſt mortuo, nec ſubſtitutum excludit, Fuſar. *quæſt.* 428. *numer.* 1. *&* 6. ubi, quod non ſit recedendum ab hac opinione communiter recepta, Intrigliol. *cit. quæſt.* 59. *numer.* 4. Boer. *deciſ.* 354. *in fine*, Card. de Luca *cit. diſc.* 65. *numer.* 6. & alii apud Giovagnon. *conſ.* 89. *per totum lib.* 1. Quandoquidem, ut dixi, in caſu quo ipſe hæres ingreditur Religionem in communi incapacem, profeſſio in ejuſmodi Religione quoad effectum ſuccedendi æquiparatur morti naturali, adeout ſubſtitutus admittatur, etiam non expectata morte naturali Profeſſi, ex deductis per Peregrin. *de fideicom. art.* 28. *num.* 63. & Fuſar. *quæſt.* 428. *num.* 3. 6. *&* 7. Cardin. de Luca *de fideicomm. diſc.* 63. *num.* 7. Rota *dec.* 6. *num.* 2. *part.* 5. *recent.*

49 Hactenus viſum eſt, quatenus Monaſterium ſuccedat Profeſſo gravato ſub expreſſa conditione, ſi ſine filiis. Sed ſi ſubſtitutio facta ſit alicui ex deſcendentibus Teſtatoris abſolutè, & non appoſita conditione, ſi ſine filiis; ac deſcendens gravatus decedat quidem ſine filiis, ſed poſt emiſſam profeſſionem in Religione capaci; dubitari poteſt, an Monaſterium etiam ſuccedat Profeſſo prædicto modo gravato, ac ſubſtitutum excludat. Motivum dubitandi exhibet diſpoſitio textus in *l. cum avus ff. de condit. & demonſtrat. l. cum acutiſſimi Cod. de fideicommiſſ. leg. genera-*
50 *liter* §. *cum autem C. de inſtit. & ſubſtit.* in quibus juribus ſtatuitur, quòd in ſubſtitutione facta deſcendenti Teſtatoris, ſubintelligatur conditio, ſi ſine filiis deceſſerit. Unde ſi ſtante conditione expreſſa, ſi ſine filiis, Monaſterium excludit ſubſtitutum, ita pariter
51 eum excludet ob eandem conditionem tacitam, & ſubintellectam, cùm taciti, & expreſſi eadem ſit virtus, *l. de quibus* 32. *ff. de legibus*, *l.* 2. *ff. de pactis*, *l.* 3. *ff. ſi certum petatur*, ex quo etiam in hoc caſu conditionis tacitæ, Monaſterium excludere ſubſtitutum, tenuerunt Bald. *in cit. l. cum acutiſſimi col. ult.* Soccin. *ſen. cit. l. cum avus col.* 74. Caccialup. *cit. leg. generaliter* §. *cum autem quæſ.* 7. & alii, quos ſequuntur Intrigliol. *de ſubſtit. cent.* 3. *quæſt.* 51. *num.* 21. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 428. *num.* 12. eòque magis quia Monaſterium, ut ajunt, eſt loco filii; unde ſi filii deſcendentis gravati, ex diſpoſitione *leg. cum avus*, ſubſtitutum excluderent; ita pariter & Monaſterium eum excludet.

52 Verùm quamvis hæc ſententia communior ſit, contraria tamen eſt verior, eamque meritò amplexa eſt Rota *deciſ.* 358. *part.* 3. *recent.* Quandoquidem ſucceſſio Monaſterii ad excluſionem ſubſtituti ſub conditione, ſi ſine liberis, inducta eſt ex diſpoſitione *cit.* §. *ſed & hoc præſenti*, *& cap. in præſentia:* conſtat autem hæc jura loqui de conditione expreſſa; in ſubſtitutione tamen facta deſcendentibus, ex quadam æquitate, ſeu fictione juris inducta per *l. cum avus*, ſubintelligitur conditio, ſi ſine filiis; ad hoc autem, ut ſub tacita conditione comprehendatur Monaſterium,
53 requireretur alia fictio, cùm Monaſterium verè non ſit filius, adeoque admittenda eſſet fictio fictionis, quod eſt irregulare, *l. cum poſt* §. *gener ff. de jur. dot. l.* 1. *Cod. de dotis promiſſ.* & tacitum aliud tacitum producere nequit, Decian. *conſ.* 49. *numer.* 50. *libr.* 2. Card. Tuſch. *tom.* 8. *pract. concluſ. lit. T. concluſ.* 10. Ex quo hic ſibi locum non vindicat axioma, quòd taciti, & expreſſi eadem ſit virtus; tum quia hoc pacto ſuperinduceremus fictionem fictioni; tum etiam quia tacitum non eſt ejuſdem virtutis cum expreſſo, dum ex tacito intendimus elicere aliquid, quod aliàs ex expreſſo ſpecialiter reſultare ſolet, ut notant Becius *conſ.* 39. *num.* 24. Cravett. *conſ.* 34. *num.* 3. *& conſil.* 210. *num.* 8. Speciale autem eſſe, imò & ſingulare, & exorbitans, ut à filio inferatur ad Monaſterium, clarum eſt ex dictis in principio hujus Sectionis, & proſequitur magiſtraliter Rota *cit. deciſ.* 358. quæ deciſio cùm plenè diſcuſſo articulo proceſſerit, in Statu Eccleſiaſtico tanquam lex ſervanda eſt, ut ex pluribus firmatur in *Voto* 7. *num.* 72. *poſt deciſiones Remboldi*.

CONSTITUTIO V.

INNOCENTII IV.
incipiens *Religioſam*.

EPITOME BULLÆ.

INNOCENTIUS PRIORI EREMI de Monte Fano, ejuſque fratribus tam præſentibus, quàm futuris.

Congregationem Monachorum Sylveſtrinorum Pontifex hìc approbat, eamque ſub D. Petri, & Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſcipit: plura Privilegia, & Exemptiones ei concedit, & præ cæteris ſtatuit, ut Sacra Olea ab Epiſcopo Diœceſano ſumere debeat, dummodò hic fuerit Catholicus, & ſine pravitate velit ea exhibere.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Ordo D. Benedicti in plures Congregationes propagatus.*
2 *Ex eodem Ordine orta eſt Congregatio Sylveſtrinorum.*
3 *Eadem Congregatio quando originem habuerit.*
4 *Ejus Fundator fuit Sylveſter Guzzolinus in Monte Fano.*
5 *Sub Inſtituto hujus Congregationis reguntur Equites Jeſu Chriſti.*
6 *Inſtitutum, ac vivendi norma hujus Congregationis indicatur.*
7 *Sylveſtrini antiquitùs fuerunt ſubjecti Vallumbroſanis; ſed poſtea ſeparati, proprium Generalem obtinuere.*
8 *Similiter ipſos univit Alexander VII. & iterum eos ſeparavit Clemens IX.*
9 *Privilegia Mendicantium, & non Mendicantium Sylveſtrinis communicavit Paulus V. & Alexander VII.*
10 *Eorum Superiores initio dicebantur Priores, ſed poſtea Abbatis titulum obtinuerunt.*
11 *Abbas Generalis antiquitùs habebat gubernium perpetuum, ſed poſtea fuit reſtrictum ad quadriennium.*
12 *Pontificalium uſum ejus Abbates priùs non habebant, ſed poſtea eorum uſus ter in anno eis conceſſus fuit.*
13 *Abbati Generali uſum Mantellettæ Prælatitiæ coram Pontifice conceſſit Innocentius XII.*
14 *Proponuntur tractanda in hoc Commentario.*

Quò penitiùs in hanc magnam Bullarii arcem 1
progredimur, eò frequentiùs D. Benedicti Regulam, fœcundiſſimæ arboris ad inſtar, in novos diſtentam

Digitized by Google

ſtentam ramos, vivam ſuæ radicis imaginem præſeferentes, proſpicimus. Hactenùs ſiquidem vidimus à Summis Pontificibus approbatas Congregationes Camaldulenſium, Vallis Umbroſæ, Ciſtercienſium, Carthuſienſium, Montis Virginis, & Cluniacenſium.

2 Sequitur nunc, tanquam Novella Olivarum, Congregatio Monachorum Sylveſtrinorum ab Innocentio confirmata in præſenti Conſtitutione edita anno 1247.

3 Natalem habuit hæc Congregatio uſque ab anno 1231. Univerſalis Eccleſiæ clavum regente Gregorio IX. imperantibus in Oriente Balduino II. & Friderico II. in Occidente. Ejus Fundator fuit Sylve-
4 ſter Guzzolinus nobilis Auximanus Monachus Vallis Umbroſæ, jam in Martyrologio Romano deſcribi juſſus per Clementem VIII. ut refert Baron. *in Martyrolog. die 26. Novembris lit. B.*; iſque primum hujus Congregationis Eremum ſub Regula S. Benedicti fundavit in Monte Fano Diœceſis Camerinenſis, ut in præſenti Conſtitutione enunciatur; prout pariter ipſemet alia tredecim Monaſteria fundavit, & aliquando ſexagintaquatuor Monaſteria hæc Congregatio in Italia habuit; licèt in præſentiarum tantùm vigintiquatuor numerentur, aliis vel in Commendam traditis, vel Innocentianæ ſuppreſſioni obnoxiis, aut ſponte ob pauperiem derelictis. Verùm etſi dicta Congregatio Italiam non egrediatur, ut obſervat Barboſa *in Decretal. tit. de ſtatu Monachor. in prin-*
5 *cip. num.* 12. ejus tamen Inſtitutum amplexati ſunt, atque eo nunc reguntur Equites dicti Jeſu Chriſti in Luſitania, ut mihi ſpecialiter conſtat ex quadam Epiſtola Magni Magiſtri ejuſdem Ordinis, data anno 1677. Procuratori Generali Sylveſtrinorum.

6 Quoad ea autem, quæ ad Sacra hujus Congregationis Inſtituta attinent, videndus eſt Andr. Jacob. *libr.* 1. *cap.* 10. ubi præſertim ait: *Antiquiſſima inprimis erat omnibus Monachis Cœnobii diſciplina, & vitæ religioſæ ſtudium. Quæ exterioris hominis ſunt: Veſtis admodum vilis, & aſpera, ciborum magna ſimplicitas, non tam ad explendam, quàm levandam famem accomodata; ſuam inopiam, ac paupertatem corrogatis eleemoſynis leniebant. Mira in omnibus religioſæ taciturnitatis obſervantia: crebras tum ad carnis macerationem, tum ad ſeculi expianda pericula verberationes, & jejunia identidem uſurpabant. Dies, noctesque divinis laudibus Chorus perſonabat, mutua vigebant charitatis Officia. Quæ interioris hominis ſunt: ſtatutum tempus ſacris lectionibus, ac precationibus tribuebant, eratque unuſquiſque ſui contemptor egregius; neque hac ſui contemptio quicquam de bona cæterorum exiſtimatione detrahebat, & ad ſummæ demum Chriſtianæ perfectionis ſtudium incumbebant. Neque verò eorum virtus, & charitas intra illius Cœnobii ſepta continebatur, ſed ad externos quoque derivabatur.*

7 Exiſtimant aliqui, hanc Congregationem antiquitùs fuiſſe ſubjectam Congregationi Vallis Umbroſæ; idque præſertim ſuadet, quòd Inſtitutor fuerit Monachus Vallis Umbroſæ; quamvis ejuſmodi ſubjectio ex præſenti Conſtitutione nullatenus eruatur; imò prorſus independenter fuiſſe erectam ex ea elicitur, cùm de tali ſubjectione nulla fiat mentio. Certum tamen eſt, poſtmodum ſeparatas fuiſſe, & Sylveſtrini proprium Generalem obtinuerunt, Azor. *Inſtit. Moral. part.* 1. *libr.* 12. *cap.* 21. *verſic. Ordo Sylveſtrinorum*, Tamburr. *de jure Abbat. tom.* 2. *diſp.* 24. *quæſ.* 5.
8 *num.* 39. §. *fuit*. Imò etſi Alexander VII. in *Conſt.* 121. incip. *Omnipotentis*, eas ad invicem univerit ſub gubernio unius Generalis, alternatim ex eiſdem Congregationibus eligendi, adeout in hujus Conſtitutionis vim, per quinque annos, quibus unio duravit, duo Capitula Generalia unitim celebrata fuerint; poſtmodum tamen Clemens IX. anno 1667. eas ſeparavit, atque Ordinem Sylveſtrinum in priſtinum ſtatum remiſit, ut refert Cardin. de Luca *de Regular. diſc.* 5. & Rota *deciſ.* 148. *part.* 14. *recent.* & dixi *tom. prim. Conſtit. Un. Urbani II. num.* 26. *pag.* 320. & in dicta deciſione fuit conceſſa præcedentia PP. Sylveſtrinis, ſtante, & durante dicta unione cum Vallumbroſanis in præjudicium Ciſtercienſium, utpotè poſteriorum dictis Monachis Vallis Umbroſæ, etſi anteriorum Sylveſtrinis, qui tamen in præſenti degunt ſeparatim in propria Congregatione. Similiter ei omnia privilegia 9
tam Mendicantium, quàm non Mendicantium communicavit Paulus V. *Conſtit.* 107. incip. *Religioſorum*, & Alexander VII. *Conſtit.* 58. quæ pariter incip. *Religioſorum*.

In principio ejuſdem Ordinis ejus Superiores, tam 10
Generales, quàm Locales, Priores appellabantur, ut conſtat ex præſenti Conſtitutione. Quibuſdam tamen ex eis, Abbatis titulum conceſſit Paulus V. & ad hanc diverſitatem tollendam, in quodam Capitulo Generali tempore Alexandri VII. fuit omnibus Superioribus conceſſus titulus Abbatis.

Ejus Superior Generalis, Abbatis Generalis titu- 11
lum obtinuit à Nicolao V. & antiquitùs perpetuum Ordinis gubernium obtinebat, uſquedum Paulus III. in *Conſtit.* 38. incip. *Expoſcit*, eum reſtrinxit ad triennium, & Innocentius XI. ad quadriennium prorogavit, prout modò ſervatur. Et licèt ejuſdem Congre- 12
gationis Abbates priùs non habuerint uſum Pontificalium, quemadmodum Sacra Congregatio Concilii, non obſtante communicatione privilegiorum ab ipſis prætenſa, reſpondit in *Nepeſina* 17. *Aprilis* 1638. *libr.* 16. *Decret. pag.* 1. ibi: *Sacra &c. cenſuit, Abbati Generali Congregationis Monachorum Sylveſtrinorum non licuiſſe Pontificalibus paramentis Miſſam Solemnem celebrare, & alia per eum ut ſupra geſta exercere, & allegata privilegia communicativa minimè ei ſuffragari.* Tamen deinde à s. m. Innocentio XI. obtinuerunt Abbates perpetuitatem in eorum dignitate, licèt cum mutatione Monaſteriorum poſt quadriennium, & uſum Pontificalium in tribus vicibus anni: quibus omnibus confirmatis ab Alexandro VIII. & Innocen- 13
tio XII. conceſſus etiam fuit, ac confirmatus uſus Mantellettæ Prælatitiæ Generali hujus Congregationis coram Pontifice.

Plura Privilegia Innocentius IV. conceſſit in hac Conſtitutione Monachis hujus Congregationis; nonnulla tamen ex eis in Commentariis ad Conſtitutiones confirmatorias ſimilium Congregationum, aut Ordinum Regularium ſuperiùs expoſuimus, aliaque pariter data opportunitate ſimilium Conſtitutionum exponemus: hic tantùm ſpecialiter commentaturus 14
§. 8. præſentis Conſtitutionis, ubi quod Sylveſtrini Olea Sacra ab Epiſcopo Diœceſano ſuſcipere debeant, dummodo non ſit ſuſpenſus &c. ut infra.

SECTIO UNICA.

De receptione Sacrorum Oleorum facienda per Regulares ab Epiſcopo Diœceſano, vel ab alio, & de pluribus circa dicta Olea Sacra.

SUMMARIUM.

1 *Regulares in ſuſcipiendis Oleis Sacris an ſint exempti à Diœceſano?*
2 *Oleum Cathecumenorum ad quæ adhiberi ſoleat.*
3 *Oleum Chriſmatis debet eſſe mixtum balſamo, & an hæc mixtura ſit de neceſſitate Sacramenti? Remiſſivè.*
4 *Oleum Chriſmatis ad quas ſacras unctiones adhibeatur.*
5 *Oleum Infirmorum quodnam ſit.*
Extrema Unctio invalida eſt, ſi miniſtretur Oleo non benedicto, vel benedicto, ſed non juxta uſum Eccleſiæ. Ibidem.
6 *Olea Sacra quolibet anno benedicenda ſunt ab Epiſcopo.*
7 *Epiſcopo abſente, vel defuncto, adeundus eſt Epiſcopus vicinior pro ſuſcipiendis novis Oleis.*

8 Non

Digitized by Google

8 *Non eſt de neceſſitate Sacramenti, ut Olea benedicantur in die Cœna Domini.*

9 *Confectio Chriſmatis ab Epiſcopo facienda eſt in Cathedrali.*

10 *In confectione Chriſmatis neceſſaria eſt celebratio Miſſa.*

11 *Tempore interdicti benedici poſſunt Olea Sacra, & an id fieri poſſit januis apertis.*

12 *In Cathedralibus ſubjectivè unitis Sacra Olea benedicenda ſunt in Cathedrali, cui fuit facta unio.*

In Cathedralibus aequè principaliter unitis benedictio facienda eſt in alterutra, ubi maluerit Epiſcopus. Ibidem.

13 *Quemadmodum reſidere poteſt in alterutra.*

14 *Tenebitur Epiſcopus conſecrationem facere in una ex Cathedralibus, ſi adſit conſuetudo, & qualis hac eſſe debeat.*

15 *In Eccleſiis aequè principaliter unitis congruum eſt, ut Epiſcopus quandoque reſideat, & Pontificalia exerceat in alterutra.*

16 *Conſuetudo, ut Epiſcopus, qui Olea conſecravit in una Cathedrali, eadem tranſmittat in alia, ſervanda eſt.*

17 *Olea Sacra ſuſcipienda ſunt à Diœceſano.*

18 *Parochi Diœceſis pro eo ſuſcipiendo mittere debent Diaconum ad Cathedralem, & diſtribuenda ſunt in Cathedrali ab ejus Dignitatibus. Ibidem.*

19 *Nec poteſt diſtribui in Eccleſia non Cathedrali, contrario uſu non obſtante.*

Niſi tamen cum tali uſu concurrat Matricitas. Ibidem.

20 *Quod limitatur quoad Eccleſias filiales erectas in Collegiatas.*

21 *Collegiata pracedit Matrici non Collegiata, etiam ſi ſit erecta cum clauſula* ſine præjudicio.

22 *Derogatio non requiritur in gratiis de ſui natura prajudicialibus.*

23 *Erectio Collegiata eſt actus de ſui natura prajudicialis Eccleſia Matrici.*

24 *Eccleſia erecta in Cathedralem, ſtatim pracedit aliis Eccleſiis.*

25 *Parochi Regulares exempti ſuſcipere debent Olea Sacra à Diœceſano.*

26 *Similiter omnes Regulares pro uſu Monaſterii, dummodo Epiſcopus gratis ea exhibeat.*

27 *Regulares non ſunt exempti ab Epiſcopo in pertinentibus ad poteſtatem Ordinis.*

28 *Milites Hieroſolymitani non ſunt exempti ab Epiſcopo quoad Olea Sacra ſuſcipienda.*

29 *Perſona exempta cum qualitate Nullius impropria, non ſunt exempta ab Epiſcopo pro ſuſcipiendis Sacris Oleis.*

30 *Exempti cum propria qualitate Nullius poſſunt recipere Olea Sacra à quocunque Epiſcopo.*

31 *Qualitas Nullius propria non probatur ob ſuſceptionem Olei à quocumque Epiſcopo.*

32 *Regulares habentes privilegium poſſunt ſuſcipere Olea Sacra à quocunque Epiſcopo.*

33 *Regulares quoad hoc non ſunt abſolutè privilegiati.*

34 *Privilegium conceſſum Sylveſtrinis ſuſcipiendi Olea à quocunque Epiſcopo, locum habet in caſu, quo Diœceſanus non ſit Catholicus, vel nolit Olea exhibere ſine pravitate.*

35 *Ejuſdem tenoris eſt privilegium conceſſum Dominicanis.*

36 *Et eo fruuntur omnes Regulares, ſaltem ob communicationem.*

37 *Clauſula, ut Epiſcopus ſit Catholicus, & in communione S. Sedis, quid importet.*

38 *In tradendis Sacris Oleis, nec à ſponte dantibus Epiſcopus aliquid exigere poteſt.*

39 *Epiſcopus Olea Sacra Regularibus tradere tenetur, eaque gratis.*

40 *Epiſcopus hareticus Sacra Olea validè conficit.*

41 *Ordinatus ab Epiſcopo heretico, aut ſchiſmatico, quamvis tolerato, ſuſpenſus eſt ab exercitio Ordinis.*

42 *Si Sedes vacet, vel Epiſcopus Olea non conficiat, poſſunt Regulares adire alium Epiſcopum.*

43 *Cruciferi habent privilegium recipiendi Olea Sacra à quocunque Epiſcopo.*

44 *Alii Regulares idem privilegium per communicationem pratendunt, ſed eorum pratenſio rejicitur.*

45 *Communicatio privilegiorum non intrat quoad privilegia ſpecialia, vel qua non ſunt in uſu.*

46 *Regularibus in Eccleſiis Parochialibus debent dari omnia Olea Sacra.*

47 *In non Parochialibus datur tantùm Oleum Infirmorum.*

48 *Regulares Oleis veteribus uti non poſſunt.*

49 *Clerici ſaculares aut regulares ſuſcipientes Olea ab alieno Epiſcopo, quas pœnas incurrant.*

INter cætera privilegia, quæ in frequentibus Con- 1
ſtitutionibus emanatis per Summos Pontifices ad favorem Regularium, conſiderari poſſunt, unum eſt circa ſuſceptionem Chriſmatis, & Olei Sancti, an ſcilicet in hoc Regulares ſint aliquo modo privilegiati. In hac ſanè Conſtitutione §. 8. dicitur, quòd Sylveſtrini Chriſma, & Oleum Sanctum à Diœceſano ſuſcipiant, ſi tamen Epiſcopus Catholicus fuerit, & gratiam, ac communionem S. Romanæ Sedis habuerit, & ea voluerit ſine pravitate aliqua exhibere; ex quo videtur à contrario ſenſu, poſſe ab alio Epiſcopo recipi, ſi proprius Diœceſanus non fuerit Catholicus, & in communione S. Sedis. Sed quid communi, privilegiatoque jure dicendum in hac re ſit, diſcutiam.

Ad hæc præmittendum, diverſa eſſe Olea Sacra; 2
aliud etenim eſt Oleum Cathecumenorum, quod Oleum Benedictum dicitur, atque adhibetur pro inungendis Cathecumenis ante receptionem Baptiſmatis, *cap. un. de Sacra Unct. can. deinde* 68. *de conſecrat. diſt.* 4. *can. Eccleſiaſticorum* 11. *diſt.* Barboſ. *de poteſtat. Epiſc. part.* 2. *allegat.* 31. *num.* 6. eodemque Oleo inunguntur Sacerdotum manus cùm ordinantur, & Reges in brachio, & humero, *cit. capit.* 1. ubi fusè Gonzal. *num.* 18. *& ſeq.* Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *tom.* 10. *cap.* 5. *quaſt.* 2. Paſſerin. *de ſtat. hom. lib.* 3. *quaſt.* 189. *art.* 10. *num.* 910. Durant. *in ration. libr.* 6. *cap.* 74. ubi latè. Oleum autem Chriſmatis non eſt ſimplex oleum, ſed 3
ultra oleum requiritur mixtura balſami, *cap. unico de Sacram. Unct. cap.* 1. *de Sacram. non iteran.* An autem mixtura balſami ſit de neceſſitate Sacramenti Confirmationis, dicam infrà ad *Conſtitut.* 16. *Innocentii IV.* Hocque Oleum Chriſmatis adhibetur nedum in Con- 4
firmatione, ſed etiam eo inunguntur Epiſcopi in manibus, & capite, quando conſecrantur, & pueri poſt baptiſmum in vertice, & fronte, eoque benedicuntur Fontes Baptiſmales, Calices, Patenæ, Eccleſiæ, & Altaria, *cap. unico de Sacram. Unct.* Paſſerin. *loc. cit. num.* 910. aliique ſupra adducti. Oleum autem Infir- 5
morum eſt ſimplex oleum Olivarum ab Epiſcopo benedictum, *Concil. Florent. in Decret. de unione Armenorum* §. *quintum Sacramentum*, *Concil. Trid. capit.* 1. *ſeſſ.* 14. *de Sacram. Extrem. Unctionis*, adeout ſi Sacerdos utatur oleo non benedicto, vel benedicto quidem, ſed non benedictione præſcripta ab Eccleſia, etſi alia neceſſaria adhibeat, nullum Sacramentum faciet, D. Thomas *part.* 3. *quaſt.* 60. *tit.* 5. ſed dicam in *citata Conſtitutione* 16. *Innocentii IV.*

Hujuſmodi Olea quolibet anno conſecrantur, & 6
benedicuntur ab Epiſcopo in die Cœnæ Domini, & Papa Fabianus arguit contrarium uſum Eccleſiæ Orientalis, in ejus Epiſtola relata in *can. literis de conſecrat. diſt.* 3. *cap. quoniam de ſentent. excomm. in* 6. Gonzal. *in capit. Te referente numer.* 1. *de Celebrat. Miſſarum*, Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi cit. allegat.* 31. *num.* 5. *&* 17. ubi niſi adſit neceſſitas in contrarium, ut utatur oleo antecedentis anni; quod tamen, facto novo, cremari debet,

Digitized by Google

debet, Barboſ. *in Collectan. Apoſtolicar. deciſ. colle-
ctan.* 535. *num.* 5. & 6.
7 Hinc exiſtente Sede Epiſcopali vacante, vel ſi
Epiſcopus non adſit, proximus Epiſcopus adiri po-
terit, Gloſſ. *verb. Spiritualibus in canon. ſi Epiſcopus
de ſupplend. neglig. Prælatorum*, Barboſ. *cit. allegat.*
31. *num.* 19. ita ut veteribus non poſſit quis uti, con-
ſecratis præſertim novis. Imò cùm S. Congr. Con-
cilii aliquando cenſuerit, ut Sede quadam Archiepiſ-
copali vacante, adeſſet juſta cauſa propter diſtan-
tiam aliarum Eccleſiarum Cathedralium, ob quam
concedendum eſſet, ut in dicto Archiepiſcopatu uti
valerent veteribus oleis per triennium; ita tamen,
ut ſi durante triennio fuerit proviſum de novo, con-
ceſſio expiraret. Cùm verò fuiſſet Sanctiſſimo delata
Congregationis ſententia, non placuit Sanctitati Suæ
id concedere, *Indiarum 29. Decembr.* 1592. *libr.* 7.
pag. 83. *à tergo*. Similiter eodem die benedicendum
quoque eſt Oleum Infirmorum, Pax Jordan. *tom.* 1.
8 *libr.* 3. *tit.* 5. *num.* 10. Hujuſmodi tamen benedictio li-
cèt facienda ſit ab Epiſcopo in die Cœnæ Domini;
id tamen non eſt de neceſſitate Sacramenti, ut adver-
tunt Barboſ. *cit. alleg.* 31. *num.* 5. Bonac. *tom.* 1. *diſp.* 3.
quæſt. un. punct. 3. *num.* 3.
9 An autem ſit facienda hujuſmodi functio ab Epiſ-
copo in propria Cathedrali, poſſet dubitari. Et af-
firmativè videtur dicendum ex *cap. Te referente de
Celebrat. Miſſar.* ubi cùm Archiepiſcopus Syponti-
nus ex conſuetudine in die Cœnæ Domini Chriſma
conficere teneretur in Eccleſia Sypontina; tamen ac-
cedebat ad Garganicam Eccleſiam, D. Michaeli Ar-
changelo dicatam in Monte Gargano, ut ibi recipe-
ret Peregrinos, ſeu potiùs, ut legit ibi Gonzal. *nu-
mer.* 2. ut pœnitentes reconciliaret: ex quo Miſſam
ibidem celebrare à Clero, & Populo compellebatur.
His auditis Honorius III. reſcripſit, quòd cùm in con-
fectione Chriſmatis requiratur celebratio Miſſæ, id
facere deberet in Eccleſia Sypontina, ubi Chriſma
conficere tenebatur. Ex quibus colligitur, in conſe-
10 ctione Chriſmatis eſſe neceſſarium Sacrificium Miſ-
ſæ, necnon id fieri debere in Cathedrali, Vicecom.
de ritib. Confirmat. lib. 1. *num.* 20. & *ſeqq.* Gonzal. &
citat. DD. in cap. Te referente, non tamen prohibetur
quin Epiſcopus, juſta exiſtente cauſa, poſſit id agere
in alia Eccleſia ſibi ſubjecta, ut notat Card. de Luca
diſcurſ. 26. *num.* 3. *in Miſcell. Eccleſiaſt.* Barboſ. *citat.
collect.* 535. *num.* 4. ubi refert reſolutionem Sacr. Con-
gregationis Rituum die 17. Novembris 1600. & apud
Pignatell. *conſ.* 29. *num.* 3. & 9. *tom.* 4. Nicol. *lucubrat.
can. libr.* 1. *tit.* 15. *numer.* 1. Hinc licèt in *cit. cap. Te
referente*, ſupponatur adfuiſſe conſuetudinem confi-
ciendi Chriſma in Eccleſia Cathedrali Sypontina;
tamen ideò fuit deſiderata conſuetudo, quia forſan
poterat dubitari, etiam Garganicam Eccleſiam fuiſ-
ſe Cathedralem; vel potiùs quia in deciſione Papæ
indefinitè ſtatuitur, teneri Chriſma conficere in Sy-
pontina, ut conſideravit Rota *in Sypontina Cathe-
dralitatis deciſ.* 587. coram Card. Cerro *num.* 3. & 9.
tom. 2. & *deciſ.* 1057. *num.* 8. coram Emerix jun. idque
implicitè videtur innuiſſe Concilium Tridentinum,
dum præcipuè in diebus Quadrageſimæ reſidentiam
in Cathedrali Epiſcopis imponit, *ſeſſ.* 23. *capit.* 1. *de
reform.*
11 Hæcque functio an poſſit fieri tempore Interdi-
cti? Et quidem affirmant DD. communiter, quate-
nus Epiſcopus non ſit interdictus ſpecialiter, ſed qui-
dem id fieri debere clauſis januis, juxta *capit. Alma
Mater verſic. adjiciemus de ſentent. excomm. in* 6. Bo-
nacin. *de cenſur. diſp.* 5. *punct.* 2. §. 1. *numer.* 2. Barboſ.
cit. alleg. 31. *num.* 24. qui tamen *num.* 25. tuetur opi-
nionem contra communem, ut poſſit fieri januis aper-
tis; tamen non eſt recedendum à prima. Nec obſtat,
quòd in *cap. quoniam de ſentent. excommun. in* 6. per-
mittatur adminiſtratio baptiſmatis tam parvulis, quàm
adultis, & conſequenter fieri poteſt benedictio Fon-
tis, uti conſecutiva, necnon poſſet adminiſtrari Con-
firmatio publicè januis apertis; nam *cit. cap. Alma
Mater* emanatum fuit, ut Divina Officia fieri debe-
rent januis clauſis, exceptis diebus præſcriptis, &
cùm in confectione Chriſmatis requiratur Miſſa, ex
quo eſt ut Epiſcopus ideo peccet in conficiendo Chri-
ſmate, ſi id faceret in peccato mortali, Barboſ. *cit.
alleg.* 31. *num.* 26. Miſſa autem debet celebrari ja-
nuis clauſis, nec in *cit. cap. quoniam*, contrarium
deciditur.

Sed quatenus adſint duæ Cathedrales unitæ, an
teneatur Epiſcopus in alterutra viciſſim conſecrare
Chriſma? Et affirmant DD. apud Barboſ. *in citat.
alleg.* 31. *num.* 5. Gratian. *diſcept.* 655. *numer.* 74.
Tamen certum eſt, quòd ſi unio ſit ſubjectiva, Epi- 12
ſcopus tenetur id facere in Cathedrali, cui fuit fa-
cta unio, uti digniori; ſed ſi æquè ſint principaliter
unitæ, non tenetur in utraque viciſſim, ſed in al-
terutra prout ſibi placuerit, quia quoad ipſum uni-
ca dicitur Cathedralis, Rota *deciſ.* 1236. *num.* 1. &
priùs *deciſ.* 1185. *numer.* 1. & 2. coram Emerix jun.
& in terminis docuerunt Card. de Luca *de juriſd.
diſc.* 56. *in fine*, & *diſc.* 26. Miſcell. *Eccleſ. num.* 3.
& 5. Gratian. *citat. diſcept. numer.* 74. *ad finem*,
Frances *de Eccl. Cathedr. cap.* 8. *num.* 373. & fa-
cit reſolutio *S. Congr. Conc. in Valven. Prahemi-
nentiarum*, relata à Rota *in citat. deciſ.* 1185. *in
princ.* coram Emerix, ibi: *Non teneri Epiſcopum
duarum diœceſum unitarum æquè principaliter, exer-
cere alternatim Pontificalia*; idemque habetur *nu.* 9.
& 10. *et dec.* 1236. *num.* 9. Nec *cap. te referente
de celebrat. Miſſarum* inducit talem neceſſitatem; &
ſic ex congruitate tantùm dici poteſt, ut Epiſcopus
hujuſmodi actum alternatim faciat, ut conſiderat
Frances *cit. loco num.* 374. quod confirmatur, quia 13
Epiſcopus in Diœceſibus æquè principaliter unitis
poteſt reſidere in alterutra, ut in ſuperiùs citata re-
ſolutione adducta per Rotam, reſolvit *Sac. Cong.
Conc. in cit.* Valven. 13. *Aug.* & 4. *Septemb.* 1650.
ad primum, & *in Calaguritana*, & *Calciaten. Reſi-
dentiæ* 16. *Febr.* 1675. & 10. *Junii* 1679. & 11.
Februarii 1696. *ad primum*, quod non teneretur al-
ternatim in utraque reſidere.

Si tamen adſit conſuetudo, ut in una tantùm fiat 14
conſecratio, debet ſervari, ut ſtatuitur in *cit. cap.
te referente*, & advertit ibi Gonzal. *num.* 1. *in fine*.
Sed ad inducendam talem conſuetudinem conſiſten-
tem in actibus facultativis, non ſufficit ſimplex ob-
ſervantia, ſed requiruntur actus importantes præ-
ſcriptionem, nempe voluntas contraria cum acquie-
ſcentia, ut conſiderat Cardinal. de Luca *citat. diſc.*
26. *num.* 9.

Verum tamen eſt, quòd benè faciet Epiſcopus, ſi
aliquando in alterutra hujuſmodi Pontificalia exerceat 15
ex decentia recognoſcendi ambas Eccleſias, in unum
virtute ſolius unionis redactas. Quemadmodum in
reſidentia, etſi Epiſcopus poſſit in alterutra reſide-
re, ut dixi, non tamen liberatur ab onere in ſolemnio-
ribus apud utraſque Cathedrales alternatim reſidendi,
ut reſolvit *S. Cong. Conc. in Geruntinen. ſeu Caria-
ten. Synodi*, & *Gravaminum die* 2. *Octobris* 1706.
Quarto: *An, & quomodo Epiſcopus teneatur reſide-
re in Cathedrali Geruntinen.* Reſpondit, *Negativè*,
& *Epiſcopus curet reſidere, etiam in Eccleſia Ge-
runtinen. ſaltem in aliquibus diebus ſolemniaribus*, con-
firmata 11. *Februarii* 1708.

Quod ſi ſolitum ſit, ut facta conſecratione Olei
in una ex Cathedralibus, mittatur quantitas Olei ſuf- 16
ficiens in altera Cathedrali pro hujus Diœceſi, ad
eamque & non ad alteram recurrant Parochi propriæ
Diœceſis, id eſt ſervandum, tum quia potiùs ei fa-
vet æquitas, ut fiat alternatim ipſa principalis con-
ſecratio, tum fortiùs quia concurrit parvum incom-
modum Epiſcopi, & maxima utilitas Diœceſano-
rum, qui ſaltem in aliqua parte reciperent conſola-
tionem, & proprii juris diſtincti emolumentum in
propria Cathedrali, ut latè firmat Cardinal. de Lu-
ca *in Acheruntina*, & *Matheranen. diſtributionis
Olei Sancti cit. diſc.* 26. Miſcell. *Eccl.* & *numer.* 2.
addu-

Digitized by Google

adducit reſolutionem S. C. Epiſcoporum ad favorem Capituli Acheruntini. Cæterùm dum Epiſcopus in una ex Diœceſibus unitis Sacra Olea conficit, Parochi alterius Diœceſis tenentur eadem Olea ab ipſo Epiſcopo ſuſcipere, nec poſſunt alium Epiſcopum adire, & contrafacientes non ſolùm mortaliter peccant, ſed etiam ab Epiſcopo puniri poſſunt, ut declaravit *Sacr. Congreg. Concil. in Civitatis Caſtellane, & Hortana* 8. *Junii* 1624. ibi: *Tertiò. An quando Epiſcopus conficit Chriſma in una ex dictis Civitatibus, Clerus illius Civitatis, in qua illud non conficitur, teneatur illud ab Epiſcopo accipere, & Epiſcopus ad illi intereſſendum poſſit cogere Clerum illius Civitatis? Quartò, An Clerus Hortanus monitus ad recipiendum Oleum Sanctum, in ſpretum ſui proprii Epiſcopi accipiens illud ab alieno, poſſit aliis pœnis plecti, ultra peccatum mortale?* S.C. reſpondit, *Ad* 3. *Clerum unius Civitatis non ſolum teneri Sacrum Oleum accipere ab Epiſcopo illud in alia Civitate conficiente, verum etiam cogi poſſe, eidem Epiſcopo in ejuſmodi miniſterio aſſiſtere, ad Sacrorum Canonum præſcriptum. Ad* 4. *poſſe puniri ab Epiſcopo*, quæ reſolutio extat *tom.* 12. *Decret. pag.* 137.

17 Hujuſmodi enim Oleorum receptio fieri debet à proprio Epiſcopo Diœceſano, *can. omni tempore de conſecr. diſt.* 4. *can. presbyteri* 96. *diſt.* Card. de Luca *cit. diſc.* 26. *num.* 13. Rota *deciſ.* 218. *num.* 20. coram Royas, *deciſ.* 334. *num.* 10. *part.* 13. *recent.* & plenè *deciſ.*
18 524. *num.* 11. *part.* 19. *tom.* 2. *recent.* imò à Cathedrali, ad quam tenentur mittere aliquem Diaconum, Gloſ. *in citat. can. Presbyteri verb. per illum*, Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annotat.* 21. §. *unico num.* 23. Barboſa *ad Concil. cap.* 1. *ſeſſ.* 14. *de Extr. Unct.* Gavant. *in manual. Epiſcop. verb. Olea Sacra num.* 7. Romaguer. *ad Synod. Geruntin. libr.* 3. *tit.* 20. *cap.* 1. *num.* 12. & ab ejus Dignitatibus diſtribui debet, Aldan. *in Compend. Canonum libr.* 1. *tit.* 8. *num.* 14. apud Barboſ. *in ſumma Apoſtol. deciſ. verb. Oleum Sanctum num.* 9.

19 Unde nequit Eccleſia non Cathedralis prætendere, ut aliæ Eccleſiæ ab ipſa recipiant dicta Olea, quæ recipere poſſunt immediatè à Cathedrali, etiam ſi concurreret uſus contrarius, quia cenſeri debet facultativus, ut firmavit in terminis Rot. *in Caſſanen. Jurium Parochialium, ſeu Præminentiar. die* 6. *Junii* 1707. §. *ac denique*, coram D. Caffarello. Quod tamen limitatur, ſi unà cum uſu concurrat qualitas Matricis in Eccleſia diſtribuente, quæ Matricitas debet probari concludenter, & non ſufficit impropria reſultans ex majori nobilitate, ſed requiritur ut habeat Eccleſias filiales, Card. de Luca *de decim. diſcurſ.* 12. *num.* 12. & 13. Rota *dec.* 365. *num.* 13. coram Priolo, & *dec.* 55. *n.* 10. coram D. Anſaldo. Sed poſita vera Matricitate poſſunt cogi Eccleſiæ Filiales ad recipienda dicta Olea à Matrice, Rota *deciſ.* 524. *num.* 11. *part.* 19. *tom.* 2. *recent.* & ita reſcripſit Sacra Congregatio Concilii in *Florentina Prehem inentia* 27. *Januarii* 1692. & *in Savonen. Jurium Parochialium* 17. *Novembris* 1691. ibi: *Parochos Filialium teneri accedere ad benedictionem Fontis, & ad recipiendum Oleum Sanctum in die Sabbati Sancti ad Matricem*, & die 28. Februarii 1693. ſtetit in deciſis, itaut etiam præcedentia fuerit adjudicata Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ ſupra Parochos, ſine tamen horum præjudicio; & quidem juſtè, cùm Canonici Eccleſiæ Matricis conſtituant corpus ipſius Eccleſiæ, quæ eſt major filialium.

20 Sed ſi Eccleſia filialis erigatur in Collegiatam, an teneatur accedere ad Matricem pro receptione dicti Olei? Et negativè fuit reſolutum in *cit. Florentina*, recedendo à deciſis cum dicto motivo Collegialita-
21 tis, *ſub die* 19. *Julii* 1692. *ad Primum*: nam Eccleſia Collegiata in actibus Collegialibus, ut ſunt Proceſſiones, uti dignior, præcedit alteri, etſi Matrici, De Luca ad Gratian. *diſcept.* 578. *num.* 6. & *ſeqq.* Pignatell. *conſult.* 74. *numer.* 1. *tom.* 6. Cardin. de Luca *de præemin. diſc.* 9. *num.* 4. & *in ſumm. eod. tit. numer.* 13. & 22. Barboſ. *de Canon. capit.* 2. *numer.* 20. & *de Jur. Eccleſ. libr.* 2. *cap.* 6. *numer.* 4. Caſſanæus *in Catalog. glor. mund. part.* 4. *conſid.* 38. Tondut. *quæſt. benef. part.* 2. *cap.* 2. §. 2. *num.* 14. Sperell. *deciſ.* 167. *num.* 11. Rota coram Pænia *deciſ.* 941. *num.* 3. & *in deciſ.* 1445. coram Seraphin. *deciſ.* 313. *numer.* 6. *part.* 4. *tom.* 1. & plenè in *deciſ.* 469. *numer.* 25. *part.* 19. *tom.* 2. *recent.*, quod procedit etiamſi adſit clauſula *ſine præ-* 22
judicio, quia intelligitur in aliis quàm in expreſſis, & in iis quæ ex natura actus eliciuntur; quando enim gratiæ ſunt de ſui natura præjudiciales, derogatio non requiritur, ut proſequitur cit. Cardin. de Luca *num.* 5. & priùs *diſc.* 6. *num.* 12. *de Præmin.*, & *cit. deciſ.* 1445. *numer.* 4. & 5. Buratt. *deciſ.* 193. *in fin.* ubi Adden. Cerr. *deciſ.* 685. *num.* 8. & *ſeq.* Nec obſtat id, quod docet Vameſius *conſil.* 10. & Gratian. *diſcept.* 578. quia paſſim refellitur, ut apud Cardin. de Luca *de præmin. diſc.* 5. *num.* 14. & *cit. diſc.* 9. De Luca ad cit. Gratian. *num.* 6. & *ſeq.* nec reſpondet benè Gratianus citatæ deciſioni coram Seraphino, quòd ea procedat eò quia, etſi fuerit appoſita clauſula, *ſine alterius præjudicio*, fuerant tamen expreſſa in Bulla erectionis Jura, quæ volebat Papa ſpectare ad Eccleſiam noviter erectam in Collegiatam, & ſic dicta clauſula non potuerat præſervare Jura novæ Eccleſiæ conceſſa. Verùm hoc ex deciſione non elicitur; 23
imò expreſsè in ea firmatur, per erectionem Collegiatæ præjudicari Eccleſiæ Matrici ex natura actus præjudicialis, & ſic potiùs debet exprimi id, quod Papa vellet reſervare priori Eccleſiæ: aliàs concedendo ſtatum novum diverſi, ac majoris ordinis, cenſetur omnia conſecutiva conceſſiſſe, ut animadvertit Cardin. de Luca *diſc.* 9. *num.* 4. & *ſeq. de præeminent.* Sicuti ſi Papa concederet exemptionem Eccleſiæ, certè non teneretur accedere ad Matricem: ergo idem dicendum concedendo ei veſtem nuptialem majoritatis, per quam ab hujuſmodi ſubjectione exempta remanet.

Prout nequit fieri diſtinctio inter actus præeminentiales præcedendi, vel hujuſmodi, & alias præeminentias, ut diſtinxit Gratian. *cit. numer.* 15. 16. & 17. quia daretur difformitas non admittenda, ut aliquando major, aliquando minor dicatur eadem Eccleſia. Hinc ſi aliqua Eccleſia in Cathedralem eriga- 24
tur, ſtatim quoad omnia recipit præeminentiam Cathedralis ſupra reliquas Eccleſias, nec poſſet dici, ut teneretur ipſa, ab Eccleſia olim ſui Matrice, Chriſma recipere, ut benè arguit Rota *in cit. deciſ.* coram Seraph. *num.* 2. *verſ. prout*; idque ad evitandam indecentiam, ne Superior exerceat actus inferiores. Ingenuè tamen videtur fatendum, quòd licèt præſumptio ſit pro Collegiata noviter erecta, tamen ſi ex Bulla erectionis eliciatur, Summum Pontificem voluiſſe primæva jura Matrici reſervare, id debet attendi, quia ſicuti poteſt non dare talem qualitatem, ita etiam illam modificare; prout ſicuti Eccleſia Collegiata in dicto caſu non teneretur recipere Olea Sacra à Matrice; non tamen reſultat, ut teneatur Matrix recipere ab ipſa uti majore, ſed quod ambæ immediatè à Cathedrali id faciant, quia Collegiata liberatur à ſervitute, utpote incompatibili erga minorem; non tamen fit Matrix illius, nec poteſt acquirere præſtari ſibi ſubjectionem ab inferioribus, juxta *cap. dilectus il* 2. *de Capellis Monachorum*, niſi præſcribat, vel habeat ex privilegio, quia Cathedralis tantùm habet jus ſuperioritatis, & latè Rota *deciſ.* 552. *numer.* 12. & *ſeq. part.* 5. *tom.* 2. *rec.* & *deciſ.* 2182. coram Coccino, & pluries *in cit. deciſ.* 469. *numer.* 24. *part.* 19. *tom.* 2. *recent.*

Deveniendo ad Regulares, & Abbates quoad receptionem Oleorum, in triplici ſpecie eos conſidero, nempe an ſint ſimpliciter exempti, vel etiam cum qualitate Nullius impropria, vel demum cum qualitate Nullius propria, de quibus ſpeciebus latè egi *tom.* 2. *ad Conſtit.* 6. *Alexandri III. ſect.* 1. quæ diverſitas exemptionum arguitur ex eodem Sacro Concilio, in quo pluries fit mentio de loco Nullius intra Diœceſim, ut in *capit.* 10. *ſeſſ.* 23. *de reform.* ubi de loco nullius intra fines Diœceſis, & *capit.* 9. *ſeſſ.* 24.

Digitized by Google

ſeſſ. 24. *de reform.* ubi de loco nullius prorſus ſeparatò à quacumque Diœceſi.

25 Quoad primos ſimpliciter exemptos exemptione quadam paſſiva, & iſti, vel ſunt Parochi, & nulla cadit difficultas, ut teneantur ad formam aliorum Parochorum Sæcularium, quia uti tales ſubjiciuntur Epiſcopo, ex *S.C. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 11. *de regul.* Fagnan. *cap. nullus num.* 38. *de Parochis*, & latè Rota *in Firmana Juriſdictionis* 10. *Maji* 1700. §. 2. & 13. *Apri-*
26 *lis* 1701. §. 2. coram D. Molines. Vel non ſunt Parochi, & pro uſu eorum Monaſterii, & Eccleſiarum, debent recipere Olea Sacra etiam à proprio Diœceſano, cui ſubjecti ſunt quoad poteſtatem Ordinis, dummodo tamen Epiſcopus gratis, & ſine pravitate aliqua voluerit ea exhibere, ut eſt textus *in capit. veniens* 19. *de præſcriptionibus*, & conſonat *Can. omni tempore de conſecrat. diſt.* 4. & *Can. Presbyteri* 95. *diſt.* Calderin. *conſ.* 4. *de privil.* Paſſerin. *de ſtat. hom. tom.* 3. *quæſt.* 189. *artic.* 10. *inſpect.* 10. *num.* 910. & 911. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. cit. allegat.* 31. *num.* 19. Lezana *in Repertorio verb. Oleum Sanctum quoad regulares*, *Abbas* latè *in cit. cap. veniens num.* 5. Rebuff. *in prax. benef. part.* 1. *tit. de Cler. num.* 22. Fuſcus *de poteſt. Epiſc. cap.* 4. §. 3. *num.* 2. Ceſpedes *de exempt. regular. cap.* 7. *dub.* 152. *num.* 3. & 8. Novar. *in Lucerna regul. verb. Oleum Sanctum*, Barboſ. *ad Conc. Trid. cap.* 1. *ſeſſ.* 14. *de Extrem. Unct. num.* 9. Quod comprobatur ex Gloſſ. *in citat. can. Presbyteri* 95. *diſt. verb. Epiſcopis*, ubi quod peccent Abbates, qui volunt potiùs accipere ab aliis; cùm enim id dependeat à poteſtate Ordinis, prout ſunt conſecrationes, & benedictiones, omnes
27 Regulares eamdem recognoſcunt cum Sæcularibus Presbyteris, ad differentiam legis Diœceſanæ, à qua per exemptionem ſunt ſoluti, Gloſſ. *in cap. dilectus verſ. de lege juriſdictionis*, *de officio Ord.* quod ſecùs eſt in poteſtate Ordinis, & juriſdictionis Epiſcopalis, ut in *cap. conquerente*, & *capit. dilectus eodem titulo*, ubi Barboſa, & alii Repetentes, & docuerunt in noſtris terminis Abbas *cit. capit. veniens numer.* 5. Murga *ad Conſtit. Apoſt. Conſtit.* 2. *Alexandri IV.* §. 7. *pag.* 125. *num.* 394. Rota *deciſ.* 220. *num.* 2. *part.* 9. *rec.*
28 & in terminis Eccleſiarum Hieroſolymitanæ Religioni ſubjectarum, *deciſ.* 334. *num.* 10. *part.* 13. *recent.* & *deciſ.* 218. *numer.* 20. coram Royas, ubi quod exemptio non inducat privilegium recipiendi à quocunque, *deciſ.* 10. *num.* 25. coram Zarata *deciſ.* 434. *numer.* 13. coram Ludoviſio, & *deciſ.* 524. *num.* 11. *part.* 19. *tom.* 2. *recent.*

29 Si autem agatur de ſecunda ſpecie exemptionis, quæ eſt impropria nullius, & ex qua adeſt in Abbate juriſdictio Epiſcopalis, etſi locus dicatur extra Diœceſim, & tunc intrat eadem obligatio, quia verè conſideratur juriſdictio Epiſcopi. Vel demum ſunt in tertia qualitate nullius propria, & quia tales Abbates dicuntur Semiepiſcopi in proprio quidem territorio, à quacunque Diœceſi ſeparato, nedum formaliter, ſed materialiter, in qua habent juriſdictionem privativam, & plenam in ſpiritualibus, & temporalibus, ut iſtos Abbates exemptos exemplificavi in *cit. Conſtit.* 6. *Alex. III. ſect.* 1. & reaſſumpſit Rota *in Burgen. Juriſdictionis ſuper Commiſſione Curiæ* 11. *Junii anno* 1706. §. *quin obſiſteret*, cor. D. Anſaldo; iſti enim dicuntur verè Diœceſani, & ſic quo ad ea, quæ non poſſunt ex ſe conferre ob defectum poteſtatis Ordinis, valent adire quemlibet; eoque magis quia poſſunt in eorum parva Diœceſi concedere licentiam, ut Pontificalia exerceat quilibet Epiſcopus, aut Chriſma conficiat; quam licentiam nequeunt dare alii Abbates, & Regulares exempti ſecunda, & tertia ſpecie exemptionis, ut alibi dicam; quodque re-
30 ceptio poſſit fieri à quocunque quoad iſtam tertiam ſpeciem exemptorum, firmat etiam Rota in citatis deciſionibus, & præſertim in *cit. deciſ.* 10. *numer.* 25. cor. Zarata, quibus concluditur, non probari territorium ſeparatum, quotieſcunque fuit receptum Oleum Sanctum ab Epiſcopo Diœceſano; & ſic à contrario ſenſu firmant non debere recipere, habentem territorium ſeparatum; ſicuti ii, qui recipiunt à quocunque per privilegium, non exinde argui poteſt exemptio plena, & activa, juxta tertiam ſpeciem nullius, ut ultra adductos, docuit Rota *in Gerunden. Juriſdictionis*, *ac Firmana Juriſdictionis*, quas deciſiones recenſui *cit. tom.* 2. *Conſtit.* 6. *Alexandri III. ſect.* 1. *num.* 52. *pag.* 139. ubi etiam id firmavi. Non enim verifica- 31
tur, quod ſit propriè quis in ſtatu nullius, ex eo quod recipiat Olea à quocunque, quia id poteſt evenire ex privilegio; imò ut obſervant citatæ deciſiones, & Ego citato loco, potiùs hujuſmodi privilegia excludunt exemptionem activam, & diviſionem Territorii, cùm privatio ſupponat habitum; licèt alioqui benè concludatur, quod ſi ſit verè in ſtatu nullius, poſſit à quocunque recipere, imò in ipſo territorio conſecrare facere Olea Sancta per alium, quia acquiſita illa qualitate, cenſetur habere omnia alia, quæ exinde conſequuntur, ut dixi in *citat. Conſtit.* 6. *Alexandri III. ſect.* 1. *num.* 66. *pag.* 143.

Quod autem Regulares exempti non ſint ab Epiſ- 32
copo in ſuſcipiendis Sacris Oleis, hoc regulare eſt, & intelligendum, dummodo quoad hoc non habeant ſpeciale privilegium à Papa, cujus ſolùm eſt illud concedere in præjudicium Diœceſanorum, nec concedi poteſt à Legato à latere, aut ab Epiſcopis, præſertim ut ſuffragetur contra Succeſſores, ut dixi de exemptione *tom.* 1. *Conſt.* 1. *Paſchalis II. ſect.* 1. *num.* 15. & *ſeq. pag.* 356. tunc enim non tenerentur accedere ad proprium Diœceſanum, ut notat Gloſſ. *in citat. Canon. Presbyteri diſt.* 95. ibi: *Peccant Abbates, qui volunt potiùs hoc accipere ab aliis, quàm à ſuis, niſi fortè privilegiati ſint, ut poſſint petere à quibuſcunque velint.*
Sed hujuſmodi privilegium Regulares non habent ab- 33
ſolutè; atque privilegium circa hoc in præſenti Conſtitutione conceſſum Monachis Sylveſtrinis, non fuit indefinitum, ut poſſint à quolibet Epiſcopo Sacra Olea recipere, ſed fuit injunctum, ut recipiant ab Epiſcopo Diœceſano, ſi fuerit Catholicus, & gratiam, ac communionem S. Romanæ Sedis habuerit, 34
& ea voluerit ſine pravitate aliqua exhibere; & ſic à contrario ſenſu videtur conceſſum privilegium adeundi alium Epiſcopum non Diœceſanum, ſi proprius non habuerit dictas qualitates; & conſimile privilegium obtinuerunt alii Regulares, ut Dominicani in 35
Conſtitut. 2. *Honorii III.* incip. *Religioſi* §. *Chriſma*, ac ferè cæteri, vel per communicationem, vel ex ſe, ſed cum reſtrictiva, ut liceat recipere à quocunque, Diœceſano impedito, vel renuente, & tamen hujuſmodi privilegia dictis formulis concepta, videntur à Jure communi quibuslibet Regularibus conceſſa, in *capit. Veniens de præſcriptionibus*, quæ eſt Decretalis Innocentii III. longè ante hæc tempora edita, ut etiam dicit ibi Gloſſ. *verb. Paſchalis*. Sed verè *cit. Text.* ſe fundat in privilegio Paſchalis, & Alexandri Prædeceſſorum, ut dicitur in *cit. capit. veniens*, ibi: *Sicut in Privilegio Paſchalis, & Alexandri Papæ Prædeceſſorum noſtrorum perſpeximus contineri*. Nec ratio Gloſſæ obſtat, quod propter malitiam, ſive deſidiam Judicis delegati à Sede Apoſtolica, devolvatur poteſtas ad eum, qui Judex non eſt, *capit. ſignificavit de Offic. Judic. Ordinarii*, quia Textus loquitur ad favorem ejus, qui habet ordinariam poteſtatem in concurſu Judicis delegati, ſecùs autem ad alium nullam juriſdictionem habentem, ſed tunc debet fieri recurſus ad Superiorem, ut notat Gloſſ. *in cap. ex tranſmiſſa verb. diſtulerit de foro compet.*

Hoc certum eſt, quod Regulares ſaltem per com- 36
municationem dictum privilegium habent, cùm ſit quoque rationabile in caſu, quo adſit renitentia, vel pravitas proprii Diœceſani, ut de ſimili privilegio cum dictis qualitatibus quoad receptionem Ordinum, dixi *tom.* 1. *Conſtitut. unic. Urbani II. ſect.* 1. & in caſu Epiſcopi Simoniaci latè dixi in *Conſtit. unica Alexandri II. ſect.* 3. *tom.* 1.

Clauſulæ autem in his privilegiis contentæ, ut 37
Epiſcopus ſit Catholicus, & in communione S. Sedis Apoſtolicæ, explicantur à Gloſſa *in citat. cap. veniens*,

Digitized by Google

& Abb. *ibid. nu.* 6. Murga *cit. loco nu.* 394. *& ſequen.*
& dixi *to.* 1. *Conſt. un.* Urbani II. *ſect.* 2. *num.* 58. Ea-
que ſunt intelligenda, ut ſcilicet non ſit hæreticus,
non excommunicatus, ſuſpenſus, aut interdictus, nec
ſchiſmaticus, quod important verba: *Catholicus fue-
rit, & gratiam, & communionem S. R. Sedis habuerit,*
ita Peyrin. *de Privil. Minim. to.* 1. *ad Conſtit.* Julii II.
§. 7. *nu.* 24. Lezana *in ſumm. qu. regul. to.* 2. *part.* 3.
verb. clauſula nu. 32. *& to.* 3. *ad mare magnum Mi-
nimorum*, §. 6. *nu.* 23. & quòd Schiſmaticus non di-
catur habere communionem Eccleſiæ certum eſt, &
in his terminis docuerunt citati DD. & Gloſ. *in cap.
quoad Sedem verb. gratiam de Offic. Judic. Ordinarii*,
ea ratione, quia non eſt in communione Eccleſiæ,
imò ſemper ſupponi poteſt hæreticus, ex D. Hieronymo
in can. hæreſim 24. *qu.* 3. Murga *to.* 2. *diſquiſ. moral.
diſquiſ.* 1. *dub.* 7. *nu.* 1. Et demùm, ut ſine pravitate
aliqua ab Epiſcopo exhibeantur, ſcilicet gratis, eſt
etiam juri conſonum, ut apud citatos, & in *cit. c. ve-
niens*; nam in diſtribuendis Sacris Oleis, nec quidem
38 à ſponte dantibus aliquid recipere fas eſt, contrariæ-
que conſuetudines ſunt abolendæ, *cap. ea quæ de Simo-
nia, can. placuit.* 1. *qu.* 1. Fuſc. *de viſit. lib.* 1. *cap.* 6.
nu. 13. Ugolin. *de poteſt. Epiſc. cap.* 4. §. 3. *nu.* 2. Barboſ.
eod. tract. cit. alleg. 31. *nu.* 21. Paſſerin. *cit. nu.* 911. Et
licèt in Taxa Innocentiana nil dicatur de hoc, quia
in §. 6. tantùm prohibet aliquam exactionem in admi-
niſtratione Sacramentorum, quamvis loquatur de vaſe
ſacro, ac Tobalcis, id tamen procedit quoad Parochos
adminiſtrantes Extremam Unctionem, vel Baptiſ-
mum, non autem quoad diſtributionem Oleorum.
Verùm Sacr. Congr. Concilii in *Amalphitana* 18. *Ju-
lii* 1699. confirmata 6. *Februarii* 1700. ad dubium
XII. *An Archiepiſcopus demandare teneatur, quod
Oleum Sanctum ab Eccleſia Cathedrali gratis Eccleſiæ
Parochiali tradatur*? reſpondit *Affirmativè*, & Sacr.
Cong. Epiſc. *in Acheruntina, ſeu Matheranen.* 18.
Martii 1706. Ad II. Ponente Em. Colloredo idem
pariter reſpondit; & verè cùm ejuſmodi ſint Sacramen-
talia, gratis debent diſtribui, ut ad rem firmat D. Ur-
ſaja *Inſtit. crimin. lib.* 1. *tit.* 9. *de crim. ſimoniæ
num.* 18.

Imò in terminis Regularium, ut correſpectivè ad
39 obligationem eorum accedendi ad Epiſcopum pro
Sacris Oleis, teneatur iſte ea præſtare omninò, &
gratis, adeſt *Conſt.* 57. Clemen. VIII. incip. *Exponi
to.* 3. *Bullar.* & notat poſt alios Paſſerin. *cit. loco*, Bar-
boſ. *in collect. verb. Oleum Sacrum nu.* 1. *& ſeq.* Nicol.
Inſt. Canon. l. 1. *til.* 15. *n.* 4. Lezana *ver. Oleum Sanctum
nu.* 4. Pax Jordan. *cit. tit.* 5. *nu.* 6. non enim deberent
Regulares cum gravi incommodo, excluſi à Diœce-
ſano Epiſcopo, alium adire, & ſic cautè in *citat.
Conſtit.* 57. fuit Epiſcopis injunctum, ut Regularibus
Olea Sacra exhiberent.

Sed occurrit difficultas, quare exiſtente Epiſcopo
hæretico, vel aliàs extra gremium Eccleſiæ, ut ſupra,
poſſint iſti privilegiati alium adire, cùm etiamſi Sa-
40 cra Olea ab illo conficiantur, valida eſſent, ut in
terminis docuit Murga *ad Conſtit.* 6. Alexandri IV.
nu. 397. ubi adducta opinione contraria, validitatem
tuetur, dummodo utatur forma, & materia ab Ec-
cleſia Catholica præſcripta, ut circa validitatem Or-
dinum ab hujuſmodi Epiſcopis hæreticis, excommu-
nicatis, & interdictis, etiam iiſdem rationibus fir-
mat, quibus Ego talem validitatem firmavi *tom.* 1.
Conſt. un. Alexandri II. *ſect.* 3. *& Conſt. nu.* Urbani
II. *ſect.* 2. *nu.* 90. *& ſeq.*

Ex quo etiam oritur, quòd ordinati ab Epiſcopo
41 excommunicato, etſi publicè denunciato, validè Or-
dinem ſuſcipiant, quamvis ab Ordinis exercitio ſu-
ſpendantur; imò poſt *Extravag. Ad evitanda*, nec
ab exercitio ſuſpenduntur, ſi Ordinans erat tolera-
tus. Quæ ſententia licèt de jure ſubſiſtat, prout ibi
firmavi, & ultra ibi adductos, ac Murgam *loc. citat.
num.* 403. dixit Card. Albitius *de inconſtant. in fide
cap.* 18. *num.* 52. *&* 53. tamen Suprema Inquiſitio
cenſuit indiſtinctè, ordinatos ab Epiſcopo ſchiſma-
tico, ſeu hæretico, non poſſe in Ordine miniſtrare,
niſi obtenta diſpenſatione Apoſtolica; & maxima ra-
tione, quia ſatis eſſet ſcandaloſum, & ita confovere-
tur protervia hujuſmodi Epiſcoporum Acatholico-
rum, vel Schiſmaticorum, ſi ordinati ab iis exerce-
rent Ordinem abſque Eccleſiæ Catholicæ permiſſione.

At ſi Epiſcopus Diœceſanus obierit, & Sedes va-
cet, tunc poſſunt Regulares recurrere ad alium, prout 42
ſi abſit Diœceſanus, vel hic non conficiat Olea,
Paſſerin. *cit. nu.* 912. ita ſimiliter quoad Ordines fuit
jam præſcriptum pro Regularibus in Decreto Clemen-
tis VIII. de quo dixi *to.* 1. *Conſt. un.* Urbani II. *ſect.* 2.
cùm quoad materiam Oleorum, & Ordinum, pari
paſſu procedatur ob identitatem rationis, cùm pa-
riter dependeant à poteſtate Ordinis, in qua Regula-
res non fruuntur exemptione.

Regulares verò aliqui prætendunt habere privile-
gium non modificatum, ut ſuprà retuli, ſed illimi-
tatum, ut poſſint à quocumque Epiſcopo Catholi-
co Olea recipere, ut dixerunt Paſſerin. *cit. num.* 913.
Lezana *v. Oleum Sanctum quoad Regulares*, & alii
apud ipſos, itaut licèt unum tantùm privilegium ad- 43
ducant dicti amplioris tenoris conceſſum PP. Cruci-
feris ab Urbano III. in *Conſtit. un.* incip. *Cum ante-
ceſſor*, quam commentavi ſupra *tom.* 2. & innuit di-
ctum privilegium Barb. *citat. verb. Oleum Sanctum
num.* 1. *& ad Conc. Trident. cit. ſeſſ.* 14. *de Sacram.
Extremæ Unct.* tamen per communicationem omni-
bus ſuffragari cenſent; his addi poſſet, quòd tale pri-
vilegium non ſoli PP. Cruciferi obtinuerunt: quod
Regulares tamquam ſingulare adducunt, dum illud
etiam conceſſum invenio PP. Vallis Umbroſæ ab Ur-
bano II. *Conſtit.* 1. incip. *Cum univerſis*, ibi: *Chriſ-
ma, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium, ſive
Baſilicarum, Ordinationem Clericorum, liceat vo-
bis à quocumque volueritis Catholico Epiſcopo, Ro-
manæ Eccleſiæ gratiam, & communionem obtinente
percipere, qui noſtra fultus authoritate, quæ po-
ſtulantur indulgeat*, quam Conſtitutionem retuli
tom. 1.

Sed verè cùm aliis Regularibus tale indefinitum
privilegium non viderim conceſſum, neque militi- 44
bus Hieroſolymitanis, & PP. Societatis Jeſu, dico
quòd in præſenti non videtur permiſſum ex præten-
ſa communicatione privilegii Cruciferorum; tametſi
poſt Concilium, quodcumque ſit tale privilegium, mo-
dificatum cenſeri debet, tum quia non videtur con-
ceſſum aliis poſt dictum Concilium; imò in ſimi-
li conſecrationis Eccleſiarum, aliorumque ad Ordi-
nis poteſtatem pertinentium, ad favorem Societatis
Jeſu in privilegiis à Summis Pontificibus largè con-
ceſſis, permittitur tantùm adire quemlibet Epiſcopum
in caſu, quo proprius Diœceſanus ultra quatuor men-
ſes id facere diſtulerit, ut in *Conſt.* 48. Pauli III. incip.
Licèt §. 25. Si enim Concilium in ſpectantibus ad
poteſtatem Ordinis voluit reintegrare Ordinarios,
prout eſt in promotione ad Ordines, circa quam
Clemens VIII. in citato ejus Decreto, Regulares Or-
dinariis ſubjecit, dummodo Epiſcopus eis Ordines
impartiri velit, ut dixi *to.* 1. *cit. Conſt. un.* Urban. II.
ſect. 2. iiſdem regulis debet procedi in aliis à poteſta-
te Ordinis dependentibus.

His accedit, quòd hujuſmodi actus receptionis, &
dationis ſunt correſpectivi; ideo non videtur con-
gruum, ut Epiſcopi teneantur ea præſtare Regulari-
bus, ut dixi ſuprà *nu.* 39. & ipſi poſſint Epiſcopum
eludere alium adeundo, ut agnovit ipſemet Paſſeri-
nus *cit. num.* 911. *verſ. Et quia correlativi*; ultra
quod privilegiorum communicatio non intrat, ubi
agitur de privilegio ſpeciali, quod cum magna diffi- 45
cultate conceditur, Rota *dec.* 40. *nu.* 2. *part.* 4. *to.* 1.
deciſ. 17. *nu.* 8. *par.* 15. *recent. & deciſ.* 1090. *nu.* 12.
coram Pœnia, *& dec.* 201. *nu.* 14. *&* 15. *par.* 19. *rec.*
præſertim quia intelligi debet de iis, quæ ſunt in
uſu, & ideo in confirmatione privilegiorum ſolet ap-
poni clauſula, *dummodo ſint in uſu*, ut in pluri-
bus Bullis obſervavi, cùm per non uſum, privile-
gium

Digitized by Google

gium amitti valeat, etſi non contineat decretum irritans, ſi non ſit in lege generali, ſed in privilegio certis perſonis conceſſo, Gonzalez *ad Reg. Cancell. gloſſ.* 67. *num.* 52. Gratian. *diſcept.* 516. *numer.* 8. Rota *deciſ.* 229. *num.* 2. coram f. m. Alexandro VIII. & in terminis privilegii Regularium, Rota *deciſ.* 1206. *num.* 7. coram Emerix. jun. *& in Gerunden. Juris cognoſcendi cauſas criminales* 20. *Junii* 1692. *&* 17. *Martii ejuſdem anni* coram D. Molines, & in *Bononien. Exemptionis die* 14. *Junii* 1706. §. *non obſtante* , *coram eodem* .

46 Porrò licèt in dictis privilegiis, etiam modificatis in citatis Juribus , procedatur quoad receptionem Chriſmatis; tamen quatenus Regularium Eccleſiæ , vel aliàs exemptæ, ſint Parochiales, tunc debent eis dari Olea omnia , quæ dantur Parochis ſæcularibus , quia omnia ſunt neceſſaria; Oleum nempè Chriſmatis, & Cathecumenorum pro Baptiſmate, & Oleum
47 Infirmorum pro Extrema Unctione ; Regularibus verò non Parochis debet dari tantùm Oleum Infirmorum, ut dicunt Paſſerin. *cit. num.* 911. Lezana *cit. verb. Oleum Sanctum*, Novar. *in Lucerna Regularium verb. Oleum Sanctum*, ubi ex declaratione S. C. Epiſcoporum anno 1589. 13. Junii, quòd permitti debeat per Epiſcopos, ut Regulares retineant Oleum Infirmorum pro eorum uſu; cùm enim eorum Superiores ſint veluti Parochi reſpectu Religioſorum , ideo ut poſſint adminiſtrare iis Extremam Unctionem , ſolum Oleum Infirmorum eſt neceſſarium ; quòdque Oleum debet iis diſtribui in quantitate opportuna , ut ſufficiat pro toto anno , quamvis poſſit miſceri , dummodo major pars ſit Oleum benedictum , ut
48 proſequitur *cit.* Paſſerin. *numer.* 913. ubi non licere Regularibus uti veteri Oleo poſt annum, niſi ex privilegio , quod concedi ſolet Miſſionariis , ut apud Rodriqu. *part.* 1. *quæſt.* 31. *art.* 5. ubi uſque ad quartum annum , & quoad Carmelitas Diſcalceatos in partibus Infidelium refert Verricell. *de Apoſtol. Miſſ. tit.* 4. tamen hujuſmodi privilegia debent exhiberi ; nam aliàs ut ſupra dixi *numer.* 7. Papa denegavit ſimile privilegium in Indiis , & ſic recepto novo , Oleum vetus comburitur, quia ſolùm in neceſſitate, ut dixi, licet vetere uti, & ſine neceſſitate peccatum committeretur, Ventrigl. *in praxi tom.* 2. *adnotat.* 21. §. *unic.* & dixi ſupra, dictumque Oleum, prout alia, debet ſervari non in Tabernaculo Euchariſtiæ, ſed propè Altare in Theca, & Vaſa eſſe debent ex argento , vel ſaltem , ſi concurrat paupertas , ex ſtamno, appoſita inſcriptione, ubi ſunt plura, ne incurratur æquivocum , & in Viſitatione per Epiſcopum, vel Superiorem Regularem in Eccleſiis Regularium benè obſervari debent, Fuſc. *de Viſitat. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 14. Ventrigl. *in praxi tom.* 2. *annot.* 21. §. *unic. num.* 22.

49 Ii autem, qui ab Epiſcopo Diœceſano Sacra Olea accipere tenentur , peccant mortaliter , ſi ab alio Epiſcopo ea accipiant, ſive ſæculares ſint, ſive Regulares , ut ait Gloſſ. *in cit. can. Presbyteri* 95. *diſt.* cùm Decreta Apoſtolica obligent etiam in foro conſcientiæ, Fagnan. *in cap. ſi quis num.* 38. *&* 39. *de Regular.* Imò ab Epiſcopo pœnis arbitrariis puniri poſſunt , ut reſolvit Sacra Congregatio Concilii in *Civitatis Caſtellanæ*, quam adduxi ſupra *num.* 16. quod tamen procedit quoad Clericos ſæculares, nam Regulares contrafacientes à propriis Judicibus puniendi ſunt, ut in ſimili quoad ſuſceptionem Ordinum , dixi *tom.* 1. *ad Conſtitut. unic. Urbani II. ſect.* 2. *numer.* 79.

CONSTITUTIO VI.

INNOCENTII IV.

incipiens *Quæ honorem*.

EPITOME BULLÆ.

INNOCENTIUS PRIORI, ET FRATRIBUS Eremitis Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo.

Regulam Fratrum Eremitarum Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo , jampridem ab Honorio III. confirmatam , Pontifex in præſenti approbat , juxta declarationem , & mitigationem de ejus mandato ab Hugone Cardinali, & Vuillelmo Epiſcopo Anteradenſi factam.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De origine , & progreſſu Ordinis Carmelitarum. Remiſſivè.*
2 *Regula Carmelitarum pluries mitigata fuit.*
3 *Carmelitæ antiquitùs erant Eremitæ potiùs quàm Cœnobitæ.*
4 *Regulam in hac Conſtitutione mitigatam ſervant tantùm Carmelitæ Diſcalceati.*
5 *Carmelitæ cur in hac Conſtitutione appellentur Fratres de Monte Carmelo.*
6 *De Carmelitarum origine diſſerere omnino vetitum eſt.*

Quæ ad originem & incrementum Ordinis Fratrum Eremitarum de Monte Carmelo attinent, 1
ſufficienter attigimus *tom.* 2. *ad Conſtit.* 8. *Honor. III.*, ubi Regula ab Alberto Patriarcha Hieroſolymitano eis tradita confirmatur. Porrò ejuſmodi Regula pluries reformata, ac mitigata fuit : primò quidem in hac Conſtitutione Innocentii edita Kal. Septembris anno 1248. quam mitigationem idem Pontifex faciendam commiſerat Hugoni à S. Caro Tituli S. Sabinæ Presbytero Cardinali , ac Vuillelmo Epiſcopo 2
Anteradenſi, cui poſtmodum acceſſit ejuſdem Pontificis confirmatio. Succeſſivè Eugenius IV. *Conſtit.* 3. incip. *Romani*, eandem Regulam mitigavit , præſertim quoad abſtinentiam à carnibus , & jejunia, moderavitque obligationem manendi in Cellis die , ac nocte in oratione , & meditatione divinæ legis . Similiter Sixtus IV. *Conſtitut.* 11. incip. *Dum attenta*, nonnulla ipſiuſmet Regulæ capita declaravit. Hujuſ- 3
modi enim Religioſi antiquitùs , & juxta primævam Regulam ipſis ab Alberto traditam , verè erant Eremitæ; dum autem ob Saracenorum incurſus ex Aſia in Europam migrarunt , vita Eremitica eis relaxata fuit , ut ita non ſolùm ſibi, ſed etiam Populo in rebus ſpiritualibus eſſent utilitati. Unde & inter Ordines Religioſos numerari , ac tanquam Cœnobitæ vivere cœperunt, favente præſertim Innocentio IV. qui primus eorum Regulam mitigavit . Non tamen om- 4
nes Carmelitæ ſervant Regulam juxta mitigationem factam à præfatis Pontificibus . Siquidem mitigatio Regulæ facta in hac Conſtitutione, ſervatur ſolummodo à Carmelitis Diſcalceatis; alii verò Carmelitæ, qui Mitigati appellantur, ſervant Regulam juxta mitigationem factam in citatis Conſtitutionibus Eugenii IV. & Sixti IV.

Porrò notabilis eſt diverſitas inter *cit. Conſtitut.* 8. 5
Honor. III. & hanc Conſtitutionem Innocentii ; dum in illa Carmelitæ appellantur Fratres Eremitæ de Monte Carmelo ; in hac verò dicuntur Fratres Eremitæ Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo ; de qua

Digitized by Google

de qua re videndus P. Ferdinand. à S. Maria *in tract. de priv. Congregat. Carmelit. Diſcalceat. in præfat.* Certè diverſitas hæc paſſim adducitur ad probandum, Carmelitas non appellari Fratres B. Mariæ de Monte Carmelo, ex eo quòd uſque à temporibus Apoſtolorum incolatum habuerint circa primam Eccleſiam B. Mariæ Virginis in Carmelo ædificatam; dum ab Honorio III. ſimpliciter appellantur Fratres de Monte Carmelo; fuiſſe autem poſtremò his temporibus Innocentii Fratres B. Mariæ de Monte Carmelo appellatos, Authore B. Simone Stok, eo quòd tunc ſpecialiter B. Virginis patrocinium fuerint experti, ut refert Natal. Alexand. *in Hiſtor. Eccleſ. Sæcul.* 13. *cap.* 7. *art.* 5. *numer.* 7. *tom.* 7. *ſecund. impreſſ.* quamvis aliæ hujus denominationis non ſanè improbabiles rationes adducantur, quas videre eſt apud P. Daniel. à Virgine Maria *in Specul. Carmelit. part.* 2. *lib.* 4. *art.* 2.
6 Cæterùm expendere, an quæ à Carmelitis de eorum origine, & de prima Eccleſia B. Virginis in Monte Carmelo aſſeruntur, vera ſint, majus otium exigunt; imò in iis ſapientiſſimè ſilentium indixit f. m. Innocentius XII. in *Conſtitut.* incip. *Redemptoris*, ut dixi *cit. Conſtit.* 8. *Honor. III. num.* 5.

CONSTITUTIO VII.

INNOCENTII IV.

incipiens *Cum tanquam*,

EPITOME BULLÆ.

INNOCENTIUS FRATRIBUS ORDINIS Minorum.

ECcleſias Fratrum Ordinis Minorum, ubi Conventus exiſtunt, Conventuales vocari decernit, ac Cœmeteria in eis permittit ad opus Fratrum, & eorum familiæ.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De propagatione Ordinis D. Franciſci. Remiſſivè.*
2 *Eccleſias Minorum, Conventuales dici, ac in eis Cœmeteria pro Fratrum uſu haberi poſſe concedit Pontifex in præſenti.*
3 *Minores in eorum exordio erant Anachoretæ potius, quàm Conventuales.*
4 *Diverſitas inter Minores Conventuales, & Obſervantes, quando incœperit.*
5 *Minores Obſervantes, & cæteri Regulares ſunt etiam Conventuales.*
6 *Conventualium nomen per antonomaſiam remanſit Minoribus, qui mitigationem Regulæ retinuerunt.*
7 *Proponuntur tractanda in hoc Commentario.*

1 QUaliter inſignis hæc Fratrum Minorum Religio ex humilibus excitata natalibus, per totum fermè Chriſtianum Orbem in pluribus Ordinibus propagata fuerit, ſufficienter retuli *tom.* 2. *Conſtit. unic. Honorii III.* Nunc autem denuò de ea loqui occurrit, occaſione qua Innocentius IV. conſiderans fructus, quos hujus Religionis Sodales parere non ceſſabant in utilitatem Eccleſiæ Univerſalis, favoribus, ut par erat, eos proſequi curavit, ipſorum habitacula inter alias honorabiles Congregationes recenſendo. Hinc
2 Eccleſias eorum, ubi Conventus aderant, Conventuales nuncupari decernit, Cœmeteriaque in iis permittit pro Fratrum, eorumdemque familiæ uſu, ut ex hac Bulla edita Lugduni anno 1250. elicitur. Juxta enim ſeriem propagationis hujus Ordinis, quam innui in *cit. Conſtitut. unic. tom.* 2. alii ex eis dicuntur Conventuales, alii Obſervantes: ſcire tamen oportet, quòd tempore hujus Bullæ talis diviſio non aderat,
ſed potiùs fervore illius primævi Inſtituti in Speluncis, & Capannis more quodam Anachoretico, & 3
non Collegiali, Sodales omnes vivebant, itaut primum Capitulum celebratum ejuſdem Ordinis, dictum fuerit *delle Stuore*, quia iis uſi fuerunt loco parietum ad dividendas Cellas. Sed dum cœperunt ad majorem Populorum commoditatem, manſiones, ſeu Conventus conſtruere, quò in eorum Eccleſiis Chriſti fidelibus prodeſſent, ideo ut honorabiliores ad inſtar aliarum Eccleſiarum Regularium redderentur, eaſdem Eccleſias, Conventuales appellari Papa indulſit, ut dixit Cardin. de Luca *de Regul. diſc.* 5. *numer.* 13. Sequuta poſtea conceſſione Indultorum per Summos Pontifices pro hujuſmodi Religioſis in poſ-
ſidendis bonis, horum aliqui iis uti noluerunt fun- 4
damentalis Regulæ obſervantiæ zelotypi, ex quo evenit Ordinis præfata diviſio in Conventuales ſcilicet, qui in primævo Sacro Conventu Aſſiſii remanſerunt; & in Obſervantes, qui puram Regulam ſervabant abſque Indultis; quibus conceſſa fuit alia Eccleſia D.
Mariæ Angelorum; proindeque nomen Conventua- 5
lium remanſit primis, non quia etiam Eccleſiæ Obſervantium, aut quorumcunque Regularium, Conventuales non dicantur, quoniam tales ſunt, quotieſcunque Collegium habent, ut infra dicam; ſed quia in tali ſeparatione dictum nomen per quamdam an-
tonomaſiam retinuerunt, quodque & vulgò, & per 6
Sedem Apoſtolicam uſurpatum quoad eos fuit, ut notant Cardinal. de Laurea *in Epit. Can. verb. Fratres Minores Conventuales in principio*, Card. de Luca *cit. diſc.* 5. *num.* 13. *& diſcurſ.* 11. *de præmin.* Rodolphin. *libr.* 2. *hiſtor.* Seraph. *fol.* 157. Barboſ. *in ſumm. verb. Fratres Minores num.* 4. Cherub. filius *ad hanc Bullam ſchol.* 1.
Hinc in præſenti Commentario aliqua de qualitati- 7
bus Eccleſiæ Conventualis, ſeu Collegiatæ dicam. De altero enim privilegio hìc conceſſo, habendi ſcilicet Cœmeteria pro eorum uſu, & de Sepulturis in Eccleſiis Regularium, dixi latè *tom.* 2. *ad Conſtit.* 3. *Cœleſtini III. ſect.* 1.

SECTIO I.

De Eccleſiis Collegiatis, & Conventualibus, ac de Electione Prælatorum earundem.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia materialiter ſumpta multiplex eſt.*
2 *Eccleſia Cathedralis eſt Collegiata.*
3 *Collegiata alia ſæcularis, regularis alia.*
Eccleſia Collegiata, & Conventualis idem ſignificant. Ibidem.
4 *Collegia Canonicorum Sæcularium olim dicebantur Monaſteria.*
5 *Collegiatæ nomen hodie competit ſæculari, & Conventualis Regulari Eccleſiæ.*
6 *Prælatus Eccleſiæ Collegiatæ, ſeu Conventualis eligendus eſt à Collegio.*
7 *Patronus Eccleſiæ Collegiatæ Prælatum eligere non poteſt, licèt poſſit adhærere electioni factæ à Collegio.*
8 *Jus Collegii in eligendo Prælato ferè evanuit ob reſervationes Apoſtolicas.*
9 *Idem jus in Italia abolitum eſt, & quid in Germania, & Gallia.*
10 *Jus Collegii in eligendo Prælatum procedit quoad Prælaturas Eccleſiaſticas, non autem temporales, ſeu obedientiarias.*
11 *Patronus Eccleſiæ Collegiatæ licèt non obtineat jus præſentandi Prælatum, acquirit tamen alia Patronis debita.*

12 *Acqui-*

Digitized by Google

12 *Acquirit etiam jus præſentandi ad alia beneficia ejuſdem Eccleſiæ.*

13 *Similiter eſt capax Juriſpatronatus quoad Eccleſias Collegiatæ ſubjectas.*

14 *Jus præſentandi ut acquiratur in Eccleſiis Collegiatis, quæ requirantur.*

15 *Ex fundatione ſimplicis Eccleſiæ, juſpatronatus cenſetur reſervatum ipſo jure.*

16 *In Eccleſiis autem Collegiatis requiritur expreſſa reſervatio.*

17 *An ad hoc ſufficiat conſenſus Epiſcopi, ſive potius requiratur conſenſus Papæ?*

Adducuntur rationes aſſerentium ſufficere conſenſum Epiſcopi. Ibidem.

18 *Verius eſt requiri conſenſum Papæ.*

19 *Patronus in Collegiatis eſt incapax juris tum eligendi, tum præſentandi.*

20 *Dari poteſt Collegiata ſine Prælato, vel cum Prælato, qui fiat per præſentationem, aut non per electionem.*

21 *Patronus in limine fundationis non poteſt apponere pacta contra ſubſtantiam actus, quem facit.*

22 *Contradictio in unico actu permittenda non eſt.*

23 *Patronus in fundatione Collegiatæ poteſt acquirere cum conſenſu Ordinarii omnia pertinentia ad juſpatronatus, præter jus præſentandi Prælatum.*

24 *Jus præſentandi Prælatum faciliùs conceditur in Collegiatis, quàm in Conventualibus.*

25 *Incapacitas Juriſpatronatus in Collegiatis procedit etiam ſi ſint tales habitu tantùm.*

26 *Pro acquirendo jurepatronatus in Collegiata, ultra privilegium Papæ requiritur dotatio, & conſtructio.*

27 *Sufficit privilegium Papæ conceſſum tempore dotationis, licèt non ſit in limine fundationis.*

28 *Id privilegium præſumitur per immemorabilem, aut centenariam, vel etiam per quadragenariam cum fama tituli.*

29 *Si Patronus ſit perſona potens, & conſtet de fundatione, vel dotatione, non requiritur rigoroſa probatio Concilii.*

30 *Eccleſia patronata ſi erigatur in Collegiatam, vel ex beneficio patronato erigatur Prælatura, an Patronus retineat jus præſentandi ad eam?*

31 *Mutato ſtatu Eccleſiæ non amittitur privilegium, nec Penſio, quam quis habet in ea.*

Papa non ſolet derogare juri Tertii. Ibid.

32 *Eccleſia ſi erigatur in Collegiatam ſine conſenſu Patroni, hic retinet tantum jura compatibilia cum ſtatu Collegialitatis.*

Et poteſt præſentare ad præbendas erectas ex bonis juriſpatronatus. Ibidem.

33 *Poteſt etiam præſentare primam Dignitatem, ſi non ſit Prælatitia.*

34 *Non autem ei remanet jus præſentandi Prælatum, utpote incompatibile cum Collegialitate.*

35 *Regula* de jure quæſito non tollendo *locum non habet in gratia de ſui natura præjudiciali.*

36 *Clauſula* ſine præjudicio *intelligitur præter ea, quæ importat natura actus.*

37 *Si Papa ignoret Eccleſiam eſſe Patronatam, erectio in Collegiatam corruit.*

38 *Papa non ſolet præjudicare erigendo Collegiatam ex Eccleſiis patronatis, licèt alioqui poſſit, niſi jus ſit incertum, & eventuale.*

Adducuntur ad hoc plura exempla. Ibid.

39 *Erectioni in Collegiatam obſtat, ſi Patronus habeat jus præſentandi ad præbendam, ex qua erigitur prima dignitas.*

40 *Poſſet tamen ex æquitate permitti erectio, compenſando jus Patroni, cum conceſſione juris præſentandi ad alia beneficia.*

1 ECcleſia non quidem ſumpta pro Eccleſia Univerſali, ſeu cœtu Catholicorum; ſed pro materiali loco, in quo Divina peraguntur, ac Sacramenta adminiſtrantur, plures ſpecies continet; aliæ enim dicuntur Patriarchales, ſeu Primatiales, aliæ Metropolitanæ, aliæ ſimplices Cathedrales, aliæ Matrices, Collegiales aliæ, & demum Parochiales, ſeu ſimplices, pro varietate Dignitatis Pontificalis, Collegii, vel miniſterii, quod in iis conſideratur, ut apud Card. de Luca *in ſumm. de præmin. §. 1. per tot. & Miſcell. Eccleſ. diſc. 1. num. 26. & ſeq.* ubi plura de diverſitate Eccleſiarum adducit. Hinc relicta pro opportuniori loco tractatione de aliis Eccleſiis, hic aliqua dicam de Eccleſia Collegiata, ſeu Conventuali.

Collegiatæ autem nomine venit Eccleſia Colle- 2
gium habens, ex quo eſt, ut etiam Cathedralis ſit Collegiata, quamvis tale nomen vulgò non retineat, ut notant Lotter. *de re benef. lib. 1. quæſt. 14. num. 42.* Frances *de Eccl. Cathedr. cap. 14. num. 92.*

Eccleſia Collegiata ſubdividitur in Eccleſiam Col- 3
legiatam Regularem, ubi ſcilicet Regulares adſunt, & Sæcularem, ubi Sæculares, Card. de Luca *cit. diſc. 1. Miſcell. Eccleſ. num. 30.* imò Eccleſia Conventualis idem importat ac Collegiata, quæ de ſui natura ineſt in Eccleſia actualis Monaſterii, *cap. nobis de jure patronatus*, ubi Gloſſ. *verb. Conventualis*, Hoſtienſ. *ibid.* Cardin. *num. 3.* Card. de Luca *de præmin. in ſumma num. 22.* Ventrigliol. *in part. 1. annot. 1. §. 3. num. 1.* Lambert. *de jurepatr. quæſt. princ. 5. part. 1. libr. 2. numer. 2. & 3. pag. 39.* Fagnan. *cap. nullus num. 44. verſ. concluditur de elect. & cap. nobis num. 15. de jurepatron.* Piton. *diſcept. Eccl. tom. 1. diſcept. 4. num. 73.* Rota *deciſ. 140. num. 9. part. 7. recent.*

Imò Collegia Canonicorum ſæcularium, dum olim 4
vitam agerent communem, Monaſteria etiam dicta fuiſſe, probat Molanus *de Canonic. libr. 1. capit. 12.*
Verùm etſi dicta nomina Eccleſiæ Collegiatæ, & 5
Conventualis, ſint promiſcua, quia eoſdem ferè effectus pariunt, *cap. 1. de elect.* tamen juxta morem uſitatum, Collegiatæ nomen adaptatur Eccleſiæ, in qua adeſt Collegium ſæcularium, & Conventualis, ubi adeſt illud Regularium, *cap. 2. de ſtat. Monachorum, verſ. Priores Clement. 1. de rebus Eccleſ. non alien.* Fagnan. *cit. cap. nullus num. 47. de elect.* Tamburr. *de jur. Abb. tom. 1. diſp. 7. quæſ. 2.* Cherubin. filius *ad hanc Bullam ſchol. 1.*

Primus, atque præcipuus effectus Collegialitatis, 6
ſeu Conventualitatis eſt, ut caput ejus per electionem Canonicam ejuſdem Collegii, ſeu Conventus fiat, *capit. 1. de elect. cap. nobis de jurepatron.* adeout non ſit locus præſentationi, aut collationi, Fagnan. *num. 14. & 44. verſ. concluditur*, & alii Canoniſtæ *in cit. cap. 1. & cap. poſtulaſti num. 18. de jurepatron.* ita-
ut nec patronus, qui Eccleſiam fundavit, aut dota- 7
vit, tale jus ſibi uſurpare poſſit, ſed ſi ſit laicus, nullo modo poteſt intervenire tali electioni, ſed ſolùm eidem factæ aliquo licito modo adhærere, *Can. Sacroſancta 51. §. attendentes de elect.* ubi de Prælatura Regulari, & Sæculari, *capit. Meſſana 56. de elect.* & explicat Card. de Luca *de jurepatr. diſc. 55. numer. 15. & diſc. 73. numer. 6.* Amyden. *de ſtylo Datariæ libr. 1. capit. 15. §. 15. numer. 157.* Rota *deciſ. 445. numer. 1. cum ſeq.* coram Cavalerio, *& deciſ. 42. num. 14.* poſt Antonell. *de oner. Cler.* & latè dixi *tom. 1. Conſtitut. 2. Eugenii III. ſect. unic. num. 43.* quia talis modus benè poterit Patrono etiam laico competere, utpote à jure non improbatus, ut ratiocinatur Lotter. *de re benefic. libr. 2. quæſt. 6. num. 64.* Lambert. *de jurepatr. cit. quæſt. principal. numer. 51. part. 2. numer. 10. & 11. pag. 39.*

Hujuſmodi autem electiones ferè evanuere ob re- 8
ſervationes factas per Summos Pontifices (ultra eas clauſas in corpore juris) in regulis Cancellariæ, ubi Papa reſervat omnes Eccleſias, nedum Parochiales, Cathedrales &c. ſed etiam Monaſteria quæcunque Virorum, valorem annuum ducentorum florenorum communi æſtimatione excedentia, quæ conciſtorialiter providet, quæque Conciſtorialis pro-

viſio habet vim electionis, & confirmationis, ut in Secunda Regula Cancellariæ; & in Tertia reſervat omnes dignitates majores poſt Pontificalem in Cathedralibus, & principales dignitates in Collegiatis, Prioratus, Præpoſituras, & alias dignitates Conventuales, & Præceptorias Ordinum, non autem Militarium; itaut per hujuſmodi reſervationes inoleverit dicterium, quòd titulus electionis hodie receſſe-
9 rit ab aula, & certè in Italia abolitum remanſit jus electionis in dictis Collegiatis Eccleſiis, ſeu Conventualibus quoad Prælatos. In Germania tamen viget ex Concordatis ſub Nicolao V. de quibus ſuo loco; & in Gallia ad Monaſteria, & Prioratus electivos nominari per Papam Religioſum Ordinis ex Concordatis ſub Leone X. de quibus etiam alibi erit ſermo, & omnia prædicta commemorat Fagnan. *cit. capit. nullus 1. de elect. num.* 12. Tamburr. *de jur. Abbat. tom.* 1. *diſput.* 7. *quæſt.* 1. *& ſeq.*

Cæterùm hujuſmodi electio Canonica de jure Collegio competebat, deinde Sedi Apoſtolicæ reſervata, quam reſervationem à Romanæ Curiæ detractoribus tuentur Card. Bellarm. *tom.* 1. *controv.* 5. *libr.* 1. *cap.* 8. *& tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 8. Garzias *de Benef. part.* 5.
10 *cap.* 4. *num.* 7. & procedit in dignitatibus Eccleſiarum, quæ habent populum, & auctoritatem perpetuæ prælationis, prout etiam in his reſpectivè obtinent dictæ nominationes in vim Concordatorum. Id autem locum non habet in Prælaturis temporalibus, ſeu Obedientiariis, quemadmodum, quibuſdam exceptis, ut plurimum ſunt Prælaturæ Regulares, in quibus non habet locum proviſio, aut nominatio, prout non habebat electio canonica, Fagnan. *cit. capit. nullus numer.* 47. Tamburr. *loc. cit.* & Ego dixi, ubi de electione Abbatum Regularium, *tom.* 1. *ad Conſtitut.* 2. *Eugenii III. ſect. unic. numer.* 40. *& ſeq. pag.* 545.

11 Hinc licèt nequeat acquiri jus præſentandi in Eccleſia Conventuali, ſeu Collegiata, quia in eis debet habere locum electio; tamen ſi verè Patronus adſit in dictis Eccleſiis ex titulo à Jure approbato in aliis Eccleſiis, acquirit omnes alias honorificentias Patronis debitas; imò etiam dictum conſenſum, ut ſupra explicatum, electioni factæ, in quibus prohibitio non procedit, ut docent Lotter. *citat. libr.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 65. ac ferè omnes Scribentes in *cap. nobis de jurepatr.* Vivian. *de jurepatr. part.* 1. *libr.* 3. *capit.* 1. *num.* 51. *&* 52. Card. de Luca *de jurepatron. diſcurſ.* 55. *num.* 15. *& diſc.* 73. *num.* 7. *&* 8. *& de praeminen. diſc.* 40. *num.* 11. Tamburr. *de Jur. Abb. cit. diſp.* 7. *quæſ.* 5. *numer.* 16. Cavaler. *deciſ.* 265. 321. 336. *&* 445. *& deciſ.* 593. *numer.* 6. *& deciſ.* 210. *numer.* 11. *part.* 5. *recent.* & innui *tom.* 1. *citat. Conſtitut.* 2. *numer.* 42. *&* 43.

12 Prout prohibitio procedit quoad totam Eccleſiam, non autem in jure præſentandi ad certa beneficia ejuſdem Eccleſiæ, quia aliud eſt Eccleſia, aliud Capella in ea exiſtens, Lotter. *cit. num. fin.* Card. de Luca *cit. diſcurſ.* 40. *num.* 10. *de praemin.* iſto enim caſu acquiritur Juſpatronatus modo ordinario, quo acquiritur in quacunque alia Eccleſia non qualificata, Fagnan. *cit. capit. nobis verſ. Sed in Capella ſic*, *de Jurepatron.* Adden. ad Buratt. *deciſ.* 1. *num.* 17. Rota *de-*
13 *ciſ.* 865. *numer.* 10. coram Ubaldo *tom.* 2. Ita quoque non procedit dicta incapacitas Juriſpatronatus in Eccleſiis inferioribus, & ſubjectis ipſimet Eccleſiæ Collegiatæ, ut idem textus in *cap. nobis* id præſervat in *verſ. Secus tamen eſt*, Lotter. *cit. numer.* 66. Card. de Luca *cit. diſc.* 55. *num.* 15. Rota *deciſ.* 224. *numer.* 18. *part.* 12. *recent.*

Sed nunquid jus præſentandi in dictis Prælaturis Collegiatæ, ſeu Conventualis Eccleſiæ poſſit acquiri, & an prævio conſenſu Ordinarii, vel requiratur privilegium Summi Pontificis?

14 Certum eſt, quòd tale jus præſentandi in Eccleſiis prælatis qualificatis acquiri poteſt, dummodo ultra requiſita ad Juſpatronatus, uti ſunt fundatio, vel dotatio, concurrat etiam reſervatio Patroni in limine fundationis, & conſenſus Summi Pontificis, juxta verba ejuſdem textus in *cap. nobis*, ibi: *Niſi fundator aliter de ſua juriſdictione obtineat*, & notat Lotter.
cit. quæſt. 6. *num.* 57. & alii infracitandi. Hinc etſi ex 15
ipſa fundatione in aliis Eccleſiis non qualificatis, expreſsè non reſervetur jus præſentandi in beneficiis, tale jus reſervatum cenſetur ex miniſterio legis, dummodo non conſtet de contraria mente fundatoris, quod ſcilicet Eccleſiam fundaverit ex mera pietate, ac devotione, vel pro adimplemento oneris, vel ſine conſenſu Ordinarii, Rota *deciſ.* 93. *per tot. part.* 12.
recent. tamen in Eccleſia Collegiata, vel Conven- 16
tuali ſecus eſt dicendum, quia requiritur expreſſa reſervatio, ex ea ratione, quia dicto caſu ceſſat operatio legis, imò concurrit prohibitio, cui cenſetur fundator velle ſe uniformare, Piton. *cit. diſcept.* 4. *tom.* 1. *numer.* 73. Rota *deciſ.* 369. coram Puteo *libr.* 2. *& in Albanen. Prioratus* apud Garziam *de Benef. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 99.

Ulteriùs in eodem limine fundationis debet con- 17
currere conſenſus Summi Pontificis; nam licèt aliqui exiſtimaverint ſufficere conſenſum Ordinarii, ſi agatur de jure præſentandi Prælatum in his Eccleſiis, procedente ſecundùm ipſos prohibitione, ſi unà cum Eccleſiaſticis Collegialibus earundem Eccleſiarum eligere Patronus velit, quia illo ſecundo caſu conſideratur incapacitas in laico ſe immiſcendi electioni, quæ eſt actus ſpiritualis, ex qua ratione Jura Canonica laicos excludunt in *cit. cap. nobis de Jure patr. capit. Sacroſancta de elect.* cùm conſideretur inter Prælatum, & Eccleſiam, ad quam aſſumitur, quoddam vinculum Matrimonii Spiritualis, ut notant Canoniſtæ ibidem; quæ quidem ratio ceſſat, ſi laicus præſentet Prælatum, quia præſentatio non eſt actus ſpiritualis, dum eſt à jure permiſſus laicis in Beneficiis Eccleſiaſticis; unde quatenus Patronus in limine fundationis ſibi reſervavit tale jus præſentandi, poterit ab Epiſcopo talis reſervatio convalidari, quia tunc ceſſaret electio, pro qua laicus eſt incapax, ut diſtinguendo inter electionem, & præſentationem, adeout in prima requiratur conſenſus Papæ, ſecus in ſecunda, in qua ſufficiat ille Epiſcopi, docent nedum antiqui Canoniſtæ, nempe Card. Zabarella *capit. quod ſicut num.* 3. *poſt med. de elect. verſ. Et videtur*, *& in Clem. plures §. & ut facilius num.* 2. *de Jurepatron.* Rocc. de Curte *eodem tit. verſ. Eccleſiam num.* 3. Sed etiam moderni, Gonzal. *cit. cap. Sacroſancta numer.* 8. Barboſ. *capit. nobis num.* 5. *verſ. Limita de Jurepatron.* Lambert. *de Jurepatron.* 2. *part.* 2. *libr.* 5. *quæſt. principal. num.* 11. *& ſeq. pag.* 39. & uti verior opinio defenditur noviſſimè à Piron. *tom.* 2. *parerg. ad diſcept.* 4. *pag.* 9. *num.* 38. imò etiam videtur id ſenſiſſe Rota *deciſ.* 369. *num.* 1. coram Puteo *libr.* 2.

Contrarium tamen eſt dicendum ex Gloſſ. *in cit.* 18
cap. nobis, *verb. de ſua juriſd.* & eſt opinio inconcuſſa DD. & Sacr. Rotæ, non ſolùm procedentium in terminis electionis, cujus omnino incapax eſt laicus; ſed etiam præſentationis, quæ nullo modo poteſt cuiquam competere in hujuſmodi Eccleſiis quoad Prælaturas principales, niſi unà cum expreſſa reſervatione facta in limine fundationis, concurrat eodem tempore privilegium ſolius Summi Pontificis, nec ſufficit illud Epiſcopi, ut docent latè DD. apud Lotter. *cit. quæſt.* 6. *num.* 58. ubi antiquiores Canoniſtæ enunciantur, Vivian. *de jurepatron. part.* 1. *libr.* 3. *capit.* 1. *num.* 44. ubi de Eccleſia Collegiata, & *num.* 51. ubi de Conventuali, Cardin. de Luca *de jurepatr. diſc.* 55. *num.* 14. *& diſc.* 73. *numer.* 6. *& de praem. diſc.* 40. *num.* 11. Amyden. *de ſtylo Datariæ lib.* 1. *cap.* 15. §. 15. *numer.* 157. Tamburr. *de jur. Abbat. tom.* 1. *diſput.* 7. *quæſt.* 5. *numer.* 2. Pax Jordan. *de re beneficiali libr.* 10. *titul.* 7. *numer.* 316. *& ſeq.* idem Piton. *diſcept.* 4. *numer.* 73. *pag.* 100. Adden. ad Buratt. *deciſ.* 1. *numer.* 15. & perpetuò tenuit Rota *citat. deciſ.* coram Puteo, in qua incidenter talis Epiſcopi aſſenſus ſufficiens dicitur, cùm contrarium doceat in eadem cauſa coram Mohedan. *deciſ.* 10. aliàs 340. *de jurepatr.*

num. 2.

Digitized by Google

num. 2. *verſ. ratio eſt, quia Prioratus præfatus eſt beneficium Conventuale, in quo ad habendum juſpatronatus non ſufficiunt dotatio, & fundatio, ſed requiritur etiam privilegium Apoſtolicum*, & idem Puteus *deciſ.* 356. *libr.* 2. in eadem cauſa idem dixit *num.* 3. & ſic erroneè innuitur conſenſus Epiſcopi in *cit. deciſ.* & ſupradicta tenuit Rota *deciſ.* 268. *num.* 7. *part.* 1. *diverſ. deciſ.* 53. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* & in *Albanen. Prioratus apud* Garziam *de Beneſ. part.* 5. *cap.* 9. *numer.* 98. & *deciſ.* 1271. *num.* 8. coram Emerix jun. & *in Placentina Juriſpatronatus* 10. *Martii* 1704. §. *præterquam*, co-
19 ram D. Molines. Et ratio eſt, quia expreſsè prohibetur laicis, ut jus habeant in hujuſmodi dignitatibus electivis, non ſolùm per viam electionis, cujus ſunt incapaces; ſed etiam præſentationis, quia etiam ex hac oriretur coarctatio libertatis in electione, & adimeretur jus ab eligentibus, quod eſt contra jus; & eſt etiam hæc ratio dictæ prohibitionis juris, ut non poſſit acquiri juſpatronatus in his Eccleſiis, ne ſcilicet detur Prælatus invitis, ut notat Gonzal. *cit. capit. Sacroſancta num.* 5. *in fine*, & *cap. quiſquis de elect.* & benè Lotter. *cit. quæſt.* 6. *num.* 56. & *ſeq.*

Nec obſtat, quòd liceat Patrono apponere pacta in limine fundationis, etiam contra jus, & poſſit Epiſcopus, imò teneatur ea confirmare; & ſicuti ſi Eccleſia fieret Collegiata ſine conſenſu Patroni, eſſet Collegiata, & Patronus præſentaret, de quo tamen
20 infra, ita poterit Patronus ſibi reſervare tale jus, quia compatibile eſt, ut ſit Collegiata, & non adſit Prælatus, vel quòd non per electionem, ſed per præſentationem fieri debeat, ut notat Lambert. *in cit. num.* 11. *verſic. poterit tamen præſentare*, & proſequitur Piton. *cit. Parergon. poſt num.* 39. & Caſtropalaus *oper. moral. tract.* 13. *de beneſic. diſput.* 12. *punct.* 2. *num.* 12. *tom.* 2.
21 Non inquam obſtat, quia etſi patronus apponere valeat pacta in limine fundationis contra jus, non tamen pacta exorbitantia naturam, & ſubſtantiam actus, quem facit, ut benè Gloſſ. *in can.* 1. *verb. non pertinet, verſus finem* 10. *quæſt.* 1. Buratt. *dec.* 223. *numer.* 13. ubi Adden. *num.* 18. & dixi *tom.* 1. *ad Conſtitut.* 10. *Innoc. III. num.* 51. Unde quotieſcumque fundat quis Eccleſiam cum vero Collegio, nequit apponere pactum, quod ſit contra naturam Eccleſiæ Collegialis, ne fiat electio per Collegium, juxta
22 textum in *cap. Sacroſancta de elect.* aliàs eſſet contradictio in unico actu non permittenda, ut in ſimili Lotter. *cit. libr.* 2. *quæſt.* 7. *num.* 35. Unde etſi erecta Eccleſia in Collegiatam, poſſit per reſervationem Papæ, ſeu legitimam præſcriptionem tolli tale jus electionis, ut notat D. Piton. *cit. loco*, non exindè benè infertur poſſe id fieri ab Epiſcopo, qui ſicuti nequit id facere expreſsè tollendo jus electoribus, ita nec tacitè permittendo Patrono præſentationem, cùm Collegiata erigi non poſſit, niſi à ſolo Papa, ut dicam in ſequenti Sectione; ita par eſt, ut pacta contra ejus naturam à ſolo Papa apponi valeant; & ſic ruunt omnia argumenta contraria, & firmum ſtat, ſolius Summi Pontificis eſſe jus præſentandi in prædictis Eccleſiis Collegiatis, ſeu Conventualibus concedere, etiam in limine fundationis. Si tamen agatur de Collegiata ſine Prælato, tunc ceſſat difficultas, cùm non entis non ſint qualitates; ſed quoties adeſt, debet eſſe, ut juxta naturam Collegii eligatur à Col-
23 legialibus, vel à Papa in vim reſervationum. Prout ſufficeret conſenſus Ordinarii in jurepatronatus, etiam in his Eccleſiis Collegiatis quoad alios effectus, præter præſentationem Prælati, quia, ut dixi, Patronus acquirit alia jura provenientia à jurepatronatus, alimentorum ſcilicet, proceſſionis, & ſimilium, Card. de Luca *diſc.* 40. *num.* 11. & 15. *verſ. Omniſque difficultas, de præeminentiis*, & *diſc.* 50. *num.* 15. *verſ. in caſibus de jurepatr.* Rota *deciſ.* 336. coram Cavalerio *num.* 1. & 6.
24 Hujuſmodi autem juſpatronatus quoad electionem Prælatorum in Eccleſiis Collegiatis faciliùs conceditur in limine erectionis in Eccleſiis Sæcularibus, quàm in Conventualibus, ſeu Regularibus, quia in his ſolet fieri proviſio per ipſos Regulares Superiores, præſertim in Italia, Amyden. *de ſtylo Datariæ cit. libr.* 1. *capit.* 15. §. 15. *num.* 157. *verſus finem.*

Talis autem incapacitas habendi Patronatum in 25
Eccleſiis Collegiatis, procedit etiam ſi ſint Collegiatæ, vel Conventuales habitu, licèt non actu, Adden. ad Buratt. *deciſ.* 1. *num.* 16. *deciſ.* 1395. *num.* 3. coram Seraphin. *deciſ.* 29. *num.* 15. *part.* 7. *recent.* Sed ſi ſtatus Collegialitatis fuerit omnimodè extinctus, remanet extincta quælibet qualitas Collegii, etiam ad hunc effectum; ſecus autem ſi extinguatur qualitas Regularis, vel è contra, quia tunc remaneret Collegiata Sæcularis, vel Regularis, & alioqui ſuppreſſio debet eſſe clara, Card. de Luca *de beneſ. diſc.* 63. *n.* 8. & latè Rota *deciſ.* 140. *part.* 7. *recent.* & *deciſ.* 1058. *numer.* 12. & 13. coram Pænia.

Quare unà cum privilegio Papæ in limine funda- 26
tionis, requiritur dotatio, aut conſtructio, & hoc modo verè elicitur juſpatronatus verum ex fundatione; ſecùs autem ſi concedatur privilegium abſque fundatione, aut dotatione, vel poſt erectionem, ut in *cit. Placentina Juriſpatronatus* 10. *Martii* 1704. §. *præterquam*, coram D. Molines; nam tunc diceretur juſpatronatus ex privilegio, & ſupponeretur revocationi Sac. Concilii Tridentini, & aliis revocationibus, Piton. *cit. diſcept.* 4. *numer.* 43. *diſcept.* 22. *numer.* 43. & *diſcept.* 33. *numer.* 12. *pag.* 478. itaut primum tranſeat ad hæredes, Rota *in Januen. Abbatia* 5. *Decembris* 1690. coram Manuel ab ipſo citata, & *deciſ.* 29. *numer.* 14. & *ſeq.* ubi per *Conſtit.* 5. *Innoc. VIII.* incip. *Cum ab Apoſtolica*, fuiſſe revocata jurapatronatus quoad beneficia electiva, *part.* 7. *recent.* in qua *num.* 16. 28. & 29. benè firmatur, quòd ſuffragatur, ſi privile- 27
gium adſit tempore, quo fiat dotatio, licèt non ſit in limine fundationis; ea ratione, quia cùm qualitas patronalis à jure benè reſultet ex alterutro titulo, vel fundationis, vel dotationis æquipollentis, *cap. nobis de jurepatr.* in nativitate tituli poteſt tolli obſtaculum per proviſionem Apoſtolicam circa præſentationem, itaut ſequatur effectus, nedum ad certos actus honorificos, quos certè Patronus acquireret etiam in Eccleſia Conventuali, ſed etiam ad actus præſentationis.

Porrò hujuſmodi Privilegium Apoſtolicum præſu- 28
mi poteſt per lapſum temporis, vel immemorabilis, aut centenariæ, quæ in hoc caſu æquiparantur, vel ex fama tituli cum quadragenaria, ut præcisè docuerunt Vivian. *de jurepatron. part.* 1. *libr.* 3. *cap.* 1. *n.* 51. Amyden. *cit.* §. 15. *numer.* 156. Rota *deciſ.* 366. coram Puteo *lib.* 2. & *cit. deciſ.* 1058. *à num.* 1. coram Penia, ubi quod ſufficit probare fundationem, vel dotationem authentico documento; & in antiquis per famam probari dictum privilegium, itaut concurrente antiquitate temporis cum obſervantia præſentationum, omninò præſumatur, firmat Rota *deciſ.* 29. *num.* 10. *part.* 7. *recent.*

Imò etſi agatur cum perſona potente, in qua re- 29
quiritur rigoroſa probatio Concilii *ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de reform.* tamen ſi verè conſtet de fundatione, vel dotatione, tunc ad probandum hujuſmodi privilegium Apoſtolicum, non eſt neceſſaria probatio illa rigoroſa, ſed ſufficiunt quælibet ordinaria requiſita in quolibet privato, quia Concilium quoad probationem tantùm præſumptivam, rigorem voluit majorem in potentibus, quàm in privatis. Circa probationem verò ex fundatione, & dotatione nihil diverſificavit, vel innovavit; poſito enim vero Inſtrumento dicti tituli, non requiritur alia probatio rigoroſior. Nec obſtat, quòd ſaltem requiratur ſuper dicta qualitate requiſita, ut adfuerit dictum privilegium Apoſtolicum requiſitum ad acquiſitionem juris præſentandi in dictis Eccleſiis qualificatis Collegiatis, ſeu Conventualibus, quia circa talem qualitatem Concilium nil dixit, & cùm ſit qualitas, ideo in iſta facilis probatio admittitur poſito titulo acquiſitionis; & cùm agatur de re exorbitanti dictæ rigoroſioris probationis à Concilio requiſitæ, non debet trahi

Digitized by Google

ad dictum caſum, ut formiter diſcuſſo articulo, recedendo à priori opinione retenta in *Albanen. Prioratus deciſ.* 564. *part.* 4. *diverſ.* firmavit in eadem cauſa Rota *deciſ.* 1037. coram Pænia, & refert D. Pitonius *cit. tom.* 1. *diſcept.* 22. *num.* 44. *pag.* 372. Rota *deciſ.* 29. *part.* 7. *recent.*

30 Tandem quid dicendum, ſi Eccleſia fiat Collegiata, quæ jam erat patronata, vel erigatur Prælatura in Collegiata ex Beneficio, quod ſit de jurepatronatu, an Patronus amittat, ſive potiùs retineat jus præſentandi, etiam in tali Eccleſia quoad primam Dignitatem, ſeu Prælaturam? Et videtur poſſe dici, quòd per erectionem in Collegiatam, vel per erectionem primæ Dignitatis ex Beneficio de jurepatronatus, remanet illæſum jus Patroni, cùm in unaquaque diſpoſitione cenſeatur reſervatum jus tertii, *capit. cum olim de cenſibus*, *cap.* 2. *de Relig. Domib.* Innoc. *in capit.* 2. *num.* 4. *de nov. oper. nunciat.* Rebuff. *in Concord. tit. de reg. ad Prælat. nomin.* §. *fin. verb. privilegium*, ubi
31 quòd privilegium non amittitur per mutationem Status Eccleſiæ; ita ſi erigatur Eccleſia in Collegiatam, non amittit quis penſionem ſuper ea, Rota *dec.* 1444. *num.* 9. coram Seraphino, præſertim ſi non ſit derogatum regulæ de jure quæſito non tollendo, cùm regulariter Papa non ſoleat diſpenſare juri tertii ex ſui ſumma æquitate, Cardin. de Luca *de beneſ. diſc.* 52. *numer.* 16. ac infra dicam *num.* 35.

Tamen in hoc eſt dicendum, quòd erectio Eccleſiæ in Collegiatam non ſolet fieri, niſi cum conſenſu Patroni, vel ejus derogatione, Card. de Luca *de jurepatr. diſc.* 66. *numer.* 11. Lotter. *de re beneſic. libr.* 2.
32 *quæſt.* 8. *num.* 95. Sed quatenus fieret ſine tali conſenſu, retinet quidem Patronus omnia jura honorifica, imò jura præſentandi compatibilia cum ſtatu Collegialitatis, ſecus autem incompatibilia, & ſic retinet omnia jura alimentorum, proceſſionis, & jus præſentandi ad præbendas in eadem Eccleſia, Jo: Andr. *in cap. poſtulaſti num.* 10. *de jurepatr.* Abb. *ibidem numer.* 5. Lotter. *de re beneſ. libr.* 2. *quæſt.* 14. *numer.* 14. Card. de Luca *cit. diſc.* 66. *num.* 11. *& ſeq.* quatenus ſcilicet tales præbendæ ſint erectæ ex bonis juriſpatrona-
33 tus, *cit. deciſ.* 1444. *numer.* 11. coram Seraphin. & in terminis primæ dignitatis in Cathedrali, ſi non ſit Prælatitia, ut remaneat jus præſentandi Patrono, qui habebat jus in beneficio, cum quo fuit erecta dicta prima Dignitas, firmat Rota *deciſ.* 172. *num.* 30. coram Buratto; ſecus autem in juribus incompatibilibus, quæ amittuntur per erectionem in Collegiatam; quodcunque enim privilegium regulariter amittitur per mutationem ſtatus, ſi ſit incompatibile cum ſtatu aſſumpto; & quamvis alioqui in quacunque diſpoſitione cenſeatur præſervatum jus tertii, id tamen procedit in iis, in quibus datur compatibilitas, quia tunc unius poſitio non inducit alterius negationem; ſecus in incompatibilibus, quia eſſet deſtruere actum, ſi velit quis remanere id, quod nequit eſſe, latè Rota *deciſ.* 1410. *num.* 19. *& ſeq.* coram Seraph. & in ter-
34 minis quòd per erectionem in Collegiatam non remanet jus præſentandi Prælatum, etſi Prælatura Eccleſiæ Collegiatæ, ſeu Conventualis erigatur ex beneficio juriſpatronatus, dixerunt cit. Cardin. de Luca *num.* 12. Lotter. *loc. cit.* Rota *deciſ.* 172. *num.* 30. coram Buratto, *& dec.* 1444. *num.* 11. coram Seraphino, quia Eccleſia deveniret ad ſtatum, à quo incipere non poteſt, cùm in hujuſmodi Eccleſiis debeat Prælatus conſtitui per electionem Collegialium, *cap.* 1. *de electìon. cap. nobis de jurepatr.* ubi DD., vel per Papam ex vi reſervationis.

35 Regula autem de jure quæſito non tollendo, non habet locum in gratia de ſui natura præjudiciali, prout eſt erectio, in qua non datur ignorantia Papæ, neque intrat ſubreptio, ex quo ſcilicet per ſimiles actus præjudicatur in incompatibilibus; & poſita
36 etiam clauſula *ſine præjudicio*, intelligitur præter ea, quæ importat natura actus, ut benè dixit Rota *deciſ.* 1445. *numer.* 4. *& ſeq.* coram Seraph. Ita cùm Papa potuerit dare privilegium Patrono laico, & non dedit, cenſetur voluiſſe præjudicare; quod tamen procedit, ſi benè Papa ſciverit Patronum adfuiſſe,
aliàs potiùs corruit erectio, quàm cenſeri debeat con- 37
ceſſiſſe jus incompatibile eligendi Prælatum, ut proſequitur *cit. dec. num.* 6. §. *Neque obſtat*, *& in Giennen. erectionis Collegiatæ* 2. *Junii* 1705. coram D. Kaunitz.

Hoc tamen certum eſt, Papam non ita de facili,
hujuſmodi præjudicium facere patronis per talem ere- 38
ctionem, ac mutationem ſtatus, quia licèt ille ex plenitudine poteſtatis habeat plenam facultatem hujuſmodi jura patronorum tollendi, regulariter tamen non ſolet, ut plenè apud Rotam *dec.* 81. *num.* 3. coram Pamphil. *dec.* 898. *num.* 13. coram Emerix jun. *dec.* 647. *nu.* 18. *& dec.* 592. *nu.* 10. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.* & infra dicam, & contrarium procedit in jure eventuali, vel incerto, Rota *dec.* 1020. *nu.* 14. coram Pænia; alioquin autem Papa non ſolet præjudicare jus habentibus eligendi, præſertim iis diſſentientibus, Turricell. *de union. cap.* 9. *nu.* 41. Rota *dec.* 837. *nu.* 8. coram Merlino, *dec.* 688. *nu.* 2. *par.* 1. *& dec.* 224. *nu.* 9. *par.* 10. & in terminis beneficiorum, quæ dantur per concurſum, elici ſubreptionem erectionis Collegiatæ, cum dictis firmavit Rota *in Giennen. erectionis Collegiatæ* 2. *Junii* 1704. §. *creſcitque*, coram Kaunitz. Hinc *Sac. Congregatio Concilii in una Pientina* 14. *Februarii* 1693. noluit approbare erectionem Dignitatis cum Curæ ſuppreſſione, & in una *Lunen. Sarzanen.* cùm fuerit ſub die 26. *Jan.* 1704. reſolutum, eſſe locum erectioni Collegiatæ Inſignis in Oppido Pontremuli, atque ad fundandam primam Dignitatem, ſeu Caput Collegiatæ, Præpoſituram nuncupandam, eſſet opus, ut prævia ſuppreſſione tituli Collativi Eccleſiæ Parochialis S. Geminiani, intra cujus limites erigebatur Collegiata, applicarentur redditus illius Præpoſito cum animarum cura, Capitulum Cathedralis Lunen. Sarzanen. ſe oppoſuit, utpote habens prætenſum jus conferendi; proinde ſuſpenſa expeditione Indulti prævia remiſſione Sanctiſſimi fuerunt diſputata infraſcripta dubia. *I. An conſtet de jure conferendi. II. An illud obſtet erectioni Collegiatæ*, &
ſub die 7. Februarii 1705. fuit reſcriptum: Ad Rotam. 39
Sed ex Signatura Sanctiſſimi iterum cauſa remiſſa ad Sac. Cong. ſub die 3. Septembris 1707. fuit reſponſum ad utrumque dubium: *Affirmative*, ex ea ratione ſupra enunciata, quòd poſito jure Capituli in conferendo dictam Eccleſiam, æquum non eſt ei derogare per erectionem dictæ primæ Dignitatis, ad quam Capitulum non potuerat habere jus electionis, ex hactenus firmatis; & licèt adeſſet remiſſio ſupplicis libelli per Sanctiſſimum, tamen intelligendum eſt prout de jure, *cap. inter dilectos de fide Inſtrum.* Rota *dec.* 1042. *num.* 8. coram Emerix jun. Pro incolis tamen dicti loci urgent rationes ſperandi gratiam à Papa ob expenſas conſiderabilis quantitatis, quas in erectione Inſignis Collegiatæ profundere curabant, & ſic opus eſſet maximè pium, & tendens in Divini Cultus augmentum, ut erigatur Inſignis Collegiata cum tot Præbendis, quæ eſt major ſimplici Parochiali, Gratian. *diſcep.* 576. *nu.* 16. Frances *de Eccleſ. Cathedr. cap.* 21. *nu.* 141. & eſt caſus erectionis in præjudicium tertii in *cit. dec.* 1445. coram Seraphin. cùm alioqui fie-
ri ſoleant erectiones de Parochiali in Collegiatam, 40
itaut Parochis remaneat prima dignitas, ut in Collegiata S. Joannis Baptiſtæ Diœceſis Angren. & S. Georgii in Oppido Modicæ Syracuſanæ Diœceſis; unde quatenus reſervetur prima dignitas Sedi Apoſtolicæ, poſſet Capitulo Collatori compenſari ſuum jus quoad aliquos Canonicatus, ſeu Præbendas, dum ex dictis poteſt dari jus conferendi, ſeu præſentandi, etiam in Eccleſia Collegiata, eòque magis, quia agitur de Collatore Eccleſiaſtico, non autem de Patrono laico, cujus juribus non ita facilè Papa derogare ſolet, ut infra dicam.

Digitized by Google

SECTIO II.

De auctoritate, aliiſque conditionibus in erectione Eccleſiarum Collegiatarum requiſitis, & de Signis, ex quibus Collegialitas probatur.

SUMMARIUM.

1 *Collegia regulariter ſunt prohibita.*
2 *Publica authoritas requiritur in erectione Collegii, etiam ſi ſit erectum ex cauſa Religionis.*
3 *Cathedralis erigi debet auctoritate Papæ.*
4 *Eccleſiæ Conventuales cujus auctoritate ſint erigendæ. Remiſſivè.*
5 *Ante Conſtitutionem Bonifacii VIII. Conventus Regularium, etiam Mendicantium, erigi poterant cum licentia ſolius Epiſcopi.*
6 *Cur opus fuerit auctoritate Papæ, ut Eccleſiæ Minorum dicerentur Conventuales.*
7 *In Collegiatis ſæcularibus erigendis an ſufficiat auctoritas Epiſcopi, dubium eſt de jure.*
Textus in cap. quoniam de vit. & honeſtat. Cler. *non probat ſufficere auctoritatem Epiſcopi. Ibidem.*
8 *Authoritatem Papæ omnino requiri, aſſeritur ex pluribus rationibus.*
Collegia præſertim Eccleſiaſtica requirunt authoritatem Principis Supremi. Ibid.
9 *Collegiata Inſignis æquiparatur Cathedrali.*
10 *Epiſcopus ſtatum Collegiatæ immutare non poteſt.*
11 *Eccleſiæ Collegiatæ ſemper erigi ſolent à Papa.*
12 *Collegiata ritè erecta, quæ nunc eſt talis tantùm habitu, poteſt ad actum ab Epiſcopo reduci.*
13 *Similiter ſi erecta fuit authoritate Epiſcopi tempore, quo vigebat contraria opinio.*
14 *Collegiata præſumitur validè erecta, ſi ſit in ſtatu Collegialitatis.*
15 *Inſtrumentum fundationis potiſſima eſt probatio Collegialitatis.*
16 *Collegialitas probari poteſt ex ſignis, & conjecturis, & probatur ex aliquibus ſignis eam per neceſſe importantibus.*
17 *Eccleſia Cathedralis, & Regularis præſumitur eſſe Collegiata.*
18 *Secus ſi non ſit talis, nam tunc potiùs præſumitur Eccleſia ſimplex.*
19 *Requiſita Collegialitatis enumerantur.*
20 *In Collegiata quædam requiſita ſe habent de materiali, quædam de formali.*
21 *Collegialitas non probatur ex eo, quod in Eccleſia ſint plures Beneficiati.*
22 *Nec etiam probatur ex eo, quod iidem Beneficiati habeant nomen Capituli, celebrent Miſſam Conventualem, habeant diſtributiones, & Maſſam communem, Syndicum conſtituant, & ad ſonum Campanæ conveniant.*
23 *Hæc ſigna aliquando conducunt ad probandam Collegialitatem, & quomodo?*
24 *Sigillum commune eſt ſignum univocum Collegialitatis.*
25 *Requiritur tamen, ut cum eo fiat fides pro toto Collegio.*
26 *Non exiſtentia ſigilli quandoque non excludit Collegialitatem.*
27 *Canonici Cathedralis, & Collegiatæ Inſignis tenentur ad diurnam Officiaturam in Choro, quacumque conſuetudine non obſtante.*
28 *Ita ad hoc onus tenentur Canonici Collegiatæ non inſignis, quamvis ex tribus cauſis ab eo eximantur.*
29 *In alternativis ſufficit unam partem verificari.*
30 *Canonici Collegiatæ non inſignis non poſſunt cogi ad diurnam Officiaturam, ſi priùs ſoliti fuerint inſervire diebus feſtis tantum.*
31 *Similiter eximuntur ab onere officiandi ob tenuitatem redditnum, quouſque tamen redditus non augeantur.*
32 *Recitari in Eccleſia Divina Officia non eſt ſignum univocum Collegialitatis.*
33 *Jus eligendi Prælatum eſt ſignum univocum Collegialitatis.*
34 *Similiter ſi cura animarum ſit penes Capitulum.*
Vel ſi in actibus Viſitationis ab Epiſcopo dicatur Collegiata, aut in ea fuerit facta proviſio tanquam de prima Dignitate. Ibidem.
35 *Collegiatam eſſe inſignem, vel non inſignem, ad plura confert.*
36 *Ex quibus probetur Collegiatam eſſe inſignem.*
37 *Pro obtinenda erectione Collegiatæ, quæ praxis ſervetur.*
38 *Quænam requiſita conſiderentur in concedendo erectionem Collegiatæ.*
39 *Præſertim requiritur congrua dos, & conſpicuitas loci.*
40 *Erectio Collegiatæ concedi non ſolet, niſi in loco conſpicuo, & quatenus locus cenſeatur conſpicuus.*
41 *Poſt Collegiatam erectam non attenditur præjudicium Tertii reſultans ex natura actus erectionis.*
42 *Capitulum Cathedralis aut Collegiatæ ante novam erectionem quatenus ſit legitimus contradictor.*
43 *Non eſt legitimus contradictor in executione erectionis, ſed tunc poteſt ab executione appellare.*
44 *Erectio Collegiatæ eſt nulla, ſi Executor non verificavit conditiones in litteris expeditionis appoſitas.*
45 *Tertius habens jus certum, eſt legitimus contradictor in erectione Collegiatæ.*
46 *Dos aſſignanda in erectione Collegiatæ qualis eſſe debeat.*
47 *Ex ea deducenda ſunt onera Miſſarum.*
48 *Ex valore beneficii non deducuntur onera Miſſarum, & quare?*
49 *In erectione Collegiatæ in fieri attenditur præjudicium tertii, præſertim ſi reſiſtat voluntas teſtatoris.*
50 *Mutatio ſtatus in melius, quo caſu non faciat habere in conſiderationem contrariam voluntatem Teſtatoris.*
51 *Erectio Collegiatæ cum parvo numero Canonicorum non permittitur.*
52 *Collatio Canonicatuum in Collegiata pertinet ad Collegium.*
Niſi tamen contrarium ſit præſcriptum favore Ordinarii. Ibidem.
53 *Vel ſi Canonicatus erigantur ex bonis beneficiorum, quorum collatio antea pertinebat ad Ordinarium.*
54 *Quænam præſcriptio requiratur favore Capituli, aut Epiſcopi, pro acquirendo jure collationis Beneficiorum in Collegiata.*
55 *Pro expenſis in erectione Collegiatæ requiſitis an poſſint alienari bona Eccleſiæ?*
Et quid pro expenſis factis à Canonicis pro obtinendo indulto deferendi Almutias, ſeu Rocchettum. Ibidem.
56 *Collegiata eſſe non poteſt ſimul Sæcularis, & Regularis.*
57 *In Collegiata Regulari poſſunt erigi beneficia Sæcularia.*
58 *Si tamen ſit erecta Sæcularis, aut Regularis cum ſuo Prælato, poteſt ſuperinduci novum Collegium Sæculare, aut Regulare.*
Et tali caſu unumquodque Collegium regulatur ſuis juribus, & regulis. Ibid.

59 *Quan-*

Digitized by Google

59 *Quandoque datur idem Collegium continens Secu-
lares, & Regulares.*
60 *Et tali caſu an ſervandi ſint ritus Sacularium,
ſive potius Regularium?*

CUm Pontifex in præſenti Conſtitutione decer-
nat, ut Eccleſiæ PP. Minorum, in quibus ad-
ſunt Conventus, appellentur Conventuales, meritò
dubitatur, an ad hoc, ut Eccleſiæ Regularium di-
cantur Conventuales, requiratur auctoritas Papæ,
& an eadem auctoritas requiratur in erectione cujus-
1 libet Collegiatæ. Pro qua re præmittendum eſt,
quod Collegia regulariter ſunt prohibita, *leg.* 1. *ff.
quod cujuſque univerſ. can. ſi quis Clericorum* 11. *quæſt.*
1. Alciat. *in l. Neratius ff. de verb. ſignif.* Briſſon. *lib.*
1. *ſelect. cap.* 14. Cujac. *lib.* 7. *obſervat. cap.* 30. non
raró enim ex eis oriuntur conjurationes, aliaque in-
commoda æquè noxia utrique Reipublicæ; ex quo
fit, quod Collegia erigi nequeant ſine auctoritate
Superioris, nam non privata ſocietas, ſed publica
2 auctoritas Collegium facit, *l.* 1. *ff. de Colleg. illicit.*
Fagnan. *cap.* 1. *num.* 44. *de elect.* Guid. Pap. *deciſ.*
238. Et licet Collegia, quæ cauſa Religionis, & pie-
tatis eriguntur, nequeant inter Collegia illicita repo-
ni, quemadmodum ea excipit textus in *cit. leg.* 1.
verſ. Sed Religionis, adhuc tamen eorum erectiones
publicam auctoritatem expoſtulant, *leg. Collegia* §. *in
ſumma ff. eod. tit.* Guttierez *quæſt. canon. lib.* 1. *cap.*
35. *num.* 1. Mynſinger. *cent.* 6. *obſervat.* 2. *num.* 3.

Hinc in erectione Eccleſiæ Collegiatæ auctorita-
tem publicam requiri certum eſt. Sed videndum cu-
jus Superioris auctoritas ſit adhibenda. Et quidem
3 quod attinet ad Cathedralem, quæ etiam eſt Colle-
giata, ut dixi in præcedenti Sectione *num.* 2. dubium
non eſt, ejus erectionem non niſi ſolius Summi Pon-
tificis auctoritate fieri poſſe, *cap.* 1. *ne ſede vacante*,
can. præcipimus 16. *quæſt.* 1.

Quo verò ad Collegiatas Regulares, ſeu Eccleſias
4 Conventuales, non eſt late hic immorandum, cùm
adſint peculiares Conſtitutiones ex profeſſo diſponen-
tes cum cujus licentia, quibuſque conditionibus eri-
gi debeant novi Conventus Regularium, præſertim
Conſt. 99. *Clementis VIII.* incip. *Quoniam ad inſtitu-
tum*, & *Conſtit.* 50. *Innoc. X.* incip. *Inſtaurandæ* §.
verum quia. Quod autem præſentem Conſtitutionem
reſpicit, difficultatem ingerere poteſt, quod ipſa
emanaverit ante Conſtitutionem Bonifacii VIII. rela-
5 tam in *cap. unico de exceſſ. Prælat. in* 6. in qua ſta-
tutum fuit, ut novi Conventus Mendicantium erigi
non poſſent abſque ſpeciali licentia Sedis Apoſtoli-
cæ, ante tamen Conſtitutionem Bonifacianam con-
ſtans erat poteſtas Epiſcopi in fundandis, ſeu erigen-
dis novis Conventibus, etiam Mendicantium, *can.
quidam*, *can. cellulas* 18. *quæſt.* 2. & obſervat Fa-
gnan. *in cap. non amplius num.* 56. & 59. *de Inſtitut.*
Quomodo igitur in præſenti Conſtitutione adhibita
fuit poteſtas Papæ, ſi tunc temporis licita erat ere-
ctio Conventuum cum ſola licentia Epiſcopi, non
adhuc reſtricta per Conſtitutionem Bonifacianam,
6 quæ multo tempore poſt prodiit? Sed licèt verum
ſit, tempore præſentis Conſtitutionis potuiſſe erigi
novos Conventus cum ſola licentia Epiſcopi; tamen
eſt advertendum, quod tunc Minores non habebant
Conventus formales, ſed potiùs vivebant vitam ere-
miticam, ut dixi in principio hujus Conſtitutionis *n.*
3. unde cùm poſtea Conventus extruere cœpiſſent,
oportuit adhiberi poteſtatem Apoſtolicam, non qui-
dem pro conſtruendis novis Conventibus, quod
tunc fieri poterat cum licentia Epiſcopi; ſed potiùs
ut Minores, qui priùs vixerant tanquam Eremitæ,
declararentur, & à Sede Apoſtolica approbarentur
uti Cœnobitæ, ſeu Conventuales, & Clauſtrales; id
quod non præſtiterat Honorius III. *in Conſt.* 5. incip.
Solet, in qua ſolummodò confirmata fuit Regula D.
Franciſci.

7 Demum quoad Collegiatas ſæculares, quæ ſcilicet
nec Cathedrales ſunt, nec Regulares, in puncto ju-
ris res eſt dubia, cùm verè non adſint Textus rem
perſpicuè decidentes; nam *cap. quoniam* 9. *de vit. &
honeſt. Clericor.* cui nituntur aſſerentes, poſſe Colle-
giatam erigi ab Epiſcopo, quemadmodum ibi volue-
runt Abbas *num.* 2. & 6. Butr. *num.* 2. Imola *num.* 1.
Bald. *num.* 1. Gambar. *de poteſt. legat. lib.* 5. *cap. de
poteſt. in erigen. novo beneſ. nu.* 30. Rota coram Coc-
cin. *deciſ.* 1573. *num.* 1. & *ſeqq. deciſ.* 608. *nu.* 1. &
ſeqq. part. 4. *to.* 3. *rec.* & ita pluribus cumulatis,
opinionem fuiſſe antiquam Rotæ, dictum fuit in *dec.*
1084. *num.* 3. & 4. coram Emerix jun. Præfatus in-
quam textus certè id non probat; etſi enim admitta-
tur ibi non loqui de Collegiata Regulari, ſed de ſæ-
culari, quemadmodum reprobata Gloſſa *ibidem verb.
qui ſimul vivunt*, & Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.*
14. *num.* 44. cum Maſſobr. *in praxi habendi concurſ.
dub.* 1. *num.* 5. veriùs voluerunt Gonzal. *in cit. cap.
quoniam n.* 3. & ex eo Amoſtaz. *de cauſis piis lib.* 5.
cap. 2. *num.* 36. adhuc tamen nec probat poteſtatem
Epiſcopi in erigendis Collegiatis, cùm textus proceſ-
ſerit concedendo ſpecialem facultatem Epiſcopo in eo
caſu, & exinde inferri non poteſt indiſtinctè pro
competentia ejuſdem facultatis Epiſcopo, ut aptè ob-
ſervat Amoſtaz. *loc. cit. n.* 37.

Contraria verò ſententia, nempe quòd erectio
Collegiatæ fieri non poſſit, niſi per Papam, licèt 8
expreſſo textu non fulciatur, eam tamen confovent
plures rationes; tum quia Collegia non niſi poteſta-
te Principis Supremi erigenda ſunt, *l.* 3. §. *in ſumma
ff. de Colleg. illicit.* præſertim ſi ſint Collegia Eccle-
ſiaſtica, Lotter. *cit. quæſt.* 14. *num.* 38. poſt Bartol.
in l. ult. num. 6. *ff. eodem tit.* tum etiam quia erectio
Collegiatæ in ſe eſt res gravis, præſertim ſi ſit inſi- 9
gnis, quæ ferè Cathedrali æquiparatur, *c. ſæpè con-
tingit de elect. in* 6. Gloſſa *in cap. ſtatutum verb. Ca-
thedralium de reſcriptis in* 6. Corrad. *in praxi benefic.
lib.* 2. *cap.* 9. *nu.* 73. tum ulteriùs, quia nequit Epiſ-
copus immutare ſtatum Eccleſiæ, adeout de Eccleſia 10
Collegiata non poſſit facere non Collegiatam, ſeu
ſimplicem Parochialem, Rota *deciſ.* 163. *nu.* 4. *part.*
1. *deciſ.* 221. *num.* 29. & 30. *part.* 6. *recentior.* & *in
Celſonen. Præpoſituræ* 14. *Junii* 1694. §. *unde patet*,
coram D. Molines Decano, & ita reſolvit *Sac. Congr.
Conc. in Converſanen. die* 3. *Mart.* 1657. Quibus ac-
cedit inconcuſſa obſervantia, quòd ſcilicet ejuſmodi 11
erectiones ſemper fiant à Papa, ut eſt certum, & te-
ſtantur Card. de Luca *de Benefic. diſc.* 14. *num.* 12.
Lotter. *cit. quæſt.* 14. *num.* 43. & 49. Barboſ. *de jure
Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 1. Capon. *diſcept.* 288. *nu.*
2. Rota *deciſ.* 1084. *nu.* 5. coram Emerix *jun. deciſ.*
99. *num.* 9. *par.* 7. & *deciſ.* 297. *num.* 2. *part.* 17. *re-
cent.* & *in Montis Regalis Prioratus* 2. *Maii* 1701. §.
atque, cor. D. Anſaldo, atque ita pluries reſpondit
Sacra Congregatio Concilii, ſignanter nuper in *Ca-
thanien. Erectionis Collegiatæ* 1. *Septemb.* 1691. ubi
propoſito dubio: *An erectio Collegiatæ facta per Epi-
ſcopum in actu viſitationis in Eccleſia S. Antonii Op-
pidi S. Philippi de Argyro ſuſtineretur?* Reſpondit
Negativè, & de quodam motu proprio Clementis
VIII. prohibentis de cætero Epiſcopis erigere Paro-
chiales in Collegiatas, teſtatur Rebuff. *in prax. tit.
de erect. in Colleg. in fine verſ. quidquid autem*, &
ex eo Tondut. *reſol. benefic. part.* 2. *cap.* 2. §. 2.
num. 10.

Verùm poſita erectione Collegiatæ ritè facta per 12
Sedem Apoſtolicam, ſi contingat Collegium defice-
re, non quidem ob ſuppreſſionem extinctivam legi-
timè à Superiore factam, ad terminos *deciſ.* 99. *part.*
7. *recent.* ſed deficiat ex accidenti, ob mortem ſcili-
cet Canonicorum, vel ob aliam cauſam, ex qua li-
cèt deſinat eſſe Collegiata actu, remanet tamen talis
habitu; tunc reductio Collegialitatis ad actum pote-
rit fieri ab Epiſcopo, cùm hæc non ſit erectio, ut
benè conſuluit D. Piton. *tom.* 1. *diſcept.* 8. *num.* 24.
ex Fuſco *de Viſitat. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 3. *in fine.*

Hinc ſi agatur de Collegiata jam erecta tempore, 13
quo vigebat opinio, ut poſſet ab Ordinario erigi,
tunc

Digitized by Google

tunc judicari debet juxta illud tempus, & non ſecundùm opinionem poſteriorem contrariam, ut notat Rota *deciſ.* 240. *nu.* 12. coram f. m. Alexandro VIII. *& cit. deciſ.* 1084. *num.* 5. *& ſeq.* cor. Emerix jun.
14 itaut præſcriptio validitatem erectionis inducat per ſpatium temporis centum annorum, & conſenſus Papæ præſumitur, ſi fuerit in ſtatu Collegialitatis, ſaltem implicito, donec contrarium declaretur, & latè apud Card. de Luca *diſc.* 51. *num.* 4. *de praem.* ſolus enim lapſus 30. vel 40. annorum non ſuffragaretur pro præſumenda auctoritate Apoſtolica, præſertim poſt Bullam Urbani de præjudicialibus Eccleſiæ, cùm id derogaret Papæ juriſdictioni.

15 Difficultateſque ſolent in hanc rem cadere circa probandam qualitatem Collegialitatis, non quidem per Inſtrumentum fundationis, quod nullam exceptionem habet, primumque locum tenet in probando Eccleſiam eſſe Collegiatam, Abbas *in cap. nobis num.* 7. *de jurepatr.* Innocent. *in cap. poſtulaſti num.* 1. *eodem tit.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 584. *num.* 1. Lambertin. *de jurepatr. par.* 1. *lib.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 3. ſed dum deficiente dicto Inſtrumento recurrere
16 oporteat ad ſigna, & conjecturas, aliaque genera probationum, ad quæ recurri poſſe certum eſt, & dixerunt ultra citatos, Hoſtienſ. *cit. cap. nobis num.* 1. Lotter. *cit. quæſt.* 14. *num.* 54. Barboſ. *cit. c.* 6. *num.* 5. Card. de Luca *de praem. diſcurſ.* 8. *&* 51. *per tot.* Rota *deciſ.* 215. *num.* 1. coram Mantica, *deciſ.* 234. *num.* 2. *cum ſeq. par.* 16. *recent. & in Matheranen. Archipresbyteratus* 27. *Junii* 1707. §. *Collegialitas* coram D. Kaunitz, *& in Reatina Archipresbyteratus* 30. *Maii* 1670. §. *conjecturæ*, coram Bevilacqua; Nec eo caſu oportet, ut concurrant omnia ſigna Collegialitatis, ſed ſatis eſt afferri aliqua, quæ eam pernecesse importent, Zabarell. *in Clement.* 2. *num.* 10. *verſ. non tamen putes de ætate, & qualitat.* Corrad. *cit. cap.* 9. *num.* 28. Guid. Papa *deciſ.* 258. *num.* 1. Barboſ. *de Canonic. cap.* 2. *num.* 16. Rota *deciſ.* 234. *num.* 4. *part.* 16. *& deciſ.* 469. *num.* 22. *par.* 19. *tom.* 2. *recent.* Ad quas ſanè probationes devenire
17 neceſſe eſt, nam licèt Eccleſia Cathedralis, & Regularis iiſdem probationibus non indigeant, id provenit ex eo, quod de jure præſumantur tales, & Collegium ſit eis connaturale, *cap. ne pro defectu de electione.* Maſcard. *cit. concluſ.* 584. *nu.* 8. Tondut. *cit.* §. 2. *nu.* 7. Corrad. *cit. c.* 9. *nu.* 34. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 90. *num.* 21. Rota *deciſ.* 649. *n.* 9. coram Cavaler. *deciſ.* 259. *num.* 5. coram Coc-
18 cino. E contra verò Eccleſiæ, quæ nec Cathedrales ſunt, nec Regulares, eandem juris præſumptionem non habent; imò potius præſumuntur ſimplices Eccleſiæ, aut Parochiales, & exinde ſi Collegialitatem aſſerant, eam probare debent, ut ultra citatos dixerunt Royas *deciſ.* 341. *n.* 6. Carill. *deciſ.* 41. *n.* 7. Adden. ad Buratt. *deciſ.* 455. *num.* 5. *& deciſ.* 469. *num.* 39. *part.* 19. *tom.* 2. *recent.*

Ad eliciendam autem probationem Collegialitatis ex ſignis, ſeparanda ſunt ſigna æquivoca ab univocis; ſeu diſtinguenda ſunt ea, quæ ſe habent de ma-
19 teriali in Collegiata, ab iis quæ ſe habent de formali; etſi enim plura ſint requiſita Collegialitatis, veluti Capitulum, Stallum, Menſa, Burſa, Arca, Tractus, Sigillum, & Chorus communia, & alia, quæ referunt Barboſ. *de jure Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 6. *& de Canon. cap.* 2. *n.* 10. Corrad. *in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 25. Capon. *diſcept.* 288. *num.* 6. Maſcard. *de probat. concluſ.* 584. *num.* 12. Pax Jordan. *tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 5. *nu.* 11. & alii mox citandi; non tamen quodlibet iſtorum ſufficiens eſt reputandum ad probandam Collegialitatem; nam plurima ex eis licèt reperiantur, imò requirantur in Collegiatis, tamen quia ſe habent ad inſtar cauſæ materialis, poſ-
20 ſuntque reperiri in non Collegiatis, non apta erunt diſtinguere Collegiatam à non Collegiata, & exinde nec ex eis probari poterit Collegialitas.

21 Hinc ſignum æquivocum reputatur, quod in Eccleſia ſint plures Beneficiati: id enim ſe habet tantùm ex parte materiali Collegii, ac poteſt adeſſe etiam in non Collegiatis, *c. dilecta* 14. *de exceſſ. Prælat.* ubi Abbas *n.* 1. Innoc. *in c. poſtulaſti n.* 1. *de jurepatron.* Felin. *in cap. accedentes num.* 2. *de præſcription.* Etſi enim Collegium requirat pluralitatem perſonarum, tamen ipſæ poſſunt convenire uti ſingulæ ad inſtar ſimplicis Congregationis, non autem uti Collegium conſtituentes, Fagnan. *in cap. nullus nu.* 29. *de elect.* Lotter. *citat. quæſt.* 14. *num.* 56. Corrad. *in praxi benef. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 17. Achill. de Graſſ. *deciſ.* 10. *num.* 2. *de præben.* Rota *dec.* 147. *num.* 6. *part.* 10. *& deciſ.* 469. *n.* 41. *par.* 19. *tom.* 2. *recent.*

Similiter inter ſigna æquivoca reponuntur, quod 22
iidem Beneficiati habeant denominationem Capituli, celebrentque Miſſam Conventualem, habeant diſtributiones, & maſſam communem, pro qua adminiſtranda Syndicum conſtituant, vel quod ad ſonum Campanæ conveniant pro tractandis negotiis communibus; nam ut obſervat Card. de Luca *de Benefic. diſcurſ.* 14. *num.* 7. plures ſunt Parochiales, in quibus hæc adſunt, præſertim ſi ſint Matrices, nec in loco adſint aliæ Collegiatæ, Abb. *in cap. nobis num.* 8. *de jurepatron.* Pax Jordan. *tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 5. *n.* 9. Lotter. *cit. quæſt.* 14. *n.* 56. *cum ſeq.* Corrad. *cit. cap.* 9. *num.* 19. *cum ſeqq.* Capon. *diſcept.* 288. *n.* 6. *&* 7. *t.* 4. eademque ſigna tanquam æquivoca pluries reprobavit Rota *deciſ.* 41. *num.* 14. *deciſ.* 60. *num.* 1. coram Carillo, *deciſ.* 295. coram Verall. *deciſ.* 10. *de præbendis apud* Achill. de Graſſ. *deciſ.* 147. *num.* 6. *cum ſeqq. part.* 10. *deciſ.* 469. *num.* 42. *&* 43. *part.* 19. *tom.* 2. *recent.* & licèt prædicta ſigna quandoque 23
aſſumantur ad probandam Collegialitatem, nunquam tamen ſola, ſufficientia habita fuerunt, ſed vel tanquam adminicula, vel potiùs quia licèt eorum exiſtentia non probet ſufficienter Collegialitatem, non exiſtentia tamen indicium non parvum exhibet pro ea excludenda; nam ut diximus, hæc ſigna, licèt æquivoca, ſunt tamen requiſita tanquam cauſa materialis Collegii: quemadmodum in *deciſ.* 56. *num.* 4. *&* 5. *par.* 5. *recent.* in qua licèt plura adducerentur ad comprobandam Collegialitatem, veluti quod in Eccleſia eſſet Præpoſitus cum tribus Canonicis congregari ſolitis pro tractandis negotiis; quodque uni ex Canonicis fuiſſet capitulariter data poſſeſſio, cum aliis, quæ ibidem adducebantur; tamen hæc non fuerunt admiſſa ex eo, quod deficeret Sigillum commune, Maſſa, & Arca communis; licèt enim ad probandam Collegialitatem non oporteat omnia ſigna concurrere; multoties tamen illa ſigna, quæ ex ſe non ſufficerent ad probandam Collegialitatem, quandoque ſi non adſint, valida erunt ad eam excludendam, ut experimur in adductis Rotæ deciſionibus, quarum apparens anthinomia, ita videtur concilianda.

Pleraque tamen ſunt ſigna, quæ cùm ſint requiſita formalia Collegii, ex iis bene Collegialitas probatur, inter quæ eſt habere Sigillum commune, ideſt pro- 24
prium ipſius Collegii, *cap. dilecta de exceſſibus prælatorum, cap. ſignificavit de appellation.* Lotter. *cit. quæſt.* 14. *num.* 73. Barboſ. *de Canon. cap.* 2. *num.* 10. Maſcard. *cit. concluſ.* 584. *num.* 12. Sigillum ſiquidem publicum, ſeu authenticum, non niſi Capitulis, & Collegiis approbatis habere licet ad faciendam fidem pro tota Communitate, ut obſervat *Gonzal. ad cit. cap. dilecta num.* 3. adeoque Sigillum probabit Collegialitatem, ſi non niſi Eccleſiæ Collegiatæ illud habere poſſunt. Verùm quia Sigillum poteſt pertinere ad omnes, uti ſingulos, non uti Collegium, ut obſervavit Rota *deciſ.* 41. *num.* 13. coram Carillo; ideò 25
ad hoc ut Sigillum probet Collegialitatem, non ſufficiet illud habere, ſed inſuper quod eo uſi fuerint ad faciendam fidem pro toto Collegio, Hoſtienſ. *in cap. nobis verſ. & notandum de jurepatron.* Jo: Andr. *ibidem num.* 11. Maſcard. *cit. concluſ.* 584. *nu.* 12. Rota *deciſ.* 354. *num.* 15. *part.* 4. *tom.* 2. *& deciſ.* 147. *nu.* 8. *par.* 10. *recent.* Cæterum licèt exiſtentia ſigilli Collegialitatem probet; ejus tamen non exiſtentia non 26
excludet Collegialitatem, cùm multa accidere poſſint

ex quo

Digitized by Google

ex quo ſigillum deficiat, ut obſervat Lotter. *cit. quaeſt.* 14. *num.* 80. & ex eo Barboſ. *de Canon. cap.* 2. *num.* 16. Card. de Luca *de praem. diſc.* 51. *in fine*.

Dato autem quòd Eccleſia ſit Collegiata, dubitari poteſt, an Canonici, & Beneficiati teneantur ad quotidianam Officiaturam in Choro. Et certum eſt
27 ſub diſpoſitione Concilii Tridentini *cap.* 12. *ſeſſ.* 24. *de reformatione*, ubi videntur cogi Canonici ad diurnam Officiaturam, non comprehendi niſi Canonicos Cathedralium, & Collegiatarum Inſignium, qui ad id tenentur non obſtante quacunque contraria conſuetudine, ut ex pluribus docet Fagnan. *cap. cum omnes nu.* 31. *cum ſeq. de Conſtit.* In Collegiatis autem
28 non Inſignibus, licèt regulariter Canonici pariter teneantur ad aſſiduum ſervitium Chori; tamen ex triplici limitatione ab eo abſolvuntur, nempe aut ſi Eccleſiæ ſint rurales, aut ſi adſit contraria immemorabilis conſuetudo, aut demum adeo tenues ſint redditus, ut Canonici ali non valeant, ut in fortioribus terminis obligationis reſidentiæ, reſolvit *Sac. Cong. Conc. in Fundana* 15. *Octobris* 1618. & fusè Fagnan. *in cit. cap. cum omnes num.* 31. §. *ſed poſtea*, Garzias *de benefic. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 197. Pignatell. *conſult.* 114. *num.* 10. & *conſult.* 134. *n.* 14. *to.* 9. & *conſult.* 150. *n.* 84. *to.* 10. Epiſc. Criſpin. *part.* 2. *viſit. paſtor.* §. 19. *num.* 13.

Quæ limitationes ſufficit ſi concurrant alternati-
29 vè, tum ex dictione *Aut* per Sacram Congregationem adhibita, quæ efficit ut unica tantùm pars verificari ſufficiat, Altograd. *conſ.* 70. *num.* 63. Rota *deciſ.* 1342. *num.* 3. coram Emerix Junior. tum ex ſpeciali declaratione ejuſdem Sacræ Congregationis apud Fagnan. *cit. cap. cum omnes num.* 31. *verſ. expreſſe*, & Pignatell. *cit. conſult.* 134. *numer.* 14. ubi declaratum fuit, ſufficere ſolam immemorabilem. Et in terminis Collegiatæ non Inſignis, Sacra Congregatio Viſitationis Apoſtolicæ in quadam Collegia-
30 ta Civitatis Laviniæ 28. *Auguſti* 1704. declaravit non ſuſtineri decretum Viſitatoris Apoſtolici cogens Canonicos ad diurnam Officiaturam; ſed quòd ſervaretur ſolitum, quod erat de inſerviendo tantùm diebus feſtivis, licèt alioqui Canonici haberent pingues redditus. Et pariter eadem *Sac. Congreg. Concil. in Narnien. ſervitii* 26. *Aprilis* 1658. *lib.* 21. *Decretor. pag.* 612. declaravit, non ſuſtineri decretum Epiſcopi demandantis diurnum ſervitium in Collegiata Otricoli, cùm obſtaret conſuetudo.

31 Cæterùm quotieſcumque exemptio à quotidiana Officiatura prætendatur per Canonicos Collegiatæ non Inſignis ob tenuitatem redditunm, eadem exemptio durabit durante reddituum tenuitate; nam ſi iſti augeantur, par eſt ut in Officiaturæ onus reincidant. Hinc cum Canonici Collegiatæ non Inſignis Oppidi Vallatæ Aliphanæ Diœceſis prætenderent nullum eſſe decretum Epiſcopi, ipſos cogens ad quotidianam Officiaturam; prætenſionemque fundarent in conſuetudine officiandi tantùm diebus feſtis, & in tenuitate reddituum, Sac. Congreg. Concil. *die* 12. *Febr.* 1707. ad dubium: *An Canonici Sanctiſſimæ Annunciatæ Vallatæ teneantur ad quotidianam Officiaturam in Choro?* Reſpondit: *Pro nunc Affirmativè*: quæ reſolutio non fundatur in prætenſa conſuetudine, quia ejus probatio non fuit juridicè facta, ſed ſolummodo in tenuitate reddituum; qui cùm augeri poſſint, ideò fuit dictum *pro nunc*: & ex ſuperius adductis rationibus in altera *Aliphana Collegiata*, dubio propoſito: *An Canonici Collegiatæ Eccleſiæ S. Crucis quotidie officiare teneantur? Die* 17. *Decembris* 1707. reſcripſit: *Negativè*, & *ſervetur reductio facta ab Epiſcopo anno* 1672. *auctoritate Sac. Congregationis*.

32 Atque hinc eſt, ut ſignum Collegialitatis non ſit, quòd in Eccleſia recitentur Divina Officia, tum quia ut vidimus, poteſt eſſe Collegiata ſine ejuſmodi onere officiandi; tum etiam quia id eſt ſignum prorſus æquivocum, cùm onus officiandi in Choro poſſit etiam eſſe in ſimplici Eccleſia receptitia, Card. de Luca *de Benef. diſc.* 14. *num.* 7. Rota *deciſ.* 147. *nu.* 10. *verſ. Tertia demum part.* 10. *recent.*

Pariter ſignum univocum eſt, ſi adſit jus eligendi 33
Prælatum, ex textu in *cap.* 1. *de electiones*; electio ſiquidem Prælati in quolibet Collegio de jure pertinet ad perſonas ejuſdem Collegii, niſi adſint reſervationes Apoſtolicæ, ut dixi ſupra *ſect.* 1. *num.* 6. cùm autem Prælatus cenſeatur ille, qui eſt caput, habetque juriſdictionem in ſingulos de Collegio, ſequitur ut ex ejus electione eruatur maximum ſignum in probanda Collegialitate, Lambertin. *de jurepatron. part.* 1. *lib.* 2. *qu.* 5. *principal. num.* 4. *pag.* 39. Card. de Luca *de Benefic. diſc.* 14. *num.* 13. Lotter. *cit. qu.* 14. *n.* 74. Maſcard. *cit. concluſ.* 584. *nu.* 10. Non tamen importatur hoc ſignum, ſi uniantur Beneficiati exiſtente uno uti capite, ac diſtribuantur fructus in communi, quia hæc poſſunt convenire ſimplici Congregationi, Adden. ad Buratt. *deciſ.* 455. *num.* 5. & *deciſ.* 469. *n.* 42. *par.* 19. *tom.* 2. *recent.* Bonum pariter ſignum pro arguenda Collegialitate erit, ſi Cura 34
animarum etſi habitu tantùm ſit penes ipſum Collegium, Lotter. *cit. quaeſt.* 14. *num.* 93. Rota *deciſ.* 60. *num.* 3. coram Carillo. Similiter ad probandam Collegialitatem conducit, ſi Eccleſia fuerit habita uti Collegiata, & in actis Viſitationis ab Ordinario talis aſſeratur, cùm hic præſumatur ſcire ſtatum ſuarum Eccleſiarum; vel ſi in ea fuerit facta proviſio tanquam de prima Dignitate, Rota *deciſ.* 482. coram Ludoviſ. & *in Matheranen. Archipresbyteratus* 27. *Junii* 1707. §. *collegialitas*, coram D. Kaunitz, & *in Comen. Canonicatus* 11. *Febr.* 1704. §. *viſa fuit*, coram D. Scotto.

Scire autem Collegiatam eſſe Inſignem, vel non 35
Inſignem, ad plura confert, tum ob differentiam reſidentiæ, & ſervitii Chori inter unam, & aliam, ut ſuperius dixi; tum etiam ad alios effectus inductos per *Tridentinum cap.* 12. *ſeſſ.* 24. *de reform.* Jure autem Canonico definitum non eſt, quænam Eccleſia dicatur Inſignis; unde res ex facto dependet, attento nomine *Inſignis*, quæ Eccleſiæ nobilitatem, & excellentiam præſefert, quodque Collegiata Inſignis proximior eſt Cathedrali, ac ferè illam æmulatur. Unde DD. pro inſpiciendo, an Collegiata ſit Inſignis, rem arbitrio Judicis relinquunt, ad inſtar pro- 36
bationis Nobilitatis; atque præſertim ad eam inducendam conferunt: quod Eccleſia communiter reputetur Inſignis: ſit Matrix in loco, præcedatque aliis in publicis functionibus: ſit antiqua, & conſpicua quoad ſtructuram materialem, & numeroſitatem Dignitatum, Canonicorum, aliorumque Miniſtrorum; ſitque in loco, ſeu Oppido nobili, & numeroſo; ex quibus judicium fieri poſſe pro qualitate Inſignis, dixerunt Card. de Luca *de praeminent. diſc.* 8. *num.* 14. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quaeſt.* 15. *à num.* 1. *ad* 9. Barboſ. *de Canon. cap.* 2. *num.* 18. & *de jur. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 15. Corrad. *in praxi benefic. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 17. & plenè Rota *deciſ.* 29. *per tot. part.* 2. *diverſorum*.

Porrò hujuſmodi erectiones Collegiatarum, quæ 37
ut dixi requirunt auctoritatem Papæ, expediri ſolent per Datariam cum ſolutione notabilis componendæ; & dum primò pro hac re exhibentur preces Pontifici, hic ſolet conſulere Sacram Congregationem Concilii, quæ prævio voto alicujus ex Eminentiſſimis Patribus ejuſdem Congregationis, & expenſis qualitatibus in erectione concurrentibus annuit, vel abnuit, & plura ad hanc praxim pertinentia affert Corrad. *in praxi benef. lib.* 2. *cap.* 1. & *ſeqq.* Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quaeſt.* 15. *num.* 8. Card. de Luca *de praem. diſc.* 9. Regulariter tamen in talibus conſide- 38
rari ſolet qualitas, & amplitudo loci, in quo facienda eſt erectio: Docilitas, ac numeroſitas Populi, & Cleri: Structura, & capacitas Eccleſiæ erectæ, aut erigendæ: Sacrarum ſupellectilium pretioſitas, & diverſitas: Dos congrua pro præbendis Canonicorum, & diſtributionibus: ulteriùs, quod conditiones in fundatione apponendæ, non ſint à jure exorbitantes,

velu-

Digitized by Google

veluti ſi Eccleſia ſit patronata, & Patronus velit ſibi
reſervare primam Dignitatem, ut dixi in præcedenti
Sectione. Similiter quòd per erectionem augeatur
Divinus Cultus, nec ex ea alicui inferatur præjudi-
cium; quòdque Epiſcopus approbet, ac laudet ere-
ctionem, ad quem effectum ſolet ab initio exquiri de
omnibus in eadem Sacra Congregatione relatio, &
inſtructio ipſius Epiſcopi.

39 Nihilominus quamvis regulariter hæc omnia atten-
dantur; potiora tamen, quæ ad erectioni annuen-
dum movent, ſunt congrua dos, ac Populi frequen-
ria, ſeu qualitas loci, Card. de Luca *cit. diſc. 9. num.*
11. Corradus *lib. 2. cap. 1.* Rota *deciſ. 258. num. 9.*
& ſeq. part. 7. recent. deciſ. 685. coram Cerro, &
in Giennen. Erectionis Collegiatæ 2. Junii 1704. §. *fi-*
nali, coram D. Kaunitz, ubi non cenſeri Populum
frequentem, ſi adeſſent 380. habitatores, ſed præſu-
mi conſpicuum ex numero Lectorum, Magiſtro-
rum, ac Muſicorum; eòque magis ſi non de con-
ceſſione erectionis, ſed de ejus erectione jam conceſ-
ſa agatur, quo caſu præfata requiſita non ita ſtrictè
examinantur, & in his terminis procedit Cardin. de
Luca *cit. diſc. 9. &* Rota *cit. deciſ.* 685. coram
Cerro.

40 Hinc erectio Collegiatæ non conceditur à Papa,
niſi in loco conſpicuo, ut poſt Corrad. *lib. 2. cap. 1.*
num. 6. & cap. 10. num. 75. innuit Rota *deciſ.* 469.
num. 20. part. 19. tom. 2. rec. Non videtur enim con-
gruum, ut erigatur in aliqua Civitatis parte remota,
& indecora; quamvis non excludatur, ſi extra menia
Civitatis poſtuletur hujuſmodi erectio, dummodo ta-
men in ſitu frequentabili erigatur, præſertim ſi res ſit
in fieri; plures enim Cathedrales extra Civitates ſitas
eſſe memorat Rota *cit. deciſ. 469. num.* 21. Oxo-
menſem ſcilicet, Sulmonenſem, & antiquitus etiam
Bononienſem.

Quamplura tamen impediunt hujuſmodi Collegia-
tarum erectiones in fieri, quæ in facto eſſe non at-
tenduntur. Hinc licèt præjudicium tertii in jam ere-
41 cta, vel expeditis Bullis non ſoleat attendi, ſi con-
ſequenter illud eveniat ex natura actus, ut ſupra di-
xi, & notat Card. de Luca *in cit. diſc. 9. num. 4. &*
5. de præm. Attamen Capitulum Cathedralis, &
aliarum Collegiatarum legitimus eſt contradictor, &
42 ſaltem ex æquitate admittendum pro hujuſmodi ere-
ctione impedienda, ſi rationabile ſui præjudicium ad-
ducat, ut dixit Rota *in Hydruntina Erectionis Colle-*
giatæ ſuper attentatis die 1. Junii 1696. coram Pio,
quamvis ab executione erectionis appellare non poſ-
ſit. Quòd ſi hujuſmodi litteræ fuerint directæ Exe-
quutori mixto, & cum clauſula *ſine præjudicio alte-*
rius, cùm tali caſu forma conditionalis præſcripta in
43 litteris debeat judicialiter verificari, poterit Capitu-
lum per viam nullitatis executionis petere ejuſdem re-
vocationem, non autem per viam purgationis atten-
tatorum, quia hoc jus ei tantùm competit, qui ne-
ceſſariò debet audiri, vel vocari; quod Capitulo non
competit, dummodo in litteris non fuerit expreſsè di-
ctum quòd vocetur; ut in paribus terminis quoad
Parochum in erectione Oratorii, ut debeat audiri,
quamvis aliàs non annulletur actus, dixi latè *tom. 1.*
ad Conſtit. 2. Paſchalis II. ſect. 1.

Hinc Rota *in cit. Salernitana 29. Aprilis 1697.*
in fine, firmans Executorem nulliter proceſſiſſe in
44 erectione Collegiatæ, non fuit innixa, ex quo Capi-
tulo non audito Executor proceſſerat; ſed ſe reſtrin-
xit, quia non verificaverat conditiones, cum qui-
bus erant litteræ Apoſtolicæ erectionis expeditæ. Ne-
que contra ſupradicta firmavit Rota *in Giennen. Ere-*
ctionis Collegiatæ ſuper attentatis 2. Junii 1704. co-
ram D. Kaunitz, quia erat in cauſa nedum Capitu-
lum Cathedralis, ſed etiam Promotor Fiſcalis Ope-
rum Piorum, ex quorum emolumentis Collegiata
fuerat erecta; imò aderat Curatus certi Beneficii, ſic-
que eorundem jus erat certum, & proinde cùm eſ-
ſent legitimi contradictores, debuerant citari, Card.
in Clem. ſtatutum num. 7. in fine de elect. Corrad. *in*
praxi Benef. lib. 2. cap. 1. num. 16. cum ſeq. Rota *de-*
ciſ. 484. num. 14. coram Buratto, & *in cit. Giennen.*
Erectionis Collegiatæ, §. final. & ulteriùs agebatur de 45
executione ſententiæ Nuncii Apoſtolici, qui prævia
revocatione ſententiæ Ordinarii denegantis executio-
nem litteris erectionis, has exequi mandaverat, ſic-
que dum fuerat vulnerata via executiva literarum
Apoſtolicarum, meritò intrabat Appellatio, Roſa *de*
execut. liter. Apoſtolic. part. 1. c. 8. num. 155. & in
Addit. num. 134. Rota *deciſ.* 76. coram Coccino.

Dos autem Collegiatæ debet eſſe perpetua, & libe- 46
ra; nam ſi ſit obnoxia oneribus, non calculatur, ni-
ſi cum eorundem deductione, ut dixit Rota *in deciſ.*
297. nu. 4. part. 17. rec. & latè in *Hydruntina Ere-*
ctionis Collegiatæ die 1. Junii 1696. ſuper negotio prin-
cipali, & die 29. Aprilis 1697. §. abſque eo, coram
Pio; idque etiam ſi ſint onera Miſſarum, quamvis in 47
eis taxetur eleemoſyna ad rationem duorum juliorum
pro qualibet Miſſa. Nec obſtat, quòd non deducan-
tur onera Miſſarum à valore Beneficii; nam id fit ne
inducatur falſa expreſſio valoris, ut in *Ferrarien. Ca-* 48
pellaniæ 20. Junii 1692. §. cæterum, coram Beninca-
ſa, & 13. *Februarii 1696. §. neque onera Miſſarum*,
cor. D. Priolo, vel ubi lis eſſet ſuper juſtificatione
penſionis reſervatæ ſuper Parochiali cum clauſula,
dummodo remaneant centum pro Rectore, ea ratione,
quia primo caſu ſalvatur aſſertio, pro qua omnis in-
tellectus capi debet. Secundo caſu Parochus tenetur
ex munere Miſſam celebrare; ſecus autem in erectio-
ne Collegiatæ, quia Canonici non tenentur ex mu-
nere Canonicali Miſſas celebrare, niſi Conventualem
pro Benefactoribus, & ſic ad hujuſmodi onus, quem-
admodum & ad illud intereſſendi Choro, debet habe-
ri reſpectus.

Tandem quoad præjudicium tertii, jam ſupra dixi 49
ſolere attendi, quod præſertim procedit, ſi agatur de
præjudicio voluntatis Teſtatoris, etſi hæres conſen-
tiat: idque nedum in fieri ſolet conſiderari, ſed etiam
gratia aliàs facta dicitur ſubreptitia, præſertim ſi adſit
præciſa voluntas teſtatoris, ne immutaretur ejus vo-
luntas, Card. de Luca *de fideic. diſc. 265. n. 5. deciſ.*
476. n. 4. coram Peutinger. *dec. 41. nu. 30. & deciſ.*
363. num. 23. & 24. part. 10. & deciſ. 186. num. 1.
& 2. part. 16. recent. prout ſi adeſſet juramentum de
non impetrando gratiam derogatoriam, Felin. *in cap.*
conſtitutus num. 13. de reſcript. Roman. *conſil. 326. n.*
1. Seraph. *de juram. privil. 22. num. 12. &* 17. quæ
ſingula, vel unitim, majorem, vel minorem operatio-
nem faciunt ad gratiam impediendam, vel ſubrepti-
tiam reddendam, ut in iiſdem terminis firmat Rota
in cit. Giennen. Erectionis Collegiatæ 2. Junii 1704. §.
Uſque exequi, coram R. P. D. Kaunitz.

Nec obſtat, quòd mutatio ſtatus in meliorem non 50
faciat habere in conſiderationem voluntatem Teſta-
toris, qui præſumitur voluiſſe, ſi ſciviſſet meliorem
ſtatum, Card. de Luca *de teſtam. diſcurſ. 72. num. 15.*
& 16. Carp. *de execut. teſtam. lib. 3. cap. 40. nu. 35.*
& 36. Guid. Pap. *deciſ.* 556. Rota *in Romana, ſeu*
Januen. Legati 1. Julii 1697. §. altera verò & §. ve-
rùm hæc, coram Em. Tremoille, quia id procedit in
dubio, non autem quando reſiſtit præciſa voluntas
Teſtatoris, ut non immutetur, ut proſequitur *cit. de-*
ciſ. Giennnen. §. minuſque; ubi etiam pro ſubreptione
gratiæ, cùm Papa non ſoleat derogare voluntati cla-
ræ Teſtatorum, ne retrahantur ab erogatione bono-
rum propriorum in Eccleſiis, Kochier. *ad Reg. Can-*
cell. tit. de derog. juriſp. in addit. lit. E. Rota *deciſ.*
372. num. 4. part. 17. & dec. 159. num. 2. & 3. &
deciſ. 725. num. 2. & 3. part. 18. recent. Et quatenus
Teſtator conceſſerit tantùm in aliquo facultatem mu-
tandi, cenſetur in reliquis enixè noluiſſe, ut habetur
penes Rotam *deciſ. 36. n. 11. part. 16. & deciſ. 601.*
n. 31. & ſeq. part. 19. tom. 2. recent.

Conſideratur itidem in concedenda erectione Col- 51
legiatæ, an adſit ſufficiens numerus Canonicorum,
adeout cum parvo Canonicorum numero erectio
permitti non ſoleat; ad minus autem debent eſſe
ſex,

Digitized by Google

ſex, Card. de Luca *in Miſcell. Eccleſiaſt. diſc.* 38. *num.* 13.

52 Sed cùm in principio hujus Commentarii dixerim, primam Dignitatem principalem in Collegiata eſſe electivam, vel reſervatam Papæ; ita dicendum ex eodem jure Collegialitatis elici jus Collegii, & Capituli, ut Canonicatus ab ipſo conferantur, niſi tamen contrarium ſit præſcriptum favore Epiſcopi, ſeu Ordinarii, *cap.* 1. *de election. cap. ea noſcitur de his quæ fiunt*, Garzias *de benef. part.* 5. *c.* 4. *num.* 72. Barboſ. *de Canon. & Dign. c.* 14. *num.* 20. Spada *conſ.* 14. *num.* 7. *tom.* 2. Card. de Luca *de Benef. diſc.* 12. *num.* 13. *& diſcur.* 17. *num.* 5. Rota *deciſ.* 1084. *nu.* 2. coram Emerix *jun.* & latè in *Bononien. Juris conferendi* 22. *Aprilis* 1697. coram Urſino, ubi de Beneficiis Eccleſiæ Collegiatæ S. Petronii inter Capitu-
53 lum, & Archiepiſcopum. Tamen ſi erectio beneficiorum, ſeu Canonicatuum in Collegiata fiat ex aliis bonis, quàm ipſius Collegiatæ, aut ex antiquis beneficiis, tunc ceſſat jus Capituli, & ſalvum eſt illud Epiſcopi, ſeu Ordinarii, Card. de Luca *de Benef. diſc.* 17. *num.* 6. *&* 7. Rota *deciſ.* 157. *num.* 24. *par.* 6. *rec.* quia per novam erectionem non alteratur jus tertii, ut latè in *cit. Bononien.* §. *licèt enim*. Quod limitatur, niſi agatur de prima dignitate principaliori, ex ſupra latè deductis. Tamen differentia eſt in-
54 ter Capitulum, & Epiſcopum, quia Capitulum in beneficiis ſpectantibus Epiſcopo debet contra Epiſcopum uti quadragenaria præſcriptione cum titulo putativo, vel centenaria, ſeu immemorabili, quia adeſt aſſiſtentia juris ad favorem Epiſcopi, ut firmatur *cit. Bononien.* ſed pro Epiſcopo in beneficiis Collegiatæ ſufficere ordinariam conſuetudinem, dictum fuit in *cit. deciſ.* 1084. *nu.* 2. ex eo, quòd facilis eſt regreſſus ad primævam naturam, cùm omnia beneficia ſint ſub Epiſcopo. Quamvis Rota ibi dubitativè loquatur, dum utitur verbo *forſan*.

Cæterum cùm etiam Collegiata habeat pro ſe aliquam aſſiſtentiam Juris, licèt non adſit reſiſtentia contra Epiſcopum, poterit iſte ſimplici quadragenaria uti ſine titulo; & Capitulum contra beneficia ad Epiſcopum ſpectantia requiret titulum, vel centenariam, ut diſtinguit Rota *deciſ.* 731. *num.* 9. *& ſeq. & deciſ.* 764. *num.* 10. *& ſeq.* coram Emerix *jun.* quia textus in *cit. cap. ea noſcitur* vult derogari juri Capituli per præſcriptionem, Gonzal. *ibid. num.* 7. nam ex ſui natura, Collegiata importat, ut Canonici fiant per electionem à Collegialibus, ut ſupra dixi.

55 Quæri ulteriùs poteſt, an pro expenſis requiſitis in erectione Collegiatæ, veluti ſunt expeditiones Bullarum, aut ſimilium, poſſint alienari, aut obligari bona ejuſdem Eccleſiæ. Profectò certum eſt, in alienatione bonorum Eccleſiæ requiri cauſam neceſſitatis, aut utilitatis ejuſdem, ut latè dixi *tom.* 1. *ad Conſtitut.* 1. *D. Leonis Magni ſect.* 4. *nu.* 3. *cum ſeqq.* utilitas autem non ſolùm conſiſtit in augmento rei, aut pretii, ſed etiam quandoque attenditur utilitas ſalutis animarum, cultus Divini, aut ſimilium, ut penes Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 28. *num.* 24. Rota *deciſ.* 224. *part.* 10. *& deciſ.* 320. *part.* 14. *rec.* Unde cùm erectio in Collegiatam videatur eſſe utilis Eccleſiæ, dum inde augetur Divinus cultus, dici pariter poſſet, ob talem cauſam ejus bona alienari, aut obligari poſſe. Atque in hanc ſententiam inclinare viſa eſt Sacra Congregatio Concilii in una *Montis Regalis*, occaſione qua in Civitate Cunei ejuſdem Diœceſis erecta fuerat Collegiata, adhibita tantùm auctoritate Ordinarii; cùmque Epiſcopus ſucceſſor Canonicos coegiſſet ad obtinendam, prout ab initio obtinere debuerant, diſpenſationem Apoſtolicam; pro qua, quemadmodum etiam pro Indulto deferendi Rocchettum, & Cappas, nonnullas fecerunt expenſas; unde pro earum ſatisfactione ſupplicarunt pro facultate alienandi, ſeu obligandi quædam ſtabilia Eccleſiæ; quam eadem *Sacra Congreg. ſub die* 19. *Maii* 1708. conceſſit tantùm pro expenſis factis pro erectione Collegiatæ, non autem pro Indulto deferendi Cappam, & Rocchettum. Quæ Reſolutio quoad primam ejus partem proceſſit, non ſolum quia per erectionem Collegiatæ augebatur Divinus cultus; ſed etiam quia agebatur de Collegiata jam erecta ab Ordinario, & Canonici præfatas expenſas fecerant coacti ab Epiſcopo ſucceſſore, unde expenſæ videbantur factæ potiùs ex cauſa neceſſaria, quàm voluntaria; alioqui tamen ſi res fuiſſet in fieri, Sacra Congregatio non ita de facili beneplacitum conceſſiſſet; non enim expedit erogare bona Eccleſiæ, ut ornatior appareat, dum inde ipſa ſit pauperior, niſi forſan eſſet valdè dives. Quo verò ad alias expenſas pro obtinendo Indulto deferendi Rocchettum, & Cappas, utpotè voluntariè à Canonicis factas, quæque non in Eccleſiæ utilitatem, ſed tantùm in Canonicorum decus, & ornamentum cedunt, jure fuit denegatus aſſenſus, quemadmodum aliàs eadem Sacra Congregatio denegaverat, ut dixi *tom.* 1. *cit. ſect.* 4. *numer.* 148.

An autem poſſit dari Collegiata, quæ ſimul ſit Sæ- 56
cularis, & Regularis, poſſet ad rem dubitari. Et jure dici valet, hoc fieri non poſſe, quia licèt in Eccleſia Collegiata Regulari fundari poſſint Beneficia
Eccleſiaſtica Sæcularia, & è contra, cùm aliud ſit 57
Eccleſia, aliud Beneficia in ea exiſtentia, juxta notata per Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 34. *num.* 71. *&* 72. & alibi dicam; non tamen eadem Eccleſia poteſt eſſe Regularis, & Sæcularis, eò quia plura conſiderarentur incompatibilia inter unum ſtatum, & alium, cùm in eodem Collegio nequeant eſſe perſonæ diſparis profeſſionis, compaginando unum corpus ex partibus, ſive membris diverſæ naturæ, Clem. 1. *de election.* Abbas *quæſt.* 6. *num.* 2. Card. de Luca *de Benef. diſc.* 63. *num.* 5. Rota *deciſ.* 84. *num.* 3. *part.* 1. *rec.* ſecus tamen eſſet, ſi poſita Eccleſia Sæ-
culari, vel Regulari, cujus Sponſus ſit Prælatus Sæ- 58
cularis, vel reſpectivè Regularis, & quod in tali Eccleſia Sæculari, ultra Collegium Sæculare, adſit aliud Regulare, vel è contra; quia tunc non adeſt implicantia corporis cum diverſis membris; cùm Collegium ſuper inductum faciat corpus ſubalternatum corpori conſtituenti Eccleſiam in ſui eſſe, ut benè notat Card. de Luca *loc. cit. nu.* 7. & paſſim videmus in una Eccleſia Collegiata adeſſe Confraternitates, & Collegia conſtituentia corpus de per ſe, quemadmodum in titulis Cardinalitiis, etſi Sæcularibus, adſunt Collegia Regularia, ut notat Card. de Luca *ibid. & de Juriſd. diſc.* 34. Card. Albit. *diſcept. de Juriſd.* Card. *poſt tract.* Card. de Luca *de Juriſ.* & in hoc caſu unumquodque Collegium regulatur propriis juribus, & regulis, qualis etiam eſt Collegiata S. Ambroſii Majoris Mediolani, in qua adſunt Canonici, & Capitulum Sæculare, atque Abbas, & Monachi Ciſtercienſes, qui faciunt duo Collegia formaliter diſtincta, adeout in uno latere Eccleſiæ adſint Sæculares, in alio Regulares, & de ea fit mentio in *Mediolanen. Viſitationis* 28. *Novemb.* 1705. *lib.* 55. *Decr. Sac. Cong. Conc. fol.* 420. *à ter.* Aliquando tamen
contra diſpoſitionem juris in eodem Collegio admit- 59
tuntur Sæculares, & Regulares, ut in Eccleſia Montis Regalis in *deciſ.* 79. *&* 84. *part.* 1. *recent.* quæ ſunt coram Coccino *deciſ.* 179. *&* 197. ubi quòd in eadem Eccleſia adſint Clerici Sæculares cum Monachis in eodem Choro, ſed quod Sæculares debeant ſe conformare Regularibus quoad recitationem Officii, ex ratione, quod quilibet debet ſe conformare moribus Eccleſiæ, in qua converſatur, Vitalin. *in Clem. fin. nu.* 52. *&* 53. *de celebr. Miſſar. cap. final. verſ. præcipimus*, ubi Gloſſ. *ult. de ſtatu Monachorum*, *can. illa verſ. Sic etiam in diſt.* 12. *can. recolentes verſ. cæterum*, ubi Gloſ. *verb. coaptent de ſtatu Monachor.* Rota *cit. deciſ.* 79. *num.* 2. & ita etiam in Eccleſia Cæſaraugustana adeſſe hanc unionem Clericorum, & Regularium in eodem Capitulo, refert Card. de Luca *cit. diſc.* 63. *num.* 7. *de Benefic.* & de ea fit mentio in *Cæſaraugustana Juriſdictionis deciſ.* 1024.

coram

Digitized by Google

coram Emer. *jun.* ſemper tamen firmum ſtat, non poſſe dici ſimul Eccleſiam Regularem, & Sæcularem, quia importaret deformitatem, ſed conſideratur permixtio Clericorum Sæcularium, & Regularium, exiſtente tamen Eccleſia Sæculari, vel è contra, ut eſt Eccleſia Montis Regalis, quæ eſt Regularis, & ideò Sæculares debent conformare ſe mori-
60 bus Monachorum, eandemque Eccleſiam Regularem officiare debent more Regulari, ut in *cit. deciſ.* 79. *num.* 2. *&* 3. *part.* 1. *rec.* ubi quòd nec Epiſcopus debet mutare formam officiaturæ in dicto caſu, & *deciſ.* 84. *eadem part.* 1. Non tamen videtur verum, quod dicitur in *citat. deciſ. num.* 3. quòd diſpoſitio Clem. 1. *de elect.* ut homines diſparis profeſſionis, vel habitus, ſimul non contrarientur, procedat quidem quoad Clericos Regulares, & Sæculares, non tamen habeat locum, ut prohibeantur ſimul adeſſe, ſi Eccleſia habeat exercitium Curæ animarum; quia hoc poſſet procedere, ut in Eccleſia Regulari adſit Parochus Sæcularis pro Populo, non autem ut in unico Collegio adſint Sæculares, & Regulares, tanquam membra conſtituentia ſimul unicum corpus, ex adductis per Capram *in repetit. ad dictam Clem. Cum rationi num.* 28.

CONSTITUTIO VIII.

INNOCENTII IV.
incipiens (*Cum Fratres.*)

EPITOME BULLÆ.

INNOCENTIUS, MARCHIONIBUS, COMItibus, Baronibus, ac Poteſtatibus &c. Civitatum, & aliorum locorum per Lombardiam, Marchiam Tarviſinam, & Romandiolam conſtitutis.

HÆreticos, eoſque, qui pro Hæreticorum defenſione, receptatione, aut fautoria excommunicati publicè fuerint, ut bonis ipſorum confiſcatis, banno publico per præfatos Barones, & Poteſtates exponantur, præcipit hic Pontifex: quibus Baronibus, & Poteſtatibus id non exequentibus, Inquiſitoribus injungit, ut appellatione remota eos per Cenſuras ad id compellant.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Conſtitutiones ſtatuentes pœnas contra Hæreticos obligant generaliter, quamvis certis perſonis dirigantur.*
2 *Jura confiſcationem bonorum contra Hæreticos præſcribentia, recenſentur.*
3 *Confiſcatio contra Hæreticos optimo jure ſtatuta eſt.*
4 *Confiſcationis pœnam an ipſo jure Hæretici incurrant?*
5 *Ante tempora Bonifacii VIII. requirebatur ſententia Judicis.*
6 *Poſt Bonifacium VIII. contingit confiſcatio ipſo jure, & bona Hæretici ſtatim transferuntur in Fiſcum à die commiſſæ hæreſis.*
7 *Dictiones*, Ipſo jure, Ipſo facto, Ex nunc prout ex tunc, *quid operentur.*
8 *Hæredes Hæretici non acquirunt ejus bona, niſi per præſcriptionem quadragenariam.*
9 *Aliqui aſſerunt confiſcationem non fieri ipſo jure. Sed improbantur.*
10 *Hæreticus licèt amittat ipſo jure dominium bonorum, retinet tamen poſſeſſionem uſque ad ſententiam declaratoriam.*
11 *Sententia declaratoria requiritur, etſi pœna ſit ipſo jure impoſita.*
12 *Hæreticus ante ſententiam declaratoriam facit fructus ſuos.*
13 *Fructus tamen extantes tempore ſententiæ, pertinent ad Fiſcum.*
14 *Alienationes factæ ab Hæretico poſt delictum, ſunt ipſo jure inutiles.*
15 *Sententia confiſcationis ob hæreſim eſt tantùm declaratoria, & retrotrahitur ad tempus delicti.*
16 *Bona ab Hæretico alienata poſt delictum, Fiſcus unà cum fructibus à tertio poſſeſſore repetit.*
17 *Nec Fiſcus tenetur ſolvere pretium, niſi illud, vel ejus æquivalens adhuc ſit in bonis.*
18 *An dicatur pretium æquivalenter extare, ſi Hæreticus ex eo emerit alimenta, quæ tamen caſu perierunt.*
19 *Bonorum alienatio facta ante hæreſim valida eſt, niſi fuerit in fraudem, & quatenus cenſeatur eſſe in fraudem.*
20 *Bona confiſcata ob hæreſim, cui Fiſco cedere debeant. Remiſſivè.*
21 *Hæreticus an poſſit agere contra ſuum debitorem pro credito?*
22 *Per deportationem omnis actio extinguitur.*
23 *Creditor ob hæreſim amittit creditum, & debitor liberatur ab obligatione.*
24 *Aliqui tamen contrarium tenent.*
25 *Verius eſt amittere creditum pro ſe, & ad ſui favorem tantum.*
26 *Non tamen reſpectu Fiſci, qui poteſt contra debitorem agere.*
27 *Et poteſt etiam ipſe Hæreticus creditor agere favore Fiſci.*
28 *Quemadmodum etiam debitor decoctus manens ſub concurſu creditorum, poteſt in eorundem commodum agere.*
29 *Debitor ſolvens Hæretico, aut creditori decocto, liberatur.*
30 *Niſi tamen id faciat in fraudem.*

COnſequutivè ad ea, quæ in Conſtitutione prima
hujus Pontificis diximus, nempe de juſta Hæreticorum
punitione, agendum hìc eſt de una ex præcipuis
Hæreticorum pœnis, de confiſcandis ſcilicet
eorum bonis, prout Pontifex ſtatuit in præſenti Con-
ſtitutione edita Peruſii die 11. Maii 1252. Breviter 1
priùs animadverſo, quòd licèt hæc Conſtitutio, aliæque
pœnas contra Hæreticos ſtatuentes directæ videantur
certis perſonis, quemadmodum hæc inſcribitur
Baronibus, & Poteſtatibus certorum locorum; adhuc
generaliter, & ubique locorum obligare, ex rationibus
adductis per Pegnam *poſt director. Inquiſit. diſput. de auctorit. Extravagantium num.* 14. *cum ſeq.* quæ eſt in fine ejuſdem Directorii, Spineus *in tract. de ſtrigib. cap.* 3. Cherubin. *filius ad hanc Bullam ſchol.* 1. Novar. *in ſumma Bullar. part.* 2. *comment.* 58. *num.* 4.

Id quod in hac Conſtitutione circa confiſcationem 2
bonorum contra Hæreticos ſtatuitur, diſpoſitum pariter extat per leges Friderici Imperatoris, à noſtro Pontifice in ejus *Conſtitut.* 1. confirmatis, *& in Conſtitut.* 9. *ejuſdem* incip. *Ad extirpanda* §. 13. *& in Conſt.* 13. *Clementis IV.* Idemque paſſim diſpoſitum videmus in Decretalibus, ut in *cap. vergentis, cap. ad abolendam, cap. excommunicamus il* 1. §. *damnati de Hæreticis, cap. ſuper quibuſdam de verbor. ſignificatione, cap. cum ſecundum leges de Hæreticis in* 6. & conſonat Jus Civile in *leg. Manichæos, l. Arriani, authent. Gazzaros Cod. de Hæreticis, leg.* 1. *Cod. de Apoſtatis.*

Quæ quidem pœna optimo jure Hæreticis impoſi- 3
ta eſt: plerumque enim hæreſis originem habet à divitiarum cupiditate, quæ ut Apoſtolus 1. *ad Timot. cap.* 6. inquit: *Radix omnium malorum cupiditas, quam quidam appetentes, erraverunt à fide.* Sunt enim Hæretici inter malos peſſimi, omniumque im-

manif-

Digitized by Google

maniſſimi, ex quo auferenda eis fuit omnis occaſio aliis nocendi, id quod ſummoperè divitiis præſtare poſſent, ut pluribus congeſtis oſtendunt Symancha *de Catholic. inſtit. tit. 9. in princ.* Del Bene *de Offic. S. Inquiſit. part. 1. dubit. 106. §. ſecundo.*

De hac igitur ampla Confiſcationis materia, quæ in Tribunalibus S. Inquiſitionis ſatis frequens eſt, aliqua hìc dicenda ſunt, aliis opportunè relictis pro ſequentibus Conſtitutionibus.

4 Suppoſito ergo ex ſupra allatis juribus, Hæreticos ſubjacere confiſcationi bonorum; videndum priùs eſt, an hæc pœna incurratur per Hæreticos ipſo jure, ſtatim ſcilicet ac in hæreſis crimen inciderint; an verò in hoc requiratur ſententia condemnatoria. Quam quidem quæſtionem in veſtibulo examinare viſum fuit, cùm ex ea plurium dubiorum reſolutio pendeat, ut infra patebit.

In qua tamen re, ad tollendum æquivocum facienda eſt diſtinctio Jurium. Quandoquidem ſi at-
5 tendere velimus præſentem Conſtitutionem, Leges Friderici, *cap. vergentis, & cap. excommunicamus §. damnati de Hæreticis*, certum eſt, bona Hæreticorum non cenſeri confiſcata, niſi poſt Judicis ſententiam; nam in citatis Juribus Hæreticorum bona non declarantur ipſo jure confiſcata, ſed confiſcanda relinquuntur per ſententiam.

Attendenda autem omninò eſt diſpoſitio Textus in *cit. c. cùm ſecundum leges de hæreticis in 6.* ubi Bonifacius ita loquitur; *Bona hæreticorum ipſo jure de Fratrum noſtrorum conſilio decernimus confiſcata:* Ex quo
6 textu DD. aſſerunt, bona hæreticorum ipſo jure cenſeri confiſcata, itaut ipſorum dominium à tempore patrati delicti amittant, & transferatur in fiſcum, Gloſſ. *in cit. cap. cum ſecundum leges verbo ipſo jure*, Abbas *in cit. cap. vergentis num. 2.* ubi dicit, quod etſi ex *cap. vergentis* confiſcatio non incurratur ipſo jure, id tamen haberi ex *cap. cum ſecundum leges*, Geminian. *ibidem*, Gonzalez *in cit. cap. vergentis num. 12.* Menoch. *conſ. 185. num. 8. Azor. part. 1. Inſtit. Moral. lib. 5. c. 7. quæſ. 2.* Anton. Gomez *lib. 3. variar. cap. 1. num. 1.* Scortia *in ſelectis Epit. 12. Theorem. 43.* Ricciul. *de Jure Perſon. lib. 5. cap. 31. n. 3. cum ſeqq.* Pegna *part. 3. comm. 158. §. his ita lit. A.* Fermoſin. *de confiſcat. bonor. alleg. 36. num. 6.* Card. Albitius *de inconſtant. in Fide capit. 22. num. 42.* Rota *deciſ. 364. numer. 7.* coram Penia. Idque
7 etiam ratione comprobatur, nam dictio *ipſo jure* appoſita in dicta Conſtitutione Bonifaciana, apertè ſignificat, voluntatem Legiſlatoris eſſe, ut ſtatim, patrato delicto, pœna incurratur, prout etiam de dictionibus, *ipſo facto, ex nunc prout ex tunc*, docent DD. apud Gonzal. *citat. num. 12.* Paſſerin. *de Electiou. capit. 25. quæſt. 51. num. 607.* Alfonſ. de Caſtr. *de juſta hæret. punit. libr. 2. capit. 6. numer. 6.* Tiraquell. *in l. ſi unquam verb. revertatur num. 408.* Ul-
8 teriùs accedit, quia ſi dominium bonorum hæretici ante ſententiam penes ipſum permaneret, jam ipſo mortuo ejus bona ad hæredes jure hæreditario pertinerent, nec requireretur præſcriptio quadragenaria, juxta diſpoſitionem textus *in cap. ſi qui 2. de præſcriptionibus in 6.* ut obſervat Gonzalez. *cit. num. 12.* & dixi latè *tom. 2. ad Conſt. 4. Honorii 3. num. 73. cum ſeqq.*

9 Non deſunt tamen aſſerentes, hæreticos non privari ipſo jure ſuorum bonorum dominio, inter quos Symancha *cit. tit. 9. num. 173. & 187.* & alii apud Barboſam *in cit. cap. cùm ſecundum leges num. 4. &* Sanchez *ad præcept. decalog. lib. 2. cap. 22. num. 2. & 3.* Sed non videtur, quo pacto contra ſatis clara verba *cit. cap. cum ſecundum leges* hæc ſententia ſuſtineri poſſit; licèt Paſſerin. *cit. cap. cum ſecundum leges num. 2.* concilier hanc ſecundam ſententiam dicendo, quòd remaneat dominium in delinquente, ſed valdè debilitatum, & languidum, adeout non poſſit de bonis diſponere. Verùm etſi hæc conciliatio in re ſit bona, non eſt tamen conſona terminis bonæ Juriſprudentiæ; retenta igitur prima ſententia, meliùs dicemus, quòd licèt hæreticus amittat ipſo jure dominium bonorum, retineat tamen veram illo- 10
rum poſſeſſionem, uſquedum feratur ſententia declaratoria, Gonzal. *cit. num. 12. in fine*, Barboſa *cit. cap. cum ſecundum leges num. 7.* & alii apud Pignatell. *conſult. 68. tom. 8.* Symancha *cit. tit. 9. num. 173. cum ſeqq.* Surdus *de alimentis tit. 9. quæſt. 32. num. 24.* Ricciul. *de jure perſon. lib. 5. cap. 31. numer. 10.* cùm ſine traditione non tranſeat poſſeſſio niſi certis caſibus; hinc accuſatione pendente ſolet interdici etiam adminiſtratio libera, Salell. & Sanctarell. apud cit. Pignatel. *num. fin.* etſi enim pœna ipſo jure per legem imponatur, adhuc tamen requiritur ſententia 11
declaratoria, ut ultra citatos docent Peregrin. *de jure fiſci lib. 4. tit. 5. num. 8.* Riccius *part. 2. collect. 203.* Cald. Pereira *lib. 1. quæſt. forenſ. quæſt. 23. numer. 49.* nam leges imponentes pœnam ipſo jure, intelliguntur dummodo ſequatur ſententia declaratoria delicti, Alber. *in leg. lex vectigali ff. de pignor.* Alexand. *in leg. ſi quis major nu. 13. ff. de tranſact.* Sanchez. *cit. lib. 2. c. 26. num. 12.* Surd. *deciſ. 247. num. 2.* Ricciul. *cit. cap. 31. num. 9.* Ex quo fit, ut hære- 12
ticus ante dictam ſententiam, tanquam verus poſſeſſor faciat fructus ſuos, itaut non poſſit à poſſeſſione expelli, nec ea eidem Fiſco offerre teneatur, ſed tantùm eſt poſſeſſio avocabilis per Fiſcum, ſi iſte jure ſuo uti velit; interim tamen ea jure poſſidere cenſetur, *cap. in litteris de reſtitut. ſpoliat.* Gonzal. *loco cit. &* Barboſ. *cit. n. 6. cum ſeqq.* Azor. *cit. lib. 5. cap. 7. quæſ. 3. & 4.* Pegna *part. 3. director. comment. 158. verſ. gravis tamen*, Gomeſ. *lib. 3. variar. cap. ult. num. 3.* Giballin. *tom. 2. de negotiat. lib. 6. cap. 2. art. 2. num. 30. cum ſeqq.* Suarez *de fide diſput. 22. ſect. 3.* & alii, quos refert, & ſequitur Ricciul. *loc. cit.* Atque hæc ulteriùs firmantur ex *cit. cap. cum ſecundum leges*, ubi etſi bona confiſcentur ipſo jure, expreſsè tamen ſtatuitur, quòd *Confiſcationis hujuſmodi executio, vel bonorum ipſorum occupatio fieri non debet per Principes, aut alios Dominos temporales, antequam per Epiſcopum loci, vel aliam perſonam Eccleſiaſticam, quæ ſuper hoc habeat poteſtatem, ſententia ſuper eodem crimine fuerit promulgata*, atque ibidem advertunt Gloſſa, & *DD.* Paſſerinus *ibidem num. 3.* poſt Farinacc. *quæſt. 190. num. 5.* Hæc tamen procedunt 13
quoad fructus conſumptos, quia quoad extantes tempore ſententiæ, Fiſcus capit eos, Del Bene *cit. part. 1. dubitat. 135. ſect. 5. num. 1.* Nam fructus ſequuntur dominium, & licèt illa poſſeſſio hæretici importet fructuum ſequelam, tamen id intelligi debet de conſumptis ante ſententiam declarationis confiſcationis, quia talis poſſeſſio eſt permiſſiva, & ſine dominio, quod amittit ipſo jure ob delictum, ut paſſim videmus in poſſeſſoribus ſine vero dominio, uti eſt hæres beneficiarius ultimi hæredis gravati fideicommiſſo, & ſimilibus.

Hinc eſt, quòd ſtatim ac hæreticus delictum com- 14
miſit, cùm bonorum dominium amiſerit, ex quo legitima facultas diſponendi oritur, omninò interdictus remanſit facultate eadem bona alienandi, adeout alienationes ſint ipſo jure inutiles, & invalidæ, quicquid aliqui contra dixerint, putantes alienationes non eſſe ipſo jure inutiles, licèt veniant reſcindendæ, Farinacc. *de hæreſi qu. 190. n. 72.* & alii apud Caſtropal. *tract. 4. diſp. 5. punct. 19. num. 2.* Etenim vel juxta ſaniorem ſententiam hæreticus amittit dominium à tempore delicti, vel ſaltem interdictus remanet bonorum adminiſtratione, Bald. *in leg. final. Cod. ad leg. Jul. majeſt.* Caſtropal. *cit. tract. 4. diſp. 5. punct. 17. num. 3.* Card. Albitius *cit. num. 43. & 44.* Fermoſin. *de confiſc. cit. alleg. 18.* adeoque in omnem caſum alienationes ab illo factæ, ſunt ipſo jure inutiles, quemadmodum expreſsè habetur in *l. Manichæos §. præterea Cod. de hæreticis, l. quiſquis §. emancipatione, l. finali Cod. ad leg. Juliam Majeſtat.* Ultraquam quòd ſententia confiſcationis, quæ per 15
Judicem Eccleſiaſticum fertur, non eſt condemnatoria, ſed ſolùm declaratoria confiſcationis ipſo jure ſequu-

Digitized by Google

ſequutæ à tempore perpetrati delicti; ex quo omnes
concludunt, ſententiam retrotrahi ad tempus delicti,
Azor. *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 7. *quæſ.* 8. *Sylveſter ver. hæ-*
reſis 1. *num.* 14. Bonac. *de contract. diſp.* 3. *quæſt.* 8.
punt. ultimo §. 3. *num.* 2. Suarez, Sanchez, & alii
apud Caſtropal. *cit. tract.* 4. *diſp.* 5. *punct.* 20. *nu.* 9.
16 itaut alienationes poſt delictum ſequutæ ſint ipſo jure
nullæ, & propterea bona alienata repeti poſſunt per
Fiſcum à quocumque tertio poſſeſſore unà cum fru-
ctibus, juxta diſtinctionem, quæ in materia repeti-
tionis fructuum in jure datur, Symancha *cit. tit.* 9. *n.*
25. Peregrin. *de jure Fiſci lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 166.
Boſſ. *in praxi de bonor. publicatione num.* 76. Curt.
ſen. conſil. 60. *num.* 30. Gratian. *diſcept.* 309. *num.* 8.
17 Ex quo ſequitur, Fiſcum repetentem dicta bona alie-
nata non teneri ſolvere pretium iis, qui bona etiam
titulo oneroſo obtinuerunt, ut ultra citatos dixit De
Marinis *reſol. quotid. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 2. niſi forſan
pretium, vel ejus æquivalens adhuc ſit in bonis ip-
ſius delinquentis; non enim æquum eſt, quòd Fiſcus
conſequatur ſimul rem, & pretium tertii emptoris,
Vaſquez *de legibus diſt.* 172. *cap.* 2. *n.* 8. Molin. *diſp.*
95. *verſ. licet autem*, Symancha *cit. tit.* 9. *num.* 31.
cum ſeqq. Farinacc. *de hæreſi quæſt.* 190. *num.* 78. Bo-
nacin. *cit. diſp.* 3. *qu.* 8. *punct. ult.* §. 4. *num.* 2.
18 Non tamen unanimis eſt DD. ſenſus, an dicatur
pretium æquivalenter extare, ſi res neceſſariæ ad vi-
ctum, vel amictum ab hæretico emptæ, caſu perie-
rint; aliis dicentibus, dictum pretium non cenſeri
extantem, quia rectè dici valet, amiſſis rebus emp-
tis, prædictum pretium non eſſe penes delinquentem
tempore, quo bona à fiſco vindicantur; aliis verò
probabiliùs ſentientibus, pretium cenſeri extantem,
ex eo quod pretium ſit erogatum in emptionem rei,
pro qua emenda ſine dubio delinquens tantundem de
proprio expendiſſet, Farinacc. *de hæreſi quæſt.* 190.
num. 28. *in fine*, Symancha *cit. tit.* 9. *n.* 38. Sanchez
lib. 2. *cap.* 22. *num.* 71.
19 Verùm ſi alienatio facta fuerit ante commiſſum de-
lictum, bona alienata non cadent ſub confiſcatione,
niſi alienatio facta fuerit in fraudem fiſci, licèt in
hoc caſu non ſit nulla ipſo jure, ut ex pluribus do-
cet Menoch. *lib.* 3. *præſump.* 124. *num.* 1. *& ſeq.* Fa-
rinacc. *in praxi qu.* 164. *ferè per tot.* ubi fusè agit,
quando alienatio cenſeatur facta in fraudem, Gomes
tom. 3. *variar. cap.* 14. *num.* 4. Del Bene *cit. part.* 1.
dub. 107. *num.* 6. *& ſequ.* Card. Albitius *de incoſt. in*
20 *fide cap.* 22. *ferè per tot.* An autem talis confiſcatio
procedat ad favorem Fiſci Eccleſiaſtici, vel Laicalis,
ſive potiùs Inquiſitionis, dicam ad *Conſt.* 21. *Alexan-*
dri IV. incip. *Diſcretioni.*
21 Sed nunquid hæreticus poſſit agere contra debito-
rem ſuum in judicio pro exactione crediti, vel po-
tiùs amittat creditum. Et videtur quòd non poſſit
agere, cùm dominium bonorum amiſerit, imò etiam
liberam adminiſtrationem, remanente tantùm uſu bo-
norum quoad fructus, donec ſententia declaratoria
emanaverit, Peregr. *de Jure Fiſci lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 54.
idque comprobatur ex textu in *l. ſi debitori deporta-*
tio ff. de fidejuſſoribus, & leg. 2. *Cod. ad leg. Jul. de*
22 *vi*, ubi quod quæcumque actio per deportationem
extinguitur, De Marinis *reſol. quot. l.* 2. *cap.* 5. *num.*
4. *&* 11. & in terminis debitoris decocti ſub concur-
ſu univerſali, non poſſe agere in judicio, docuerunt
ex textu in *l. is qui bonis, ff. de ceſſion. bonor. leg. is*
cui, ff. de verb. oblig. Valenz. *conſ.* 119. *nu.* 43. *cum*
ſequentibus lib. 1. *& conſ.* 111. *num.* 7. *& ſeq. lib.* 2.
Gratian. *diſcept.* 486. ubi latè De Luca, Salgad. *in*
lab. credit. part. 1. *cap.* 14. *num.* 21. *ad* 28. Rota *de-*
ciſ. 85. *num.* 11. *part.* 15. *recent.* & in *Romana exe-*
cutionis Apocæ 17. *Maii* 1697. §. *adhuc aſſumendo* co-
ram D. Olmo.
23 Imò hæreticus amittit creditum, & debitor poſt
incurſam pœnam à delinquente, ipſo jure liberatur
ab omni obligatione, ex *cap. fin.* ubi Gloſſ. & Abbas,
& alii Canoniſtæ *de hæreticis*, Eymeric. *in director.*
Inquiſ. par. 3. *quæſt.* 119. ubi Pegna *Comment.* 168.

& alii ibi citati, De Marinis *cit. cap.* 5. *nu.* 5. Card.
Albitius *de inconſt. in fide cap.* 22. *num.* 77. Contra-
rium nihilominùs videtur firmare Muſcatellus *in pra-* 24
xi Criminali de punitione, ſeu cognitione delictorum in
genere tit. de hæreſi in Addit. ſcribens in eadem cau-
ſa, in qua ſcripſit De Marinis, quique Muſcatellus
quoad amiſſionem crediti dicit rursùs, nullo jure ca-
veri, cùm textus in *cit. cap. fin. de hæreticis* procedat
in juramento fidelitatis per aliquem præſtito, quod
non debeat ſervari domino hæretico.
Tamen in hac re dico, quòd verè hæreticus amit- 25
tit creditum, nec poteſt agere pro ſe, & ad ſui favo-
rem, quia verè textus in *cit. cap. fin.* procedit non
ſolùm quoad juramentum fidelitatis, ſed etiam in alio
quocumque pacto, Gonzalez *ibid. num.* 5. Fermoſin.
alleg. 47. *per tot.* & alii plenè apud *cit.* Card. Albi-
tium *num.* 77. Farinacc. *quæſt.* 189. *num.* 57. *de hæ-*
reſi, Ricciul. *de jur. perſon. lib.* 5. *cap.* 32. *num.* 18.
Unde cùm hæretici ex firmatis amittant dominium
bonorum ipſo jure, nequeunt actiones per ſe ſtare ſi-
ne radice ipſius dominii, quo extincto, actiones ipſi
inhærentes pariter extingui oportet, ne aliàs detur
qualitas ſine ſubjecto.
Dixi tamen, pro ſe, & ad ſui favorem, quia debi- 26
tor non liberatur abſolutè, ſed reſpectu tantùm ipſius
hæretici, cùm credita acquirat Fiſcus, ſi intret confiſ-
catio, vel proximior, ut benè explicant DD. ſupra-
citati, & Gonzal. *cit. num.* 5. Card. Albitius *num.*
77. *verſ. Ipſi tamen*, Muſcatell. *cit. verſ. vel proxi-*
mior, vel Fiſcus. Unde poterit etiam hæreticus age-
re in judicio, quamvis non ſibi, ſed Fiſco acquirat;
nam verè habet permiſſivam adminiſtrationem bo- 27
norum, donec à Fiſco avocentur, imò poteſt age-
re pro reſtitutione bonorum, quæ ſibi quis aufer-
ret, ut docuerunt Ricciul. *cit. numer.* 10. Barboſ.
cap. cum ſecundum num. 7. *cit.* Fermoſin. *alleg.* 18.
num. 15. Card. Albitius *cit. cap.* 22. *num.* 46. Hinc
debitor decoctus, & exiſtens ſub concurſu Credito- 28
rum, etſi habeat dominium, tamen quia ob concur-
ſum efformatum bona fiunt pignus prætorium, &
ſub Judicis adminiſtratione ponuntur, ſequitur ut
non poſſit vendere, & alienare, imò nec agere,
cùm ei interdicta ſit quæcumque adminiſtratio, &
ſic nulla eſt ejus voluntas, aut conſenſus, Cujacius
in comm. ad l. ſi ſciens 26. *in principio, ff. de contrah.*
empt. Salgad. *in labyr. Credit. cit. cap.* 14. *n.* 5. Rota
in cit. Romana Executionis Apocæ §. *profectò*, & in
ejus confirmatoria 24. *Januarii* 1698. §. *defectus* co-
ram D. Olmo; tamen non prohibetur idem debitor,
etſi adminiſtratione privatus, agere in commodum
creditorum, augendo ſui patrimonium, Salgad. *cit.*
num. 62. *& ſeq.* Olea; *de ceſſione jurium quæſt.* 1. *tit.*
1. *num.* 56. quia non eſt prohibita acquiſitio etiam
ei, qui bonorum adminiſtratione caret, ut eſt in pu-
pillo, Monacho, & hujuſmodi, quia ad favorem
creditorum adminiſtratio interdicta dici non debet,
Surd. *conſil.* 284. *num.* 6. *& ſeq.* Salgad. *cit. num.* 62.
63. *&* 65. & plenè in *cit. deciſ. Romana Executionis*
Apocæ, §. *abſque eo quod*, & in ejus confirmatoria §.
neque, & ſeq. coram D. Olmo; hinc utique major
ratio conſiderari poteſt in hæretico, cui permittitur
adminiſtratio bonorum, quæ in concurſu univerſali
acceptato tollitur à debitore, nam permiſſa admini-
ſtratione, cenſentur permiſſa omnia ad eam conſe-
cutiva pro utilitate ejus, ad quem jure dominium
pertinet; hinc etiam hæretico benè ſolveret debitor, 29
dum vidit illum adminiſtrare bona, ut in terminis
fortioribus creditoris manentis ſub concurſu, cui
dicitur etiam interdicta adminiſtratio, ſi debitor ſol-
vit ignorantia juſta ductus, liberatur, quia ſolvit ei
cum quo contraxit, prout ſi quis ſolvit filiofami-
lias monacho, vel bannito, cum quibus contraxit,
aut Curatori, ſeu Tutori putativo, Salgad. *in La-*
ber. Cred. part. 1. *cap.* 28. *num.* 32. *& de* Luca ad
Gratian. *diſcept.* 486. *in fin.* quod intelligendum eſt 30
ſi creditor ſolveret hæretico, aut aliis prædictis bo-
na fide, nam ſi ſciviſſet futuram confiſcationem,

Digitized by Google

& pœnam incurſam, diceretur facere in fraudem, quæ tamen an adſit, Judicis prudentiæ eſt remiſſum, cùm alioqui nunquam præſumatur.

CONSTITUTIO IX.

INNOCENTII IV.
incipiens (*Ad extirpanda*.)

EPITOME BULLÆ.

INNOCENTIUS, POTESTATIBUS, SIVE Rectoribus Civitatum, & Locorum per Lombardiam, Romandiolam, & Marchiam Terviſinam conſtitutis.

PLures leges in hac Conſtitutione inſertas, diſponentes de modo capiendi Hæreticos, pluresque pœnas contra ipſos, eorumque fautores, & receptatores decernentes, Pontifex hic præfatis Poteſtatibus Civitatum, & Locorum, ſub infamiæ, perjurii, aliiſque pœnis fautorum obſervandas injungit.

COMMENTARIUM,

SUMMARIUM.

1 *Hæreſes quæ tempore Innocentii IV. in Italia aderant, referuntur.*
2 *Hæreſis Circumcellionum qualis fuerit, & unde originem habuerit.*
3 *Multa in hac Conſtitutione ſtatuuntur pro perſequendis Hæreticis.*
4 *Proponuntur tractanda in hoc Commentario.*
5 *Uſus demoliendi domos ob majora crimina fuit etiam apud antiquos Romanos.*
6 *Unde idem uſus apud nos invexerit.*
7 *In Civitate rebelli immittitur aratrum.*
8 *Quemadmodum etiam ſi tota Civitas labatur in hæreſim.*
9 *Inſequentes hoſtiliter, aut percutientes S. R. E. Cardinales, puniuntur demolitione domorum.*
10 *Domus, in quibus Hæretici conventicula habent, demoliendæ ſunt, etiam ſi ſint alienæ.*
11 *Domus Hæreticorum dogmatizantium demoliendæ ſunt, etſi ibi conventicula non habuerint.*
12 *Formula ſententiæ, qua Hæreticorum domus demoliri jubentur, Remiſſivè.*
13 *Domus Hæretici dogmatizantis, ſive ſit propria, ſive aliena, demolienda eſt.*
14 *Sed ſi non ſit dogmatizans, confiſcatur, niſi aliud Principi videatur.*
15 *Domus ubi Hæreticus repertus fuit, dum contra eum inquiritur, demolienda eſt.*
16 *Idemque procedit quoad Turres.*
17 *Similiter ejuſdem domus appendices demoliendæ ſunt.*
18 *Domus alienæ demolitio evitabitur, ſi dominus Hæreticum in ea inveniri procuraverit, vel aliàs ſit innocens.*
19 *Quæ tamen innocentia legitimè conſtare debet Inquiſitoribus.*
20 *Et in hoc caſu etiam domus demoliri poterunt, ſi id expediens ad aliorum terrorem videatur.*
21 *Domus, & Turres, à quibus impeditur ingreſſus pro inquirendis Hæreticis, demoliri poſſunt, quamvis ibi Hæretici non inveniantur.*
22 *Domus demolitio non impeditur, ex quo hæc ſit communis alteri.*
23 *Fiſcus in totum obligare, aut alienare valet domum, quam cum altero communem habet.*
24 *Demoliri poteſt domus, quamvis alteri ſit hypothecata, vel ſit ſubjecta fideicommiſſo, aut majoratui.*
25 *Bona, quæ in domibus demoliendis inveniuntur, cujus lucro cedant.*
26 *Rudimenta domus demolitæ cui competant.*
27 *Demolita domo ob hæreſim, ejus ſolum cadit ſub confiſcatione.*
Nec in eo amplius reædificari poteſt. Ibid.
28 *Niſi id ſpecialiter concedatur.*
29 *In eodem ſolo ſupra columnam erigitur lapis cum nomine, & cauſa demolitionis.*
30 *Et quandoque ſale conſpergitur.*
31 *Eadem pœna demolitionis domus habet etiam locum in crimine læſæ Majeſtatis humanæ.*
32 *Dummodo ſit læſa Majeſtas in primo capite.*
33 *Si tota Civitas in hæreſim incidat, demolienda eſt.*

GRaſſabatur tempore hujus Conſtitutionis per totam ferè Italiam impia hæreſeos labes, atque 1
infernalis zizania per varias ſectas Patarenorum, Catharorum, aliorumque præſertim Arnaldiſtarum diſſeminabatur; idque indicant plurimæ Conſtitutiones, quæ ad eam compeſcendam, evellendamque emanarunt per noſtrum Innocentium, ejuſque immediatos Succeſſores Alexandrum IV. Urbanum IV. & Clementem IV. Hiſque vel maximè cauſam dabat Fridericus II. vir uſque ad inſaniam perditus; imò
ejus occaſione pullularunt in Hallis Sveviæ hæreſes 2
quorumdam dicti Circumcelliones, qui impellente Corrado ad Friderici Patris iniquitates cohoneſtandas, noſtrum Pontificem hæreticum, omneſque Epiſcopos, & Prælatos ſimoniacos, & hæreticos prædicabant; quòdque Sacerdotes in mortalibus conſtituti non haberent poteſtatem ligandi, atque ſolvendi, neque Altaris Sacramentum conficere poſſent, aliaſque ineptias blaterabant; ut apud Bzovium *tom.* 13. *ad ann.* 1249. *n.* 5. quique hæretici, etſi ſub variis nominibus uſurpati, verè tamen erant Manichæi, dum eorum ineptias renovarunt, aliis additis erroribus, itaut promiſcuè fuerint Manichæi dicti, vel recentiores Manichæi, ut poſt Eymeric. dixit Pegna *comm.* 38. *par.* 2. *direct. Inquiſ.* ubi plures hujuſmodi ſectariorum errores adducit.

Enituit autem præcipuè charitas, & vigilantia 3
Summi Paſtoris in præſenti Conſtit. edita Peruſii anno 1252. in qua non ſolùm graviores pœnas contra hæreticos, eorumque fautores, & receptatores decernit, ſed etiam ad res quamvis minimas diſponendas deſcendit, de eligendis nempe pluribus miniſtris, & de modo habendo in carcerandis hæreticis, ſe uſque ad triginta octo leges, ſeu conſtitutiones extendendo, injungens Poteſtatibus, & Rectoribus earundem Civitatum, ut eas in eorum Capitularibus, nullo tempore abolendas conſcribi facerent, earumque obſervantiam jurarent: ſecus circa eas inobſervantes, vel negligentes inventi, ultra perjurii, & perpetuæ infamiæ notam, ducentarum marcarum pœnam in illius, in qua gubernium obtinent Communitatis, commoditatem ceſſuram incurrerent, atque tanquam hæreticorum fautores, & de fide ſuſpectos ab officiis, & honoribus caderent, illos de cætero inhabilitando ad eadem aſſequenda, ut pariter eaſdem leges innovando, & reformando præſtiterunt Alexand. IV. *Conſtit.* 2. incip. *Cum ſecundum*, & *Conſtit. ſequenti* incip. *Fœlicis*, *Urban. IV. Conſtit.* 2. incip. *Licet*, *Clemens IV. Conſtit.* 6. & 8. & præcipuè *Conſtit.* 13. incip. *Ad extirpanda*.

Hæ ſanè leges ferè omnes planæ ſunt, nonnullæque earum exigentibus illorum temporum conditionibus prodierunt, & exindè appoſitè reformatæ in mox adductis Conſtitutionibus; plures tamen ex eis alibi exponimus, ſiquidem de contentis in §. 4. dicam infra *ad Conſtit.* 2. *Alex. IV.* de contentis in §. 3. & 5.

divi

Digitized by Google

dixi *ad Conſt.* 8. *Innoc. IV.* de contentis in §. 6. dicam
cit. Conſt. 2. *Alex. IV.* & *ad Conſtit.* 15. *ejuſdem*, de
contentis §. 7. dicam *ad Conſt.* 6. *Clem. IV.* de con-
tentis in §. 8. dicam *ad Conſtit.* 2. *Alex. IV.* de con-
tentis in §. 28. dicam *ad Conſt.* 8. *Clem. IV.* de con-
tentis in §. 31. dicam *ad Conſt.* 13. *Clem. IV.* Ideo-
4 que opportunè hìc me reſtringam ad *leges* 20. & 26.
quæ uti magis relevantes, majorem exigunt operam;
diſponitur ſiquidem in iis de demoliendis domibus,
in quibus hæretici inveniuntur; idcirco videndùm,
quo caſu hæreticorum, atque eorundem receptato-
rum domus demoliendæ veniant.

5 Pro qua re ſciendum eſt, morem hunc demolien-
di domos majora crimina perpetrantium, fuiſſe etiam
apud antiquos Romanos, qui contra conſpirantes in
Rempublicam, vel exoſum Regis nomen in eam re-
memorantes, hac præſertim pœna experiebantur, ut
de M. Flacco, & M. Vacco referunt Cicero *in ora-
tione pro domo ſua*, & M. Varro *lib.* 4. *de lingua la-
6 tina;* atque exinde inveniſſe apud Nos eundem uſum
demoliendi domos perduellium, ſeu in Majeſtatem
humanam delinquentium, magis verè exiſtimatur,
cùm jure civili id ſtatutum non ſit; adeout hanc eſ-
ſe novam pœnam volverint Lucas de Penna *in l.* 1.
Cod. de petit. bonorum, Capyc. *dec.* 130. *num.* 71. &
alii apud Gig. *de pœnis crimin. læſæ majeſt. part.* 1.
quæſt. 35. *num.* 5. ſolùmque ejus veſtigium habetur in
*leg. ſi uſusfructus ff. quibus modis uſusfructus amitta-
7 tur*, ubi fit mentio de Civitate rebelli, in qua ara-
trum immittitur, de qua re plura Cæl. Rhodig. *lib.*
14. *cap.* 5. Knipſchildt. *de fideicomm. famil. nobil.*
cap. 16. *num.* 305. & quòd Civitas, ſi tota labatur
8 in hæreſim, poſſit etiam deſtrui, probat textus in *can.
ſi audieris* 23. *quæſt.* 5. & notant Gundiſalu. *de hæret.
cap.* 24. *per tot.* Decian. *tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 50.
num. 1. & dicam infra *num.* 33. Alii verò eandem
pœnam deſumunt ex textu in *cap. fœlicis de pœnis in
9 6.* ubi contra inſequentes hoſtiliter S. R. E. Cardina-
les, vel eos percutientes, aut capientes, ſive aliàs
ad id cooperantes, ultra alias pœnas ſtatuitur, ut
cuncta eorum ædificia in ruinam dentur, atque ita
cenſuit Afflict. *in cap.* 1. §. & *bona committentium
colum.* 4. *ſpecial.* 19. *num.* 37. *quæ ſint regalia*, Muſ-
catell. *in praxi crim. tit. de crim. læſæ Majeſt. hum.
num.* 39. & fusè de hujuſmodi pœnæ origine Petra
Pater *ad ritus Mag. Curiæ Vicariæ tom.* 3. *ritu* 269.
numer. 44. Gratian. *diſcept.* 179. *per totam*, & *diſ-
cept.* 217, Gugliel. de Benedict. *in cap. Raynutius de
teſtam. verb. domum num.* 33. ubi quod etiam tempo-
re Romanorum hic mos inoleverat, ut colligitur ex
exemplis adductis per Gratian. *diſcept. cit.* 179. *num.*
8. & *ſeq.*

Quantumvis autem in delicto læſæ Majeſtatis hu-
manæ deficiant jura præſcribentia demolitionem do-
morum; in crimine tamen hæreſis, ſeu læſæ Maje-
ſtatis Divinæ, plura jura id ſtatuunt, quæ mox ad-
ducemus. Procedendo idcirco cum diſtinctione, di-
cendum eſt primò, quod ſi loquamur de domibus,
10 in quibus hæretici conventicula habent, ſuoſque erro-
res docent, & tunc ſive domus ſint ipſorum pro-
priæ, ſive alienæ, omnino demoliendæ ſunt, ut ſta-
tuitur in Conſtitutione Friderici Imperatoris incip.
Catharos, confirmata per noſtrum Innocentium in
ejus *Conſtit.* 1. §. 3. ibi: *Domus Patarenorum, Re-
ceptatorum, Defenſorum, & Fautorum, ſive ubi do-
cuerint, ſive ubi aliis manus impoſuerint, deſtruantur
11 nullo tempore reſtituendæ;* ex qua etiam apertè erui-
tur, quod demoliendæ etiam ſint domus hæretico-
rum propriæ, quamvis non in eis, ſed alibi conven-
ticula habeant; dummodo tamen ſint hæretici dog-
matizantes, in quibus procedit dicta Conſtitutio Fri-
derici loquens de Patarenis; atque ita docuerunt
Zanchin. *de hæretic. c.* 39. Farinac. *q.* 190. §. 2. *num.*
30. Pegna *par.* 5. *comment.* 92. *in fine*, Del Bene *de
Offic. S. Inquiſ. par.* 1. *dubit.* 162. *petit.* 4. *nu.* 1. Ce-
ned. *pract. quæſt. quæſt.* 16. *n.* 18. Bernard. Grævæ *in
prax. Cam. Imperial. lib.* 2. *concluſ.* 61. Fermoſin. *de*

confiſcat. allegat. 5. *nu.* 10. ubi exemplum adducit de
demolitione domus, in qua Petrus Cazalla ſuas im-
pias ineptias docebat, Scott. *in ſelect. epit.* 10. *theor.*
40. *n.* 3. Card. Albitius *de inconſt. in fide cap.* 22. *nu.*
33. & formulam ſententiæ, qua jubentur dirui eædem 12
domus, affert Tamburin. *de jure Abbat. tom.* 1. *in for-
mular. Inquiſitor. form.* 52. *pag.* 525. *ex* Zanchino *de
hæreſi cap.* 41. & Repertor. Inquiſitor. *ver. ſententia*
§. *aliud genus*.

Et licèt aliqui ex textu in *l.* 3. *Cod. de hæretic.* aliiſ- 13
que juribus apud Scortiam *loc. cit.* cenſuerint, demo-
litionem intrare ſi domus ſit aliena, ſecus ſi ſit hæ-
retici, itaut hæc non demoliatur, ſed confiſcetur;
tamen ex *cit. Conſtitut. Friderici* hæc diſtinctio non
ſuſtinetur, adeout ſive ſit propria hæretici, ſive alie-
na, ſemper ſit demolienda; eſtque ſolùm admittenda
hæc diſtinctio in hæretico non dogmatizante, in quo 14
cùm non ſit ſtatuta demolitio domus propriæ, di-
cendum eſt intrare confiſcationem, adeout illa diſtin-
ctio abſolutè non ſuſtineatur, Repertor. Inquiſit.
verb. Domus, Card. Albit. *de inconſtantia in fide cit.
cap.* 22. *num.* 34. Farinacc. *cit. quæſt.* 190. *num.* 37.
Niſi tamen Princeps voluerit eam demolire, id enim
videtur actus totaliter cadens in ſui præjudicium, &
ejus Fiſci, unde etiam poſita confiſcatione poterit
demoliri ob memoriam domini eliminandam, ut ad
rem ait Decian. *tract. criminal. lib.* 7. *cap.* 40. *n.* 37.
De Luca ad Gratian. *diſcept.* 179. *nu.* 5. Unde Card.
Albitius *num.* 37. *in fine*, memorat, in Hiſpania ipſo
præſente Matriti domus quorundam Luſitanorum Ju-
daizantium fuiſſe penitus deſtructas, incipiente de-
ſtructione cum pugione Magno Caſtellæ Admirato.
Verùm etiam domus talium hæreticorum hodie non
ſolent deſtrui, ſed confiſcantur, ut animadvertit Fer-
moſin. *cit. alleg.* 5. *num.* 12.

Similiter deſtruitur domus, in qua hæreticus dum 15
inquiritur repertus fuerit, ut ſtatuitur in præſenti
Conſtit. §. 26. ibi: *Domus autem in qua repertus fue-
rit aliquis hæreticus, vel hæretica, ſine ulla ſpe rea-
dificandi funditus deſtruatur, niſi Dominus domus eos
ibidem procuraverit reperiri. Et ſi Dominus illius do-
mus alias domus habuerit contiguas illi domui, omnes
illæ domus ſimiliter deſtruantur*; idemque ſtatutum
priùs fuerat in *Concilio Toloſano anno* 1228. *can.* 1.
& 6. quod procedit non ſolùm in domibus, ſed etiam
Turribus, ſi ibi hæreticus inveniatur, ut declarando 16
præſentem Conſtitutionem ſtatuit idem *Innoc. IV. in
adjuncta Conſtit.* incip. *Cum in Conſtitutionibus* §. 2.
de qua re exempla adducit Corius *in hiſtor. Medio-
lan.* 2. *p.* apud Cardin. Albit. *in reſponſ. ad Fr. Pau-
lum Servitam de orig. Inquiſit. pag.* 15.

Quod autem hìc ſtatuitur de demoliendis etiam 17
domibus contiguis domui, in qua invenitur hæreti-
cus, ſi ſint ejuſdem Domini, eſt intelligendum de
appendicibus ejuſdem domus, non verò de domi-
bus omnino independentibus, licèt contiguis, ut
declaravit *Alexand. IV. Conſtit.* 3. incip. *Felicis* §. 7.
ubi quòd ſive hæreticus reperiatur in domo, ſive in
ejus appendicibus, ſemper utrumque demoliendum
ſit, idemque habetur in *cit. Conſtit.* 13. *Clem. IV.*
§. 27.

Verùm evitabitur domus demolitio, ſi ipſe Domi- 18
nus domus procuraverit ibi hæreticum inveniri, ut
in hac Conſtitutione ſtatuitur *cit.* §. 27. vel ſi idem
Dominus prorſus innocens, & inculpabilis extiterit,
nec fuerit receptator, defenſor, aut fautor, ſive aliàs
de hæreſi ſuſpectus, *leg. Ariani* §. *cunctis*, *leg. qui-
cunque* §. *univerſi*, *verſ. ſi vero ignorante Domino
Cod. de hæret.* Farinac. *cit. quæſt.* 190. *num.* 40. Del
Bene *cit. dubit.* 162. *petit.* 6. *num.* 3. Cardin. Albit.
cit. cap. 22. *num.* 36. ubi quod pœna procedat in eo,
qui ſcit, vel ſcire debuerat, vel conſenſerit in ejus
domo commorari hæreticum, ſecus ſi id ignorave-
rit: quod tamen declararunt Alexand. IV. *cit. Con-
ſtit.* 3. §. 5. & Clemens IV. *cit. Conſtit.* 13. §.
28. ut id admittatur, dummodo ipſius Domini inno- 19
centia coram Epiſcopo, & Inquiſitoribus legitimè

conſtiterit, per teſtes fide dignos, & omni exceptione majores, ut ultra citatos obſervarunt Calderin. *de hæretic. rubrica de pœnis num. 6. & cit.* Albit. *nu.* 36.

20 §. *videnda*, ubi quòd poſſit Inquiſitor demandare demolitionem ad terrorem, ſed refuſo pretio domus Domino ignoranti, & non culpabili.

21 Eidemque pariter pœnæ demolitionis domus ſubjacent illi, qui impediunt ingreſſum in aliquam domum, vel Turrim pro capiendo, vel inquirendo ibi hæreticos; nam etſi hæretici ibidem non inveniantur, adhuc illæ domus, vel turres à quibus impeditur ingreſſus, funditus deſtrui debent abſque ſpe reædificandi, ut ſimiliter in præſenti Conſtitutione ſtatuitur §. 21. & *cit. Conſtit.* 3. *Alexand. IV.* §. 3. Repert. Inquiſit. *verb. domus verſ. ſecundò, & verb. confiſcatio verſ. an quando domus*, Farinac. *cit. quæſt.* 190. *n.* 32. Del Bene *cit. petit.* 6. *n.* 2. Albit. *cit. c.* 22. *nu.* 38.

22 In præfatis verò caſibus, in quibus demolitio domus intrat, id non impeditur ex eo, quòd domus ſit communis cum altero; nam tunc ſoluto pretio conſocio, hæc integra demoliri poteſt, idque ob privilegium Fiſci, cui permiſſum eſt rem communem
23 cum alio in totum obligare, vel alienare, *leg.* 1. *Cod. de vendit. rer. fiſcal. lib.* 10. ubi Amaya *num.* 4. Paſſerin. *in cap. fœlicis num.* 21. *de pœnis in* 6. Ignat. de Vignat. *in Sylva reſponſ. lib.* 1. *reſp.* 4. *num.* 8. Gayt. *de credito cap.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 411. Neguſan. *de pignor. part.* 2. *membr.* 3. *num.* 36. Albit. *cit. c.* 22. *num.* 38. ubi quod ſuper hoc ab Inquiſitoribus Italiæ eſt conſulenda Suprema Inquiſitio, & latè Fermoſin. *cit. alleg.* 5. *num.* 4. ubi id procedere etſi non poſſit fieri diviſio. Eodem pacto ſi domus ſit alteri
24 hypothecata, etiam uxori pro dote, adhuc demoliri poteſt, dimiſſis creditoribus ex aliis bonis hæretici, vel his deficientibus, per Fiſcum, Decian. *de pœn. crimin. læſæ Majeſt. cap.* 40. *num.* 37. *lib.* 7. Bajard. ad Clarum *quæſt.* 82. *num.* 98. Fontanell. *de pactis nuptial. p.* 2. *clauſ.* 6. *Gloſſ.* 2. *n.* 10. *cum ſeqq.* Raynald. *obſervat. crimin. tom.* 1. *cap.* 2. §. 1. *num.* 107. Del Bene *cit. petit.* 6. *num.* 6. idemque de domo ſubjecta fideicommiſſo, vel majoratui, dixerunt Molina *de primogen. Hiſpan. lib.* 4. *cap.* 11. *num. final.* Suarez *ad præcept. Decalog. lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 56. Torre *de primogen. to.* 1. *cap.* 31. §. 5. *num.* 75.

25 Inſuper bona, quæ in ejuſmodi domibus, eorumque appendicibus inveniuntur, fiunt auferentium, dummodo auferentes non ſint publici Officiales, ut hic ſtatuitur *cit.* §. 27. & *ſuperius* §. 3. ubi permittitur illis, qui captivos faciunt hæreticos, ut omnia eorum bona licitè auferre poſſint, dummodo pariter non ſint perſonæ in officio conſtitutæ; quod tamen declaravit Clemens IV. *cit. Conſtit.* 13. §. 4. de bonis tantùm mobilibus tunc repertis apud hæreticos captos; niſi tamen per teſtes fide dignos conſtiterit bona non eſſe hæretici, nec Domini domus, in qua reperiuntur, ut declaravit Alex. IV. *cit. Conſtit.* 3. §. 5. atque notarunt Farinac. *cit. quæſt.* 190. *num.* 34. & ex eo Card. Albit. *cit. cap.* 22. *num.* 39. Scortia *in Selectis epit.* 10. *theorem.* 40. *num.* 4. Lignamina verò,
26 lapides, aliaque rudimenta, quæ ex domorum excidio ſuperſunt, in tres partes dividi decernitur in præſenti *Conſtitutione* §. 34. & in ejus declaratoria incip. *Cum in Conſtitutionibus* §. 3. & *in cit. Conſtit.* 13. §. 37. ut ſcilicet una pars deveniat in Commune Civitatis, ſeu loci; altera in favorem, & expeditionem Officii detur Officialibus, qui tunc negotia ipſa peregerint; & tertia ponatur in tuto loco expendenda in favorem fidei, & extirpationem hæreticorum, ſecundùm quòd videbitur Diœceſano, & Inquiſitoribus. Verùm in hac re ſervanda eſt diviſio, quæ fieri debet de bonis confiſcatis, de qua dicam in *Conſtit.* 21. ſequenti, ut præciſè advertunt Farinac. *citat. quæſt.* 190. *num.* 38. Fermoſin. *cit. alleg.* 5. *num.* 14. ubi alii.

27 Poſtremò demolita domo ob hæreſim, ejus ſolum ſub confiſcatione cadit, nec ampliùs in eo reædificari poteſt, ut ita perpetuam infamiæ notam perpetua ruina teſtetur, ut loquitur textus in *cap. fœlicis de pœnis in* 6. idque præſcribitur in adductis Conſtitutionibus. Et quamvis Fermoſin. *cit. allegat.* 5. *num.* 10.
referat, in domo ob hæreſim demolita cujuſdam hæ- 28
reſiarchæ Petri Gazallæ fuiſſe extructas nonnullas officinas ad uſum cujuſdam Monaſterii; dicendum tamen eſt id contigiſſe diſpenſativè, dum alioqui in eodem ſolo appoſitus erat lapis cum inſcriptione demolitionis, ut refert idem Fermoſin. Quemadmodum 29
in quibuſcumque domibus ob hæreſim demolitis, ſupra tricubitalem columnam erigitur lapis majoribus caracteribus inciſus, nomen Domini domus demolitæ, & cauſam demolitionis exprimentibus, Fermoſin. *cit. num.* 10. Pegna *in director. part.* 3. *comm.* 92. *verſ. poſtquam autem*, ubi quòd quandoque idem ſo- 30
lum ſale conſpergitur, & refert Cardin. Albit. *cit. cap.* 22. *numer.* 40. de cujus rei more, & ratione vide plura apud Gratian. *diſcept.* 179. *numero* 33. *cum ſeqq.*

Quamvis autem ob delictum læſæ Majeſtatis hu- 31
manæ talis pœna expreſsè in jure ſtatuta non ſit, ut dixi ſupra *num.* 6. certum eſt tamen, cum uſu receptam eſſe, ut tradunt citati Doctores, & Gratian. *cit. diſcept.* 179. ubi De Luca *num.* 8. Genitor meus *loc. cit. num.* 44. ubi plura ad rem affert exempla, & in terminis Bannimenti Bononiæ, quodque etiam pro aliis delictis gravioribus talis pœna infligatur, tradit D. Raynald. *tom.* 1. *obſervat. crim. cap.* 2. §. 1. *num.* 104. & *ſeqq.* & demolita domo ob talem cauſam, intrant quæ ſuperiùs dixi, ut ſcilicet in ejus ſolo amplius reædificari nequeat, niſi cum licentia Principis, ut etiam notant De Luca *loc. cit. num.* 2. Farinacc. *quæſt.* 116. *num.* 32. ubi *num.* 4. ex pluribus probat, 32
hanc pœnam procedere tantùm in crimine læſæ Majeſtatis in primo capite, ſecus in ſecundo capite, veluti eſſet, ſi quis necâret Conſiliarium Principis, quemadmodum contigit in egregio Juriſconſulto Andrea de Iſernia Conſiliario Reginæ Joannæ I. de quo apud Afflict. *in tit. quæ ſint Regalia verb. bona committentium num.* 37.

Prædicta de jure etiam procedunt, ſi eadem deli- 33
cta committantur à tota Civitate, ut quoad Civitatem, quæ labitur in hæreſim, colligitur ex *can. ſi audieris* 23. *qu.* 5. & quoad Civitatem rebellem eſt textus in *l. ſi uſuſfructus ff. quibus modis uſuſfructus amittatur*, adeout tota Civitas demoliri poſſit, & in ea aratrum immitti, ut dixi ſupra *num.* 7. & 8. & generaliter qualiter Univerſitas cenſeatur deliquiſſe, & quomodo tali caſu ſit punienda, tradunt Foller. *in praxi crim. rubr. Pœnis debitis feriantur nu.* 35. Riccius *in Collect. deciſ.* 1812. Reverter. *deciſ.* 98. ubi De Marinis *num.* 2. *cum ſeqq.* Atque ejuſmodi pœnæ genus, præclaro juſtitiæ, ac fortitudinis animi exemplo, practicatum voluit Maximus Optimuſque Pontifex Innocentius X. dum Civitatem Caſtri, execrandi flagitii per Sicariorum manus in perſonam ſui Antiſtitis perpetrati conſciam, à fundamentis demoliri juſſit: quod æquali conſtantia decretum, & executioni mandatum fuit, ut latiùs refert Ciaccon. *in Vit. Pontif. tom.* 4. *ad annum* 1644.

CONSTITUTIO X.

INNOCENTII IV.

incipiens (*Cum Venerabilis.*)

EPITOME BULLÆ.

INNOCENTIUS, PRIORI PROVINCIALI ORdinis Prædicatorum, & Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis in Lombardia &c.

UT Inquiſitores à Credentibus, Receptatoribus, Fautoribus, & Defenſoribus Hære-

Digitized by Google

Hæreticorum ad Eccleſiæ obedientiam redeuntibus, ſub pœna pecuniaria cautionem exigant de Fide Catholica firmiter tenenda, & ulteriùs favorem Hæreticis non præſtando, Pontifex hìc ſtatuit.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Non ſolùm vitia evelli, ſed etiam virtutes, quas vitiis opponamus, adipiſci oportet.*

2 *Ab hæreticis, eorumque fautoribus pœnitentibus cautio pecuniaria exigenda eſt de parendo mandatis Eccleſiæ.*

3 *Reus ob pœnitentiam pœnam delicti non evitat: quod fallit in crimine hæreſis.*

4 *Quotieſcunque hæretici, eorumque fautores ſunt pœnitentes, exigi poteſt ab eis cautio pecuniaria.*

Hæc cautio quas promiſſiones continere debeat. Ibidem.

5 *Aliud eſt imponere hæreticis pœnam pecuniariam, aliud exigere cautionem pecuniariam.*

6 *Inquiſitores pœnam pecuniariam an imponere poſſint. Remiſſivè.*

7 *Cautio hæc exigenda ab hæreticis qualis eſſe debeat.*

8 *Cautio nuda, & cautio idonea, quomodo differant.*

9 *Ab hæreticis pœnitentibus exigi poteſt cautio pecuniaria, & fidejuſſoria.*

10 *Nomine cautionis non venit nuda promiſſio, ſi perſona, quæ cavere debet, ſit ſuſpecta.*

11 *Vel ſi præſtanda ſit in judicio criminali.*

1 PArum fuiſſet in hæreticos tot pœnas ſtatuiſſe, niſi ipſis ad bonam frugem remiſſis, opportunis remediis conſultum eſſet; non ſolùm enim in vitiis evellendis eſt inſiſtendum, ſed etiam ſummoperè ſatagendum in erigendis virtutibus, quas vitiis redeuntibus opponamus, ut monuit Innoc. III. *cap. cum ab omni de vita, & honeſtat. Cleric.* atque præclarè ſubjungit S. Gregorius *in primum Pſalmum Pœnitential.* ibi: *Boni Medici officium eſt, non ſolum ſalutem reſtituere, ſed etiam reſtitutam, cuſtodia ſedulitate ſervare;* atque hinc etiam Concil. Toloſanum *anni* 1228. *can.* 15. loquens de his, qui priùs fuerant in Fide ſuſpecti, ſtatuit: *Cum aliquem infirmorum de manu Presbyteri ſui ſacram Communionem contigerit recepiſſe, adhibeatur ei diligens cuſtodia uſque ad diem obitus ſui, vel convaleſcentiæ, ne hæreticus, vel de hæreſi ſuſpectus ad ipſum infirmum poſſit habere acceſſum.*

2 Proficuè idcircò prodiit per noſtrum Pontificem præſens Conſtitutio, cui occaſionem dedit Epiſcopus Albanenſis, qui auctoritate Apoſtolica priùs ſtatuerat, ut Inquiſitores hæreticorum in Provincia Lombardiæ, à Credentibus, Fautoribus, Receptatoribus, & Defenſoribus hæreticorum ad Eccleſiæ obedientiam redeuntibus, ſub pœna pecuniaria cautionem exigerent, quòd fidem Catholicam firmiter teneant, & ulteriùs hæreticis favorem aliquem non impendant. Idque confirmatum fuit hac Conſtitutione emanata anno 1253. eandemque cautionem non ſolùm à fautoribus, ſed etiam ab ipſis hæreticis exigi voluit Alexand. IV. *in Conſtit.* 14. incip. *Super extirpatione*, atque inſuper, ut ſub eadem cautione exigeretur ab eiſdem promiſſio de obediendo mandatis Eccleſiæ, & de obſervando ea, quæ ab Inquiſitoribus injungerentur.

3 Præſens igitur Conſtitutio duo examinari expoſtulat: primum quando exigenda ſit ab hæreticis, eorumque fautoribus, & credentibus ejuſmodi cautio: ſecundum qualis eadem cautio eſſe debeat. Quoad primum, præmittendum eſt, quòd licèt ſummo jure inſpecto reus ob pœnitentiam non evitet pœnam delicti, *leg. qui ea mente, ff. de furtis;* ſpeciale tamen eſt in delicto hæreſis, ut pœnitentia à pœna aliàs debita liberet, Felin. *in cap. ad abolendam num.* 2. *ibique* Abbas *num.* 5. *de hæreticis*, Symaneh. *de Catholic. inſtit. tit.* 47. *num.* 4. Coraſius *lib.* 3. *Miſcellan. cap.* 8. *num.* 5. Ad hoc autem ut intret hæc cautio, neceſſariò requiritur, ut hæretici, eorumque fautores, & credentes ſint pœnitentes, ut in præſenti Conſtitutione, ibi: *Ad obedientiam Eccleſiæ redeuntibus*, & in *cit. Conſtit.* 14. *Alex. IV.* ibi: *Ad mandatum Eccleſiæ redeuntibus:* hinc inſpectis cauſis, in 4
quibus hæc cautio exigitur, dicendum videtur, ut quotieſcumque ipſi ſint pœnitentes, ſemper per Inquiſitores ab eis illa exigi poſſit: exigitur autem cum promiſſione, quòd Fidem Catholicam firmiter teneant, & ulteriùs hæreticis ipſis conſilium, auxilium, & favorem aliquem non impendant, necnon Eccleſiæ mandatis obediant, & obſervent alia præcepta ſalutaria eis ab Inquiſitoribus injuncta; ut in hac, & illa *Alex. IV. Conſtit.* enunciatur: ſive igitur ipſi ad pœnitentiam admiſſi, in perpetuum carcerem detrudantur, ſive alia pœna afficiantur, ſemper exigi poteſt eadem cautio, ſaltem ſuper obſervantia eorum, quæ ipſis injunguntur, Pegna 3. *part. direct. comm.* 7. *verſ. Sed antequam.*

Nec obſtant idem Pegna *cit.* 3. *part. comment.* 152. Salell. *de mater. Tribun. Fidei lib.* 6. *c.* 6. *regul.* 481. *n.* 21. Decian. *tract. criminal. lib.* 5. *cap.* 44. *n.* 7. ubi alii, aſſerentes pœnas pecuniarias non eſſe indiſtinctè hæreticis pœnitentibus imponendas, ſed ſolummodo illis, qui ex ira, ignorantia, aut ſimplicitate hæreſim protulerunt; non autem hæreticis formalibus. Quandoquidem aliud eſt directè imponere, & exige- 5
re pœnam pecuniariam; aliud verò exigere ſub pœna pecuniaria cautionem de obediendo mandatis Eccleſiæ, & Inquiſitorum, in quo ſenſu procedunt hæc Conſtitutio, & illa *Alex. IV.* quæ erroneè commu- 6
niter citantur ad probandum, quòd Inquiſitores poſſint directè imponere, & exigere pœnas pecuniarias, de qua re dicam in *cit. Conſtit.* 14. *Alex. IV.*

Quoad ſecundum, qualis ſcilicet eſſe debeat hæc 7
cautio, an nempe ſimplex, vel potiùs fidejuſſoria, dicendum videtur ſufficere cautionem ſimplicem, cùm in præſenti ſolùm dicatur, quòd per Inquiſitores exigatur cautio ſub pœna pecuniaria; & alioqui certum eſt, nomine cautionis venire nudam promiſ- 8
ſionem, ad differentiam cautionis idoneæ, quæ præſtanda eſt captis pignoribus, vel datis fidejuſſoribus, *l. ſancimus Cod. de verbor. ſignif. leg. ſi mandato ff. mandati*, Gonzal. *cap. qua fronte nu.* 5. *de appellat.* Fagnan. *cap. Odoardus num.* 69. *de ſolution.* Menoch. *de arbitr. caſu* 142. *num.* 3. Tuſch. *lit. C. concluſ.* 167. *num.* 6. Covarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 3. *nu.* 6. Oldrad. *cap.* 68. *n.* 1. quod etiam indicat Alex. IV. *Conſt.* 12. incip. *Quod ſuper* §. 5.

Communiter tamen DD. dicunt, poſſe per Inqui- 9
ſitores exigi ab ipſis pœnitentibus non ſolùm cautionem de parendo mandatis ſub pœna pecuniaria, ſed etiam poſſe petere fidejuſſores ſub eadem pœna, adeo ut pœnæ exigi poſſint à fidejuſſoribus, ſi Inquiſitorum mandatis paritum non fuerit, Repertor. Inquiſit. *verb. Cautio verſ. Cautionem, & in verb. Miſericordia verſ. Ego tamen*, Zanchin. *de hæreticis cap.* 16. *num.* 9. Decian. *cit. lib.* 5. *cap.* 54. *num.* 41. Riminald. *conſ.* 395. *num.* 63. Farinacc. *de hæreſi quæſt.* 193. *num.* 124. Calderin. *de hæretic. in rubric. de pœnis receptat. num.* 5. *poſt medium.*

Quæ ſanè opinio recipienda eſt, & practicari poteſt per Inquiſitores, exigendo etiam ab ipſis pœnitentibus fidejuſſores de parendo mandatis ſub pœna pecuniaria. Etſi enim id non ſtatuatur in præſenti Conſtitutione, nec in *cit. Conſtit.* 14. *Alex. IV.* tamen id poſſe fieri per Inquiſitores, videtur ſupponere idem Alex. IV. in ſequenti Conſtitutione declaratoria, incip. *Ad audientiam*, ibi: *Interdum ſe obligant ſub certis pœnis ad parendum mandatis*

Eccleſiæ, & ſuper hoc præſtant vobis fidejuſſorias cautiones, & infra : *Mandamus, quatenus tales, & fidejuſſores eorum, quod mandatis factis his per vos, & faciendis pareant, monitione præmiſſa, per impoſitionem, & exactionem pœnarum cogatis.*

10 Idque ulteriùs comprobatur, quia licèt nomine cautionis veniat nuda promiſſio; ſi tamen perſona, quæ cavere debet, ſit ſuſpecta, non ſufficere ſimplicem cautionem, ſed requiri fidejuſſores, decidit Textus in *l. ſi fidejuſſor §. final. ff. qui ſatiſdare cogantur*, Bartol. *in l. ſi prius num.* 23. *ff. de novi oper. nunciat.* Bald. *in leg. ſancimus num.* 4. *ff. de verbor. ſignif.* Felin. *cap. ad noſtram num.* 6. *de jurejuran.* Guttierez *in repetit. leg. nemo poteſt num.* 296. *ff. de legat.* 1. Gratian. *diſceptat.* 147. *num.* 21. Sanchez *de matrimon. lib.* 10. *diſp.* 18. *num.* 36. idque præſertim in Judiciis criminalibus, in quibus ſi danda ſit cautio de non offendendo, illam præſtandam eſſe cum fidejuſſoribus, teſtantur Clarus §. *fin. quæſt.* 47. *num.* 5. Guazzin. *de pace part.* 2. §. 3. *quæſt.* 15. *numer.* 6. Sabell. *in ſumma verb. cautio num.* 1. *in fine*; eodem igitur pacto, ſi ab hæreticis pœnitentibus exigenda ſit cautio de parendo mandatis, hæc debet eſſe fidejuſſoria, tum quia ſumus in judicio criminali, tum etiam quia hæretici, quantumvis pœnitentes, adhuc remanet in eis nota ſuſpicionis, itaut id ſolùm reſpiciant ejuſmodi cautiones, quæ ab eis exiguntur.

11 An autem Inquiſitores poſſint procedere contra hæreticos pœnitentes, qui eorum mandatis non parent, & exigere ab eis pœnas pecuniarias in cautione de parendo mandatis comminatas, dicam in *Conſtit.* 14. *Alex. IV.*

CONSTITUTIO XI.

INNOCENTII IV.

incipiens (*Magis.*)

EPITOME BULLÆ.

INNOCENTIUS, VENERABILIBUS FRATRIbus univerſis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis, Abbatibus &c.

BEatum Petrum Ordinis Fratrum Prædicatorum, qui ob Catholicæ Fidei defenſionem, Hæreticorum opera Martyrium ſubierat, in Sanctorum Martyrum Albo adſcribit.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Beati Petri Martyris Vita, & Natales recenſentur.*
2 *Fuit ex Ordine Prædicatorum, & contra Hæreticos Inquiſitor.*
3 *Ab Hæreticis in odium Fidei martyrio afficitur.*
4 *Martyrum Cathalogo ab Innocentio IV. adſcribitur.*
5 *Plura ſalubriter ſtatuit pro Tribunali Inquiſitionis.*
6 *Proponuntur tractanda in præſenti Commentario.*

1 CUm ſemper, & ubique Dei providentia Eccleſiæ ſuæ militanti præſtò eſſe ſoleat; reſpexit illam ab excelſo ſancto ſuo, & in tenebras hæreticorum, quibus permulti in Italia involvebantur, quaſi novæ lucis radios B. Petrum Chriſtianæ conſtantiæ monumentum emiſit. Is Veronæ in Lombardia, Manichæis licèt Parentibus ortus; Parentes tamen ſuos, Mundi delicias, & vitam ipſam pro Catholica Fide deſerere non dubitavit : ſeptennis à Deo potiùs edoctus, quàm ab hominibus, Apoſtolicum Symbolum in ore habens, ac in corde retinens; Patre, ac Patruo ægrè ferentibus, quin & increpantibus. Quo magis Catholicam Fidem ab ipſis incunabulis hauſtam, illibatam toto vitæ ſuæ tempore cuſtodiret, Bononiæ Ordinem Prædicatorum appetiit : perpetuumque bellum contra hæreſim aggreſſus, quemadmodum Apoſtolorum Princeps à Chriſto, ſic ipſe meruit à B. Virgine audire : *Ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua*, ut refert Jo: Nadaſi *in ſuo anno Cæleſt. ad diem* 29. *April.* Et novus Saul, qui ex gente natus Hebræa, Hebræorum ſuperſtitiones, pertinaciamque contudit; Manichæorum ſectam, majorumque ſuorum errores invicto ſemper animo confutavit.

In Ordine illo tam laudabili vivens, virtutum om- 2
nium ſplendore ſemper enituit : at inter cæteras ejus virtutes, ardentiſſimus pro tuenda adversùs hæreticos Fide amor eminebat : Eos quippe continuis monitionibus, ſuaſionibus, ac increpationibus, & veritatis manifeſtatione convincens, ac confundens, quamplures ad Catholicam Fidem perduxit. Tandem ejuſdem Fidei ardore ſuccenſus, ut ipſam, quam ore prædicabat, ſanguine, ac opere ſuo firmaret, à Deo enixè deprecabatur; prout jam obtinuit, & concionando prædixit. Nam poſt Concionem,
Inquiſitoris Apoſtolici munere fungens, Como Me- 3
diolanum redux, hæreticorum opera, ab impio Sicario aggreſſus, ſemel atque iterum gladio in capite vulneratus, Fidei Symbolum in ſupremo vitæ momento pronuncians, glorioſiſſimè obiit, & feliciſſima ejus anima Martyrii palmam adeptura, in Cœlum conſcendit anno 1252. Cùmque pluribus miraculis, ac Sanctitatis fama coruſcaret, Innocentius IV. in albo Sanctorum adſcripſit hac Conſtitutione
edita Peruſii 24. Martii 1253. quæ etiam refertur in 4
lib. privil. Ord. Prædic. fol. 26. idemque ſimili Conſtitutione præſtitit Alexander IV. ut pariter refertur eodem *lib. fol.* 33. ejuſque feſtivitas celebrari juſſum fuit die 29. Aprilis, ac Officium ſub ritu duplici recitari mandavit Sixtus V. *Conſtit.* 30. incip. *Invictorum*; de cujus excelſi Martyris Vita, nobis ſpecialiter Venerabili, dum in Italia paſſus fuit, non tempore Gentilium Tyrannorum, ſed ipſorum Chriſtianorum, nomine tamen, ſed veritatis Catholicæ perduellionum, agunt poſt Thomam Lentinum Patriarcham Hieroſolymitanum, qui eodem tempore floruit, Surius *in hiſt. SS. tom.* 2. Baron. *in Martyrologio ad diem* 29. *Aprilis*, Bernardinus Corius *in Hiſt. Mediol. par.* 2. *anno* 1273. ubi quod plura con-
diderit iſte Sanctus ſtatuta pro Tribunali S. Inquiſi- 5
tionis, & refert etiam Pegna *in director. Inquiſ.* 2. *parte Comment.* 38. *verſ. Illud memoriæ dignum*; unde uti de Sacro Inquiſitionis Tribunali optimè merito, B. Pius V. qui unus fuerat tam eximius ex Cardinalibus Supremæ Inquiſitionis, anno 1569. injunxit, ut Romæ in Eccleſia S. Mariæ ſupra Minervam quolibet anno die 29. Aprilis Capella Cardinalitia Supremorum Inquiſitorum Cardinalium celebraretur in honorem tanti Martyris, ut refert idem Pegna *ubi ſupra* §. *poſtremo*, quod uſque adhuc ſervatur.

Sanè ſecundo Tomo juxta occurrentium Conſti- 6
tutionum exigentiam, aliqua diximus de Martyrum Canonizatione; unde nonnulla alia ſtrictè remanent recenſenda. Adverti autem in noſtro Bullario ultra hanc Conſtitutionem Canonizationis B. Petri Martyris, adeſſe ſolùm tres alias Martyrum Canonizationes; eæque ſunt *Conſtit.* 13. *Innoc. IV.* in qua Canonizatur D. Stanislaus Martyr Epiſcopus Cracovienſis : *Conſtit.* 82. *Urbani VIII.* ubi conceditur indultum celebrandi Miſſam, & Officium pro vigintitribus Martyribus ex Ordine Minorum S. Franciſci Provinciæ Diſcalceatorum, qui in Inſulis Philippinis Martyrium obtinuere; & demum *Conſtit.* 83. ejuſdem Pontificis, in qua conceditur ſimile indul-

tum

Digitized by Google

ctum pro tribus Martyribus Societatis Jeſu Japonenſibus. Ideo, quæ ad Martyrum Canonizationem pertinent, in præfatis Conſtitutionibus juxta ipſarum exigentiam, breviter attingere propoſuimus.

SECTIO UNICA.

Recenſetur ordo in Martyrum Canonizatione ſervari ſolitus; atque expenduntur principaliora requiſita, quæ antequam ad eorundem Canonizationem deveniatur, examinari ſolent.

SUMMARIUM.

1 *Canonizatio Martyris fit, dum ab Eccleſia Martyr declaratur.*

2 *In Canonizatione Martyris ſervanda ſunt decreta generalia Urbani VIII.*

3 *Ante introductionem cauſæ Beatificationis conſtare debet de non cultu, & de aliis contentis in præfatis decretis.*

4 *Ad Canonizationem Martyrum procedendum non eſt, niſi lapſis 50. annis à die Martyrii.*

5 *B. Petrus Martyr fuit Canonizatus poſt annum unum.*

6 *In Proceſſibus, & examine Teſtium, quæ ſuper Martyrio in Urbe fiunt, intereſſe debet Prothonotarius Apoſtolicus.*

7 *In cauſa Canonizationis Martyrum examinatur dubium de Martyrio tam reſpectu Tyranni, quàm paſſi, & de ejus cauſa.*

8 *Martyrium ad ſui eſſentiam duo requirit. Primum eſt, quod mortem in Martyrio obierit.*

9 *Idque concludenter probandum eſt, & quæ probationes admittantur.*

10 *Teſtes de auditu in cauſis Canonizationis Martyrum, quatenus admittantur.*

11 *Probari poteſt per teſtes de auditu, quod ob longitudinem temporis probari nequit per teſtes de viſu.*

12 *Limitatur, ſi teſtes de viſu examinati non fuerint, dum examinari poterant.*

13 *Infideles, ſivè Renegati quatenus poſſint eſſe teſtes Martyrii.*

14 *Admittuntur, præſertim ſi Martyrium ſequutum fuerit, ubi non adſunt fideles.*

15 *In cauſa Martyrii non eſt neceſſaria probatio corporis delicti per inſpectionem occiſi.*

16 *Facienda tamen eſt, ſi id permiſſum ſit.*

17 *Martyrium ad ſui formalitatem requirit, quod illatum ſit in odium fidei.*

18 *Requiritur etiam, ut Martyr ſpontè mortem ſubeat, & perſeveret in charitate uſque ad extremum.*

19 *Ad perfectum Martyrium tria requiruntur, & quænam ſint.*

20 *Ad rationem formalem Martyrii requiritur, ut Tyrannus mortem inferat in odium fidei.*

21 *Secus ſi ex fine politico, vel quòd timeat conſpirationem.*

22 *Martyres non dicuntur, qui obeunt in bello contra Turcas, aut Hæreticos.*

23 *Martyr quis verè eſſe poteſt apud Deum, quamvis ex defectu probationum talis ab Eccleſia non declaretur.*

24 *Mors à Tyranno illata in odium alicujus virtutis moralis, præciſa à præcepto Fidei, nequit eſſe motivum Martyrii.*

25 *Secus ſi fiat in odium alicujus virtutis, ſeu articuli noti lumine naturæ, quod à Fide confirmatur.*

26 *Suſtinens mortem ob virginitatem, aut aliud opus naturaliter bonum, non eſt Martyr, niſi id agat ex Fide.*

27 *Qualibet virtus habens pro fine Chriſtum, poteſt eſſe objectum Martyrii.*

28 *Objectum Martyrii poteſt eſſe opus tam affirmativum, quàm negativum; dummodo tamen inferatur mors ob odium Fidei.*

29 *Martyr non eſt, qui mortem ſuſtinet ob articulum fidei falſum, quem credit eſſe verum.*
Niſi forſan feratur ad Martyrium indefinite pro Fide Chriſti. Ibid.

30 *Hæretiti, aut Infideles, Martyres dici non poſſunt.*

31 *Niſi tamen ſit ſolùm Hæreticus materialiter: quo caſu nec venerari debet.*

32 *Ex parte patientis quænam requirantur ad rationem Martyrii.*

33 *Requiritur, ut mortem ſubeat voluntarie; ſecus ſi dormiens, aut rationis incapax ſit:*

34 *Pueri poſſunt eſſe veri Martyres, ſed eos Eccleſia canonizare non ſolet.*

MArtyrem canonizare, ſeu in Sanctorum Albo adſcribere, aliud non importat, quàm actum 1
declarationis Martyrii; cùm eo ipſo, quòd quis ſit Martyr declaratus ab Eccleſia, cultum Sanctis debitum ab ipſa Eccleſia conſequi ſoleat.

Hinc primò animadvertendum eſt, antequam ad 2
peculiaria requiſita pro declaratione Martyrii procedam, eſſe etiam ſervanda pro Martyrum Canonizatione Declarationes, ſeu Decreta Generalia ſ. m. Urbani VIII. pro Canonizatione, ac Beatificatione Sanctorum, prævia conſultatione Supremæ Inquiſitionis edita die 13. Maji, & 2. Octobris 1625. quæ inſerta ſunt in *Conſtit.* 41. & 180. dicti Pontificis *tom.* 5. *Bullarii*, & etiam referuntur poſt Mattam *de Canonizat. Sanctor.* in quibus Decretis cavetur, non poſſe Imagines alicujus à Sede Apoſtolica adhuc non canonizati, vel beatificati, cum radiis, & ſplendoribus, ac laureolis exponi, vel tabellas, ſeu luminaria ad eorum ſepulchra apponi, vel libros, & miracula edi;
adeout de iſto non cultu, ac adimplemento dictorum 3
Decretorum, cum Declarationibus poſtea editis à Sacra Congreg. Rituum in eorum interpretationem, antequam quælibet cauſa Beatificationis, vel Canonizationis incipiatur, conſtare debeat; quæque Decreta comprehendunt etiam perſonas, quæ cum fama Martyrii obierint. Sed cùm prædicta ſint communia pro Canonizatione aliorum Servorum Dei, etiam non Martyrum; ideò circa modum, & alia neceſſaria pro adimplemento dictorum Decretorum alibi dicam.

Rurſus animadvertendum eſt, quòd idem Urbanus 4
VIII. demandavit, ne deinceps Sacra Rituum Congregatio procederet in Cauſa Canonizationis, ſeu Beatificationis, ſive declarationis Martyrii, niſi poſt 50. annos ab obitu Servi Dei, & etiam quoad proceſſus tunc factos non loqui ampliùs ſine licentia expreſſa Summi Pontificis; & ſic literaliter comprehendit hoc Decretum etiam Martyres canonizandos, & ita ſervatur: quod temporis intervallum etſi antiquitus non fuerit aliquando ſervatum, ut fuit in
Canonizatione S. Petri in hac Conſtitutione poſt an- 5
num unum ab obitu facta; tamen videtur etiam Canonizatio S. Stanislai, de qua infra *Conſtit.* 13. facta poſt 175. annos, ut notat Pignatell. *conſult.* 165. *numero tertio*, *tom.* 10. & certum eſt quoad Martyres minori tempore uſam fuiſſe Eccleſiam, & de congruitate dicti Decreti alibi dicam. Ita quoque anno
1642. fuit reſolutum à Sacra Congregatione Ri- 6
tuum, approbante eodem Papa Urbano, ut in proceſſibus fabricandis, & præcipuè in examinandis teſtibus ſuper Martyrio alicujus Servi Dei, omnino hìc in Curia intervenire debeat R. P. D. Prothonotarius Apoſtolicus, qui pro tempore eſt in Congregatione Rituum, quique ſubſcribat examen, itaut aliàs ſit nullum, ut ita comprobaretur antiquus ſtylus, à S. Clemente Papa inſtitutus, ut in quacumque regione Notarius Apoſtolicus adeſſet, qui acta Martyrum inveſtigaret, ac conſcriberet, Baron. *in Martyrologio Romano cap.* 1. & 4. D. Rondininus *in Vita S. Clementis lib. primo cap. primo*, *num.* 5. quodque Decretum Urbani refertur poſt *Mattam cit.* de quo etiam alibi dicam, prout de forma proceſſus Beatificationis, & Canonizationis tam pro Martyribus, quàm pro aliis Servis Dei. Solùmque

Digitized by Google

differentia adeſt in dubio; nam in non Martyribus
diſputatur dubium, an conſtet de virtutibus; ſed
7 quoad Martyres, poſt diſputatum commune dubium
quoad validitatem proceſſus, examinatur dubium:
An conſtet de Martyrio tam reſpectu Tyranni, quàm
paſſi, & ejus cauſa; quod ſub duplici dubio diſpu-
tari ſolet, nempe an conſtet de Martyrio reſpectu
Tyranni, & an reſpectu patientis, & cauſæ, ut fuit
ſervatum in *Japonen.* beatificationis, & Canoniza-
tionis, ſeu declarationis Martyrii plurium Martyrum
apud Japonem paſſorum; nam ſub die 25. Januarii
1687. fuit diſputatum dubium in Sacra Congregatio-
ne Rituum: *An conſtet de Martyrio ex parte Ty-
ranni*, & fuit reſolutum *Affirmative;* & deinde fuit
Anno 1690. propoſitum dubium, *An conſtet de Mar-
tyrio, & Cauſa Martyrii;* & in Cauſa Venerabilis
Servi Dei Fr. Jo: de Prado anno 1687. fuit diſputatum
dubium: *An conſtet de Martyrio, & Cauſa Martyrii.*
8 Profectò Martyrium duo requirit ad ſui eſſentiam,
nempè actum phyſicum paſſionis, qui dicitur Mar-
tyrium materiale; & cauſam, ac modum quo quis
patitur, & dicitur Martyrium formale. Primus actus
conſiſtit in probatione ipſius Martyrii, mortis nem-
pè ſecutæ, quæ requiritur ad verum Martyrium, &
ſine ea, etſi dentur tormenta, & cruciatus animi,
vel corporis, dicitur tantùm Martyrium impro-
prium, latè, & per ſimilitudinem, ut dicitur de B.
Virgine, quam doloris gladius pertranſivit, & D. Jo:
Apoſtolo in ferventis Olei olla poſito. Unde D. Cy-
prian. *in lib. de duplici Martyrio* ait: *Licet Eccleſiæ
conſuetudo Martyres illos appellet, qui in tormentis
uſque ad mortem in profeſſione Nominis Chriſti perdu-
rarunt, & Evangelicum Inſtrumentum Sanguine ſuo
velut obſignarunt; omnis tamen, qui mortem ſubire
propter nomen Domini paratus ſit, & in tormentis
confeſſus: omnis qui carnem ſuam crucifixerit cum
vitiis, & concupiſcentiis, Chriſto verè commortuus
eſt, & omnis omnino quiſquis hoc animo juſtitiam ſe-
quitur, ut mortem potiùs admiſſurus ſit, quàm velit à
juſtitia deflectere, huic voluntas pro Martyrio repu-
tatur*, & notat D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 124. *artic.* 4.
9 & alii. Quæ mortis probatio debet eſſe certa, &
concludens, prout in re tam gravi exigitur, ad hoc
ut quis poſſit ab Eccleſia Univerſali publicè coli uti
verè Martyr. Nam licèt apud Deum poſſit eſſe quis
Martyr, etſi quoad nos non conſtet de Martyrio,
tamen apud Judicium Eccleſiæ Univerſalis debet elici
actus hujuſmodi ex veris, & perfectis probationibus,
ut pro Martyre habeatur, Card. Lauræa *in 3. Sent.
tom. 3. part. 2. diſp. 20. de Martyrio artic. 8. in fine*,
Unde cùm materia iſta ſit probatoria, regulam meti-
tur à probationibus probatoriis, quatenus iſtæ ſint
plenæ in ſe, vel ex teſtibus de viſu, prout requiri
autumat Matta *de Canoniz. part. 4. cap. 21. nu.* 16.
& 17. vel etiam reddantur plenæ probationes ex aliis
adminiculis, nempe ex teſtibus de auditu, fide Sa-
criſtæ, ſeu Parochi, ac teſtium, de tumulatione, &
fama, cùm hæc etiam ſit medium veritatis mortis
eliciendæ, Gabriell. *de probat. concl. prima per tot.*
Rota *deciſ.* 641. *nu.* 8. *&* 9. *part.* 3. *recentior*, & per
unicum teſtem de viſu cum fama probari poſſe, vo-
luit Bald. *Conſ.* 398. *lib.* 2. *&* Rota *cit. dec.* 641. *nu.*
10. Imò in hac materia Canonizationis, cùm nemo
ſupponatur velle decipere, præſertim inter Catholi-
cos, & ubi in genere probatum fuerit de Martyrio
ex perſecutione reſpectu Tyranni, faciliùs procedi-
tur; & Teſtes de auditu in caſu neceſſitatis, ut ſi
10 agatur de re antiqua, etiam habent robur probatio-
nis, *cap. licet ex quadam* 47. *de Teſtibus*, qui tex-
tus in Concilio Generali emanatus, licèt in Cauſa
probandæ conſanguinitatis, vel affinitatis editus fue-
rit, itaut in aliis caſibus non debeat ejus diſpoſitio
admitti, ut docent Aretin. *in cit. cap. num.* 1. aliique
Canoniſtæ apud Ondedeum *Conſ.* 17. *num.* 45. *libr.
primo*, Farinacc. *de teſtibus quæſt.* 69. *num.* 2. *&* 26.
& num. 43. itaut hæc ſemiplenam probationem fa-
ciant, etſi dicant ſe audiviſſe à præſentibus; tamen
cùm ratio dicti Textus fuerit, ut quod propter brevi-
tatem vitæ hominis nequit verificari ex teſtibus de 11
viſu, ſuppleri poſſit per teſtes de auditu, ſequitur id
etiam in ſimilibus caſibus ex identitate rationis pro-
cedere, dummodò agatur de antiquis, ut tradunt Jo.
Andr. *ibidem num.* 3. Hoſtienſ. *num.* 2. Abb. & Felin.
num. 1. Fermoſin. *ibidem quæſt.* 3. *à num.* 4. ubi latè
Gabriell. *de teſtibus Concl.* 3. *num.* 1. Paccian. *de pro-
bat. cap.* 9. *num.* 45. Farinacc. *cit. quæſt.* 69. *num.* 50.
& num. 125. *& nu.* 145. ubi quòd tempus antiquum
ſit 100. annorum, licèt Rota admittat in 60. annis,
ut ipſe Farinaccius dicit.
Tamen prædicta non procedunt, ſi non fuiſſent 12
examinati teſtes de viſu ex negligentia, dum potue-
rant examinari, itaut teſtes de viſu, nec actu, nec
habitu haberi queant, Gabriell. *cit. Concl.* 3. *num.* 11.
de teſtibus, Paccian. *cit. cap.* 9. *num.* 30. *&* ibi Ad-
den. *litt. D.* Farinacc. *cit. quæſt.* 69. *num.* 5. *&* 52.
Vel ſaltem coadiuvari per hos teſtes de auditu, ſi ad-
ſit unicus teſtis de viſu, etſi non fuerit ritè exami-
natus, imò etiam ordinaria facultate tantùm, & non
repetitus Apoſtolica auctoritate, ut firmant Contelor.
de Canoniz. SS. cap. 18. *num.* 21. *& ſeq.* & Audito-
res Rotæ *in Relatione Beatificationis B. Pii V. par.* 1.
§. *& eo faciliùs; & in declaratione Martyrii B. Joſa-
phat* §. *de Sævitia;* & fuit firmatum in *Hiſpalen. ſeu
Marochitana declarationis Martyrii Fr. Jo: de Prado
in reſponſ. ad Animadverſ. Promotoris fidei* §. *altera
reſponſio*, ubi alii cumulantur, *&* §. *ſequenti* ait, id
procedere eò fortiùs, ſi agatur de teſtibus non depo-
nentibus ex auditu incerto aliorum, ſed ab aliis, qui
Martyrio adfuerùnt, ut dicunt Rotæ Auditores apud
Lezanam *conſult.* 1. *n.* 233.
Sed nunquid Teſtes Infideles, & præſertim abne- 13
gari probent actum Martyrii? & videtur non proba-
re, *can.* 3. *ante medium diſt.* 15. dum ii, qui fidem
Eccleſiæ non ſervant, vel ejus veritatem non recepe-
runt, fidem mereri non debent; Sed contrarium po-
teſt dici ex verbis Divi Pauli 1. *ad Timot.* 3. 7. ibi:
*Oportet autem illum teſtimonium bonum habere ab iis,
qui foris ſunt:* ubi Cornel. à Lapide exponit: *ſcilicet
ab Infidelibus, qui extra gremium Eccleſiæ ſunt, &*
Lactant. Firmian. *de vera ſapientia libr.* 4. *cap.* 12.
pag. 384. ait: *Satis firmum teſtimonium eſt ad pro-
bandam veritatem, quod ab ipſis perhibetur inimi-
cis: &* Lippoman. *in libro Italicè inſcripto: Confir-
mat. & ſtabilimenti de' Riti Catholici tit. delle Ceri-
monie delle Chieſe pag.* 308. *in fine*, ubi ad hoc ad-
ducit Plinium Juniorem, addens, teſtem infidelem
eò magis eſſe fide dignum, uti noſtræ fidei contra-
rium, Lezana *conſul.* 13. *n.* 36. ubi ait: *Veritas quæ
ab inimico pectore, & ore interdicto extorquetur,
gravior eſſe ſolet:* prout Teſtes de Reſurrectione Do-
mini ipſi milites Judæi circa Sepulchrum adſtantes in-
terpellati fuere, juxta D. Auguſtin. *in Pſalm.* 63. *verſ.*
7. & quoad libros Gentilium dixi *tomo primo Conſtit.
Unic. Gelaſii Primi ſect. Unic.* quòd aliquando con-
firment Myſteria Noſtræ Fidei, & à SS. Patribus fue-
runt adhibita eorum teſtimonia, & firmarunt in his
Cauſis Auditores Rotæ *in cit. relatione B. Pii V. ſub
tit. de Excell. fidei* §. *fin. & S. Philippi Nerii part.
2. tit. de fid. in princip. & S. Joſaphat part. tertia*,
§. *Cauſa vero, &* §. *ad primum.* Quemadmodum
etiam in Cauſa declarationis Martyrii BB. Gorco-
menſium Sac. Congregatio Rituum detulit valdè hi-
ſtoriæ à quatuor Calviniſtis conſcriptæ, ut habetur
in Poſitione dictæ Cauſæ in *Summ. num.* 6. & in reſ-
ponſione poſtulatorum §. 205. *&* §. *quibus accedunt.*
*& in Cæſarauguſtana declarationis Martyrii B. Petri
de Arbues* fuerunt admiſſa dicta Sicariorum ejuſdem
Beati, ut *in Summario dictæ Poſitionis num. tertio,
& in reſponſione facti pag.* 5. §. *& comprobatur, &
in Cauſa cit. Hiſpalen. ſeu Marochitana B. Joannis
de Prado in reſponſione* §. *tertio, in fine*, præſertim 14
ſi agatur de Martyrio paſſo inter infideles, ubi
non adeſſe fideles liquet, qui deponere valeant.
Tamen non ita indefinitè prædicta recipienda ſunt,
nam

nam ſolùm attendi debent pro adminiculis, ſi teſtimonium ſit univocum, & non affectatum, & ſit univerſale per viam potiùs notorii, quia in iſtis Infidelibus, & præcipuè abnegatis inſenſiſſimis noſtræ fidei, conſultò eſt procedendum, nam poſſent hujuſmodi facta falſò aſſerere, ut deinde veritas cultus à nobis datus Martyribus obumbretur, & ſic cautiùs in hoc agendum, dum aliàs fuerunt admiſſi unà cum aliis probationibus fide dignioribus à Catholicis exceptis: & eò minùs ſunt attendendæ, ſi deponerent ſuper formali Martyrio; quia cum iſtud, ut dicam, percutiat actus internos, nempè paſſionem fuiſſe ob fidem, & perſeveraſſe ipſum paſſum uſque ad ultimum in charitate, non facilè poſſunt id cognoſcere ii, qui lumen fidei non habent, & excæcati quidem corde reputari debent. Tandem hoc factum Martyrii, quod reſpectu inferentis eſt homicidium, & unico ex actu præmium patienti, & pœna inferenti debet dari, concludenter probandum eſt de homine occiſo, & ſic dicitur hujuſmodi Cauſam parificari Cauſis Criminalibus, ut advertunt DD. poſt Jacobum Caſtellan. *de Canoniz. SS. quæſt. 7. principal. verſ. in contrarium*, & quòd proinde requirantur concludentes probationes, dixit Matta *de Canoniz.*
15 *SS. part. 4. capit. 21. per tot.* Non tamen eſt neceſſaria probatio corporis delicti per inſpectionem occiſi, quia cùm talis actus nequeat fieri in partibus, ubi ſolent hujuſmodi Martyria contingere, non debet ex hujus probationis formalitatis defectu retardari veritas, & ſic elicitur probatio ex teſtibus, ut proſequitur *cit.* Matta, & adſunt exempla adducta in *cit. Ja-*
16 *ponen.*, & alia, ex quibus colligitur, faciendam eſſe recognitionem hominis paſſi, ſi id permiſſum ſit, quemadmodum fieri potuit in Martyrio B. Petri, argumento ducto à contrario ſenſu, & plenè de hujuſmodi Martyrii probationibus Pignatell. *tom. 5. Conſult. 19. & tom. 4. Conſult. 42. & tom. 9. Conſult.* 101.
17 Deſcendendo ad probationem formalis Martyrii: hujus qualitas conſiſtit in eo, quòd Servus Dei paſſus fuerit tormenta ex odio, quod Tyrannus habet erga fidem Chriſtianam, & ut dixi diſputari ſolet dubium ſeparatum, an conſtet de Martyrio ex parte Tyranni, præſertim quando agitur de pluribus Martyrii actibus, ut fuit in *cit. Japonen.* 25. *Januarii* 1687. ſed
18 potiſſimè debet conſtare, quòd Martyr ſpontè, & alacriter mortem ſubierit propter Chriſtum, & perſeveraverit in charitate, & fortitudine uſque ad extremum vitæ ſpiritum, ut dixit D. Petrus Chryſologus *Serm.* 128. ibi: *Non tam mors, quàm fides, & devotio Martyrem facit:* & Divus Jo: Chryſoſtomus *hom. 56. in Matth.* 26. ad verba: *Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, tollat Crucem ſuam, & ſequatur me*, ut refert, & exponit Auguſtinus Triumphus *de pot. Ecclеſ. quæſt. 94. art. 2. in corpore*, inquiens: *Tria ſunt, quæ dicuntur in his: Abneget ſemetipſum, tollat Crucem ſuam, & ſequatur me; vult enim quòd ad perfectam rationem Martyrii tria requirantur: Primum eſt propriæ voluntatis, & propriæ vitæ abdicatio, ut homo ſe ipſum abneget; nam qui negat alium, putà fratrem, vel famulum, vel quemcunque patientem, etſi flagellatum eum viderit, & quæcunque patientem, non aſſiſtat, non adjuvet, ſed quaſi ignoret; ex hoc Martyrium non dicitur propriè, quantumcunque compatiatur; ſed Salvator, ut dixi, ita vult corpora noſtra propria non ignorare, vel corpori noſtro non ignoſcere, ut ſi & flagellaverint, vel quodcunque aliud fecerint, corpori non parcamus. Secundum eſt mortis non naturalis, ſed violentæ, & opprobrioſæ illatio; unde dicit Chryſoſtomus: Ne æſtimes quòd uſque ad verbera tantùm, & contumelias oporteat hominem abnegare ſe ipſum; oſtendit uſque non ad quantum abnegare ſit neceſſarium, quia uſque non ad mortem naturalem, ſed violentam, & non qualitercunque violentam, ſed exprobroſiſſimam, putà mortem Crucis Chriſti, qui dicit: Et tollat Crucem ſuam. Tertium eſt, ejuſdem Cauſæ terminatio, quando addit: Et ſequatur me; non enim mors qualitercunque recepta facit Martyrem, niſi recipiatur pro Chriſto, & defenſione Fidei Chriſtianæ:* Tria igitur ad perfectam rationem Martyrii requiruntur: pro- 19
priæ Vitæ voluntaria abdicatio, mortis violentæ illatio, & juſtæ cauſæ terminatio, ut proſequitur Divus Thom. 2. 2. *quæſt.* 124. *& quodlib. 4. art. 19. &* 20. Jo: Viguar. *in Inſtit. Theol. tit. de Virtute fortitudinis cap. 6. §. 1. verſ. 1.* Leſſ. *de Juſt. & Jur. libr. 3. de fortitudine dub. 3. numer. 30. verſ. primò requiritur*, Bordon. *controv.* 13. *numer. 32. tom.* 3. Henriquez *in ſumma tit. 1. libr. 2. cap. 37. num. 3. & 4.* Card. de Lauræa *in 3. Sent. tom. 3. part. 2. de Fide diſput. 20. art. 6. numer. 71. cum ſeq.* Matta *de Canoniz. part. 4. capit. 22. & part. 2. capit. 11. num. 6. & 7.*

Hinc pro parte Tyranni debet eſſe actus ex odio in 20
Fidem Chriſtianam, tunc enim verificari poteſt qualitas Martyrii in paſſo; Martyr enim grecè dictus, ſonat teſtem latinè; ac Martyrium, quaſi in teſtimonium, ut dixit D. Auguſtinus *in Pſalm.* 119. Unde teſtimonium perhibetur reſpectu non credentis veritatem Fidei, ſed impugnantis, D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 124.
art. 5. & ſic ſi Tyrannus non odio in Fidem, ſed tan- 21
tùm ex actu politico vim inferat, ac perſequatur fideles, id nequit eſſe cauſa Martyrii; quia non perſequeretur fideles in odium Fidei, ſed tantùm Fidem in odium perſonarum eam tenentium, timendo aliquam conſpirationem, vel ob delictum, ut diſtinxit Matta
cit. cap. 22. num. 20. Quod intelligi debet cum duplici 22
limitatione, & quando verè vires fidelium eſſent tales, ut politicum finem inducere valeant, cùm Martyres non dicantur ii, qui moriuntur in bellis, quæ per Principes Germaniæ Acatholicis moventur, vel etiam contra Turcas; vel quatenus etiam in actu ex politia intentato miſceatur odium particulare Fidei, ſi tentetur patiens ad eam denegandam ſub vitæ præmio, quia tunc videtur reſpicere Tyrannus ad extorſionem denegationis Fidei, & ſic mortem inferre ex odio in illam, ut optimè dixit Suarez *ad Reg. Angliæ libr. 6. cap. 11. num.* 3. ubi de cauſa Comitis Northumbrii in Anglia, de quo Sanderr. *libr. 3. de Schiſm. Anglicano*, & ſequitur Verricel. *de Apoſt. Miſſionib. tom. 1. quæſt.* 30. Imò Tyranni callidè hujuſmodi odium contegunt ad imminuendum honorem Fidei Catholicæ ex Martyrum copia reſultantem, ſicuti de Arrianis id practicantibus refert S. Hilarius *libr. contra Conſtan-*
tium Auguſtum, & alii apud cit. Suarez *lib. 6. cap.* 11. 23
Cæterùm etſi in Eccleſia Militante cultus alicui Martyri non tribuatur ex defectu probationum, non exinde talis apud Deum non eſt, ut ait D. Cyprianus *num.* 55. ſufficit enim ad teſtimonium Martyrii ſui, teſtis ille, qui probat Martyres, & coronat, & dixit Card. de Lauræa *diſput. 20. de Martyrio artic. 8. in fin.* Cardin. Capizucchus *in ſuis Controverſiis Theologicis controv.* 27.

Sed poſſet dubitari, an ſi Tyrannus in odium alicujus virtutis, vel actus religioſi mortem intulerit, dici debeat id ſufficere ad rationem Martyrii; & licèt quoad hoc aliqua dixerim *tom. 2. ad Conſtitut. 4. Ale-*
xand. III. ubi de Canonizatione D. Thomæ Cantua- 24
rienſis; tamen hìc addendum puto, quòd ſi agatur de aliqua virtute morali præciſa à Fidei præcepto, etſi in iſta injuncta, nequit eſſe motivum Martyrii, neque pro parte Tyranni, neque paſſi, quia tunc tam credens, quàm Tyrannus inducitur à lumine naturali, ut fit de Philoſophis, qui naturali ducti ratione Deum confeſſi ſunt, vel mala perpaſſi, & tamen Martyres dici non valent, firmat Leſſ. *cit. lib. 3. cap. 1. num.* 37. Verricel. *cit. tom. 1. quæſt. 29. numer.* 7. qui dicit, non cenſeri Martyrem, ſi quis moriatur pro adoratione unius Dei, vel deteſtatione Idolorum, quod profiteri poteſt lumine naturæ; tamen non videtur id admittendum, ſi etiam ex Fide id cognovit; nam Martyrium duplici modo poteſt dici profeſſio Fidei: vel formaliter propter confeſſionem fidei Chriſtianæ in genere, ut ſi alicui nullo explicato articulo Tyrannus in odium Fidei mortem inferat; vel pro
aliquo articulo particulari Fidei, & quatenus etiam 25
iſte ſit lumine naturali aliquo modo notus, tamen

Fide

Digitized by Google

Fide confirmetur; uti eſt, unicum Deum eſſe co-
lendum, & tunc ſi Tyrannus in odium iſtius articu-
li mortem inferat, verum Martyrium dicitur. Si
enim in opere, ex quo Fides relucet, datur cauſa
veri Martyrii, ut dicam, quare non debet dari in ar-
ticulo, in quo relucet ipſa Fides? Gentiles enim,
qui Idola adorabant, in initio Eccleſiæ Fidem no-
ſtram uti à Chriſto Domino tot articulis promulga-
tam impugnarunt, cùm eam non cognoſcerent,
quamvis ex lumine naturali Deum eſſe faterentur;
non ideò tamen Gentiles in Deum credentes, Mar-
tyres dici potuerunt, quia id lumine naturali tantùm
tenebant, non autem ob Fidem, quæ hanc verita-
tem ſibi revelaverit; & ex hac ratione, ſi quis mor-
26 tem ſubeat ob Virginitatem, non exinde Martyr di-
citur, ſed talis uſque eſt, ſi id agat ex Fide, quæ re-
lucet in dicto opere virtutis, dum opus relationem
habet ad Deum, qui nobis hujus virtutis opus indi-
xit, ac præcepit, ut ex D. Thom. *quæſt.* 124. *artic.* 8.
ubi ponit exemplum D. Joannis Baptiſtæ, cujus Mar-
tyrium Eccleſia celebrat, etſi non pro tuenda Fide,
ſed pro reprehenſione adulterii mortem ſuſtinuerit;
quemadmodum etiam in D. Urſula, ac Sodalibus,
aliiſque Virginibus, & præcipuè in D. Thoma Can-
tuarienſi pro defenſione Immunitatis Eccleſiæ in *ci-
tat. Conſtitut.* 4. *Alexand. III.* ac in D. Petro Martyre
ob Inquiſitionis Officium exequendum, & in D. Sta-
nislao in corrigendo Regem Poloniæ, qui omnes
Martyres ab Eccleſia venerantur; ſicque idem D.
Thomas *in* 3. *ſentent. diſt.* 49. *quæſt.* 5. *articul.* 3. *quæ-*
27 *ſtiuncula* 2. *ad* 9. ait, quod cauſa ſufficiens ad Marty-
rium, non ſola eſt confirmatio Fidei, ſed quæcunque
alia virtus non politica, ſed infuſa, quæ finem ha-
bet Chriſtum; per quemlibet enim actum virtutis
quis Chriſti teſtis efficitur, in quantum opera, quæ
in nobis Chriſtus perficit, teſtimonium bonitatis ejus
ſunt. Igitur cujuſcunque virtutis opus, prout refer-
tur ad Deum, poteſt eſſe objectum, & materia Mar-
tyrii, latè Cardin. Capizucch. *citat.* §. 16. & ſic tam
reſpectu Tyranni quoad odium in tale opus, quàm
reſpectu paſſi dicitur cauſa veri Martyrii. Opus ta-
men poteſt eſſe vel affirmativum, ut eſt Virginitatis
28 conſervatio, aut correctio proximi, ut in D. Joan-
ne Baptiſta; vel negativum, ut ſi mortem ſubeat,
quia non vult comedere carnes, quas comedere in
odium talis operis, ut à lege Chriſtiana præſcripti,
Tyrannus præcipit; non enim ſufficit, ut ne agat
contra Divinum præceptum, niſi Tyrannus agat ob
odium talis operis boni, uti à Fide voliti; ſic ſi quis
homicida Chriſtianus, ne agat contra Divinum præ-
ceptum non mentiendi, homicidium fateatur, cer-
tè ſi necaretur, non eſſet Martyr, quia eſſet effectus
ſui debiti principaliter, & non operis boni; ad in-
29 ſtar ſi quis occidatur ex articulo fidei falſo, invinci-
biliter ab ipſo credito vero, quia tunc non verifica-
tur, quòd ſit actus pro confeſſione fidei Divinæ, ſed
tantum humanæ; niſi tali impetu feratur ad Marty-
rium paſſus, ut non explicitè pro articulo falſo cre-
dito illud ſubeat, ſed indefinitè pro Fide Chriſti, Ver-
ricell. *citat. quæſt.* 29. *per tot.* Sic hæreticus formalis
nequit dici Martyr, quamvis pro aliquo Fidei arti-
culo mortem ſubeat, D. Auguſt. *libr.* 1. *contra Par-
minianum cap.* 8. *&* 9.
30 Nullus verò hæreticus, aut infidelis martyr cen-
ſendus eſt, itaut etſi occidatur ex motivo, quòd
Idolis ſacrificare renuat, talis martyr non dicitur,
cùm non ſit in charitate, ut requiritur, ſine qua, ut
dicam, non acquiritur martyrium, ut apud D. Au-
guſtin. *in Concione de geſtis cum Eremito*, ibi: *Si
tradidero corpus meum, ut ardeam, charitatem ta-
men non habeam, nihil mihi prodeſt &c. Si foras pa-
tiatur, & dicat ei foras ab Eccleſia Chriſti inimicus
Chriſti: Pone thus Idolis, adora Deos meos, & non
adorans occidatur ab inimico Chriſti: ſanguinem fun-
dere poteſt, coronam recipere non poteſt*; ita contra
Donatiſtas, D. Auguſtinus, & communiter do-
cent SS. Patres, & DD. apud Verricell. *citat. quæſt.*
28. Matta *de Canonizat. part.* 2. *capit.* 11. *numer.* 7.
§. *hinc tria.*
Sed ſi quis materialiter tantùm hæreticus invinci- 31
biliter credat aliquem articulum hæreticum, vel ſit
ſchiſmaticus, tunc poterit eſſe martyr, non tamen
debet venerari uti talis ab Eccleſia, cùm hæc non ju-
dicet de occultis, ut proſequitur cit. Verricell. *quæſt.*
28. & verè non exinde quòd quis hæreticus poſſit
elevari ex aliqua gratia ſupernaturali ad ſe ſalvandum,
poteſt dici martyr, cùm non habeat habitum Fidei
neceſſarium.
Ex parte paſſi requiritur ad martyrium formale vo- 32
luntas probata patiendi pro Fide, vel pro actu vir-
tutis, in quo Fides elucet, & permanſio in charita-
te uſque ad finem. Talis autem voluntas elicitur ex
actu externo, recipiendo mortem voluntariè: hinc
ſi ſomno ſit correptus, vel rationis incapax, non ob-
tinet coronam martyrii, & de SS. Innocentibus va-
ria dixerunt Sancti Patres, & Doctores: Alii enim 33
ajunt eis acceleratum fuiſſe uſum rationis, ſed D.
Thom. *citat. quæſt.* 124. *art.* 2. *ad* 1. id confutat, aſ-
ſeritque id eveniſſe ob gratiam Dei, & ſicuti in pe-
riculis ſupplet Eccleſia voluntatem in recipienda gra-
tia per Baptiſmum, ita ſupplevit Deus in accipiendo
martyrium per vitæ abdicationem in baptiſmo ſan-
guinis. Verùm, ut adnotat citat. D. Thom. hæc eſt
ratio, quæ convenit omnibus pueris Chriſtianis, ſeu
Chriſtianorum filiis, cùm per baptiſmum ſanguinis
ſuppleatur quodcunque baptiſmum; hinc quicquid
ſit an pueri valeant canonizari martyres, difficultas
ceſſat, quia per actum ipſum acquiritur quodcunque
meritum, nec requiruntur, ut dicam, actus alii me-
ritorii, & virtutum, quæ nequeunt conſiderari in
pueris. Idque non ſolùm de Innocentibus, qui ab Ec-
cleſia uti Martyres venerantur; ſed etiam verificatur
in Beato Simeone Tridentino, qui adhuc puerulus
in odium Chriſti, & Chriſtianæ Religionis à Judæis
crudeliter interfectus fuit, de quo etiam habetur,
quòd recisis ejus capillis, qui adhuc miraculosè ſu-
perſunt, per ſpatium unius diei in eam creſcunt lon-
gitudinem, in qua erant antequam reciderentur, ejuſ-
que carnes oleum ſcaturiunt, ut ex teſtibus de viſu,
tradit Maluetius *de Canonizat. SS. dub.* 3. *numer.* 63.
Hinc iſti pueri veri Martyres dici poſſunt, ſed non 34
ſolet Eccleſia canonizare, niſi eos, in quos magnam
ſui gloriam fecerit Deus, Contelor. *de Canoniz. ca-
pit.* 11. *num.* 18. Matta *eodem tractat. part.* 4. *capit.* 3.
numer. 5. qui *numer.* 19. ex Petro de Natal. *Kal. Au-
guſti* aſſerit, ex Sanctis Veteris Teſtamenti Innocen-
tes ſolos in Eccleſia Occidentali venerari, quia in
ipſorum ſingulis Chriſtus occiſus fuit; & Maccha-
bæos, qui pro lege antiqua mortui ſunt, ut in no-
bis conſtantia firmetur ad patiendum pro Lege Evan-
gelica uti digniore Moſayca, pro qua illi paſſi fue-
runt; ac proindè in Infantibus poſſe dari Martyrium,
docuerunt Verricell. *in expoſit. Miſſæ quæſt.* 33. *nu-
mer.* 4. *&* 5. Bordon. *de miraculis medit.* 34. *numer.* 73.
& dixi de Martyrio SS. Innocentium *citat. Conſtit.* 4.
Alexand. III. numer. 12. ubi non requiri in his In-
fantibus voluntatem actualem, & expreſſam, ut re-
quiritur in adultis; ſed ſufficere virtualem ſuppletam
ex receptione Baptiſmatis.
De aliis autem in Canonizatione Martyrum re-
quiſitis, vide quæ dicam infra ad *Conſtitut.* 13. *hu-
jus Pontificis.*

CON-

Digitized by Google

CONSTITUTIO XII.

INNOCENTII IV.

incipiens (*Solet annuere.*)

EPITOME BULLÆ.

INNOCENTIUS DILECTIS IN CHRISTO filiabus Claræ Abbatiſſæ, aliiſque Sororibus Monaſterii S. Damiani Aſſiſinatis.

REgulam B. Claræ, ejuſque Sororibus à S. Franciſco Aſſiſinate traditam, atque à Cardinale Raynaudo Epiſcopo Oſtienſi approbatam, Pontifex in hac Conſtitutione inſerit, & confirmat: ubi per duodecim Capitula quoad Regularem Obſervantiam plura ſtatuuntur, præſertim in non recipiendo, ſeu habendo poſſeſſionem, vel proprietatem, per ſe, nec per interpoſitam perſonam, ſeu etiam aliquid quod rationabiliter proprietas dici poteſt, niſi quantùm terræ pro honeſtate, & renovatione Monaſterii neceſſitas requirit. Et illa terra non laboretur, niſi pro horto ad neceſſitatem ipſarum.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *D. Franciſcus Regulam nedum pro Fratribus, ſed etiam pro Sororibus inſtituit.*

2 *Sorores S. Claræ quare fuerint dictæ Damianitæ.*

3 *Regula S. Claræ primò ab Epiſcopo Oſtienſi, deinde ab Innocentio IV. approbata.*

4 *Eandem Regulam quoad plura mitigavit Urbanus IV.*

Innuuntur privilegia Monialibus S. Claræ à diverſis Pontificibus conceſſa. Ibidem.

5 *Moniales Clariſſæ quare ita dictæ.*

6 *Eas Moniales S. Claræ vocari, & Regulam uniformem ſervare debere ſtatuit Urbanus IV.*

7 *Moniales ſervantes primævam Regulam, dicuntur Recollectæ, & Capuccinæ.*

8 *Adducuntur nonnullæ differentiæ inter Moniales ſervantes Regulam primævam, & mitigatam, & an poſſint habere Converſas ſervientes.*

9 *Puellæ educandæ quatenus poſſint admitti in Monaſteriis Monialium.*

10 *In prima Regula S. Claræ prohibetur poſſeſſio bonorum ſtabilium, licèt permittatur in Regula mitigata.*

11 *Proponuntur tractanda in præſenti Commentario.*

DIvina ordinatione factum eſt, ne Evangelicæ Legis ſuave alioqui, ac dulce onus, aliquibus grave videretur, à piis Viris illud quandoque adeò alacriter aſſumi, ut eorum exemplo reliqui ad ejus nedum Præcepta, ſed etiam Conſilia ſervanda incendantur. Inter hos mirificè enituit D. Franciſcus Aſſiſiates, cui totus fermè Chriſtianus Orbis accinere viſus eſt, admiratione primùm, ac veluti ſancta invidia; inde opere, ac imitatione. Quò autem omnibus ipſe, quod perpetuò imitarentur, relinqueret: inclitam Minorum Religionem inſtituit, humilitatis ſuæ
1 monumentum æternum. Ratus autem non adhuc Muliebri ſexui plenè conſultum, ſimilem vivendi normam pro eo ordinavit, ut ita uterque ſexus novo munimine contra diabolicos conatus firmaretur. Hinc poſt Regulam Fratribus præſcriptam, & approbatam à Sede Apoſtolica anno 1209. tempore Innoc. III. de qua plenè dixi ad *Conſtit.* 5. *Honorii III tom.* 2. aliam edidit Regulam pro Sororibus, & deinde tertiam pro Pœnitentibus Laicis, ſeu Tertiariis, ut commemorat Gloſſ. *in Clement.* 3. *verb. tertio de ſententia excommunic.*

Regula autem pro Sororibus fuit directa Claræ, 2
quæ à tanto Patriarcha cœleſtem vitæ rationem edoceri meruit, unà cum Sociis Sororibus, quæ Damianitæ primùm dictæ fuerunt, ab Eccleſia S. Damiani, in qua ipſas collocavit; poſt obitum tamen D. Franciſci curavit eadem Clara Abbatiſſa, ut tenor Regulæ prædictæ pro Monialibus, primùm à Cardinali Raynaudo Epiſcopo Oſtienſi & Velletrenſi comproba- 3
retur, & deinde cum inſertione Regulæ in duodecim capita diſtributæ Innocent. IV. eam approbavit in hac Bulla edita Peruſii anno 1253.

Porrò ejuſmodi Regulam mitigavit in pluribus Ur- 4
banus IV. in *Conſtitut.* 7. incip. *Beata*, de qua infra, ubi hunc Ordinem, Mulierum S. Claræ nuncupari juſſit, pluraque dubia explanavit; eaſque ſubdit Religioni Fratrum Minorum Eugenius IV. *Conſtitut.* 28. incip. *Ordinis*, qui in *Conſtitut.* 18. incip. *Licèt*, eis exemptionem conceſſit ab Ordinario, & à ſolutione contributionum, omniaque privilegia Fratrum Minorum iiſdem Monialibus conceſſit Sixtus IV. *Conſtit.* 19. incip. *Sacri* §. 7. & in Capitulo Generali Fratrum Minorum celebrato Florentiæ, præ cæteris plura ſtatuuntur, & declarantur quoad ejuſdem Ordinis Moniales circa Clauſuram, admiſſionem Puellarum ad habitum, recitationem Divini Officii, Confeſſarios, electionem Abbatiſſæ, & alia quæ habentur in *capit.* 11. præfati Capituli, quod per extenſum refertur, & confirmatur in *Conſtit.* 103. *Pii IV.* incip. *Sedis*, aliaque privilegia quoad ſolutionem decimarum, & diſtantiam aliorum Monaſteriorum per 300. cannas, quòdque eorum Syndici, Procuratores, ac Servientes fruantur privilegiis Fori, & Indulgentiarum earumdem, & quòd Miſſas, quas in eorum Eccleſiis explere tenentur, poſſint celebrare facere, etiam in Eccleſiis Fratrum Minorum, conceditur in *Conſtit.* 21. *Julii II.* incip. *Exponi*, *Conſtitut.* 19. *Clem. VII.* incip. *Dum conſideramus*, & *Conſtit.* 51. *Clem. VIII.* ubi confirmantur privilegia aliàs obtenta, dummodò non ſint contraria Sacr. Concilio Tridentino, & in *Conſtitut.* 105. incip. *Ex debito*, de quibus videndi ſunt Cardin. de Lauræa *in epitome Canonum*, *verbo Moniales S. Claræ*, Barboſ. *in ſumm. Apoſtolicarum deciſ. verbo Moniales S. Claræ.*

Verùm hujuſmodi Moniales, quæ Clariſſæ fuerunt 5
dictæ à D. Clara Abbatiſſa, ut notat Natalis Alexand. *hiſtor. Eccleſ. ſecul.* 13. *cap.* 7. *art.* 5. *num.* 6. *verſ. præter tom.* 7. *ſecundæ impreſſ.* poſt mitigatam Regulam ab Urbano IV. in ejus *Conſtitut.* 7. *anno* 1263. ab eodem Urbano fuit declaratum nuncupari debere Mo- 6
niales S. Claræ, ſublatis nominibus Pauperum Incluſarum, Ordinis S. Damiani, & Damianitiſſarum, quibus vocabantur; imò quia varias Regulas ſervabant, unam omnibus uniformem præſcripſit Urbanus; unde iſtam mitigatam Regulam ſervantes, Moniales S. Claræ nuncupantur. Aliæ verò, quæ utuntur primæ- 7
va Regula ab Innocentio confirmata, dicuntur Recollectæ, ſeu Capuccinæ, prout primæ frequentiùs adſunt in Gallia; & in Urbe adſunt Moniales Capuccinæ, & S. Claræ, ut apud Tamburin. *de jure Abbatiſſ. diſp.* 18. *quæſt.* 7. *num.* 3. & illæ, quæ obſervant primam Regulam in hac Bulla confirmatam, ut ſunt Capuccinæ, habent etiam Conſtitutiones primævæ Regulæ S. Claræ ſub inſtitutione, & reformatione Beatæ Collectæ: quæ Conſtitutiones fuerunt auctoritate Apoſtolica à Miniſtro Generali Ordinis typis impreſſæ anno 1611. & deinde anno 1624. pro uſu Monaſterii Capuccinarum Sanctiſſimi Crucifixi in Urbe; eandemque Regulam præfatæ Moniales adeo religiosè ſervant, ut etiam dum profitentur, promittant ſervare Regulam Pauperum Sororum S. Claræ à B. Franciſco datam, & ab Innocentio IV. in hac Bulla approbatam.

Differentia notabilis eſt inter ipſas Moniales, ac 8
reliquas, quæ ſub Regula mitigata vivunt, nedum quoad

Digitized by Google

quoad majorem rigorem habitus, & pœnitentiarum, ut Cherubin. notat in margine utriuſque Bullæ; ſed præſertim, quia illæ obſervantes hanc primævam Regulam non poſſunt retinere Converſas, ſeu Ancillas, quas permittit Urbanus in mitigatione Regulæ *capite 19.* ubi Servitiales hujuſmodi Converſas appellat, & *capit.* 2. permittit etiam eas, ſed paucas cum obligatione votorum earundem Monialium. Hinc Sacra Congregatio Epiſcoporum 6. Martii 1596. reſcripſit Archiepiſcopo Ulyſſiponen. quòd prohibitio Monialibus Franciſcanis facta de non recipiendis Converſis, intelligatur de Monialibus primam Regulam obſervantibus, ut apud Barboſ. *de jur. Eccleſ. univ. libr.* 1. *capit.* 44. *numer.* 42. & 43. Tamburrin. *de jur. Abbatiſſ. diſp.* 7. *quæſit.* 2. *num.* 10. §. *non ignoro;* imò nec ipſis Monialibus Regulam mitigatam ſervantibus permittuntur, ſi eas retinere non conſueverint, ut advertunt præfati Auctores, & reſolutum refert Nicol. *in floſc. verbo Converſus numer.* 4. *verſ. Prima Regula S.*
9 *Claræ*, & *num.* 6. Prout eodem modo proceditur quoad retentionem Puellarum Sæcularium Educandarum, Tamburrin. *cit. diſput.* 1. *quæſit.* 2. *numer.* 2. *cum ſeqq.* quod tamen eſſe de conſuetudine ait, imò regulariter in illis Monaſteriis non ſolitis retinere, non debent recipi, ex declaratione Sacræ Congregationis apud Nicol. *verbo Educandæ num.* 3. Idque etiam colligitur ex præfato Capitulo Generali Florentino *cap.* 11. *numer.* 8. ibi: *Circa Puellas Sæculares, quæ in quibuſdam Monaſteriis erudiendæ introducuntur, maximam curam adhibeant Superiores, ut non niſi honeſtas, & pacificas Virgines de Monialium conſenſu ingredi ſinant, & quæ ingreſſæ fuerint, non ſuſtineantur ultra ſexdecim annos, quo tempore, vel ſubjectum regularem ſuſcipiant, vel nubendæ domum remittantur: Monaſteria verò, quæ tales Virgines recipere non conſuevere, nullo modo ad eas recipiendas cogantur.* Quemadmodum etiam prohibitum cenſetur admittere Puellas Educandas in iis Monaſteriis, in quibus Puellas ad habitum recipere aliàs vetitum eſt, ut reſpondit Sacra Congregatio Epiſcoporum in *Camerinen.* 28. *Martii* 1588. & *in Neapolitana* 30. *Septembris* 1695. eaque refert Monacell. *in formular. part.* 1. *titul.* 11. *form.* 3. *numer.* 6.

10 Verùm principalis differentia inter ſervantes primam Regulam, & mitigatam, eſt quòd in prima contenta in hac Bulla *cap.* 6. & 8. injungitur, ut ſervent Moniales paupertatem, itaut nec poſſeſſiones, ſcilicet ſtabilia retinere valeant; in Regula verò mitigata ab Urbano IV. *cap.* 21. permittitur in communi redditus, & poſſeſſiones recipere, ac retinere; quamvis in utraque Regula injungatur paupertas in parti-
11 culari. Ideo ad hæc illuſtranda, de pluribus concernentibus paupertatem iſtarum Monialium hìc differere occurrit; & ob materiæ neceſſariam connexionem loquar pariter de capacitate, ſive incapacitate aliarum Monialium, & de Dotibus, quæ ab ipſis, earumque Converſis præſtantur: alibi acturus de paupertate in particulari, & de vitalitiis, quæ Regulares, ac Moniales reſervare ſolent.

SECTIO I.

De Paupertate in communi Monialium S. Claræ, aliarumque, & de Dotibus Monialium.

SUMMARIUM.

1 *Moniales S. Claræ juxta primævam Regulam ſunt incapaces bonorum in communi.*
2 *An hæc incapacitas fuerit ſublata per Tridentinum.*
3 *Poſt Tridentinum omnes Regulares, & Moniales ſunt capaces in communi, exceptis Minoribus Obſervantibus, & Capuccinis.*
4 *Sub nomine Fratrum Minorum non veniunt Moniales S. Claræ.*
5 *Moniales S. Claræ ſunt capaces bonorum in communi poſt Concilium; non obſtante eorum Regula.*
6 *Quæcumque Moniales poſt Concilium ſunt capaces bonorum in communi, etſi ob eorum Regulam priùs fuiſſent eorum incapaces.*
7 *Moniales Recollectæ ſunt capaces bonorum in communi poſt Concilium.*
8 *Similiter ſunt capaces Moniales Capuccinæ.*
9 *Earum Conventus erigi non debent, niſi habeant bona propria, aut cenſus annuos ſufficientes.*
10 *Moniales ſunt etiam hodie incapaces poſſidendi, ſi poſt Concilium capacitatem abdicarunt.*
11 *Moniales Capuccinæ Urbis vivunt ſub vera mendicitate, & recipiuntur ſine dote.*
12 *Earum tamen curam pro neceſſariis habet Confraternitas Sanctiſſimi Crucifixi.*
13 *Conventus Monialium Capuccinarum erigi non permittitur, niſi habeant perpetuam aſſecurationem pro victu.*
14 *Aliàs potiùs eis diſpenſatur, ut poſſideant bona.*
15 *In Monaſteriis Monialium, etiam S. Claræ, ſi ſint capaces poſſidendi, præſtanda eſt dos in ingreſſu.*
16 *Præſtatio dotis in ingreſſu Monialium an ſimoniam redoleat.*
17 *Adducuntur rationes pro parte affirmativa.*
18 *Monaſteria habentia ſufficientes redditus non poſſunt recipere dotem in ingreſſu Monialium, ex ſententia Sacræ Congregationis Concilii.*
Poteſt tamen recipere eas, ſi augendus ſit numerum Monialium. Ibidem.
19 *Et tali caſu non eſt dicenda dos, ſed eleemoſyna.*
20 *Comprobatur hæc ſententia ex verbis D. Bonaventuræ.*
21 *In praxi obtinet, ut in ingreſſu Monialium dotes recipi debeant, nedum poſſint; & qua ratione.*
22 *Aliqui id refundunt ad conſuetudinem, aut ad conceſſionem Papæ; ſed prorſus erroneè.*
23 *Aſſignatur vera ratio, cur receptio dotis pro ingreſſu Monialium non ſit ſimoniaca.*
24 *Onus, quod fert Monaſterium pro ſuſtentando Monialem, eſt pretio æſtimabile.*
25 *Dos non ſolvitur à Monialibus pro receptione habitus, & profeſſione, ſed pro oneribus ferendis.*
26 *Simoniacum non eſſe recipere dotem pro victu, & ſupellectili puellæ ingredientis Religionem, reſpondit Sacra Congregatio Concilii.*
27 *Eleemoſyna dotalis in ingreſſu Monaſterii licita eſt, dummodo non fiat pactum expreſſum.*
Idque, etiam ſi Monaſterium ſit dives, & agatur de Monialibus intra numerum. Ibidem.
28 *Dos datur à Monialibus titulo eleemoſynæ, & ne Monaſterium depauperetur.*
29 *Dos Monialium non debet eſſe congrua, juxta legitimam.*
30 *Niſi puella velit ingredi Religionem poſt mortem Patris, quia tunc integram legitimam obtinet.*
31 *Filia excluſa à ſucceſſione ob dotem congruam, quæ non ſuccedit loco legitimæ, non poteſt aliud prætendere ultra dotem.*
32 *Secus ſi dos ſuccedat loco legitimæ, quæ eſt tranſmiſſibilis, etiam ſi moriatur innupta.*
33 *Ubi non adeſt ſtatutum excludens fœminas, ſi Pater diſponat filiam dotari, hæc ſuccedit quoad legitimam, etiam ſi non nubat.*
34 *Dos Monialis, ſi legitimam ſuperet, adhuc debetur, dummodo ſit intra virilem.*
35 *Si Puella velit ingredi Monaſterium, in quo major dos requiritur, quàm in aliis, an Pater teneatur illam dare.*
36 *Bonum conſilium pro Filia capere Pater præſumitur.*
37 *Præfixio numeri in Monaſteriis Monialium facienda eſt ab Epiſcopo.*

In Mo-

Digitized by Google

In Monaſteriis Monialium Mendicantium antiquitùs non præfigebatur numerus. Ibidem.
38 *Numerus Monialium in Monaſteriis Regularibus ſubjectis à quonam ſit præfigendus.*
39 *In his Monaſteriis nec cum conſenſu Superioris Regularis ſupra numerum recipi poſſunt.*
40 *In præfigendo numero Monialium quæ nam inſpicienda ſint.*
41 *Quantitas dotis non debet rigoroſè correſpondere oneri alimentorum Moniali præſtandorum; ſed taxanda eſt inſpecta quantitate redditum, & onerum.*
42 *Monaſterium habens majores redditus, non poteſt cogi recipere Moniales Monaſterii pauperis.*
43 *Quantitas dotis Monialium eſt diverſa in diverſis regionibus.*
44 *Dos Monialium poteſt ab Epiſcopo augeri ex juſta cauſa.*
45 *Id tamen licitum non eſt Monialibus, nec quidem pro aliqua perſona, etiam ea volente.*
46 *Diminutio dotis nec quidem ab Epiſcopo fieri poteſt abſque licentia S. C. Epiſcop.*
47 *Monaſteria Monialium quandoque ob tenuitatem redditum uniri ſolent.*
48 *Dos Monialium intra numerum quandoque augetur ex quibuſdam cauſis.*
49 *Solet etiam quandoque minui ob qualitates puellæ recipiendæ, aut ſi ſit deſcendens à Benefactoribus.*
50 *Dos quandoque in totum remittitur, ſed requiritur auctoritas Papæ.*
51 *Ob qualitatem forenſem dos augeri poteſt.*
52 *Epiſcopus de jure poteſt numerum Monialium augere: quod hodie non ſervatur, niſi conſulta Sacra Congregatione.*
53 *Converſæ an cenſeantur eſſe intra numerum.*
54 *Converſæ intra numerum ſolent admitti ſine dote.*
55 *Dos Supranumerariarum debet eſſe duplicata, & cum cujus licentia admittantur.*
56 *Dos debet eſſe triplicata, ſi ingreſſura habet duas alias Sorores in Monaſterio.*
57 *Dos Supranumerariarum non poteſt converti in neceſſitates Monaſterii, ſed debet inveſtiri.*
58 *Dotes Monialium numerariarum, an, & cum cujus licentia expendi poſſint, & quid de dotibus Converſarum.*
59 *Depoſitum dotium Monialium qualiter debeat fieri.*
60 *Depoſitum dotis debet fieri in pecunia, non inſtabilibus.*
61 *Depoſitum dotis in ſubſidium poteſt fieri in Monaſterio cum duabus clavibus.*
62 *Hypotheca pro depoſito non datur, niſi à Principe concedatur.*
63 *Pro depoſito dotis Monialium datur hypotheca tacita, quemadmodum datur aliis perſonis privilegiatis.*
64 *Quod procedit in depoſito neceſſario tantùm.*
65 *Quid ſi fiat depoſitum apud privatum, dum fieri poterat penes Ædem Sacram.*
66 *Si à Depoſitario dos exigi nequeat, quis teneatur eam reficere.*
Dos quouſque eſt in depoſito, non acquiritur Monaſterio. Ibidem.

1 Licèt ex contextu Regulæ in hac Conſtitutione approbatæ videatur elici, paupertatem Monialium S. Claræ juxta primævam Regulam fuiſſe nedum in particulari, ſed etiam in communi; tamen aliqui aſſeruerunt, fuiſſe tantùm injunctam paupertatem in particulari, ut poſt Gloſſ. *in Clem. 3. verbo tertio de ſentent. excommun.* cenſuit Bald. *conſil.* 183. *libr. primo, & conſil.* 448. *eodem libr.* Nihilominùs hi intelligendi ſunt de Regula B. Claræ mitigata ab Urbano IV. quæ propriè venit ſub hoc nomine, nam ex primæva Regula S. Claræ elicitur, quòd non poſſent retinere ſtabilia in communi, neque per ſe, neque per interpoſitas Perſonas, niſi quantum terræ pro honeſtate, ac renovatione Monaſterii neceſſitas requirit, itaut nec colatur niſi pro horto ad uſum Monialium; aliàs fruſtratorium fuiſſet in mitigatione Regulæ facta ab Urbano, Monialibus prædictis poſſeſſionem bonorum ſtabilium permitti, ut notavit ad rem Fagnan. *capit. nimis prava numer.* 19. *de exceſſib. Prælat.*

Quamvis autem indubium ſit, ejuſmodi Moniales ex primæva Regula eſſe incapaces ſtabilium in communi: dubitare tamen contingit, an etiam poſt Concilium eidem incapacitati ſubjaceant. Certum eſt enim, Sacr. Concilium Tridentinum *cap.* 3. *ſeſſ.* 25. *de regul.* indulſiſſe omnibus Monaſteriis, & Domibus tam Virorum, quàm Mulierum, etiam Mendicantium, exceptis Domibus Capuccinorum, & Minorum Obſervantium; etiam quibus, aut ex ſuis Conſtitutionibus erat prohibitum, aut ex privilegio Apoſtolico non erat conceſſum, ut deinceps bona immobilia poſſidere poſſent. Quòd ſi aliqua loca ex prædictis, quibus auctoritate Apoſtolica ſimilia bona poſſidere permiſſum erat, eis ſpoliata ſint, eadem omnia illis reſtituenda eſſe decernit, ſubdens quòd in prædictis Monaſteriis, & Domibus tam Virorum, quàm Mulierum, bona immobilia poſſidentibus, vel non poſſidentibus, is tantùm numerus conſtituatur, ac in poſterum conſervetur, qui vel ex redditibus propriis Monaſteriorum, vel ex conſuetis eleemoſynis commodè poſſit ſuſtentari: quòdque de cætero ſimilia Loca non erigantur ſine Epiſcopi, in cujus Diœceſi erigenda ſunt, licentia priùs obtenta. De capacitate autem Regularium Virorum juxta hanc diſpoſitionem Conciliarem, dixi latè *tom.* 2. *Conſtitut.* 5. *Honor. III.* Ex qua Conciliari diſpoſitione videtur poſſe inferri, omnes Moniales eſſe in communi bonorum capaces, præterquàm Moniales S. Claræ, ſeu Capuccinæ, quæ exceptæ videntur, quemadmodum Minores Obſervantes, & Capuccini excepti fuere. Atque augetur difficultas, ex quo Concilium in ultima parte præfati Decreti, ubi injungit præfixionem numeri, procedit tam in domibus Virorum, quàm Mulierum bona immobilia poſſidentibus, vel non poſſidentibus, habito reſpectu ad eleemoſynas. Unde ſupponere videtur adeſſe Monaſteria tam Virorum, quàm Mulierum, quæ bona in communi non poſſident, quæque ex ſolis eleemoſynis vivunt: quemadmodum autem in Viris talis incapacitas non adeſt, niſi in Capuccinis, & Obſervantibus; ita etiam in Mulieribus quoad Moniales S. Claræ, ſeu Capuccinas, incapacitatem adeſſe dicendum erit.

Nihilò tamen ſeciùs videtur ex litera Concilii permiſſa omnibus Monaſteriis Mulierum poſſeſſio bonorum, itaut limitatio tantùm cadat in Fratribus Minoribus Obſervantibus, & Capuccinis, non autem in Monialibus; ſub nomine enim Fratrum in odioſis non veniunt Sorores, & Moniales, ut in terminis Monialium S. Claræ, ipſas appellatione Fratrum Minorum non contineri, quia alio jure vivunt, docuerunt Bartol. *in leg. quicumque numer.* 17. *C. de fugitiv.* Fagnan. *cap. ut filii num.* 29. *de fil. Presbyter.* Rota *deciſ.* 48. *num.* 8. coram Zarata, & quòd iſtæ Moniales non comprehendantur in præfata limitatione Conciliari, itaut liceat eis poſſidere ſtabilia in communi, prout poſſunt omnes Moniales, dixerunt Fagnan. *cap. non amplius num.* 13. *in fine de Inſtit. & cit. cap. Ut filii numer.* 29. *&* 34. *de fil. Presbyt.* Barboſ. *ad Concil. Trident. cit. cap.* 3. *numer.* 6. *& in ſumma Apoſt. deciſ. verb. Moniales S. Claræ num.* 7. Tamburr. *de Jur. Abbatiſſ. diſp.* 8. *quæſt.* 9. *num.* 1. 2. *&* 3. Miranda, Rodriquez, & alii apud eos citati, qui præcisè loquuntur de Monialibus S. Claræ juxta primævam regulam; nam juxta mitigatam, ut dixi, non erat neceſſaria indulgentia Concilii, cùm in ea permitteretur poſſeſſio bonorum ſtabilium; omnemque difficultatem ademit Sacra Congregatio ejuſdem Concilii interpres, dum in *Papien.* 27. *Junii* 1626. *libr.* 13. *Decretor. pag.* 37. declaravit: *In exceptione Fratrum Minorum de Obſer-*

2
3
4
5

Digitized by Google

Obſervantia, quæ habetur in cap. 3. *ſeſſ.* 25. *de regu-
lar. non comprehendi Moniales S. Claræ, ſed eas eſſe
capaces bonorum, & hereditatum*: idemque reſpondit
in una *S. Severini... Julii* 1587. *lib.* 5. *Decret. pag.* 5.
& in Florentina 29. *Aprilis* 1591. *lib.* 7. *pag.* 10. &
6 pro omnibus Monaſteriis Monialium eadem Sacra
Congregatio declaravit in *Parmen.* 16. *Januarii* 1596.
bonorum in communi capaces eſſe, non obſtante ea-
rum Regula, ut refert Barboſ. *in ſumm. Apoſt. deciſ.
ver. Moniales nu.* 14. Nec obſtat, quod mox oppo-
nebatur, nempe Concilium voluiſſe fieri præfixionem
numeri in omnibus domibus Virorum, & Mulie-
rum, etiam viventium ex eleemoſynis. Siquidem que-
madmodum adſunt Monaſteria Regularium, quæ
quamvis alioqui capacia ſint poſſidendi ſtabilia, vi-
vunt tamen ex eleemoſynis, vel ob indigentiam, vel
ob voluntariam abdicationem ſtabilium, uti eſt in
Theatinis, & Domibus Profeſſis Societatis Jeſu, de
quibus dixi ſupra ad *Conſtit.* 4. hujus Pontificis; ita
etiam adeſſe poterant, quemadmodum de facto ad-
ſunt Moniales, quæ ex eleemoſynis viverent, vel ob
inſufficientiam redditųum, vel ob voluntariam pau-
pertatem. Imò poſſunt ſimul immobilia poſſidere, &
eleemoſynas quærere, ut præſupponitur *in Conſtit.* 8.
B. Pii V. *& in Conſtit.* 8. Gregorii XIII. ubi præſcri-
bitur forma petendarum eleemoſynarum, donec acqui-
rantur bona ſufficientia.

Idemque procedit etiam quoad Recollectas, dum-
7 modo incapacitas non fuerit renovata poſt Concilium;
unde Sacra Congregatio Concilii in *Bituricen. Pro-
prietatis* propoſito dubio: *An Monaſterium Mo-
nialium S. Claræ ſtrictioris Obſervantiæ reformatio-
nis Recollectarum in Gallia, quod poſſidet nonnulla
immobilia, & legata, etiam ante Concilium, poſſit
licitè dicta bona immobilia, & legata pia poſſidere?*
Die 13. Maji 1679. Reſpondit *Affirmativè*, quod
extat *lib.* 30. *Decr. pag.* 320. *à ter.* hancque capaci-
tatem ſuppoſuit Sacra Congregatio Epiſcoporum,
dum juſſit dotes Capuccinarum eſſe inveſtiendas,
8 in *Lauretana* 13. *Maji* 1603. apud Nicol. *in floſc.
verb. dos num.* 23. & in *Bergomen.* 7. *Februari* 1620.
ubi quòd Moniales Capuccinæ poſſint recipere ſine
ſcrupulo legata, dotes, redditus, & eleemoſynas ſi-
bi datas, Nicol. *ibidem ver. Capuccini num.* 7. imò
9 non ſolet admitti erectio Monaſteriorum earundem
à Sacra Congregatione cum eleemoſynis promiſ-
ſis, etiam à Confraternitate, ut in *Lauretana* 5.
Aprilis 1593. ſed debent eſſe bona propria, ſine qui-
bus etiam Monaſteria fundata prohiberi debent, ne
recipiant ampliùs ad habitum, ut in *Bergomen.* 22.
Decembris 1593. vel ſaltem Cenſus annuos ſuffi-
cientes, & ſecuros habere debent, ut in *Laureta-
na* 6. *Julii* 1593. apud Nicol. *ver. Monaſterium
numer.* 7.

Sed cùm poſt Concilium fuerint à Sede Apoſto-
10 lica confirmatæ aliquæ Conſtitutiones pro Moniali-
bus Capuccinis, ſeu Recollectis, in quibus juxta
formam primævæ Regulæ S. Claræ omnis poſſeſſio
ſtabilium etiam in communi arcetur; ideò ut ſupra
dixi *Conſtit.* 4. quoad PP. Societatis Jeſu quarto Voto
adſtrictos, ac peculiares Religioſorum Ordines, qui
renunciarunt Conciliari indulgentiæ poſſidendi ſta-
bilia, ac ſuccedendi; ita eò magis potuerunt ſpe-
cialia Monialium Monaſteria novis Conſtitutionibus
Apoſtolica auctoritate firmatis poſt Concilium hu-
juſmodi jura non acceptare in eorum fundatione,
quodque debent religioſè ſervare, ut faciunt Ca-
puccinæ viventes juxta Regulam, & Conſtitutio-
nes ſupra enunciatas, quæ recipiuntur ſine dote,
11 quia vivunt ſub vera mendicitate, ut in Urbe ſer-
vatur, & innuit Monacell. *in formul. tom.* 2. *tit.*
13. *formul.* 5. *num.* 3. *in fine*; ſed permittitur, ut
12 aliquis Locus Pius, ſeu Confraternitas ſpecialem ea-
rum curam habeat, ne aliquid deficiat; imò ſolet à
piis Teſtatoribus aliquid relinqui tali Loco Pio, ad
effectum eis ſubveniendi, ut eſt in Urbe Inſignis Con-
fraternitas SS. Crucifixi in Eccleſia S. Marcelli de
Urbe, quæ eſt ſub protectione Eminentiſſimi, &
Reverendiſſimi D. Cardinalis Benedicti Pamphilii,
qui morum ſuavitatem, atque doctrinæ omnigenæ
ſtudium eximiæ generis nobilitati conſociare non
deſinit.

Imò Sac. Cong. Epiſcopor. & Regular. in *Ferra-
rien.* 9. *Maji* 1608. reſpondit, non conſueviſſe Sacr. 13
Cong. permittere erectionem Monaſterii Capuccina-
rum, niſi habeant perpetuum aſſecuratorem pro vi-
ctu, cùm ipſæ non poſſideant ſtabilia, nec ad quæ-
ſtuandum exire poſſint; iſtique aſſecuratores non de-
bent eſſe perſonæ privatæ, ſed Confraternitates, aut
Loca Pia, quæ facultates habeant ſufficientes ad
eas manutenendas, ut in *Paduana*, *Camerinen.* &
aliis apud Nicol. *citat. ver. Capuccini num.* 6. Et
eadem Sacra Congregatio cenſuit expeditius eſſe, ut
bona, vel aſſignamenta darentur Monaſterio, non 14
obſtante prohibitione prædictæ Regulæ, in *Civita-
tis Plebis* 21. *Novembris* 1620. ut apud *cit.* Nicol.
num. 6. *verſ. expeditius*. Ita pariter in Urbe adeſt
Monaſterium Capuccinarum S. Urbani, ſub Regula
S. Claræ viventium, quæ ſunt in communi capaces
acquirendi, & retinendi ſtabilia quocumque titulo,
ſive per contractus inter vivos, ſive ultimæ vo-
luntatis, ut habetur in Bulla confirmatoria ejuſ-
dem Monaſterii, relata in *Conſtit.* 66. Clemen.
VIII. incipien. *Debitum* §. 7. Si tamen de facto
erigatur ſub puritate primæ Regulæ, debet ſervare
paupertatem, ſed uniri, ut dixi, Confraternitati,
vel Loco Pio, qui teneatur ſubvenire Monialibus,
ut reſpondit *Sacra Congreg. in Vicentina* 10. *Apri-
lis* 1615. ne cum periculo remaneant ſubſidiis deſti-
tutæ, quia olim faciliùs poterant quæſtuare, dum
non tenebantur vivere in Clauſura, prout hodie
tenentur.

Hinc poſita capacitate in omnibus Monialium
Monaſteriis poſſidendi ſtabilia, & ſuccedendi, ex- 15
ceptis illis, quæ ex poſterioribus Conſtitutionibus
poſt Concilium in ſola mendicitate vivunt, conſe-
quenter elicitur, quòd in capacibus poſſidendi detur
etiam præſtatio dotis, ſeu eleemoſynæ dotalis in in-
greſſu Monaſterii, etiam ſi ſint Moniales S. Claræ,
prout recipiunt alia Monaſteria.

Quamvis hujuſmodi eleemoſynæ dotalis receptio
fuerit apud aliquos ex antiquioribus in dubium 16
poſita, an poſſit de ſimonia redargui quoad ve-
ra Monaſteria, in quibus regularis profeſſio cum
Votis ſubſtantialibus fit; nam in Conſervatoriis ceſ-
ſat hæc dubietas, cùm non conſideretur in ingre-
dientibus vinculum illud ſpecialis matrimonii, quod
conſiderari poteſt in profeſſis cum Votis ſubſtan-
tialibus, ut innuit Card. de Luca *de dote diſc.* 167.
numer. 9. Et pro ſimoniacæ pravitatis dubietate,
movebantur aliqui id aſſerentes, ex ea ratione,
quòd admiſſio ad profeſſionem regularem, rem qui- 17
dem ſpiritualem videatur pecunia comparare, itaut
hoc idem vetitum videatur à Sacris Canonibus in
Can. 64. *Lateranenſis Concilii IV.* relati in *cap. quo-
niam de ſimonia, & in extravag. ſanè eodem tit.* ſub
pœnis rigoroſis ibi præſcriptis, nempè ut recipiens,
ſeu recepta, Prælata, ſeu ſubdita ſine ulla ſpe reſti-
tutionis de ſuo Monaſterio expellatur, & detruda-
tur in locum arctioris regulæ pro perpetua pœni-
tentia agenda, & in *Extravag. citat.* Urbanus V.
excommunicationem Papæ reſervatam impoſuit, ſi
quis peteret, vel exigeret jocalia, pecuniam, vel
quicquid aliud, ut fusè recenſendo DD. innuerunt
Canoniſtæ ad *cit.* text. præſertim Abbas, Barboſ. &
latè Dian. *in tractatu de dub. regular. reſol.* 97. Tam-
burrin. *de jur. Abbatiſſ. diſp.* 5. *quæſt.* 3. *numer.* 5.
Card. de Luca *diſc.* 11. *num.* 4. *& diſc.* 167. *num.* 1.
de dote, Pignatell. *conſult.* 90. *num.* 1. *& ſeqq. tom.* 7.
atque ſuper hac re vide eruditiſſimam diſſertationem
apud Cabaſſut. *poſt can.* 64. *Concil. Lateranen. IV. fol.
mihi* 458. Rota *in dec.* 632. *num.* 5. coram Card. Cer-
ro, ubi firmatur, ſimoniacum eſſe quidquam exigi
intuitu regularis profeſſionis.

Atque

Digitized by Google

18 Atque in eodem ſenſu quoad Monaſteria habentia ſufficientes redditus videtur fuiſſe Sacra Congregatio Concilii; aliàs enim propoſito dubio, an Monaſteriis Monialium, in quibus juxta decretum *capit.* 3. *ſeſſ.* 25. *de regular.* Epiſcopus certum numerum conſtituit, liceat Abbatiſſæ in locum Monialium deficientium alias recipere, pacta certa eleemoſyna pro dote; & quatenus non liceat, quæ proviſio ſit per Epiſcopum adhibenda. Sacr. Congreg. reſpondit: *Si ex redditibus Monaſterii, vel ex conſuetis eleemoſynis tantum ſuppetat Monialibus, ut ad ipſarum victum, & fabricam Eccleſiæ, aliaſque neceſſitates commodè ſufficiat, minimè licere; ſecus ſi Monialium numerus augeatur. Cùm autem hujuſmodi theorica ad praxim difficulter deduci poſſit, referendum Sanctiſſimo, qui probavit ſententiam Congregationis, confirmans augendum numerum, ſi dos recipienda ſit*, ut refert Fagnan. *capit. non amplius numer.* 24. *de inſtitut.*

19 Et eadem Sacr. Congreg. ita abhorruit nomen dotis in hujuſmodi materia, ut potiùs nominari expreſsè voluerit eleemoſyna, ut in *Hiſpalen.* 19. *Decembr.* 1595. *libr.* 8. *Decret. pag.* 156. ubi dum in erectione Monaſterii fuerat cautum recipi aliquas Moniales ſine dote, exprimi juſſit, quòd recipiantur ſine eleemoſyna; & cum eadem diſtinctione inter Monaſteria indigentia, & ditiora, ut in primis ſit permiſſum, non autem ſecundis, docuerunt D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 100. *artic.* 3. ubi Cajetan. Suarez *tom.* 1. *libr.* 4. *de ſimonia cap.* 17. *num.* 14. Azor. *inſtit. moral. tom.* 3. *libr.* 12. *cap.* 16. *in princ.* Barboſ. *citat. cap. quoniam numer.* 4. latè Pignatell. *citat. conſult.* 90. *num.* 16. *tom.* 7. ubi alii, & in terminis Monialium S. Claræ optimè
20 D. Bonaventura in libello apologetico adverſus detractores Religionis Fratrum Minorum *tom.* 1. *opuſculor. quæſt.* 18. ibi: *Cùm ergo ſitis informatores earum*, ſcilicet Monialium S. Claræ, *quare permittitis, quòd plures apud eas impurè, ideſt per pecuniam recipiantur, quæ ſi nihil ſecum ferrent, nullatenus reciperentur, & apertè ſimonia videtur? Reſponſio: ſi illud alii faciant, de hoc non à nobis, ſed ab illis ratio eſt exigenda. Sed tamen, ut ſatisfaciamus quærentibus, ſciendum, quòd quantùm ſpectat ad hanc materiam, quadruplex eſt forma recipiendi in ordinem qualemcumque. Prima, quando aliquis recipitur nec pro pecunia, nec cum pecunia, ſed purè pro Deo, & iſta eſt puriſſima coram Deo, & hominibus. Secunda, quando aliquis recipitur non pro pecunia, ſed cum pecunia, itaut ſi nihil afferret, tamen reciperetur pro Deo; & ſimiliter hoc purum eſt coram Deo, ſed cautè agendum eſt coram hominibus, ne detur eis occaſio ſcandali, & ne ſit ibi affectus avaritiæ infectus ex ſpe lucri. Tertia, quando quis recipitur non pro pecunia, nec tamen reciperetur ſine pecunia, eò quòd non habent aliter ei, qui eum recipiunt, in neceſſitatibus corporis providere, cùm tenues facultates Domus vix ſufficiant jam receptis, nec ad eas audeant plures recipere, & iſtos ſuis neceſſitatibus ſpoliare: itaquod talis perſona, quæ ſic recipitur, ſi abundaret locus, ſine pecuniis reciperetur; ſimiliter aliquis duxit Uxorem propter divitias, & nobilitatem ejus, quæ habet naſum, nec tamen propter hoc ducit eam, quia naſum habet, quam tamen ſi naſo careret nullatenus duxiſſet. Et hoc non eſt impurum, licèt non appareat forſitan pulcrum. Quarta, cùm aliquis recipitur amore pecuniæ, itaquod ſi poſſent pecuniam illam habere ſine perſona, non reciperent perſonam, ſed ut habeant pecuniam, perſonam recipiunt, & hoc pœnitus impurum eſt, & ſimoniacum, quia ibi pecunia cauſa eſt receptionis perſonæ, & non è converſo; ubi ergo recipitur perſona propter pecuniam, ſimonia eſt, quia ibi venditur ſpirituale, ideſt conſortium ſpiritualis ſocietatis pro temporali, ſcilicet pecunia. Et hoc plerique faciunt etiam ex mera inopia, optantes aliquem venire cum opibus, quem reciperent, ut eorum inopia repararetur, vel debita contracta ſolverentur, vel bona concupita emerentur, vel ædificia conſtruerentur, de talibus dicit Eccleſiaſtic. cap.* 37. *Propter inopiam multi deliquerunt. Ubi verò pecunia recipitur propter perſonam, quam aliàs libenter reciperent, ſi haberent unde eam paſcerent, non videtur eſſe ſimonia, dummodo forma cum intentione concordet; & hoc modo ſuſtinemus, quòd Sorores Sanctæ Claræ recipiant pecuniam cum perſonis, ſi quando oporteat eas plures perſonas percipere, quam de facultatibus Monaſterii congruè valeant ſuſtentari.*

His tamen maximè obſtat communis uſus, juxta 21
quem in ingreſſu Monialium dotes recipiuntur; imò regulariter ſine dote non admittuntur. Cùm autem dici nequeat id contra Sacrorum Canonum diſpoſitionem fieri; hinc nonnulli aſſeruerunt, fuiſſe abrogata jura antiqua per contrariam conſuetudinem tacito conſenſu Summi Pontificis comprobatam. Alii verò recurrunt ad privilegia Summorum Pontificum à quibuſdam Collectoribus præſuppoſita, alios cœca fide ſequentibus, ut apud Barboſ. *in Extravag. ſanè num.* 4. *de ſimonia*, Pignatell. *cit. conſult.* 90. *num.* 22. Tamburrin. *cit. loco*, Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 27. *num.* 5. itaut aliqui velint, fuiſſe ſublatam in hac re ſimoniam per Decretum Sacr. Congregationis ſuper Epiſcopis, & Regularibus, approbante Summo Pontifice, quo permiſſa fuit receptio hujuſmodi dotium, ut videtur indicare Fagnan. *cit. capit. non amplius numer.* 24. *verſ. verum de inſtit.* & Pignatell. verba illius uti propria tranſcribens *citat. conſultat.* 90. *numer.* 19. 20. & 21.

Nihilominus hæ rationes non ſubſiſtunt, quia ve- 22
rè nec conſuetudo, nec ipſe Pontifex potuerat actum, aliàs jure Divino ſimoniacum, licitum reddere; cùm in jure Divino ei licitum ſit tantùm declarare, an aliquis caſus comprehendatur, non autem derogare.

Idcirco vera ratio eſt, quia ob duplicem finem po- 23
teſt intercedere receptio alicujus pecuniæ in hoc caſu: nempe vel pro ipſa profeſſione, ſeu admiſſione ad habitum, vel ob onera temporalia, quæ Monaſterium ſubire debet. Primo enim caſu cùm actus profeſſionis ſit ſpiritualis, nequit pecunia paciſci ſine labe ſimoniæ; ſecùs in ſecundo caſu, quia ſuſtentatio eſt aliquid temporale, quod benè poteſt habere correſpectivè pretium, etiamſi temporale annexum ſit ſpirituali, dummodò non neceſſariò connectatur, ut probari poteſt pluribus exemplis, & primò ex matrimonio carnali, quod licèt nequeat uti Sacramentum recipere pretium ſine labe ſimoniaca; tamen dos dari poteſt reſpectivè ad onus temporale ſuſtentandi mulierem, quod vir aſſumit. Similiter Clericus, qui ordinatur in Sacris, poteſt recipere patrimonium pro ſuſtentatione, non tamen pro ipſo Ordine, prout in admiſſione ad Confraternitatem poteſt quis licitè ſolvere aliquid pro ſuſtentatione onerum: ſimonia enim tunc contrahitur, quando res ſacra contractatur cum pacto rei profanæ, non autem ſi res profana mediatè veniat, nec neceſſariò ſequatur, ut vendito temporali, venditum etiam cenſeatur ſpirituale ipſi annexum, ut latè ratiocinantur DD. præſertim Gonzal. *cap. veniens* 18. *numer.* 6. *de ſimonia*, Cyriac. *controverſ.* 504. *num.* 38. & *ſeqq.* Ugolin. *de ſimonia tab.* 1. *cap.* 46. §. 1. Barboſ. *in cap. non ſatis num.* 2. *in fine de ſimonia*, Donatus *in praxi regular. tom.* 2. *part.* 2. *tract.* 1. *quæſt.* 16. & *tom.* 3. *tract.* 10. *de dote Monialium quæſt.* 8. *per totam*, Paſſerin. *de ſtat. hominum tom.* 3. *quæſt.* 189. *artic.* 9. *num.* 53. & optimè juxta morem diſſerit Cardin. de Luca *cit. diſc.* 167. *num.* 4. & priùs *diſc.* 11. *num.* 2. & *ſeqq. de dote*, & *de regular. diſc.* 1. *num.* 147. *diſc.* 39. *num.* 6. & *diſc.* 48. *à numer.* 3. & *in conſtitut. obſerv.* 49. ubi benè animadvertit, fabuloſum 24
reputari aſſumptum, ut pro duplici continuo, ac perpetuo cœlibatus, ac carcerationis martyrio obtinendo pecuniam, vel aliud temporale ſolvere quis velit. Jura autem ſuperiùs adducta non adverſantur, cùm loquantur ſolùm de receptione rei temporalis pro admiſſione ad habitum, quod ſanè ſimoniacum eſſe non dubitatur. Nullus autem textus prohibet aliquid recipi pro oneribus, quæ Monaſterium ſupportare debet, ut advertit Gonzal. *cit. cap. veniens num.* 7.

Unde

Digitized by Google

25 Unde eſt, ut hodie in Orbe Catholico id permittatur, dummodo dos recipiatur ſolùm reſpectivè ad onera, quæ Monaſterium ferre debet, idque nec re, aut verbo quidem pro admiſſione ad habitum fieri videatur; ad quæ reſpexiſſe viſa eſt Sacra Congreg. Concilii, dum perpendendo Statuta cujuſdam Monaſterii Monialium noviter erecti, in quibus dicebatur, quòd pro habitu, profeſſione, receptione veli, & ingreſſu, dos in certa ſumma ſolveretur, juſſit ejuſmodi verba à ſtatutis deleri, & loco illorum dici, quòd eleemoſyna pro neceſſariis oneribus contribuatur, in *Hiſpalen. 19. Decembr.* 1595. *libr.* 8. *De-*
26 *cret. fol.* 156. Ad hæc cùm aliàs in Belgio de hac re dubitaretur, ex quo aliqui etiam in publicis concionibus aſſeveraverant, quòd ſuſtentatio ingredientis Religionem ſit eſſentialiter, & inſeparabiliter annexa ipſi admiſſioni, & ingreſſui in Religionem, ideoque omne id, quod exigitur à petente recipi ad habitum Religioſum pro illius alimentatione, eo ipſo dicatur exactum pro admiſſione ad Religionem. Unde propoſito dubio: *An ſimoniacum ſit accipere dotem pro victu, ſupellectili, & aliis neceſſariis ad ſuſtentationem Puellæ volentis ingredi Monaſterium?* Eadem Sacr. Congreg. reſpondit: *Non eſſe ſimoniacum*, in una *Belgii ſubſidiorum dotalium* 18. *Septembr*, 1683. *tom.* 33. *Decret. fol.* 310.

27 Licitum idcirco eſt Monaſterio dotale ſubſidium recipere reſpectivè ad onera, quæ ferre debet, dummodo tamen id non deducatur in pactum expreſſum, ut ex Gloſſa *in cap. quoniam de ſimon.* notat Fagnan. *in cit. cap. non amplius num.* 25. quamvis juxta ſtylum intret pactum tacitum, ut detur ſolita eleemoſyna pro alimentis; eaque recipi poteſt, quamvis Monaſterium ſit dives, & etiam ſi agatur de Monialibus intra numerum, ſi ſit tenuis, & ſolita.

28 Etenim etiam in his numerariis debet dari eleemoſyna dotalis, ut decrevit Sacr. Congreg. Epiſcop. apud cit. Fagnan. *num.* 24. & Pignatell. *cit. conſult.* 90, *num.* 21, & ſancitum fuit in Decretis Generalibus ab eadem Sacra Congregatione emanatis anno 1605, ibi: *Moniales velatæ tam intra quàm ſupra numerum abſque dotali eleemoſyna nequaquam admittantur*, ut apud Monacell. *in formular. part.* 2. *tit.* 13. *formul.* 5. *num.* 3. & adeſt declaratio ejuſdem Sacr. Congregat. apud Quaran. *verb. Monaſteria Monialium pag.* 359. *§. declarat inſuper*, & apud cit. Fagnan. *num.* 23. *§. in ſpecie*, ubi quòd ultra dotem perpetuam pro numerariis in conſtructione Monaſterii conſtitutam, debeant numerariæ deferre eleemoſynam dotalem, & *numer.* 24. *§. verum, & num.* 42. Si quidem etiam in numerariis militat ratio, ne ſcilicet Monaſterium depauperetur ob caſus inopinatos contingibiles, eò præſertim quia eleemoſyna dotalis, quæ aſſignatur Monialibus, ſatis eſt tenuis comparativè ad alimenta, & onera quibus ſuccumbunt Monaſteria, nec alteratur ob diverſitatem perſonarum, ut conſiderat optimè Cardin. de Luca *cit. diſc.* 167. *num.* 5. *de dote*; ex quo videtur, dotes non dari à Monialibus, niſi ne Monaſteria depauperentur, habetque potiùs figuram eleemoſynæ, quàm dotis, aliàs deberet eſſe congrua juxta qualitatem patrimonii dotatæ, prout fit in matrimonio carnali, & tamen in his non adeſt talis congruitas, imò nec etiam commenſuratur legitimæ, neque attenditur, quòd alteri ſorori etiam Moniali
29 dos in majori quantitate fuerit conſtituta, ut notat Nicolius *lucubrat. Can. libr.* 3. *tit.* 1. *num.* 26. cùm debeat attendi taxa Monaſterii, etſi tenuis reſpectivè ad qualitatem ingreſſuræ, & idem paſſim docuerunt citati DD. etſi dos Monaſterii tantùm centeſimam partem dotis congruæ pro ſæculo pertingeret, Card. de Luca *de dot. diſc.* 167. *num.* 34. *& ſeqq. & diſc.* 188. *numer.* 22. itaut in foro talis concluſio non admittat controverſiam, Capycius Latro *deciſ.* 31. *numer.* 10. *cum ſeq.* Franch. *deciſ.* 44. ubi Adden. Ricc. *in praxi reſol.* 347. *part.* 2. Merlin. Pignatell. *contr. forenſ. centur.* 1. *controverſ.* 3. *num.* 7. Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *part.* 1. *num.* 56. Rot. *deciſ.* 63. coram Ludoviſ. *& deciſ.* 249. *num.* 7. *in fine part.* 2. *& deciſ.* 30. *num.* 26. *part.* 7. *recent.* quidquid dicant aliqui cum Afflict. *deciſ.* 348. quia deciſio hujuſmodi fuit paſſim rejecta, nedum à Sacro Conſilio Neapolitano, ut obſervat ad eam Urſill. *verſ. tamen audio*, ſed etiam à Sacr. Rota, præſertim in *citat. deciſ.* 63. *numer.* 15. *verſ. non obſtat* coram Ludovis. Quamvis aliqui diſtinguant, ut prædicta locum habeant, quatenus puella vivo Patre Monialis effecta fuerit, juxta quæ procedunt citati DD. non autem ſi filia poſt obitum Pa- 30
tris velit monachari, quia tunc cùm jam acquiſiverit jus legitimæ, benè poterit totam illam petere, vel Monaſterio acquirendo, vel alteri renunciando, De Marinis *obſerv. ad deciſ.* 1. *&* 52. Revert. *num.* 11. *cum ſeq.* ubi de communi opinione teſtatur De Luca ad Franch. *citat. deciſ.* 44. Conſiliarius Provenzalis *ſuper Conſuetudin. Neapolis ſi moriatur obſerv.* 1. *per tot.* & tenet Rota præſertim in *citat. deciſ.* 63. coram Ludoviſ.

Verùm diſtinguendi videntur caſus, nam aut filia 31
excluditur à ſucceſſione Parentum ob dotem congruam, quæ non ſuccedit loco legitimæ, & certè procedit indiſtinctè opinio, ut etiam poſt obitum Patris excludatur per dotem recipi ſolitam à Monaſterio, etſi minorem legitima, quia dos congrua dependet à futuro eventu nuptiarum, quas contrahet in ſæculo, aut per profeſſionem, ut obſervat citat. Provenzal. & in hoc ſenſu procedit *deciſ.* 63. coram Ludoviſ. repetita *deciſ.* 60. *part.* 2. *recent.* quæ loquitur de ſtatuto Urbis excludente fœminas uti extraneas, quotieſcumque Pater dotat, vel dotare velit congruè; quæ ſanè dos non ſuccedit loco legitimæ, ut optimè Cardin. de Luca *de dote diſc.* 144. *num.* 37. *&* 41. Si au- 32
tem agatur de filia, quæ non excludatur à ſucceſſione per dotem congruam, niſi quatenus hæc ſuccedat loco legitimæ; & tunc cùm dicatur dos debita filiæ ab initio purè, & quatenùs nubere nolit, poſſit eam tranſmittere innupta moriens tamquam proprium patrimonium, meritò debet eſſe ejuſdem conditionis ab initio, tam ſi poſteà nubat in ſæculo, quàm ſi in Monaſterio profiteatur; cùm æquum non ſit eſſe in pejori conditione in hoc caſu, quàm in primo, etſi in ſæculo etiam inhoneſtè vivendo degeret; & in ipſam tranſmiſſibilitatem refundunt DD. rationem, aſſerendo filiæ Moniali deberi dotem juxta legitimam, ut apud citat. De Marin. ad Reverter. *obſerv.* 52. *in fin.* & benè diſtinguit Cardin. de Luca *citat. diſc.* 144. *de dot. num.* 41. *& ſeqq.* ubi declarat Doctores Regnicolas de hoc agentes, qui procedunt magis clarè juxta tenorem Conſtitutionis Regni incip. *In aliquibus*, excludentis fœminas tantùm conditionaliter, ſi dotarentur, ad differentiam Conſuetudinis Neapolis *ſi moriatur*, in qua magis dubitatio cadit, an dotandi onus ſit tantùm modale, quamvis in *deciſ.* 618. de Franchis utroque caſu jus tranſmittendi firmetur. Ideoque totum hoc pendet ex inſpectione, an adſit tranſmiſſibilitas, quia tunc ab initio obitus Patris dos cenſetur proprium patrimonium puellæ non diminuendum ratione monachatus; ſecùs autem in antecedenti caſu, quia tunc mulier non habet jus, niſi pro dote tempore nuptiarum neceſſaria, & ſic correſpectivè ad Monaſterium, quod ingreditur; & ex 33
his elicitur, quòd ſi Pater ipſe in loco, ubi non adeſt ſtatutum excluſivum fœminarum, diſpoſuerit filiam dotari, cùm tunc filia non cenſeatur extranea, ſed ad terminos juris communis ſuccedat ſaltem quoad legitimam, ſive nubat, ſive non, illamque tranſmittat, tunc ex dictis rationibus ſi fiat Monialis, poterit totam legitimam petere, ut proſequitur citat. Card. de Luca *diſc.* 144. *num.* 32.

Sed occurrit dubium, an ſi dos pro Moniali juxta 34
morem Monaſterii ſit major legitima, debeat dari à fratre, vel alio dotare debente. Et quidem affirmativè videtur dicendum, cùm dos congrua, etiam ultra legitimam taxari poſſit, dummodò ſit intra virilem, quia non debet eſſe deterioris conditionis excludens quàm excluſus, Boff. *de dote capit.* 13. *numer.* 41.

Digitized by Google

mer. 41. Bottilier. *de ſucceſſ. theorem.* 17. *num.* 4. & 5.
Et ſicuti id procedit in matrimonio carnali, ita non
minùs in ſpirituali procedere dicendum eſt, ne hoc
35 ſit minoris conditionis, neve mulieres à perſectiori
ſtatu retrahantur; quòd ſi puella ingredi velit Mo-
naſterium, in quo major dos, quàm in aliis requira-
tur, Pater, vel quiſquis alter, qui dotem præſtare
debet, non tenetur majorem ejuſmodi dotem ſolve-
re, ſi agatur de Monaſterio, in quo puellæ ſimilis
conditionis ingredi non ſolent; ſecùs ſi velit ingre-
di Monaſterium, in quo puellæ ejuſdem qualitatis
recipiuntur, præſertim ſi concurrat motivum pro me-
liori bono puellæ; nam eo caſu non debet retrahi
voluntas profiteri cupientis, dum eligit ſtatum me-
liorem, & ſuæ conditioni adaptabilem; quod pru-
dentis Judicis arbitrio eſt relinquendum, qui præſer-
tim in fraude eliminanda, ac ſanctâ libertate in pro-
fiteri volente ſervanda collimare debet, ut ad rem
advertit Cardin. de Luca *citat. diſcurſ.* 144. *numer.* 7.
& 8. ubi in hoc ſenſu recipit Gratian. *diſcept.* 945. *nu-
mer.* 17. qui opinionem contra puellam indiſtinctè
36 tuetur. Imò quando agitur contra Patrem, minùs ri-
gorosè procedi debet, quàm contra fratrem, aut
alium dotare debentem, quia Pater bonum conſi-
lium pro filia capere præſumitur, *l. nec in ea ff. de
adulter.* Merlin. Pignatell. *controv.* 3. *num.* 4. *cent.* 1. &
ulteriùs ejus judicio magis ſtandum eſt in dotatione,
etſi dos ſit infra legitimam, Mantica *de tacit. lib.* 12.
tit. 23. *num.* 4. Merlin. *de legit. libr.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 12.
num. 6. & *ſeqq.* Rovit. *deciſ.* 99. *numer.* 12. Atque cum
iiſdem inſpectionibus procedendum eſt, ſi filia, vel
ſoror velit profiteri in Monaſterio, in quo major dos
dari debet, vel quia ſit ſupranumeraria, vel habeat
ibi alias ſorores, vel ex alio motivo, ut animadvertit
idem Cardin. de Luca *cit. diſc.* 144. *numer.* 8. *verſ. eo-
dem modo.*

37 Pro taxanda autem quantitate dotis Monialium,
inſpiciendum præſertim eſt, an ſint Moniales nume-
rariæ, ſive potius extra numerum. Siquidem in quo-
libet Monialium Monaſterio certus Monialium nu-
merus conſtitui, & taxari ab Epiſcopo debet, ut præ-
cisè mandavit Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de Regular.
cap.* 3. Quamvis enim antiquitùs ejuſmodi præfixio
numeri eſſet tantùm facienda in Monaſteriis non
Mendicantium, ex *cap. unic.* §. *ſanè de ſtat. Monach. cap.
ſanè de inſtitut.* id tamen contigebat, quia Monaſte-
ria Mendicantium bona immobilia non poſſidebant,
ad quorum redditum correſpectivitatem numerus
taxari debuerat; ſed Concilium Tridentinum talem
præfixionem numeri præſcripſit in omnibus Mona-
ſteriis, quæ etiam vivunt ſine ſtabilium poſſeſſione,
ſive Virorum, ſive Mulierum, dum in præfixione
numeri haberi voluit reſpectum, vel ad certos, &
determinatos redditus, vel ad eleemoſynas, quas re-
gulariter colligere ſolent. Quicquid autem ſit de præ-
fixione numeri quoad Monaſteria Virorum, pro
quibus adſunt ſpeciales Conſtitutiones, quas com-
memorat Fagnan. *cit. cap. non amplius num.* 10. *de in-
ſtit.* certè præfixio numeri ſatis congrua fuit quoad
Moniales, cùm ferè omnes ex præfata diſpoſitione
Concilii poſſideant bona ſtabilia, ut animadvertit
Fagnan. *ibidem num.* 13. *in fin.* Itaque præfixio nume-
ri fit, prout de jure fieri debet, ab Epiſcopo in Mo-
38 naſteriis ſibi ſubjectis; quò verò ad Monaſteria Mo-
nialium exempta, & ſubjecta Regularibus, magis vi-
detur conſonum menti Concilii, ut præfixio numeri
fiat à Superiore Regulari, dum Concilium in *citat.
cap.* 3. loquitur imperſonaliter, ibi: *Is tantùm nume-
rus conſtituatur*; quamvis difficultatem ingerere vi-
deatur idem Concilium *citat. ſeſſ.* 25. *capit. ultimo in
fine*, ubi diſponit, quòd omnia contenta in ea Seſ-
ſione, ab Epiſcopis executioni demandentur in Mo-
naſteriis ſibi ſubjectis, & in omnibus aliis ipſis in
ſuperioribus decretis ſpecialiter commiſſis, atque
omnibus Abbatibus Generalibus, & aliis Superiori-
bus Ordinum.

Nihilominùs omnem ſubſtulit difficultatem, ne-
dum Sacra Congregatio Concilii, dum declaravit in
Monaſteriis exemptis id pertinere tum ad Epiſcopum,
tum ad Superiorem Regularem, ut apud cit. Fagnan.
num. 9. §. & *ita*; ſed etiam Gregor. XIII. *in Conſtit.* 8.
incip. *Deo ſacris Virginibus tom.* 2. *Bullarii*, ubi §. 6.
injungit, ut hujuſmodi taxatio in Monaſteriis exem-
ptis fiat ab Epiſcopis cum Superiorum Regularium 39
interventu, itaut ſupra numerum nulla recipi poſſit,
etiam cum conſenſu eorundem Superiorum, ut facta
mentione ejuſdem Bullæ, docuerunt Fagnan. *cit. nu-
mer.* 9. Campanil. *in diver. jur. Canonic. rubr.* 12. *ca-
pit.* 16. *num.* 14. & 17. Piaſecc. *in praxi Epiſc. part.* 2.
cap. 3. *num.* 55. *in fin.* Roder. *quæſt. Regul. tom.* 2. *quæſt.*
48. *art.* 1. Novar. *in ſumm. Bullar. part.* 1. *Comment.* 85.
num. 1. Barbol. *ad Conc. Trid. cit. cap.* 3. *num.* 17. & 18.
& *de poteſt. Epiſcopi allegat.* 98. *numer.* 1. & *ſeq.* Gra-
tian. *diſcept.* 945. *num.* 6.

Qui numerus debet conſtitui habito reſpectu ad 40
redditus certos, vel conſuetas eleemoſynas, ex qui-
bus Moniales numeratæ, nedum ſine penuria, ſed
etiam commodè ſuſtentari valeant, ut diſtinguendo
jura antiqua à jure noviſſimo Concilii Tridentini ad-
vertit Fagnan. *cit. capit. non amplius num.* 19. *verſic.
verum*, quod etiam colligitur ex *cit. Conſtitut.* 8. *Gre-
gor. XIII.* ubi quòd numerus taxari debeat, itaut
commodè vivere valeant; itidemque Monialium nu-
merum juxta Monaſterii redditus taxandum eſſe præ-
cipitur in *Conſtitut.* 8. *Beati Pii V.* incip. *Circa Paſto-
ralis* §. 7. quamvis non ſolùm ad redditus, ſed etiam
ad qualitatem regionis, & perſonarum, onerumque
incumbentium, aliaque, quæ boni viri mentem va-
leant movere, attendi debeat. Unde inconcuſſus eſt
ſtylus Sacr. Congregationis Epiſcoporum, ut funda-
tiones Monaſteriorum regulariter non admittat, niſi
ex redditibus Monaſterii conſtituatur dos certa, &
perpetua pro duodecim Monialibus, quæ non mino-
ris ſummæ quàm annuorum ſcut. 300. eſſe debeat,
eaque non in cenſibus, ſed in ſtabilibus, & frugife-
ris bonis; atque ultra hanc Moniales etiam nume-
rariæ eleemoſynam dotalem in ingreſſu contribue-
re debeant, ut refert idem Fagnan. *loc. cit. nume-
ro* 23.

Hinc præfixo Monialium numero, præfigi etiam 41
valet quantitas dotis pro numeratiis, quæ ut dixi
correſpondere non debet rigorosè ad onera alimen-
torum, ſed præſertim attendendum eſt, ne eleemoſy-
nas dotales non recipiendo, Monaſterium depaupe-
retur, dum oneribus alimentorum integrè ſuccum-
bit; & ſic etiam in taxatione dotis conſiderari debet
quantitas redditum, ac onerum ejuſdem Monaſte-
rii, itaut magis, & minùs pro qualitate temporis,
& circumſtantiarum dos ipſa tradi in certa quanti-
tate debeat, ut fuit ſenſus Sacr. Congregat. Concil.
in Majoricen. relata apud citat. Fagnan. *numer.* 22.
& *ſeqq.*

Imò quamvis Monaſterium aliquod uberrimos ha- 42
beat redditus, non eſt cogendum aliorum Monaſte-
riorum Moniales egeſtate laborantes recipere, ſed
cura Epiſcopi debet eſſe, ut earum aliunde inopia
ſublevetur, ut reſolvit Sacr. Congregat. Concil. *in
Portugallien.* 16. *Auguſti* 1599. *lib.* 9. *Decret. pag.* 77.
à terg. neque enim poterunt bona unius Monaſterii
alteri applicari ſine beneplacito Sanctæ Sedis. Ve- 43
rùm ſuperadductæ circumſtantiæ attendi debent, tum
in præfixione numeri, tum etiam in taxatione dotis
ordinariæ, quæ non debet eſſe minor ſcutis 200. ut
ex mente Sacr. Congregat. Epiſcop. refert Nicol.
verb. dos numer. 26. quamvis alicubi ſit major, ut de
ſumma ſcutorum 400. vel 500. quòd congrua ſit,
dixit idem Nicol. *lucubr. can. libr.* 3. *tit.* 1. *de vit.* &
honeſtat. Cleric. numer. 26. ſed ut ibi benè advertit,
debet attendi uſus regionis: ita in Luſitania requirun-
tur mille aurei, & Neapoli 1500. prout in Urbe
ſcut. 1500. regulariter ob majores expenſas in victu,
aliiſque, licèt adſint quædam Monaſteria cum mi-
nori dote; & ſic dotis ordinaria quantitas debet eli-
ci ex lege fundationis, ſi adſit, ſeu ex antiqua con-

ſuetudine, Cardin. de Luca *de dote diſc.* 167. *numer.* 5. & 34. *verſ. non ſic eſt*.

Quamvis autem quantitas eleemoſynæ dotalis pro Monialibus numerariis ex fundatione, aut conſuetudine taxata fuerit, adhuc dubitari poteſt, an quandoque augeri poſſit, aut minui.

44 Et primò ſtatuendum eſt, Epiſcopum poſſe dotem augere, non quidem ad placitum, ſed juſta concurrente cauſa, veluti ſi minuantur redditus Monaſterii, aut augeatur Monialium numerus; quandoquidem dos cenſetur taxata in certa quantitate rebus in eodem ſtatu permanentibus, argumento Textus *in cap. ſuggeſtum de decim. cap. cum M. verſ. niſi in tantam de conſtit.* præſertim quia id à Jure Epiſcopis vetitum non apparet, & alioqui eis incumbit proſpicere indemnitati Monaſterii ne depauperetur, & ita docet Card. de Luca *de dote diſc.* 167. *num.* 35. & priùs *diſc.* 11. *numer.* 5. *& per tot.* ubi quòd ita fuerit reſolutum à Sacr. Congregat. Epiſcop. in una *Ariminen. dotium menſe Maj.* 1665.

45 Similiter Moniales dotis quantitatem pro libito augere non poſſe dicendum eſt; quamvis concurrente juſta cauſa poſſit eſſe difficultas ex reſolutione Sacr. Congreg. Concilii in terminis Monialium S. Claræ in una *Nicoteren. Auguſti* 1587. *libr.* 5. *Decret. fol.* 21. in qua propoſito dubio: *An dotis quantitas ab Abbatiſſa citra Simoniæ labem variari poſſit, non obſtante quod numerus conſtitutus ex Monaſterii redditibus commodè valeat ſuſtentari:* Sanctiſſimus ex ſententia Sacr. Congregationis reſpondit; *Si ex redditibus Monaſterii, vel ex conſuetis eleemoſynis tantum ſuppetat Monialibus, ut ad ipſarum victum, & ad fabricam Eccleſiæ, aliaſque neceſſitates commodè ſufficiat, non poſſe; ſecùs ſi Monialium numerus augeatur.* Nihilominùs hæc reſolutio videtur tantùm decidiſſe, poſſe abſque labe Simoniæ augeri dotem concurrente juſta cauſa, præſcindendo an id fieri poſſit à ſola Abbatiſſa; alioqui autem certum eſt, id faciendum non eſſe abſque conſilio, & auctoritate Epiſcopi, ut dixi. Multò minùs id permiſſum erit, ſi agatur de augenda dote in caſu alicujus perſonæ particularis, nam taxa debet eſſe uniformis pro omnibus, ne aliàs aperiatur via fraudibus, & pactis ſimoniacis, ut docet Cardin. de Luca *de regular. diſc.* 1. *num.* 146. *& de dote diſc.* 167. *num.* 35. *& diſc.* 188. *numer.* 22. & quamvis id non videatur improbandum, ſi ipſa ingreſſura velit ſponte ſolvere majorem dotem, ut reſolutum refert Nicol. *in Floſcul. verb. Dos num.* 12. tamen id evitari poteſt, cum eadem ingreſſura ſuam liberalitatem in Monaſterium exercere poſſit per donationem, vel alios actus permiſſos.

46 Quo verò ad diminutionem dotis, quamvis ordinarius de jure antiquo dotem diminuere potuerit; hodie tamen certum eſt nec ipſi, nec Monialibus id permiſſum eſſe, niſi obtenta licentia à Sacr. Congregatione, ut pariter reſolutum refert Nicol. *loc. cit. n.* 13. & firmant Cardin. de Luca *cit. diſc.* 1. *num.* 147. *de regul. & in Conflict. obſerv.* 49. §. *illius autem*, *& diſc.* 117. *de dote num.* 35. & priùs *diſc.* 11. *num.* 6.

47 Imò ſi adſit tenuitas reddituum, ſolet Sacr. Congreg. unire Monaſteria, ne labatur diſciplina regularis, ut præſertim evenit ob tenuitatem reddituum, & ita practicavit Sacr. Congreg. Epiſcop. in *Camerinen.* quoad Monaſteria S. Hieronymi, & S. Joannis Terræ S. Ginneſii 8. Auguſti 1698. Ponente Cardinali Petruccio, ut refert Monacell. *in formul. tom.* 1. *in append. pag.* 289. *num.* 2.

48 Augetur tamen dos etiam in numeratis ratione alicujus ſpecialitatis, vel quia puella ingreſſura habet duas alias ſorores profeſſas in eodemmet Monaſterio, imò quandoque etiam ſi habeat unam, vel quia non ſit virgo, ſive ſit in gravi ætate, quæque habentes has qualitate non ſolent admitti, niſi cum licentia Sacr. Congregationis, ut proſequitur Cardin. de Luca *cit. diſc.* 11. *num.* 6. *& diſc.* 167. *num.* 6. *& ſeq. de dot. & diſc.* 1. *de regul. num.* 156. & ita habetur in præfatis Decretis Generalibus Sacræ Congregat. apud Monacell. *tom.* 2. *tit.* 13. *formul.* 5. *numer.* 3. & 4. *verſic. Monaſteria*. Solet tamen Sacra Congregatio in his 49
caſibus indulgere attentis circumſtantiis qualitatis recipiendæ erga Monaſterium, præſertim ſi puella ſit de genere fundatoris, vel alterius eximii benefactoris, ut ſervari dixit Cardin. de Luca *diſcurſ.* 1. *de regul. num.* 147. *verſic. vel niſi*, ubi quòd etiam ſoleat diminui, ſive in totum condonari dos ratione alicujus perſonalis qualitatis, ob muſicam ſcilicet, ſeu aliam indigentiam Monaſterii, ut ex pluribus tradit Donat. *tractat.* 10. *quæſt.* 2. *numer.* 9. *tom.* 3. *fol.* 180. idque indulſit Sacr. Congreg. Epiſcop. in *Januen.* 29. *Martii* 1696. injuncto onere puellæ de inſerviendo, & dirigendo Chorum; & recipi poſſe ſine dote indulſit Sanctiſſimus cuidam orbatæ parentibus, & conſanguineis, in *Panormitana Januar.* 1585. *lib.* 4. *pag.* 26.
Sed quoad admiſſionem ſine dote, ſaltem ordinaria 50
requiritur auctoritas Summi Pontificis, niſi forſan teneatur Monaſterium recipere aliquam ſine dote ob legatum, aut ob aliam legitimam conventionem, Card. de Luca *cit. diſc.* 167. *num.* 37.

Ratione quoque qualitatis forenſis, ſolet etiam 51
augeri dos ordinaria; & licèt Sacra Congregatio apud Barboſ. *in ſumma Apoſtolicarum deciſ. verbo dos numer.* 6. reſolverit, quoad quantitatem dotis, differentiam inter indigenas, & forenſes faciendam non eſſe; tamen in praxi alicubi non ſervatur ex juſto motivo, ſaltem ex eo quòd Puellæ Cives videantur præferendæ, cùm earundem anteceſſores utplurimum in fundatione Monaſterii concurrerint; unde in hoc debet ſervari conſuetudo, quæ cùm ſit rationabilis, cenſetur tolerata, ut in his terminis dixit Cardin. de Luca *citat. diſcurſ.* 167. *numer.* 37. *de dot.* iſteque numerus Monialium numeratarum licèt de jure poſſit augeri ab Epiſcopo, auctis redditibus Monaſterii, ut probat Fagnan. *citat. capit. non amplius numer.* 36. *& ſeqq.* Novar. *in ſumm. Bullar. part.* 1. *comment.* 85. *numer.* 10. Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.* 2. *cap.* 3. *art.* 7. *de viſit. Monial.* cùm præfixio facta intelligatur rebus 52
ſic ſtantibus, latè Rocca *diſput.* 187. *num.* 1. *& ſeq.* tamen contrarium ſervatur ex ſtylo, ut nonniſi conſulta Sacr. Congreg. Epiſcoporum dictus numerus augeri, & diminui ſoleat, Cardin. de Luca *adnotat. ad Conc. Trid. diſc.* 35. *num.* 14. Sacr. Congreg. Epiſcop. apud Monacell. & Quarant. *loc. citat.* ibi; *Supra autem numerum nec Moniales, nec Converſæ recipiantur ſine licentia Sacræ Congreg.* Sed in Conſervatoriis aliter practicatur, & ab Epiſcopo augeri poteſt numerus, cit. Rocca *ubi ſupr.*

Converſas autem non cenſeri de numero, tenet 53
Tamburrin. *de jur. Abbatiſſ. diſput.* 5. *quæſt.* 1. *num.* 3. Contrarium tamen dixit Monacell. *part.* 2. *formul.* 5. *tit.* 13. *num.* 9. ubi adducit reſolutiones Sac. Congreg. Epiſcoporum; tamen in hoc debet ſtari conſuetudini, ut docent Gratian. *diſcept.* 945. *num.* 18. & 19. & Novar. *cit. num.* 11. poſſunt enim eſſe intra numerum, & quandoque ſupra numerum, ut ſupponitur in præfatis Decretis Generalibus apud Monacell. *loc. cit. num.* 3. quamvis ſupra numerum recipi non poſſint, niſi cum licentia Sac. Cong. Epiſcop. & ſolent admitti ad profeſſionem ſine dote intra 54
numerum præfixum, cùm in ipſarum receptione habeatur reſpectus ad neceſſitates Monaſterii, Pelizar. *de Monial. capit.* 3. *ſect.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 46. Tamburrin. *de jur. Abbatiſſ. diſput.* 5. *quæſit.* 7. *numer.* 1. Donat. *in prax. regular. tom.* 3. *tractat.* 10. *de dote Monial. quæſt.* 2. *numer.* 9. Idque colligitur ex præfatis Decretis generalibus Sacr. Congreg. in quibus dum prohibet receptionem ſine dote, loquitur tantùm de Monialibus, nec aliquid determinat pro Converſis; & licèt ex praxi Sacr. Congregationis Epiſcoporum & Regularium ſoleant etiam Converſæ numerariæ ſolvere dotem, ut animadvertit citat. Monacell. *numer.* 10. *in fine*, quamvis debeat taxari minor dote Monialium, ut notat Cardin. de Luca *diſcurſ.* 188. *numer.* 22. *de dote*; tamen non videtur abſolutè denegatum, ſi indigentia Monaſterii adſit,

Digitized by Google

rii adſit, & aliter Converſæ admitti non poſſint.
55 Itidem ultra numerarias Moniales, & Converſas,
poſſunt quidem admitti ſupranumerariæ; pro quibus
ſolvi ſolet duplicata dos, Cardin. de Luca *de dote diſc.*
167. *numer.* 7. Monacell. *part.* 1. *formul.* 6. *tit.* 11. *nu-
mer.* 10. Quarant. *in ſumm. bullar. verbo Monaſteria
in fine, Sacr. Congreg. Concilii in Cæſenaten.* 18. *Au-
guſti* 1696. Fagnan. *capit. non amplius num.* 41. ubi ex
ſtylo Curiæ pro Monialibus ſupranumerariis Italiæ,
& in Inſulis adjacentibus dari ſolent licentiæ à Sacr.
Congreg. Epiſcoporum, & Regularium; extra Ita-
liam verò per Breve, ubi etiam plures adducit reſo-
56 lutiones Sacr. Congregationis approbatas à Sanctiſ-
ſimo; & ſi ſint ultrà duas Sorores debent ſolvere tri-
plicatam dotem, & mortua aliqua Moniali intra nu-
merum præfixum, ad reliquas Moniales ſpectat, ca-
pitulariter, votiſque ſecretis eam puellam, quæ iis
viſa fuerit, ad locum hujuſmodi intra numerum va-
cantem admittere, prævia tamen Epiſcopi explora-
tione, juxta diſpoſitionem Sacri Conc. Trid. & quo-
modo dicta loca ſint concedenda, adeſt Epiſtola Sacr.
Congregationis anni 1604. apud Novar. *commen.* 85.
num. 5. *part.* 1.
57 Differt tamen dos numerariarum à ſupranumerariis
non ſolùm in quantitate, ſed etiam quoad inveſti-
mentum, quia dos numerariarum poteſt converti in
neceſſitatibus Monaſterii; hæc autem debet inveſtiri
in bonis ſtabilibus, vel locis Montium, vel alio mo-
do tuto, ut latè Nicolius *in floſc. verbo Dos num.* 23.
& 24. ubi non ſolere concedi licentiam alienandi
totam dotem ſupranumerariarum, neque pro cauſis
58 urgentiſſimis, ſed tantùm dimidium; dotes verò nu-
merariarum poſſunt expendi cum licentia Epiſcopi,
ut proſequitur idem Nicol. *num.* 26. Gavant. *in ma-
nual. Epiſc. verb. Monialium alimenta num.* 13. Tam-
burrin. *de jure Abbatiſſ. diſp.* 5. *quæſt.* 7. *num.* 6. & re-
fertur in Decretis generalibus apud cit. Quarant. *ver-
bo Monaſteria*, & Monacell. *cit. tit.* 13. *formul.* 5. *nu-
mer.* 3. Imò quoad dotes Converſarum poſſunt expen-
di pro neceſſitatibus Monaſterii, quia prohibitio in-
telligitur ſolùm de ſupranumerariis Choralibus, ut ex
declaratione Sacr. Congreg. dixit cit. Nicol. *num.* 10.
dum autem Monaſterium eſt noviter erectum, dotes
Monialium etiam intra numerum, diſtrahi non per-
mittitur, ſed omninò inveſtiendæ ſunt: ut pariter re-
ſolutum refert Nicol. *loc. cit. num.* 26. *& ver. Mona-
ſterium num.* 6.
59 Iſtarum autem dotium tam intrà, quàm extrà nu-
merum debet fieri depoſitum penes Ædem Sacram,
vel ſaltem apud idoneam perſonam, & quidem effe-
ctivum in pecunia, itaut non valeat confeſſionatum,
neque fictitium; aliàs teneretur Epiſcopus, ſi actus
invalidi eſſet conſcius, ut reſolvit Sacr. Congr. Epiſ-
coporum in *Portugallen. 6. Junii* 1615. *& in Brundu-
ſina* 15. *Januarii* 1616. apud Monacell. *citat. part.* 1.
60 *tit.* 11. *formul.* 7. *num.* 7. & debere fieri in pecunia nu-
merata, vel in cedula bancaria, nec ſufficere ſi fiat
in ſtabili, & cenſu, obligatione, aut alia re, Nicol.
in floſc. verb. Dos num. 8. niſi cum licentia Sacr. Con-
greg. Card. de Luca *de dote diſc.* 167. *numer.* 31. *& de
Regular. diſc.* 1. *num.* 144. *& de legatis diſcurſ.* 16. *nu-
mer.* 5. & in Urbe ſufficere Cedulam Confraternita-
tum, reſolvit pluries Sacr. Congregatio apud Nicol.
61 *cit. verbo Dos num.* 8. vel ſaltem in ſubſidium in loco,
ubi non adeſt neque Ædes Sacra, neque publicus
ac idoneus Campſor ab Ordinario, vel Monaſterii
Prælato approbandus, debet poni in depoſito Mona-
ſterii cum duabus clavibus, una penes Epiſcopum, &
altera penes Abbatiſſam, etſi agatur de Monaſteriis
exemptis, & ſubjectis Regularibus, Cardin. de Luca
diſcurſ. 167. *num.* 32. *& ſeqq. de dot. & diſcurſ.* 1. *nu-
mer.* 144. *de regular.* & ſi fiant penes particulares
Campſores, cura Epiſcopi debet eſſe, ut tutè collo-
centur, cùm facillimè eveniant colluſiones, & frau-
des.
62 Sed nunquid pro tali depoſito repetendo detur hy-
potheca legalis Monaſterio contra bona Campſoris
ſpecialiter deputati ab Epiſcopo. Et negativè videtur
dicendum, quia pro depoſito non intrat hypotheca;
ut apud Merlin. *de pignor. libr.* 4. *tit.* 1. *quæſt.* 27. *nu-
mer.* 3. *&* 4. Solùmque habet actionem perſonalem,
quamvis privilegiatam, Rota *deciſ.* 429. *num.* 2. *&* 5.
part. 14. *recent.* excepto niſi à Principe concedatur,
ut eſt in Hiſpania, Peguer. *deciſ.* 38. *per tot.* & in ſta-
tu Veneto, Peregrin. *deciſ.* 99. *num.* 2. *libr.* 4. præſer-
tim in Banchis non publicis, & in depoſitis irregu-
laribus, in quibus non conſideratur aliquod privile-
gium, ut latè Card. de Luca *diſc.* 25. *de credito*.
Verùm contrarium firmat idem Card. de Luca in 63
terminis depoſiti facti per Moniales penes Campſo-
rem *diſc.* 39. *de credito*, & Rota in eadem cauſa id fir-
mavit in *cit. deciſ.* 429. *num.* 5. *&* 6. *part.* 14. ex ea va-
lida ratione, quia etſi non competat hypotheca ex vi
pacti, competit quidem ex legis miniſterio hypothe-
ca legalis tacita reſultans, & competens omnibus ad-
miniſtrare non valentibus contrà Adminiſtratorem
ad favorem Loci Pii, prout eſt Monaſterium, & pro-
cedit ad favorem cujuſcunque non valentis per ſe
adminiſtrare, ut ſunt Hoſpitalia, Pupilli, Minores,
Furioſi, & Eccleſiæ. Differt enim privatus ab iſtis,
quia ille ſibi imputet, ſi expreſsè de hypotheca non
caverit; ſecùs autem in ſecundis; quia lex ſupplet
in his id, quod juxta prudentiam facere debuerant,
& non fecerunt ob impotentiam, quibus omiſſio
Superiorum nequit præjudicare; hoc tamen proce- 64
dit in actu neceſſario, non autem in voluntario, ut
eſſet, ſi pecunia Monaſterii apud aliquem depona-
tur, quæ deponi non ſit opus, quia tunc non dici-
tur adminiſtratio neceſſaria, in quo caſu lex ſuppleat;
in caſu tamen depoſiti dotium conſideratur qualitas
neceſſaria, cùm injungatur à Sacr. Congregatione,
ut fiat penes aliquem, & ſic potiùs videtur Mini-
ſter, & Officialis deſtinatus à Jure, contra quem lex 65
præſcribit hypothecam; haberem tamen difficulta-
tem, ſi depoſitum fieret penes privatum, dum fieri
poterat penes Ædem Sacram; tunc enim, quia actus
non eſſet neceſſarius, ſaltem deberet in damno ſuc-
cumbere, vel Monialis ipſa, vel Epiſcopus, aut alius
Miniſter Monaſterii, qui fidem privati voluit ſequi
in actu propè voluntario; & quidem in caſu dictæ
deciſionis, quem refert Cardin. de Luca *citat. diſcurſ.*
39. erat depoſitum factum in ratione bancaria depu-
tata ab Epiſcopo, quæ aliàs ſemper tuta habita fue-
rat; nam aliud eſt, ut Monaſterium habeat hypothe-
cam legalem contrà œconomos, & procuratores eo-
rum; aliud eſt, quòd eam habeat contra certam Per-
ſonam recipientem in depoſitum dotem voluntariè,
& non ex officio, quia in primo caſu intrat hypo-
theca legalis ex dictis rationibus, non autem in ſe-
cundo, ſed potiùs debet ſuccumbere Monialis, ſeu 66
ejus parentes, cùm Monaſterium ad nihilum te-
neatur, dum tempore debiti dos non acquiritur
Monaſterio, quod tantùm obtinet alimenta à No-
vitia, non autem fructus dotis, Cardin. de Luca
de dote diſcurſ. 77. *numer.* 2. *verſic. adeout*; licèt poſ-
ſit dici dos initiativè ad effectum, ut dicatur quis
dotata, prout intelligi debet Cardin. de Luca *de do-
te diſcurſ.* 212. *numer.* 6. ne aliàs pugnantia loqui
videatur.

S E C T I O II.

Quatenus dotes Monialium cum dotibus nubentium in ſæculo conveniant, ubi expenduntur nonnulla quoad legata ſubſidiorum dotalium.

S U M M A R I U M.

1 *Dos Monialium ferè in omnibus convenit cum dote nubentium in ſæculo.*
2 *Dos Monialium gaudet privilegio* auth. res quæ, *& parit fructus.*

 3 *Fru-*

Digitized by Google

3 *Fructus dotis percepti poſt mortem Monialis, an cedant lucro Monaſterii, ſive potiùs imputentur in ſortem,*

4 *Cenſus ex cauſa dotis, etiam Monialium, conſtitui poteſt ſine pecunia, cujus loco eſt dos,*

5 *Legatum majoris quantitatis factum pro maritandis, quàm pro monachandis, an valeat,*

6 *Quantitas minor relicta pro monachandis ſi non ſufficiat pro dote, ſupplenda eſt,*

7 *Dos relicta pro maritandis, an debeatur volentibus ingredi Religionem, & num. ſeqq.*

8 *Legatum pro matrimonio factum puellis incertis, ſeu certis ex incertis, non debetur in caſu ingreſſus in Religionem.*

9 *Quid ſi fiat favore certæ perſonæ.*

10 *Sub ſimplici conditione nuptiarum ex præſumpta mente diſponentis veniunt etiam nuptiæ ſpirituales, niſi eadem mens apertè reſiſtat,*

11 *Excluſio nubentium in Domino poteſt etiam elici ex conjecturis, & quales hæ eſſe debeant,*

12 *Adducuntur ad hoc reſolutiones Sacr. Congregat. Concilii.*

13 *Legatum relictum pro dote, aut pro nubendo, debetur etiam Moniali,*

14 *Si puella velit ingredi Religionem, id quod ex dote ſupereſt, debetur Monaſterio,*

15 *Niſi adſit ſubſtitutus, vel hæres prædilectus,*

16 *Legatum pro nubendo factum puellis certis ex incertis, debetur etiam pro ingreſſu Religionis,*

17 *Si verò factum ſit puellis incertis, recurrendum eſt ad conjecturas,*

18 *In caſu hujuſmodi legatorum factorum pro maritandis, recurrendum eſt ad Papam, ut eis fruantur Moniales.*

19 *Legatum dotis an debeatur ſtatim, ſive potiùs tempore ingreſſus in Religionem, aut nuptiarum,*

20 *Legatum dotis regulariter eſt conditionale, niſi dos ſit loco legitimæ.*

21 *Si in eodem legato dotis concurrant nubendæ in Sæculo, & in Domino, quænam ſint præferendæ.*

22 *Legatum dotis factum pro monachandis non debetur nubentibus in ſæculo, etiamſi factum ſit puellis incertis.*

23 *Aliquando tamen ex indulto conceditur.*

24 *Regulariter non ſolet indulgeri, niſi ante Matrimonium contractum,*

25 *Quænam conſiderari ſoleant in concedendis hujuſmodi indultis,*

26 *Legatum dotis factum pro monachandis in certo loco, & Monaſterio, ex quibus cauſis ſoleat quandoque concedi monachandis in alio loco.*

27 *Dos relicta puellis cum præfixione termini ad ſe monachandum, an debeatur, ſi infra terminum aſſumpſerint habitum, & elapſo termino emiſerint profeſſionem.*

28 *Monachari idem eſt ac effici Monialis, quod contingit per profeſſionem.*

Novitia non poteſt dici Monialis, aut Regularis, Ibidem,

29 *Verius eſt ſufficere ſumpſiſſe habitum intra terminum, dummodo poſtea profeſſio ſequatur, & num. ſeqq.*

30 *Novitia eſt perſona Eccleſiaſtica,*

31 *Diſpoſitio facta in uno caſu extenditur ad alium, in quo teſtator veroſimiliter diſpoſuiſſet, ſi cogitaſſet,*

32 *Si præfixioni termini ad nubendum Teſtator imponat pœnam amiſſionis dotis, legatum caducatur.*

Caducitas legati excluditur, ſi non conſtet de culpa, aut negligentia in adimplendo onere injuncto, Ibidem,

33 *Secus ſi conditio appoſita ſit ipſi vocationi.*

34 *Dotes relictæ monachandis, regulariter etiam debentur viduis.*

35 *Viduæ poſſunt profeſſionem emittere, quamvis conſecrari eis prohibitum ſit.*

36 *Viduis regulariter ex mente diſponentium non debentur ſubſidia dotalia relicta puellis.*

37 *Quod limitatur, ſi dotem non haberent, & earum honeſtas periclitaretur,*

38 *Dotes relictæ puellis incertis non poſſunt ab eadem puella niſi ſemel obtineri.*

39 *Dotes relictæ monachandis an debeantur Bizochis domi viventibus,*

40 *Debentur, ſi relicta ſint ab eo, qui aliàs dotare tenetur, quamvis non debeantur integra, niſi ſuccedant loco legitimæ,*

41 *Non debentur, ſi relicta ſint ab extraneo puellis incertis,*

42 *Niſi Matrimonium ſpirituale non fuerit appoſitum per viam conditionis, ſed tantùm ut caſta vivat,*

43 *Mulieribus Oblatis viventibus in Conſervatorio non debentur dotes relicta pro monachandis;*

44 *Conſervatoria expreſsè approbari non ſolent à Sede Apoſtolica,*

Oblatæ non dicuntur Moniales, niſi ad effectum exemptionis. Ibidem.

45 *Oblatæ in Monaſterio Turris Speculorum Urbis ſi ad Sæculum redeant, reſtituenda eſt eis dos,*

46 *Quandoque indulgetur, ut Oblatæ obtineant dotem relictam Monachandis,*

47 *Dos Monialis acquiritur Monaſterio, etſi hæc poſt profeſſionem ſtatim moriatur.*

48 *Reſtituenda tamen eſt dos, ſi puella in Novitiatu, non emiſſa profeſſione, decedat.*

Idque non obſtante conſuetudine immemorabili, Ibidem.

49 *Reſtituenda pariter ſunt oblationes; aliaque intuitu Puellæ Monaſterio data, excepto victu, & veſtitu.*

50 *Simul cum dote reſtituendi etiam ſunt ejus fructus,*

51 *Imò Monaſterium nec retinere poteſt alimenta tempore Novitiatus exhibita, ſi aliàs puellam ſine dote admittere tenebatur,*

52 *Quod quatenus procedat, explicatur.*

53 *Emiſſa profeſſione à puella quamvis infirma, dos acquiritur Monaſterio, ſi alia requiſita concurrant,*

54 *Rejicitur, & explicatur* Riccius *contrarium aſſerens.*

55 *Profeſſio ſi ob infirmitatem emittatur non completo Novitiatu, an dos acquiratur Monaſterio. Remiſſivè.*

56 *Dos acquiritur Monaſterio, quamvis puella moriatur in ſtatu Novitiæ, ſi dotans id expreſsè caverit,*

57 *Niſi tamen dos ſuccedat loco legitimæ, quæ ita gravari nequit,*

58 *Similiter acquiritur Monaſterio ante profeſſionem, ſi Novitia omnia Monaſterio obtulerit.*

59 *Stante ſtatuto excludente fœminas propter maſculos, an fœminæ cenſeantur excluſæ, ſi abſque dote recipiantur in Monaſterio, quod ex legato tenetur recipere puellas ſine dote.*

60 *Non cenſentur excluſæ, ſi ſtatutum non excludat fœminas, niſi congruè dotatas.*

61 *Secus ſi excluſerit fœminas quomodolibet, & à quocunque dotatas,*

QUamvis eleemoſynæ dotales Monialibus præſtari ſolitæ in pluribus diſcrepent à dotibus nubentium in ſæculo, ut præſertim quoad congruitatem Dotis notavimus in præcedenti Sectione *num.* 29. nihilominùs quamplurima ſunt, in quibus eædem dotes conveniunt, adeout quoad hæc iiſdem juris principiis utraſque regulemus. Hinc certum eſt in dotibus Monialium incumbere obligationem eas exhibendi iiſdem, qui de jure tenentur præſtare dotem pro Matrimonio temporali, ut notat Cardin. de Luca *de* 1

dote

dote diſc. 167. *numer.* 16. & in terminis Patrui reſpectu
Neptis dixit Rota *deciſ.* 30. *part.* 7. *recent.* itidemque
2 habent ferè omnia dotis privilegia, ut præſertim eſt
illud inductum ex diſpoſitione *auth. res quæ Cod. commun. de legat.* ut ſcilicet conſtitui poſſit ex bonis fideicommiſſariis, Card. de Luca *cit. num.* 16. Rota *deciſ.* 671. coram Merlin. cùmque eædem dotes dentur
pro ſupportatione onerum, ut ſuperiùs dixi, dubium
non eſt ipſas parere fructus pendente ſolutione ſortis, quemadmodum in dote temporali, ad textum in
3 *capit. ſalubriter de uſuris*. Quamvis antiquitùs cadere
ſolebat controverſia, an pendente adhuc ſolutione
dotis poſt obitum ipſius Monialis dotatæ, currant
etiam fructus, ſive potius imputentur in ſortem. Et
dicendum eſt, regulariter fructus non currere; nam
ſi ex eadem ratione currunt in dote temporali, ex
qua currunt in dote ſpirituali, ut notant DD. apud
Barboſ. *in citat. capit. ſalubriter numer.* 6. Rodriquez
tom. 2. *queſt. regular.* 48. *art.* 7. in dote autem temporali currant ex eo, quòd vir ferat onera matrimonii,
adeout eo ſoluto fructus non lucretur, ſed eos in ſortem imputare teneatur, ut ex *cit. capit. ſalubriter* pluries firmavit Rota *deciſ.* 360. coram Cerro, *& deciſ.* 487. coram Bichio; ita pariter in dote Monialis,
quæ datur Monaſterio pro oneribus ferendis, fructus
cedere debent in ſortem, dum Monaſterium poſt mortem Monialis ab onere alimentorum liberatur. Nec
obſtat Cardin. de Luca *diſc.* 125. *de dote;* nam ibi agebatur quidem de dote Monialis non ſoluta, ſed ejus
4 loco conſtitutus erat cenſus annuus ſuper bonis dotare debentium, quouſque dos ſolveretur, qui cenſus
utique conſtitui potuerat ſine pecunia numerata, &
ex ſolo credito, cùm ageretur de credito ex cauſa dotis, quæ eſt loco pecuniæ, ex declarationibus B. Pii V.
ad ejus Bullam, ut advertit idem Cardin. de Luca *loc. cit. numer.* 6. & dicam Deo dante in Commentario
ejuſdem Bullæ. Unde creditum ex cauſa dotis tranſierat in contractum cenſus, ſeu annui redditus; in
quibus terminis currunt fructus etiam matrimonio
diſſoluto, quemadmodum currerent, ſi dos data fuiſſet extimata. Cæterùm controverſias ſuper hac re rarò
forus audit poſt edita Decreta Generalia Sacræ Congregationis Epiſcoporum, de quibus dixi in antecedenti Sectione, per quæ fuit ſancitum, non admitti
Moniales ad habitum, niſi facto depoſito dotis.

Ulteriùs ex eadem ſimilitudine ejuſmodi dotium
pro monachandis, aut maritandis, pendent aliæ ſatis
agitatæ controverſiæ: An ſcilicet relinqui poſſit major dos nubentibus in ſæculo, quàm profiteri volentibus; Annè legatum factum pro maritandis competat etiam monachandis. In qua ſanè re acriter diſputatum eſt inter DD. Pro majori tamen dilucidatione
diſtinguendi ſunt plures caſus.

5 Quandoquidem quod ad primum dubium attinet:
aut agitur de legato majoris quantitatis facto puellæ
maritandæ, ſive à patre, ſive ab alio, & hic articulus
habet pro utraque parte DD. & rationes. Aliqui enim,
etiam ex antiquioribus, voluere, majorem quantitatem in uno caſu, quàm in altero relinqui fas non eſſe, potioremque eſſe rationem, ex qua legatariæ debeatur in caſu monachatus, ne hoc pacto retrahatur
à ſtatu perfectiori, Boſſ. *de matrim. cap.* 11. *num.* 700.
Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 83. *num.* 27. *&* 28. Graſſ.
de effect. Cleric. in præludio numer. 404. Diana *part.* 3.
tractat. 6. *Miſcell. reſolut.* 29. Borell. *in ſumma deciſ. libr.* 3. *tit.* 4. *num.* 117. Rota *deciſ.* 3. *num. fin. de teſtam. & deciſ.* 2. *de conſuetud.* coram Mohedan. ubi aſſerit
non ſufficere quamcunque conſuetudinem ad inducendum, poſſe minùs relinqui filiæ nubenti in Domino, quàm in ſæculo, ſed requiri immemorabilem,
nec eſſe deferendum DD. de ea teſtantibus. Nihilominùs contrarium docuere Sanchez *de matrim. libr.* 1.
diſput. 34. *à numer.* 11. Covarr. 1. *variar.* 19. *numer.* 9.
& latiſſimè Giovagnon. *libr.* 1. *reſponſ.* 57. *per tot.*
Theſaur. *quæſt. forenſ. libr.* 1. *quæſt.* 60. Ciarlin. *controverſ.* 218. Cardin. de Luca *diſc.* 167. *num.* 19. *de dote*,
idque magiſtraliter firmavit Rota *deciſ.* 480. *part.* 2.
recent. deciſ. 63. ubi Adden. *num.* 26. coram Ludoviſ.
cujus ſententiæ fundamenta adeo luculenter apud præfatos Authores, præſertim per Giovagnon. & Rotam adducuntur, ut eis omnino deferendum videatur, ſufficiatque præcipuum fundamentum indicare,
nempe quia ſicuti permittitur Teſtatori pro conſervandis bonis in agnatione, excludere Monaſterium,
dummodo non fiat in odium Religionis, ut dixi ſupra ad *Conſtitut.* 4. *Innoc. IV. ſect.* 2. ita in hoc caſu id
ei permiſſum eſſe dicendum eſt, dum id in odium
Religionis fieri, præſumi non debet, ſed potiùs ob
conſulendum aliis filiis, & propriæ domui, eòque
magis quia ſatis perſpectum eſt, Moniales minori
dote indigere. Quamvis ſi minor quantitas relicta 6
pro matrimonio ſpirituali non attingat taxam dotis
præſtari ſolitam, ſupplenda ſit ob præſumptam mentem diſponentis, nam aliàs puellæ aſſumere non poſſent ſtatum Monaſticum, pro quo Teſtator proſpicere voluit, & potiùs nuberent in ſæculo, quàm Religionem ingrederentur, ut conſiderat Card. de Luca
loc. cit. num. 21. Hæc tamen non procedunt, ſi puella
jure legitimæ, vel alio capite majorem quantitatem
prætendere poſſet, ut dixi in præcedenti Sectione *numer.* 30. *& ſeqq.* cùm diminui nequeat id, quod uti
proprium matrimonium ei competit.

Quod autem alteram controverſiæ partem reſpicit: 7
ſi dos relinquatur pro matrimonio carnali, & conſtet
de mente Teſtatoris quoad nupturas tantùm in ſæculo, atque alioqui ex mera liberalitate diſponat, nulla ſuppoſita obligatione dotandi; & tunc ceſſat legatum pro iis, quæ Religionem ingredi velint; nam ſicuti
Teſtator potuerat non relinquere, ita valuit diſponere cum tali reſtrictiva, ut ratiocinantur Covarr. 1.
variar. 19. *num.* 7. *& ſeq.* Menoch. *præſumpt.* 83. *lib.* 4.
Mantica *de conjectur. lib.* 11. *tit.* 7. *&* 18. *num.* 29. *& ſeq.*
Theſaur. *cit. quæſt.* 60. Sanchez *de matr. libr.* 1. *diſp.* 33.
num. 29. *&* 30. Cardin. de Luca *cit. diſc.* 167. *num.* 19.
& diſc. 12. *per tot.* Giovagnon. *cit. reſponſ.* 57. *num.* 10.
& 17. Rota *cit. deciſ.* 480. *num.* 7. quæ quidem con- 8
cluſio abſolutè procedit, ſi legatum dotis pro matrimonio carnali factum ſit puellis incertis, ſive etiam
certis ex incertis, ut apud Sanchez *cit. diſput.* 33. *numer.* 32. quòd ſi particulariter favore certæ perſonæ 9
diſpoſitum ſit, aliæ cadere poſſunt inſpectiones, ex
quibus à matrimonio carnali ad ſpirituale fieri poteſt
tranſitus, præſertim quia dum Teſtator certæ perſonæ dotem reliquit, ei peculiariter providere velle viſus eſt; eòque magis, quia ſi hæc in ſæculo nubere
renuat, teſtatoris mens nullo pacto adimpletur, quod
non contingit in legato facto perſonis incertis, dum
ſi aliqua ex eis velit in ſæculo nubere, poterit dos
concedi aliis puellis, ut ratiocinantur DD. apud Ciarlin. *loc. cit. numer.* 8. & certè ſi conſtet de voluntate
Teſtatoris, quòd tali perſonæ conſulere voluerit,
nec urgeat particularis ratio, ex qua legatum fuerit
factum potiùs in uno, quàm in alio caſu, poterit
quidem intrare officium Judicis pro aſſignanda quantitate minori neceſſaria ad monacationem, nam veroſimiliter Teſtator ſi cogitaſſet, diſpoſuiſſet, & dicta
taxativa verificaretur, ex quo non daretur integra
dos, ſi tamen non haberet aliunde ea, cui Teſtator
providere velle viſus fuit, ut benè ponderat Card. de
Luca *cit. diſc.* 167. *numer.* 22. *in fine;* non tamen hæc
æquitas facere debet, quòd legatum omninò debeatur, etſi agatur de certa perſona, quia ſemper recurrit ut debeat ſervari voluntas diſponentis, aliter non
diſpoſituri, ut optimè dixit Menoch. *conſ.* 169. quem
ſequitur Giovagnon. *cit. numer.* 25. *verſ. & in terminis*, ubi quòd aliud ſit nihil relinquere in caſu Religionis ingreſſus, aliud relinquere ſub conditione ne
ingrediatur Religionem; nam in primo caſu relicti
pro matrimonio carnali tantùm, reſolvitur in non relictum in caſu Religionis, & textus *in §. Sed & hoc præſenti auth. de SS. Epiſcop.* non procedit contra voluntatem Teſtatoris, ſed tantùm juxta ejus præſumptam voluntatem, ut ſub ſimplici conditione nuptiarum intelligantur etiam nuptiæ ſpirituales, quæ Teſtator

Digitized by Google

10 expreſſiſſet, ſi cogitaſſet; quod ceſſat ſi contraria voluntas clarè eliciatur, cùm præſumptio cedat veritati, De Franch. *deciſ.* 29. *num.* 4. Giovagn. *cit. n.* 25. *& ſeq.* & Rota *cit. deciſ.* 480. *numer.* 7. quibus concinunt ea, quæ ſupra ſcripſi ad *Conſtit.* 4. *Innocent. IV. ſect.* 2. *num.* 10. circa excluſionem Monaſterii in ſubſtitutione facta alicui, ſi obiret ſine filiis, ut non habeat locum, ſi clarè conſtet de voluntate Teſtatoris, innixa tamen alicui rationabili cauſæ, ut excludatur odium Religionis, uti eſſet in hoc caſu dotis relictæ, non enim eòuſque favendum eſt cauſæ piæ, ut diſponentium voluntates infringamus, quæ omninò ſervandæ ſunt, *can. ultima voluntas* 13. *quæſt.* 2. earumque executionem enixè demandavit Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 22. *de reform. cap.* 6. Hinc Sacr. Congregatio Concilii in *Baren. Subſidior.* 15. *Septembris* 1688. reſolvit, ſubſidia relicta pro maritandis tantùm, non poſſe diſtribui Virginibus ad profeſſionem regularem admittendis; & 18. *Decembris* 1688. ſtetit in deciſis.

11 Imò dicta taxativa pro ſolis nubentibus in ſæculo, non tantùm elici poteſt clarè, ſed etiam ex conjecturis, ut ponderant idem Giovagnon. *numer.* 26. *& ſeq.* Sanchez *citat. diſput.* 33. *num.* 30. Cardin. de Luca *citat. diſc.* 12. *verſ. non refragantibus*, *& citat. diſc.* 167. *num.* 23. quæ tamen debent eſſe concludentes certam voluntatem, quod remittitur Judicis arbitrio, prout fieri debet in quacunque materia conjecturali, cùm certa regula dari nequeat; ita tamen ut majores conjecturæ requirantur in legato facto certæ perſonæ, quàm incertis, ut ſupra dixi. Unde

12 cùm in Sacr. Congregat. Concilii fuerint propoſita dubia, *I. An legatum relictum pro dotibus puellarum pauperum Conſervatorii nubentium in ſæculo, erogari poſſit, & debeat in beneficium earundem puellarum vitam Religioſam, ſeu Monaſticam eligentium in eodem Conſervatorio? & quatenus negativè. II. An id ex gratia ſit concedendum ſaltem quamdiu deſunt puellæ ex vocatis, quæ nubere velint in ſæculo.* Sacr. Congregat. reſpondit in *Maſſalubren. die* 4. *Junii* 1689. *Ad* 1. *negativè. Ad* 2. *reſpondendum in caſibus particularibus.* Ratio reſolutionis fuit, quia Teſtator non ſolùm pluries uſus fuit verbis *da maritarſi*; ſed fortiùs, quia in caſu obitus puellæ dotatæ ſine filiis, prout in caſu obitus ejuſdem abſque teſtamento, voluit ſuccedere Monaſterium, quod etiam vocavit in caſu, quo non exiſteret puella in ſæculo nuptura; ex quibus elicitur enixa voluntas Teſtatoris, voluiſſe vocare tantùm nubendas in ſæculo, ex dictis præſumptionibus, & conjecturis, & quoad commutationem optimè Sacra Congreg. mandavit recurri in caſibus particularibus, eò præſertim quia Teſtator in caſu, quo in aliquo anno non adeſſet puella in ſæculo nuptura, ſubjunxerat expectandum eſſe quouſque puellæ matrimonio habiles adeſſent, quo caſu non eſſet commutanda voluntas in præjudicium nubere volentium in futurum.

13 Alter caſus eſt, ſi ſimpliciter legatum ſit pro dote certæ perſonæ, vel certis ex incertis; & tunc dubium non eſt ſuffragari etiam monialibus, quia nomen dotis applicatur utrique, prout nomen nuptiarum, Diana *part.* 5. *tractat.* 14. *Miſcell.* 2. *reſolut.* 35. Giovagnon. *loc. cit.* Mantica *de conjecturis libr.* 11. *tit.* 18. *numer.* 29. *& tit.* 23. *num.* 3. Pontius *de matrim. l.* 3. *cap.* 7. *num.* 11. Rota *deciſ.* 301. *num.* 3. *ad* 10. coram Ludoviſ. *deciſ.* 20. *num.* 2. *& ſeqq.* coram Roxas, *deciſ.* 1379. §. 1. *& ſeq. & deciſ.* 2260. *num.* 2. *ad* 9. cor. Coccino; imò etſi aliqui id negent, ſi verba ſint proportionata matrimonio carnali tantùm, ut ex vulgari acceptione eſt verbum *maritare*, & hujuſmodi apud Giovagnon. *conſ.* 49. *numer.* 2. *l.* 1. Rota *poſt conſil.* 55. *ejuſdem num.* 12. *& ſeq.* tamen quoad legatum factum certis perſonis, videntur etiam in hoc caſu communiter convenire DD. ut apud Sanchez *citat. numer.* 27. *& ſeq.* Capyeius Latr. *deciſ.* 122. *libr.* 2. Cardin. de Luca *de dote diſc.* 12. *num.* 6. *& per tot. & diſc.* 167. *num.* 25. Ciarlin. *cit. num.* 6. Rota *deciſ.* 398. *num.* 1. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* & ita ſentire viſa eſt Sacra Congreg. Concilii in *Dubio ſubſidiorum dotalium* 18. *Novembr.* 1679. *lib.* 30. *Decr. pag.* 48. *à terg.* ubi cùm Teſtator dotem pro matrimonio reliquiſſet puellis deſcendentibus, quæ bona propria non haberent, propoſitoque dubio: *I. An puellis vocatis, ſi velint ingredi Monaſterium, dos pro matrimonio relicta debeatur?* Reſpondit; *Ad I. Affirmativè*, ex ea ratione, quia cenſetur teſtator voluiſſe providere tali generi perſonarum, & cùm uſus non fuerit verbis, nec conjecturis taxativis, intrat valida præſumptio, ut demonſtrativè tantùm verba illa appoſita fuerint; unde potiùs attendenda erat mens Teſtatoris, quæ fuit ut puellæ deſcendentes cum tali dote honeſtè collocari poſſent. Remanente difficultate, an id, quod
ſupereſt ultra dotem Monialis, acquiratur Monaſte- 14
rio, an verò poſſit alteri cedi; & pro Monaſterio concludunt DD. citati, & idem Card. de Luca *in citat. diſc.* 12. *de dote num.* 12. ita quòd nec puella poterit cedere tale jus, quia hoc habet potiùs ob favorem Religionis, quàm ſtricto rigore ſui juris; nec etiam poteſt Monaſterium facere dictam ceſſionem, quia eſſet alienare ſine beneplacito neceſſario in alienationibus rerum Eccleſiæ; cùm Monialis legatum habere nequeat, niſi poſt profeſſionem, per quam ſtatim omnia jura tranſlata in Monaſterium tunc dicuntur, ut dixi ſupra ad *Conſtit.* 4. Innoc. IV. *ſect.*
2. *num.* 18. Quod tamen non ita latè intelligerem, ſi 15
adeſſet ſubſtitutus, vel hæres Teſtatori ſimiliter carus, quia tunc benè provideri debet legatariæ, ſed reſiduum videtur prædictis accreſcendum; nam etſi ſtatus Religioſus non dicatur excluſus, ſed potiùs veroſimiliter incluſus; tamen intelligi debet ad metam neceſſitatis, non exinde, ut reſiduum legati acquiratur Monaſterio incognito, licèt pinguiùs, prout ſtatus Religionis permittit, poterit ingreſſuræ conſuli, vel aſſignando annuum vitalitium, vel alias honeſtas ſubventiones, ut ponderat Cardin. de Luca *cit. diſc.* 12. *num.* 12. §. *ſed hoc*, & Sacra Congreg. Concilii in citato *Dubio ſubſidiorum dotalium* propoſito ſecundo dubio: *An ſuppoſita deficientia bonorum debeatur monachandæ ſumma ſcutorum* 800. *an verò dumtaxat quantitas dotis Monachalis?* Reſpondit: *Deberi intra ſummam ſolitam juxta morem Monaſterii.* Tertio, *An ampliùs pro expenſis neceſſariis tam ante, quàm poſt profeſſionem, dummodò non excedatur ſumma teſtamentaria?* Reſpondit: *Affirmativè.* Quarto, *An debeatur tota ſumma teſtamentaria ex ea ratione, quòd redditus aſſignati pro dotibus ſint difficilioris exactionis, & bona litigioſa.* Reſpondit: *Negativè.* Nec obſtat *deciſ.* 301. coram Ludoviſio, in qua fuit firmatum, deberi totam ſummam legatam; quia procedit in caſu legati facti certis perſonis nepotibus ex fratre, & concurrebat mens Teſtatoris. Unde cùm aliqui DD. nullo modo in legato relicto incertis legatum deberi profiteantur, non debet mitior opinio amplexa, ultra neceſſitatem regulariter produci, quia tunc eſſet potiùs iniquitas, quàm æquitas.

Prædictis tamen obſtant ulteriùs alii DD. aſſerentes, legatum pro nubendo non ſuffragari Moniali, niſi ſit perſona certa, ut apud Sanchez *cit. nu.* 32. *& ſequ.* Barboſ. *cit. alleg.* 87. *nu.* 31. Sed pro veritate diſtinguendi ſunt plures caſus cum Card. de Luca *cit. diſc.* 12. *num.* 12. *& diſc.* 167. *num.* 23. *& ſequ. de dote.*
Primus etenim caſus eſt, quando agitur de lega- 16
taria quidem incerta, ſed ex certo genere perſonarum Teſtatori conjuncta, & tunc verba præfata poſſunt appropriari utrique ſtatui tam nuptiarum in ſæculo, quàm in Religione, compatibiliter tamen pro minori quantitate in Moniali juxta hujus exigentiam, quia ſemper urget, voluiſſe Teſtatorem providere modo, quo erit meliùs, dictis Puellis Teſtatori dilectis. Quod procedit non ſolùm ſi Teſtator legaverit pro maritandis, ſed etiam ſi tantùm expreſſerit ſe legare pro dote. Secus verò ſi verba ſint clara pro nuptiis carnalibus, quia tunc adeſſet præjudicium aliarum, quæ

nubere

Digitized by Google

nubere velint, quamvis in caſu non exiſtentiæ illarum, vel deficiente alterius præjudicio, poterit recurri ad dictam præſumptam voluntatem, Card. de Luca *cit. diſc.* 12. *in fine*.

17 Alter caſus eſt, ſi agatur de Puellis omninò incertis, & tunc debent attendi conjecturæ, putà ſi reliquerit dotem in ea quantitate, quæ ſolet dari pro nubendis in ſæculo ab aliquo Loco Pio, diſcretivè ad quantitatem dotium, quæ dantur pro Monialibus, ſi legans uſus fuerit verbo *maritare* vulgari ſermone, Rota *deciſ.* 417. *numer.* 4. coram Cavalerio, vel aliæ concurrant conjecturæ, circa quas nequit præſcribi certa regula. Cæterùm concludendum, quòd regulariter veniat etiam Matrimonium Spirituale, quotieſcunque verba taxativa, vel mens diſponentis non refragetur Judicis arbitrio, æquitate tamen majori ſervata, ſi agatur de certis ex incertis illi aliquo modo attinentibus, & in quibus ejus favor conſiderari poteſt, ut proviſæ remanerent, quàm ſit erga incertas à Teſtatore non prædilectas, ut ſaltem illis primis circa ſtatum Monachalem cumulatiùs ſoleat conſuli, ut adimpleatur magis præcisè præſumpta voluntas Teſtatoris illis benefaciendi, præſertim ſi non ſit alteri jus quæſitum.

18 Verùm etiam in his caſibus eſt pro cautela recurrendum potiùs Summo Pontifici, qui ſolet prævio voto Sacr. Congregationis Concilii annuere pro matrimonio ſpirituali in hujuſmodi ambiguis diſpoſitionibus factis; imò etiam concurrente aliquo motivo in caſu quoque diſpoſitionis claræ pro matrimonio carnali, ut ſuffragetur dos pro ſpirituali, ſi non adſit præjudicium tertii, ſeu certæ puellæ, ut in citata cauſa *Maſſalubren.* reſpondit Sacr. Congreg. eſſe recurrendum in caſibus particularibus, & tamen diſpoſitio erat pro maritandis.

19 Cum dictis inſpectionibus procedendum etiam eſt in alia controverſia, nempe an debeantur hujuſmodi dotes tempore ingreſſus, vel tempore legati: quæ pariformiter determinanda venit in nuptiis carnalibus, ac ſpiritualibus. Quandoquidem aut legatum eſt purum, & tunc dos debetur ab initio, quamvis in executione, ſeu ſolutione appoſitum fuerit tempus nuptiarum, prout ſi eadem dos ſit loco legitimæ, quia tunc reputatur proprium patrimonium puellæ, adeout ſit tranſmiſſibilis ad hæredes, ut dixi in præcedenti Sectione *numer.* 31. *&* 32. ſecùs ſi dos non ſuccedat loco legitimæ, vel legatum ſit conditionale, Mantica *de conject. lib.* 11. *tit.* 22. *num.* 7. *& ſeq.* Rota
20 *deciſ.* 301. *numer.* 15. coram Ludoviſ. Verùm tunc dos relicta purè debebitur ab initio, quotieſcunque agatur de dote neceſſaria, aut quæ ſuccedat loco legitimæ; cæteroquin in aliis, quæ ex arbitrio, aut pia diſponentis voluntate relinquuntur, quamvis conditio expreſsè appoſita non videatur, ſemper tamen reputantur conditionales, cùm reſpiciant tempus nuptiarum ſeu Monachatus intrinſecè requiſitum in qualitate dotis, quæ nequit dari ſine matrimonio, *leg.* 3. *Cod. de jure dot. l. ult. Cod. de donat. ant. nupt. l. tali ff. de jure dot.* Adden. ad Ludoviſ. *cit. deciſ.* 301. *num.* 19. unde eſt, ut nequeat tranſmitti, aut ab initio acquiri, Bartol. *in l. Titio centum §. Titio genero num.* 3. *ff. de condit. & demonſtr.* Giovagn. *libr.* 1. *conſil.* 41. *&* 48. Cardin. de Luca *de legit. diſc.* 9. *numer.* 7. Sanfelic. *libr.* 1. *deciſ.* 87. *num.* 1. *& ſeq.* & plenè Rota *deciſ.* 346. coram Ludoviſ. ubi Adden. *num.* 8. *& deciſ.* 211. *part.* 18. *tom.* 1. *recent.* quibus correſpondet reſolutio Sacræ Congreg. Concilii in ſuperiùs citatis *dubiis ſubſidiorum dotalium* 18. *Novembr.* 1679. ubi propoſito quinto dubio: *An debeantur à tempore, quo puellæ erant aptæ ad collocationem*? Reſpondit: *Negativè*.

21 Poſito autem legatum dotis peti poſſe à puellis ſive in Domino, ſive in ſæculo nubere volentibus, occurrit quandoque controverti, quænam ex eis ſint præferendæ. Et præferendas eſſe pauperiores, cenſet Diana *in coordinat. tom.* 6. *tract.* 8. *reſolut.* 41. *num.* 6. aliàs *part.* 3. *Miſcellan.* 2. *reſolut.* 29. Verùm in hac re prudentiali, ac ferè conjecturali, non adeò abſolutè pronunciandum eſt, ſed in facti contingentia plures conſiderandæ ſunt circumſtantiæ, quales præſertim ſunt, Puellæ ætas, paupertas, ſpecioſitas, ac qualitas nuptiarum, adeout regulariter prævaleant nuptiæ ſpirituales, quatenus tamen non concurrant pro nuptiis temporalibus majores circumſtantiæ animum, prudentiamque Judicis movere valentes. Atque ad hæc reſpexit eadem Sacra Congr. in cauſa mox adducta, ubi ad ſextum dubium: *An præferendæ ſint Monachandæ, aut Maritandæ*? Reſpondit: *Recurrendum in caſibus particularibus*.

Porrò legatum dotis factum pro puellis Monaſte- 22
rium ingredi volentibus, certum eſt non deberi iis, quæ in ſæculo nubere velint, niſi commutationem voluntatis obtineant, quæ nonniſi à Sede Apoſtolica, concurrente quidem legitima, & rationabili cauſa, concedi poteſt, ut ſtatuit Concil. Tridentinum *cap.* 6. *ſeſſ.* 22. *de reform.* & in terminis reſolvit Sacra Congreg. Concilii in *Panormitana commutationis voluntatis* 4. *Auguſti* 1691. *libr.* 41. *Decret. pag.* 86. *& in Romana ſubſidiorum dotalium* 30. *Maji* 1699. *lib.* 49. *Decretor. pag.* 208. *à terg.* & alibi paſſim, in quibus diſpenſare renuit, ut ſubſidia dotalia relicta mona-
chandis darentur maritandis, quamvis ex juſtis cauſis 23
diſpenſatum quandoque fuerit, quemadmodum in caſu puellæ nobilis, ac Teſtatori conjunctæ, cui ob infirmitates Monaſterium ingredi non permittebatur, fuit conceſſum in *Romana* 14. *Auguſti* 1700. *libr.* 50. *Decret. pag.* 427. *à terg.* appoſita tamen clauſula: *dummodo non tranſeat in exemplum*. Similiter in *Roma-
na* 5. *Junii* 1706. *libr.* 56. *Decret. pag.* 181. ex cauſa 24
quòd quantitas ſubſidii dotalis eſſet inſufficiens puellæ, ut juxta ejus nobilitatem Monaſterium ingredi poſſet, & in alia *Romana ſubſidiorum dotalium* 28. *Martii* 1705. *libr.* 55. *Decret. pag.* 109. *à terg.* in qua agebatur de dote diſtribuenda ab Eccleſia S. Jo: Decollati Puellis Florentinis in ſæculo, vel in Domino nubere volentibus, cum prælatione tamen illarum, quæ Monaſterium ingredi vellent; cùmque quædam puella pro matrimonio ſpirituali obtinuiſſet ſubſidium dotale ad talem finem inſufficiens, fuit conceſſum, ut eo uti poſſet pro matrimonio temporali. Nihilominùs quemadmodum hujuſmodi Indulta concedi nequeunt, niſi derogando voluntati diſponentium, ita ferè nunquam, aut nonniſi cum magna difficultate concedi ſolent; remanente tamen ſemper juſto arbi-
trio in caſibus particularibus per Sacr. Congregatio- 25
nem impartiendo, quæ nunquam annuere ſolet, ſi adſit taxativa pro matrimonio ſpirituali, & agatur de puellis extraneis; quamvis quandoque indulgeat ſi agatur de puellis Teſtatori conjunctis, præſertim ſi ſint deſcendentes, quatenus tamen non adſint aliæ puellæ certæ nominatæ, de quarum præjudicio agatur.

Similiter quamvis ſubſidia dotalia deſtinata à Te- 26
ſtatore pro uno Monaſterio aut loco nequeant regulariter dari ingreſſuris in aliud Monaſterium, ſive locum, quia id abſque dubio eſſet contra mentem diſponentis; tamen concurrente juſta cauſa, veluti ſi Monaſterium deſignatum nolit puellam acceptare, nec per eam ſtet quin minùs fiat Monialis in tali Monaſterio, tunc intrare poteſt diſpenſatio. Idque non ſemel practicatum vidimus: Ita in *Romana Subſidii dotalis*, cùm quædam Puella nominata fuiſſet ad dotale ſubſidium pro ſuſcipiendo habitu in uno ex quatuor certis Monaſteriis à Teſtatore deſignatis, cùmque in eorum tribus deficeret locus, & in ultimo renuiſſent illius Moniales eam acceptare; qua quidem exorante pro diſpenſatione ingrediendi cum eodem ſubſidio aliud Monaſterium à Teſtatore non contemplatum, Sacra Congregat. Concilii die 29. Martii 1692. ejus precibus annuit, *tom.* 42. *Decret. fol.* 187. Similiter in ſimili *Romana, ſeu Chien.* in qua ſupplicantibus binis puellis de familia Juſtiniana, ſecum diſpenſari, ut ſubſidio dotali ipſis elargito ab Archiconfraternitate SS. Annunciatæ pro ſuſcipiendo habitu

Digitized by Google

habitu Monaſtico in certo Monaſterio Urbis, frui poſſent pro Matrimonio ſive ſpirituali, ſive carnali in quacumque Regione; eadem Sacr. Congregatio rem remiſit arbitrio, & prudentiæ Em. Cardinalis Protectoris ejuſdem Archiconfraternitatis, *ſub die* 5. *Junii* 1706. *tom.* 56. *Decret. fol.* 181. Et noviſſimè in alia *Romana ſubſidii dotalis*, cùm pius Teſtator hæredes inſtituiſſet Moniales cujuſdam Monaſterii Urbis cum onere ponendi certam partem fructuum ad multiplicum, donec ſufficiens conflaretur ſumma pro dote unius Puellæ inopis in dicto Monaſterio monachandæ ad nominationem earundem Monialium; hocque dotale ſubſidium ſibi adjudicari à Sanctiſſimo obtinuiſſet quædam Puella inops Teſtatori conjuncta, dummodo tamen habitum in eodem Monaſterio ſuſciperet; atque exinde Moniales eam acceptare renuiſſent; eadem Puella iterum recurrente ad Sanctiſſimum, remiſſa fuit cauſa ad Sacr. Congregationem, in qua propoſito dubio; *An ſtante renuentia Monialium B. Mariæ Virginum Urbis, ſit locus executioni Brevis obtenti pro ſubminiſtratione legati dotis, ad effectum etiam ſuſcipiendi habitum Religioſum in alio Monaſterio*, Reſolutum fuit: *Affirmativè, ſi Sanctiſſimo placuerit*, ſub *die* 14. *Januarii* 1708. Quæ reſolutio, Monialibus iterum opponentibus, fuit confirmata *ſub die* 3. *Martii* ejuſdem anni.

27 Hujuſmodi legata ſubſidiorum dotalium fiunt quandoque cum præfixione temporis, intra quod puella monachari, ſive Monialis fieri debeat, itaut aliàs dote privetur. Unde non raró dubitari contingit, an ad hunc effectum ſufficiat puellam intra tempus præfixum ſuſcepiſſe habitum, ſeu ingreſſam fuiſſe Novitiatum; ſive potiùs profeſſionem emiſiſſe requiratur.

28 Et dicendum videtur, ſtricto jure dotem non deberi, niſi intra terminum profeſſionem emiſerit, nam puella non dicitur monachari, ſeu fieri Monialis, niſi ſequuta ſolemni profeſſione, Card. de Luca *ad Concil. Trid. diſc.* 34. *num.* 12. *& de Regular. diſc.* 1. *num.* 126. quemadmodum Novitius dici non poteſt Regularis, ut dixi *tom.* 1. *ad Conſtitut. unic. Urbani II. Sect.* 2. *numer.* 19. & conditio ingreſſus Religionem non cenſetur verificata, niſi ſequuta profeſſione, ut dixi ſuprà ad *Conſtit.* 4. *Innocent. IV. Sect.* 1. *numer.* 41. *&* 42. Unde dicendum pariter eſt, puellam per aſſumptionem habitus non eſſe effectam Monialem, ut eſt certum, & notant Gratian. *deciſ. Marchiæ* 35. *numer.* 1. *&* 2. Spetell. *deciſ.* 16. *num.* 2. *& ſeqq.* Donat. *in prax. Regular. tom.* 2. *tract.* 6. *de privil. novit.*

29 Nihilominùs quamvis hæc de rigore juris vera ſint, negari tamen non poteſt, mentem legantis videri aliquo modo adimpletam, ſi intra terminum puella habitum ſuſcipiat, non quidem ut retinere poſſit legatum, ſi poſtea profeſſio non ſequatur, ſed ſolùm ad effectum acquirendi, ſeu dotem non amittendi, ſi poſtea profeſſionem emittat, dum jam eſt in actu novitiatus proximo profeſſioni, & videtur determinata ad ſtatum Religioſum, ut in ſimilibus terminis quoad Novitios dixi *tom.* 2. *ad Conſtit.* 5. *Alexand. III. Sect. unica num.* 13. Capyc. Latr. *deciſ.* 31. *num.* 5. ubi, volentes ingredi Monaſterium, & actu ingreſſas, ſæpè parificari, & optimè in terminis Gratian. *cit. deciſ.* 35. *num.* 4. *&* 13. ubi Adden. *numer.* 1.
30 eòque magis, quia dum quis eſt in Novitiatu, dicitur perſona Eccleſiaſtica, Rocca *tom.* 2. *Selectar. diſp.* 194. *num.* 6. ubi alii. Et licèt Novitia ſit in ſtatu remeabili, cùm plura poſſint contingere, ex quibus impediatur profeſſio; tamen id operatur, ut eo caſu non poſſit retinere dotem, cùm Teſtator cenſeatur eam reliquiſſe ſequuto actu completo profeſſionis; non autem operabitur ut non acquirat, ſeu veriùs, ut amittat dotem, cùm ab ipſo nominationis initio illam acquiſiverit, dilata tantùm effectuatione ad tempus profeſſionis. Unde cùm agatur de pœna, verba
31 Monachatus, aut Monachari latè ſumi debent, & veriſimilitudo operatur, ut diſpoſitio facta à Teſtatore in uno caſu, porrigatur ad alium, in quo veroſimiliter idem diſpoſuiſſet, ſi de eo cogitaſſet, aut interrogatus fuiſſet, Rocca *loc. cit. diſp.* 190. *num.* 53. *& ſeq. & diſp.* 194. *num.* 140. eòque magis, quia tempus ad monachationem eo præſertim fine à Teſtatoribus præfigi ſolet, ne puella ad dotem nominata, diutiùs in ſæculo cum honeſtatis periculo permaneat: quod ſanè evitatur, ſi intra terminum ingreſſa fuerit Novitiatum. Hinc Sacra Congregatio Concilii in *Romana ſubſidii dotalis* 7. *Auguſti* 1683. *libr.* 83. *Decret. pag.* 244. in caſu conſimilis legati dotium facti à Laurentio de Rubeis, diſtribuendi à Confraternitate Sanctæ Catharinæ Senenſis pro Puellis Senenſibus, cum pœna amiſſionis, ſi intra quinquennium non monacharentur: obtenta dote à quadam puella, ingreſſa quidem Novitiatum intra quinquennium, ſed quæ profeſſionem emiſit octo menſibus poſt quinquennium, fuit propoſitum dubium: *An Confraternitas promiſſam dotem ſolvere teneatur*. Et Sacra Congregatio reſpondit: *Affirmativè*.

Quòd ſi puella intra terminum à Teſtatore præ- 32
ſcriptum nec quidem Novitiatum ingreſſa fuerit, major ſuboritur difficultas, præſertim quia ejuſmodi legata regulariter ſunt pœnalia, quemadmodum erat legatum mox indicatum, cujus verba erant, quòd ſi intra quinquennium non monacharentur, dotem ſtatim amitterent, eamque ampliùs habere non poſſent; quæ verba in caſu alterius puellæ, quæ ex eodem legato ſubſidium dotale obtinuerat, motivum dedere proponendi in eadem Sacra Congregat. dubium: *An attentis prætenſis impedimentis ſupradictis, Oratrici cucurrerit, & expiraverit tempus quinquennii ad ingrediendum in Monaſterium, & habitum ſuſcipiendum*, & ſub die 18. Septembris 1683. reſcriptum fuit: *Dilata*, nec reperi quænam reſolutio in hac cauſa poſtmodum ſumpta fuerit. Cæterùm in ejuſmodi legatis pœnalibus caducitas non intrat, ſi adſit legitimum impedimentum, quo ſtante tempus præjudicialiter non currit, ut in ſimilibus terminis notat Gratian. *cit. deciſ.* 35. *num.* 17. nec item intrat caducitas, ſi non adſit culpa, aut negligentia, ex qua implementum conditionis omiſſum fuerit, Rota *deciſ.* 158. *num.* 2. *cum ſeqq. part.* 13. *deciſ.* 534. *num.* 10. *part.* 14. *deciſ.* 320. *part.* 17. *recent.* & latè materia caducitatis examinata in *Romana hæreditatis de Ruſpolis* 13. *Junii* 1704. *&* 2. *Junii* 1705. coram D. Molines, & aliàs eadem Sacra Congregatio in ſimilibus legatis pœnalibus cenſuit, non fieri locum devolutioni, ſeu caducitati, ſi ex legitima cauſa voluntas Teſtatoris adimpleri nequeat, ut in *Oritana reductionis Miſſarum* 12. *Decembris* 1676. *ad* 2. *Neapolitana celebrationis Miſſarum* 28. *Auguſti* 1683. *& in Tricaricen. caducitatis, ſeu devolutionis* 1. *Julii* 1679. Secùs autem 33
eſſet dicendum, ſi adſit conditio appoſita in vocatione, quia tunc ob non implementum conditionis non cenſeretur purificata vocatio, ut latè apud Peregrin. *de Fideicom. art.* 11. *n.* 92. & in *cit. Romana hæreditatis*.

Porrò ad legatum dotis Viduas non admitti, do- 34
cent DD. apud Sanch. *de matrim. l.* 7. *d.* 91. *num.* 55. Mantic. *de conject. l.* 8. *tit.* 5. *num.* 21. ex *l. boves §. hoc ſermone ff. de V. S.* quamvis ſi legatum ſit pro pauperibus, contrarium firment alii apud Barry *de ſucceſſ. libr.* 9. *tit.* 21. *numer.* 4. Rovit. *conſil.* 33. *num.* 7. *libr.* 1. Diana *part.* 3. *tractat.* 6. *reſolut.* 29. Unde cùm hæc legata pro monachandis regulariter fiant pro pauperibus, & pro omnibus aptis ad profitendum, uti ſunt viduæ, videtur ipſas admitti poſſe, Capyc. Latr. *conſil.* 127. *numer.* 52. qui tamen loquitur de Vidua non adhuc corrupta ob matrimonii diſſolutionem, antequam conſummaretur; idque pariter in caſu viduæ non adhuc corruptæ admittit Cardin. de Luca *de dote diſc.* 10. *numer.* 7. *verſ. verùm*; vel quatenus etiam eſſet corrupta, ſi tamen ſit juvenis, & formoſa, adeout obnoxia ſit periculo amittendæ honeſtatis, eſſet ad dotem admittenda, quia tunc verificaretur finis, ex quo hujuſmodi ſubſidia dotalia inſtitui ſolent. Viduas autem ad profeſſionem admitti 35
poſſe certum eſt, nec ad hoc requiritur ſpecialis licentia, Tamburrin. *de jure Abbatiſſ. diſp.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 7.

Digitized by Google

num. 7. *& diſp.* 24. *qu.* 14. *num.* 3. ubi à Sac. Congreg. reſolutum refert, viduas non eſſe admittendas, niſi velint fieri Moniales, Nicol. *in floſc. verb. Vidua num.* 4. quamvis Viduis Monialibus non permittatur poſſe conſecrari, Tamburin. *loc. cit. diſp.* 27. *qu.* 3. *n.* 4. & quòd ſolis Virginibus permiſſum ſit conſecrari, reſpondit Sacr. Congregatio Concilii in *Cracovien.* 14. *Aug.* 1595. *ad* 2. *lib.* 9. *Decr. pag.* 26.

36 Verùm ex uſu, præſertim juxta ſtatuta SS. Annunciatæ Urbis, aliorumque Locorum Piorum, ad hujuſmodi ſubſidia dotalia admittuntur ſolùm Virgines, ad quem uſum Teſtatores ſe conformare voluiſſe præſumendum eſt, ut benè advertit Card. de Luca *de dote diſc.* 10. *num.* 7. revera enim finis Teſtatorum eſt, conſulendi honeſtati Puellarum, eas providendo de dote; viduæ autem ſupponuntur dotatæ, ex quo forſan præfatus uſus inolevit. Hinc ſi vidua careat dote,
37 ac ſit in periculo honeſtatis, non video quare ad hæc ſubſidia admitti non debeat, ſi non adſit expreſſa voluntas contraria Teſtatoris, vel niſi adſint verba inducentia diſpoſitionem pro ſolis Virginibus, ut etiam innuit Card. de Luca *de leg. diſc.* 60. *num.* 14.
38 vel ſi vidua non obtinuerit priùs aliud dotale ſubſidium ex eodem legato, nam ſecunda dos regulariter non datur in hujuſmodi legatis pro puellis incertis; cadente tantùm aliquo arbitrio in legato facto puellis certis, & de certo genere, ut apud Card. de Luca *cit. diſc.* 60.

39 Poſſet etiam dubitari, an ad hujuſmodi ſubſidia dotalia admitti poſſint Bizochæ, ſeu Tertiariæ domi viventes; quemadmodum etiam Mulieres viventes in communi abſque emiſſione votorum. Et quoad Tertiarias domi viventes, pro ſententia affirmativa ſtant Diana *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 31. *in fine*, Novar. *de elect. fori ſect.* 2. *qu.* 66. *num.* 16. Donat. *in prax. regul. to.* 2. *tract.* 17. *tit. de Sororibus in ſæculo quæſt.* 3. *num.* 23. Graſſ. *de effect. Cleric. in prelud. num.* 45.
40 *verſ. retenta*. Verùm diſtinguendi ſunt caſus, nam aut agitur de legato dotis facto ab eo, qui aliàs tenetur dotare, & tunc non eſt dubium ejuſmodi mulieres Tertiarias eſſe admittendas, nam ſive dos ſuccedat loco legitimæ, ſive loco alimentorum, utroque caſu debebitur, juxta ſuperiùs dicta *num.* 6. Quòd ſi agatur de legato facto ab extraneo puellis incertis pro
41 matrimonio ſpirituali, & tunc verius videtur eis non deberi, ut tenent Franciſc. Caſtill. *deciſ.* 88. *num.* 5. & latè Io. Caſtil. *controv. quotid. tom.* 5. *cap.* 81. *&* 91. *num.* 53. *cum ſeqq.* nam quamvis hujuſmodi mulieres domi caſtè vivant, non tamen verificatur quòd matrimonium ſpirituale contrahant, dum profeſſionem non emittunt, excepto niſi Teſtator matrimo-
42 nium ſpirituale demonſtrativè tantùm expreſſerit, ea ſolùm mente ut puellæ caſtè, & honeſtè vivant; vel niſi Teſtator alicui certæ puellæ providere voluerit, aut aliis concurrentibus circumſtantiis in facti contingentia perpendendis; firma tamen remanente regula, ut Tertiariis, aut ſimilibus domi viventibus non debeantur dotes relictæ pro puellis monachandis: quemadmodum in fortioribus terminis puellarum viventium in Conſervatoriis abſque ſolemni profeſſione, eis dotes relictas pro monachandis non deberi, reſolvit Sac. Congreg. Concilii in *Senen. dotis* 19. *Maii* 1663. *lib.* 25. *Decr. pag.* 599. in qua propoſito dubio: *An juxta prænarrati Teſtamenti formulam, dotem conſequi poſſint puellæ, quæ Senis Moniales fiunt in Monaſterio, ut dicunt, di Maria Agneſe, e del Refugio*, reſcriptum fuit: *Non poſſe conſequi*, & reſolutio nitebatur, quia agebatur de legato facto pro monachandis, & dicta Monaſteria erant quidem ſub regula D. Auguſtini, ſed in eis non emittebantur tria vota ſolemnia, nec aderat clauſura; idemque in his terminis firmat Card. de Luca *de dote diſcurſ.* 5. *num.* 2. *verſ. adeoque*, quicquid conſulendo in contrarium ſcripſerit *d. Marinis reſolut. lib.* 2. *cap.* 100. *num.* 7.

43 Idemque etiam DD. jure firmant in terminis Oblatarum, ut ſcilicet ad hujuſmodi legata admitti nequeant, quia verè Moniales non ſunt, quamvis vulgò tales nuncupentur, & vivant in aliquo Monaſterio, ſeu domo religioſa cum licentia Epiſcoporum, ſive cum tacita permiſſione, ſeu tolerantia Sedis
Apoſtolicæ, quæ hujuſmodi Conſervatoria nunquam 44
expreſsè approbare conſuevit, & tales Oblatæ non cenſentur Moniales, niſi ad effectum exemptionis, ut notat Cardin. de Luca *ad Concil. Trid. diſc.* 34. *numer.* 12. *& de regul. diſc.* 126. *&* 128. *& de dote diſc.* 5. *num.* 2. *&* 3. ubi de Oblatis in Monaſterio Turris Speculorum Urbis, quamvis iſtæ adeo religioſè vivant, ut ferè nunquam aliqua ex eis matrimonium contraxerit, aut aliàs è Monaſterio diſceſſerit, ut notat Card. de Luca *cit. diſc.* 5. *nu.* 3. Rocca *tom.* 2. *diſp. jur. cap.* 194. *num.* 106. & latè de eis quoad vota & obſervantiam loquuntur Pignatell. *tom.* 4. *conſult.* 197. *& tom.* 10. *conſ.* 24. *&* 69. Cyriac. *controv.* 504. Contigit tamen nuperrimè caſus, de quo
in *Romana reſtitutionis dotis* 16. *Januar.* 1696. coram 45
D. Scotto, ubi cùm una ex Oblatis dicti Monaſterii remeaſſet in ſæculum, ac matrimonium contraxiſſet, fuit reſolutum, Monaſterium teneri reſtituere dotem in ingreſſu acceptam; quæ tamen reſtituenda non eſſet, ſi ageretur de Monaſterio formali cum votis ſolemnibus. Quamvis autem hujuſmodi puellæ in Conſervatorio viventes, ad legata facta pro monachandis regulariter non admittantur, quandoque tamen
Papa ex juſtis cauſis prævio voto Sacræ Congreg. 46
Concilii circa hoc diſpenſare ſolet, quemadmodum in fortioribus terminis in *Romana* 20. *Novembr.* 1606. pro quadam puella exiſtente in loco S. Sixti Urbis fuit diſpenſatum, ut inibi retinere poſſet dotem, cum qua, utpotè nimis tenui, non poterat ingredi Monaſterium.

Portò ejuſmodi dotalis eleemoſyna à Monialibus 47
dari ſolita, Monaſterio acquiritur ſtatim poſt profeſſionem legitimè emiſſam, etſi per minimum tempus poſt profeſſionem vixerit Monialis, dummodo Noviciatum expleverit, aliaque concurrant requiſita ad profeſſionem validam, De Marin. *lib.* 2. *reſol. quotid. c.* 138. *in fine*, Rovit. *deciſ.* 40. Donat. *in praxi regul. tract.* 10. *qu.* 23. Pellizar. *de Monial. c.* 9. *n.* 18. Card. de Luca *de regul. diſc.* 39. *num.* 6. *& diſc.* 77. *nu.* 2. ſed ſi Puella decedat in ſtatu Noviciatus, tunc dos quamvis depoſita reſtitui debet, quia ceſſat ma-
trimonium ſpirituale, intuitu cujus dos præſtatur, 48
Card. de Luca *cit. diſc.* 77. *& diſc.* 167. *num.* 38. *de dote*, Paſſerin. *de ſtat. hom. tom.* 3. *quæſt.* 189. *num.* 172. Pignatell. *tom.* 1. *conſult.* 356. Rota *in Romana reſtitutionis dotis* 16. *Januar.* 1696. coram D. Scotto, quod procedit non obſtante conſuetudine immemorabili, ut reſpondit Sacra Congregatio Concilii in *Eugubina* 26. *Novembr.* 1650. ibi: *Moniales ſi non potuerint, vel noluerint profeſſionem emittere, vel intra annum probationis obierint, ſunt reſtituendæ dotes non obſtante conſuetudine immemorabili*. Imò reſtitui etiam debent oblationes factæ Novitiæ in ingreſſu Monaſterii, ſi ad ſæculum remeaverit, ut reſolvit eadem Sac. Congr. in *Peruſina* 2. *April.* 1650. *ad* 3.
excepto enim victu, & veſtitu, compellendæ ſunt 49
Moniales ad reſtituendum quidquid intuitu puellæ Monaſterio obvenerit, *can. ſi quis* 17. *quæſt.* 2. & ad eadem reſtituenda etiam per cenſuras ab Epiſcopo cogi poſſunt, ut ſancivit Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de regul. cap.* 16. & reſpondit eadem Sacr. Congregatio in *Urbinaten. de menſe Julii* 1558. *lib.* 5. *decr. pag.*
159. adeout reſtituendi etiam ſint fructus dotis depo- 50
ſitæ tempore Noviciatus, quamvis ſolvenda ſint Monaſterio alimenta, aliaque exhibita puellæ in Noviciatu, ut *Nullius* 15. *Julii* 1645. ibi: *Si puella habitum ſuſceperit, & ante tempus profeſſionis tacitè, vel expreſſè obierit, reſtituenda eſſe Monaſterio mobilia occaſione ingreſſus tradita, deducto victu, & veſtitu,*
ſi non fuerint ſoluta. Imò quandoque nec quidem ali- 51
menta reſtituenda ſunt Monaſterio, ſi agatur de Moniali, quam debet Monaſterium recipere ſine dote, ob aliquod onus legati, aut ſimilis. Hinc in *Spole-*

tana

Digitized by Google

tana alimentorum 23. *Aug.* 1670. *lib.* 23. *Decr. pag.*
399. propoſito dubio : *An ſint ſolvenda prætenſa ali-*
menta Monaſterio Monialium ? Sac. Congr. reſpon-
dit : *Negativè*. Sed re vera in caſu hujus reſolutionis
52 Teſtator Monaſterio reliquerat ſcut. 4000. in tot lo-
cis Montium cum onere veſtiendi tot puellas in Mo-
niales ſine dote, itaut fructus prædictorum erogare
deberet pro victu dictarum puellarum , & Monia-
lium, & ſic diſpoſitio videtur reſpexiſſe admiſſionem
ad habitum quoad alimenta, & dotem quoad profeſ-
ſionem, ſingula ſingulis referendo : cæterùm ſi fuerit
tantùm onus impoſitum, ut reciperentur ſine dote ,
tunc non cenſetur gravatum Monaſterium ad alimen-
ta tempore Novitiatus, quia quemadmodum dos in
matrimonio temporali non ſolvitur, niſi reſpectu ad
onera ferenda matrimonio ſequuto; ita nec ſolvitur
dos Monaſterio , niſi pro oneribus ferendis ſequuta
profeſſione , per quam matrimonium ſpirituale iniri
cenſetur; ſemper limitatione recepta, quatenus ver-
ba non ſint relativa ad habitus ſuſceptionem, præſer-
tim ſi Monaſterium habeat bona fructifera diſpo-
nentis .
53 Quod autem diximus, ut ſequuta profeſſione dos
acquiratur Monaſterio , procedit etiam ſi Monialis
tempore infirmitatis , etſi in mortis articulo profeſ-
ſionem emiſerit, & ex eadem infirmitate deceſſerit ,
dummodo præceſſerit annus Novitiatus, aliaque ad ſub-
ſtantiam actus requiſita concurrant, Pellizar. *de monial.*
cap. 9. *nu.* 18. Donat. *in prax. regul. par.* 4. *tract.* 10.
quæſt. 23. & ita per Sac. Conſilium Neapolitanum
deciſum referunt De Marinis *reſol. lib.* 2. *cap.* 138.
Rovit. dec. 40. Certum enim eſt, profeſſionem in ar-
ticulo mortis emiſſam , validam eſſe , ut probat tex-
tus in *cap. ſicut nobis de regular.* ubi id procedere ,
etiam ſi quis profeſſionem emittat, *quaſi de morte ſe-*
curus, & de recuperanda ſoſpitate deſperans ; idem-
que in terminis Monialis oppreſſæ morbo incurabili
reſolvit Sacr. Congreg. Concilii apud De Marinis
loc. cit. num. 10. *& in Carpentoraten.* 14. *Junii* 1641.
lib. 17. *Decret. pag.* 55. Unde cùm profeſſio ſit vali-
da, cenſetur initum matrimonium ſpirituale, ex quo
dos acquiritur Monaſterio; quicquid dixerit Riccius
in praxi part. 2. *reſol.* 493. qui vel ſupponit erroneè
54 profeſſionem in articulo mortis eſſe nullam, vel ut
notat De Marinis *loc. cit.* intelligendus eſt de profeſ-
ſione emiſſa ad terminos Bullæ Pii V. de qua mox
dicam .
Prout quoque diſputari ſolet , an acquiratur dos
55 Monaſterio , ſi Novitia obierit intra annum , & ſi
fecerit profeſſionem in articulo mortis, juxta Bullam
B. Pii V. 109. *tom.* 2. *Bullar.* in qua permittitur Mo-
nialibus S. Dominici profeſſionem emittere ante an-
num probationis. Super qua Bulla plures agitari ſo-
lent controverſiæ , præſertim an proſit Monialibus
alterius Ordinis , & an profeſſionem in tali ſtatu
emittentes cenſeantur veræ profeſſæ ad effectum con-
ſequendi dotem, & ut Monaſterium ex earum perſo-
na jus ſuccedendi acquirat , ſive potiùs cenſeantur
profeſſæ ad ſolum effectum lucrandi Indulgentias ,
aliaſque ſpirituales gratias , de quibus in *cit. Conſt.*
109. utpotè in propria ſede tractandum relinqui-
mus .
Ita quoque aliquando acquiri poteſt Monaſterio
56 dos, etiam obeunte Moniali in ſtatu Novitiæ , in
caſu, quo Pater, ſeu dotans id expreſsè caverit, quia
tunc Monaſterium eam acquirit uti patrimonium do-
tantis, ita tamen, ut in tali dote poſſit Pater, vel
dotans onus imponere , ſecùs autem ſi ſit legitima
ipſius Filiæ, ut bene ratiocinatur Card. de Luc. *cit.*
57 *diſc.* 177. *de dote num.* 39. ubi refertùr reſolutio Sa-
cræ Congregationis in una *Neritonen. anno* 1661.
ut teneatur reſtituere , quia non potuerat Pater gra-
vare in legitima; & ita tamen id intelligendum, qua-
tenus diſponens relinquendo dotem Monaſterio, ali-
quo modo coarctat voluntatem Puellæ ad profiten-
dum, cùm aliundè non poſſet aliam vitam ducere ;
prout etiam poſſet acquirere Monaſterium dotem ,
& ſucceſſionem in caſu, quo Novitia per viam per- 58
fectæ oblationis omnia ſua Monaſterio obtulerit; &
tunc tam ſi objerit, quàm ſi egreſſa fuerit, an reſol-
vantur hujuſmodi oblationes , imò & donationes ,
alibi dicam .
Demùm opportunè hic quæri poteſt, an ſi ob le- 59
gatum , aut onus aliàs Monaſterio incumbens reci-
piendi tot Puellas gratis, admittatur aliqua in Mona-
ſterio ſine dote, an inquam talis Puella cenſeatur ex-
cluſa in vim Statuti excludentis fœminas propter
maſculos. Et certè ſi excluſio ſit quoad fœminas do-
tatas, talis Monialis non dicitur dotata, quia poteſt 60
quidem dici , quòd ſit ſpiritualiter nupta , non au-
tem dotata . Nec obſtat ſi Statutum , ut eſt illud
Urbis *cap.* 146. dotatam excludat quomodocumque,
& à quocumque dotatam, etiam ſi ex bonis, de cu-
jus hæreditate agitur, dotata non fuerit, Seraph. *dec.*
1291. *num,* 1. *& deciſ.* 105. poſt Fenzon. quia in ca-
ſu propoſito non cenſetur data dos ingredienti , ſed
ſupponitur Monaſterium teneri gratis recipere ex do-
te eidem Monaſterio aſſignata à Fundatore , Bald.
Novell. de dote part. 1. *num.* 10. *in fine*, & ſicuti
nupta in ſæculo cum viro eam recipiente ſine dote ,
non dicitur dotata, & poſſet petere ſucceſſionem ,
licèt vir ſine dote debeat ſupportare onera matrimo-
nii; ita nupta ſpiritualiter in Monaſterio gratis , ut
in terminis docuit Rota *deciſ.* 79. *num.* 4. coram
Emerix *ſen. deciſ.* 272. *num.* 8. *par.* 15. *& deciſ.* 153.
num. 6. *ad finem part.* 16. *recent.* ubi latè firmatur ,
Puellam gratis ingreſſam in Monaſterium Humilitatis
Urbis, in quo juxta piam mentem Fundatricis debet
recipi gratis certus numerus Monialum, non cenſeri
excluſam per Statutum; eoque magis, quia in ejus
erectionis Brevi permittitur recipere à ſponte danti-
bus, & ſic videtur non fuiſſe prohibitas acquiſitiones
per Moniales, quam deciſionem ultimam tantùm ſi-
ne alio diſcurſu innuit D. Conſtantinus *ad Statut.*
Urbis cap. 146. *annot.* 40. *num.* 68. *tom.* 2. Nec ob-
ſtat Soccin. *ſen. conſ.* 127. *num.* 8. *&* 9. *lib.* 4. quia
in ejus caſu erat dotata , & ſic fuit ſtatuto ſatisfa-
ctum abſque nova dotatione; & dum tale ſtatutum
habet reſpectum ad ſolam dotem , & non ad ſolas
nuptias , illa debet effectivè adeſſe , ut excluſio ha-
beat effectum , ut eſt Statutum Urbis , itaut debeat
talis Monialis , & Monaſterium pro ea , vel habere
ſucceſſionem, vel dotem congruam, ſi excludens ſit
paratus dotare, ut proſequitur *cit. deciſ.* 153. *nu.* 14.
ad finem part. 16. *recent.*
Si tamen fuerit dotata talis Monialis ab aliquo , 61
vel etiam obtinuerit ſubſidium dotale relictum à Te-
ſtatore pro ea , vel incertis ex certis , ut conſangui-
neis , tunc non currit eadem ratio , quia cenſetur
dotata, & intrat ſtatutum, ut ſufficiat ſi dotata fue-
rit à quocumque , vel qualitercumque ; ſecùs autem
ſi ſtatutum velit dotationem ab eo , à cujus hæredi-
tate excluditur ; ſi autem ſubſidia dotalia ſint Loco-
rum Piorum relicta incertis , vel incertis de certis ,
ut pauperibus, ſeu talis loci, tunc dicerem etiam ex-
cludi juxta dictam diſtinctionem . Nec obſtant deci-
ſiones ſupra adductæ, quia *cit. deciſ.* cor. Emerix ſen.
procedit quatenus tertius velit ſe liberare à dotatione
debita ex cauſa oneroſa correſpectiva jure actionis ,
ex eo quòd Monialis dotem habuerit aliunde , quia
tunc talis tertius non debet juvari gratia obtenta à
dotanda, contra regulam juris *quod ob gratiam* 61. *de*
regul. jur. in 6. ut ponderat *cit. deciſ.* 79. *num.* 4. ſe-
cùs autem in excludente ratione dotis quomodolibet
habitæ. Adductæ autem *deciſ.* 272. & 273. procedunt
in caſu receptionis gratis , & ſine dote , & benè ibi
dicitur, quòd ſi agatur de muliere à quocumque do-
tata , non intrat ſucceſſio , & caſus ibi conſideratus
fuit de recepta ſine dote.

C O N-

Digitized by Google

CONSTITUTIO XIII.

INNOCENTII IV.
incipiens (*Olim*.)

EPITOME BULLÆ.

INNOCENTIUS, VENERABILIBUS FRATRIbus Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis Filiis Abbatibus &c.

SAnctorum Martyrum Cathalogo adſcribit Beatum Stanislaum Epiſcopum Cracovienſem, qui dum Boleslaum Poloniæ Regem à nefariis flagitiis retrahere ſatagit, ejus juſſu Martyrium ſubit.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *S. Stanislai Natales, & Patria indicantur.*
2 *Summo profectu Studiis Pariſii incumbit.*
3 *Eligitur Epiſcopus Cracovienſis, cujus Eccleſia prius erat Canonicus.*
4 *Boleslaum Regem de ſceleribus monet, & excommunicat, ex quo ab eo cæditur.*
5 *Martyrum Cathalogo ab Innocentio IV. adſcribitur, ejuſque feſti dies aſſignatur à Clemente VIII.*
6 *Proponuntur tractanda in hoc Commentario.*

1 CAligantia ſui temporis ſæcula fulgoris ſui lampa-
de illuſtravit Stanislaus, cujus origo ex Polo-
norum gente, & ex Cracovienſi Provincia fuit pro-
pè Oppidum Bochniæ. Angebantur Parentes ejus
diuturno ſterilitatis opprobrio: hinc uno, eodemque
devotionis, & charitatis voto fœcunditatem ſibi
præſtari à Deo depoſcebant, prolem naſcituram ob-
ſequio, & ſorti Dei mancipaturi. Annuit eorum vo-
tis piiſſimus Dominus, & Bogna Mater concepiſſe
ſe ſenſit. Natus eſt itaque Puer exoptatus, & voto
Genitores potiti, quo Superno Largitori rependerent
obſequia, perpetua caſtitatis, & abſtinentiæ lege de-
vinxerunt. Stanislaus autem emenſa pueritia, Pari-
2 ſios ſe contulit, ubi ingenti profectu Divini, & Ca-
nonici Juris ſtudiis ſeptennio incubuit; quibus abſo-
lutis, Cracovienſis Canonicus deligitur; ſed morte
3 abſumpto Lamberto Cracovienſi Epiſcopo anno 1071.
Stanislaus omnium ſuffragantium votis Epiſcopus de-
claratur. In eo munere in ſpiritu, & virtute Eliæ re-
4 darguentis Agab, & Joannis Baptiſtæ corripientis
Herodem, Boleslaum Regem de atrocibus ſceleribus
ſæpè monet, ac monita aſpernantem excommuni-
cat; qua de cauſa ad Altare, dum Sacra perageret,
crudeliſſimè fuit cæſus, cujus Vitam Joannes Longi-
nus Canonicus Cracovienſis in Polonica Hiſtoria
conſcripſit; pleraque etiam de eo dixerunt Baron. *in
Annalibus ad annum* 1079. & noviſſimè Bolland. *in
Actis SS. tom.* 2. *ad diem* 7. *Maii.*

5 Hujus invicti Eccleſiæ Martyris, & Poloniæ lucis
teſtimonium præcipuum præ cæteris facit Innocentius
in hac Conſtitutione edita Aſſiſii 17. Decembris 1253.
ibique pluribus enarratis circa ejus martyrium ritè
probatis, inter SS. Martyres eum adſcribit, ac feſtum
celebrari mandat die 8. Maii; ſed cùm occurrat eo
die feſtum Apparitionis S. Michaelis Arcangeli, Cle-
mens VIII. feſtum hujus Sancti cum Officio celebrari
voluit die 7. ejuſdem menſis, ut in *Conſtit.* 31. *ejuſ-
6 dem tom.* 2. *Bullarii*. In hoc igitur Commentario,
ut dixi ſupra in Commentario ad *Conſtitut.* 11. quoad
Canonizationem S. Petri Martyris, materiam conti-
nuabo circa requiſita ad Martyrum Canonizationem,
ſeu declarationem Martyrii.

SECTIO UNICA.

Quatenus Chriſti Fideles Martyrio ſe exponere, ſive illud declinare poſſint; & an in Canonizatione Martyris examinari oporteat vitam ante actam, atque requirantur Miracula.

SUMMARIUM.

1 *De requiſitis ad probationem formalis martyrii. Remiſſivè.*
2 *Ultronea confeſſio Fidei cum evidenti mortis periculo regulariter non eſt de precepto, aut conſilio.*
3 *Imò aliquando quis tale periculum fugere tenetur.*
4 *Hæreſis Montani aſſerentis, nunquam mortis periculum eſſe fugiendum, damnatur ab Eccleſia.*
5 *Similiter hæreſis Prodici ajentis, pro vitanda morte licere Fidem abnegare.*
6 *Tyrannus provocari non debet ad inferendum martyrium, niſi id fiat impulſu Spiritus Sancti.*
7 *Quatenus ex tali impulſu id factum eſſe dignoſcatur.*
8 *Non poteſt quis martyrium declinare, ſi inde oriatur Fidelibus ſcandalum in Fide.*
9 *Martyrium declinari poteſt, & aliquandò debet, ſi id in majorem Fidelium commodum cedat.*
10 *Offerendo nos Martyrio, prudenter agere debemus, & quomodo.*
11 *Miſſionarii ad Infideles accedere non poſſunt abſque Sedis Apoſtolicæ licentia.*
12 *Fideles in martirio obtinendo, cum Tyranno manſuetè gerere ſe debent.*
13 *Niſi Spiritus Sancti impulſus aliud ſuadeat; & quatenus talis impulſus dignoſcatur.*
14 *In Canonizando Martyre an requiratur, ut Martyr religioſam vitam ante duxerit, & num. ſeqq.*
15 *Per martyrium omnis culpa, & pœna deletur.*
16 *Cauſæ Canonizationis Martyrum citiùs expediuntur, & quare.*
Martyrium ſuperat quoſcunque actus heroicos virtutum. Ibidem.
17 *Vita benè ante acta nimis conducit in Canonizatione Martyris.*
18 *Quatenus ante martyrium charitatem Martyr habere debeat.*
19 *In Canonizatione Martyris articulari ſolet vita ante acta.*
20 *Perſeverantia Martyris in charitate quatenus probetur.*
21 *Miracula an requirantur in Canonizatione Martyrum.*
22 *Aliqui ajunt requiri miracula in caſu tantùm, quo plenè non conſtet de eſſentialibus martyrii.*
23 *Ex ſententia S. C. Rituum omnino requiruntur miracula, ſeu ſigna.*
24 *Ad martyrium in genere non requiruntur miracula, quamvis ad illud in aliquo ſubjecto probandum regulariter requirantur.*
25 *Affertur ad hoc reſolutio Sacræ Congregationis Rituum.*
26 *Licèt conſtet de Martyrio, adhuc diſputari ſolet ſuper miraculis.*
27 *Dubium miraculorum diſcutiendum eſt ſeorſim à dubio martyrii.*
28 *Miracula non requiruntur adeo rigorosè, dum univocè conſtat de vero martyrio.*
29 *In Canonizatione Martyris ſufficiunt ſigna, & quatenus hæc differant à miraculis.*
30 *Conſtito de martyrio, & miraculis, Papa concedit*

Digitized by Google

dit breve Beatificationis, & inde devenitur ad Canonizationem.

1 COntinuando materiam, de qua egi in Conſtitu-
tione 11. hujus Pontificis, ubi fuit dictum, ad
declarationem Martyrii, ſeu Martyris Canonizatio-
nem inter alia requiri probationem formalis marty-
rii, quam & ibi explanavi; in præſenti eſt dicen-
dum, quòd etiam formalis martyrii rationem percu-
tit, ut paſſus promptè, & alacriter martyrium ſubeat
propter Chriſtum, quòdque perſeveraverit, ut dixi,
in charitate uſque ad finem, & quòd debita pruden-
tia illud recipiat, nec ultro ſe ei exponat. Hinc exa-
minandum occurrit, quatenus ob Fidei defenſionem
nos morti exponere, ſive eam declinare valeamus,
prout quatenus ultronea confeſſio Fidei cum vitæ pe-
riculo ſit neceſſariò facienda, vel ſaltem permiſſa,
aut è contra, de quibus paſſim agunt Theologi, ac
Scribentes ſuper Canonizatione Sanctorum. Ideò
ſtrictè reaſſumendo materiam, aliqua prælibare du-
ximus.

Ultronea ſiquidem confeſſio Fidei cum evidenti
mortis periculo, vel permanentia in loco, ubi adeſt
edictum, ſeu prohibitio Fidelibus permanendi, non
2 eſt generaliter laudabilis, imò nec illam cadere ſub
præcepto, nec etiam ſub conſilio dici poteſt; quam-
vis in caſibus particularibus verificari poſſit, ut ca-
dat ſub conſilio, aut etiam ſub præcepto. Hinc D.
Gregorius Nanzianzenus in oratione funebri in lau-
dem Baſilii Magni, ait: *Lex martyrii hec eſt, ut
nec noſmetipſos in periculo ultrò iniiciamus, ut & per-
ſecutoribus, & infirmioribus Athletis conſulatur, nec
in diſcrimen adducti certamen detrectemus: illud qui-
dem temerarii, ac præcipitis eſt animi, hoc timidi:*
& de primis loquitur D. Auguſtinus *in epiſt.* 50. *ad
Bonifacium*, dum invehit in eos, qui ad Paganorum
celeberrimas ſolemnitates veniebant, non ut Idola
frangerent, ſed ut interficerentur à cultoribus Idolo-
rum; & ſic regulariter expoſitio hujuſmodi periculo
mortis non debet fieri, Card. de Laurea *in* 3. *ſentent.
par.* 2. *diſp.* 11. *art.* 4. §. 6. & 7. & *art.* 6. §. 4. Hen-
ric. *lib.* 14. *quæſt.* 12. Imò debet potiùs quis fugere,
3 juxta oraculum Evangelii Matthæi, & Lucæ *cap.* 10.
*Quicunque non receperit vos, neque audiverit ſermo-
nes veſtros, exeuntes foras de domo, vel Civitate,
excutite pulverem de pedibus veſtris*: quæ verba atten-
dens D. Ambroſius *l.* 1. *de Off. cap.* 31. ait, quòd
tempore perſecutionis nos de Civitate in Civitatem
fugere vult Dominus, ne temerè aliquis, dum mar-
tyrii deſiderat gloriam, offerat ſe periculis, quæ for-
taſsè caro infirma, ac remiſſior animus tolerare
non queat; & benè D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 124. *art.*
1. *ad* 3. explicans quatenus martyrium ſit actus vir-
tutis ait, quòd quædam præcepta legis Divinæ tra-
dita ſunt ſecundùm præparationem animi, ut ſcili-
cet ſuperveniente tali caſu, hoc ſecundùm ratio-
nem agat; & hoc præcipuè videtur ſervandum in
martyrio, quod conſiſtit in debita ſufferentia paſſio-
nis injuſtè inflictæ; non autem debet homo occaſio-
nem dare alteri injuſtè agendi; ſed ſi aliquid quis in-
juſtè egerit, ipſe moderatè tolerare debet, imò etiam
fugere, exemplo D. Athanaſii, aliorumque. Unde
ſicuti condemnatur ab Eccleſia hæreſis Montani ajen-
4 tis, quòd quis teneatur ſemper martyrium recipere,
itaut nec fugam aliquo modo à perſecutione arripere
valeat; dum enim anno Chriſti 203. ſub Zephirino
Papa, edicto Severi Imperatoris orta fuiſſet ingens
perſecutio contra Chriſti Fideles, adeout horum ali-
qui ſævitiam Imperatoris evitare ſatagerent occulta
mora, vel fuga; ſed eos increpuit Montanus affir-
mans, debere ultrò quemlibet furori Tyranni ſe ex-
ponere; idemque aſſeruit Montani ſectator Tertullia-
nus *tom.* 2. *lib.* 1. *ad Uxorem cap.* 3. *num.* 17. & *lib.*
1. *de Corona Militis cap.* 18. Ita in contrarium fuit
5 ab Eccleſia damnatus oppoſitus error Prodici Adami-
tarum Hæreſis auctor, aſſerentis, licitum eſſe Fidem
abnegare pro evitanda morte, renovato errore Simo-
niano, ut dixit Tertull. *in Scorp.* ac refert Dom.
Berninus *in hiſtor. dell' Ereſie tom.* 1. *ſecul.* 2. *cap.*
2. *pag.* 52.

Catholica tamen veritas, quæ rectam viam docet,
mediam elegit ſententiam, firmans, poſſe quidem,
imò debere Chriſtianos perſecutionem fugere, nec
Martyrium cadere ſemper ſub præcepto, aut ſub con- 6
ſilio, neque Tyrannum provocari debere, niſi id fiat
impulſu Spiritus Sancti, ut apud D. Auguſt. *de Ci-
vit. Dei lib.* 1. *cap.* 21. & *ſequ.* Verricel. *de Apoſt.
miſſ. tit.* 1. *qu.* 24. Card. de Lauræa *in* 3. *ſent. p.* 2.
tom. 3. *de actuali fide diſp.* 11. §. 7. *nu.* 127. & *ſequ.*
& *diſp.* 20. *de martyrio nu.* 190. & *diſp.* 19. *de miſ-
ſionis exercitio art.* 2. *num.* 38. *cum ſeqq.* ſubdens, id
eſſe ex inſtinctu Spiritus Sancti, elici debere ex ſi-
gnis, prodigiis, ac miraculis, ubi plura cumulantur
ad dignoſcendum, quatenus talis inſpiratio dici de- 7
beat. Unde quatenus adſit neceſſitas externè Fidem
confitendi, itaut vel dicto, aut facto cogatur ad ne-
gandum; tunc quia injuria infertur Chriſto, tenetur
quis ſubire martyrium, & mortem; vel ſi adſit ali-
quod ſcandalum quoad Fidem Chriſtianis, & Infide-
libus, nam tunc non tenetur quis fugere, imò malè 8
agit fugiendo, ut inquit D. Aug. *ep.* 180. quemad-
modum etiam ſi adſit commune periculum, quo caſu
magis timendum ſit, ne quiſquam id facere credatur,
non conſulendi voluntate, ſed timore moriendi; ne-
ve magis fugiendi obſit exemplo, quàm vivendi pro-
ſit officio, quod nulla ratione faciendum eſt; hinc
Chriſtus Dominus apparuit Petro ab Urbe diſceden-
ti, ac ei percunctanti: *Domine quo vadis?* reſpon-
dit: *Venio Romam iterum crucifigi*, ad exprobrandam
ejus fugam, quam tam benè invictus ille Apoſtolus
compenſavit glorioſo in Urbe, ad quam rediit,
Martyrio, Egiſip. *de excid. lib.* 3. *cap.* 2. Baron. *tom.*
1. *ad annum* 60. *num.* 6. & 7. Quare ex D. Auguſti-
no benè ait *cit.* Card. de Lauræa: *Exaltat Auguſti-
nus fideles, qui in perſecutione ob Fidem ſibi non con-
ſulunt per fidem, ſed remanent, ut alios egentes do-
ctrina, & hortatione juvent, ne deficiant:* Id enim
non eſſet mortem pro Fide declinare, ſed potiùs pro
majori fidelium commodo ſe vivum ſervare, ut ſub-
dit Verricell. *loc. cit.* ibi: *Notandum tamen ex D.
Thom. lect.* 3. *in Jo: cap.* 10. *Chriſtum culpam inve-
niſſe in eo qui fugit, & dimittit oves: ſi enim non di-
mittit, & fugit potiùs ut lateat, ſed ut poſſit commodiùs* 9
*eis aſſiſtere, vel ſine ovium detrimento fugiat, licitum
id erit, & aliquando ſub obligatione, quando fuga,
& vita Paſtoris neceſſaria eſt ovibus alioquin peritu-
ris*; & latè agunt ultra citatos, Sotus *de juſtit. &
jur. lib.* 5. *quæſt.* 1. *art.* 6. Valentia, Sanchez, & Co-
ninch. apud Caſtropal. *oper. moral. part.* 1. *tract.* 4.
diſp. 1. *punct.* 14. Malder. *ad* 2. 2. *quæſt.* 3. *artic.* 2.
Card. de Lugo *diſp.* 14. Suarez *adverſ. Reg. Angliæ
lib.* 6. *cap.* 10. & 20. & *in tract. de Fide diſp.* 14.
ſect. 3. Contelor. *de Canonizat. SS. cap.* 21. Guttie-
rez *quæſt. Can. lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 26. ubi de pluri-
bus ad Martyrium anhelantibus.

Unde nedum prudenter debent agere Chriſtiani in- 10
ter Infideles degentes; ſed etiam prudenter ſe morti
offerre, ac cum debitis modis, & præcautionibus
tam reſpectu propriæ ſortitudinis, quàm doctrinæ,
ut latè apud cit. Verricel. *quæſt.* 9. & *qu.* 24. 25. &
26. ubi quatenus quis teneatur aliquid agere, vel
non, ut poſſit dici verè Martyr, & an poſſit ſe tueri,
Caſtellin. *de Inquiſit. miracul. in SS. Martyrum Ca-
nonizat. pag.* 32. & *pag.* 123. Philippus Roverius *de
miſſion. p.* 3. ubi de requiſitis Miſſionariorum quoad
linguam, & alia, ut talibus notis miſſi, poſſint cau-
tiùs in hac re ſe gerere, & proindè prohibentur ac-
cedere Miſſionarii ad partes Infidelium, & hæretico- 11
rum, ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, ut ſuo loco di-
cam, quia non debemus nos exponere periculo ſine
debitis circumſtantiis, nec debemus expectare ſemper
miraculum, quod evenit D. Franciſco Xaverio, qui
in ejus *Epiſt.* 5. *Indic.* ait: *Si nos linguam calleremus
Japonicam, non dubito quin plures fierent Chriſtiani;*

Faxit

Digitized by Google

Faxit Deus ut eam brevì addiſcamus; ſed poſtea Su-
premi Numinis ope in nativa lingua Hiſpanica fuit
ab omnibus Japonenſibus auditus, ut refertur in Bul-
la ejus Canonizationis, relata in *Conſtit.* 3. *Urbani*
VIII. §. 3. *to.* 5. *Bullar.*
12 Hinc etiam debent fideles uti manſuetudine, ſine
arrogantia reſpondentes Tyranno, ne mors eis illata
dicatur ob aliquam contumeliam ei factam potiùs,
quàm in odium Fidei; idque exemplo Chriſti Domi-
ni, dum alapam recepit, & in tota ſua paſſione ſem-
per tam manſuetè ſe geſſit, ac Judicibus reſpondit;
& licèt aliqua legantur reſponſa dura facta Tyrannis
per Martyres, etiam muliebris ſexus, ut refertur *lib.*
2. *Machab. cap.* 7. *num.* 9. ibi: *Tu quidem ſceleſtiſ-*
ſime in præſenti vita nos prodis; & infra *num.* 31,
Tu vero, qui inventor omnis malitiæ factus es in He-
bræos: & rurſus: *Tu autem, ò ſceleſte, & omnium*
hominum flagitioſiſſime; & D. Stephanus *Act. Apoſt.*
7. 51. Hebræos ipſum lapidantes increpabat, in-
quiens; *Dura cervice, ac incircumciſis cordibus*: Iti-
dem D. Criſogonus Martyr ad Diocletianum reſpon-
dit: *Deos autem, qui nihil ſunt, niſi dæmonum ſimu-*
lacra, odi, & execror, ut refertur in tertia Lectione
ejus Officii ad diem 24. Novembris, & de Matrona
Martyre Virgine annorum 12. conſpuente oculos Ty-
ranni, qui eam canibus devorandam tradere minaba-
tur, ajens; *Videbit an Nazarenus poſſit ſibi auxilia-*
ri, ut refert *Baronius ad annum Chriſti* 522. *pag.*
91. Cornel. à Lapide *in Levitic.* 1. 12. *pag.* 619. *col.*
13 1. *lit. B.* Sed hæc, & alia exempla proceſſerunt ex
ſpeciali afflatu Spiritus Sancti, juxta verba Evangelii
Matth. 10. *Cùm ſteteritis ante Reges, & Præſides,*
nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, dabitur
enim vobis in illa hora quid loquamini; non enim vos
eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui lo-
quitur in vobis, ut latè apud cit. Card. de Lauræa
diſp. 11. *art.* 4. §. 7. *num.* 132. *cum ſeqq.* Verricell.
citat. quæſt. 9. *per tot. & num.* 23. *& ſeq.* Caſtellin.
de Inquiſ. miracul. in SS. Martyrum Canoniz. pag.
32. *&* 34. ubi quatenus cognoſcantur hujuſmodi
impulſus Spiritus Sancti in urgendo Tyrannum pro
martyrio inferendo.
14 Ad materiam doclarationis martyrii etiam ſolet diſ-
putari, an requiratur pro canonizando Martyre bo-
na ejus anterior vita, mores, ac virtutes, prout re-
quiruntur in Canonizatione aliorum Sanctorum non
Martyrum, ut aliàs dixi. Et in Martyribus id probari
non oportere, nam per martyrium omnis culpa, ac
pœna deletur, *Can. Baptiſmi vicem, can. Cathecu-*
menorum de Conſecr. diſt. 4. quia etſi habere debeant
charitatem uſque ad finem, non tamen neceſſarium
eſt, ut antea ſint in gratia, ſed ſatis eſt concomitan-
ter eam habere, accedente ſcilicet martyrio, quod
plenitudinem gratiæ confert; ideò ſufficit, quòd at-
tritus ſit ſupernaturaliter, cùm ex opere operato gra-
tiam plenariam acquirat, & ſic quotieſcumque non
ponit obicem charitati, nec voluntas peccato adhæ-
ret, ſufficit, ut dicatur in charitate obire, ut latè
apud Theologos, quos citat Verricell. *cit. quæſt.* 33.
per tot. quemadmodum enim baptiſma remittit om-
nem culpam, & pœnam; & baptizatus, ſi tunc mo-
15 riatur, ſtatim evolat ad Cœlum; ita etiam marty-
rium, ut inquit D. Bernard. *epiſt.* 77. *&* Tertull. *in*
Apol. in fine dixit: *Quis non pati exoptet, ut totam*
Dei gratiam redimat? omnia enim huic operi delicta
donantur. Et quòd ex more Eccleſiæ non ſit neceſſa-
ria morum, ac virtutum exquiſitio pro Canonizatio-
ne SS. Martyrum, dixerunt *cit.* Verricell. *num.* 10.
& 16. §. *ad tertium, & num.* 22. ubi alii, Guyet. *in*
Heortolog. lib. 2. *num.* 14. *in fine, &* Auditores Ro-
tæ *in relatione Canonizationis S. Joſaphat part.* 2. §.
16 *ex his perpendimus*; & ideò cauſæ Canonizationum
Martyrum citiùs & faciliùs expediri ſolent, ut no-
tat Hoſtienſ. *in cap.* 1. *de Reliquiis, & Venerat. SS.*
Contilor. *cit. cap.* 21. *num.* 10. quoniam ad id ſufficit
ſolum Martyrium, utpotè quod perfectiſſimam ſan-
ctitatem, ac quoſcumque actus virtutis heroicos ſu-
pereminet, D. Thom. 2. 2. *qu.* 124. *per tot.* Auguſti-
nus Trium. *de pot. Eccl. q.* 93. latè Card. de Lauræa
in 3. *ſent. to.* 2. *par.* 2. *diſp.* 20. *de Martyrio art.* 12.
& Card. Capiſuccus *cit. contr.* 27. *qu.* 22. §. 19.
Tamen negari nequit, quòd antè acta vita, mori- 17
bus bonis ſuffulta, plurimum conferre poſſit ad cele-
riorem Canonizationem Martyris; unde Cornel. à
Lapide *in epiſt. ad Hebræos* 12. 11. *pag.* 958. *col.* 1.
lit. B. dixit: *Videmus vix Martyres effici, niſi eos,*
qui ſe antea affecerint Martyrio, aut qui à Deo mul-
tis ærumnis ſunt exerciti, & quaſi præparati, ac eru-
diti ad Martyrium, illudque emeriti, ut ſic verè poſ-
ſet dici: Amaverunt Chriſtum in vita ſua, imitati
ſunt eum in morte ſua; & ex ſententia *D. Cipriani de*
duplici Martyr. aut quiſquis Auctor ejuſdem libri eſt:
Fruſtra cervicem præbet carnifici, niſi priùs occiderit
membra, quæ ſunt ſuper terram, hoc eſt affectus, qui
militant adversùs ſpiritum, odium, ſuperbiam; & in 18
hoc ſenſu recipi poteſt, quòd Martyr debet habere
charitatem ante martyrium, hoc eſt de congruentia,
& pro faciliori expeditione cauſæ, Bonac. *tom.* 1.
diſp. 1. *quæſt.* 1. *punt.* 1. *num.* 8. quia ſatis conducit
ad verum martyrium optima vita, etſi non neceſſa-
ria, præſertim ut agnoſcatur fuiſſe plura geſta inſtin-
ctu Spiritus Sancti, ac adfuiſſe perſeverantiam uſque
ad finem, Caſtell. *de inquiſ. mirac. in SS. Martyrum*
Canoniz. pag. 32. *&* 34. *nu.* 123. Verricell. *cit. quæſt.*
9. *ſect.* 5. *& per tot.* & optimè D. Auguſtinus *de Ci-*
vit. Dei lib. 3. *cap.* 7. *& ſerm.* 32. *de Sanct.* de S.
Laurentio ait: *Sufficere nobis debent ad profectum ſa-*
lutis noſtræ Martyrum exempla ſanctorum, qui prop-
ter adipiſcendam Cœleſtem Gloriam, ſe mandatis Do-
minicis ſubdiderunt, & ita cunctis devinxerunt ſe le-
gibus Salvatoris, ut propter ante actam vitam mere-
rentur ad hanc martyrii gloriam pervenire. Non enim
illo tempore tantùm perfecerunt præceptum Domini,
quo confeſſionis ſupplicium poſtularunt, ſed neceſſe fuit
illis priùs ſecundùm Evangelium vixiſſe, ut Chriſti
paſſionibus participarentur; neceſſe eſt inquam, ut ini-
tia bona fierent, quorum finis eſt optimus ſubſequutus,
& Martyres eos non ſolùm fuiſſe comperti ſunt, ſed
etiam tunc Martyres Chriſti eſſe, dum viverent. At- 19
que ex hac ratione ſolent articulari in Canonizatione
Martyrum, etiam mores, ac vitæ antè actæ probi-
tas, ut in cauſa *Hiſpalen. ſeu Marochitana* Servi Dei
Joannis de Prado, ac aliis, & notat Bordon. *de Mi-*
raculis conſider. 34. *num.* 84.
Finis autem in perſeveranti charitate requiſita, ſa- 20
tis probatur, ſi non appareat ſignum contrarium,
Card. de Lauræa *cit. diſp.* 20. *art.* 6. *num.* 98. Hinc in
Pſal. 90. 15. dicitur: *Cum ipſo ſum in tribulatione,*
eripiam eum, & glorificabo eum; & Gloſſ. *ordin.* ibi
addit: *Non eſt timendum in tribulatione, Fides in te,*
Deus in te; eripuit tres pueros, nunquid Martyres de-
ſerit? & D. Auguſtinus *de Civitate Dei lib.* 13. *c.* 7.
ait: *Tam nobiliſſimam mortem Martyres ſuſtinere non*
poſſent, niſi gratia Dei in eis abundaſſet, & benè ci-
tat. Card. de Lauræa *in* 3. *ſent. tom.* 2. *diſput.* 32. *art.* 15.
num. 494. *& tom.* 3. *part.* 2. *diſp.* 20. *art. ult. num.* 300.
ait: *Martyr in conflictu ſeu paſſione eſt ſub ſpeciali*
Dei protectione, & ab eo magna virtute, & gratia
munitur. Et ſequitur Cardin. Capiſucchus *controv.* 23.
de Martyrio quæſt. 2. §. 2. & Caſtellin. *citat. pag.* 78.
col. 1.
Subſequi ad rem poſſet, an requirantur miracula 21
in Canonizatione Martyrum; & de hoc aliqua dixi
tom. 2. *Conſtitut.* 4. *Alexand. III. num.* 15. & certè de
juris rigore non requiri autumant DD. ibi citati, &
urget ratio, quia ſigna, & miracula debent adeſſe,
& probari ad indicandam ſanctitatem ejuſdem Cano-
nizandi, quæ ſanctitas elucet ex ſolo martyrii actu,
Baldell. *tom.* 2. *diſput.* 14. Bordon. *oper. moral. part.* 3.
reſol. 113. *de Canoniz. Sanct. num.* 34. *tom.* 4. *& de*
miracul. medit. 4. *à num.* 15. *& meditat.* 34. *in fine*,
Fagnan. *in cap. audivimus num.* 16. *de Reliquiis, &*
Venerat. SS. Lezana *conſult.* 1. *de Canonizatione SS.*
Verricell. *cit. quæſt.* 33. *in fide*; ſed magnam adfuiſſe
alter-

Digitized by Google

altercationem DD. innuit Roſa *de Canoniz. Sanct. poſt tract. de exec. litt. Apoſt. c.* 1. *num.* 16. *&* 17. ubi pro negativa plures adducit, præſertim Relationes S. Rotæ Auditorum in his cauſis; imò acriter fuit ſcriptum pro opinione, quòd non requirantur in Cauſa Martyrii B. Joſaphat anno 1642. & *in cit. Hiſpalen. ſeu Marochitana de anno* 1686. & in *Japonen. anno* 1690. in qua præſertim Cauſa doctiſſimè ſcripſit Marcellus Severolus Signaturæ Juſtitiæ Decanus, qui in mox elapſo anno 1707. magno ſui deſiderio relicto, ac bonorum omnium mœrore è vivis abiit; dum ob Jurium peritiam ſingularem, ac Bibliothecam magnificè inſtructam in ævum vivet.

22 Sed aliqui DD. utuntur diſtinctione, quòd ſcilicet requirantur miracula, quatenus plenè non conſtet de martyrii eſſentialibus, ſecùs in caſu perfectæ probationis; ita Card. de Lauræa *citat. diſp.* 20. *art.* 8. *num.* 127. *& ſeq.* qui etiam ſcripſit poſt Decretum Sacræ Congregationis Rituum anno 1642. editum, de quo dixi *in cit. Conſtit.* 4. & inſra dicam.

23 Verùm in præſenti videtur conſtans Sacræ Congregationis Rituum ſententia, ut omninò requirantur miracula, ſeu ſigna; quod etiam rationi nititur, quia cùm Martyr debeat perſeverare in charitate uſque ad finem, non ponendo gratiæ plenariæ per martyrium ſuperveniendæ obicem, ut dixi, & perſeverare debeat cum animo patiendi pro Fide, quod totum exiſtit in animo; nam poſſet internè aliquem actum facere, quo amittat meritum, nempe ſuperbiæ, impatientiæ &c. ideò videtur optimum medium, ſi miracula concurrant, ut latè apud Mattam *de Canoniz. Sanct. part.* 4. *cap.* 7. *num.* 27. Pignatell. *conſult.* 71.
24 *num.* 9. *tom.* 4. nam licèt ad martyrium in genere non requirantur ad ſui eſſentiam miracula, requiruntur tamen in ſpecie in hoc martyrio ad inſpiciendum, an hic Martyr obierit cum qualitatibus requiſitis ad martyrium in animo conſiſtentibus, & quæ eſſent difficilis probationis; unica enim cogitatio perverſa, vel odii in Tyrannum, vel Fidei defectus, aut ſpei, aut vanagloriæ actus, nonnè omnis paſſionis meritum evacuabit? & ſic diſputato articulo in genere in Sacra Congregatione Rituum anno 1642. die 13. Decembris in Cauſa Martyrii B. Joſaphat, non fuit reſolutum, & optima ratione, cùm regula in abſtracto, docto de vero martyrio ſit contraria, ut non requirantur; ſed propoſito dubio in concreto reſpectu Martyrii dicti Servi Dei, fuit approbata opinio affirmativa uti tutior, & validior, de qua reſolutione memini *cit. tom.* 2. & eſt tenoris ſequentis:
25 *Diſputatum fuit in genere pro cauſis Martyrum, quæ ſolent in S. C. examinari, utrum pro declarando Martyre à Sede Apoſtolica, inquirenda ſint miracula. Et aliqui fuerunt in voto, quòd non ſint requirenda, ex eo quòd martyrium ad inſtar baptiſmi in inſtanti operetur remiſſionem peccatorum, & conferat gratiam; & ex eo quòd innumerabiles Martyres colantur in Eccleſia, de quorum miraculis non conſtat, nec Eccleſia de illis mentionem facit. Alii verò fuerunt in voto, quod requirantur, ſi non conſtet de actu interno, & ex eo quòd ad conſummandum martyrium requiratur voluntas probata patiendi pro Fide, & permanſio in charitate uſque ad finem, quæ veritas cùm reſideat in corde, cujus tantùm Deus ſcrutator eſt, & pendeat ab actu interno finali, nequit probari, niſi per ſignum à Deo, quod eſt miraculum, ſeu mirabile. Sed videbantur concordari hæ opiniones cum ſuppoſitione, quod nimirum dato vero martyrio, miracula non ſint neceſſaria; ad hoc verò, ut in individuo hoc, vel hoc martyrium probetur verum, miracula requirenda eſſe.* Quod Decretum refert per extenſum
26 Matta *cit. part.* 5. *cap.* 3. *in initio*, & quòd requirantur aliqua miracula, vel ſaltem aliqua ſigna, ſeu prodigia, practicatum fuit, acriter Poſtulatoribus contradicentibus in *cit. Hiſpalen. ſeu Marochitana*, etſi fuiſſet jam conſtitum de martyrio, & cauſa ipſius, quia Sacra Congregatio voluit etiam videri de miraculis die 29. Maii 1688. diſputato ad partes dubio, & in *citat. Japonen. anno* 1690. & ſic de hoc amplius dubitari non debet; imò eſt etiam praxis antiqua Eccleſiæ, ut videtur in Bulla Canonizationis S. Petri Martyris ſupra commentata *Conſtit.* 11. & in præſenti S. Stanislai, dum Innocentius IV. in Civitate Aſſiſii tractaret de ejus Canonizatione, & ab aliquibus dubitaretur, delatus fuit Puer mortuus ad Eccleſiam D. Franciſci, & Pontifex Deum rogavit, ut dignaretur hanc dubietatem tollere, prout ſubſtulit mediante reſurrectione dicti Pueri, ut referunt Raynald. *ad annum* 1253. *num.* 18. Joannes Longin. *Hiſt. Polon. lib.* 7. *anno* 1253. & in Canonizatione quorundam Religioſorum Ordinis S. Franciſci, Joannes XXII. exegit miracula, ut apud citat. Raynald. *anno* 1321. *num.* 17. *in fine*, & fuit ſervatum etiam ultra citatas cauſas recentiores, in cauſis *Cæſarauguſtana* B. Petri de Arbues, & in *Harlemen.* Martyrum Gorgomenſium. Iſtud autem dubium miraculorum, ſeu ſi- 27
gnorum ſolet ſeparatim diſcuti; licèt in cauſa *Braſilien.* declarationis martyrii Ignazii Azevedi, & Sociorum, 7. Januarii 1671. fuerit injunctum, ut diſputaretur unà cum dubio ſuper qualitate martyrii, quod dependet ab arbitrio Sacræ Congregationis Rituum.

Verum tamen eſt, quòd ſi agatur de caſu, in quo 28
per probationes univocas conſtet de vero martyrio, quod raró contingere poteſt, cùm ut plurimum evenire ſoleant hi actus inter Infideles, vel Hæreticos; tunc non tanta eſt neceſſitas miraculorum, ut dixit cit. Card. de Lauræa. Imò non requiruntur miracula eo modo, quo requiruntur in Canonizatione Sanct. non Martyrum; ſed ſufficiunt minora, imò ſigna, & prodigia, ut fuit dictum in dicta *Hiſpalen.* ubi dubium fuit; *An conſtet de ſignis, ſeu miraculis*, & dixit Contelor. *cit. cap.* 21. *num.* 11. *&* Auditores Rotæ *in relat. vigintiſex Martyrum Japonenſium art.* 3. ubi dixerunt de aliquibus mirabilibus, quæ evenerunt ante, & poſt martyrium, & latè fuit dictum per Scribentes in *cit. Hiſpalen. & Japonen.* imò in canonizandis non Martyribus datur dubium: *An conſtet de miraculis*, & in Martyribus: *An conſtet de ſignis, ſeu miraculis*; & de pluribus circa differentiam ſignorum, & miraculorum, Card. de Lauræa *cit. diſp.* 20. Omnibuſque tandem peractis, ac probatis juxta reliqua, quæ deſcribuntur in Canonizatione aliorum Sanctorum, expeditur Breve per Summum Pontificem pro Beatificatione, Matta *part.* 5. *cap.* 3. *num.* 19. & conceditur Officium, & Miſſa, ut in *Conſtit.* 82. *Urb. VIII. tom.* 5. *& Conſt.* 83. *ejuſdem*, & deindè devenitur ad ſolemnem Canonizationem.

CONSTITUTIO XIV.

INNOCENTII IV.

incipiens (*Sub Catholicæ.*)

EPITOME BULLÆ.

INNOCENTIUS, EPISCOPO TUSCULANO Apoſtolicæ Sedis Legato.

EXorta inter Archiepiſcopum Nicoſienſem, ejuſque Suffraganeos Latinos ex una, & Epiſcopos Græcos Regni Cypri ex altera partibus diſcordia ſuper quibuſdam articulis quoad Sacramenta, Miſſæ Sacrificium, Horas Canonicas, Veſtes ſacras, Jejunium, Sacerdotes conjugatos, Purgatorium, Infernum, aliaque: Pontifex quid in iis ſentiendum, ſervandumque; quidve

Græcis

Digitized by Google

Græcis tolerandum, permittendumque ſit declarat.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Evangelium Græci primò receperunt.*
2 *Græcis undique mala, dum à gremio Eccleſiæ receſſerunt.*
3 *Refertur primum Schiſma Græcorum ſub Anaſtaſio Imperatore.*
4 *Quod fuit conciliatum ſub Hormiſda Pontifice, & Juſtino Imperatore.*
5 *Refertur alterum Schiſma tempore Nicolai Primi.*
6 *Idque conciliatum fuit in Concilio Conſtantinopolitano.*
7 *Quamvis inani conatu illud renovaverit Photius.*
8 *Novum Schiſma excitavit Michael Cerularius, ſopitum poſtea ſub Innocentio III.*
9 *Alterum Græcorum Schiſma ſub Gregorio IX. invaluit.*
10 *Refertur occaſio edendi præſentem Conſtitutionem.*
11 *Græcorum ritus tolerantur quouſque non ſint contra Fidem, aut honeſtatem.*
12 *Alumni Collegii Græci in Urbe ſervare debent Ritum Græcum, etiam poſt egreſſum.*
13 *Ritus hæreticorum etiam Græcorum, Eccleſia non tolerat.*
14 *Græci quaterdecies ab Eccleſia Latina receſſere.*
15 *Ritus contra Eccleſiæ uſum quandoque prudenter tolerantur.*
16 *Appellatione Rituum permiſſorum quænam veniant.*
Referuntur plures Conſtitutiones, quæ ad tolerandos vel damnandos Græcorum ritus emanarunt. Ibidem.
17 *Græci in Italia paſſim ad Latinos tranſeunt, & pauci retinent Ritum Græcum.*
18 *Conſtitutiones Pontificiæ, & Jura Canonica obligant etiam Græcos, præſertim in rebus Fidei.*
19 *Decretum Concilii Florentini de unione Armenorum afficit etiam Græcos in rebus Fidei.*
20 *Conſtitutio decernens aliquid in rebus Fidei obligat etiam Græcos, quamvis concepta ſit lingua Latina.*
21 *Conſtitutio, quæ de rebus Fidei non agit, quatenus afficiat etiam Græcos.*
22 *Papa non præſumitur intervertere Ritus Græcorum ab Eccleſia toleratos.*
23 *Qui Ritus tolerentur Græcis in Sacramento Baptiſmi, & num. ſeqq.*
24 *Græci in Baptiſmo totum baptizati corpus ungunt.*
Chriſma ſtatim poſt Baptiſmum conferunt. Ibidem.
25 *Græci in Baptiſmo totum corpus in aqua calida immergebant.*
Latini in Baptiſmo poſſunt uti trina aſperſione, vel unica. Ibidem.
26 *Ad Baptiſmi validitatem ſufficit ablutio ſive per aſperſionem, ſive per immerſionem.*
27 *Ritus ab Eccleſia probati, ad libitum mutari nequeunt.*
28 *Græci cur aqua calida in Baptiſmo utantur, & cur in quolibet actu eam benedicant.*
29 *Aſperſio unica vel trina in Baptiſmate quid ſignificet.*
30 *Forma, qua utuntur Græci in Baptiſmo, diverſa eſt à forma, qua nos utimur.*
31 *Forma Græcorum ſufficiens eſt ad validitatem Baptiſmi, etiamſi ea utatur Latinus.*
32 *Forma, qua in Baptiſmo utuntur Latini, an aliquando variari poſſit.*
33 *Baptizatus ab obſtetrice, quæ poſtea formam baptiſmi ignorare comperitur, quatenus ſit rebaptizandus.*
34 *Laicum Baptiſmi Miniſtrum eſſe non poſſe Græci aſſerunt; ſed in contrarium ſtat veritas.*
35 *Nemo ſe ipſum baptizare poteſt.*
36 *Parentes in caſu neceſſitatis filium baptizare poſſunt, nec ideo conjugium impeditur.*
37 *Ritus Græcorum in Sacramento Chriſmatis referuntur.*
38 *Græci non niſi Oleum Chriſmatis à Latinis Epiſcopis ſumere cogi poſſunt.*
39 *Græci cum Latinis conveniunt quoad vim & efficaciam Chriſmatis.*
40 *Græcis toleratur, ut in Chriſmate addant alia aromata.*
41 *Mixtura Balſami in Chriſmate an ſit de neceſſitate Sacramenti.*
42 *Adducitur ad hoc reſolutio Sacræ Congregationis Concilii.*
43 *Chriſma conſecratur ab Epiſcopo, etiam apud Græcos, & quomodo ab eis hujuſmodi conſecratio fiat.*
44 *Græci utuntur diverſa forma in Sacramento Chriſmatis, eaque ab Eccleſia toleratur.*
45 *Miniſter Ordinarius Chriſmatis eſt ſolus Epiſcopus, & nonniſi per diſpenſationem Sedis Apoſtolicæ poteſt eſſe ſimplex Presbyter.*
46 *Abbas quamvis benedictus non valet Chriſma miniſtrare abſque ſpeciali privilegio, ubi de Abbate Montis Caſſini.*
Abbates SS. Bernardi, & Benedicti, Chriſma invalidè miniſtrant. Ibidem.
47 *Epiſcopo in aliena Diœceſi Chriſma miniſtrare non licet.*
48 *Epiſcopus an poſſit in ſua Diœceſi miniſtrare Chriſma perſonis alterius Diœceſis, ſine conſenſu proprii Epiſcopi.*
49 *Invalidè ſunt confirmatæ perſonæ alterius Diœceſis, ſi Epiſcopus ſe declaraverit priùs, nolle eos confirmare.*
50 *Dimiſſus ad Ordines recipiendos ab alieno Epiſcopo, poteſt etiam confirmari.*
51 *Similiter dimiſſo ad Ordines Majores poſſunt conferri Minores.*
52 *Abbas verè Nullius poteſt vocare quemlibet Epiſcopum pro Confirmatione miniſtranda. Secus ſi non ſit verè Nullius.*
53 *Apud Græcos ſimplices Presbyteri miniſtrant Chriſma.*
54 *Idque ſemper improbavit Eccleſia Catholica.*
55 *Et contraria conſuetudini derogatum eſt pluribus Conſtitutionibus Pontificiis, & num. 68.*
56 *Græci confirmati à ſimplici Presbytero, iterum ſunt confirmandi.*
57 *Nec contrarium eſt permiſſum in Concilio Florentino.*
58 *In primitiva Eccleſia cur Chriſma miniſtraretur infantibus ſtatim poſt Baptiſmum?*
59 *Confirmatio ante uſum rationis validè confertur, quamvis illicitè.*
60 *Græcorum uſus confirmandi ſtatim poſt Baptiſmum non improbatur.*
Quod etiam aliquando permiſſum eſt inter Latinos. Ibidem.
61 *Simplex Presbyter poteſt miniſtrare Chriſma ex conceſſione Papæ.*
62 *Et contraria ſententia eſt temeraria.*
63 *Solus tamen Papa id concedere poteſt.*
64 *Tales conceſſiones ante Concilium factæ, fuerunt per ipſum revocatæ, & quatenus confirmari, aut iterum concedi ſoleant.*
65 *Referuntur cauſæ, & exempla nonnulla hujuſmodi conceſſionis.*
66 *Miniſter ordinarius Confirmationis eſt Epiſcopus.*
Aderant antiquitùs in Eccleſia nonnullæ unctiones

pro

Digitized by Google

pro his, qui Chriſma ſuſcipere non poterant, easque facere licebat Presbyteris ſimplicibus. Ibidem.

67 *Diaconi nec ex delegatione Papæ poſſunt Chriſma miniſtrare.*

68 *Conſuetudine introduci non poteſt, ut ſimplex Presbyter miniſtret Chriſma.*

69 *Adducitur ad hoc reſolutio Supremæ Inquiſitionis.*

70 *Abſentia Epiſcopi per aliquod tempus, aut Diœceſis amplitudo non eſt ſufficiens cauſa concedendi facultatem confirmandi ſimplici Presbytero.*

71 *Miſſionarii apud Infideles non habent facultatem miniſtrandi Chriſma, niſi ſpecialiter concedatur.*

72 *Chriſma debent miniſtrare Epiſcopi tempore & loco opportuno pro Populo.*

73 *Nec aliqua merces pro eo miniſtrando recipi poteſt.*

74 *Chriſma miniſtrandum eſt tempore viſitationis, nec pro eo exigi poteſt procuratio, etiam ſi alio tempore miniſtretur.*

75 *Quod ſi procurationem exegerit, eam reſtituere tenetur.*

76 *Exigi poteſt procuratio, ſi adſit conſuetudo, quam tamen ſubſtulit Taxa Innocentiana.*

77 *Si Epiſcopus extra viſitationem invitetur ad miniſtrandum Chriſma, exigere poteſt procurationem.*

JAmpridem à Gentilium oculis tenebrarum deterſa
caligine, & incredulitatis nota ab eorum cordibus
amota, lux Evangelii præfulſit, quam primùm He-
bræis detrectantibus, Gentes amplexæ fuerunt: inter
1 quas Græca natio, uti proximior noſtræ Fidei in cu-
nabulis prior fuit; ſed ſuperbiæ faſtu elata, miſerè ab
unione Eccleſiæ avulſa, hæreſis demum errores am-
plexa fuit, & tamdiu à veritate Catholica ſe abdica-
vit, ut prope extiterit ejus excidium, nedum in ſpi-
2 rituali, ſed temporali quoque ſtatu, dum ſub tributo
ubique gemit, & quod deplorabilius eſt, ſub Tyran-
nico Othomanorum Imperio ſuperbam cervicem de-
flectit, ejuſque errores, & ærumnas deplorant Aug.
Triumph. *de poteſt. Eccl. quæſt.* 25. *art.* 1. D. Anto-
nin. *in* 3. *part. Summæ tit.* 22. *cap.* 17. Hoſtien. *in
cap.* 1. *num.* 2. *col.* 3. *verſ. non obſtat de Schiſmaticis*.
Ut enim dixi *tom.* 2. *conſt.* 14. *Gregorii IX.* non de-
fuit Summorum Pontificum cura, ut Gens illa ad
Catholicam veritatem rediret, & cum reliquis Or-
thodoxis in unius Petri ſimul collecta gremio, de
Matris Eccleſiæ utero fluenta doctrinæ ſalutaris hau-
riret; id enim egerunt nedum tot ſaluriferis Conſti-
tutionibus eam ad unitatem invitantibus, ſed Conci-
liorum coadunatione, pecuniæ profuſione, vigiliis,
ac laboribus; & eò magis Romanorum Pontificum
charitas eluxit, quòd licèt à Græcis tam impiè ne-
glecti, ſemper eorum ſalutem anxiùs perquiſiverint.
3 Etenim Græci Schiſmatis ſemina uſque à temporibus
Anaſtaſii Imperatoris apparuere, qui Patriarcham
Conſtantinopolitanum Eufemium expulit, ſubrogato
Macædonio circa ſæculum quintum; & tempore ſu-
perbi Acacii, qui titulum Univerſalis Eccleſiæ Epiſ-
copi uſurpare fuit auſus, de quo dixi *tom.* 1. *Conſtit.
Unica Gelaſii I.* Imò celebrato Concilio Chalcedo-
nenſi ſub Divo Leone I. memoria hujus per Schiſma-
ticos aboleri impiè tentatum fuit; tempore tamen
Juſtini Imperatoris, & Hormiſdæ Papæ, prævio
4 Concilio Romano, prima extitit unio Latinorum
cum Græcis anno 518. quique Pontifex ea conſtantia
fuit præditus, ut pluries Epiſtolis, ac Supplicationi-
bus ab Imperatore excitatus, nunquam unioni aſſen-
tiri voluerit, niſi prævia condemnatione Acacii, ut
legere eſt apud Marcell. Teophan. Enghar. *lib.* 3. *cap.*
30. & 31. Niceph. *lib.* 17. *c.* 1. Baron. *ad ann.* 518.
num. 5. & *ſeq.* & *ad ann.* 519. Labbè *tom.* 4. *Concil.
fol.* 1477. & 1586. ubi regiſtrantur Epiſtolæ Hormiſ-
dæ, & Imperatoris. Verùm caput erexit Schiſma
præcipuum tempore Nicolai Primi Summi Pontifi-
cis, ac Michaelis Imperatoris Conſtantinopolitani 5
occaſione impiæ depoſitionis legitimi Patriarchæ
Ignatii inter Sanctos nunc venerati, & ſacrilegæ ele-
ctionis in ejus locum Photii, qui Eccleſiam Orien-
talem ferè dilaniavit, ac in talem impudentiam deve-
nit, ut eundem Pontificem in quodam Conciliabulo
excommunicaverit, titulo Patriarchæ OEcumenici
aſſumpto; ſed poſt varios caſus, ac Schiſmatis exci-
dia inter eoſdem Epiſcopos Græcos diviſos, ab anno 6
854. ſub Imperio Baſilii ad priſtinam dignitatem rein-
tegratus Ignatius extitit in Concilio OEcumenico
Conſtantinopolitano IV. anno 869. ſub Adriano II.
Summo Pontifice, condemnatuſque fuit Photius, at-
que pax reddita Eccleſiæ Orientali ſub ſuavi Sedis
Apoſtolicæ jugo, ut ex Epiſtolis, aliiſque actibus re-
cenſet Labbè *citato tom.* 4. *pag.* 990. & *ſeq.* Baron.
ad annum 1669. Nicet. *in Vita S. Ignatii*, Anaſtaſius
Bibliothecarius *in Adriano II.* in quo Concilio Lega-
ti Sedis Apoſtolicæ interfuerunt maxima reverentia
ab Imperatore habiti; ſed denuò Photii malitia, &
ſuperbia erumpente, Patriarchatum Conſtantinopoli- 7
tanum invaſit poſt obitum Ignatii, ac Schiſma ite-
rum excitavit, Conciliabolum Conſtantinopolita-
num convocando, quod Græci legitimum, & uni-
verſale dixerunt, hujuſmodi titulum antecedenti legi-
timè celebrato detrectantes. Demum poſt obitum Ba-
ſilii Leo filius, & ſucceſſor, relegato Photio in Mo-
naſterium, ubi inglorius obiit, Patriarcham legiti-
mum à Summo Pontifice obtinuit ſimul, & pacem
cum Eccleſia Romana, idque evenit anno 886. Sed
denuò excitato Schiſmate per Michaelem Cerularium
Patriarcham Conſtantinopolitanum, tandem cùm 8
Imperium Græcum à Latinis fuerit occupatum, Bal-
duino Imperatore I. Latino electo anno 1204. tunc
firma pax cum Eccleſia Romana apparuit, ſequuta
unione in Concilio Generali Lateranenſi; adnitente
Innocentio III. qui plures viros miſit, quò Gentem
illam inſtruerent, ut conſtat ex ejus Epiſtolis 69. 70.
71. 72. Petav. *in Rat. temporum par.* 1. *lib.* 8. *c.* 21.
Thyrius *lib.* 11. *cap.* 31. & *lib.* 12. *cap.* 5. & *lib.* 15.
cap. 23. Blondus *decad.* 2. *lib.* 6. Sed rebus Latino-
rum in Oriente infeliciter prolabentibus, ac electo
Imperatore Græco Theodoro Laſcari, iterum Shiſma
invaluit, quod extinguere totis viribus curavit Gre- 9
gorius IX. ut ex *Epiſtola* 111. *lib.* 7. & *lib.* 11. *Epi-
ſtola* 413. Raynald. *ad annum* 1202. Matthæus Pari-
ſien. *ad annum* 1237. & conſtat ex deſtinatione Re-
ligioſorum cum inſtructione pro illa Natione, relata
tom. 1. *Bullarii Conſt.* 14. *ejuſdem:* ſed incaſſum abie-
re labores; dum Imperator Latinus Balduinus viribus
deſtitutus, Græcorum armis, ac inſidiis cedere coa-
ctus fuit, imò adiit Innocentium IV. in Concilio
Lugdunenſi ſubſidia implorans, qui ſedulò incubuit
pro totali extinctione Schiſmatis; nam cùm pluribus
in locis Græci tenaces eorum Rituum detentores,
detrectarent Sedi Apoſtolicæ ſe ſubjicere, curavit
proindè Papa eos demulcere; ideòque ſcripſit Apo-
ſtolico Legato in Oriente, quòd perhumaniter cum
eis ageret, ut ex ejus *Epiſtola* 130. & 132. Imò cùm 10
inter Archiepiſcopum Nicoſiæ, & ejus Epiſcopos ſuf-
fraganeos Latinos ex una, & Epiſcopos Græcos Re-
gni Cypri ex altera parte altercatio adeſſet ſuper per-
miſſione, vel prohibitione aliquorum Rituum quoad
Græcos Sedi Apoſtolicæ ſubjectos, idem Innocentius
hac Conſtitutione edita Laterani anno 1254. ſcripſit
Epiſcopo Tuſculano Legato Apoſtolico in Oriente,
inquiens examinatos fuiſſe articulos controverſos ab
ipſo Legato tranſmiſſos, eorumque reſolutionem ei
remittit, addens: *Licet, ac expedit, ut mores, &
ritus eorum, quantum cum Deo poſſumus, tolerantes,
ipſos in Eccleſiæ Romanæ obedientia preſervemus:
quamquam in his, quæ animarum periculum parerent,
vel honeſtati Eccleſiaſticæ derogarent, nec debeamus il-
lis deferre aliquatenus, nec velimus:* Injungendo de-
mum Legato, ut ſic obſervare faciat per Archiepiſco-
pos,

Digitized by Google

pos, & Epiſcopos Latinos, nec Græcos inquietent ſuper diſpoſitis in hac Conſtitutione; cujus tenorem etiam adducunt Quarant. *in ſumma Bullar. verbo Græcorum Ritus*, Card. Albitius *de inconſtantia in fide c.* 30. *num.* 329.

11 Ex hujus autem Conſtitutionis verbis elicitur, Ritus Græcorum tolerari ab Eccleſia ad eos confovendos, eorumque imbecillitati compatiendum, quatenus tamen non ſint contra ſubſtantialia Fidei, & honeſtatem Eccleſiaſticam, prout egerunt tot Summi Pontifices in citatis Conſtitutionibus, & rursùs liquet ex *cap. nono, & 11. de tempor. ordinat.* ubi DD. *& ad cap. licet de Baptiſmo*, & conſtat ex Epiſtola Leonis IX. ad Michaelem Patriarcham Conſtantinopolitanum, & Leonem Achridanum, ibi: *Improbando iis, ut ita cum Latinis ipſi non ſe gerant, ut cum Græcis agunt Latini; ut enim fertur, omnes Latinorum Baſilicas penes vos clauſiſtis, Monachis Monaſteria, & Altaria tuliſtis, donec veſtris viverent Inſtitutis. Ecce in hac parte Romana Eccleſia quantò diſcretior, moderatior, & clementior vobis eſt; ſiquidem cùm intra, & extra Romam plurima Græcorum reperiantur Monaſteria, ſive Eccleſiæ, nullum eorum adhuc perturbatur, vel prohibetur à paterna traditione, ſive ſua conſuetudine:* idemque innuit Alexander IV. in Conſtitutione edita anno 1260. quæ refertur apud Antonium Galutium *lib. de ſitu Hiſpaniæ*, ibi: *Cùm Latini quidam ex his circumforaneis mendicantibus Græcos perſequerentur, & cogerent eos ex azimo, non ex fermentato pane complere Sacramentum: hi Sacerdotes poſt longas diſputationes Romæ in pleno Collegio Principum Sacerdotum vicere, quem morem hucuſque ſervant, & Romana Eccleſia juſſis*
12 *noſtrates omnes Catholici Græci parent.* Et Gregorius XIII. ſtatuit, ut Ritus Græcus ab Alumnis Collegii Græci ſervetur in Urbe; ſimiliter Urbanus VIII. ut iidem teneantur Ritum ſervare Græcum, etiam poſt egreſſum, ut apud Albitium *cit. c.* 30. *num.* 319. *cum ſeqq. &* Verricell. *de Apoſtolicis miſſionibus tit.* 3. *quæſt.* 83. *num.* 5. dum tamen è contra Græci perfidè mores, & Ritus Latinorum perſequuntur, Fagnan. *cap. quod à Prædeceſſore num.* 141. *de Schiſmaticis*. Conſuetudines verò Hæreticorum, etiam Græcorum Eccleſia non tolerat, ut dicam infra ad *Conſt.* 13.
13 *Alexandri IV.* & diſtinguit Verricell. *cit. num.* 6. ubi ex Decreto Sacr. Congr. de Propaganda Fide 8. Martii 1648. refert, non tolerari Sacerdotem Neſtorianum uxoratum, etſi adeſſet conſuetudo, Fagnan. *cit. num.* 141. licèt aliquando in caſibus particularibus ſoleant tolerari Ritus Infidelium in terris Catholicorum, de quo agit Verricell. *cit. tit.* 14. *quæſt.* 194. *ſect.* 2. & alibi dicam; cùm enim Græci quaterdecies
14 ab Eccleſiæ corpore defecerint, & redierint, ut ſcribit Oſius *lib. de Sacerdot. conjugio*, D. Antonin. 3. *parte ſumma tit.* 22. *cap.* 13. *§.* 1. *&* 2. duriſſimum eſſet cogere Orientales ad mutandos eorum Ritus, & conſuetudines tanta temporis longitudine firmatas, & ſicuti aliqui Græci fuerunt tantùm Schiſmatici nullum Fidei errorem admittentes, alii tamen in hæreſes prolapſerunt, vel poſſunt omnes dici hæretici præſumptivè tantùm, ideſt vehementer ſuſpecti, præſertim poſt Conc. Generale Florentinum, ſi illud non recipiant, ut fusè diſtinguit Verricell. *cit. tit.* 14. *quæſt.* 186. proindè ſicuti hæreſes non debent permit-
15 ti, ita nec Ritus, quos diſpenſativè Papa in aliquo caſu poſſet permittere, & quandoque prudenter tolerantur, ſicuti uſus Calicis apud Laicos in aliquibus Regionibus permittitur etiam à Conc. Trid. *ſeſſ.* 22. *de refor. in decr. finali*, cum diſpenſatione Summi Pontificis.

16 Appellatione autem Rituum permiſſorum continentur jejunia, Miſſarum celebrandarum cæremoniæ, Officiorum ordo, ſolemnitates, ac dies feſti una, vel altera die ſecundùm decreta Eccleſiæ Orientalis, ſacrarum veſtium formæ, habitus Religioſorum, aliaque, de quibus latè Petrus Arcudius *de concordia Eccleſiæ Occidentalis, & Orientalis*, & alii

apud Pignatell. *tom.* 6. *conſultatione* 41. Nihilominùs cùm plures quoad hujuſmodi Ritus irrepſiſſent abuſus, aliquæ evenerunt declarationes Summorum Pontificum circa eos tolerandos, vel prohibendos, ut in *citat. Conſtit. Gregor. IX.* & in præſenti, nec non in *Conſtit.* 34. *Clement. VIII.* incip. *Sanctiſſimus*, & cùm hujuſmodi Nationis incolæ, etiam in Italiam ſe contuliſſent, præſertim in Calabriam, Apuliam, & Siciliam occaſione Dominii Imperatoris Græci, idem Pontifex plura ibi præſcripſit, præſertim circa Ordines, ut Italo-Græci ordinentur per Epiſcopum Græcum Catholicum in Urbe exiſtentem, & plura fuerunt præſcripta Græcis in Concil. Florentino, ut in *Conſtit.* 19. incip. *Lætentur Eugenii IV.* in famigerata unione cum Latinis, ſuper qua doctiſſimè ſcripſit Cardin. Turrecremata *in Apparatu ſuper decretum Eugenii de unione Græcorum cum Latinis*. Ulteriùs eos ſubjecit juriſdictioni Ordinariorum quoad Divinum Cultum, & adminiſtrationem Sacramentorum Pius IV. *Conſtit.* 74. incip. *Romanus*: & licentias celebrandi Latino more, quemadmodum & Latinis celebrandi Ritu Græco, revocavit Pius V. in *Conſtit.* 12. incip. *Providentia*. Itidem Collegium Græcorum in Urbe inſtituit Gregorius XIII. in *Conſt.* 42. incip. *In Apoſtolica*, idemque profeſſionem Fidei à Græcis emittendam præſcripſit in *Conſt.* 33. incip. *Sanctiſſimus*.

Tamen cùm Græci Catholici paulatim extinguan- 17
tur in Italia, dum Latinum Ritum plura Oppida amplectuntur, remaneantque tantùm aliquæ eorum Parochiæ, præſertim in Diœceſi Hydruntina, Compſana, Montis-Regalis, & Meſſanenſi; itidemque eorum major pars extra Italiam continuat in Schiſmate. Unde eſt, ut de articulis in hac Conſtitutione contentis raro diſputari contingat, eorumque aliquos in præſenti Commentario examinabo, alios in ſuperiùs enunciatis Conſtitutionibus opportunè remittendo.

Hinc incipiendo ab exordio, cui famulantur verba 18
finis hujus Conſtitutionis, ubi injungitur obſervantia ejuſdem, elicitur Græcos teneri parere Conſtitutionibus Summorum Pontificum, Canoniciſque Sanctionibus, & Conciliis, nedum quoad Fidem, ſed etiam quoad alia, ut ſupponit hæc Conſtitutio, & clariùs in citata *Conſtit.* 33. *Greg. XIII.* ubi adeſt formula profeſſionis Fidei; quò enim ad articulos Fidei, neceſſariò debent ſe conformare, uti filii S. Eccleſiæ matri ſuæ, quò fiat unum ovile, & unus Paſtor, ut ſunt verba Concilii Generalis relata in *cap. licet de Baptiſmo*, Fagnan. *cap. cum veniſſet num.* 93. *de Sacr. Unctione*, ubi quòd Decretum in Concilio Florentino quoad res Fidei factum pro Armenis, ad- 19
ſtringat etiam Græcos, & ipſos Hæreticos, cùm alia Fides eſſe non poſſit apud Græcos, alia apud Armenos, *canon. loquitur Dominus* 24. *quæſt.* 1. *Extravag. unam ſanctam de majorit. & obed.* Verricell. *citat. quæſt.* 83. *num.* 4. ubi refert reſolutionem Congregationis particularium Theologorum in Urbe de anno 1631. Imò Conſtitutio circa Fidem, etſi concepta 20
lingua latina, ligat etiam Græcos, aliosque, quia dicta lingua eſt communior, ut bene perpendit Gonzalez *in cit. cap. licet numer.* 1. *de Baptiſmo*; & de Conſtitutione edita lingua latina per Papam, an afficiat omnes nationes, dixi *tom.* 1. *in prohem. operis §.* 3. *à num.* 15.

Si verò non agatur de articulo Fidei, tunc Con- 21
ſtitutio eatenus comprehendit Græcos, quatenus vel expreſsè eos nominat, vel ſaltem ſi implicitè agatur de re, quæ ipſos tangit, ut de appellatione ad futurum Concilium, & hujuſmodi; ſecùs ſi diſpoſita compatiantur cum Ritibus, & Conſuetudinibus ab Eccleſia Catholica toleratis, quas intervertere Papa non præſumitur, Verricell. *loc. cit.* ex præfato ſen- 22
ſu Congregationis deputatæ, & notant Card. Albitius *de Inconſt. in Fide cap.* 30. *num.* 373. Azor. *tom.* 1. *Inſtit. moral. lib.* 5. *cap.* 11. *quæſt.* 7. Salas *de Legibus diſp.* 14. *ſect.* 15. Squillan. *de privil. Cleric. cap.* 7. *num.* 16.

num. 16. Del Bene *de Immunit. tom.* 1. *cap.* 1, *dubit.* 8. *num.* 2. Diana *part.* 5. *tractat.* 1. *reſol.* 26. ubi an comprehendantur in Decreto Concilii Tridentini circa forum, *cap.* 6. *ſeſſ.* 23. *de reform.*

23 Deveniendo nunc ad articulos contentos in hac Conſtitutione, offertur primò id, quod diſponitur in §. 3. quoad Baptiſmum, quòd ſcilicet Græci tenere & obſervare debeant morem Eccleſiæ Romanæ in unctionibus, quæ circa Baptiſmum fiunt; quòdque toleretur Ritus ungendi totum baptizandorum corpus, ſi ſine ſcandalo tolli non poſſit, cùm ad Baptiſmi efficaciam id non multùm referat; prout nec refert, ſi in aqua frigida, vel calida baptizent, dummodò credant Baptiſmum utroque modo miniſtratum, eandem vim, & efficaciam habere.

24 Scire enim oportet, plura quaod Baptiſmum ſervata fuiſſe apud Græcos juxta eorum Ritum diverſum à Latinis; & primò circa ea, quæ dicit hæc Bulla, quòd ſoleant ungere totum corpus baptizati, divino, ut dicebant, unguento; imò poſt Baptiſmum ſtatim confirmabant, ut apud Arcud. *de concord. Eccleſiæ Occid. & Orien. lib.* 2. *c.* 7. *pag.* 85. §. *ex his duo, & ſeq.* & dixi *tom.* 2. *ad Conſt.* 5. *Honor. III. ſect.* 1. *nu.* 4. & dicam mox infra; prout totum corpus immergebant in aqua tribus immerſionibus, &
25 quidem utebantur aqua calida, dum tamen Eccleſia Latina utitur infuſione aquæ, & aſperſione in ſolo capite; imò etſi uſa fuerit trina infuſione, tamen juſtis de cauſis Latini pro varietate locorum, & regionum uſi fuerunt trina, vel unica aſperſione, cùm trina non ſit neceſſaria ad eſſentiam Sacramenti, atque utrumque rectum, utrumque irreprehenſibile in Sancta Dei Eccleſia habeatur; quamvis ad improbandam hæreſim Arianorum, qui alludendo eorum errori aſſerenti tres Naturas Divinas, trina aſperſione in Baptiſmo utebantur, D. Gregorius juſſerit, ut in Hiſpania, ubi præſertim talis hæreſis vigebat, unica uterentur aſperſione, inquiens: *Ne videantur apud nos, qui tertiò mergunt, hæreticorum approbare aſſertionem, dum ſequuntur & morem*, ut refertur in *can. de trina* 78. *can. propter* 83. *de conſecr. diſt.* 4.

26 Unde ex Canoniſtarum, & Theologorum ſententia ad eſſentiam hujus Sacramenti, ejuſque validitatem ſufficit quælibet ablutio aqua naturali facta, ſive per aſperſionem, ſive per immerſionem, dum in una Fide nihil officit Eccleſiarum conſuetudo diverſa, *citat. can. de trina*; idque permittit Papa in hac Conſtitutione; hæc tamen mutatio Ritus nequit fieri ad libitum, adeout aſſerens, Ritus in ſolemni Sacramen-
27 torum adminiſtratione receptos, & approbatos per Eccleſiam Catholicam, omitti, aut in novos per quemcunque mutari poſſe, anathema declaretur à Sacro Concilio Tridentino, *Can.* 13. *ſeſſ.* 7. *de Sacram.* Bonacina *de Sacram. in genere quæſt. ultima puncto unico*, Enriquez *in Summa lib.* 1. *c.* 11. & ideò forſan
28 apud Græcos inolevit Ritus utendi aqua calida, ut permittitur in hac Conſtitutione, quia totum corpus immergebant, qua de cauſa benedicebant aquam in quolibet actu Baptiſmatis, pro uſu præſentium tantùm, nec conſervabant aquam benedictam, prout faciunt Latini, quia non polluitur tota, ut fit per immerſionem totius corporis, de quibus vide cit. Arcud. *lib.* 1. *cap.* 7. *& ſeqq.* Gonzalez *in cap.* 1. *nu.* 2. *de Baptiſmo*, Durant. *de Ritibus Eccleſiæ lib.* 1. *cap.* 19. Vicecomes *de Ritibus Baptiſmi lib.* 4. *cap.* 6. Suarez *tom.* 3. *in* 3. *parte diſp.* 20. *ſect.* 3. ubi quod
29 trina immerſio ſignificet tres perſonas, unica verò unicum Deum.

30 Ultra prædictum Ritum Græcorum in Baptiſmo, etiam forma apud eos erat varia; nam formula eorum eſt: *Baptizetur N. Servus Chriſti in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, ut notat Gonzalez *in cit. cap. licet num.* 3. *de Baptiſmo*, vel loco verbi *Baptizetur*, eos uti verbo *Baptizatur*, tuetur Arcud. *loc. cit. cap.* 8. Forma autem Latinorum eſt: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, ut in *cap.* 1. *de Baptiſmo*. Evenit hujuſmodi Ritus Græcorum ad tollendum Schiſma apud Corinthios, dum unuſquiſque dicebat: *Ego ſum Cephæ, ego ſum Pauli*, ut apud Gratian. *Can. cum tantum* 47. *de Conſecr. diſt.* 34. Imò Latinorum formam, hæreticam dicebant, & rebaptizabant ſic baptizatos, quod improbarunt Jura Canonica, ut in *cit. cap. licet*, Bellarmin. *de Baptiſmo cap.* 3. Verùm ſicuti certum eſt cum forma Latinorum confici verum Sacramentum, ita etiam fuit declaratum in Conc. Florentino ſub Eugenio IV. formam Græcorum eſſe etiam ſufficientem, cùm 31
in illa intelligatur actus fieri per miniſtrum Baptizantem, itaut cùm forma ſit ſufficiens, etiam validum erit Baptiſmum Latino cum tali forma miniſtratum, licèt peccaret, dum faceret contra Ritum ſuum, Gonzalez *cit. cap. licet in fine de Baptiſmo*, & latè de dicta forma Arcudius *cit. cap.* 8. Card. Lauræa *in Epitome Canonum verbo Baptiſmus, ejuſque materia, & forma*, Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.* 7. *de Baptiſmo*. Et quoad formam Catholicorum, cùm fuerit 32
dubitatum, an ſi Miniſter uſus fuerit verbis: *Ego te baptizo in nomine Patris, & in nomine Filii, & in nomine Spiritus Sancti*, eſſe verè baptizatum fuit reſolutum per Sacram Congregationem Concilii in una *Poloniæ* 4. *Maji* 1641. *lib.* 16. *pag.* 519. & in terminis 33
baptizati ab Obſtetrice, quæ poſtea comperta fuit ignorare formam Baptiſmi, ex quo dubitabatur, an verè quis fuerit baptizatus, & quod fortè potuerit tempore collati Baptiſmi neſcire debitam ejus formam, debere ſub conditione rebaptizari verbis, quæ præſcribit Alexand. III. *in cap. de quibus de Baptiſmo*, eadem Sac. Congregatio reſpondit *in Civitatis Ducalis prima Decemb.* 1605. *lib.* 10. *Decr. pag.* 140. *à ter.*

Quoad Miniſtrum etiam eſt error apud Græcos, 34
putantes non licere Laico baptizare, neque in neceſſitate. Sed licèt ordinarius Miniſter ſit Presbyter, tamen verè in caſu neceſſitatis eſt Diaconus, Subdiaconus, imò Laicus, quod etiam ex Auctoribus Grecis probat latè Arcud. *loc. cit. cap.* 11. prout inter Latinos inconcuſſa eſt ſententia, imò etiam & Mulier, necnon Infidelis, Hebræus, Hæreticus, dummodò ſervetur forma Eccleſiæ Catholicæ; non autem quis poteſt ſe ipſum baptizare, *cap. debitum* 35
de Baptiſ. ita tamen ut magis dignus baptizare debeat, aliàs & ſi Baptiſmus ſit validus, peccaret Miniſter; dum autem concurrit neceſſitas, nequit ſolemniter miniſtrari per extraordinarium Miniſtrum, ſed debent ceremoniæ in Eccleſia ſuppleri per Miniſtrum Ordinarium, de quibus apud Fagnan. *cap. ſi quis puerum num.* 9. *&* 15. *de baptiſ.* Gonzal. *cap.* 1. *de Freib. non bapt.* imò etiam Pater, & Mater baptizare 36
poteſt in caſu neceſſitatis, nec exinde uſus Matrimonii impeditur, *can. ad limina* 30. *quæſt.* 1. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 62. *num.* 10. Card. de Lauræa *in epitome Canonum verb. Baptiſmi Miniſter*.

Continuat Innocentius in hac Conſtitutione 37
§. 4. & 5. quoad Ritum Sacri Chriſmatis, ut ſcilicet ſoli Epiſcopi eo conſignent in frontibus baptizatos, & ſinguli Epiſcopi in ſuis Eccleſiis in die Cœnæ Domini Chriſma conficiant ſecundùm formam Eccleſiæ ex Balſamo, & Oleo Olivarum, quòdque toleretur conſuetudo, quatenus Patriarcha unà cum Archiepiſcopis, & Epiſcopis Suffraganeis, & Archiepiſcopi cum Suffraganeis ſuis, ſimul Chriſma conficiant, prout ſolent facere Græci, & in *loc. cit. Conſtit.* 34. *Clem. VIII.* §. 1. dicitur, quòd Presbyteri Græci baptizatos Chriſmate in fronte non conſignent, quòdque proinde tollantur verba id importantia in Euchologio, & quòd Epiſcopi Latini baptizatos à Presbyteris Græcis confirment ſub conditione, præſertim ſi dubitari poſſit, quòd ab Epiſcopis fuerint baptizati, ubi etiam præſcribit formam hujuſmodi Confirmationis ſub conditione faciendæ, & in §. 3. *in fine*, declarat non eſſe cogendos Presbyteros Græcos Olea Sancta, præter Chriſma, ab Epiſcopis Latinis Diœceſanis accipere, quòdque Chriſma ne- 38
queant recipere ab Epiſcopis Græcis Schiſmaticis, ſeu Sacræ Romanæ Eccleſiæ communionem non habentibus.

Inter

Digitized by Google

39 Inter Eccleſiam Latinam, & Græcam nulla eſt diſſenſio apud Catholicos de veritate hujus Sacramenti, ejuſque vi, & efficacia, ut liquet ex *can. nullus Miniſtrorum de Conſecratione diſt.* 4. Sac. Conc. Trid. *ſeſſ. 7. de Confirmatione*, Sayr. *de Sacram. in genere lib. 2. cap. 2. quæſit. 3. art. 2.* Layman. *in Theologia morali libr. 5. capit.* 1. Hurtado *de Sacram. Confirm. diſſ.* 2. & quoad Græcos ex auctoritate Sanctorum Patrum erudite probat Arcudius *cit. lib. 2. cap. 4.* prout quoad materiam, eſſe Chriſma conſecratum
40 apud Græcos, & Latinos, cùm addant illi alia multa aromata, qui uſus fuit toleratus, dummodo ante Schiſma introductus, Card. de Lugo *reſp. lib. 1. dub.* 8. ubi refert Decretum Sacræ Congregationis, & Verricell. *Apoſt. miſſ. quæſt.* 127. *nu.* 8. *in fine*.
41 Mixtura autem Balſami nunquam omittenda eſt, cùm Chriſma non ſit ſimplex oleum, ſed eſt oleum cum balſamo mixtum, *cap. unico de Sacra Unctione, cap. 1. de Sacram. non iterandis*. Verùm an mixtura Balſami in Sacramento Confirmationis ſit de neceſſitate Sacramenti, vel ſolùm neceſſitate præcepti, magna eſt controverſia inter Canoniſtas, & Theologos. Plurimi ſiquidem volunt, Balſamum eſſe de neceſſitate Sacramenti, adeout ſi Epiſcopus Confirmationis Sacramentum miniſtret cum ſolo Oleo conſecrato abſque mixtura Balſami, nullum Sacramentum faciat, innixi textui in *cap. unico*, §. *per frontis de Sacra Unctione*, *Concil. Florentin. in Decreto de unione Armenorum*, relato in *Conſtit.* 19. *Eugenii IV.* incip. *Exultat.* §. 11. & verbis Fabiani Papæ *epiſt.* 2. ibi: *Ex Divina inſtitutione provenire, ut Oleum cum Balſamo conficiatur*; & ita hanc ſententiam tuentur Fagnan. *cit. cap. unico numer.* 53. *de Sacra Unctione*, Bellarmin. *lib. 2. de confirmatione cap.* 8. *&* 9. Filliuc. *de Sacram. Confirmat. capit. primo, quæſt.* 5. Baſil. Pontius *eodem tract. part. 2. cap. 2. numer.* 4. Villalob. *in ſumma tom. 1. tract. 6. diff. 2. num.* 2. Pax Jordan. *tom. 1. lib. 3. tit. 2. num.* 34. & alii apud Dianam *tom. 8. tract. 1. reſol.* 11. Alii tamen cenſent, ad validitatem Sacramenti Confirmationis ex inſtitutione Divina ſufficere purum Oleum ab Epiſcopo conſecratum, abſque mixtura Balſami, eamque tantùm requiri ad ritè eum conferendum juxta præceptum Eccleſiæ; quod probant ex *cit. cap. 1. de Sacram. non iteran.* & fusè Gonzalez *cap. Presbyter eodem titulo*, Cajetan. *in 3. part. qu. 72. artic.* 1. Navarr. *in manual. cap. 22. num.* 8. Sotus *in 4. diſt. 3. quæſt. un. art.* 2. Valent. *controverſ. tom. 4. diſp. 5. quæſt. 1. part.* 1.
42 In hac tamen rerum ambiguitate accipe mentem Sacræ Congregationis Concilii, in qua, cùm proponeretur, Bertam ſuſcepiſſe filium Caii in Sacramento Confirmationis ab Epiſcopo per errorem miniſtrato cum Oleo Infirmorum; & exinde dubitaretur, an ortum eſſet impedimentum cognationis ſpiritualis inter prædictos matrimonium contrahere cupientes; Sacra Congregatio reſpondit: *Ad mentem*, quæ fuit, ut diſpenſaretur ad cautelam; *die 4. Aprilis* 1693. *in dubio cognationis ſpiritualis*, ex quo videtur magis inclinaſſe priori ſententiæ, uti tutiori.
43 Conveniunt ulteriùs Græci cum Latinis, ut conſecretur Chriſma ab Epiſcopo, ut notat *cit.* Arcudius *capit. quinto, in fin.* permiſſa tamen conſuetudine in hac Conſtitutione, ut Patriarcha unà cum Epiſcopis Chriſma conſecret, vel Metropolitanus cum Epiſcopis ſuffraganeis, & confectum tranſmittatur inferioribus Provinciis, ut notat *cit.* Arcudius. *cap. 9. §. ſed utcunque*, ibi: *Quia uſu quodam Eccleſiæ, neque cæteri Græcorum Epiſcopi Chriſma conficiunt, ſed dumtaxat Patriarcha Conſtantinopolitanus, à quo reliqui accipiunt*; prout etiam commemorat, quòd Romana Eccleſia antequàm ab ea deficerent Orientales, annuatim Chriſma mittere ſolita erat Conſtantinopolitanis.
44 Quoad formam, utuntur Græci his verbis: *Signaculum donationis Spiritus Sancti*, quorum ſenſus eſt; Hoc ſigno donantur munera Spiritus Sancti, quod coincidit in ſenſu cum formula Latina: *Signo te ſigno Crucis, confirmo te Chriſmate ſalutis*; & ſic permittitur ab Eccleſia, quæ nunquam videtur inter Ritus non toleratos id repoſuiſſe, ut apud Arcud. *cit. c.* 6. latè cit. Pignatell. *conſult. 78. tom. 8. num. 2. &* 3. Verricell. *de Apoſt. miſſ. quæſt. 168. ſect. 2. nu.* 13. prout nihil refert, ſi unctio fiat vario modo, ut proſequitur cit. Pignatell. *num.* 6. & permittitur clarè in hac Conſtitutione.

Differentia eſſentialis in hoc Sacramento inter Græcos, & Latinos eſt quoad Miniſtrum, nam in Eccleſia Latina Miniſter Ordinarius eſt ſolus Epiſcopus, & Presbyteri raro, & diſpenſativè tantùm in abſentia Epiſcopi à Sede Apoſtolica permittuntur confirmare, unde in *Conc. Trid. ſeſſ. 7. de confirmatione can.* 3. ſtatutum fuit, quòd *ſi quis dixerit ſanctæ Confirmationis Ordinarium Miniſtrum non eſſe ſolum Epiſcopum, ſed quemvis ſimplicem Sacerdotem, anathema ſit*; idque fuit ſtatutum in Concilio Florentino in *cit. Decreto de unionem Armenorum*, idemque etiam ex Sanctis Patribus liquet, apud Dionyſium *de Eccleſiaſtica Hyerarchia cap. 2. & cap.* 5. Card. Bellarmin. *lib. unico de confirmat. cap.* 12. Bonacina *de Sacram. diſp. 3. quæſt. unica punct. 2. n.* 3. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi par. 2. allegat. 30. num. 1. & ſeq. & ad cit. ſeſſ. 7. Concil. Trid. num.* 3. latè Gonzal. *cap. quanto n. 7. de conſuetud.* itaut nec Abbas benedictus 45
poſſit tale Sacramentum miniſtrare, niſi ex privilegio Sedis Apoſtolicæ, Barboſ. *cit. alleg. 30. num.* 5. Fagnan. *cap. cum veniſſet nu. 10. de Sacra Unctione*, ubi quòd Abbas Montis Caſſini ex declaratione Sacræ Congregationis Concilii non habeat ejuſmodi facultatem, quamvis ex privilegio exerceat quæcumque jura Pontificalia, præter tamen ea, quæ ad Chriſma, & Sacros Ordines pertinent, Nicol. *in Floſc. verb. Chriſma, & lib. 1. Inſtit. Canon. tit. 15. nu.* 1. & vide, quæ dixi ſupra ad *Conſtitut. 5. Innoc. IV. ſect. unica*. Et quoad Abbates Congregationis SS. Benedicti, & Bernardi, reſolvit eadem Sacra Congregatio in *Colimbrien. 26. Junii* 1655. *ad 2. lib. 19. Decr. pag. 484. à ter.* ubi quòd Sacramentum Confirmationis conferre non poſſint; adeout confirmati ab ipſis indigeant nova Confirmatione. 46
47 Cùm autem in miniſtrando Confirmationis Sacramento, ultra poteſtatem Ordinis requiratur ea juriſdictionis, non valet ab Epiſcopo licitè miniſtrari in aliena Diœceſi abſque licentia proprii Ordinarii; imò nec Archiepiſcopus in Diœceſi Suffraganei, prout nec Epiſcopus in Diœceſi verè nullius, ut in terminis reſolutum refert Pignatell. *tom. 7. conſult. 7. num. 3. & tom. 10. conſult. 154. num. 2. cum ſeqq.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg. 30. num.* 15.

Sequitur ulteriùs, nec in propria Diœceſi licitè miniſtrari poſſe ab Epiſcopo Chriſma perſonis alterius Diœceſis abſque conſenſu Epiſcopi confirmandorum, ut reſolvit Sacra Congreg. Concilii *die 28. Novembr.* 1602. *libr. 10. Decr. pag.* 49. ubi propoſito dubio: *An liceret Epiſcopo perſonis ſibi non ſubjectis Sacramentum Confirmationis conferre abſque conſenſu proprii Epiſcopi confirmandorum?* fuit reſolutum omnium conſenſu *Non licere*. Idemque etiam docent S. Antonin. *in ſumma parte 3. tit. 14. §.* 5. Silveſter *verbo Confirmatio qu.* 5. Tabien. *verbo Confirmat. §.* 6. Armillà *verbo Confirmat. numero tertio*, Paludan. *in 4. diſt. 7. qu.* 4. Toletus *lib. 2. cap.* 24. Bellarmin. *de Sacram. lib. 2. cap. 12. in fine*, Bartol. de Angel. *dial. 3. §.* 62. Suarez *parte 3. quæſt. 72. art.* 12. quos Auctores nominatim ſequuta fuit Sacra Congr. in adducta reſolutione. Verùm contrarium ex uſu tolerari tenent Barboſa *citata alleg. 30. numero 14. &* Diana *part. 3. tract. 4. reſol. 24. verſ. adde*. Sed ſatis dubitatem an talis uſus excuſet, cùm Prælati attentiores talem uſum non admittant, Pax Jordan. *tom. 1. lib. 3. tit. 2. num.* 49. & Cardinalis Archiepiſcopus Neapolitanus in Edicto pro Confimatione id ſolet prohibere, ut apud Criſpin. *in Viſit. Paſtoral. part. 2. §. 17. pag.* 513. quia verè Epiſcopus intra limites ſuæ 48

Juriſdictionis debeat ſe continere reſpectu tum loci, tum perſonarum.

49 Ulteriùs erit nedum illicitum reſpectu ſuſcipientium, ſed etiam invalidum Sacramentum, ſi Epiſcopus expreſsè ſe declaraverit nolle confirmare, niſi Diœceſanos, quia tunc deficeret intentio Miniſtri, ſine qua Sacramentum eſt invalidum, ut notant Bonacin. *tom.* 1. *oper. moral. diſp.* 1. *quaſt.* 3. *punct.* 2. §. 3. *num.* 18. Hurtad. *de Sacram. diſp.* 4. *diff.* 6. §. *ſed quamvis*, *& diff.* 7. §. 1. *pag.* 36. Idque in terminis reſolvit Sacr. Cong. Concilii occaſione, qua Epiſcopus Feſulanus Chriſma miniſtraturus, ſe priùs expreſsè declaravit, nolle, neque intendere confirmare Diœceſanos Florentinos, alioſque, qui legitimam ſuorum Ordinariorum licentiam non habuiſſent; cùmque nonnulli Florentini hujus declarationis inſcii ad Confirmationem acceſſiſſent, fuit dubitatum; *An præfati Diœceſani Florentini fuerint validè confirmati?* Et ſub die 8. Auguſti 1682. fuit reſponſum; *Negativè*.

Poterit tamen Epiſcopus confirmare non Diœceſa-
50 num, ſi hic à proprio Epiſcopo Dimiſſorias obtineat ad Ordines, dum adhuc non erat confirmatus; præſumi enim poteſt voluiſſe Epiſcopum dimittere ad recipiendam Confirmationem, dum dimiſit ad Ordines, qui hanc ſupponunt, Barboſ. *cit. alleg.* 30. *num.* 14. Diana *cit. reſol.* 24. ubi alii, & ex eadem præſum-
51 ptione, cuidam Clerico, qui Dimiſſorias obtinuerat ad Ordines Sacros, nulla facta mentione Ordinum Minorum, fuit à Sacra Congregatione Concilii permiſſum, ut cum eiſdem Dimiſſoriis ad Ordines Sacros tantùm, poſſet etiam ordinari in Minoribus, in *Andegaven.* 22. Junii 1707. quamvis in hoc caſu tutius ſit recurrere ad eandem Sacram Congregationem.

Quo autem ad miniſtrationem hujus Sacramenti
52 in locis exemptis, & nullius Diœceſis, niſi Abbates habeant facultatem ſpecialem Chriſma miniſtrandi, quam regulariter non habent, ut dixi ſupra *num.* 46. convocandus eſt Epiſcopus, ut illud miniſtret; adeout ſi Abbas ſit verè Nullius, habeat Territorium ſeparatum faciens propriam, & diſtinctam Diœceſim, gaudeatque tertia ſpecie exemptionis, de qua dixi *tom.* 3. *ad Conſt.* 6. *Anaſtaſii IV. ſect.* 1. *& ad Conſt.* 5. *hujus Pontificis ſect. unic. num.* 29. & latè Rota *in Burgen. Juriſdictionis ſuper commiſſione curæ* 11. *Junii* 1706. §. *quin obſtaret* coram D. Anſaldo, & Abbas hoc pacto exemptus convocare poteſt quemcumque maluerit Antiſtitem, ut reſolutum refert Fagnan. *cit. c. cùm veniſſet* §. *per frontis num.* 7. *verſ. cæterùm*, Rota *deciſ.* 723. *nu.* 6. coram Cerro, & reſolvit Sacra Congregatio Concilii in *Dirachien.* 21. *Auguſt.* 1627. *lib.* 13. *Decr. pag.* 316. ibi: *Si Abbatia hujuſmodi nullius Diœceſis exiſtat, eſſe in facultate Commendatarii convocare, quem maluerit Catholicum Antiſtitem, ad Sacramentum Chriſmatis miniſtrandum:* ſimiliter in *Iſernien.* 1. *Martii* 1687. fuit reſcriptum, manutenendum eſſe Abbatem S. Vincentii in Vulturno in poſſeſſione vocandi Epiſcopum ſibi benè viſum ad effectum adminiſtrandi Sacramentum Confirmationis in ejus Abbatia, ſalvo tamen jure Epiſcopi vicinioris. Secùs autem dicendum eſt in Abbatiis, quæ verè Nullius non ſunt, nam in iis Chriſma miniſtrare, pertinet ad Epiſcopum viciniorem, ſeu in cujus Diœceſi Abbatia ſita eſt, Pignatell. *cit. conſ.* 154. *num.* 11.

Apud Græcos autem ſimplices Presbyteri reputan-
53 tur Miniſtri Ordinarii hujus Sacramenti, idque ſive ex opinione, quòd in hoc Sacramento ſimplex Presbyter ſit ordinarius Miniſter; ſive ex conſuetudine ſenſim introducta, dum apud eos poſt Baptiſmum ſtatim confertur Chriſma, ut dixi ſupra *numero* 24. Eccleſia autem Catholica id ſemper improbavit, &
54 confirmatos à ſimplicibus Presbyteris iterum confirmari juſſit, ut conſtat ex adductis Conſtitutionibus, & habetur in *cap. quanto de conſuetud.* Idque conſonum eſſe nedum veritati Catholicæ, ſed etiam menti SS. Patrum Græcorum, latè probat Arcud. *cit. cap.* 10. *& ſeqq.* Fagnan. *cit. cap. quanto num.* 2. Gonzal. *ibidem numero* 7. Uſque enim à temporibus Apoſtolorum ſoli Epiſcopi Chriſma miniſtrabant, *Act. Apoſt. cap.* 8. ubi quòd Petrus, & Joannes adierunt Samariam, ut baptizatis manus imponerent. Unde S. Hieronym. *in dialog. adverſus Luciferian.* ait: *Non abnuo hanc eſſe Eccleſiarum conſuetudinem, ut ad eos, qui longè in minoribus Urbibus per Presbyteros, vel Diaconos baptizati ſunt, Epiſcopus ad invocationem Sancti Spiritus manus impoſiturus excurrat.* Similiter Euſeb. *Epiſt.* 3. *ad Epiſcopos Tuſciæ, & Campaniæ*, inquit: *Manus quoque impoſitionis Sacramentum magna veneratione tenendum eſt, quod ab aliis perfici non poteſt, niſi à Summis Sacerdotibus, nec tempore Apoſtolorum ab aliis, quàm ab ipſis legitur peractum*; quam conſuetudinem ex Inſtitutione divina explicata per Apoſtolos, religioſè ſervavit ſemper Eccleſia Latina, ut notat Thomaſſin. *ex Epiſt.* 1. *Innoc. I. ad Epiſcopum Eugubinum, to.* 1. *de Benef. lib.* 2. *c.* 23. *nu.* 7. & docent latè Chriſtianus Lupus *ad primam Synodum calumniat.* 4. *fol.* 1422. Haplyerius *in Vindiciis Pariſ. lib.* 2. *cap.* 2. §. 4. Pignatell. *to.* 8. *conſul.* 89. *nu.* 7. *& ſeq.* quam veritatem conati ſunt intervertere Calvin. *lib.* 4. *Inſtit. cap.* 19. §. 10. Vvicleff. *lib.* 4. *trialog. cap.* 14. aliique relati à Bellarm. *tom.* 2. *libr.* 2. *de Confirmatione cap.* 12. qui errores fuerunt refutati in Concilio Tridentino, & Florentino, ut ſupra dixi; & licèt talem conſuetudinem, utpotè antiquiſſimam inter Græcos, afferat eſſe nunc etiam permiſſam ſaltem quoad Orientales, Arcudius *cit. lib.* 2. *de Confirmatione cap.* 10. *& ſeqq. & cap.* 15. *verſ. non placet*, & etiam innuit Gonzal. *cit. cap. quanto num.* 13. *in fine de Conſuet.* Lucas Olſtenius *in diſcept.* 1. *de Miniſtro Confirm.* itaut non debeat reiterari Confirmatio; rationeſque adducunt, quòd potuerit hæc conſuetudo ſuſtineri ex delegatione Summi Pontificis ſaltem tacita, quòdque *cit. cap. quanto* fuerit directum ab Innocentio III. Vicario Latino apud Conſtantinopolim conſtituto, & hæc Bulla Innoc. IV. fuerit directa Legato Regni Cypri, quam publicatam non fuiſſe ſupponit Arcud. *loc. cit. cap.* 15. *pag.* 109. quòdque Conſtitutio Clementis VIII. utpotè directa Italo-Græcis, non comprehendat Græcos Orientales, idemque ſentit Verricell. *qu.* 131. *per tot.*

Verùm clara ſunt Jura hujuſmodi conſuetudinem 55
improbantia, nec ipſam ſuffragari, quin Chriſma à ſimplici Presbytero, etiam Græco, miniſtrari validè poſſit, tum quia *citat. capit. quanto* procedit indefinitè, & non pro ſolis Presbyteris Latinis, ut malè ſupponunt Arcudius, & Verricell. *loc. cit.* tum quia expreſsè contrarium decernitur, & definitur in hac Conſtitutione, ibi: *Soli autem Epiſcopi conſignent Chriſmate in frontibus baptizatos, quia hujus unctio non debet niſi per Epiſcopos exhiberi:* & luculentiùs in *citat. Conſtitut.* 19. *Eugenii IV.* ibi; *Miniſter eſt Epiſcopus, & cùm cæteras unctiones ſimplex Sacerdos valeat exhibere, hanc nonniſi Epiſcopus debet conferre, quia de ſolis Apoſtolis legitur, quorum vicem tenent Epiſcopi, quod per manus impoſitionem Spiritum Sanctum dabant:* quibus acceſſit Sacr. Concilium Tridentinum *ſeſſ. ſeptima, de Sacram. Confirmat. can. tertio*, ubi anathema declaravit aſſerentes, ordinarium Miniſtrum Confirmationis non eſſe ſolum Epiſcopum, ſed quemlibet ſimplicem Sacerdotem. Ex quibus conſtat, non poſſe Græcos ſe tueri conſuetudine, quæ cenſeri debet corruptela. Nec obſtat, quòd Gregorius XIII. dum de anno 56
1578. apud Maronitas quandam Synodus celebraretur, ſcribens ei, qui in Synodo præſidebat, dixerit, quòd ibi confirmati à ſimplici Presbytero, poſſent iterum ab Epiſcopo confirmari, ſi vellent, quòdque non oporteret Confirmationem iterari, ſi inde ſcandalum timeretur. Siquidem non ideò dicendum eſt, Papam approbaſſe, Confirmationem à ſimplici Presbytero miniſtratam validam eſſe; ſed

Digitized by Google

ſed potiùs permiſiſſe non reiterari, quia quamvis eſſet nulla ex defectu Miniſtri, ad vitandum tamen ſcandalum Græcorum, toleravit poſſe non reiterari, cùm Confirmatio non ſit Sacramentum neceſſarium ad ſalutem. Nec ſubſiſtit id, quod aſſerit Verricell. *loc. cit.* nempe præfatæ conſuetudini fuiſſe quidem derogatum per hanc Conſtitutionem, & per *cit. cap. quanto*; hæc tamen Jura quoad hoc ſubſtuliſſe Concilium Florentinum in citato decreto de Unione Ar-
57 menorum. Siquidem id adeo à vero alienum eſt, ut idem Concilium potiùs contrarium expreſsè declaraverit, ut conſtat ex verbis mox relatis *cit. Conſt.* 19. *Eugen. IV.* Similiter Clemens VIII. in *cit. Conſt.* 34. juſſit iterum confirmari Græcos à Presbyteris confirmatos; quod ſanè non juſſiſſet, ſi id permiſiſſet Concilium Florentinum; & quamvis ibi dixerit, ut confirmarentur ad cautelam; id tamen evenit, quia agebatur de Italo-græcis, qui valuerant recepiſſe Chriſma ab Epiſcopo; quia tamen id erat incertum, ideò fuit injuncta reiteratio facienda his verbis: *N. ſi es confirmatus, Ego te non confirmo; ſed ſi non es confirmatus, Ego te conſigno Signo Crucis &c.* juxta cautelam reiterationis Baptiſmi præſcriptam in *cap. de quibus de baptiſm.* & ſic reiteratio Confirmationis non fuit injuncta ad cautelam, ex eo quòd potuerat eſſe valida Confirmatio facta à ſimplici Presbytero, ut erroneè ſupponit Verricell. *loc. cit. numero ſecundo*, ſed ex ratione adducta. Ex quibus firmum remanet, Præsbyteros Græcos etiam Orientales, Chriſma invalidè miniſtrare, atque Confirmationem per ipſos collatam eſſe reiterandam, niſi exinde ſcandalum ſuboriatur, & plura ad rem affert Pignatell. *tom.* 8. *conſult.* 78. *numero* 7. *cum ſeqq. & tom.* 6. *conſult.* 41. *numero* 34. idemque ſentire videtur Card. Albit. *de inconſt. in fide cap.* 20. *numero* 33. *cum ſeqq.* ubi, quòd Canones permittentes ſimplicibus Presbyteris unctionem, non ſint intelligendi de Sacramento Chriſmatis, ſed de aliis unctionibus, quæ apud Græcos in uſu erant, & notat Gonzal. *cit. cap. quanto numero* 16. *de conſuet.* & dicam infra *numero* 66.

58 Conſuetudo autem apud Græcos vigens, ut confirment pueros ante uſum rationis, hodie non permittitur in Eccleſia Latina, quamvis in primis Eccleſiæ ſæculis ob Tyrannorum perſecutionem ſuſtinendam id uſu receptum fuerit; cùm hoc Sacramentum inſtitutum ſit, ut Fideles robur ex eo recipiant ad Fidem confitendam, ut dixit Innocentius III. in *cap. primo*, §. *quia vero de Sacra Unctione*, & retuli *tom.* 2. *ad Conſt.* 5. *Honor. III. ſect.* 1. *numero* 4.
59 Ceſſantibus autem præfatis perſequutionibus, Chriſma in Eccleſia Latina miniſtratum fuit ſeorſim à Baptiſmo, & quidem poſt uſum rationis, cujus rei plures congruentias adducunt Suarez *part.* 3. *tom.* 3. *diſp.* 35. *ſect.* 2. Caſtropal. *tom.* 4. *oper. moral. tract.* 20. *diſp. unic. punct.* 7. *numer.* 5. Diana *part.* 8. *tract.* 1. *reſol.* 46. quamvis validè miniſtretur etiam ante uſum rationis. Unde potuerunt Græci ſuum uſum
60 confirmandi ſtatim poſt baptiſmum retinere, cùm etiam habeat ſuas congruentias, nec ab Eccleſia id eis prohibitum fuit, tam quoad Confirmationem poſt Baptiſmum, quàm quoad ætatem confirmandorum, Verricell. *cit. tit.* 7. *quæſt.* 126. imò etiam apud Latinos talis uſus permittitur, ubi legitimè ſit introductus, præſertim in Novo Orbe, & in partibus Infidelium, ex rationibus adductis per Verricell *ibid.* Pignatell. *cit. conſult.* 78. *num.* 1. *& ſeq.*

61 Quia ſupra dixi, ordinarium Miniſtrum Confirmationis, juxta catholicam veritatem, eſſe Epiſcopum; elicitur Miniſtrum extraordinarium eſſe poſſe Presbyterum ex delegatione Summi Pontificis; nam quicquid aliqui negaverint, ut apud Caſtrum *de hæreſibus verb. Confirmatio, & de punit. hæretic. lib.* 2. *cap.* 21. Petr. Suave *in hiſtor. Concil. Trid. libr. ſecundo*, *pag.* 279. ea ratione, quia, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, nequeunt delegari, *cap. aqua de conſecrat. Eccl.* Tamen in contrarium ſtat communis opinio Theologorum, & Canoniſtarum; id enim aliàs ſimplici Presbytero à Sede Apoſtolica permiſſum fuiſſe, conſtat ex epiſtola D. Gregorii relata in *can. pervenit* 95. *diſt.* quæ intelligi non poteſt de unctione cæremoniali, ut voluit Petr. Marca *de Primatu Lugdunen. pag.* 491. cùm ibi loquatur de unctione Chriſmatis, diſpenſando ut fieri poſſet à Presbyteris, ubi Epiſcopi non adſint; idque apertè conſtat ex Decreto de Unione Armenorum relato in *cit. Conſtit.* 19. *Eugenii IV.* ibi: *Legitur tamen aliquando per Apoſtolicæ Sedis diſpenſationem ex rationabili & urgenti admodum cauſa ſimplicem Sacerdotem, Chriſmate per Epiſcopum confecto, hoc adminiſtraſſe Confirmationis Sacramentum:* unde oppoſita opinio licèt non ſit 62
hæretica, eſt tamen temeraria, ut poſt D. Thom. 3. *par. quæſt.* 72. *art.* 11. latè docent DD. apud Fragoſ. *de regim. Reipubl. part.* 2. *liber.* 8. *diſp.* 18. §. 7. *numer.* 1. Hurtad. *de confirm. diffic.* 3. Verricell. *cit. quæſt.* 129. *numer.* 2. *&* 3. Dian. *part.* 8. *tract.* 1. *reſol.* 3. ubi refert exempla hujuſmodi diſpenſationis 63
factæ ab Alexandro VI. & Gregorio XIII. & paſſim Canoniſtæ *ad cap. cum veniſſet de Sacr. Unct.* ubi Fagnan. *numer.* 3. *&* 4. Gonzalez *cap.* 4. *numer.* 14. *de conſuetud.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi alleg.* 30. *numer.* 4. Bellarmin. *de Sacram. Confirmat. lib.* 2. *cap.* 12. Enim verò licèt Presbyter ſimplex non ſit ordinarius Miniſter, tamen habet Ordinem Presbyteratus, ex quo initiativè eſt capax, & accedente permiſſione Summi Pontificis poterit tale munus exercere, ne ob defectum Epiſcopi remaneant Fideles deſtituti robore hujus Sacramenti, ut latè proſequitur Fagnan. *loc. citat.*

Cæterùm iſtæ facultates ante Concilium Tridentinum conceſſæ, ſunt revocatæ, ut notat Fagnan. 64
ibidem numer. 9. *& ſeqq.* ſed quatenus Abbas Nullius habuerit tale privilegium ante Concilium, quod certè illi derogavit, congruum eſt, ut perdurantibus iiſdem cauſis, ex quibus primò fuerat conceſſum, illud Papa denuò confirmet, præſertim concurrente cauſa difficilis acceſſus Epiſcoporum. Verùm Sacr. Congregatio Concilii III. *Martii* 1575. hujuſmodi petitioni factæ per Abbatem S. Facundii in Hiſpania Ordinis S. Benedicti Nullius Diœceſis, habentis plura oppida, ad quæ difficile eſſet accerſire Epiſcopos, cenſuit Papam poſſe concedere, ſi velit, ſed non expedire, cùm nulla neceſſitas ſubſit, præſertim in Regionibus, ubi adſunt hæretici, qui credunt ſimplicem Sacerdotem poſſe adminiſtrare Chriſma ſicuti Epiſcopi, & ſic ſe confirmabunt in iſta hæreſi, quam Concilium Tridentinum damnavit; licèt Papa concedendo tale privilegium, nec quidem agat contra Concilium, quod tantùm declaravit, Ordinarium Miniſtrum eſſe Epiſcopum. Tamen anno 1674. 18. *Martii* Sanctiſſimus conceſſit tale privilegium Abbati illud ante Concilium habenti, ut poſſet conferre Sacramentum Confirmationis, de licentia tamen Ordinarii, ut ſcilicet non miniſtretur in aliena Diœceſi ſine hujuſmodi licentia.

Hæc autem facultas dari non ſolet, niſi ex urgentiſſimis cauſis, ut etiam indicavit Concilium Flo- 65
rentinum *loc. citat.* ibi: *ex rationabili, & urgente admodum cauſa*: quas cauſas latè examinat Pignatell. *conſult.* 11. *tom.* 6. & generaliter ad hanc materiam plura affert Fermoſin. *to.* 2. *de Offic. & Sacr. Eccl. de Sacram. Confirm. quæſt.* 7. *cum ſeqq.* ubi 66
primò ex Sacrorum Canonum, ac Patrum auctoritatibus tanquam de Fide aſtruit, ordinarium hujus Sacramenti Miniſtrum eſſe Epiſcopum. Ulteriùs viguiſſe olim in Eccleſia ex inſtitutione S. Silveſtri Papæ quaſdam unctiones à ſimplicibus Sacerdotibus miniſtrari ſolitas infirmis, quibus Chriſma miniſtrari non poterat. Supponit tertiò, poſſe ſimplicem Presbyterum ex delegatione Papæ hoc Sacramentum miniſtrare; id autem Diacono, aut alteri non Presbytero, nec quidem à Papa delegari poſſe, deficiente caractere Sacerdotali ex di-

Digitized by Google

ex divina inſtitutione requiſito in Miniſtro hujus Sacramenti, rejecta ſententia Gloſſæ *in can. manus de conſecr. diſt.* 5, & aliorum apud Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 30. *num.* 4. & aliis omiſſis, demum
68 firmat idem Fermoſin. non poſſe ex conſuetudine introduci, ut ſimplex Sacerdos valeat miniſtrare Chriſma; quamvis poſtea abſque ullo fundamento afferat, id apud Græcos ex legitima conſuetudine eſſe introductum; ſed quoad hoc jam dixi ſupra *numero* 55. & ad ibi dicta addo reſolutionem Sacræ Congregationis S. Officii relatam apud Cardin. Albit. *citat. cap.* 30. *numero* 369. ubi quòd eadem Sacra Congregatio quoad Sacramentum Confirmationis nunquam voluit recedere à diſpoſitis in præſenti Conſtitutione Innocentii IV. & à citata Inſtructione
69 Clementis VIII. Cùm enim Italo Græci Regni Siciliæ conqueſti fuiſſent apud Sacram Congregationem, prohiberi ab Archiepiſcopis Panormi, & Montis-Regalis, & ab Epiſcopo Agrigentino, ne Sacerdotes in Baptiſmo conferant Sacramentum Confirmationis; imò cùm Archiepiſcopus Montis-Regalis ſcripſiſſet, dubitare ne populus Græcus ad ſeditionem moveretur, ſi declararetur, eorum Sacerdotes non habere facultatem adminiſtrandi Sacramentum Confirmationis: Sacra Congregatio reſpondit ſub *die* 29. *Martii* 1601, referentibus Cardinalibus Sanctæ Severinæ, & Bellarmino, obſervandam eſſe omnino Inſtructionem Clementis VIII. Gravem enim abuſum eſſe, quòd ſimplices Sacerdotes audeant dictum Sacramentum adminiſtrare; non tamen declarare Græcos, qui jam obierant, deceſſiſſe abſque eo Sacramento. Inſuper decrevit, Chriſtianos à Presbyteris confirmatos, ab Epiſcopis debere iterum confirmari ſub conditione.

70 Pro concedenda autem hac facultate ſimplicibus Presbyteris, non ſufficit ſimplex defectus Epiſcoporum per aliquod tempus. Hinc Epiſcopo Tarraconenſi fuit per Sacram Congregationem Concilii denegata facultas delegandi Vicarium in quadam Inſula ſuæ Diœceſis pro miniſtrando Chriſma, cùm ibi difficilis eſſet acceſſus, in *Tarraconen.* 25. *Januarii* 1659. *lib.* 21. *Decr. pag.* 512. Similiter aliàs ſe conquerentibus Archiepiſcopo, & Epiſcopis Eccleſiarum in Inſulis Philippinis, ſe ob Diœceſum ſuarum amplitudinem, ac Populorum frequentiam, quorum non exigua pars extra Civitates, & Oppida campeſtrem vitam abſque civili commercio in vaſtiſſimis agris vivit, Confirmationis Sacramentum opportunè ſubditis ſuis miniſtrare non poſſe, adeout quamplures non confirmati decederent; ſupplicarunt Sanctiſſimo pro facultate id munus Sacerdotibus Sæcularibus, vel Regularibus delegandi. Et ſub *die* 28. *Januarii* 1668. exquiſito voto Sacræ Congregationis Concilii fuit reſcriptum, non conſtare de cauſis indulgendi. Regulariter autem dicta Sacra Congregatio hujuſmodi cauſas remittere ſolet ad Sacram Congregationem S. Officii, ut ſervatum fuit in *Canarien.* 30. *Maii* 1676.

71 Ulteriùs quamvis Regulares Miſſionarii in partibus Infidelium, præſertim in Novo Orbe hanc facultatem regulariter habeant; generaliter tamen illam non habere, nec per communicationem privilegiorum, ſed aliquando perſonaliter conceſſam fuiſſe, refert Verricell. *quaſt.* 132. *tit.* 7. ubi quòd in ordinariis privilegiis, quæ dantur Miſſionariis à Sacra Congregatione de Propaganda Fide, hanc facultatem conceſſam non viderit, Arcudius *cit. libro ſecundo, capit. decimo quinto*, cùm conceſſa non cenſeatur, niſi per verba expreſſa, nec ſufficiant verba generalia.

72 Debent autem Epiſcopi ſedulò incumbere in adminiſtrando hujuſmodi Sacramento temporibus opportunis, & loco commodo pro populo, quemadmodum in Urbe miniſtratur in Baſilica Lateranenſi ab Octava Paſchæ uſque ad feſtum SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli; & alibi debet miniſtrari in Cathedrali, niſi ex conſuetudine à Prædeceſſoribus obſervata miniſtrari ſoleat in Eccleſiis Parochialibus in actu Viſitationis, ut reſolvit Sacra Congreg. Concilii in *Seguntina menſe Februarii* 1589. *libr. quinto, fol.* 259. 73
Et quidem miniſtrandum eſt ab Epiſcopo gratis, nec pro eo aliquid exigi poteſt, *cap. non ſatis, cap. audivimus, & cap. in tantum de ſimonia*; quod procedit nedum quoad Epiſcopos Confirmantes, ſed etiam quoad Vicarios, Cancellarios, alioſque familiares, ut præſcribitur in *Taxa Innocentiana* §. 6. Unde eſt 74
quòd Epiſcopus Chriſma miniſtrare debet in actu Viſitationis, ut reſolvit eadem Sacra Congregatio in *Amalphitana* 18. *Julii* 1699. *lib.* 49. *Decr. fol.* 252. ubi propoſito dubio; *An Archiepiſcopus teneatur ſaltem occaſione Viſitationis adminiſtrare Sacramentum Confirmationis in locis ſuæ Diœceſis, quæ viſitat?* Reſpondit: *Affirmative*. Nec pro collatione Confirmationis poteſt exigere diſtinctam procurationem ab ea, quæ pro Viſitatione exigi ſolet; imò ſi tantùm pro miniſtranda Confirmatione aliquem locum adierit, nequit prætendere procurationem, aut victualia, Fagnan. *cap. venerabili num.* 19. *de cenſib.* Nicol. *Elucubr. Canon. lib. primo tit.* 15. §. *Epiſcopus*, & fuit reſolutum in eadem *Amalphitana*, ad 75
ſecundum dubium, ibi; *An occaſione miniſtrationis dicti Sacramenti Confirmationis in Viſitatione, potuerit, & poſſit in futurum Procurationem ab Univerſitatibus laicis exigere, & an exactas reſtituere teneatur?* Sacra Congregatio reſpondit; *Negativè quoad primam partem, & affirmative quoad ſecundam à die habiti recurſus*; quæ reſolutio confirmata fuit ſub die 6. Februarii 1700.

Idque Juri conſonum eſt, cùm Epiſcopus teneatur ex proprio munere Chriſma miniſtrare, unde non debet diœceſanos gravare in duplici procuratione, dum Chriſma miniſtrare poteſt in eodem actu Viſitationis, in quo ſenſu fuit eadem Sacra Congregatio in *Sabien.* 13. *Novembris* 1638. *lib.* 16. *Decr. pag.* 106. *à terg.* ubi cenſuit, Epiſcopo accedenti ad Sacramentum Confirmationis miniſtrandum, victualia minimè deberi, ſed adminiſtrari poſſe occaſione Viſitationis. Nec obſtat reſolutio ejuſdem Sacræ Congregationis in *Minerbien.* 14. *Aprilis* 1655. *libr. decimo nono, Decret. pag.* 452. ubi ſuppoſita conſuetudine cenſuit, Epiſcopo eſſe ſolvendos ab Univerſitate Montis-Leonis ducatos duodecim pro victualibus occaſione adminiſtrationis Sacramenti Confirmationis. Siquidem hæc reſolutio nitebatur conſuetudini; hodie autem nec circa hoc ſuffragatur conſuetudo, utpotè ſublata per *Taxam Innocentianam in princip.* ibi: *In modo che deve dirſi reproba ogni conſuetudine*. Unicè tamen ſuſtineri poteſt hæc præſtatio, ſi Epiſcopus extraordinariè à Populo invitetur pro hoc Sacramento adminiſtrando extra Viſitationem, quam ipſe non omittit, quia tunc non eſſet actus neceſſarius. Similiter ſi Epiſcopus ad eundem effectum convocetur ab Abbate Nullius, quo caſu ipſe, vel in ſubſidium Populus, tenetur victualia miniſtrare, Nicol. *citat. tit. decimo quinto*, §. *Prælatus*.

(76 in right margin beside "Confir-/mationis")

SECTIO UNICA.

De nonnullis Græcorum Ritibus in Sacramentis Extremæ Unctionis, & Euchariſtiæ.

SUMMARIUM.

1 *Unctio; qua Sacerdotes Græci pœnitentes ungebant pro ſatisfactione pœnitentiæ, prohibita eſt.*
2 *In Sacramento Extremæ Unctionis concordant Græci cum Latinis.*
3 *Differunt tamen quoad loca, quæ inunguntur.*

4 Græ-

Digitized by Google

4 *Græci Extremam Unctionem per plures Sacerdotes miniſtrant.*

5 *Græcis toleratur in Sacrificio Altaris uti aqua calida, vel tepida.*

6 *Uſus miſcendi aquam vino in ſacrificio, ſervandus omnino eſt, etiam ab Armenis.*

7 *Nedum vinum, ſed etiam aqua convertitur in Sanguinem.*

8 *Converſio aquæ in Sanguinem an contingat immediatè, ſive potius mediatè.*

9 *Quod aqua immediatè convertatur in vinum, non eſt de fide.*

10 *Aqua etſi immediatè non convertatur in vinum, ſemper tamen tranſubſtantiatur in Sanguinem.*

11 *Euchariſtia conſervari non poteſt, niſi per quindecim dies, & contrarius uſus eam per annum aſſervandi Græcis prohibetur.*

12 *Abuſus Græcorum in admittendo mulieres in ſervitio Altaris, non toleratur.*

13 *Hic abuſus pluribus Sacris Canonibus proſcriptus fuit.*

14 *Mulieres etiamſi ſint Moniales, ad Altaris Miniſterium non admittuntur.*

15 *Talis prohibitio qua ratione nitatur.*

16 *Mulieribus in Eccleſia exercere prohibetur ea, quæ ad virorum officium pertinent.*

17 *Presbyterarum, & Diaconiſſarum nomine, quæ veniant.*

18 *Earum munus quodnam erat antiquitus.*

19 *Canoniſſarum Ordo quando, & à quo inſtitutus.*

20 *Sunt perſonæ ſæculares, nec vota emittunt.*

21 *Eis licitum eſt Collegium, in quo vivunt, dimittere.*

22 *Canoniſſæ an gaudeant privilegio fori, & canonis, & ſub Clericorum nomine veniant.*

23 *Canoniſſarum munus & exercitia quænam ſint.*

24 *In quibuſdam locis ipſæ miniſtrant in Choro ſimul cum Canonicis ſæcularibus.*

25 *Canoniſſæ habent ſua beneficia, & præbendas.*

26 *Decaniſſa Canoniſſarum eligenda per vota ſecreta, & obtinere debet proviſionem Apoſtolicam.*

27 *Quam jurisdictionem habeat in Canoniſſas ſibi ſubditas.*

28 *Poteſt Clericis conferre officia, & beneficia in ſua Eccleſia.*

1 PRoſequitur Pontifex in §. 6. hujus Conſtitutionis, quòd nullus per Sacerdotes, vel Confeſſarios pro ſatisfactione pœnitentiæ unctione aliqua ſolummodo inungatur; infirmis autem juxta verba D. Jacobi Apoſtoli unctio exhibeatur extrema. Utebantur enim Græci pluribus unctionibus; præſertim autem ungebant Pœnitentes Oleo deputato pro Extrema Unctione ad delenda peccata, ſive eorum reliquias, ut de tali uſu uſque ad ſua tempora teſtatur Arcudius *in concord. Eccleſ. Orient. & Occident. lib.* 5. *de Extr. Unct. cap.* 4. Quam unctionem Pontifex prohibuit, ſi ſolummodò fiat pro ſatisfactione pœnitentiæ, ex eo, quòd habere videbatur formam Sacramenti, dum unctio in Sacramenti forma adhiberi debet pro ſolis infirmis, ut præſertim ex hac Conſtitutione comprobat Arcud. *cit. cap.* 4. *pag.* 451. §. *quamobrem*, qui etiam plura adducit ad comprobandum licitum uſum ſimilium unctionum extra formam Sacramenti pro curandis infirmitatibus.

2 Cæterùm concordant Græci, ut Sacramentum Extremæ Unctionis non miniſtretur, niſi ægrotis, qui ſunt in probabili vitæ periculo; & quòd materia ſit Oleum Olivarum benedictum ab Epiſcopo, vel Sacerdote, ut ipſis permittitur; nec diſcordes ſunt quoad formam ejuſdem Sacramenti, ut apud Arcud. *loco citato capit. quinto*, & quoad Latinos latè Theologi apud Barboſ. *ad Conc. Trid. ſeſſ.* 14. *de Sacram. Extrem. Unct. capit. tertio*, Bonacin. *de Sacram. diſput.* 7. Tamburrin. *de jure Abbat. tom.* 7. *diſp.* 7.

Diſcrepant autem, quia apud Latinos unctio fit 3
in auribus, naribus, oculis, ore, manibus, pedibus, & renibus; ipſi verò inungunt frontem, mentum, & ambas genas, ut refert Arcud. *loc. cit. cap.* 7. idque ipſis toleratur, dum non importat differentiam eſſentialem. Diſcrepant etiam, quia Eccleſia Latina in miniſtranda Extrema Unctione utitur unico Sacerdote; Græci autem ad minus adhibent tres, 4
itaut quilibet miniſtret Sacramentum, quod hoc pacto pluries reiteratur, idque reprehendit Arcud. *loc. cit. cap.* 6. Eòque magis, quia Concil. Trid. *ſeſſ.* 14. *de Extrema Unction. can.* 3. anathematizavit aſſerentes, Extremæ Uctionis ritum, & uſum, quem obſervat Romana Eccleſia, repugnare ſententiæ B. Jacobi Apoſtoli, ideoque eſſe mutandum; cùm autem ritus Eccleſiæ Romanæ undique ſit conſtans, ut Extrema Unctio miniſtretur ab uno Presbytero, videtur Concilium Tridentinum contrarium ritum improbaſſe; idque etiam colligitur ex *cit. Decreto de unione Armenorum* §. 14. ubi dicitur, quòd *Miniſter hujus Sacramenti eſt Sacerdos*; nec in hoc Sacramento datur aliqua ſpecialis inſtructio pro Græcis in *cit. Conſtitut.* 34. *Clement. VIII.*

Procedit ulteriùs Pontifex in §. 8. hujus Conſtitu- 5
tionis, quòd uſus Græcorum apponendi aquam calidam, vel frigidam, ſeu tepidam in Altaris ſacrificio toleretur, dummodo fateantur, quòd ſervata Canonis forma, conficiatur pariter de utroque. Hic enim mos commiſcendi modicam aquam in Calice eſt communis etiam Græcis, quamvis Armeni conſueverint apponere tantùm vinum, ut notat cit. Arcud. *lib.* 3. *de Sacram. Euchar. cap.* 3. ubi ex pluribus im- 6
probat Armenorum ſententiam putantium, non fieri Sacramentum, ſi apponatur aqua in Calice, quod etiam declaravit Concilium Florentinum in *cit. Decret. de unione Armen.* §. 12. ibi: *Cujus materia eſt Panis triticeus, & Vinum de vite, cui ante conſecrationem aqua modiciſſima admiſceri debet*; & de tali uſu fit mentio in *cap. cum Marte* §. *quæſiviſti de celebr. Miſſar.* & de cauſis, ex quibus talis mixtio fiat, plura adducit Sacr. Concil. Tridentin. *ſeſſ.* 22. *de ſacrif. Miſſæ cap.* 7.

Addit Innocentius in *cit.* §. 8. in fine, quòd tole- 7
retur quidem Græcis in Altaris Sacrificio uti aqua ſive calida, ſive frigida: *dummodo credant, & aſſerant, quod ſervata canonis forma, conficiatur pariter de utroque*: Unde eruitur, quòd nedum vinum, ſed aqua etiam convertatur in Sanguinem in Euchariſtiæ Sacramento. Quamvis & maxima ſit inter Theologos controverſia, an ejuſmodi converſio aquæ in Sanguinem contingat immediatè, ſive potiùs media- 8
tè, facta ſcilicet priùs naturaliter converſione aquæ in vinum, & inde in Sanguinem; de qua re diſſerit Innocentius III. *in cit. cap. cum Marte* §. *quæſiviſti*, ubi probabiliorem judicat ſententiam, quæ aſſerit, aquam cum vino in Sanguinem tranſmutari. Non inde tamen ſequitur de Fide eſſe, aquam in vinum immediatè converti, ut perperam de hæreſi contraria 9
ſententia notat apud Baronium *ad annum* 1192. *num.* 24. tum quia Innocentius III. ibi ſolùm aſſerit, aquam cum vino in Sanguinem mutari, non expreſſo, an id fiat immediatè; tum etiam quia Pontifex rem non abſolutè definivit, ſed loquutus fuit probabiliter, ut conſtat, & notat Gonzal. *ibidem num.* 1. Quamvis & id doceant D. Thom. 3. *parte quæſt.* 77. *art.* 8. D. Bonavent. *in* 4. *diſt.* 11. *artic.* 9. & plures alii Theologi, aſſerentes aquam immediatè converti in vinum, & inde in ſanguinem; dum tamen aliunde Philoſophi experimentales impoſſibilem reputant converſionem aquæ in vinum; imò & aquam poſt diuturnam cùm vino commiſtionem ab eo ſeparari poſſe; de qua re videndi ſunt præſertim Baſilius Pontius; & Paulus Areſius in ſpecialibus opuſculis de hac quæſtione editis, Scortia *de Sacrificio Miſſæ lib.* 4. *c.* 1.

Digitized by Google

c. 1. *num.* 13. ſive autem aqua immediatè in vinum
10 convertatur, ſive in ſuo eſſe permaneat, utroque ca-
ſu in Sanguinem Chriſti per verba conſecrationis con-
vertitur, ut colligitur ex adductis verbis hujus Con-
ſtitutionis, idque docent Jo: Præpoſitus *in 3. partem*
quæſt. 74. *art.* 8. *dub. unico num.* 58. Card. de Lugo
de Sacr. Euchar. diſp. 4. *ſect.* 4. *num.* 48. Azor. *to.* 1.
lib. 10. *cap.* 30. *quæſt.* 3. aliique plurimi apud Dianam
part. 3. *tract.* 4. *reſol.* 49.

11 Proſequitur ulteriùs Innocentius in hac *Conſtit.* §.
9. quòd Sacramentum Euchariſtiæ in die Cœnæ Do-
mini confectum non conſervetur per annum, ſed
tantùm per quindecim dies pro Infirmis: *Ne per diu-*
tinam ipſius reſervationem, alteratis forſan ſpeciebus,
reddatur minus habile ad ſumendum, licèt veritas, &
efficacia ſemper eadem omninò remaneat, nec ulla diu-
turnitate, ſeu volubilitate temporis evaneſcat: & Cle-
mens VIII. *in cit. Conſt.* 34. ait, conſervari poſſe per
quindecim dies, neque coquatur, aut oleo liniatur
pro conſervatione; unde aliqua de ritu aſſervandi
Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum dicam infra
ad *Conſt.* 1. *Urbani IV.*

12 Ulteriùs in §. 15. hujus *Conſtitutionis*, inquit idem
Pontifex; *Mulieres autem ſervire ad Altare non au-*
deant, ſed ab illius miniſterio repellantur omninò.
Deteſtabilis enim hujuſmodi abuſus permittendi mu-
lieres in Altari miniſtrare, non ſolùm apud Græcos
irrepſit ex præſuppoſito hujus Conſtitutionis, ut par-
ticulari quoad ipſos indigeret abrogatione; ſed etiam
apud alias Gentes invaluit, ut colligitur ex Epiſt. So-
teri & Zachariæ Summorum Pontificum ad Pipi-
num Regem, tranſcripta per Gonzalez *capit. primo*,
13 *de cohabit. Clericor.* ibi: *Impatienter audivimus, tan-*
tum ſacrarum rerum ſubiiſſe deſpectum, ut fœmina Sa-
cris Altaribus miniſtrare firmentur: adeout genera-
lem in Jure prohibitionem expoſceret, ut habetur
in *cap. inhibendum in fine de cohabit. Cleric.* ibi:
Prohibendum quoque eſt, ut nulla fœmina ad Altare
accedere præſumat, aut Presbytero miniſtrare, Conc.
Laudicen. cap. 44. aliaque adducta per Card. Lau-
ræam *in Epitome Canonum in verbis Mulieribus pro-*
hibita, Altare, & Miſſa; & Sacr. Congreg. Con-
cil. ſic hujuſmodi abuſum improbavit: *Mulieres,*
quòd in ſervitio Altaris perindè ac Clerici adhibean-
tur, execrabilis eſt abuſus, in una *Groſſetana* 18.
Aprilis 1595. *lib.* 8. *pag.* 21. *à terg.* imò in terminis
Monialis reſcripſit, ut nequeat canere Epiſtolam in
Miſſa ſolemni, & lectiones, non obſtante abuſu in-
troducto, ut apud Fagnan. *c. ſi quis num.* 19. *de*
Cler. excomm. & illuſtrant Gonzalez, & *Scribentes*
dicto c. 1. etiam ſi ſint Moniales, & Sacratæ, *can.*
14 *ſacratas diſt.* 23. Azor. *inſtitut. moral. part.* 1. *lib.* 10.
cap. 29. *quæſ.* 2. Pax Jordan. *de re ſacra lib.* 4. *tit.* 1.
numer. 317. itaut etiam neceſſitate cogente admitti
nequeant, potiùſque Sacrum omittere, quàm cum
fœmina celebrari debeat, ex diſpoſitis in *Rubr. Miſ-*
ſal. de defect. in miniſt. ipſo occurren. Pax Jordan. *cit.*
num. 318. & Azor. *ibidem*, Nicol. *elucub. can. lib.* 3.
tit. 2. *num.* 3. Bellet. *diſquiſ. Cleric. part.* 1. *de diſcip.*
Cleric. §. 8. *num.* 6. Multi autem DD. vim dictorum
Jurium reponentes in indecentia, & periculo fœmi-
15 nas in altari ſiſtendi, & Sacro Miniſtro celebranti
propinquè inſerviendi: voluerunt, quòd fœminis
permitti poſſit à longè ipſi Sacrificanti reſpondere,
abſque eo quòd accedant ad Altare, ut fit cum Mo-
nialibus à Choro, vel Collocutorio, Henriquez *in*
Summa lib. 9. *c.* 1. *num.* 1. Bonacina *tom.* 1. *diſp.* 4.
quæſt. ult. punct. 9. *num.* 33. §. *addo*, Pax Jordan. *cit.*
num. 319. ubi latè; quæ opinio, quicquid ſit de ejuſ-
dem probabilitate, non omninò erronea prima facie
videtur, cùm ex verbis Textus *in cit. cap. inhiben-*
dum mulieribus, non quidem Sacrificio inſervire, ſed
tantùm ad Altare accedere, & Presbytero miniſtrare
Mulieribus prohibeatur.
Verùm cùm non tantùm nefas ſit (ut utar verbis
16 dictorum Pontificum in dicta Epiſtola) fœminas Sa-
cris Altaribus miniſtrare, ſed etiam aliquid ex his,
quæ virorum officiis ſunt deputata, præſumere; ex
quo fœminis, & ſacras lectiones habere, & quan-
tavis ſcientia pollentibus in Eccleſia docere, & præ-
dicare interdicitur, ex *can. mulier* 23. *diſt.* & *can. mu-*
lier 33. *quæſt.* 5. *Conc. Conſtatien. ſeſſ. ult.* aliiſque Ju-
ribus de more adductis per Card. Lauræam *in ver.*
prædicare qui poſſunt, & *ver. mulieribus prohibita*,
& hoc ſub pœna excommunicationis, fulminata in
cap. excommunicamus il 1. §. *quia verò*, & *cap. ſicut*
de hæreticis.

Quamvis verò in antiquis Canonibus pluries ha- 17
beatur mentio de Presbytera, & Diaconiſſa, qua-
rum nomina non in unica ſignificatione accipiuntur
per Scriptores; ut videre eſt apud Gonzalez *cap. quia*
verb. Presbytera de teſtamentis, & de quarum ætate,
qualitate, ordinatione, habitu, & Eccleſiaſtica diſci-
plina, plura congeruntur in *canon. Diaconiſſam* 27.
quæſt. 1. & per Zieglerum *in ſuo tractatu de Diaco-*
nis, & Diaconiſſis, Gonzalez *loc. cit.* Caballut. *in*
not. Eccleſ. ſæcul. 2. *diſſert.* 2. Thomaſſin. *de benefic.*
tom. 1. *lib.* 3. *cap.* 47. *num.* 10. & Card. Lauræa *ver-*
bo Diaconiſſa; earum tamen miniſterium, non ut
Gentilium Veſtales, in Altaris adminiſtratione, vel
in Eccleſiaſticis muneribus verſabatur ipſis expreſsè
prohibitis, ex *can. Sanctimonialis*, & *can. Sacratas*
diſtinct. 23. & ex Conc. Laodicenſi *can.* 12. relat.
per Battaglinum *in ſua hiſtoria Concil.* *pag.* 124. eiſ-
dem enim in ordinatione, nec Character imprime-
batur, nec aliquod exercitium Sacerdotale tribueba-
tur, ut ex Gloſ. *in dicto can. Diaconiſſam in fine*
Tamburrin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 22. *quæſit.* 7.
num. 2. & per DD. citat. ſed earum præcipuum mu- 18
nus erat incipiendi horas, ac legendi homilias in
Choro, ex *cit. Gloſ. in fine*, aliaque exercitia ſpiritua-
lia, per fœminas exercendâ, quæ per viros ob hone-
ſtatem inter mulieres antiquitus expediri non permit-
tebatur, Gonzalez *loco citato*, ſive in diſtribuendis
eleemoſynis, ſive mutuarum reconciliationum, vel
ſanctarum admonitionum officio, vel circa inſtruen-
das Cathecumenas, ac pluribus aliis recenſitis per
Caballut. *cit. num.* 2. & Card. Lauream *loco citato.*
Tepeſcente autem ſuccedentibus ſæculis primæva pie-
tate, vel infirmitate ſexus indecorè ferente hoc mu-
nus, penitùs exolevit, imò abrogatus fuit anno 533.
per Conc. Aurelian. II. *cap.* 18. & 19. hic eccleſiaſti-
cus quaſi muliebris Ordo, ut recenſent Caballut. *loc.*
cit. num. 8. Thomaſſin. *cit. nu.* 10. §. *hinc*, & Card.
Lauræa *in fine.*

Adſunt tamen & aliæ mulieres Eccleſiaſticæ Hie-
rarchiæ in Sacris Canonibus quamvis impropriè ad-
ſcriptæ, Canonicæ, ſive Canoniſſæ nuncupatæ. Ha-
rum primùm Ordo inſtituit, & Regulam præſcripſit 19
Concilium Provinciale Aquiſgranenſe, imperante
Ludovico Pio Caroli Magni filio anno 817. Tho-
maſſin. *de beneſ. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 43. *num.* 9. &
cap. 63. *num.* 2. Pignatell. *tom.* 10. *conſult.* 103. *num.*
6. Quod tamen Inſtitutum nunquam fuit ab Eccleſia
approbatum, ut ſunt textus expreſſi *in Clem. atten-*
dentes de ſtatu monachor. ubi poſtquam Papa Canoni-
cas per locorum Ordinarios, ſi exemptæ non fue-
rint, ſua; ſi verò exemptæ fuerint, Apoſtolica aucto-
ritate præcipit viſitari, ſubdit: *Per hoc tamen non in-*
tendentes earum Statum, Ordinem, & Regulam ap-
probare, idemque repetit textus in *cap. indemnitati-*
bus in fine §. *ſupradicta de elect. in* 6. eò tamen quia
expreſsè idem non reprobatur, non videtur eadem vi-
vendi ratio damnata, ſed benè deducitur, quòd tole-
retur, Abbas *in c. dilecta n.* 4. *de ſtatu monach.* & Rota
in Monaſterien. Vicariæ 21. *Julii* 1706. coram R. P. D.
Scotto §. *ult.* Azor. *inſtit. moral. lib.* 13. *c.* 9. *quæſit.* 5.
§. *ſciendum*, Pignatell. *to.* 2. *conſul.* 65. *n.* 1. Tamburrin.
de Jure Abbatiſſ. diſp. 7. *qu.* 4. *num.* 5. & 6. Cæteris au-
tem particularibus quoad regularem diſciplinam hu-
jus Inſtituti Canonicarum omiſſis, elaborato ſtudio
recenſitis à Thomaſſin. *loc. cit.* & *to.* 3. *lib.* 3. *cap.* 6.
n. 5. & Pignatell. *cit. conſult.* 103. *n.* 8. cæterùm nil ec-
cleſiaſtici, quod ſonant, habent; ſæculares enim om- 20
ninò

Digitized by Google

ninò ſunt ex cenſura Concil. Colonienſis anni 1536. *part.* 10. *can.* 19. relat. per Thomaſſin. *cit. cap.* 63. *numer.* 3. Cardin. de Luca *de regul. diſc.* 1. *num.* 129. cùm nullam profiteantur Regulam, nec ullis votis ſe alligent, proprium patrimonium retinentes, ut ad literam eſt Textus *in cit. capit. indemnitatibus* §. *ſupradicta de elect. in* 6. & *dicta clem. attendentes de ſtatu Monach.* & gloſſ. *in cap. dilecta verbo Canonicas de major. & obed.* Azor. *inſtit. moral. libr.* 13. *capit.* 9. *quæſit.* 5.

21 Ideoque ipſis à Collegiis, in quibus communiter degunt, ad libitum prodire, ac nubere licet, ut faciunt Gloſſ. & DD. citat. quibus adde Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 22. *num.* 16. 17. Tamburrin. *de jur. Abbatiſſ. diſp.* 7. *quæſ.* 4. *numer.* 1. & 2. Buratt. *de-*
22 *ciſ.* 840. *num.* 1. & 2. An verò dictæ Canoniſſæ gaudeant privilegio Canonis, & Fori, & ſub Clericorum nomine veniant, reſolvit Felin. *in dicto capit. dilecta num.* 2. Tamburrin. *loc. cit. num.* 6.

23 Earum verò peculiari exercitio inſpecto, benè eiſdem Canoniſſarum nomen convenit; nam in Sæcularibus Eccleſiis, ut Canonici Sæculares, vitam ducunt, Chori ſervitio incumbentes, ut commemorant Textus allati, & Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *libr.* 13. *cap.* 9. §. *ſciendum*, eò potiſſimè cùm in aliquibus
24 Eccleſiis Germaniæ, Brabantiæ, & Hannoniæ, in quibus aliquales reliquiæ dicti vetuſtiſſimi inſtituti nunc florent, Canonicos, Canonicaſque ſimul adeſſe choro, unà divinas horas decantantes, & in proceſſionibus alteros, alteraſque tenentes latera, procedere narrant Jacobus à Vitriaco *Hiſtor. Occid. cap.* 31. Marcell. Donat. ad Sveton. Tranquill. *in Cæſaraugust. capit.* 70. *folio* 340. Thomaſſin. *de beneſic. citat. cap.* 63. *numer.* 6.

25 Pro hujuſmodi autem officio, ut Canonici, Canoniſſæ earum potiuntur beneficiis, & præbendis, Gonzal. *in dicto cap. dilecta num.* 4. de quibus loquitur Lambertin. *de jur. patr.* 1. *part.* 2. *libr. cap.* 5. *art.* 5. *numer.* 6. ſed ita merè temporalibus, ut cujuſvis ſpiritualitatis expertes, ſimoniacæ labi non ſint ſubjectæ, Barboſa *in eodem cap. dilecta, verbo Canonicas*, Buratt. *deciſ.* 827. *numer.* 9. Lotter. *de re beneſic. libr.* 1. *quæſt.* 19. *num.* 15. *in fine*, Tondut. *reſol. part.* 2. *cap.* 3. §. 9. *num.* 47. proindeque poſſunt liberè vendi, & in commercium poni, ut deciditur apud Caputaquen. *in deciſ.* 356. *num.* 6. *part.* 2.

26 Decaniſſa verò, ſeu Abbatiſſa, quæ cæteris in earum Collegiis præeſt, per ſuffragia ſecreta, concurrente majori & ſaniori parte vocalium eligitur, quæque ſubinde proviſionem Apoſtolicam obtinere debet, ut colligitur ex *deciſ.* 396. *part.* 19. *tom.* 1. *recent.* ubi de dubio validitatis electionis, utpote per Procuratorem factæ; ita autem in ſuo munere conſtituta, dicitur habere dignitatem, Rota *in allegat. deciſ.* 396. *num.* 9. Abbas, & DD. *in cap. quia propter* 42. *de*
27 *electione*, & habet juriſdictionem œconomicam ut matrumfamilias in ſuas Canonicas juris aſſiſtentia roboratam, etiam quoad manutentionem, ex decretali Honorii III. *in dicto cap. dilecta, de major. & obed.* & plenè diſcuſſo articulo firmatur in *cit. deciſ.* 827. cor. Buratto, proindeque eædem reverentiam, & obedientiam ipſi præſtare debent, ejuſque ſalubria mandata ſervare, Rota *deciſ.* 840. *n.* 5. *coram eodem*, quamvis enim nullo obedientiæ vinculo ſint adſtrictæ, attamen quamdiù in eodem ſtatu permanent, quodam modo dicuntur Oblatæ, & Sanctimonialium vitam ſervare tenentur; ad tradita per Adden. *ad dictam deciſ.* 840. *num.* 5. & 6. Tondut. *reſolut. part.* 2. *capit.* 3. §. 10. *num.* 48. eandem etiam juriſdictionem, quam in Canonicas, Decaniſſa, ſeu Abbatiſſa, reſpectivè etiam in Clericos Capellanos, alioſque ipſius auctoritate conſtitutos in Eccleſiis Canonicarum Collegio ſubjectis exercet, ut colligitur ex *dicto capit. dilecta*, & probant Gonzalez *ibidem num.* 4. Tamburrin. *citat.*
28 *quæſit.* 4. *numer.* 3. ratione enim liberæ adminiſtrationis, quam habet, poteſt inſtituere Clericos in Eccleſiis ſuis, eiſque de conſenſu ſuarum Canonicarum conferre beneficia, & officia, Tondut. *reſolut. dicta part.* 2. *cap.* 3. §. 9. *num.* 46. plenè probat Gloſſ. *in dicto cap. dilecta* §. *juriſdictioni*, nec non etiam & Clericos, & Canonicas à beneficiis, & officiis collatis, legitima accedente cauſa, ſuſpendere poteſt, ut proſequitur Gloſſ. *ibidem verb. dicas*. Tamen quoad juriſdictionem Abbatiſſarum, etiam in Clericos Sæculares, & quoad collationem beneficiorum, ac alia juriſdictionalia, plenè dicam infra in *Conſtitut.* 7. *Urban. IV.*

CONSTITUTIO XV.

INNOCENTII IV.

incipiens (*Cùm negotium.*)

EPITOME BULLÆ.

INNOCENTIUS FRATRIBUS ORDINIS Prædicatorum Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis.

INquiſitoribus, ut Statuta Eccleſiaſtica, & Sæcularia in Hæreticos lata interpretari poſſint, facultatem facit; quòdque filios, & nepotes Hæreticorum, & fautorum, ſive illos, qui eorum opera, dignitates, & beneficia obtinuerint, privare eiſdem poſſint. Demum ſtatuit ne Accuſantium & Teſtium nomina publicentur.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Inquiſitores facultatem habent interpretandi ſtatuta Eccleſiaſtica, & Sæcularia contra Hæreticos edita.*
2 *Legis interpretatio ab ejus conditore petenda eſt.*
3 *Inquiſitoribus cur conceſſa fuerit præfata facultas.*
4 *Inquiſitoribus in gravioribus dubiis conſulere mos erat Pontificem.*
5 *Inquiſitores Italiæ cauſas graviores referre ſolent ad Supremam Inquiſitionem.*
6 *Facultate interpretandi ſtatuta uti poterant Inquiſitores irrequiſito Epiſcopo.*
7 *Eademque facultate uti poterant Epiſcopi.*

INter quamplurima privilegia, quæ paſſim in ſe- 1
quentibus Conſtitutionibus conceſſa videbimus Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis, potiſſimum eſt illud, per quod in præſenti Conſtitutione edita anno 1254. eis tribuitur facultas interpretandi ſtatuta Eccleſiaſtica & Sæcularia contra Hæreticos lata: verba ſunt, ibi: *Cùm negotium Fidei Catholicæ adverſus hæreticæ pravitatis errores, vobis, ut veſtra prudentia deprehendat vulpeculas demolientes vineam Domini, ſub certa forma per alias literas duxerimus committendum; ut commiſſum Vobis ab Apoſtolica Sede tam ſalubre ac utile miniſterium exequi liberiùs, ac exercere poſſitis efficaciùs, in hac parte, interpretandi ſtatuta Eccleſiaſtica contra hæreticos edita &c. liberam vobis, auctoritate præſentium, concedimus poteſtatem*. Cùm enim plures Leges de novo contra Hæreticos tunc prodiiſſent, ut ſunt illæ Friderici Imperatoris, & Innocentii IV. quæ habentur in *Conſtit.* 1. & 9. *ejuſdem*
Pontificis, & exinde plura dubia, ut aſſolet, ſuper eas 2
emergerent, ſuper quibus conſulendus erat Summus Pontifex, ex eo quòd legum interpretatio à Principe ipſarum conditore petenda ſit, *leg.* 1. 10. & *ultima Cod. de legibus*, & dicam infra *ad Conſtit.* 12. *Clem. IV.* incip. *Ordinis*.

Et quia neceſſitas adeundi Pontificem in qualibet 3
dubietate emergenti ſuper earundem legum & ſtatutorum

Digitized by Google

torum interpretatione, remorabatur Inquiſitores in
perſequendo Hæreticorum pravitatem; idcirco illis
per hanc Conſtitutionem conceſſa fuit facultas inter-
pretandi eaſdem leges, & ſtatuta, ut ex hac Conſti-
tutione dixerunt Tabienſis *in ſumma verbo Inquiſitor
numer.* 39. Carena *de Offic. Inquiſit. part.* 1. *tit.* 5. §. 13.
num. 95. Royas *de hæretic. part.* 2. *numer.* 426. Decian.
tract. crimin. libr. 5. *cap.* 22. *num.* 31. *Locatur in opere
judiciali verbo interpretari, & verbo ſtatuta*, Eyme-
ric. 3. *part. director. quæſt.* 85. & 86. ubi etiam adducit
duas alias Conſtitutiones Alexandri IV. idem ſtatuen-
tes, quas etiam refert Campeg. ad Zanchin. *cap.* 16.
collat. 7. *verſ. rurſus arbitrium Judicis*, Pegna *citat,
part.* 3. *comment.* 134. *verſ. jam quantum*; quæ tamen
Conſtitutiones Alexandri IV. non habentur in Col-
lectione Cherubini, quam proſequimur; & de caſu
ſpeciali, quo Inquiſitores hac facultate uti poſſunt,
dicam in ſequenti Sectione *num.* 5.

4 Dicendum tamen eſt, Inquiſitores hac facultate
uſos non fuiſſe, niſi urgente aliquo caſu, in quo di-
latio opportuna non fuiſſet. Cæterùm certum eſt,
quòd in dubiis gravioribus S. Pontificem conſulebant,
ut conſtat ex *Conſtit.* 12. *Alex. IV.* incip. *Quod ſuper*,
in qua, iiſdem Inquiſitoribus inſtantibus, plures quæ-
ſtiones reſolvuntur; imò hodie raro contingere pote-
rit, ut oporteat ipſos hac facultate uti, cùm ferè om-
nia determinata ſint tum à ſupervenientibus Conſti-
tutionibus Pontificiis, tum à Reſolutionibus Sacræ
Congregationis Supremæ Inquiſitionis; accedente
præſertim, quòd quamvis Inquiſitores Italiæ habeant
ampliſſimam facultatem procedendi contra Hæreti-
cos, etiam uſque ad traditionem brachio ſæculari;
5 nihilominùs ſolitum eſt, quòd hodie in cauſis gravi-
bus conſulant Supremam Inquiſitionem, & juxta ejus
ordinem illas expediant, atque ita ſervari tradit Fa-
rinacc. *de hæreſi quæſt.* 193. *num.* 98. Pegna *part.* 2. *com-
ment.* 83. §. *ſi cui*, Salell. *libr.* 5. *de materiis Tribunalis
6 Fidei cap.* 4. *regul.* 384. *numer.* 87. Potuiſſe autem In-
quiſitores uti hac facultate interpretandi ſtatuta,
etiam non requiſito conſilio Epiſcopi Diœceſani,
certum videtur ex præſenti Conſtitutione, in qua
ipſis ſolis, nulla facta Epiſcopi mentione, hæc facultas
tribuitur, ut pariter reſolvit Eymericus *cit. quæſt.* 86.
& ibi Pegna *comment.* 135. *verſic. his tamen*; & pote-
runt etiam Epiſcopi tali facultate uti, utpotè Inqui-
ſitores nati; nam ea, quæ ſunt Inquiſitoribus tribu-
ta, ut eorum munus meliùs explicari valeant, favore
Fidei cenſentur conceſſa Epiſcopis, niſi expreſsè de-
negentur, Pegna *in direct. Inquiſit. part.* 3. *comment.*
105. *verſ. num autem*, Cherub. filius *ad hanc Bullam
ſchol.* 1.

7 Alterum, quod in hac Conſtitutione ſtatuitur,
eſt, quòd Filii, & Nepotes Hæreticorum, & Fauto-
rum priventur Dignitatibus, & Beneficiis. Cùmque
in hac diſpoſitione plura involvantur; idcircò pro
majori claritate, ſejunctim de ea hic tractare pro-
poſuimus.

SECTIO UNICA.

Quatenus Filii Hæreticorum priventur Dignitatibus, & Officiis publicis, ac Beneficiis Eccleſiaſticis.

SUMMARIUM.

1 *Hæreſis quàm grave crimen ſit, enunciatur.*
2 *Culpam unius in altero puniri jura abhorrent.*
3 *Filii quatenus ob delicta parentum puniri poſſint.*
4 *Filii, & Nepotes Hæreticorum, eorumque fautorum, privantur Dignitatibus, & Officiis publicis.*
Quod etiam procedit quoad filios perduellium. Ibidem.
5 *Nomine Officiorum publicorum, à quibus filii hæreticorum arcentur, quænam veniant.*
6 *Non privantur Dignitatibus annexis bonis.*
7 *Filii hæreticorum ſuccedunt in majoratibus, dummodo à Patre hæretico inſtituti non ſint.*
8 *Hæreticorum, eorumque fautorum filii, & nepotes privantur, & inhabiles fiunt ad beneficia.*
9 *Quod ad Nepotes ex linea maſculina tantùm reſtrinxit Bonifacius VIII.*
10 *Hæc inhabilitas ad beneficia aliquando ex peculiaribus Eccleſiarum ſtatutis protenditur ultra ſecundum gradum deſcendentium ab hæreticis.*
11 *Quæ ſtatuta non ſuſtinentur abſque confirmatione Apoſtolica.*
12 *Et uti odioſa ſtrictiſſimè ſunt interpretanda.*
13 *In confirmatione talium ſtatutorum quæ conditiones apponi ſoleant à Sede Apoſtolica.*
Capitulo incumbit onus probandi deſcendentiam ab hæreticis ad effectum aliquem excludendi à beneficiis in vim ſtatuti. Ibidem.
14 *Privatio & inhabilitas ad beneficia procedit etiam quoad filios illegitimos, & ſpurios hæreticorum.*
15 *Comprehendit etiam filios emancipatos.*
Filii ſpurii non ſunt ſub patria poteſtate. Ibidem.
16 *Filiatio quoad illegitimos quomodo in hoc caſu probetur.*
17 *Filii vulgò quæſiti ob hæreſim patris non privantur beneficiis.*
18 *Niſi adſit ſtatutum, ut tales filii cenſeantur de aliqua agnatione.*
Vel niſi inciderit in hæreſim ejus Mater. Ibidem.
19 *Et quid ſi filii fuerint adoptivi.*
20 *Filii ſuſpectorum de hæreſi non privantur beneficiis, niſi ſuſpicio oriatur ex fautoria hæreticorum.*
21 *Suſpecti de hæreſi non privantur, nec inhabiles fiunt ad beneficia.*
22 *Pœna privationis beneficiorum an comprehendat filios genitos ante hæreſim Patris, & numer. ſeqq.*
Filii ut priventur beneficiis, probandum eſt eorum parentes eſſe hæreticos, aut tales deceſſiſſe. Ibidem.
23 *Sententia aſſerens, filios natos ante hæreſim non privari beneficiis, eſt quidem æqua, ſed non vera.*
24 *Eamque ſequitur Suprema Inquiſitio, vel ſaltem facilè diſpenſat.*
25 *Filii non privantur beneficiis obtentis ante hæreſim patris.*
26 *Quod procedit non ſolùm ipſo jure, ſed ut nec etiam per ſententiam privari poſſint beneficiis.*
27 *Et quid ſi filius obtinuerit beneficia ad preces Patris hæretici.*
28 *Beneficia obtinentes ope Hæreticorum, eis privantur ipſo jure.*
29 *Filii an priventur beneficiis obtentis poſt hæreſim patris, ſed ante ejus condemnationem, & numer. ſeqq.*
30 *Filii retinere & obtinere poſſunt beneficia, quouſque hæreſis patris eſt occulta.*
Sed dum evadit notoria, privantur beneficiis, etiam tempore hæreſis occultæ obtentis. Ibidem.
31 *Hæreticorum filii, non ſolùm ſunt inhabiles in futurum, ſed etiam privantur beneficiis priùs obtentis.*
32 *Conſtitutiones ante Bonifacium VIII. editæ, & in Sexto Decretali non inſertæ, antiquatæ ſunt, exceptis iis, quæ ad hæreticos pertinent.*
Omnes Conſtitutiones ſtatuentes pœnas in hæreticos, innovavit Paulus IV. Ibidem.
33 *Privatio, & inhabilitas ad beneficia contrahitur ipſo jure per hæreticorum filios.*
34 *Nec requiritur ſententia declarans parentes fuiſſe hæreticos, ſed ſatis eſt probari eos eſſe, vel deceſſiſſe tales.*

35 *Filii*

Digitized by Google

35 *Filii hæreticorum ipſo jure privantur beneficiis tempore hæreſis occultæ obtentis, ſi poſtea hæc fiat notoria.*

36 *Expenditur ad rem textus in* capit. ſtatutum de hæreticis in 6.

37 *Hæreticorum filii beneficia permutare prohibentur, nec eis beneficia poſſunt reſignari.*

38 *Itaut permutatio nec quidem ſortiatur effectum ex parte illius, cum quo permutatur.*

39 *Beneficia vacantia ob hæreſim, remanent affecta Sedi Apoſtolicæ.*

40 *Excommunicatus permutando beneficium, illud transfert in permutantem, licèt ipſe nihil acquirat.*

Excommunicatus remanet inhabilis ad beneficia, non tamen amittit priùs obtenta. Ibidem.

41 *Filii hæreticorum privantur penſionibus perindeac beneficiis.*

42 *Incapax beneficii regulariter eſt incapax penſionis.*

43 *Sub nomine beneficii quatenus veniant penſiones.*

44 *Hæreticorum filii quatenus ſint inhabiles ad Ordines Sacros, & an priventur exercitio Ordinum jam obtentorum, & num. ſeqq.*

45 *Hæreticorum filios infamiam incurrere, aliqui aſſerunt, eorumque rationes afferuntur.*

46 *Infamia contra Hæreticorum filios in jure ſtatuta non eſt.*

47 *Hæreticorum filii non arcentur à teſtimonio dicendo, nec nobilitatem amittunt, ut contingit infamibus.*

48 *Inhabilitas ad officia, & beneficia non ſupponit neceſſariò infamiam.*

49 *Argumentum à crimine læſæ Majeſtatis humanæ ad hæreſim, quatenus procedat.*

50 *Pœna ſtatuta in Rebelles, non cenſentur ipſo jure ſtatuta in Hæreticos.*

51 *Filii Hæreticorum an incurrant infamiam facti.*

52 *Infamia facti quænam ſit?*

53 *Hæreticorum filii an ſint irregulares.*

54 *Verius eſt, ipſos non eſſe propriè irregulares, quamvis irregularitatis effectus experiantur.*

Irregularitas non incurritur, niſi ſit in jure expreſſa. Ibidem.

55 *Hæreticorum filii ſunt inhabiles ad Ordines, non quia infames, aut irregulares, ſed quia arcentur ab officiis, & honoribus publicis.*

56 *Ordo Eccleſiaſticus eſt maxima dignitas.*

57 *Ordinibus initiati cenſentur publici Miniſtri.*

58 *Irregularis privatur etiam exercitio Ordinum priùs ſuſceptorum.*

59 *Hæreticorum filii non privantur exercitio Ordinum, quos priùs ſuſceperant.*

60 *Ordines autem ſuſcipere non poſſunt, niſi prævia diſpenſatione.*

61 *Cum ipſis quoad Ordines & Beneficia diſpenſat ſolus Papa.*

62 *Dum eis diſpenſatur ad Beneficia, excipi ſolent Curata, primæ Dignitates, & Canonicatus in Cathedrali.*

IN ſecunda parte hujus Conſtitutionis ita ſtatuitur: *Et Hæreticorum filios, & nepotes; Credentium quoque, Fautorum, Defenſorum, & Receptatorum ipſorum, Dignitatibus, Perſonatibus, & Honoribus quibuſcumque, ac Beneficiis Eccleſiaſticis, & publicis Officiis. Illos etiam qui hæreticorum, vel aliorum prædictorum interventu, intuitu, vel gratia, talia ſunt adepti, vel in poſterum aſſequentur, privandi hujuſmodi Dignitatibus, Perſonatibus, Honoribus, Beneficiis, & officiis, liberam vobis auctoritate præſentium concedimus poteſtatem.*

1 Profectò quàm grande crimen ſit hæreſis, id præſertim oſtendit, quòd non ſinat Legiſlatorem ſiſtere in plectendo ipſius auctores, ſed ulteriùs impellat ad pœnas contra eorum filios, & nepotes decernendas. Hinc enim privationes paternæ hæreditatis: hinc infamia, & irregularitas: hinc inhabilitas, & dejectio à Dignitatibus, Honoribus, & Officiis publicis, atque ab Eccleſiaſticis Beneficiis in filios derivatur. Etſi 2
enim Jura abhorreant, alterius culpam in altero puniri, cùm delicta ſuos ſequantur auctores; *leg. crimen, l. reſpiciendum, l. ſi pœna ff. de pœnis, leg. ſancimus Cod. eodem tit.* quodque jure Divino ſancitum eſt Ezechiel. 18. ibi: *Anima, quæ peccaverit, ipſa morietur: filius non portabit iniquitatem Patris*: Tamen 3
licèt quis non poſſit pro alio puniri pœna æterna, vel corporali, ut procedit citatus textus Sacræ Scripturæ; filii tamen pœnis ſolùm temporalibus affici poſſunt ob delicta parentum, non quidem ob culpam, quæ in eis non adeſt, ſed ob cauſam, quæ maxima adeſt, ut poſt D. Thomam 2. 2. *quæſt.* 108. *art.* 4. docet Gonzal. *cap. vergentis num.* 14. *de hæreticis*, Covarr. *libr.* 2. *variar. cap.* 8. Repertor. Inquiſitor. *verbo filius* §. *item quæritur*, Giballin. *de negotiat. libr.* 6. *capit.* 2. *art.* 5. Cauſæ autem eædem ſunt, & majores, ex quibus in crimine læſæ Majeſtatis humanæ, filii perduellium iiſdem pœnis afficiuntur in *leg. quiſquis* §. *filii verò Cod. ad legem Juliam Majeſtatis*, in qua parum abſuit, quin Imperatores Archadius, & Honorius non ſtatuerent pœnam ultimi ſupplicii in filios ob perduellionem Patris, ibi: *Paterno deberent perire ſupplicio, in quibus paterni, hoc eſt, hæreditarii criminis exempla metuuntur;* ex quo ipſam horrendi carminis legem appellavit *Plinius libr.* 1.

Quocircà rationi conſonum eſt, quod in præſenti Conſtitutione ſtatuitur, ut ſcilicet filii, & nepotes hæreticorum, eorumque fautorum, defenſorum, & receptatorum, priventur Dignitatibus, & Officiis publicis, & Beneficiis Eccleſiaſticis. Et quidem quod 4
attinet ad dignitates, & officia, alioſque honores temporales, idem habetur in *Conſtitutione Friderici Imperat.* incip. *Commiſſi* §. 9. confirmata per noſtrum Pontificem in ejus *Conſtitutione prima*, idemque ſtatuit idem Pontifex in *Conſtit.* 9. incip. *Ad extirpanda* §. 30. & *Conſtit.* 18. incip. *Noverit* §. 3. *Clemens IV. Conſtitut.* 13. incip. *Ad extirpanda* §. 31. *cap. quicunque* §. *hæretici de hæretic. in* 6. quod etiam Jure Civili quoad filios perduellium ſtatuitur in *cit. l. quiſquis* §. *filii verò*: quæ autem ſint publica officia, ad hoc 5
ut ab eis ipſi arceantur, cùm non ſingillatim exprimantur in adductis Conſtitutionibus; ideò eo caſu Inquiſitores uti poſſunt facultate eis tributa per præſentem Conſtitutionem, ut ſcilicet interpretari poſſint leges, & ſtatuta lata contra hæreticos, ut dixi in principio, & ſpecialiter advertunt Pegna *part.* 3. *direct. comment.* 8. §. *quoniam verò*, Diana *part.* 4. *tractat.* 8. *reſol.* 73. Narbona *in recept. libr.* 4. *tit.* 1. *l.* 20. *gloſſ.* 20. *num.* 108. Paſſerin. *de elect. cap.* 25. *quæſit.* 10. *num.* 92. ubi enumerat plura officia publica, à quibus arceri ſolent.

Non tamen privantur, nec inhabiles fiunt ad di- 6
gnitates annexas bonis, veluti eſt dignitas Ducatus, vel Marchionatus, quæ conſequitur ad majoratum; nam tunc dignitatem ſolummodo in bonorum conſequentiam obtinerent, Sanctarell. *de hæreſi cap.* 36. *numer.* 11. *verſ. objicies ſecundò*, Del Bene *de Offic. Inquiſit. part.* 1. *dubit.* 173. *coroll.* 6. *num.* 2. *cum ſeqq.* & alii apud Cardin. Albit. *de inconſtantia in fide cap.* 24. *num.* 107. Quemadmodum enim ipſi ſuccedunt in ma- 7
joratibus, dummodo à Patre hæretico non ſint inſtituti, ut ultra citatos firmant Molina *de primogenit. Hiſpan. libr.* 4. *capit. ult. num.* 51. Torre *de primogen. tom.* 1. *cap.* 31. §. 3. *num.* 53. Palaez *de majorat. part.* 4. *quæſt.* 23. *num.* 6. Raynald. *obſervat. crimin. tom.* 1. *capit.* 2. §. 1. *ſuppl.* 1. *num.* 17. Sanchez *ad præcept. Decal. lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 4. ita pariter capaces erunt dignitatis, & juriſdictionis annexæ ipſi Majoratui, vel Primogenituræ.

Quò autem ad privationem, & inhabilitatem ad 8
Beneficia Eccleſiaſtica, idem ſtatuitur ab eodem Innocentio in *Conſtitut.* 18. incip. *Noverit* §. 3. *in fine*, *Alexand. IV. Conſtitut.* 12. incip. *Quod ſuper* §. 12. *Nicol. III. Conſtit.* 2. incip. *Noverit* §. 21. *cap. quicumque*

§. *hære-*

Digitized by Google

§. hæretici, cap. ut commiſſi de hæret. in 6. Quod tamen
in his Conſtitutionibus indiſtinctè ſtatuitur de filiis,
& nepotibus, adeout ſub pœna privationis, & inha-
bilitationis ad officia, & beneficia comprehendantur
tam nepotes ex maſculo, quàm ex fœmina; declara-
vit Bonifacius VIII. in cap. ſtatutum il 2. eodem tit. in 6.
9 ut id procedat ſolùm quoad nepotes ex linea maſcu-
lina; adeout hæc pœna comprehendat primum, &
ſecundum gradum per lineam paternam; per mater-
nam verò primum tantùm; ex quo infertur, quòd ſi
mater ſit hæretica, ſoli filii, non autem nepotes hac
pœna comprehendantur, Gloſſa ibidem verb. inane,
Campanil. in diverſor. Juris Canon. rubr. 11. capit. 26.
num. 8. Pegna part. 3. comm. 164. verſ. quantum ad pri-
mam, Azor. part. 1. inſtit. moral. lib. 8. cap. 13. verſ.
octava pœna, Gomez var. tom. 3. cap. 2. num. 4. Leſſ.
de juſtit. lib. 2. cap. 34. num. 123. Peyrin. tom. 2. quæſt. 2.
cap. 5. §. 6. num. 75.

10 Verùm etſi de jure hæc inhabilitas ad Beneficia non
extendatur ultra ſecundum gradum in linea paterna,
& primum in materna; in pluribus tamen Eccleſiis,
præſertim in Hiſpania, ob peculiaria eorum ſtatuta
per Sedem Apoſtolicam confirmata, eadem inhabi-
litas ulteriùs ad alios deſcendentium gradus protendi-
tur, quorum ſtatutorum rationabilitatem ex pluribus
comprobant Ricciul. de jure perſon. tract. de Neophit.
capit. 6. Eſcobar. de puritat. & nobil. proband. part. 1.
quæſt. 12. num. 54. cum ſeqq. Suarez de cenſuris diſp. 43.
ſect. 3. num. 8. Sanchez cit. lib. 2. cap. 28. num. 14. Bar-
boſa de Canon. cap. 13. num. 29. & fuſiùs voto deciſ. 93.
num. 74. Souſa in aphoriſ. inquiſ. lib. 3. cap. 23. num. 7.
cum ſeqq. Salell. de Mater. tribun. fidei lib. 6. capit. 5.
regul. 473. num. 79. & fuit confirmatum ſimile ſtatu-
tum per Sacram Congregationem Concilii in Segun-
11 tina Statuti 5. Septembris 1693. quæ quidem ſtatuta
cùm derogent juri communi, firmitatem non obti-
nebunt, niſi Apoſtolica confirmatio eis accedat, ex-
cepto ſi apponantur in limine fundationis Eccleſiæ,
Ricciul. citat. cap. 6. num. 18. & cap. 7. num. 1. & ſeq.
Eſcobar. de puritat. & nobilit. part. 1. quæſt. 2. num. 9.
12. & 54. Barboſa de poteſt. Epiſcop. part. 1. tit. 2. gloſſ.
17. num. 29. & ſeq. Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 44.
num. 8. & ſeq. & Rota in Leodien. ſeu Aquiſgranen. Ca-
nonicatus ſuper bono jure die 7. Martii 1701. §. neque
obſtant, coram D. Scotto, Lara de Anniverſ. & Ca-
pell. lib. 2. capit. 4. num. 36. Ottalora de nobilit. cap. 7.
num. 26. & dixi tom. 2. ad Conſtitut. 10. Innoc. III. nu-
12 mer. 50. Idque etiam receptum eſt, ut de eiſdem ſta-
tutis judicium fiat tanquam de odioſis, & pœnali-
bus, & exinde ſtrictiſſimè interpretandis, ex conge-
ſtis per Barboſ. de Canon. cit. cap. 13. num. 30. & de po-
teſt. Epiſcop. citat. tit. 2. gloſſ. 17. num. 29. Rota de-
ciſ. 307. numer. 1. coram Mantica deciſ. 307. & 355.
13 part. 4. tom. 1. deciſ. 74. part. 4. tom. 2. recent. Solent-
que eadem ſtatuta per Papam confirmari, quemad-
modum, ut notat Cardin. Albit. de inconſt. in fide ca-
pit. 24. num. 149. confirmavit ſimile ſtatutum Capituli
Tudenſis in Hiſpania, appoſitis tribus conditionibus,
nempè quòd onus probandi deſcendentiam ab hære-
ticis, aliiſve in Statuto expreſſis, incumbat Capitulo,
quemadmodum etiam de jure ad ipſum ſpectat, Ric-
ciul. cit. tract. de Neophit. cap. 7. num. 9. Eſcobar. cit.
part. 1. quæſt. 8. §. 2. num. 18. Barboſ. de Canon. cap. 13.
num. 32. Rota deciſ. 202. part. 5. Secundò, quòd ſu-
per tali confirmatione reſervata cenſeatur facultas Se-
dis Apoſtolicæ in diſpenſando cum talibus deſcenden-
tibus, adeout ſi data diſpenſatione Capitulum ſe op-
ponat, confirmatio ſtatuti eo ipſo evaneſcat, & ſit
nulla. Poſtremò, quòd occurrente lite ſuper proba-
tione deſcendentiæ, aliiſque ad ſtatutum pertinenti-
bus, cauſa per appellationem devolvatur ad Rotam
Romanam, ut ex decretis Sacr. Congreg. apud Car-
din. Albitium cit. cap. 24. num. 149. ubi, quod ſub his
conditionibus fuerit per Paulum V. confirmatum ſta-
tutum Capituli Tudenſis in Hiſpania, quòd ſcilicet
deſcendentes ex Chriſtianis novis Mahometanis, aut
pœnitentiatis in S. Officio, uſque ad quartum gra-
dum, non poſſent obtinere beneficia in dicta Eccle-
ſia; ſubdens, quòd cùm ejuſdem ſtatuta ſint contra
jus commune, ſoleat Sedes Apoſtolica ſemper cum
prædictis deſcendentibus diſpenſare, præſertim ſi non
ſint filii, vel nepotes; quamvis in his diſpenſationi-
bus excipi ſoleant beneficia curata, & primæ digni-
tates, ut dicam infra num. 61.

Redeundo autem ad jus commune: ſub hac pœna 14
privationis, & inhabilitatis ad officia, & beneficia,
quemadmodum etiam aliis pœnis, ſubjacent non ſo-
lùm filii legitimi, & naturales; ſed etiam illegitimi,
& ſpurii, vel quomodolibet nati ex damnato coitu,
ne iſti ſint melioris conditionis, quàm illi; neve (ut
inquit textus §. ultimo Authent. de reſtit. & ea quæ pa-
rit) aliquid amplius habeat caſtitate luxuria; tum
etiam, quia quoad beneficia accedit proprior ratio
irregularitatis ob defectum natalium, Gloſſa in cit. cap.
ſtatutum il 2. verbo volumus, & ibi Jo: Andr. num. 4.
Gemin. num. 4. Ancharan. num. 2. Barboſ. num. 14.
Lambertin. de jurepatron. lib. 2. part. 1. quæſt. 9. art. 6.
num. 11. Del Bene cit. part. 1. dubit. 173. coroll. 8. Fa-
rinacc. de hæreſ. quæſt. 191. num. 9. & 54. Covarr. lib.
2. variar. cap. 8. num. 3. Menoch. lib. 5. præſumpt. 33.
num. 11. Symanch. de Cathol. Inſtitut. tit. 29. num. 16.
Sanchez cit. lib. 2. cap. 27. num. 1. Salell. de mater. Tri-
bun. Fidei tom. 3. lib. 6. regul. 472. num. 26. & exinde 15
ſequitur, ut non ſolùm filii exiſtentes ſub patria po-
teſtate, ſed etiam emancipati, præfatis pœnis ple-
ctantur, nam nec filii illegitimi ſunt ſub patria po-
teſtate, Inſtit. Civil. lib. 1. tit. 9. in princ. & tit. 10. §.
ſi adverſus, filiatio autem in his illegitimis benè pro- 16
babitur per nominationem, & quod uti filii tracten-
tur, Repertor. Inquiſit. verbo filius §. etſi quæratur, ubi
Quintilian. Mandoſ. lit. N. Farinacc. citat. quæſt. 191.
num. 10. Card. Albit. cit. cap. 24. num. 136.

Filii tamen vulgò quæſiti, ii nempe, qui certum 17
Patrem demonſtrare non poſſunt, his pœnis non ſub-
jacent; ne patre incerto, certas patiantur pœnas,
Covarr. cit. cap. 8. num. 3. Sanctarell. de hæreſi cap. 36.
dub. 1. num. 5. Villadieg. de hæretic. quæſt. 23. Farinacc.
cit. quæſt. 191. num. 11. Salell. cit. regul. 472. num. 27.
Surdus conſil. 386. num. 6. Del Bene citat. corollar. 8.
num. 7. Diana part. 4. tract. 8. reſolut. 76. in fine, quod 18
limitatur, ſi vigore conſuetudinis, aut ſtatuti, filii
vulgò quæſiti reputarentur de aliqua agnatione; tunc
enim incertitudinem Patris non obſtare, quin ipſi di-
ctis pœnis ſubjaceant, dixerunt Graff. lib. 2. deciſ. ca-
pit. 11. num. 19. Repertor. Inquiſit. verb. filii §. ſed eo
præſuppoſito, circa medium, Ricciul. de jure perſon.
lib. 5. cap. 30. num. 6. Farinacc. citat. num. 11. Decian.
tract. criminal. lib. 5. cap. 45. num. 3. & 5. Fermoſin. de
confiſcat. allegat. 38. num. 18. Verùm quantumvis in
his filiis pater ſit incertus, ſemper tamen certa eſt
mater, & conſequenter ob illius hæreſim ſubjacent
præfatis pœnis, Repertor. Inquiſitor. cit. §. ſed eo præ-
ſuppoſito, in princip. De filiis autem adoptivis, quòd 19
nec pœna privationis beneficiorum, nec aliis pœnis
ob patris adoptantis hæreſim afficiantur, indiſtinctè
dixerunt Del Bene part. 1. dubit. 174. coroll. 9. Card.
Albit. cit. cap. 34. num. 137. Sanctarell. citat. capit. 36.
dub. 1. num. 6. Vide tamen ad rem plura diſtinguen-
tes Ricciul. cit. lib. 5. cap. 30. num. 10. cum ſeqq. Fer-
moſin. de confiſcat. allegat. 38. num. 19.

Ulteriùs eſt advertendum, quòd in omnibus præ- 20
allegatis Conſtitutionibus, hæc pœna privationis, &
inhabilitatis ad officia publica, & beneficia ſtatuitur
ſolummodo contra filios, & nepotes hæreticorum,
eorumque fautorum, defenſorum, receptatorum, ſi-
ve credentium; ex quo ſequitur non ſuſtineri opinio-
nem Azorii part. 2. lib. 6. capit. 4. quæſt. 3. verſ. ſi ro-
ges, extendentis hanc pœnam ad omnes filios ſuſpe-
ctorum de hæreſi: quod ſanè non eſt admittendum,
niſi in ſuſpectis de hæreſi ex eo, quòd ſint fautores,
defenſores, receptatores, ſive credentes; minùs verò
in aliis quomodolibet ſuſpectis, quorum nulla fit men-
tio in allegatis juribus, Zanchinus de hæretic. cap. 28.
numer. 4. Pegna part. 3. comm. 164. verſic. num filii,
Paſſerin.

Digitized by Google

Paſſerin. *de election. cap.* 25. *quæſt.* 9. *num.* 81. Sanch. *cit. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 29. Farinac. *cit. qu.* 191. *nu.* 67. Souſa *lib.* 3. *aphor. cap.* 12. *num.* 5. Peyrin. *tom.* 2. *quæſt.* 2. *cap.* 5. §. 6. *num.* 88. Fermoſin. *de confiſcat. alleg.* 39. *num.* 28. Salelles *cit. regul.* 472. *numer.* 28. Rota *deciſ.* 390. aliàs 400. *num.* 2. coram Puteo, Card. Albit. *cit. cap.* 24. *num.* 116. ubi *num.* 117. ait, quòd ſuſpecti de hæreſi nec ſunt privati beneficiis, nec redduntur in-
21 habiles ad ea obtinenda, etiamſi publicè abjuraverint, ex Rota *dec.* 51. *poſt* 1. *vol. conſ.* Farinac. quòdque ita pluries reſolverit Sacr. Congr. Supremæ Inquiſitionis; idque etiam colligitur ex Brevi ſan. mem. Innoc. XII. dato ad Epiſcopos Belgii ſub die 6. Febr. 1694. ibi: *Ne ulla ratione quenquam vaga ipſa accuſatione, & invidioſo nomine Janſeniſmi traduci, aut nuncupari ſinatis, niſi prius ſuſpectum eſſe legitimè conſtiterit, aliquam ex his propoſitionibus docuiſſe, aut tenuiſſe, nec quenquam ſub hoc prætextu repelli ab officiis, muniis, beneficiis, gradibus, aut concionibus habendis, vel alia quacunque functione Eccleſiaſtica, permittatis, niſi ſervato juris ordine, eam pœnam, quæ viris alioquin Catholicis graviſſima eſt, commeruiſſe probatum fuerit*: ut apud Van-Eſpen. *part.* 3. *juris Eccleſ. univerſ. tit.* 4. *cap.* 2. *num.* 33.

Dubium ſanè eſt, an hæc pœna privationis Offi-
22 ciorum, & Beneficiorum, comprehendat etiam filios hæreticorum genitos priuſquam eorum pater incideret in hæreſim. Et quidem verior, magiſque communis opinio eſt aſſerentium, hæreticorum filios, ſive ante, ſive poſt lapſum parentum genitos, hanc pœnam incurrere; omiſſis enim plurimis rationibus, quas fusè habes apud mox citandos, id præſertim probatur ex *cap. ſtatutum il* 2. *de hæreticis in* 6. ubi, quòd ad hoc, ut filii hanc pœnam incurrant, ſufficiat probari, eorum parentes hæreticos eſſe, vel hæreticos deceſſiſſe; ſi autem filii ante hæreſim geniti non comprehenderentur ſub hac pœna, ſequeretur non ſufficere probari, parentes eſſe hæreticos, vel deceſſiſſe hæreticos, prout ſufficere ſtatuit cit. textus; ſed ulteriùs eſſet probandum, parentes in hæreſim incidiſſe antequàm filii eſſent geniti; quod certè eſt contra mentem ejuſdem textus, ut fuſiùs rem pereurrentes, fir-
23 mant Alphonſ. de Caſtro *de juſta hæretic. punit. cap. ultimo*, Covarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 8. *num.* 5. Guttierez *canon. quæſt. lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 37. Pegna *part.* 3. *direttor. comment.* 163. *verſ. illud præterea*, Caſtropal. *part.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 7. *punct.* 2. *num.* 16. Royas *de hæretic. part.* 2. *aſſert.* 4. *num.* 354. *& ſingul.* 68. Azor. *part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 13. *quæſ.* 8. *verſ. octava pœna*, Rota *dec.* 104. *nu.* 4. *part.* 3. *diverſor. lib.* 2. & alii plurimi, quos ſequuntur Diana *part.* 4. *tract.* 8. *reſ.* 74. Farinac. *citat. quæſt.* 191. *num.* 52. Ricciul. *de jure perſon. lib.* 5. *cap.* 30. *nu.* 27. Garzias *de benefic. part.* 11. *cap.* 10. §. 1. *num.* 72. *cum ſeqq.*

Et licèt oppoſitam ſententiam tueantur Simanchas *de Cathol. inſtitut. tit.* 29. *num.* 23. Campanil. *in diverſor. rubric.* 11. *cap.* 26. *nu.* 16. *cum ſeqq.* Clarus *in praxi* §. *hæreſis num.* 17. Gomez *tom.* 1. *var. cap.* 2. *numer.* 16. & alii apud Sanchez *cit. cap.* 27. *num.* 14. Sancta-
24 rell. *cap.* 34. *dub.* 1. & Salell. *cit. regul.* 477. *num.* 43. Tamen ingenuè fateor, illam benignitati, ac æquitati favere quidem, non tamen veritati, à qua plurimùm recedit; imò ipſa Sacra Rota, quæ alioqui ſemper in delictis mitiorem ſequitur opinionem, primam ſententiam uti veram conſtanter ſequuta eſt contra filios ante hæreſim natos, in una *Conchen. Penſionis* coram Penia, inter ejus impreſſas *dec.* 402. *&* 403. *ac in eadem* coram Peregrino, quæ habetur apud Garziam *cit. cap.* 10. §. 1. *nu.* 79. *& poſt ſecundum volum. conſil.* Farinac. *dec.* 90. ac propoſitionis hujus cauſæ hiſtoriam habes apud Fagnan. *in cap. vergentis nu.* 32. *de hæreticis*, & Card. Albitium *cit. cap.* 24. *num.* 114. qui refert, quòd Suprema Inquiſitio ſequitur opinionem negativam tanquam benigniorem, & magis conſonam pietati ejuſdem Tribunalis, quòdque Rota *in cit. Cauſa Conchen.* non advertiſſet ad ſenſum dicti Tribunalis; & exinde propoſita poſtmodum eadem cauſa in Sacra Congregatione, reſolutum fuit pro ſententia negativa contra judicatum Rotæ; notabile tamen eſt, quod refert idem Cardin. Albit. *cit. numer.* 114. *verſ. benè reperii*, quòd nempe Clemens VIII. noluit præfatam cauſam per decretum definire, ſed potiùs per diſpenſationem; unde ipſe concludit, quòd vel ſequenda ſit ſententia negativa tamquam benignior, & magis æqua, quamque ſequitur Tribunal S. Officii; vel ſaltem quod faciliter, & abſque difficultate concedatur diſpenſatio.

Ex hac autem æquitate, cum qua procedit S. Offi- 25
cium, inutilis remanere videtur quæſtio, an filii priventur beneficiis obtentis ante hæreſim Patris; quandoquidem ſi admittamus, filios ante hæreſim natos non privari beneficiis, exinde ſequitur, quòd nunquam filii priventur beneficiis obtentis ante hæreſim Patris, cùm hoc nonniſi de filiis natis ante hæreſim verificari queat, D. Dandinus *de ſuſpect. de hæreſi in princip. præliminar.* 6. *num.* 4. Cardin. Albit. *cit. num.* 114. *verſ. & ideo*, ſequutus Baldell. *de fide, & infidel. libr.* 1.
diſput. 53. *num.* 20. ubi quòd ex pia conſuetudine in- 26
ductum ſit, ut filii, & nepotes hæreticorum non modò non cenſeantur ipſo jure privati beneficiis, & penſionibus ante Patris delictum obtentis, ſed quòd nec etiam priventur per ſententiam; vel ſaltem, quòd ſtatim atque petunt diſpenſationem, ſine mora, & abſque difficultate ipſis concedatur; hancquè ſententiam tuentur Pegna *citat. comment.* 163. *verſ. ego verò, & deciſ.* 404. *numer.* 26. *coram eodem*, Simaneh. *citat. tit.* 29. *num.* 20. Paramus *de origin. inquiſ. lib.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 203. Diana *part.* 4. *tract.* 8. *reſolut.* 76. Paſſerin. *cit. cap.* 25. *quæſit.* 9. *num.* 85. Ricciul. *cit. lib.* 5. *cap.* 29. *in fine*, Salell. *cit. regul.* 477. *num.* 68. & alii plurimi apud Sanchez *cit. cap.* 27. *num.* 28. Fermoſin. *allegat.* 38. *num.* 40. Campanil. *cit. cap.* 26. *num.* 26. Del Bene *part.* 1. *dubit.* 174. *coroll. primo, & ſecundo*, ubi quòd nec priventur ipſo jure, nec privari poſſint per ſententiam beneficiis obtentis ante hæreſim parentum. Cæterùm in puncto juris contrarium probabiliùs tenuerunt Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *quæſt.* 28. *num.* 82. Garzias *citat. cap.* 10. §. 1. *num.* 75. *cum ſeqq.* Theodoſ. Rubeus *in ſuis ſingularibus ad deciſ. Rotæ Roman. ad deciſ.* 202. *&* 203. coram Penia *fol.* 476. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 20. *num.* 5. *& cap.* 45. *num.* 6. Rota *in citat. Conchen. penſionis* 5. *Martii* 1598. cor. Peregrino, relata apud Garziam *cit.* §. 1. *nu.* 79. & de utriuſque opinionis fundamentis videndæ ſunt *deciſ.* 402. *&* 403. coram Penia.

Uno tamen caſu præfatam concluſionem, quòd 27
ſcilicet non comprehendantur beneficia obtenta à filiis ante hæreſim Patris, limitat Sanchez *cit cap.* 28. *num.* 29. & ex eo Salell. *cit. cap.* 5. *regul.* 473. *num.* 63. Penia *deciſ.* 403. *num.* 36. quando nempe filii obtinuiſſent beneficia ad preces Patris hæretici; ſed hæc limitatio eſt fruſtranea, quia ſi beneficium eſſet obtentum ad preces Patris hæretici, jam non ante, ſed poſt hæ-
reſim Patris obtentum eſſet, & conſequenter limita- 28
tio eſt extra regulam; quamvis alioqui verum ſit, quòd quicunque beneficium, aut officium publicum obtinuerit interventu, intuitu, vel gratia hæreticorum, aut eorundem fautorum, privari eis poſſint, ut in præſenti Conſtitutione habetur, & Alexander IV. in *capit. quicumque* §. *ad hæc de hæretic. in* 6. eos ipſo jure beneficiis ita obtentis privatos eſſe ſtatuit, addens eos eſſe inhabiles ad beneficia in futurum, ſi ſcienter beneficia obtinuiſſent, & notant Azor. *citat. cap.* 13. *quæſ.* 8. *verſ. octava pœna*, Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 15. *num.* 68. Souſa *in lib.* 3. *aphoriſ. capit.* 23. *num.* 2. Petrus Gregor. *Syntag. Juris part.* 3. *libr.* 33. *num.* 3. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. allegat.* 57. *numer.* 130.

Quò autem ad beneficia obtenta à filiis poſt hæ- 29
reſim Patris, frequentiùs Doctores diſtinguunt inter beneficia obtenta ante condemnationem Patris, ſeu potiùs per tempus, quo hæreſis Patris erat occulta; à beneficiis obtentis poſt Patris condemnationem, ſeu poſteaquàm hæreſis ejuſdem reddita fuit notoria;

itàut

Digitized by Google

itaut beneficiis in primo caſu obtentis, nec quidem per ſententiam privari poſſint; ſolùmque privatio intret in beneficiis ſecundo caſu obtentis, Simanchas *de Cathol. inſtitution. tit.* 29. *num.* 20. Pegna *cit. comment.* 163. *in fine*, Sanchez *loc. citat. cap.* 28. *num.* 31. Salell. *citat. regul.* 473. *num.* 68. Del Bene *part.* 1. *dubit.* 174. *corollar.* 3. Paſſerin. *citat. cap.* 25. *quæſ.* 9. *numer.* 87. quam diſtinctionem probant ex *cap. ſtatutum il* 2. *de hæretic. in* 6. ibi: *Hoc ſanè de filiis, & nepotibus hæreticorum, credentium, & aliorum hujuſmodi, qui tales eſſe, vel tales etiam deceſſiſſe probantur, intelligendum eſſe videtur:* ex quo infertur, quòd beneficiis obtentis tempore, quo hæreſis Patris erat occulta, non priventur filii, nec poſteaquàm Pater fuit condemnatus.

30 Verùm etſi admittam, quòd quouſque hæreſis Patris eſt occulta, filii ſint habiles ad obtinenda, & retinenda beneficia, ut ultra citatos notat Azor. *part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 13. *quæſt.* 8. *verſic. de jure*; non tamen perſuaderi poſſum, quòd ſi hæreſis Patris evadat notoria, filiis permiſſum ſit retinere, nec privari poſſint beneficiis obtentis tempore hæreſis occultæ. Eſt enim
31 advertendum, quòd hæc pœna in hæreticorum filios per Eccleſiaſticas leges ſtatuta, duo continet: primum, quòd filii in futurum remaneant inhabiles pro obtinendis beneficiis: alterum, quòd priventur beneficiis, quæ priùs obtinebant. Nec hoc ſecundum tergiverſari poteſt ex eo, quòd in *cap. quicumque* §. *hæretici de hæretic. in* 6. dicatur ſolummodò, filios reddi inhabiles ad beneficia in futurum, & nihil dicatur de beneficiis priùs obtentis, quemadmodum ſentire viſi ſunt Pegna *cit. comment.* 163. *verſ. rurſus*; Sanchez *citat. cap.* 28. *num.* 18. Quandoquidem quòd hæreticorum filii priventur etiam beneficiis obtentis, conſtat non ſolùm ex *capit. ut commiſſi eodem titulo in* 6. ſed etiam ex præſenti Conſtitutione, & ex *Conſtitut.* 12. *Alexand. IV.* §. 12. *Conſtitut.* 2. *Nicolai III.* §. 21. aliiſque juribus adductis per Fagnan. *in cap. vergentis numer.* 26. *de hæretic.*

32 Nec dicatur præfatas Conſtitutiones, utpotè non inſertas in corpore Sexti Decretalis, non obtinere vim legis, vel eſſe antiquatas, ex latè à me traditis *tom.* 1. §. 4. *proœmii numer.* 64. Nam Conſtitutiones, quæ hæreticam pravitatem percutiunt, in ſua efficacia permanſerunt, ut ibidem dixi *num.* 65. & tradit Eymeric. *part.* 3. *quæſt.* 131. ultraquàm quòd omnes Conſtitutiones ſtatuentes pœnas in hæreticos, expreſsè confirmavit, & innovavit Paulus IV. *Conſtitut.* 19. incip. *Cum ex Apoſtolatus* §. 2.

33 Ulteriùs ſuppono, quòd privatio beneficiorum, & inhabilitas ad ea contrahatur per filios ipſo jure, & ſtatim atque probatur, eorum parentes eſſe hæreticos, vel uti tales deceſſiſſe, ad terminos textus in *cit. cap. ſtatutum*. Et licèt non deſint putantes, filios etiam poſtquàm eorum Pater eſt condemnatus, debere per ſententiam privari beneficiis obtentis etiam poſt parentum condemnationem, ut in ſpecie Simanc. *de Cathol. inſtitut. tit.* 29. *num.* 20. Pegna *cit. commentar.* 163. *in fine*; tamen verius eſt, quòd poſita noto-
34 rietate hæreſis Patris, filii ipſo jure priventur, & inhabiles reddantur ad beneficia; imò nec requiritur ſententia Judicis, quæ declaret parentes fuiſſe hæreticos, ſed ſufficit probari, eos fuiſſe tales, vel tales deceſſiſſe, ut ex *citat. cap. ſtatutum* tenent Sayr. *de cenſur. lib.* 6. *capit.* 10. *num.* 40. Suarez *tom.* 5. *diſputat.* 43. *ſect.* 3. *num.* 2. Duard. *in Bulla Cœnæ lib.* 2. *canon.* 1. *numer.* 28. Azor. *part.* 1. *lib.* 8. *capit.* 13. *quæſit.* 8. *verſic. deinde quæro*, Garzias *cit. cap.* 10. §. 1. *num.* 60. Cardin. Albit. *cit. cap.* 24. *num.* 75. adeòut ſufficiat, quòd notoriè conſtet, parentem eſſe hæreticum, vel per ejus confeſſionem in judicio, vel per evidentiam facti; quòd verò privatio contingat ipſo jure, perſpicuè probatur ex *Conſtitut.* 18. *Innocentii IV.* §. 3. ibi: *Nos enim prædictos* (hæreticos nempe, eorumque fautores, & filios) *& quoſcumque Viros Eccleſiaſticos, qui ad preces hujuſmodi peſtilentium perſonarum dignitates, perſonatus, & quæcumque alia Eccleſiaſtica beneficia ſint adepti, ex nunc privamus taliter acquiſitis; volentes, ut tales & habitis perpetuò careant, & ad alia, vel ſimilia nequaquam in poſterum admittantur:* idemque clariùs repetit Nicolaus III. *cit. Conſtitut.* 2. §. 21. aliaque plenè adducit Fagnan. *cit. cap. vergentis à num.* 20. *ad* 28. & in terminis Sanchez *cit. cap.* 28. *num.* 32. cujus verba refert Salell. *lib.* 6. *cap.* 5. *regul.* 473. *num.* 70. Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *quæſt.* 28. *num.* 28.

Ex his ad rem deſcendendo, dicendum videtur, 35
quòd dum paterna hæreſis, quæ erat occulta, fit notoria, filii ipſo jure privantur beneficiis obtentis tempore hæreſis occultæ, prout refutato Sanchez, tenet Campanil. *in diverſ. rubr.* 11. *cap.* 26. *num.* 19. *verſ. ex prædictis*, Petrus de Ledeſma *part.* 2. *tract.* 1. *capit.* 6. *poſt concluſion.* 17. *dub.* 1. & 2. idemque ſentire videtur Fagnan. *cit. cap. vergentis num.* 20. Farinacc. *citat. quæſt.* 191. *num.* 69. Azor. *cit. cap.* 13. *quæſt.* 8. *verſ. deinde quæritur*; idque ſequitur ex dictis, nam filii hæreticorum, dum hæreſis paterna fit notoria, eodem tempore contrahunt inhabilitatem ad beneficia obtinenda, & privantur obtentis. Nunc dicant, quænam ſint beneficia jam obtenta, quibus privantur. Non poteſt dici eſſe beneficia quæſita ante hæreſim, ex ſuperiùs adductis; nec beneficia obtenta poſtquàm hæreſis fit notoria; nam cùm privatio quoad beneficia obtenta contingat ipſo jure, dum hæreſis fit notoria, non poteſt tunc dici, quòd priventur beneficiis, quæ poſt hæreſis notorietatem obtinebunt; nam ad beneficia obtinenda, non privatio, quæ habitum ſupponit, ſed inhabilitatio extenditur: ut igitur verificemus, quòd dum paterna hæreſis fit notoria, filii priventur beneficiis obtentis; dicendum omninò eſt, quòd priventur beneficiis obtentis tempore, quo pater erat hæreticus occultus, cùm privatio cadere non poſſit, niſi in beneficiis illius temporis intermedii.

Nec obſtat, imò favet textus in *cit. cap. ſtatutum*; 36
nam ibi non aliud ſtatuitur, niſi quòd hæc pœna non incurratur per filios, niſi probetur Patrem eſſe hæreticum, vel deceſſiſſe uti talem, quod ultrò admittimus; non tamen inde ſequitur, quòd non priventur beneficiis obtentis tempore hæreſis occultæ, poſtquàm eadem hæreſis fit notoria, cùm hæc pœna privet obtentis, & inhabiles reddat filios ad obtinenda. Dum ergo dicitur filios non privari beneficiis obtentis tempore hæreſis occultæ, intelligendum eſt, dummodo poſtea hæreſis non fiat notoria, ut accuratiùs loquitur Farinacc. *cit. quæſt.* 191. *num.* 69.

Sequitur ex his, quòd poſtquam hæreticorum filii 37
privati, & inhabiles redditi fuerunt ad beneficia, non poſſint permutare beneficia validè, & licitè obtenta priuſquàm ad ea redderentur inhabiles, Sanchez *cit. cap.* 28. *num.* 33. & 34. Souſa *cit. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 5. Salell. *cit. capit.* 5. *regul.* 473. *num.* 76. Paſſerin. *cit. capit.* 25. *quæſ.* 11. *num.* 91. Del Bene *part.* 1. *dubit.* 174. *corollar.* 7. & ex eadem ratione, neque eis beneficia reſignari poſſunt, ut apud Pariſ. *de reſignat. lib.* 4. *quæſt.* 3. *num.* 15. Cavendum tamen eſt à Sanchez, & 38
Souſa *loc. cit.* putantibus, quòd licèt permutatio operari non poſſit, ut filius hæretici acquirat novum beneficium; operari tamen, ut beneficium ejuſdem filii re vera acquiratur ab eo, cum quo fit permutatio. Cavendum inquam, quia quemadmodum filius hæretici non poteſt de novo acquirere beneficia, quia ad ea eſt inhabilis; ita nec poteſt in alterum transferre beneficia, quæ non habet, & quibus fuit privatus, quæque reſervata remanſerunt Sedi Apoſtolicæ per *Conſtitut.* 29. *Pii V.* incip. *Cum ex Apoſtolatus*, in qua reſervantur beneficia vacantia propter hæreſim; puto 39
tamen ipſos in hunc errorem invexiſſe, decepti exemplo excommunicati, qui permutando beneficium, li- 40
cèt ipſe nihil ſibi acquirat, tamen ejus beneficium acquiritur illi, cum quo permutat; Garzias *de benefic. part.* 7. *cap.* 13. *num.* 17. Sed diſpar eſt ratio inter excommunicatum, & filium hæretici. Siquidem excommunicatus licèt remaneat inhabilis ad acquirenda de novo beneficia, non tamen amittit beneficia,

quæ

Digitized by Google

quæ priùs obtinebat, cap. poſtulaſtis de Clerico excom-
munic. miniſtrant. Card. de Luca de benefic. diſc. 74. nu-
mer. 2. Garzias cit. cap. 13. num. 3. quod ſanè non pro-
cedit in filiis hæreticorum, qui etiam privantur ob-
tentis, nec ea retinere poſſunt.

41 Quæ autem omnia de Beneficiis dicta ſunt, de
Penſionibus pariter intelligenda eſſe communiter Do-
ctores volunt, adeout ſub nomine beneficii compre-
hendatur etiam penſio in caſu, ex quo eodem pacto
penſionibus, (ac beneficiis hæreticorum filii priven-
tur, ad eaque inhabiles reddantur, Fagnan. in citat.
cap. vergentis num. 29. Ricciul. lib. 5. capit. 29. Gygas
de penſion. quæſt. 94. num. 7. Sanchez citat. cap. 28. nu-
mer. 36. Suarez de Fide diſput. 93. num. 4. Salell. citat.
cap. 5. regul. 473. num. 64. Del Bene cit. dubit. 174. co-
roll. 7. Farinacc. cit. quæſt. 191. num. 60. Paſſerin. citat.
cap. 25. quæſit. 10. num. 90. Rota citat. deciſ. 403. nu-
mer. 40. coram Pœnia, & plenè Rota in cit. Conchen.
42 Penſionis coram Peregrino; idque tum quia incapax
beneficii eſt regulariter incapax penſionis, ut de ſtylo
Curiæ teſtantur Navarr. conſ. 11. num. 2. de tempor. or-
dinat. Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 44. num. 9. Garz.
de benefic. part. 1. cap. 5. num. 121. tum etiam quia in
omnibus ſuperiùs adductis Conſtitutionibus, & præ-
ſertim in præſenti, & in capit. quicumque, & cap. ut
43 commiſſi de hæret. in 6. genericè dicitur, quòd filii hæ-
reticorum priventur quibuſcunque beneficiis; quo
caſu ſub nomine beneficii venire etiam penſiones,
notat Gloſſ. in Clement. 2. verbo quodcunque de vita,
& honeſtat. & in cit. cap. quicunque, verbo beneficium,
Abbas in cap. ad audientiam il 2. de reſcript. in 6. Felin.
in cap. poſtulaſti numer. 8. eodem tit. Gigas de penſion.
quæſt. 28. per tot. Caccialup. eodem tract. quæſt. 30. n. 3.
Mandoſ. ad regul. Cancell. 33. quæſt. 6. num. 2. & plura
Sanchez, & Paſſerin. loc. cit.

44 Videndum ſupereſt, an iidem filii, & nepotes ex
linea paterna pariter fiant inhabiles ad Ordines Eccle-
ſiaſticos, eorumque exercitio interdicantur. Id ſanè
ex triplici capite oriri poſſet, ab infamia nempe, vel
ab irregularitate, vel ex eo, quòd arceantur ab hono-
ribus, & officiis publicis.

45 Quod attinet ad infamiam: licèt hæc nullo jure ex-
preſsè ſtatuta ſit in hæreticorum filios, frequentiùs
tamen Doctores volunt, infamiam, quam pater hæ-
reticus pro certo incurrit, in ejus filios, & nepotes
ex linea paterna redundare, ut præ cæteris tenent Pe-
gna part. 1. direct. comment. 4. verſic. hæc autem, Co-
varr. lib. 2. var. cap. 8. num. 1. Simanchas de Cathol. in-
ſtit. tit. 9. num. 269. & tit. 29. num. 14. Param. de orig.
inquiſition. lib. 3. quæſt. 9. num. 206. Alphonſ. de Caſtro
lib. 2. de juſta hæretic. punit. cap. 9. Henriquez lib. 14.
de irregularit. cap. 5. num. 4. Farinacc. citat. quæſt. 191.
num. 23. Rota in cit. Conchen. Penſionis cor. Peregrino
§. nec aliter, apud Garziam part. 11. cap. 10. §. 1. nu-
mer. 79. Quæ quidem ſententia duplici nititur funda-
mento: primum, quòd ex citatis juribus filiis arcen-
tur à dignitatibus, & honoribus publicis, & benefi-
ciis Eccleſiaſticis; quod ſanè eſt effectus infamiæ: ſe-
cundum, quia filii perduellium infamiæ nota inurun-
tur in l. quiſquis §. filii verò Cod. ad l. Jul. majeſtat. &
in cap. fœlicis de pœnis in 6. ergo à fortiori filii hæreti-
corum, cùm longè ſit gravius æternam, quàm tem-
poralem lædere majeſtatem, inquit Innoc. III. in cit.
cap. vergentis; ex quo valere argumentum à crimine
læſæ Majeſtatis humanæ ad crimen læſæ Majeſtatis Di-
vinæ, ex majoritate rationis voluerunt Fagnan. in cit.
cap. vergentis num. 21. & 38. Surdus de aliment. tit. 7.
quæſt. 14. num. 21. ubi alii.

46 Verùm hæc ſententia, etſi communis, veritate de-
ſtituitur; ei enim præſertim obſtat, quòd nullibi in
jure ejuſmodi pœna ſtatuta eſt contra filios hæretico-
rum, ut advertunt Sanchez in cit. cap. 28. num. 5. Gi-
ballin. de irregular. cap. 5. propoſit. 3. conſectar. 3. n. 12.
Caſtropal. tom. 1. tractat. 4. diſput. 1. punct. 2. num. 10.
Sayr. de cenſ. lib. 6. cap. 10. num. 40. Sigiſm. de Bonon.
de elect. dub. 80. num. 1. Card. Albit. de inconſt. in Fide
cap. 24. num. 84. Del Bene cit. part. 1. diſp. 174. n. 15.
Suarez de cenſur. diſp. 48. ſect. 3. num. 2. cum ſeq. Salell.
cit. cap. 5. regul. 474. num. 90. cum ſeqq. Paſſerin. citat.
cap. 25. quæſit. 11. num. 95.

Si enim eſſent infames, ſubjacerent iidem filii aliis 47
pœnis infamiæ, adeoque arcerentur à teſtimonio di-
cendo, l. 3. §. lege Julia, l. quæſitum, l. Sejo ff. de te-
ſtibus, cap. teſtimonium eodem tit. capit. licet de proba-
tion. & tamen teſtimonium ferre non prohibentur,
can. non poteſt 2. quæſt. 7. Sanchez cit. num. 5. Paſſerin.
num. 95. ſimiliter amitterent nobilitatem, quam ta-
men non amittunt, niſi in caſu, quo eorum pater
hæreticus nobilitatem ex privilegio Principis primò
obtinuiſſet, Tiraquell. de nobilit. cap. 35. num. 4. & 5.
Lupus de Regno Navar. part. 5. §. 6. Simanch. citat.
tit. 29. num. 18. Sanchez cit. num. 5. Sanctarell. de hæ-
reſi cap. 35. num. 1. & 2. Menoch. conſ. 805. num. 8. De-
cius conſ. 318. Ottalora de nobilit. hiſpan. part. 4. prin-
cip. cap. 9. num. 2.

Neutrumque fundamentum ſubſiſtit, nam inhabili- 48
tas ad officia & beneficia non ſupponit neceſſariò
infamiam, cùm poſſit ex aliis cauſis oriri, & conſe-
quenter non poteſt ex ea argui infamia, ſicuti ab effe-
ctu æquivoco non jure infertur ad cauſam determina-
tam. Similiter nec valet argumentum ex majoritate
rationis ductum à filiis perduellium, ſeu reorum læſæ 49
Majeſtatis humanæ, niſi in caſibus à jure expreſſis,
Gygas de crimin. læſæ Majeſtat. lib. 5. tit. 1. quæſt. 17. in
fine; hoc enim argumento non aliàs uſus fuit Inno-
centius III. in cit. cap. vergentis, niſi tanquam ex mo-
tivo ſtatuendi in filios hæreticorum privationem pa-
ternæ hæreditatis, ad inſtar juris civilis, quòd eandem
pœnam ſtatuerat in filios perduellium; ex quo aliud
inferri non poteſt, niſi quòd pœnæ ſtatutæ in per-
duelles, poſſint etiam ob majoritatem delicti ſtatui in
hæreticos, non verò quòd ipſo jure cenſeantur ſtatu- 50
tæ, vel quòd à nobis poſſint pro libito extendi, præ-
ſertim cùm agatur de extendenda pœna contra filios
innocentes, Surdus conſil. 36. num. 18. & 19. Soccin.
conſ. 275. num. 11. vol. 2. Card. Albit. cit. cap. 24. n. 76.
& 87. Caſtropal. cit. punct. 2. num. 10.

Non igitur incurrunt filii infamiam juris, cùm 51
hæc in jure contra eos non ſit ſtatuta; niſi dicere ve-
limus, ipſos incurrere aliqualem infamiam facti, ex
eo ſcilicet, quòd in minori exiſtimatione habeantur,
ut putat Diana part. 4. tract. 2. reſolut. 45. Sanchez ci-
tat. cap. 28. num. 3. Salell. regul. 474. num. 98. tamen
non ſemper ac quis habetur in minori exiſtimatione,
reputari debet infamis infamia facti, ſed dum aliquid 52
commiſit, ex quo ejus opinio gravata remanſit apud
bonos, & probos viros, Gonzal. cap. teſtimonium nu-
mer. 2. de teſtibus, Decian. tract. crimin. lib. 3. cap. 17.
num. 18. apud autem viros prudentes & probos po-
tiùs debet augeri exiſtimatio ejuſmodi filiorum, qui
non obſtante hæreſi patris, in Fide conſtantes, & in-
nocentes permanſerunt. Inhabilitas igitur ad Ordi-
nes, eorumque exercitium, contra hæreticorum filios
oriri non poteſt ex infamia.

Similiter hæreticorum filios eſſe irregulares, com- 53
munis eſt ſententia, quam præ cæteris tenent Sanchez
cit. cap. 28. num. 7. Navar. in manual. cap. 22. numer.
205. Simanch. citat. tit. 29. num. 17. Majol. de irregu-
lar. lib. 5. cap. 46. Suarez de cenſur. diſp. 43. ſect. 3.
num. 1. Salzed. ad Diaz. cap. 22. num. 22. Turrian.
de cenſur. lib. 9. diſp. 62. dub. 2. Valent. tom. 4. diſp.
7. quæſt. 19. punct. 3. Del Bene part. 1. dubit. 174. n.
2. Bonacin. de irregularit. diſp. 7. quæſt. 3. punct. 7.
num. 9. Cardin. Albit. cit. cap. 24. num. 80. ubi quòd
hæc opinio ſit verior, ſed quòd ob æquitatem &
benignitatem S. Officii fortaſsè tenenda ſit opinio ne-
gativa, quam tenent Sayr. de cenſ. libr. 6. cap. 10.
num. 40. Tolet. in ſum. lib. 1. cap. 25. num. 8. Gibal-
lin. de irregularit. cap. 5. propoſit. 3. conſectar. 3. &
alii apud cit. Card. Albit. num. 79.

In hac tamen re media via videtur tenenda, Dico 54
enim hæreticorum filios non eſſe propriè, & in ri-
gore irregulares, etſi ferè omnes irregularitatis effe-
ctus in ſe experiantur. Non enim ſunt infames, ut
vidi-

Digitized by Google

vidimus; nec ullus eſt textus irrogans illis irregulari-
tatem, vel ſaltem eis expreſsè prohibens Ordinis Ec-
cleſiaſtici ſuſceptionem; ex quo intrat regula, quòd
ſcilicet irregularitas non incurritur, niſi ſit in jure
expreſſa, *cap. is, qui de ſent. excomm. in 6.* cum
concordantibus.
55 Verùm etſi non ſint irregulares, ſentiunt tamen
effectus irregularitatis; ſunt enim inhabiles, & pri-
vantur Beneficiis; ſunt etiam inhabiles ad Ordines,
non quia infames, vel irregulares, ſed quia arcentur
ab honoribus, & Officiis publicis; Ordo enim Ec-
cleſiaſticus eſt dignitas, & quidem maxima, *can. de-*
56 *nique diſt. 4. can. admittuntur 54. diſt. cap. un. de vi-*
ta, & honeſt. Cler. in 6. ubi Paſſerin. *n. 3. cap. 1.* ubi
Abb. *de oblig. ad ratiocin. leg. Officiales Cod. de Epiſc.*
& Cleric. Gonzal. *in cap. ex tuarum num. 6. de tempor.*
ordinat. Majol. *de irregular. lib. 3. cap. 1. num. 2.* & ini-
57 tiati talibus Ordinibus cenſentur Miniſtri publici, ut
dixi tom. 2. ad Conſtitut. 6. Honor. III. num. 33. & 34.
ideoque hæreticorum filii, qui ab honoribus, & mi-
niſteriis publicis etiam infimis repelluntur, prohibiti
etiam cenſentur ſuſcipere Ordines Eccleſiaſticos,
Paſſerin. *in cit. cap. 25. quæſ. 12. num. 97.* Campanil. *cit.*
cap. 26. num. 7. Avila *de cenſur. part. 7. diſp. 4. dub. 4.*
concluſ. 3. Peyrin. *tom. 2. quæſt. 2 cap. 5. num. 81.* Ma-
jol. *de irregular. lib. 5. capit. 47. num. 6.* Bellet. *diſquiſ.*
Clerical. part. 1. de diſc. Cler. §. 10. num. 28. Salzed. ad
Diaz *cap. 23. num. 2.* Covarr. *lib. 2. var. cap. 8. num. 6.*
Del Bene *part. 1. dubit. 174. corollar. 9.* Hinc non ſunt
inhabiles ad Ordines, ut Ordines ſunt, & ratione ſan-
ctitatis illorum; ſed ſolùm ut ſunt miniſteria publica,
adeoque propriè non ſunt irregulares, ut benè obſer-
vat Paſſerin. *cit. num. 97.*
58 Inſuper, ſi eſſent verè irregulares, non ſolùm eſſent
inhabiles ad Ordines ſuſcipiendos, ſed etiam priva-
rentur exercitio Ordinum jam ſuſceptorum, ex *capit.*
ult. d. tempor. ordinat. cap. inquiſitionis il 1. de accuſat.
59 *can. curandum, & can. ſi cujus uxorem 34. diſt.* & tamen
non privantur exercitio Ordinum ſuſceptorum, ante-
quàm pater incidiſſet in hæreſim, ut ex Gloſſ. *in can.*
ſatis perverſum 56. diſt. Bellet. *citat. §. 10. numer. 32.*
Sanchez *cit. cap. 28. num. 10.* Majol. *cit. cap. 47. num. 6.*
Cardin. Albit. *citat. cap. 24. num. 82.* Salell. *in cap. 5.*
regul. 474. num. 104. & ratio eſt, quia ipſos non me-
timur tanquam irregulares, ſed tanquam inhabiles ad
munera publica; iſtis autem non privantur, ſi obten-
ta fuerint ante hæreſim patris. Quia tamen, ut dixi
ſupra *num. 35.* privantur Officiis, & Beneficiis ob-
tentis tempore, quo hæreſis patris erat occulta, idem
aſſerendum eſt quoad exercitium Ordinum tali tem-
pore ſuſceptorum.
60 In omnem tamen caſum, ſive ab Ordinibus arcean-
tur ob irregularitatem, ſive ex ratione ſuperiùs addu-
cta, hæreticorum filii diſpenſatione indigent, ut re-
ſolvit Sacr. Congreg. Concilii in *Leodien. Ordinatio-*
nis 20. Auguſti 1678. ubi ad dubia: *I. An filius hæreti-*
ci Apoſtolica diſpenſatione pro Eccleſiaſticis Ordinibus
recipiendis indigeat. II. An ſit concedenda Oratori;
reſpondit *Ad primum: Affirmativè. Ad ſecundum:*
Adeat Sacram Congreg. Sancti Officii, quia per ipſam
ſolent frequenter hujuſmodi diſpenſationes dari; &
quidem agebatur de filio hæretici baptizato juxta for-
mam Eccleſiæ Catholicæ, ut notatur in folio, & be-
nemerito in moribus, ac ſervitio Eccleſiæ, quæ de-
61 bent attendi pro hujuſmodi diſpenſatione, & ſuper
hac inhabilitate ad Ordines & Beneficia diſpenſari
non poteſt, niſi per Sedem Apoſtolicam, ut ex plu-
ribus probat Fagnan. *cap. vergentis num. 32. cum ſeq.*
de hæretic. Caſtropal. *de cenſuris diſp. 6. punct. 19. §. 4.*
num. 7. dum autem diſpenſatur ad Beneficia, ut plu-
rimum excipiuntur curata, & quandoque primæ di-
gnitates poſt Pontificalem, & etiam Canonicatus in
Cathedralibus, ut ex praxi Sacræ Congregationis Su-
premæ Inquiſitionis tradit Cardinal. Albitius *cit. ca-*
pit. 34. num. 110.

Plures autem ſunt caſus, in quibus filii, & nepotes hæreticorum, eorumque fautorum, has pœnas evitant, de quibus latè dicam ad *Conſtitut. 2. Honorii IV.*

De eo autem, quod in §. ultimo hujus Conſtitutionis ſtatuitur, ne ſcilicet Inquiſitores publicent nomina teſtium, & accuſantium, dicam commodiùs infra ad *Conſtitut. 2. Urbani IV.* incip. *Licèt.*

CONSTITUTIO XVI.

INNOCENTII IV.

incipiens (*Quia tunc.*)

EPITOME BULLÆ.

INNOCENTIUS MINISTRO, CUSTODIBUS, Guardianis Conventualibus, vel eorum Vicariis adminiſtrationis Sancti Franciſci.

Concedit Pontifex præfatis Superioribus Ordinis Minorum, ut procedere poſſint contra Hæreticos, eorumque Fautores, alioſque de hæreſi ſuſpectos, cum facultate abſolvendi pœnitentes: coercendi impedientes, ſeu non faventes Inquiſitioni: concedendi Indulgentias audientibus eorum conciones, ſive auxilium, conſilium, aut perſonalem aſſiſtentiam Inquiſitioni exhibentes; & demum compeſcendi per Cenſuras Prædicatores Quæſtuarios.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Hæreſis crimen quàm grave ac pernicioſum ſit, enunciatur.*
2 *Inquiſitionis Tribunal quare erectum, & commiſſum hic PP. Conventualibus fuit.*
3 *Sacr. Congreg. Supremæ Inquiſitionis indicatur.*
Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus D. Cardinalis Galeatius Mariſcottus laudatur. Ibid.
4 *Hæreſes uſque ab Eccleſiæ exordio fuerunt.*
5 *Dubia Fidei decernere, ad Papam, & Concilium Generale pertinet.*
De crimine hæreſis cognoſcere ad ſolos Epiſcopos olim ſpectabat. Ibidem.
6 *Epiſcopi negligentes Diœceſim ab hæreſi purgare, deponuntur.*
7 *Inquiſitionis Tribunal præſertim ob Albigenſium hæreſes erectum fuit.*
8 *Primò erectum fuit ſub Innoc. III. proponente S. Dominico.*
9 *Inquiſitoris munus commiſſum PP. Prædicatoribus, & Minoribus, & aliquando etiam PP. Minimis.*
10 *Inquiſitorum juriſdictio eſt cumulativa cum Epiſcopis.*
11 *Inquiſitores Hiſpaniæ habent privativam quoad Epiſcopos.*
12 *Epiſcopi quomodo procedere debeant ſimul cum Inquiſitoribus. Remiſſivè.*
13 *Epiſcopus habet juriſdictionem in hæreticos, etiam Regulares, & exemptos.*
Et contra eos procedit jure delegato. Ibid.
14 *A ſententia Epiſcopi in cauſa hæreſis lata contra exemptos, appellandus eſt Papa.*
15 *Capitulum Sede vacante non ſuccedit in juriſdictione delegata procedendi in exemptos ex cauſa hæreſis: quod in praxi non ſervatur.*
16 *Vicarius Epiſcopi, vel Capituli, procedere nequit in cauſa hæreſis ſine ſpeciali mandato.*

17 *Epiſ-*

Digitized by Google

17 *Epiſcopus in cauſis hæreſis procedere debet cum conſilio Capituli; quamvis ex conſuetudine aliud ſervetur.*

18 *Prelati inferiores procedere poſſunt in cauſis hæreſis.*

19 *Prælati, aliique Superiores Regulares in cauſis hæreſis contra ſubditos Regulares procedere prohibentur.*

20 *Sed ſi ſubditos ſæculares habeant, contra eos procedere poſſunt.*

21 *Epiſcopi erunt Judices delegati, ſi Papa aliquam hæreſis cauſam ipſis ſpecialiter committat.*

22 *Inquiſitorum juriſdictio ab initio fuit delegata.*

23 *Inquiſitores antiquitùs delegare non poterant, niſi citationes, & denunciationes ſententiarum.*

24 *Inquiſitores integram cauſæ cognitionem hodie delegare poſſunt.*

25 *Similiter Vicarios Generales ſibi conſtituere poſſunt, & quomodo.*

26 *Quamvis nonnullos actus ſibi reſervare ſoleant, & quinam ſint.*

27 *Vicarii Inquiſitorum aliis ſubdelegare non poſſunt.*

28 *Facultas ſubdelegandi competens delegato Principis, eſt privilegium perſonale.*

29 *Inquiſitorum juriſdictio hodie eſt potiùs ordinaria, quàm delegata.*

30 *Nec morte delegantis, etſi nullo incœpto negotio, expirat.*

31 *Superioribus Regularium committebatur aliquando munus Inquiſitorum cum facultate illud committendi ſuis ſubditis Regularibus.*

32 *Superiores Prædicatorum & Minorum olim habebant facultatem eligendi Inquiſitores.*

33 *Inquiſitores Regulares in iis, quæ ad eorum munus pertinent, non tenentur obedire ſuis Superioribus.*

34 *Hodie Inquiſitores ſemper eliguntur à Sede Apoſtolica, præterquam in Hiſpania.*

35 *Inquiſitores juriſdictionem immediatè à Sede Apoſtolica obtinent, ejuſque ſunt delegati.*

QUàm grave, quàmque pernicioſum facinus ſit hæreſis, id præſertim oſtendit, quòd ſolùm ob ipſam perſequendam evellendamque Sacrum Inquiſitionis Tribunal erectum ſit. Cognoverunt ſiquidem Supremi Eccleſiæ Moderatores non ſatis conſultum, quo vinea Domini à vulpeculis eam vaſtare molientibus præſervaretur, niſi ſpeciales deſtinarentur Judices, nil aliud, quàm ejus purgationem, & tute-
2 lam meditantes: Sanctiſſimum quippè, ac ferè divinum excogitatum, quod fines non quidem mundanos habuit, ut ineptè blateravit Fr. Paulus Servita *in ejus opuſculo de Origine Inquiſitionis in Statu Veneto:* cujus errores, ſive potiùs verſutias uſque ad evidentiam detegit Cardin. Albitius *in reſponſione ad citat. opuſculum;* ſed ſolummodò, ut Locorum Ordinarii negotiorum varietate præpediti, coadjuvarentur per Judices peritiſſimos, ac Religione præſtantes, qui in qualibet Provincia hæreticos, vel de hæreſi ſuſpectos inquirerent, punirentque. Hinc noſter Pontifex id munus tribuit præfatis Superioribus Conventualibus in præſenti Conſtitutione edita Laterani 15. Kal. Aprilis anno 1254.

3 Porrò ultra peculiares locorum Inquiſitores, ex præfatis rationibus conſtituti quoque fuerunt Inquiſitores Supremi in Urbe, componentes Congregationem S. Officii, ſeu Supremæ Inquiſitionis, de cujus Inſtitutione in propriis Commentariis latiùs dicemus, eamque componunt ſelectiores S. R. E. Cardinales, quibus univerſalis Cura rerum Fidei in toto Chriſtiano Orbe incumbit, cujus nomine Epiſtolas, & reſolutiones, quæ inde extraduntur ſub Præfectura Summi Pontificis, ſubſcribit in præſenti Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus D. Cardinalis Galeatius Mariſcottus, in quem ultra generis claritatem, præclaras quoque virtutes conjunctas nemo non intuetur, eaſque prædicant Apoſtolicæ Ultramontanæ Legationes, muneraque in Urbe exercita; imò Purpura redimitus gravioribus Romanæ Curiæ negotiis crebrò addictus, pro publica utilitate inſudare jugiter non deſinit.

Pro hujus Conſtitutionis plena intelligentia, ſciendum eſt, quòd quamvis hæreſes uſque ab exordio naſcentis Eccleſiæ fuerint, juxta illud Apoſtoli 1. *Corinth.* 11. *Oportet hæreſes eſſe:* peculiare tamen S. Inquiſitionis Tribunal contra hæreticam pravitatem, non niſi poſt ſæculum duodecimum originem habuit; antecedentibus enim temporibus, relicta abſolutè Summo Pontifici, & Conciliis Generalibus facultate decernendi dubia circa Fidem, & diſcernendi doctrinam falſam à vera, quod ad ipſos tantùm ſpectabat, *can. quoties* 24. *quæſt.* 1. *cap. majores de baptiſmo;* cognitio criminis hæreſis ad ſolos Epiſcopos, & Locorum Ordinarios pertinebat, qui ex officio, & tanquam Inquiſitores nati hæreticos declarabant, atque in eos animadvertebant, *cap. ad abolendam, cap. excommunicamus il primo* §. *adjicimus de hæreticis;* adeò ut deponendus eſſet Epiſcopus repertus negligens, ſive remiſſus in purganda ſua Diœceſi ab hæreticæ pravitatis fermento, *citat. cap. excommunicamus* §. *volumus,* & notat Gonzalez *cap.* 2. *num.* 3. *eodem tit.* Pegna *part.* 2. *direct. comment.* 2. *verſ. Epiſcopi,* Param. *de origin. Inquiſit. lib.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 99. Farinacc. *de hæreſi quæſt.* 182. *num.* 25. 4 5 6

Quia tamen res adeo gravis, quæ unicum noſtræ Religionis momentum, & ſumma eſt, requirere videbatur peculiares Judices, qui hæreticorum, & de hæreſi ſuſpectorum perſecutioni ſolummodò intenderent, præſertim circa initia ſæculi decimitertii, quo tempore Albigenſium hæreſis ob ſectariorum præpotentiam ferè impunè graſſabatur, idque Epiſcopi negotiorum varietate diſtracti, ea præcipua, quæ requirebatur, diligentia præſtare non poſſent; ideò Summis Pontificibus neceſſarium viſum fuit ad delegatam Inquiſitorum juriſdictionem devenire, ſeligendo religioſiſſimos, ac doctrina præſtantes viros, qui pari ſolertia, ac pietate hæreticos, ſive pertinaces, ſive pœnitentes condemnarent, vel ad pœnitentiam reciperent juxta Canonicas Sanctiones. 7

Tempus autem, quo hujuſmodi delegata Inquiſitorum juriſdictio originem habuit, certum eſt nonniſi poſt ſæculum duodecimum fuiſſe; & licèt Hieronym. Roman. *libr.* 5. *hiſtor. Reipubl. Chriſtian.* ſentire videatur, juriſdictionem Inquiſitorum incœpiſſe ſub Innocentio IV. anno 1243. veriùs tamen eſt, id primò 8
contigiſſe ſub Innocentio III. occaſione hæreſis Albigenſium, rem eidem Innocentio proponente B. Dominico, tunc Oxomenſi Canonico, cui primo hæc delegata Inquiſitoris juriſdictio commiſſa fuit, Fernand. *in concertat. prædicat. pag.* 16. Caſtill. *in hiſtor. Ordin. Prædicat. cap.* 17. Lucius Marin. Siculus *in hiſtor. Hiſp.* Stefan. de Senhalac. *cap.* 2. *de glor. nomin. prædicat.* Paramus *de orig. Inquiſitionis lib.* 2. *tit.* 1. *cap.* 1. *num.* 13.

Non adhuc tamen ſub Innocentio III. quidquam 9
erat ſtatutum circa modum, quo Inquiſitores in hæreticos procedere deberent; idque ſucceſſores Pontifices luculenter præſtiterunt, non ſolùm novos delegando Inquiſitores, quemadmodum Gregorius IX. qui ſolis Fratribus Dominicanis Inquiſitionis munus commiſit, literis datis anno 1231. eorum Priori in Lombardia; quæ litteræ extant *tom.* 9. *Concill. columm.* 335. & de aliis Inquiſitoribus ejuſdem Ordinis ab eodem Gregorio contra Albigenſes miſſis, vide Leandr. *de viris illuſtrib. libr.* 2. Bzovium *ad annum* 1235. *à numer.* 4. & Innocentius IV. qui in hac noſtra Conſtitutione idem Inquiſitionis officium Minoribus Conventualibus commiſit; ſed etiam novas edendo Conſtitutiones, ſecundùm quas Inquiſitores procedere deberent: quod præſertim præſtitit noſter Pontifex, ut conſtat ex ejus *Conſtit.* 9. & 18. præcipuèque Inquiſitionis officium promovit Fridericus II. ſuis legibus confirmatis in *Conſtit.* 1. noſtri Pontificis, recipiendo Inquiſitores ſub ſua, ac Magiſtratuum protectione.

Digitized by Google

Aliquando etiam idem munus Inquiſitoris commiſ-
ſum fuit aliis extra Ordinem Prædicatorum, & Mi-
norum; ita Clemens VII. delegavit Inquiſitorem in
Regno Portugalliæ Didacum de Silva Ordinis Mini-
morum S. Franciſci de Paula, ut narratur in *Conſtit.* 8.
Pauli III. incip. *Illius* §. 1. Qui autem plura volet de
origine, & progreſſu Inquiſitorum, adeat Paramum
de origine Inquiſit. Torreblancam *in epitome delicto-
rum libr.* 3. *capit.* 2. Fragoſ. *de Regim. Chriſtianæ Rei-
publ. tom.* 2. *part.* 2. *libr.* 5. *diſput.* 13. Tamayum à Sa-
lazar *in Martyrol. Hiſpan. tom.* 2. *ad diem* 29. *Apri-
lis*, Carenam *de Offic. Inquiſit. part.* 1. *titul.* 5. Azor.
part. 1. *inſtit. moral. lib.* 8. *cap.* 18. Limborch. *in Hiſtor.
Inquiſit. lib.* 1. *per totum*, Salell. *de Mater. Tribun. Fi-
dei tom.* 1. *prolegomen.* 1. *cum ſeqq.* Van-Eſpen. *part.* 1.
Juris Eccleſ. Univerſ. tit. 22. *cap.* 3. *& part.* 3. *tit.* 4. *ca-
pit.* 2. Scortiam *in ſelectis epitom.* 13. *theorem.* 47.
10 Ex hac autem delegatione juriſdictionis facta In-
quiſitoribus, præſervata remanſit Epiſcoporum juriſ-
dictio, ut conſtat ex *Conſtitut.* 2. *Urban. IV.* incip.
licet §. 3. *Conſtitut.* 27. *Clement. VII.* incip. *cum ſicut*
§. 2. *& cap. per hoc de hæreticis in* 6. *Clement. prima eo-
dem tit.* adeout Inquiſitoribus cumulativa tantùm,
non autem privativa quoad Epiſcopos competat,
Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.* 25. *num.* 3. *&* 4. Farinac.
de hæreſi quæſt. 186. *num.* 5. *cum ſeq.* Card. de Luca *in
relat. Curiæ diſc.* 14. *numer.* 5. Scaccia *de judic. tom.* 2.
cap. 67. *num.* 9. Riccius *deciſ.* 279. *numer.* 3. *part.* 3.
11 licèt in Hiſpania ſive ex conſuetudine, ſive, ut ali-
qui ajunt, ex Sedis Apoſtolicæ privilegio, Inquiſi-
tores habeant privativam, adeout ipſi ſoli proceſſus
conficiant, atque de hæreſi cognoſcant, ut tradit
Sanctarell. *de hæreſ. cap.* 40. *dubio* 2. *num.* 15. Caſtro-
pal. *oper. moral. part.* 1. *tract.* 4. *diſput.* 8. *punct.* 13. *nu-
mer.* 6. Diana *part.* 4. *tract.* 8. *reſolut.* 2. Carena *citat.
part.* 1. *tit.* 4. §. 3. *num.* 21. Del Bene *part.* 2. *dubit.* 195.
12 *ſect.* 20. *num.* 14. Sed quomodo Epiſcopi procedere de-
beant ſimul cum Inquiſitoribus, dicam ad *Conſtitutio-
nem* 9. *Alexandri IV.*
13 Habetque Epiſcopus juriſdictionem in hæreticos
ſive ſubditos, ſive exemptos, adeout quoad primos
procedat jure ordinario, quo verò ad ſecundos jure
delegato; adeoque Regulares quomodolibet exempti
pro hæreſis crimine ſubjecti ſunt juriſdictioni delega-
tæ Epiſcopi, ut decidit textus in *cap. ad abolendam
§. ſi vero de hæreticis*; atque ita contra Hoſtienſem *in
eodem textu numer.* 13. putantem etiam quoad exem-
ptos Epiſcopum procedere jure ordinario, commu-
niter tenent Gloſſ. *ibidem verb. delegatis*, Gonzal.
ibidem num. 8. Simanch. *cit. tit.* 25. *num.* 6. Decian. *in
tract. crimin. libr.* 5. *cap.* 21. *numer.* 4. Farinacc. *citat.
quæſt.* 186. *num.* 7. Sanctarell. *de hæreſ. cap.* 41. *dub.* 1.
Carena *citat. titul.* 4. *numer.* 2. Lupus *ad Edict. S. In-
14 quiſit. part.* 1. *libr.* 2. *artic.* 1. *difficult.* 1. Quod etiam
comprobatur ex eo, quòd à ſententia interlocutoria
Epiſcopi lata contra exemptos, non ad Metropoli-
tanum, ſed ad Papam appellatur, Paſſerin. *in capit.
per hoc num.* 3. *de hæretic. in* 6. Farinacc. *cit. quæſt.* 186.
num. 9. Del Bene *citat. dubit.* 195. *ſect.* 18. *numer.* 7.
15 Salell. *lib.* 1. *cap.* 3. *regul.* 21. *num.* 21. ex quo ſequi-
tur, ut ſtricto jure hæc juriſdictio in regulares exem-
ptos, in Capitulum Sede Vacante non tranſeat, nam
Capitulum Sede Vacante non ſuccedit in juriſdictio-
ne delegata, Gonzalez *cit. num.* 8. Paſſerin. *citat. cap.
per hoc num.* 9. Decian. *citat. capit.* 21. *num.* 14. Fari-
nacc. *cit. quæſt.* 186. *num.* 182. Diana *part.* 8. *tract.* 4.
reſol. 37. Del Bene *part.* 2. *dubit.* 195. *ſect.* 18. *num.* 13.
16 Caren. *part.* 1. *tit.* 6. §. 3. *num.* 12. ubi quòd id proce-
dat de rigore juris, ac contrarium in praxi ſervatum
vidiſſe, pro qua ſententia alios adducit Farinacc. *cit.
num.* 182. & Salell. *lib.* 1. *cap.* 3. *regul.* 23. *num.* 37. Vi-
carius verò Epiſcopi, vel Capituli in cauſis hæreſis,
cùm ſint de gravioribus, procedere non poteſt, niſi
ad id ſpeciale mandatum habeat; non tamen requiri-
tur, ut nominatim hæreſis cauſæ committantur, ſed
ſufficiet ei in genere commiſſas eſſe cauſas, etiam ſpe-
ciale mandatum requirentes, Barboſ. *de poteſt. Epiſc.
allegat.* 54. *num.* 85. Genuenſ. *in praxi cap.* 51. Caſtro-
pal. *part.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 8. *punct.* 3. §. 1. *num.* 8. Care-
na *cit. tit.* 6. §. 2. *num.* 8. Fragoſ. *cit.* §. 4. *num.* 41. Del
Bene *cit. dubit.* 195. *ſect.* 19.
Non aliàs tamen procedere debet Epiſcopus in 17
cauſis hæreſis, niſi cum conſilio ſui Capituli, ut ex
textu in *cit. capit. ad abolendam*, communiter conclu-
dunt, Hoſtienſ. *ibidem num.* 2. Paſſerin. *citat. cap. per
hoc num.* 10. Caſtropal. *cit. punct.* 3. §. 1. *num.* 4. Decian.
citat. cap. 21. *num.* 9. Farinacc. *cit. quæſt.* 186. *num.* 14.
Del Bene *citat. dubit.* 195. *ſect.* 13. *num.* 9. qui tamen
ſubdunt, per Epiſcopos contrarium ex conſuetudine
ſervari, quæ conſuetudo cùm ſit tanto temporis lapſu
munita, proprio juri cenſetur renunciatum, ut in ter-
minis juris Capituli non exempti procedendi ſimul
cum Epiſcopo in cauſis gravioribus, firmavit Rota *in
Giennen. Adjunctorum* 15. *Junii* 1703. *verſic. cæterùm*
coram D. Molines, *& die* 1. *Maji* 1704. *verſ. ſtrictio-
ri coram eodem*.
Similiter Prælati inferiores juriſdictionem quaſi 18
Epiſcopalem habentes, non abſimiliter ac Epiſcopi
procedere poſſunt in cauſis hæreſis, ut notat Paſſe-
rin. *cit. cap. per hoc num.* 4. Caſtropal. *cit. diſp.* 8. *punct.*
12. §. 1. *num.* 6. Carena *part.* 1. *tit.* 6. §. 4. *num.* 14. Del
Bene *cit. ſect.* 18. *numer.* 10. Prælati verò Regulares, 19
ſive Abbates eamdem juriſdictionem quaſi Epiſcopa-
lem habentes, quoad eorum ſubditos Regulares cer-
tum eſt nullo modo procedere poſſe in cauſis hæreſis;
nam licèt tam ipſi, quàm alii Superiores Regulares
per *Conſtitut.* 51. *Pii IV.* incip. *Paſtoris Æterni*, po-
tuiſſent prævenire Inquiſitores in procedendo contra
eorum ſubditos Regulares de hæreſi ſuſpectos; hæc
tamen facultas iiſdem Superioribus Regularibus cu-
juſcumque Ordinis, & Inſtituti ſint, omnino ſubla-
ta fuit per ſubſequentem Conſtitutionem Pauli V. *la* 24.
incip. *Romanus Pontifex*, & notat Paſſerin. *citat. nu-
mer.* 4. Tamburrin. *de jure Abbat. tom.* 2. *diſput.* 23.
quæſ. 3. *num.* 2. Bordon. *in Tribunali cap.* 27. *num.* 1.
Salell. *libr.* 1. *capit.* 3. *regula* 24. *num.* 42. Azor. *inſtit.
moral. tom.* 1. *libr.* 8. *capit.* 18. *quæſ.* 12. Quo verò ad 20
alios ſubditos ſæculares eorundem Abbatum Regula-
rium, non poſſe illos procedere, ex citatis Conſti-
tutionibus cenſuit Salell. *cit. cap.* 3. *regul.* 24. *num.* 43.
& 44. ſed contrarium eſt verius, nam citatæ Conſti-
tutiones loquuntur ſolummodò de ſubditis Regulari-
bus, non autem de ſæcularibus, ut etiam advertit
Paſſerin. *loco cit. n.* 5. & in terminis Carena *cit. part.* 2.
tit. 17. §. 10. *num.* 35. Bordon. *citat. cap.* 27. *num.* 28.
Molin. *de juſtit. tract.* 5. *diſput.* 28. *num.* 11. Pignatell.
tom. 2. *conſult.* 70. *circa finem*.
Licèt autem Epiſcopi in cauſis hæreſis Judices or- 21
dinarii ſint, erunt tamen delegati, ſi non quidem ad
juriſdictionem excitandam, ſed ſpecialiter à Pontifice
alicujus cauſæ cognitio eis delegetur, Gloſſa *citat.
cap. per hoc verb. delegata*, Fragoſ. *cit. diſput.* 13. §. 4.
num. 41. Farinacc. *cit. quæſt.* 186. *num.* 10. Juriſdictio- 22
nem tamen Inquiſitorum ab initio delegatam fuiſſe
certum eſt; non aliàs enim niſi Apoſtolica auctori-
tate id munus obibant, & procedebant, ut præſer-
tim ex præſenti Conſtitutione conſtat, ibi: *Juxta
ſanctiones Canonicas auctoritate Apoſtolica procedatis*:
atque ita omiſſa opinione Archidiac. *in capit. ne ali-
qui de hæretic. in* 6. veriùs cenſent Eymeric. *part.* 3. *di-
rect. quæſt.* 4. ubi Pegna *comment.* 53. *per tot.* Petrus
Barboſa *in l. cum prætor* §. 1. *num.* 44. *& num.* 51. *ff. de
Judiciis*, Caſtropal. *citat. punt.* 3. §. 2. *num.* 2. Molina
de juſtit. tract. 5. *diſp.* 28. *n.* 4. Azor. *part.* 1. *inſtit. mo-
ral. lib.* 8. *cap.* 18. *quæſ.* 6. & alii communiter apud Fari-
nacc. *de hæreſi quæſt.* 186. *num.* 39. atque exinde eſt, 23
ut in primo eorum originis ſæculo Inquiſitores ſuum
munus delegare non potuerint, adeout tamquam ex
ſpeciali privilegio eis concedatur in *Conſtitut.* 2. *Ur-
bani IV.* incip. *licet* §. 10. *& in cap. ut commiſſi de hære-
tic. in* 6. poſſe committere citationes, & denunciatio-
nes ſententiarum; idque, quia hæc levia erant, nul-
liuſque præjudicii. Sanè Officium Inquiſitorum ni-
mis arduum, & difficile in ſuis initiis fuit, adeout

eorum

Digitized by Google

eorum induſtria præeligeretur, ut benè notat Gonzalez *in cap. 3. num. 18. de Offic. judic. delegat.* ex quo
24 fiebat, quòd licèt eſſent delegati Papæ, non tamen ſubdelegare potuerint; re tamen reddita faciliore ac certa per plures Conſtitutiones Pontificias, permiſſum fuit Inquiſitoribus non ſolùm citationes, & ſententiarum denunciationes committere, ſed etiam integram cauſæ cognitionem alteri ſubdelegare, ut conſtat ex *Conſtitutione 22. Clem. VII.* incip. *placuit* §. 10. ibi: *Et ad præmiſſa omnia, & ſingula, ſi, & quando expedire vobis, & alteri veſtrum viſum fuerit, viros aptos, & idoneos, cum ſimili, vel limitata poteſtate ſubdelegandi, & deputandi, ipſoſque quoties opportunum vobis, & alteri veſtrum videbitur, revocandi, ac loco ipſorum alios ſimiliter deputandi, auctoritate Apoſtolica plenam, & liberam poteſtatem, auctoritatem, facultatemque concedimus, non obſtanti-
25 bus Conſtitutionibus, &c.* Imò hodie Vicarios Generales ſibi conſtituunt ex *Conſtit. 27. ejuſdem Pontificis* incip. *cum ſicut* §. 2. ibi: *Decernimus, ut veſtros Vicarios, ſive Commiſſarios inſtituere valeatis, viros veſtra ſententia providos, aptos, & idoneos, dummodo ætatis trigeſimum annum attigerint.*

26 Ex quibus certum eſt, poſſe Inquiſitores omnem eorum facultatem ſuis Vicariis committere, quamvis regulariter reſervare ſoleant condemnationem impœnitentium, vel relapſorum, quòdque non poſſint ad diffinitivam ſententiam procedere, niſi priùs conſulto ipſo Inquiſitore, ut notat Eymeric. *part. 3. quæſt. 15. verſ. ſed licet*, Pegna *cit. part. 3. comment. 10. verſ. diffinitiva*, Caſtropal. *cit. punt. 12. §. 2. num. 12.* Azor. *part. 1. inſtitut. moral. libr. 8. cap. 18. quæſ. 10.* Carena *part. 1. tit. 7. §. 3. num. 8.* & formulas literarum, quibus per Inquiſitores conſtituuntur Commiſſarii, vel Vicarii Generales, habes poſt Tamburrin. *de jure Abbatum tom. 1. pag. 511. formula 17. 18. & 19.* & apud Maſſin. *in ſua praxi part. 9. fol. 294. cum ſeq.*

27 Hujuſmodi autem Commiſſarii aliis nec in totum, nec pro aliqua parte ſubdelegare poſſunt; verius enim eſt, ſubdelegatum à delegato, non poſſe alteri ſubdelegare, tum ne in ſubdelegando procedatur in infinitum, tum etiam quia facultas ſubdelegandi, quæ
28 delegato Principis competit, videtur eſſe perſonale privilegium non tranſmiſſibile ad alios, ex Gloſſa *in cap. ſuper quæſtionum verbo transfert de Offic. delegati, & in capit. cum cauſam verbo delegatus de appellation.* & de communi docet Pegna *part. 3. comment. 64. verſ. communis*, Azor. *citat. cap. 18. quæſ. 10. in fine*, Caſtropal. *citat. §. 2. numer. 13.* & alii apud Dianam *part. 4. tractat. 8. reſolut. 18.* Quòd autem diximus de facultate Inquiſitorum in conſtituendis ſibi Vicariis, hodie ex ſtylo, & ex decretis noviter editis, Inquiſitores Italiæ conſtituunt quidem ſibi Vicarios, ſed eos approbari priùs oportet à Suprema Inquiſitione. Unde receptus eſt mos, ut Inquiſitores proponant tres perſonas habiles pro munere Vicariatus, & Suprema Inquiſitio unum ex eis magis idoneum approbet.

29 Hæc tamen Inquiſitorum juriſdictio, quam ab initio delegatam fuiſſe vidimus, hodie magis ad ordinariam, quàm ad delegatam accedit, præſertim inſpecto, quòd ſuam juriſdictionem firmam, & certam habeant, certaſque ſedes per Provincias, & Diœceſes diſtinctas; majoremque hujus ordinariæ juriſdictionis figuram habemus in Hiſpania, in qua ſub uno perpetuo Inquiſitore Generali totum Inquiſitionis negotium rectè dirigitur, & ſtabilitum extat, adeout benè dixerit Barboſa *in citat. capit. per hoc numer. 12.* quòd ſi Inquiſitores fuiſſent ab initio inſtituti eodem modo, ac ſunt hodie, certè eorum juriſdictionem
30 ordinariam eſſe dicendum eſſet. Accedit ulteriùs, quòd eorum juriſdictio morte delegantis non extinguitur, etiamſi nullo adhuc negotio incepto mors contingat, ut decidit textus in *cap. ne aliqui de hæretic. in 6.* Ex quo non impropriè dicitur, Inquiſitorum juriſdictionem in ſe eſſe quidem delegatam, ſed deputatam ab iis imperfectionibus, quæ delegatam conſequuntur, adeout in iis potiùs reputetur ordinaria, Barbol. *citat. capit. per hoc numer. 12.* Molina *de juſtit. tract. 5. diſput. 28. num. 4.* Diana *part. 4. tractat. 8. reſol. 1.* Caſtropal. *citat. §. 2. num. 2.* Sanctarell. *de hæreſi cap. 40. dub. 1. num. 5.* Pignatell. *tom. 4. conſult. 179. num. 10.*

Conſueverat Innocentius IV. hoc munus Inquiſi- 31
toris committere præfatis Superioribus Regularium cum facultate illud etiam committendi aliquibus ex ſuis ſubditis, ut præſertim videre eſt in præſenti Conſtitutione §. 1. ibi: *Injungentes quatenus tam per vos, quàm per alios idoneos fratres veſtræ curæ commiſſos, quibus negotium hujuſmodi auctoritate noſtra duxeritis committendum:* ſuper qua re aliquando exorſit dubium ab Alexandro IV. reſolutum in ejus *Conſtit. 12.* incip. *quod ſuper* §. 8. ibi: *Adjeciſtis præterea, negotium, ſeu officium Inquiſitionis contra hæreticos dilecto filio Priori Fratri Prædicatorum Pariſien. à Sede Apoſtolica fuiſſe ſub ea forma commiſſum, ut idem ſuper hoc poſſet inquirere tam per ſe, quàm per alios, quos ad hoc idoneos reputaret: in quo quæritur, utrum tales delegati exiſtant, & quid poſſint etiam ſic electi; ſuper quo taliter duximus ordinandum, quòd idem Prior poſſit tres, vel quatuor idoneos ad hoc opus aſſumere, qui parem cum ipſo habeant poteſtatem, & amovere illos, ac ipſorum loco alios ſubſtituere, quotieſcumque videris expedire; ipſi tamen Priori, & aliis ſic aſſumptis committendi dumtaxat citationes, & examinationes teſtium, cùm de hujuſmodi crimine, ac circumſtantiis ejus inquiritur, ac denunciationes ſententiarum, quas ſuper iis contra quoslibet contigerit fieri, & iis ſimilia faciendi conceditur ab eadem Sede facultas.*

Ex his eruitur, olim Superiores Prædicatorum, 32
vel Minorum habuiſſe facultatem eligendi Inquiſitores, ut notant Eymeric. *part. 3. quæſt. 3.* & ibi Pegna *comment. 52. §. regulariter*, Azor. *cit. cap. 18. quæſ. 5.* Sanctarell. *cit. cap. 40. dub. 1. num. 6.* Del Bene *part. 2. dubit. 195. ſect. 8. numer. 2.* & conſtat ex literis Gregorii IX. quæ extant *tom. 9. Concilior. column. 335.* & referuntur in principio quæſtionum Guidon. Fulcodii poſt Carenam *de Offic. Inquiſition. pag. 444.* quibus Priori Patrum Prædicatorum in Lombardia datur facultas eligendi Inquiſitores in ſua Provincia, nec alia fuit ratio concedendi iiſdem Superioribus hanc facultatem, niſi quia ipſi præſumuntur pleniorem habere notitiam de idoneitate Fratrum ſui Ordinis, quod dixit Alexander IV. *Conſtitut. 23.* incip. *Catholicæ;* & ex hac facultate Superioribus Regularibus 33
conceſſa, ortum poſtea habuit controverſia, an ſcilicet Inquiſitores Regulares tenerentur obedire ſuis Superioribus in iis, quæ concernunt Officium Inquiſitionis; quæ negativè reſoluta fuit ab Alex. IV. *in citat. Conſtitut. 23.* Hodie tamen adempta extat hæc 34
facultas Superioribus Regularibus, adeout Inquiſitores eligantur à Sede Apoſtolica, vel frequentiùs à Sacr. Congregatione Supremæ Inquiſitionis; & certè Inquiſitores Regulares eliguntur à Sacra Congregatione, & à Sede Apoſtolica approbantur, exceptis ſolummodo Inquiſitoribus Hiſpaniæ, qui immediatè ab Inquiſitore Generali eliguntur, ut notant Souſa *in aphor. Inquiſ. libr. 1. cap. 1. num. 6.* Caſtropal. *cit. punct. 12. §. 2. num. 3.* Carena *part. 1. tit. 3. num. 5. & tit. 5. §. 3. num. 11. & ad quæſt. 4.* Guidon. Fulcodii *num. 8.* Del Bene *cit. ſect. 8. num. 2.* Salell. *lib. 1. cap. 2. regul. 10. & 11.*

Quicumque autem Inquiſitores ſive per Papam, 35
ſive à Suprema Inquiſitione, ſive ab Inquiſitore Generali electi, ſemper cenſentur delegati Sedis Apoſtolicæ, ab eaque immediatè juriſdictionem obtinent, ut veriùs cenſuerunt Caſtropal. & Carena *loc. cit.* Simanch. *tit. 34. num. 4.* Eymeric. *part. 3. quæſt. 3. & 6.* & ibi Pegna *comment. 52. & 55.* Farinac. *cit. quæſt. 186. num. 41.* Royas *ſingular. 114. num. 4.* Molina *de juſtit. citat. diſput. 28. numer. 4.* & alii apud Del Bene *citat. dubit. 195. num. 2.* & Paſſerin. *cit. cap. ne aliqui num. 3.* idque perſpicuè probatur ex *citat. Conſtit. 12. Alex. IV.*

Digitized by Google

§. 8. ubi quòd Inquiſitoribus deputatis à Superioribus Regularium concedatur facultas à Sede Apoſtolica, & clariùs in *Conſtit.* 23. *ejuſdem in fine.*

De Indulgentiis, quæ *in* §. 3. *&* 4. præſentis Conſtitutionis conceduntur audientibus conciones, vel aliàs faventibus Inquiſitoribus, dicam infra ad *Conſtitut.* 16. *Alex. IV.* remanetque exponendus §. *ultimus*, pro quo ſit.

SECTIO UNICA.

De Quæſtoribus Eleemoſynarum, & quatenus Eleemoſynas colligere permiſſum ſit.

SUMMARIUM.

1 *Inquiſitores punire poſſunt quæſtores eleemoſynarum, qui conciones habere præſumunt.*
2 *Similiter ſi iidem quæſtores falſas Reliquias, aut Indulgentias diſſeminaverint.*
3 *Abuſus, qui per pravos quæſtores aliquando invexerant, indicantur, & num. 5.*
4 *Referuntur pœnæ contra pravos quæſtores per Sacros Canones præſcriptæ.*
5 *Pravi quæſtores Lutheranæ hæreſi maximè cauſam dederunt.*
6 *Quæſtorum nomen & uſum abolitum voluit Concilium Tridentinum.*
7 *Indulgentias cum facultate quæſtuandi conceſſas revocavit Pius V.*
8 *Facultas colligendi eleemoſynas conceditur à Sede Apoſtolica, pluribus adhibitis conditionibus.*
9 *Adducitur formula, ſub qua hæc facultas concedi ſolet.*
10 *Concilium Tridentinum non prohibuit licitas eleemoſynarum collectiones.*
11 *Decretum Conciliare prohibens quæſtores eleemoſynarum, an comprehendat Regulares Mendicantes. Remiſſivè.*

IN §. ultimo hujus Conſtitutionis ita ſtatuitur; *Compeſcendi quoque monitione præmiſſa per Cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, Prædicatores quæſtuarios à prædicationis officio, quod ad ipſos nullatenus pertinet, quorum intereſt tantùm charitativa ſubſidia ſimpliciter petere, ac Indulgentiam, ſi quam forte habent, exponere, liberam vobis tribuimus facultatem:* concordat iiſdem ferè verbis *Conſtitut.* 2. *Urbani IV.* incip. *licèt* §. 14. *capit. ut officium* §. *compe-*
1 *ſcendi de hæretic. in* 6. ex quibus conſtat, concedi indiſtinctè Inquiſitoribus facultatem procedendi contra quæſtores, qui conciones habere voluerint, licèt Clemens IV. in *citat. capit. ut officium* §. *compeſcendi*, videatur reſtringere hanc amplam & totalem facultatem Inquiſitorum ad caſum, quo prædicatio quæſtorum aliquod afferret impedimentum negotio Inquiſitionis, ut etiam, ultra Repetentes in eodem textu, dixerunt Eymeric, *part.* 3. *direct. quæſt*, 36. & Pegna *ibidem comment.* 86. Sed verius eſt, quod Inquiſitores poſſunt per citatas Conſtitutiones Innocentii & Urbani procedere contra quæſtores in omnem caſum, quo prædicare præſumpſerint, cùm eorum munus non ſit prædicare, ſed tantùm charitativa ſubſidia ſimpliciter petere; idemque illis abſolutè prohibuit Concilium Viennenſe, & Tridentinum, ut dicam mox *num.* 4. Imò hæc Inquiſitorum facultas licèt per citatas Conſtitutiones reſtricta ſit ad caſum, quo iſti conciones habuerint; extenſa tamen fuit per plura
2 decreta Supremæ Inquiſitionis ad caſus, quibus iidem quæſtores falſas Reliquias, & Indulgentias diſſeminaverint, ut refert Cardin. Albitius *de inconſtant. in fide cap.* 40. *num.* 88.

3 Sanè contra pravos eleemoſynarum quæſtores plura per Sacros Canones diverſis temporibus ſtatuta fuerunt; intolerabiles enim erant abuſus, qui per ipſos invexerant ad ſimplices decipiendos, ut aurum ab eiſdem ſubtili, vel fallaci ingenio extorquerent. De quæſtorum ſiquidem exceſſibus in Concilio Viennenſi relato in *Clement.* 2. *de pœnis, & remiſſ.* refertur, quòd, *non ſine multa temeritatis audacia, & deceptione multiplici animarum, Indulgentias populo motu ſuo proprio de facto concedant, ſuper votis diſpenſent, à perjuriis, homicidiis, & peccatis aliis ſibi confitentes abſolvant, malè ablata incerta (data ſibi aliqua pecuniæ quantitate) remittant; tertiam, aut quartam partem de pœnitentiis injunctis relaxent: animas tres, vel plures parentum, vel amicorum, qui eleemoſynas eis conferunt, de Purgatorio (ut aſſerunt mendaciter) extrahant, & ad gaudia Paradiſi perducant: benefactoribus locorum, quorum quæſtores exiſtunt, remiſſionem plenariam peccatorum indulgeant, & aliqui ex ipſis eos à pœna, & à culpa (ut eorum verbis utamur) abſolvant.*

Hinc primò Innoc. III. *in cap. tuarum de privileg.* 4
ſtatuit, ut quæſtores Crucis ſignum falsè deferentes, ſi laici ſint, excommunicentur; ſi verò Clerici, ab officio, & beneficio ſuſpendantur. Concilium Lateranenſe IV. relatum in *cap. cum ex eo de pœnit. & remiſſ.* decrevit, non eſſe admittendos quæſtores, niſi exhibitis veris litteris Apoſtolicis, vel Epiſcopi Diœceſani. Idemque ſtatuit Concilium Viennenſe in *cit. Clement.* 2. ulteriùs eis omninò prohibens ne prædicarent, quæcunque circa hoc privilegia Locis piis, Ordinibus, aut ipſis perſonis quæſtorum conceſſa revocans, quod ſtrictiùs inhibuit Concilium Tridentinum, ne ſcilicet quæſtores per ſe, aut per alios prædicare præſumerent, in *cap.* 2. *in fine ſeſſ.* 5. *de reform.*

Verùm nec his ſatis conſultum, quin pravi quæ- 5
ſtores malis artibus eorum munus alioqui pium conſpurcarent, adeout Patres Concilii Tridentini conclamaverint, eorum exceſſus Lutheranæ hæreſi maximè cauſam dediſſe, ut notat Cardin. Pallavic. *in Hiſtoria Concil. Trid. lib.* 17. *cap.* 10. *num.* 12. Inquit enim Joachimus Camerarius *de Bello Smalcaldico*, apud Van-Eſpen. *part.* 2. *juris Eccleſ. univerſ. tit.* 7. *cap.* 3. *num.* 9. loquens de quæſtorum exceſſibus tempore exortæ Lutheranæ hæreſis: *Venales proponebantur defunctorum animæ, quas licebat redimere certo ſoluto pretio, & peccatis ſuis quiſque qualibuſcunque hanc veniam impetrare poterat numerata pecunia quantam Inſtitutor petebat, ac nummi collecti ab illis negotiatoribus inſumebantur in varias voluptates.*

Eademque inconvenientia vehementiùs expreſſit idem Concilium *ſeſſ.* 21. *capit.* 9. *de reform.* ibi: *Cum multa à diverſis antea Conciliis tam Lateranenſi, ac Lugdunenſi, quàm Viennenſi adverſus pravos eleemoſynarum quæſtorum abuſus remedia tunc adhibita, poſterioribus temporibus reddita fuerint inutilia, potiuſque eorum malitia ita quotidie magno fidelium omnium ſcandalo, & querela excreſcere deprehendatur, ut de eorum emendatione nulla ſpes amplius relicta videatur:* idcir- 6
co ſtatutum fuit, *ut poſthac in quibuſcunque Chriſtianæ Religionis locis eorum nomen, atque uſus penitus aboleatur, nec ad Officium hujuſmodi exercendum ullatenus admittantur, non obſtantibus privilegiis Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, Piis locis, & quibuſvis cujuſcumque gradus, ſtatus, & dignitatis perſonis conceſſis, aut conſuetudinibus etiam immemorabilibus.*

His acceſſit *Conſtitut.* 30. *B. Pii V.* incip. *Etſi Do-* 7
minici, in qua annullavit, & revocavit omnes, & quaſcumque Indulgentias quibuſcunque & quomodolibet conceſſas, pro quibus manus ſunt porrigendæ adjutrices, & quæ quæſtuandi facultatem quomodolibet continent; & *Conſtitut.* 99. *ejuſdem Pii V.* incip. *Quam plenum*, in qua ſimilem abuſum publicandi Indulgentias ad quæſtum, in quibuſdam Eccleſiis Hiſpaniæ non adhuc extinctum, generaliter improbat.

Conſtat igitur Sacrum Concilium Tridentinum ne- 3
dum uſum, ſed etiam ipſum quæſtorum nomen abolitum voluiſſe. Tamen quia multa ſunt Hoſpitalia, aliaque loca pia plurimas charitatis operas exercentes,

quæ

Digitized by Google

quæ ſanè abſque piorum fidelium ſubſidiis neutiquam ſubſiſtere poſſent ; ideo his ad Sedem Apoſtolicam recurrentibus , ſolet hæc licentias colligendi eleemoſynas concedere , præſertim per Sacram Congregationem Concilii, quæ ita eas concedit , ut abuſionibus committi ſolitis ſimul obviatum velit, plures adhibendo conditiones , quas referunt Fagnan. *in cap. cum ex eo num.* 21. *de pœnit. & remiſſ.* Lavor. *de indulgent. cap.* 13. *num.* 20. Barboſ. *ad cit. cap.* 9. *Concil. numer.* 2. Bonac. *tom.* 3. *diſp.* 2. *quæſt.* 3. *punct.* 30. *num.* 9. Formula tamen , & conditiones in iiſdem Indulgentiis concedendis poſtremò fuit præſcripta per eandem Sacram Congregationem, quæ extat in *lib.* 17. *Decretor. pag.* 350. eſtque hujuſmodi.

9 *Formula juxta ordinem Sanctiſſimi mediante Eminentiſſimo Cardinali Sancti Honufrii, & Congregatione Sanctæ Inquiſitionis data , fuit approbata in omnibus , & decretum , ut in futurum licentiæ petendi eleemoſynas per Regulares , Hoſpitalia , Congregationes , & alia Loca Pia , concedantur ſub hac ſequenti forma tantùm , & facta relatione , Sanctiſſimus approbavit , & facultatem fecit, ut ſequitur.*

Romana. Sanctiſſimus Dominus Noſter ex ſententia Eminentiſſimorum Cardinalium Sacri Concilii Tridentini Interpretum indulſit Archiconfraternitati Spiritus Sancti de Urbe Regni Neapolitani , ut ratione piorum operum , quæ exercere aſſerit , ad quinquennium perquirere poſſit eleemoſynas in eodem Regno Neapolitano ; ita tamen ut eleemoſynæ colligi non poſſint , niſi de licentia Ordinarii cujuſcunque Diœceſis dicti Regni , petita , & obtenta in ſcriptis , quæ tamen gratis concedatur , & perſonæ à Superioribus , & Officialibus dictæ Archiconfraternitatis cum litteris teſtimonialibus deputentur , quæ non ſint vagæ , & incertas habeant ſedes , ſed benè cognitæ nomine , patria , honeſta vita , & ſpectatæ Religionis , & non ſint de numero eorum , qui quæſtuarii vulgò appellantur, nec unquam tale exercitium exercuerint , iſtique appellentur eleemoſynarum petitores, non quæſtores , quorum nomen Sacr. Concilium deteſtatur : non habeant partem in eleemoſynis recolligendis , quæ in uſum dictorum operum piorum convertantur , ſed tantum aliqua congrua , & honeſta merces illis conſtituatur , munuſque ſuum ſine dolo , & honeſtè fungantur ; non ſecum deferant imagines , cartas , & brevia, reliquias, aliave his ſimilia ad fideles excitandos . Inſuper nec alia inſignia , ſeu inſtrumenta , nec ſigilla , aut benedictiones faciant ſuper animalia : non prædicent , nec publicent Indulgentias , nec per ſe , nec per alios , neve oſtentent ſua privilegia , quamvis à Sede Apoſtolica conceſſa : minas , aut imprecationes ad extorquendas pecunias , aut alia bona non intentent : Nihil tanquam debitum , aut ſolitum , ſeu conſuetum , nec ulla arte , aut prætextu dicendi orationes cujuſvis Sancti utantur , ſed ſimpliciter, piè , ac modeſtè à fidelibus eleemoſynas petant : nullum ſcandalum committant: ſi ſint alicujus Ordinis Regularis , ſint in eodem Ordine profeſſi : incedant honeſtè : accipiant tantummodo quod ſibi ſpontè offertur, nec ſuper hujuſmodi eleemoſynis ullam quovis nomine conventionem faciant , etiam ad utilitatem ejuſdem Confraternitatis , & piorum operum , quæ in ea exercentur , & antequam ad eas colligendas admittantur, jurent in manibus Epiſcopi , ſeu Vicarii Generalis , ſe ſervaturos omnes ſupradictas conditiones, quæ ut præcisè obſerventur , non ſolum ex aliorum delatione , ſed ipſi Epiſcopi , & Vicarii Generales ex ſuo etiam officio inquirant , ſi quæ fraus , præſertim circa prædictas conditiones eis præſcriptas committatur ; quod ſi reos compererint , publicè pro modo culpæ , arbitrio ſuo puniant , eoſdemque ſtatim à collectione eleemoſynarum amoveant , quibuſcumque privilegiis , ſtatutis , etiam à Sede Apoſtolica confirmatis , nec non conſuetudine immemorabili in contrarium minimè obſtantibus. In quorum , &c. Datum Romæ hac die 9. Julii 1644.

10 Servatis enim his , quæ in hac licentia præſcribuntur, optimè occurritur abuſibus, qui per pravos quæſtores invexerant ; nam alioqui Sacrum Concilium Tridentinum non prohibuit licitas collectiones eleemoſynarum in pios , & neceſſarios uſus convertendas, ut pluries Sacra Congregatio Concilii declaravit ; ſed ejus mens fuit diſpergere praviſſimos quæſtores, qui præſertim ſub prætextu Indulgentiarum , ſacrarumque Reliquiarum , pravum faciebant quæſtum , ut notant Caſtropal. *tom.* 1. *tract.* 6. *diſp.* 2. *punct. ult. numer.* 1. Bonacin. *cit. punct.* 30. *num.* 9. Barboſ. *in ſumma Apoſt. deciſ. verb. eleemoſyna num.* 4. Amoſtaz *de cauſis piis lib.* 7. *cap.* 13. *num.* 10. Cardin. Albit. *citat. cap.* 40. *num.* 119.

Alia autem ad hanc materiam pertinentia, præſertim an præfatum Decretum Conciliare comprehendat Regulares Mendicantes, tractamus in *cit. Conſtit. Pii V. Conſtitut.* 177. & 255. *Urbani VIII. Conſtit.* 11. & *Conſtit.* 20. *Innoc. X.* 11

CONSTITUTIO XVII.

INNOCENTII IV.

incipiens (*Ut nihil.*)

EPITOME BULLÆ.

INNOCENTIUS FRATRIBUS DE ORDINE Minorum Inquiſitoribus, & Prædicatoribus Crucis.

Inquiſitoribus facultatem facit abſolvendi Crucesignatos contra hæreticam pravitatem ab Interdicti, Suſpenſionis, & Excommunicationis ſententiis Canonis ; & cum eis , ſi Clerici fuerint , diſpenſandi ab Irregularitate , quam contraxerint celebrando Divina Officia dictis Cenſuris adhuc ligati ; eorundem Vota , præter illud Terræ Sanctæ commutandi , atque eiſdem concedendi Indulgentias , & Privilegia , quibus gaudent Crucesignati pro ſubſidio Terræ Sanctæ.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De Crucesignatis pro ſubſidio Terræ Sanctæ . Remiſſive.*
2 *Crucesignati pro hæreticis perſequendis inſtitui poſſunt ab Inquiſitoribus.*
3 *Quandonam primò Crucesignati inſtituti fuerint , & num. ſeqq.*
4 *Gaudent Indulgentiis aliàs conceſſis Crucesignatis pro ſubſidio Terræ Sanctæ, & num. 7.*
5 *Erant antiquitùs tanquam milites voluntarii , & quare dicti Crucesignati.*
6 *Ex eis fuerunt erectæ Confraternitates Crucesignatorum, & quale fuerit eorum inſtitutum.*
7 *Crucesignati plurima ſpiritualia privilegia obtinuerunt,*
8 *Similiter Confraternitates Crucesignatorum , quæ referuntur.*
9 *Eaque confirmavit B. Pius V. quatenus non obſtent Decretis Tridentini.*
10 *Confraternitates Crucesignatorum ſunt ſub protectione Inquiſitorum.*
11 *Non ſunt exempta à juriſdictione Epiſcopi , à quo viſitari poſſunt.*
Et quid ſi non fuerit ſolitum viſitari. Ibidem.
12 *Redditio rationum Epiſcopo ab eis facienda eſt , & an in hoc actu intereſſe poſſint Inquiſitores.*

De Crucesignatis , qui pro ſubſidio Terræ Sanctæ contra infideles Crucis teſſeram aſſumebant, 1

Digitized by Google

tam quoad eorum originem, & progreſſum, quàm quoad eorundem privilegia, & ſpirituales gratias à Sede Apoſtolica obtentas, plura diximus *tom. 1. ad Conſtit. 3. Eugen. III. & tom. 2. ad Conſtitut. unic. Gregor. VIII. & ad Conſtitut. 12. Innocentio III.* Non abſi-
2 milis eſt tum ob inſtituti nobilitatem, tum ob quamplurima privilegia Societas Crucesignatorum, qui Crucis caractere per Inquiſitores conſignati, ad hæreticam pravitatem perſequendam, Fideique negotium promovendum, perſonalem aſſiſtentiam, & auxilium iiſdem Inquiſitoribus præſtarent.

3 Hujuſmodi Crucesignatos ſub Innocentio IV. primò originem habuiſſe, cenſuit Burſatus *conſil.* 343. *num. 2. libr. 4. ex Conſtit. 19. ejuſdem Pontificis* incip. *Malitia* §. 1. ibi: *Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta diſtrictè præcipiendo mandamus, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus in locis, ubi contra hæreticos, Inquiſitionis Officium vobis eſt commiſſum, curetis ſinguli opportuna inſtantia, contra eoſdem hæreticos, eorumque fautores proponere populis publicè verbum Crucis; & eos qui tacti zelo Fidei ad extirpandam pravitatem eandem votum aſſumpſerint, Crucis caractere conſignare.*

4 Verius tamen eſt, eoſdem Crucesignatos primò ſub Innocentio III. fuiſſe promotos, qui Catholicis ad hæreticorum exterminium ſe accingentibus, & auxilium, comitatumque Inquiſitoribus præſtantibus, eaſdem indulgentias, & privilegia conceſſit, quæ accedentibus in Terræ Sanctæ ſubſidium conceduntur, ut conſtat ex *capit. excommunicamus il 1. §. Catholici de hæreticis*, ibique notat Gonzalez *num. 3.* Paramus *de origin. Inquiſit. libr. 2. tit. 1. cap. 3. num.* 1. Zanchin. *de hæretic. cap. 37. num. 4.* Simanchas *de Cathol. inſtit. tit. 41. numer.* 15. Cardin. Albit. *in reſponſione ad Fr. Paulum Servitam in hiſtor. Inquiſit. in ſtatu Veneto pag.* 13. Eymeric. *part. 2. director. ad cit. cap. excommunicamus §. Catholici pag.* 160. Philippus à Limborch. *in hiſtor. Inquiſit. lib. 1. cap.* 10. Cherubin. filius *ad cit. Conſtit. 19. Innoc. IV. Schol.* 2. Author *tractatus de forma proceden. contra Inquiſ. de hæreſi tit. de Offic. Crucesignat.* & Guillelmus de Podio Laurentii *in Chronico cap.* 10.

5 Enim verò ejuſmodi Crucesignati in eorum initiis veluti milites voluntarii erant, utpotè qui ſponte ſe auxiliarios Inquiſitoribus contra hæreticam pravitatem exhibentes, ab eiſdem Crucis ſigno conſignabantur, & exinde dicti Crucesignati; hinc ad exterminandam ſectam Pſeudo-Apoſtolorum, de quibus dicam ad *Conſtitut. 1. Honorii IV.* exercitum Crucesignatorum dimiſit Clemens IV. ut referunt Pegna *ad director. inquiſ. part. 2. comm. 37. verſ. etiam*, Natal. Alexan. *hiſtor. Eccleſ. ſæcul. 13. capit. 3. art. 11. nu-*
6 *mer. 2. in fine*. Poſtmodum autem ab Inquiſitoribus Confraternitates inſtitui cœperunt dictæ Crucesignatorum, ſeu Militiæ Chriſti; in qua Confratres recipiebantur, qui in Inquiſitorum, ſeu eorumdem Vicariorum manibus vota emittebant, quibus ſe aſtringebant de præſtando auxilium, conſilium, & favorem ipſis Inquiſitoribus, vel eorum Vicariis, ad perſequendos, & capiendos hæreticos, ut conſtat ex *Conſtitut. 27. Clem. VII.* incip. *Cum ſicut* §. 3. & notant Burſat. *conſil. 343. numer. 3. libr. 4.* Campeg. ad Zanchin. *de hæreſi cap. 37. lit. C.* Cardin. Albit. *de inconſtantia in fide capit. 26. num.* 23. & modum recipiendi Crucesignatos cum formula voti ab eiſdem emittendi, adducit idem Campeg. *pag.* 254. & Limborch. *cit. cap.* 10.

7 Crucesignatis, priuſquàm ex eis Confraternitates inſtituerentur, plura fuerunt conceſſa privilegia; primò ſiquidem Innocentius III. in *citat. capit. excommunicamus il 1. §. Catholici*, illis conceſſit eaſdem indulgentias, & privilegia, quæ Crucesignatis in ſubſidium Terræ Sanctæ conceduntur. Poſtmodum Innocentius IV. in præſenti Conſtitutione alias ſpirituales gratias in noſtro Epitome expreſſas conceſſit; idemque fuſiùs præſtitit in ſequenti *Conſtit.* 19. incip. *Malitia*, eaque enumerant Locatus *in praxi Inquiſitorum verbo Crucesignati, Lucerna Inquiſitorum eodem verbo Crucesignati.*

De Confraternitatibus autem Crucesignatorum pri- 8
mò fit mentio in *cit. Conſtitut. 27. Clem. VII.* §. 3. ubi ſpecialiter eis conceditur, ut tempore cujuſvis localis Interdicti, cui ipſi cauſam non dederint, Divinis Officiis intereſſe, & Eccleſiaſticæ Sepulturæ tradi poſſint, quòdque in mortis articulo à reſervatis, & in Bulla Cœnæ contentis abſolvi poſſint, cujus abſolutionis formulam dat Campeg. *pag.* 256. His poſtremò acceſſit *Conſtitut. 110. Beati Pii V.* incip. *Sa-*
croſanctæ, ubi privilegia eorum Confraternitatibus 9
priùs conceſſa, quæque tunc in uſu erant, eis confirmat; omneſque indulgentias, gratias, & facultates ab Innocentio IV. & Clemente VII. aliiſque Pontificibus conceſſas, eis pariter confirmat, & innovat, iis exceptis, quæ Concilii Tridentini decretis adverſantur.

Sunt ſanè hæ Crucesignatorum Societates ſub In- 10
quiſitorum protectione, qui ſunt earum Rectores, & principales Duces, ut notant Gonzalez *cit. capit. excommunicamus il 1. §. credentes num.* 2. Campeg. *ad citat. cap. 37. lit. C. §. hæc & ſimilia*, Burſat. *cit. con-*
ſil. 343. *num.* 46. non tamen exinde eſt, ut ab Epiſco- 11
porum juriſdictione ſint exemptæ, prout quandoque Inquiſitores prætenderunt. Hinc poſſe Epiſcopum eaſdem Societates viſitare, & computorum reviſioni intervenire, pluries reſolvit Sacr. Congregat. penes Cardin. Albitium *de inconſtant. in fide capit. 29. num.* 117. ubi *num.* 118. ſubdit, eandem Sacram Congregat. pariter reſolviſſe, non eſſe circa viſitationem quidquam innovandum per Epiſcopum, ſi conſtet per priùs Epiſcopos eaſdem Confraternitates non viſitaſſe; verùm hoc patitur difficultatem, ut ipſe Cardin. Albitius agnovit; nam ut poſſit præjudicari Epiſcopo in tali jure, requiritur longævum tempus cum titulo putativo, & patientia Epiſcoporum; ſimplex enim poſſeſſio cum patientia præſertim unius Epiſcopi nequit præjudicare poſſeſſioni, & ſemper competit viſitatio ſaltem auctoritate delegata uti de loco exempto, Concil. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 8. de reform.* & quatenus Epiſcopus ſit in poſſeſſione, certò certiùs eſt manutenendus, quia tunc concurrit aſſiſtentia Juris, & poſſeſſio, ut declaravit Sacr. Congregat. 11. Maji 1612. apud cit. Card. Albitium *num.* 119. Cæte-
rùm protectio, ac præheminentia, quam Inquiſitores 12
in Crucesignatorum Societates habent, illud operatur, ut licèt Epiſcopus poſſit Confratres ad computorum redditionem compellere, hic tamen actus cum Inquiſitorum interventu fieri debeat, ut ſimiliter reſolutum refert Cardin. Albit. *citat. cap. 29. num.* 120. & ex eo notat D. Dandinus *de ſuſpectis de hæreſi capit. 4. ſect. 2. ſubſection. unica num. 12. & 13.* & in hoc ſequitur diſpoſitum per Concilium Tridentinum *cit. ſeſſ. 22. de reformat. cap. 9.* ut ſemper admittendus ſit Epiſcopus in redditione rationis exigenda unà cum aliis, quibus de jure, vel conſuetudine talis rationum redditio fieri debet.

CONSTITUTIO XVIII.

INNOCENTII IV.

incipiens (*Noverit.*)

EPITOME BULLÆ.

INNOCENTIUS UNIVERSIS CHRISTI Fidelibus.

HÆreticos quoſcumque, eorumque fautores, receptatores, & defenſores excommunicat, ſtatuitque, ut ſuſpecti de hæreſi, niſi ſe congruè purgaverint, anathemate feriantur, in quo ſi per annum perſtiterint,

Digitized by Google

ſtiterint; tanquam hæretici condemnentur. Laicis ne publicè, neve privatim de Fide Catholica diſputent, prohibet, aliàs excommunicationis laqueo innodandi. Similiter excommunicatos declarat Sepulturæ Eccleſiaſticæ tradentes hæreticos, eorumque fautores; quòdque non abſolvantur, niſi illos propriis manibus publicè extumulent; aliaſque pœnas contra eos, eorumque filios ſtatuit.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Præcipua hæreticorum pœna eſt excommunicatio.*
2 *Hæretici Cathari quinam ſint, & in quales errore inciderint.*
3 *Patareni unde ita dicti.*
4 *Pauperes de Lugduno ubi originem & nomen habuerint, & quænam eorum hæreſes.*
5 *Eorum Sectatores fuerunt Albigenſes, Speroniſtæ, Joſepini, & Paſſagini.*
6 *Arnaldiſtarum origo, & errores recenſentur.*
7 *Excommunicatio in hæreticos antiquiſſima eſt.*
8 *Referuntur plures Conſtitutiones, in quibus hæretici, eorumque fautores excommunicantur.*
9 *Mos excommunicandi hæreticos in Cœna Domini antiquiſſimus eſt.*
10 *Hæretici excommunicationem ipſo jure incurrunt.*
11 *Etiam ſi ſint occulti, dummodo non ſint merè mentales.*
12 *Actus interni, & merè mentales non cadunt ſub juriſdictione Eccleſiæ.*
13 *Hæreſis purè mentalis abſolvi poteſt à quocumque Confeſſario.*
14 *Hæreſi purè internæ nullo actu externo proditæ non eſt annexa excommunicatio.*
15 *Hæreſis externa, ſi publica ſit, & ad forum contentioſum non deducta, in foro interno abſolvi non poteſt, niſi à ſolo Papa.*
16 *Hancque abſolutionem ſolet Papa alteri committere, & quomodo.*
17 *Abſolutio ab hæreſi non conceditur, niſi pœnitens revelet conſcios, & complices; & quinam cenſeantur conſcii.*
18 *Tridentinum concedit Epiſcopis facultatem abſolvendi in foro interno ab hæreſi occulta.*
19 *Sed hæc facultas revocata eſt per Bullam Cœnæ, & num. ſeqq.*
20 *Decretis Concilii Tridentini derogatur etiam abſque ſpeciali expreſſione.*
21 *Prælati Regulares abſolvere non poſſunt in foro interno ab hæreſi occulta.*
22 *Epiſcopi Galliarum abſolvere non poſſunt ab hæreſi ſine facultate Sedis Apoſtolicæ.*
23 *Epiſcopi petere debent à Sede Apoſtolica facultatem abſolvendi ab hæreſi, & quibus caſibus concedi ſoleat.*
24 *Affertur formula, ſub qua talis facultas concedi ſolet.*
25 *In vim Bullæ Cruciatæ aut Jubilæi non cenſetur conceſſa facultas abſolvendi ab hæreſi.*
26 *Facultas abſolvendi ab hæreſi non venit ſub generali conceſſione.*
27 *Epiſcopi, & Inquiſitores abſolvere poſſunt in utroque foro ab hæreſi deducta in forum contentioſum.*
28 *Inquiſitores abſolvere non poſſunt ab hæreſi in foro conſcientiæ tantùm.*
29 *Solet tamen eis id quandoque indulgeri per Supremam Inquiſitionem.*
30 *Non expedit Inquiſitores habere facultatem abſolvendi ab hæreſi in foro interno.*
Abſolutio ab hæreſi in foro interno non ſuffragatur in foro externo. Ibidem.
31 *Hæretici utpotè excommunicati vitandi ſunt à Catholicis.*
32 *Poſt* Extravag. ad Evitanda, *vitandi tantùm ſunt Excommunicati denunciati, aut notorii Clericorum percuſſores.*
33 *Afferuntur verba ejuſdem Extravagantis.*
34 *Concilium Baſileenſe, Bituricenſe, & Lateranenſe diſpoſuerunt aliter à dicta Extravaganti.*
35 Extravag. ad Evitanda *non fuit revocata per prædicta Concilia, & num. ſeqq.*
Acta Concilii Baſileenſis fuerunt irrita, præterquàm ea, quæ confirmavit Nicolaus V. Ibidem.
36 *Concilium Bituricenſe fuit Provinciale.*
37 *Conſtitutio Concilii Lateranenſis diſponens de excommunicatis vitandis, non fuit generalis, ſed ſimplex concordatum pro Regno Galliæ.*
38 Extravag. ad Evitanda *generali conſuetudine recepta eſt.*
Et viget etiam in Gallia. Ibidem.
39 *Hæretici uti excommunicati non ſunt vitandi, niſi denuncientur tales.*
40 *Hæretici non ſolùm uti excommunicati, ſed etiam uti hæretici vitandi ſunt.*
41 *Et ideò ratione ſcandali, aut periculi eos, etſi non denunciatos, vitare debemus.*
42 *Hæreticus an ſit vitandus, ſi declaratus quidem ſit hæreticus, ſed non excommunicatus.*
43 Extravag. ad Evitanda *requirit Cenſuram ſpecialiter declarari.*
Eadem Extravagans eſt favorabilis, & latè interpretanda. Ibidem.
44 *Sepelientes hæreticos, eorumve fautores, excommunicationem incurrunt, & quatenus ab ea ſint abſolvendi.*
45 *Locus in quo ſepulti ſunt hæretici, perpetua aliorum ſepultura carere debet.*
46 *Hæretici, eorumque fautores privantur Eccleſiaſtica ſepultura.*
47 *Hæretici an priventur ſepultura, quia excommunicati, ſive potius quia hæretici.*
48 *Hæreticos non denunciatos non privari Eccleſiaſtica ſepultura aliqui voluerunt.*
49 *Verius eſt hæreticos privari ſepultura præcisè ob hæreſim, non autem ob excommunicationem.*
50 *Affertur ad hoc reſolutio Supremæ Inquiſitionis.*
51 *De aliis hæreticorum pœnis in hac Bulla contentis. Remiſſivè.*

Ultra pœnas temporales in hæreticos ſtatutas, 1
adſunt etiam pœnæ ſpirituales, inter quas præcipua eſt Excommunicatio, de qua in præſenti Conſtitutione ibi: *Nos ad inſtar felicis recordationis Gregorii Papæ prædeceſſoris noſtri, excommunicamus, & anathematizamus univerſos hæreticos Catharos, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Paſſaginos, Joſepinos, Arnaldiſtas, Speroniſtas, & alios quibuſcumque nominibus cenſeantur, facies quidem habentes diverſas, ſed caudas ad invicem colligatas.*

Cathari iidem ac Novatiani, qui ob munditiam, 2
qua ſe nitere jactabant, Cathari dicebantur, dicentes ſe ſine peccato eſſe, & proinde mundos, veriùs mundanos, ſi res nomini comparaſſent, Euſeb. *libr.* 6. *hiſtor. capit.* 35. Epiphan. *hæreſi* 59. Sed nec his temporibus Gregorii IX. & Innocentii IV. reperiuntur, qui Novatianorum hæreſim renovaverint. Unde ſunt, qui dixerint appellatos, ſeu appellandos potiùs fuiſſe Chariſtas, quorum nomen antiquis Manichæis familiare fuit, ut teſtatur S. Auguſtin. *hæreſ.* 46. idque veroſimile fit, quòd hæretici prædicti temporis, qui Manichæorum hæreſes renovarunt, etiam nuncupationem Chariſtarum ſibi indiderint. Chariſtæ autem dicebantur, ideſt Mundatores, ſeu Purificatores, ob immundas, & vel dictu pudendas purificationes, quas exercebant: ut enim panem, quem immundum cum reliquis creaturis putabant, mun-

dum facerent, ſemen miſcebant humanum, ut ex eo, non Chriſti, ſed Sathanæ exacramentum facerent, S. Auguſt. *loc. cit.* Spondan. *ad annum* 1198. Baron. *ad annum* 1179. *num.* 5. Annatus *lib.* 7. *pag.* 775.

3 Ex eadem Manichæorum ſecta alii Patareni dicti ſunt, vel ex eo quòd in Patera Urbe Liciæ originem habuerint, ut credidit Volaterran. *libr.* 8. *geograph.* Pancirola *lib.* 2. *var. cap.* 278. vel potiùs à patiendo, eo quòd jactabant ſe ad exemplum Martyrum, qui pro Fide Catholica patiebantur, exponi paſſionibus, ut putat Spondan. *ad annum* 1189. *numer.* 27. & dixi ſupra ad *Conſtit.* 1. *hujus Pontificis ſect.* 2. *num.* 1. ubi de eorum erroribus.

4 Pauperes autem de Lugduno, ſive Vualdenſes, ſub Alexandro III. Romano Pontifice, & Friderico I. Imperatore originem habuere à Petro Ubaldo, qui cùm eſſet Mercator opulentus, videns Concivem ſuum ſubita morte peremptum, facultatibus omnibus in pauperes diſtributis, & officium prædicatoris aſſumens, innumeros traxit, qui cum illo Lugduni anno 1170. paupertatem profeſſi ſunt. Cùm autem eſſet ignarus, erravit ipſe, & alios errare fecit: tacere juſſus, non tacuit, quin potiùs contra Clerum, veluti ſuæ vitæ invidentem inſaniit, ipſumque depravatum, ac corruptum, à Chriſti inſtitutione deſciſcentem deprædicabat, aliaque quamplurima prava dogmata blaterabat, Otho Friſingen. *lib.* 2. *cap.* 20. Prateol. *libr.* 14. Elench. *verb. Pauperes de Lugdun. numer.* 13. Trithem. *in Chron. ad annum* 1170. Annatus *libr.* 7. *pag.* 782. Hujus ſectæ errores damnavit Concilium Generale Lateranenſe III. ſub Alexandro III. ut refert Gualterus *cap.* 15. *ſæculi* 12. Salell. *de mater. tribun. Fidei tom.* 2. *libr.* 3. *cap.* 14. *regul.* 277. *num.* 306.

5 Hæc Vualdenſium ſecta in Occitaniam, Vaſconiam, & ferè per Galliam diffuſa, permultos habuit ſectatores, qui variis nominibus inſigniti ſunt; ut fuere Albigenſes ab Albia dicti, de quibus dixi *tom.* 2. *ad Conſtit.* 11. *Innoc. III. n.* 4. Boni homines ab apparenti bonitate, de quibus dicam latiùs ad *Conſt.* 13. *Alex. IV.* Similiter Speroniſtæ, Joſepini, Paſſagini, aliique aliis nominibus appellati, ſive à locis, ſive à dogmatibus propriis, ſive à Sectarum ducibus, ut notant Spondan. *ad annum* 1198. Annatus *libr.* 7. *pag.* 775.

6 Arnaldiſtæ nomen habuerunt ab Arnaldo de Brixia, qui Petrum Abailardum præceptorem habuit; cujus omnes errores ab Eccleſia ſub Innocentio II. deprehenſos, & damnatos, cum illo etiam, & præ illo defendere acriter, & pertinaciter conabatur: Eccleſiaſticorum omnium perſequutor, laicis tantùm adulabatur; dicebat enim nec Clericos proprietatem, nec Epiſcopos regalia, nec Monachos poſſeſſiones habentes, aliqua ratione ſalvari poſſe: cuncta hæc Principis eſſe, ab ejuſque beneficentia in uſum tantùm Laicorum cedere oportere. Præter hæc, de Sacramento Altaris, Baptiſmo parvulorum, aliiſque Fidei myſteriis pravè ſentiebant. Hos hæreticos opere, & ſermone exagitavit D. Bernardus, ut præſertim conſtat ex ejus *epiſt.* 189. 192. 195. *&* 196. & de eis videndi ſunt Baron. *ad annum* 1140. Otho Friſingen. *libr.* 2. *de geſtis* Frider. *ad ann.* 1139. Theophil. Raynaud. *tom.* 18. *Polem. pag.* 208.

7 Contra hos igitur nominatim, ac contra quoſcumque, quibuſvis nominibus cenſeantur, hæreticos, excommunicationem decernit Innocentius in hac Conſtitutione, pro cujus intelligentia ſciendum eſt, antiquiſſimam eſſe excommunicationem in hæreticos ſtatutam, ut conſtat ex *Conſtitut. unica Gelaſ. I.* incip. *Valde*, quod etiam refertur in *Can. Acacius* 1. *&* 3. 24. *queſt.* 1. ubi quòd cùm Acacius non novæ hæreſis inventor, ſed veteris renovator eſſet; non novæ cenſuræ in eum ferendæ, ſed antiquæ renovandæ eſſent. Hinc antiquus eſt Eccleſiæ mos, ut quotieſcumque aliqua nova hæreſis condemnaretur, pariter ejuſdem hæreſis ſectatores excommunicarentur, ut ex pluribus Conciliis, in quibus id ſervatum fuit, comprobat Gonzalez *cap. ſicut ait* 8. *num.* 8. *de hæreticis*, ex Anton. Auguſt. *in epit. Juris Pontif. libr.* 11. *tit.* 24. 52. *&* 53. *& lib.* 37. *tit.* 9. His ſucceſſerunt generales Conſtitutiones Pontificiæ, in quibus omnes & quicunque hæretici excommunicantur; ita Alexander III. in *cap. cum Chriſtus*, *cap. ſicut ait de hæretic.* Lucius III. *in cap. ad abolendam de hæretic.* Innocentius III. in generali Concilio Lateranenſi relato in *cap. excommunicamus il* 1. *eod. tit.* Honorius III. *in cap. noverit de ſent. excommun.* Gregorius IX. *in cap. excommunicamus il* 2. *eod. tit. de hæretic.*

8 Ita pariter noſter Pontifex, imitatus præſertim ſuum prædeceſſorem Gregorium, per præſentem Conſtitutionem editam Anagniæ anno 1254. omnes, quocunque nomine cenſeantur, hæreticos, eorumque fautores excommunicat. Idemque ſucceſſivè præſtitit Nicolaus III. *Conſtitut.* 2. incip. *Noverit*, ubi præſentem Innocentianam Conſtitutionem iiſdem verbis repetit, & innovat; Paulus IV. *Conſtit.* 19. incip. *Cùm ex Apoſtolatus*, ubi omnes & quaſcunque cenſuras contra hæreticos in Sacris Canonibus, & Bullis Pontificiis contentas innovat. Conſueverunt etiam Summi Pontifices 9 quotannis excommunicare hæreticos in publicatione Proceſſus Bullæ Cœnæ Domini, qui mos antiquiſſimus videtur, cùm de eo mentionem fecerit Hoſtienſ. *in ſumma tit. de crimine falſi* §. *qualiter committatur verſ. porrò*, & tamen Hoſtienſis floruit temporibus Innocentii IV. ut advertit Scortia *in ſelectis epitom.* 9. *theorem.* 25. ex quo plures Conſtitutiones emanarunt, exinde dictæ *Bulla Cœna*: quarum prima in hac collectione Cherubini eſt Julii II. *Conſtit.* 25. incip. *Conſueverunt*, & huic ſucceſſerunt ſimiles Conſtitutiones Pauli III. Pauli V. Gregorii XIII. Urbani VIII. & Alexandri VII. de quibus ſingillatim ſuo loco dicam.

10 Conſtat igitur, hæreticos, eorumque fautores, excommunicationem, & quidem ipſo jure incurrere, nullamque requiri declaratoriam, itaut hanc pœnam quiſque incurrat ſtatim ac aliquem errorem tanquam hæreticum ab Eccleſia proſcriptum profiteatur, ut pluribus relatis Paramus *de orig. inquiſit. lib.* 3. *queſt.* 9. *num.* 186. Farinacc. *de hæreſi queſt.* 192. *num.* 2. Ricciul. *de jure perſon. libr.* 5. *capit.* 13. *num.* 2. & conſtat ex verbis tum hujus, tum aliarum Conſtitutionum, ibi: *Excommunicamus, & anathematizamus*, quæ 11 certè excommunicationem ipſo jure important; eamque incurrunt hæretici non modò manifeſti, ſed etiam occulti, ii nempe, qui hæreſim mentalem aliquo ſigno externo prodiderint, licèt nemo eſſet præſens, ex quo hæreſis probari poſſit, Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.* 42. *num.* 7. Albertin. *de agnoſcen. aſſertion. Cathol. & hæret. queſt.* 33. *num.* 41. Azor. *inſtitut. moral. part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 10. *quæſ.* 4. Dummodò tamen hæreſis non ſit merè mentalis, quæ ſcilicet nullo verbo, vel facto externo prodita ſit; tunc enim verius eſt hanc excommunicationem non incurri, licèt in foro interno, & quoad Deum tales verè ſint hæretici, D. Antonin. *in ſumma part.* 3. *tit.* 24. *capit.* 4. *in princ.* Cajetan. 2. 2. *queſt.* 11. *artic.* 3. *circa finem*, *& in ſumma verb. hæreſis in fine*, Farinacc. *cit. queſt.* 192. *num.* 6. Campanil. *in diverſ. rubr.* 11. *cap.* 26. *num.* 28. Diana *part.* 1. *tract.* 5. *reſolut.* 1. Covarr. *in regul. peccatum part.* 2. *in princ. num.* 7. Clarus *in praxi libr.* 5. §. *hæreſis num.* 23. Ricciul. *lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 9. *& capit.* 13. *num.* 4. Salell. *de mater. Tribun. Fidei lib.* 6. *capit.* 3. *regul.* 453. *numer.* 38. Garzias *de benef. part.* 11. *cap.* 10. *num.* 51. Pegna *in Schol. ad Royas part.* 1. *numer.* 240. *& part.* 2. *num.* 319. & alii plurimi, quos ſequitur Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. part.* 2. *allegat.* 40. *num.* 6. *&* Del Bene *de Offic. Inquiſit. part.* 1. *dubit.* 49. *petit.* 2. *num.* 1. Actus ſiquidem interni, qualis eſt hæ- 12 reſis merè mentalis, non cadunt ſub juriſdictione Eccleſiæ, quæ de internis non judicat, *cap. ſicut tuis*, *& cap. tua nos de Simonia*, *can. cogitationis de pœnit. diſt.* 1. *can. ſi quando* 15. *queſt.* 6.

13 Ex quo fit, ut hæreſis purè interna, cùm excommunicationem annexam non habeat, non ſit reſervata, poſſitque à quocumque etiam ſimplici Confeſſario abſolvi, Bordon. *in Tribunal. cap.* 12. *n.* 2. *&* 3.

De Ma-

Digitized by Google

De Magiſtr. *in Sylva part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 1.
Del Bene *cit. part.* 1. *dub.* 49. *petit.* 3. Barboſ. *cit. al-
leg.* 40. *num.* 13. Simanch. *cit. tit.* 42. *num.* 11. Læl.
Zech. *de caſibus reſerv. caſu ult. num.* 2. Bonacin. *de
cenſuris in Bulla Cœnæ diſp.* 1. *qu.* 2. *punct.* 2. *num.*
3. & quamvis nonnulli Canoniſtæ voluerint, etiam
hæreſi mentali eſſe annexam excommunicationem ,
ut ex *Clement.* 1. §. *verum quia de heret.* tenuit ibi
Gloſſ. *verb. eo ipſo*, Jo: Andr. Anan. Abbas, Felin.
in cap. ult. de heretic. Royas *de heret. part.* 1. *num.*
246. Canter. *quæſt. crimin. part.* 2. *cap.* 1. Cevall.
commun. contra commun. quæſt. 698. aliique penes
Barboſ. & Del Bene *citatis locis*; hæc tamen ſenten-
14 tia communiter rejicitur, vel ſaltem non eſt abſolutè
recipienda , ut pro actu merè interno , nullo ſigno
externo prodito , incurratur excommunicatio ; ſed
potiùs, ut loquitur Menochius *de arbitr. lib.* 2. *cen-
tur.* 4. *caſu* 360. *num.* 6. ibi ; *Excipitur crimen hære-
reſis , cujus ſola cogitatio voluntate confirmata puni-
tur , modò ſcilicet legi , ejuſque Miniſtro cognita* ;
Non igitur hæreticus incurret pœnas hæreticorum ,
niſi ejus hæreſis reddatur per aliquem actum ſenſi-
bilis .
15 Hæreſis igitur purè mentalis abſolvi poteſt à quoli-
bet Confeſſario; hæreſis autem formalis, ſive exter-
na, per quam excommunicatio incurritur, in tripli-
ci ſtatu conſiderari poteſt; nam vel eſt occulta, vel
non occulta, & hæc vel eſt deducta ad forum con-
tentioſum, vel non. Si hæreſis non ſit occulta, nec
ad forum contentioſum deducta, ab excommunica-
tione ob eam incurſa ſolus Papa abſolvere poteſt ,
Barboſ. *de pot. Epiſc. allegat.* 40. *num.* 12. Suarez *de
Fide diſp.* 21. *ſect.* 4. *num.* 4. Duardus *in Bulla Cœnæ
lib.* 3. §. 2. *qu.* 1. *à num.* 1. Scortia *in ſelectis epit.
ultimo theorem.* 431. ubi, quòd ipſe hanc facultatem
abſolvendi ab excommunicatione ob hæreſim delega-
16 re aliis poſſit; quòdque delegatio aliquando ſimplici-
ter, aliquando cum aliqua limitatione fiat, ut apud
Cardin. Albit. *de inconſtantia in fide cap.* 25. *numero*
24. ubi, quòd delegatio facta majori Pœnitentiario
habeat in ventre limitationem : *dummodo non habeat
complices , vel conſcios*; ex eo , quòd pœnitens tali
caſu teneatur illos denunciare, Tranſmiera *de denun-
ciat. qu.* 3. *cap.* 7. *num.* 11. unde dum eis conceditur
17 abſolutio , ſolent certiorari , quòd ſi habeant con-
ſcios, eoſque non denuncient, abſolutio eis non ſuf-
fragabitur in foro externo. Porrò conſcii non cen-
ſentur ii, cum quibus hæreticus de ſua hæreſi fuit al-
locutus , ut cenſuit erroneè Pat. Marcus Paulus *in
praxi Pœnitentiar. part.* 3. *de forma abſolut. & diſ-
penſ. in formula pro laico heret. verb. vel conſcios*; ſed
ii, qui ultra conſcietatem, aliquo modo ſunt com-
plices, ut notat Card. Albit. *loc. cit.*
18 Si verò eadem hæreſis ſit occulta, Concilium Tri-
dentinum *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 6. conceſſit Epiſco-
pis, non autem eorum Vicariis, facultatem abſolven-
di in foro conſcientiæ ab hæreſi occulta. Dubitant
aliqui, an hæc facultas eis adempta fuerit per ſubſe-
quentem publicationem Bullæ Cœnæ , in qua, ex-
cepto mortis articulo, quibuſcunque etiam Epiſcopis
adimitur facultas abſolvendi à caſibus in Bulla Cœnæ
contentis, eaque ſoli Papæ reſervatur. Difficultatem
facit , quòd in dicta Bulla non revocetur expreſsè
præfatum Decretum Tridentini, ex quo cenſuerunt
aliqui, Epiſcopos etiam hodie poſſe in foro interno
abſolvere ab hæreſi occulta, quos citant Sanchez *lib.*
2. *Decalog. cap.* 11. *in fine*, Farinacc. *cit. qu.* 192. *n.*
61. Diana *par.* 1. *tract.* 5. *reſol.* 2. Barboſ. *ad cit. cap.*
6. *num.* 52. *verſ. contra*.
19 Sed Decreto Tridentini eſſe derogatum per Bullam
Cœnæ, pluries reſolutum invenio per Sacram Con-
gregationem ejuſdem Concilii Interpretem : Ita in
Concordien. anno 1585. *lib.* 4. *Decretorum pag.* 17.
cenſuit , Decreto Concilii ſeſſ. 24. *cap.* 6. *derogatum
eſſe in caſu hereſis per Bullam in Cœna Domini*, &
in *Camenacen.* 28. *Febr.* 1602. *libr.* 10. *Decret. pag.*
25. ibi : *Quamvis à Concil. Tridentino Epiſcopis tri-
buta fuerit facultas ab hereſi per ſe ipſos in caſibus oc-
cultis abſolvendi , eam tamen illis ademptam eſſe
Pontificia Conſtitutione, que in die Cœnæ Domini le-
gi conſuevit. Ideoque oportere ipſum, ſi ita è re eſſe
arbitretur, ejuſmodi facultatem petere à Sede Apoſto-
lica, à qua facilè illam impetrabit*; & noviſſimè in
cauſa Hiberniæ 9. *Septemb.* 1690. ibi : *VI. Cum de
jure , ubi non adeſt Inquiſitio , Epiſcopus ſit Inquiſi-
tor, an poſſit ſaltem ut Inquiſitor abſolvere ab here-
ſi, etiamſi ſpecialem ad id non habeat à Sede Apoſto-
lica facultatem concedi ſolitam ad tempus limitatum
Epiſcopis Hibernie: VII. An cùm neque Epiſcopus, ne-
que Vicarius Generalis commodè adiri poſſint pro abſo-
lutione ab hereſi, liceat Epiſcopo delegare facultatem
Parocho abſolvendi ab eadem*. Sac. Congreg. reſpon-
dit : *Ad VI. Negativè . Ad VII. Negativè , & ad
mentem, & mens eſt, ut quatenus facultas abſolvendi
non ſit conceſſa, concedi poſſit , & debeat*. Quando-
quidem Bulla Cœnæ omnia , & quæcunque privile-
gia revocavit , *etiam per nos , & dictam Sedem , ac
cuivis Concilii Decreto, verbo, litteris, aut alia qua-
cumque ſcriptura in genere, vel in ſpecie conceſſorum*;
ex quo conſtat ſaltem in genere eſſe derogatum De-
creto Tridentini , cujus mentionem expreſſam fieri 20
non eſt neceſſe, ut ei derogetur, ut declaravit Sacr.
Congr. Conc. II. *Martii* 1600. *lib.* 9. *decret. fol.* 86.
& 88. Del Bene *de Officio Inquiſ. par.* 1. *dub.* 55. *nu.*
17. Ricciul. *de jure perſon. lib.* 8. *cap.* 4. *numer.* 7.
Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. Gloſſ.* 6. *num.* 120. Rota
deciſ. 601. *num.* 3. cor. Cavaler. & *deciſ.* 260. *nu.* 9.
part. 7. *rec.*
His accedunt ſimiles declarationes Supremæ Inqui- 21
ſitionis , de quibus teſtatur Pegna *part.* 3. *direct.
comm.* 141. Cardin. Albit. *cit. cap.* 25. *num.* 9. atque
ita communiter tenent innumeri , quos ſequuntur
Farinacc. Sanchez, & Barboſ. *loc. cit.* Caſtropal. *oper.
moral. tom.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 4. *punct.* 3. §. 1. *num.* 21.
Bordon. *cit. cap.* 12. *num.* 42. Carena *de offic. Inqui-
ſit. par.* 2. *tit.* 4. *num.* 98. Riccius *par.* 3. *deciſ.* 280.
num. 1. Gratian. *diſcept.* 414. *num.* 20. & poſtremò
Alexander VII. in Congreg. Generali Supremæ In-
quiſitionis ſub die 24. Septembris anni 1665. damna-
vit ſequentes Propoſitiones : *Sententia aſſerens, Bul-
lam Cœnæ ſolùm prohibere abſolutionem hereſis , &
aliorum criminum, quando publica ſunt, & id non de-
rogare facultati Tridentini, in qua de occultis crimi-
nibus ſermo eſt , anno* 1629. 18. *Julii in Conſiſtorio
Sacre Congregationis Em. Cardinalium viſa , & tole-
rata eſt*. Et iterum : *Prelati Regulares poſſunt in foro
conſcientiæ abſolvere quoſcunque Seculares ab hereſi oc-
culta , & ab excommunicatione propter eam incurſa* ,
quod Decretum habetur *tom.* 6. *Bullar. in appendice
pag.* 1.
Quod etiam procedit quoad Epiſcopos Galliarum, 22
ut per Bullam Cœnæ eis revocata cenſeatur facultas
abſolvendi ab hæreſi in foro pœnitentiæ ; quamvis
Thomaſſin. *de benefic. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 8.
verſ. acceſſit, aſſerat, quòd iidem Epiſcopi abſolvant
ab hæreſi, non contradicente, adeoque conſentiente
Pontifice. Sed ſi verum eſt, quod ipſe aſſerit, quòd
Concilium Turonenſe anni 1583. & Comitia Cleri
Gallicani anni 1585. agnoverunt petendam eſſe facul-
tatem à Pontifice ; & ſi verum eſt , quòd Pontifex
limitatè illam conceſſit uni Comprovincialium : qui
fieri poteſt , ut omnes Epiſcopi Galliarum abſolvant
non contradicente, adeoque conſentiente Pontifice ?
His accedit , quòd cùm circa annum 1578. ob hære-
ticorum multitudinem non ſolùm Epiſcopi , ſed
etiam Parochi in Gallia ab hæreſi abſolverent : ſubor-
to dubio ſuper validitate abſolutionis , & re ad Sa-
cram Congregationem Concilii delata : hæc cenſuit
præfatas abſolutiones eſſe invalidas , & ita abſolutos
eſſe iterum abſolvendos. Cenſuit ulteriùs eſſe à San-
ctiſſimo concedendam Nuncio , etiam cum poteſtate
ſubdelegandi perſonis Eccleſiaſticis Catholicis peritis,
& ab eo benè cognitis, nec non aliquibus Epiſcopis
Sanctitati ſuæ benè viſis, facultatem abſolvendi hære-
ticos

Digitized by Google

ticos à quacunque hæreſi revertentes, ut habetur in *tom.* 90. *Poſition. Sacr. Congr. Concil. pag.* 763. Unde conſtat, Epiſcopos Galliæ hujuſmodi facultatem non habere, adeout hodie paſſim eam obtineant à Suprema Inquiſitione.

23 Eademque facultas concedi ſolet Epiſcopis reſidentibus in locis, ubi impunè hæreſes graſſantur, & ita pariter ſolet concedi Miſſionariis, ut de praxi teſtatur Cardin. Albit. *cit. cap.* 25. *num.* 12. qui refert formulam facultatis concedi ſolitæ, quæ eſt ejuſmodi:

24 *Abſolvendi ab hæreſi, & Apoſtaſia à Fide, & à Schiſmate quoſcunque, etiam Eccleſiaſticos tam Seculares, quàm Regulares, non tamen eos, qui ex locis fuerint, ubi Sanctum Officium exercetur, niſi in locis Miſſionum, in quibus impunè graſſantur hæreſes, deliquerint, nec illos qui judicialiter abjuraverint, niſi ipſi nati ſint, ubi impunè graſſantur hæreſes, & poſt judicialem abjurationem illùc reverſi, in hæreſim fuerint relapſi, & hos in foro conſcientiæ tantùm.*

25 Ita ſimiliter, etſi aliquando fuerit dubitatum, an per facultatem factam Confeſſariis, ut vigore Jubilæi, vel Cruciatæ abſolvere poſſint à caſibus in Bulla Cœnæ contentis, poſſint etiam abſolvere ab hæreſi in foro conſcientiæ; atque aliqui affirmaverint, inter quos Sotus *in* 4. *ſent. diſp.* 22. *quæſt.* 2. *art.* 3. Alphonſ. de Leone *de jubil. part.* 2. *quæſt.* 11. *nu.* 43. Sanctarell. *eodem tract. cap.* 7. *dub.* 2. & alii, quos refert Diana *part.* 1. *tract.* 5. *reſol.* 1. Barboſ. *cit. alleg.* 40. *num.* 30. Leand. *de cenſur. tom.* 4. *mat.* 2. *diſp.* 13. Paſqualig. *de jubilæo quæſt.* 227. *num.* 1. Negativa tamen opinio hodie recepta eſt, & vera, utpotè pluries approbata à Summis Pontificibus, quorum decreta refert Barboſ. *cit. allegat.* 40. *num.* 31. Diana *cit. reſol.* 1. Card. Albit. *cit. cap.* 25. *num.* 28. ubi refert decretum poſtremò emanatum in Suprema Inquiſitione coram Alexandro VII. ſub die 23. Martii 1656. ubi ad removendam omnem dubitandi occaſionem, & ne circa id in poſterum ullo tempore hæſitari contingat, cùm crimen hæreſis præ cæteris graviſſimum, ſpeciali nota dignum ſit, decrevit, facultatem abſolvendi ab hæreſi in Jubilæis, vel aliis ſimilibus conceſſionibus, non cenſeri comprehenſam, niſi expreſſis verbis concedatur facultas abſolvendi ab hæreſi. Unde ceſſat ratio, quam pro ſententia affirmativa adducit Lorca 2. 2. *quæſt.* 11. *art.* 4. *diſp.* 45. *num.* 3. apud Dian. *cit. part.* 1. *tract.* 5. *reſol.* 1. *verſ. & ratio eſt*, quòd ſcilicet, cùm aliquando Pontifices ad tollendas difficultates hujus controverſiæ, conſueverint expreſsè excipere crimen hæreſis, jam ſi facultas fiat ſine tali exceptione, cenſeantur noluiſſe hæreſim excipere. Ceſſat, inquam, tum ex adducto decreto Alexandri VII. declarantis non cenſeri conceſſam facultatem abſolvendi ab hæreſi, niſi ea

26 exprimatur; tum etiam quia hæreſis eſt crimen graviſſimum, & ſpeciali nota dignum, nec præſumendum eſt venire ſub generali conceſſione, id quod ſpecialiter petitum denegaretur, ut proſequuntur D. Anton. *part.* 3. *tit.* 24. *c.* 77. Covarr. *in cap. Alma Mater part.* 1. §. 11. *num.* 15. Navar. *in manual. cap.* 27. *num.* 175. Garzias *de benefic. part.* 11. *cap.* 10. *num.* 109. Suarez *de fide diſp.* 21. *ſect.* 4. *num.* 21. Gratian. *cit. diſcept.* 414. *num.* 21. Pax Jordan. *tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 4. *num.* 22. & alii innumeri apud ſupracitatos, & firmat Rota *deciſ.* 136. *numero* 19. coram Merlino.

27 Quæ diximus recipienda ſunt de abſolutione ab excommunicatione ob hæreſim occultam, vel etiam publicam, ſed ad forum contentioſum non deductam, in quibus caſibus abſolutio in foro interno reſervata eſt Papæ per Bullam Cœnæ; quòd ſi hæreſis ſit publica, & ad forum contentioſum deducta, præſervata cenſetur facultas Epiſcopi, & Inquiſitorum, non ſolùm in foro externo, ut dixi ad *Conſtit.* 16. hujus Pontificis, & dicam infra ad *Conſt.* 9. *Alex. IV.* ſed etiam in foro interno, adeout abſolutio ab hæreſi ad forum contentioſum deducta ſuffragetur quoad utrumque forum; ut quoad Inquiſitores apertè colligitur ex *Conſtitut.* 18. *Alex. IV.* incip. *Cupientes* §. 1. i: *Necnon abſolvendi à ſententia excommunic.* *omnes illos, qui dimiſſa hæreticorum perfid.* *ritatem Catholicæ Fidei liberè, ac humiliter* *luerint*: & quoad utroſque eſt Textus in *fficium de hæret. in* 6. & docent communiter nos refert, & ſequitur Farinacc. *de hæret.* 192. §. 4. *num.* 52. Gratian. *diſcep.* 414. *numer.* *om.* 3. Genuen. *in praxi cap.* 67. *num.* 10. atque in eodem ſenſu eſt Suprema Inquiſitio, quæ aliàs cenſuit, Epiſcopos eorum auctoritate ordinaria poſſe recipere, & abſolvere in utroque foro hæreticos formales ſpontè comparentes à ſententia excommunicationis, videlicet poſt abjurationem juridicè factam, & abſolutionem in foro exteriori datam. Et aliàs cuidam Epiſcopo reſpondit, quòd recepta juridica ſpontanea comparitione cujuſdam hæretici, illum prævia abjuratione de formali, & pœnitentiis ſalutaribus ſua auctoritate ordinaria coram Notario, & teſtibus in utroque foro abſolvat. Similiter aliquando reſcripſit, quòd Epiſcopi eorum auctoritate ordinaria poſſunt abſolvere hæreticos in utroque foro; & ideò ipſe juridicè recipiat depoſitionem, & poſtea prævia abjuratione de formali, & pœnitentiis ſalutaribus juridicè in utroque foro abſolvat. Nec obſtat Bulla in Cœna Domini, quemadmodum obſtare cenſuit Lælius Zechius *in ſumma part.* 1. *tit. de Fide rubr. de hæretic. cap.* 11. *num.* 18. Nam Bulla procedit quoad abſolutionem ab hæreſi non deducta ad forum contentioſum, ut dixi; unde doctrinam *Zechii* meritò improbant Ricciul. *de jur. perſon. libr.* 5. *capit.* 14. *numero* 3. & Cardin. Albit. *cit. cap.* 25. *numero* 34. 35. & 36.

Quamvis autem Inquiſitores ab hæreſi in foro judiciali abſolvere poſſint, & talis abſolutio pro utroque foro ſuffragetur, ut dixi: in foro tamen conſcientiæ ejuſmodi facultatem nec habent, nec expedit ut habeant. Non quidem habent, quia, quemadmodum Epiſcopis, adempta eis eſt per Bullam Cœnæ, ut docent Carena *de Offic. Inquiſ. part.* 2. *tit.* 1. §. 26. *num.* 136. *verſ. attamen*, Bordon. *in Tribunali cap.* 12. *num.* 43. Farinacc. *cit. q.* 192. *num.* 52. *in fine*. Nec ad id eis ſuffragatur *Conſtit.* 27. *Clem. VII.* incip. *Cum ſicut* §. 2. *verſ. vobis etiam*, ubi eis concedi videtur hæc facultas abſolvendi extrajudicialiter ab hæreſi. Quandoquidem militat eadem revocatio per Bullam Cœnæ; ultraquàm quòd ex integro contextu verborum conſtat, per abſolutionem extrajudicialem ibi non intelligi abſolutionem ab hæreſi in foro conſcientiæ, ſed ſolummodò abſolutionem ſine ſolemni figura judicii; non autem excluditur omnimoda forma judicii, cùm ibi injungatur Inquiſitoribus, ut non abſolvant, niſi prævia abjuratione hæreſis, & præſtatione juramenti, quæ apertè oſtendunt, abſolutionem non eſſe in foro conſcientiæ, quod etiam in his terminis obſervant Barboſ. *cit. alleg.* 40. *num.* 26. & 27. Carena *part.* 2. *tit.* 1. §. 26. *num.* 136. Caſtropal. *cit. tract.* 4. *diſp.* 4. *punct.* 3. §. 2. *nu.* 3. Del Bene *cit. part.* 1. *dubit.* 57. *num.* 14. quòdque ab hæreſi in foro conſcientiæ abſolvere non poſſint, pluries à Suprema Inquiſitione reſolutum refert Cardin. Albit. *cit. cap.* 25. *nu.* 16. Salell. *lib.* 2. *cap.* 8. *regul.* 200. *num.* 35. Maſinus *in praxi part.* 18. *aſſert.* 108. & ita ultra citatos tenent Suarez *de cenſur. diſp.* 43. *ſect.* 1. *num.* 3. Sanctarell. *de hæreſi cap.* 5. *dub.* 7. Alphonſ. de Leone *de offic. & poteſt. Confeſſ. tom.* 2. *recoll.* 6. *num.* 227. Ricciul. *cit. lib.* 5. *cap.* 15. *num.* 3. Garzias *de benef. part.* 11. *cap.* 10. *num.* 121. 28

Hinc audiendi non ſunt DD. ſtantes pro contraria ſententia, cum ferè omnes nitantur *cit. Conſtit. Clement. VII.* & Diana *par.* 1. *tract.* 5. *reſol.* 3. & *par.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 35. aſſerens, Inquiſitores Hiſpaniæ & Siciliæ poſſe abſolvere in foro conſcientiæ ab hæreſi, recipiendus non eſt, niſi forſan id ſit ex ſpeciali privilegio, ut notat De Magiſtris *cit. cap.* 22. *num.* 7. & Cardin. Albitius *cit. cap.* 25. *num.* 19. ubi ſubdit, ſe quandoque vidiſſe indultum Inquiſitoribus, ut hæ- 29

Digitized by Google

ut hæreticos in foro conſcientiæ tantùm abſolvere poſſent; id tamen non fuiſſe conceſſum, niſi Inquiſitoribus deſtinatis pro locis, ubi hæreſes impunè graſſantur, vel in locis ibi proximis.

30 Cæterùm Inquiſitores hanc facultatem habere non expedit, quia cùm abſolutio ab hæreſi in foro interno non ſuffragetur pœnitentibus, quin in foro externo inquiri, & puniri poſſint, Locatus *ver. abſolvere num.* 1. *& ver. hæreticus num.* 24. Repertor. Inquiſitor. *ver. Confeſſio* §. *verum*, Zanchin. *de hæret. cap.* 34. Duard. *in Bulla Cœnæ lib.* 3. §. 2. *quæſt.* 12. *num.* 12. Barboſ. *cit. alleg.* 40. *num.* 29. exinde ſequeretur inconveniens, de quo audias peritiſſimum Eymeric. *par.* 3. *directˌ in princip. num.* 59. ibi : *Non enim Inquiſitores, ut Inquiſitores, ſunt judices in foro pœnitentiali, & interiori, ſed judiciali, & exteriori : unde ad Confeſſiones Sacramentales libenter accedere non debent, ne Inquiſitionis Officium deludatur, & Sacramentum Pœnitentiæ contemnatur, & ipſe Inquiſitor audiens tales Confeſſiones Sacramentales ſcandalizetur. Nam ſi Inquiſitor audiat aliquem in Confeſſione Sacramentali, & ille confiteatur, quòd tanto tempore in tali errore perſtitit, & illo multos infecit, vel aliquid ſimile : & poſt proceſſu temporis de his denunciatur, ſeu accuſatur Inquiſitori, & ille judicialiter inquirit : factum detegitur, ille citatur, medio juramento interrogatur, & imponit Inquiſitori, quòd ſecretum Confeſſionis revelavit, & eundem, & Sacramentum Pœnitentiæ ſcandalizabit :* Ad quod inconveniens etiam advertit Cardin. Albit. *cit. cap.* 25. *num.* 18.

31 Cùm igitur hæretici ſint ipſo jure excommunicati, ſequitur ipſos à Catholicis vitandos eſſe, prout quiſque excommunicatus, *cap. cum non ab homine, cap. cum deſideres de ſent. excom. can. excommunicatos* 11. *qu.* 3. & præſertim quoad hæreticos eſt textus in *cap. ſicut ait de hæret. can. ſi quem fortè cum duobus ſeqq. cap.* 24. *quæſt.* 1. Verùm poſt Concilium Conſtantienſe celebratum anno 1414. id notabiliter immutatum extat. Siquidem ante dictum Concilium, Excommunicati publici, publicè, & occulti, occultè vitandi erant; poſt verò eumdem Concilium per

32 *Extravag. ad Evitanda* ab ipſo Concilio emanatam, ſive à Martino V. in eodem Concilio, Excommunicati, etiam notorii, vitandi non ſunt, niſi ſpecialiter, & expreſsè fuerint denunciati, vel niſi fuerint notorii Clericorum percuſſores.

33 Et licèt hæc Extravagans nec inter acta illius Concilii, nec inter Conſtitutiones Martini V. inveniatur; nobis tamen primò illam typis exhibuit D. Antoninus *in* 3. *part. ſumma tit.* 25. *cap.* 3. & ex eo illam tranſcripſerunt Felin. *in cap. Rodulphus num.* 39. *de reſcript.* Silveſter *ver. excommunicatio* 5. *num.* 7. Sotus *in* 4. *diſt.* 22. *quæſt.* 1. *art.* 4. Fagnan. *cap. quod à prædeceſſore num.* 54. *de Schiſmaticis*, Guttierez *lib.* 1. *quæſt. canon. cap.* 1. *num.* 1. & alii, eſtque hujuſmodi : *Ad evitanda ſcandala, & multa pericula, quæ conſcientiis timoratis contingere poſſent, Chriſti fidelibus tenore præſentium miſericorditer indulgemus, ut nemo deinceps à Communione alicujus in Sacramentorum adminiſtratione, vel receptione, aut aliis quibuſcumque divinis, vel extra, prætextu cujuſcumque ſententiæ, aut Cenſuræ Eccleſiaſticæ à Jure, vel ab homine generaliter promulgatæ, teneatur abſtinere, vel aliquem vitare, aut Interdictum Eccleſiaſticum ſervare, niſi ſententia, aut cenſura hujuſmodi fuerit in vel contra Perſonam, Collegium, Univerſitatem, Eccleſiam, aut locum certum, aut certam à Judice publicata, & denunciata ſpecialiter, & expreſsè, Conſtitutionibus Apoſtolicis, & aliis in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque : Salvo ſi quem pro ſacrilega manuum in Clericos injectione, ſententiam latam à Canone adeò notoriè conſtiterit incidiſſe, quòd factum non poſſit aliqua tergiverſatione celari, nec aliquo ſuffragio excuſari; nam à communione illius, licèt denunciatus non fuerit, volumus abſtineri juxta Canonicas ſanctiones. Per hoc tamen hujuſmodi excommunicatos, ſuſpenſos, & interdictos, ſeu prohibitos, non intendimus in aliquo relevare, nec eis quomodolibet ſuffragari.*

Succeſſit poſtmodum Concilium Baſileenſe, Bituricenſe, & Lateranenſe, in quibus *Extravag. ad Evitanda* Concilii Conſtantienſis notabiliter fuit alterata; nam referentes ad literam dictam Extravagantem uſque ad *verſ. ſalvo ſi quem*, ſubjungunt : *Aut ſi aliquem ita notorie in excommunicationis ſententiam conſtiterit incidiſſe, quòd nulla poſſit tergiverſatione celari, aut aliquo modo juris ſuffragio excuſari :* adeoque id, quod à Concilio Conſtantienſi ſtatutum fuerat de ſolis notoriis Clericorum percuſſoribus, præfata Concilia extenderunt ad omnes excommunicatos notoriè tales, etſi non ſpecialiter denunciatos. 34

Neutrum tamen ex his Conciliis valuit revocare Extravagantem Concilii Conſtantienſis; nam quantum eſt ex Baſileenſe, ipſius acta, utpotè quod turpiter deſiit in Conciliabulum, non ſuſtinentur, eaque irrita, & omni prorſus auctoritate vacua declaravit Concil. Florentinum *ſeſſ.* 1. ut notat Cabaſut. *in notitia Eccleſiaſt. ad Concil. Florent. num.* 2. & licèt nonnulla ejuſdem Concilii quoad beneficialia & cenſuras confirmaverit Nicolaus V. tamen ibi nulla fit menſio de dicta Extravaganti quoad excommunicatos vitandos, ut advertit Giballin. *de cenſur. diſquiſit.* 7. *quæſt.* 1. *num.* 7. *&* Guttierez *quæſt. canon. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 15. Non abſimiliter Concilium Bituricenſe, utpotè Provinciale, revocare non potuit ſtatuta Concilii Generalis Conſtantienſis. De Concilio verò Generali Lateranenſi, quòd Extravagantem Conſtantienſis revocaverit, cenſuit ſolus Fagnan. *cit. cap. quod à prædeceſſore à numero* 53. *de Schiſmat.* ex quo in ejus ſententia, excommunicati notoriè tales ſunt vitandi, etiamſi non ſint ſpecialiter denunciati. 35 36

Verùm in hoc inadvertenter lapſus eſt Fagnanus, quòd putaverit, Conſtitutionem Concilii Lateranenſis fuiſſe generalem, cùm re vera fuerit ſimplex concordatum pro ſolo Regno Galliæ inter Leonem X. & Franciſcum I. ut notant Cabaſut. *ad Concil. Baſileenſe num.* 13. Suarez *de cenſuris diſp.* 9. *ſect.* 2. *numer.* 5. Guttierez *cit. cap.* 1. *num.* 14. Giballin. *citat. quæſt.* 1. *num.* 6. Cardin. Albitius *loc. cit. cap.* 20. *nu.* 5. *verſ. neque obſtat*. Hinc hodie viget Conſtitutio Concilii Conſtantienſis, ut Excommunicati etiam notorii, non ſint vitandi, niſi ſpecialiter ſint denunciati, vel niſi fuerint notorii Clericorum percuſſores, idque etiam generali conſuetudine receptum eſt, Covar. *in cap. alma mater par.* 1. §. 2. *num.* 9. Barboſ. *cit. cap. cum non ab homine numer.* 4. Navarr. *in Manual. cap.* 27. *num.* 35. Suarez *de cenſur. cit. ſect.* 2. *num.* 5. *& de fide diſp.* 21. *ſect.* 3. *num.* 4. Turrecremat. *in ſumma part.* 2. *cap.* 10. Van-Eſpen *juris Eccleſ. univerſ. par.* 3. *tit.* 11. *cap.* 4. *num.* 16. Imò quòd in Gallia ita ſervetur, non obſtante concordato Concilii Lateranenſis, teſtatur Giballin. *cit. quæſt.* 1. *num.* 8. Cabaſut. *ad Concil. Baſileenſe num.* 13. Azor. *tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 11. *quæſ.* 1. Sanchez *lib.* 2. *Moral. cap.* 9. *nu.* 5. Navarr. *conſ.* 10. *&* 11. *de hæretic.* & de eadem *Extravag. ad Evitanda* in terminis Ordinum collatorum ab Epiſcopo ſimoniaco, aut aliis cenſuris obnoxio, ſpecialiter non denunciato, dixi latè *tom.* 1. *ad Conſtit. unic. Alexand. II. ſect.* 3. *numero* 32. *& ſeqq.* & alibi. 37 38

Stante igitur *Extravag. ad Evitanda*, hæretici ratione excommunicationis vitandi non ſunt, & tolerantur quouſque non fuerint ſpecialiter denunciati, quamvis publicè, & notoriè ſint tales, ut contra Sotum *in* 4. *diſtinct.* 25. *quæſt.* 1. *art.* 1. communiter tenent Card. de Lugo *de virt. fidei diſp.* 22. *ſect.* 1. *num.* 1. Card. Albit. *cit. cap.* 18. *num.* 5. Giballin. *de cenſur. diſqu.* 7. *dub.* 1. *num.* 2. Azor. *cit. lib.* 8. *cap.* 13. *quæſ.* 7. Verùm quia converſatio cum hæreticis, non ſolùm quia excommunicati, ſed etiam quia hæretici ſunt, prohibita eſt, Alter. *de cenſur. diſp.* 9. *de ſuſpenſ. cap.* 3. *pag.* 147. *lit. E. verſ. hæc tamen opinio*, & fusè Pignatell. *tom.* 1. *conſult.* 143. *per tot.* 39 40

Murga

Digitized by Google

Murga *de ſepult. tom.* 2. *diſq.* 1. *dub.* 10. *num.* 6.
Vinçentius Præti *ad quæſt.* 10. *Eulcodii poſt* Carenam
de Offic. Inquiſit. in fine verſ. Tertiò; ideò quamvis
non denunciati non ſint vitandi, multa tamen ſunt,
in quibus tam in ſacris quàm in profanis eos utpo-
tè hæreticos vitare debèmus, præſertim attenta
Conſt. 28. *Gregorii XV.* incip. *Romani Pontificis*;
adeoque licèt per ſe prohibitum non ſit communica-
re cum hæreticis notoriis, & ab eis Sacramenta re-
cipere, antequàm publicè, & nominatim denuncien-
41 tur; per accidens tamen quandoque erunt vitandi,
etiam ante denunciationem, nempe ratione ſcandali,
aut periculi, cui ſe quis exponit communicans cum
hæreticis, & ex aliis ſpecialibus cauſis, quas poſt
Suarez *de fide diſp.* 21. *ſect.* 3. *num.* 5. fusè exponit
Verricell. *de Apoſtol. Miſſion. tit.* 1. *de fide quæſt.* 39.
num. 9. *& quæſt.* 40. *& per tot.* & ſimiliter ſi ab eis
juxta ſuperſtitioſos eorum ritus Sacramenta reciperen-
tur; nam hoc eſſet credere eorum erroribus, ut di-
cam infra ad *Conſt.* 13. *Alex. IV.*

42 An autem hæreticus cenſeatur excommunicatus vi-
tandus, ſi fuerit quidem declaratus hæreticus, ſed
non ſit declaratus excommunicatus? Affirmat Gon-
zalez *in cap. ſicut ait num.* 12. *de hæret.* ex eo ſcili-
cet, quia notiſſimum eſt, hæreſi annexam eſſe ex-
communicationem, & juxta communem exiſtima-
tionem eo ipſo, quòd quis declaratur hæreticus, ha-
betur etiam pro excommunicato; hancque ſenten-
tiam, quam ſanè probabilem reputo, ſequuntur Gut-
tierez *cit. cap.* 1. *numero* 42. Sotus *de juſtit. lib.* 9.
quæſt. 1. *art.* 9. *& in* 4. *diſtinct.* 1. *quæſt.* 5. *artic.* 6.
concluſ. 8. Suarez *de cenſur. diſp.* 9. *ſect.* 2. *num.* 10.
Roderic. *ad Bullam Cruciatæ* §. 9. *num.* 28. Henri-
quez *libr.* 13. *cap.* 5. *numero* 4. Sed in contrarium
ſtant Navarr. *miſcellan.* 47. *de orat. numero* 2. San-
chez *lib.* 2. *moral. cap.* 9. *num.* 4. Giballin. *de cenſu-
ris diſp.* 7. *quæſt.* 1. *numero* 37. Graff. *part. prima*,
deciſ. lib. 4. *cap.* 11. *num.* 5. Del Bene *par.* 1. *dubit.*
52. *num.* 1. Salell. *cit. libr.* 6. *cap.* 3. *regul.* 452. *num.*
43 22. ex ea præſertim ratione, quia *Extravagans ad
Evitanda* requirit, cenſuram expreſsè, & ſpecialiter
declarari; nec declaratio hæreſis importat explicitam
declarationem excommunicationis; eoque magis
quia dicta Extravagans eſt favorabilis, & lata ad ſe-
renandas fidelium conſcientias, adeoque ita latè eſt
ſumenda. Non tamen eſt contemnenda conciliatio
quam exhibet Caſtropal. *tom.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 4. *punt.*
1. *num.* 5. quòd licèt declaratus hæreticus non ſit vi-
tandus, ſi tantùm fuerit declaratus hæreticus; eſſe
tamen vitandum, ſi Judex declaraverit illum incurriſ-
ſe cenſuras hæreſi annexas, etſi non expreſſerit ex-
communicationem.

44 In altera parte hujus Conſtitutionis ita ſtatuitur:
*Item quicunque tales præſumpſerint Eccleſiaſtica tra-
dere ſepulturæ, uſque ad ſatisfactionem idoneam ex-
communicationis ſententia ſe noverint ſubjacere, nec
abſolutionis beneficium mereantur, niſi propriis mani-
bus publicè extumulent, & projiciant hujuſmodi corpo-
ra damnatorum, & locus ille perpetua careat ſepultu-
ra*. Idem reperit Nicolaus III. *in ſimili Conſtitut.* 2.
incip. *Noverit* §. 20. *& Alex. IV. relatus in cap.* 2.
§. 1. *de hæreticis in* 6. Sepelientes igitur hæreticos,
eorumque fautores, qui etiam privantur Sepultura
Eccleſiaſtica, ut mox dicemus, excommunicatio-
nem ipſo jure incurrunt, à qua non abſolvuntur,
niſi propriis manibus è loco ſacro illorum oſſa proji-
ciant, dummodò tamen illa ab oſſibus Catholicorum
valeant diſcerni, Gloſſ. *in cit. cap.* 2. *ver. extumu-
lent*, Eymeric. *in direct. par.* 3. *quæſt.* 40. ubi Pegna
comm. 89. Decian. *tract. crim. lib.* 5. *cap.* 41. *num.* 6.
Navarr. *conſ.* 11. *de hæret.* Farinacc. *cit. quæſt.* 192.
num. 38. *&* 42. Lavor. *de priſco & recenti funeran-
di more lib.* 2. *tit.* 2. *cap.* 12. *num.* 9. *& de Indulgent.
par.* 2. *cap.* 13. *numero* 30. Paul. Grilland. *de hæret.
quæſt.* 9. *numer.* 2. Henriquez *in ſumma lib.* 13. *cap.*
25. §. 2. Sanctarell. *de hæreſi cap.* 28. *dub.* 2. *nu.* 12.
45 *&* 13. & perpetua ſepultura aliorum carere debet lo-
cus ille, in quo hæreticus ſepultus fuit, adeout Epiſ-
copus in hoc diſpenſare non poſſit, ut ex Sayr. *de
cenſur. lib.* 5. *cap.* 12. *num.* 10. Barboſ. *cit. cap.* 2. *nu.*
10. ubi alii, & plura quoad hoc dixi *tom.* 2. *ad Conſt.*
3. *Honor. III. ſect. unica num.* 53.

Hæreticos autem, eorumque credentes, recepta- 46
tores, fautores, & defenſores eſſe privandos eccleſia-
ſtica ſepultura, decidit textus in *cap. Excommunicamus
il* 1. §. *credentes, cap. ſicut ait de hæretic. cap. ſacris
de ſepult.* Gregorius IX. *Conſtit.* incip. *Excommunica-
mus*, quæ refertur à Pegna *poſt director. pag.* 3. In-
nocentius IV. *Conſt.* 18. §. *item quicumque*, Nicolaus
III. *Conſt.* 2. §. 18. Sed dubitabis, ex quo capite hæ- 47
retici priventur ſepultura eccleſiaſtica, an nempe
quia ſunt excommunicati, an verò potiùs quia ſunt
hæretici. Hujus quæſtionis relevantia maxima eſt,
nam ſi hæreticis denegatur ſepultura ex eo ſolùm
quòd ſint excommunicati; cùm hodie ratione *Ex-
travag. ad Evitanda*, ante ſpecialem denunciationem
non ſint vitandi, ſequitur nec eſſe privandos ſepultu-
ra Eccleſiaſtica ob rationem à contrario ſenſu dedu-
ctam ex *cit. cap. ſacris*: ſecùs eſſet, ſi eis deneganda
ſit ſepultura utpotè hæreticis.

Et hæretico denegari ſepulturam ratione excom- 48
municationis, adeout niſi ſit denunciatus, poſſit ſe-
peliri in loco ſacro, voluerunt Henriquez *cit. lib.* 13.
c. 11. *num.* 3. Pax Jordan. *tom.* 1. *lib.* 5. *tit.* 12. *num.*
127. Murga *de ſepultur. tom.* 2. *diſquiſ.* 1. *in princip.
num.* 7. & priùs Navarr. *conſ.* 10. *de hæret. & in ma-
nual. cap.* 27. *num.* 37. Azor. *tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 11.
quæſ. 3. Sayr. *de cenſur. lib.* 5. *cap.* 16. *nu.* 22. & alii
apud Layman. *theol. moral. libr.* 1. *tract.* 5. *part.* 2.
cap. 4.

Verùm dicendum eſt, pœnam privationis eccleſia- 49
ſticæ ſepulturæ quoad hæreticos, eſſe independentem
à pœna excommunicationis, adeout etſi non ſint de-
nunciati, deneganda eis ſit ſepultura, quia hæretici,
ut benè Paſſerin. *de ſtatu hominum tom.* 2. *quæſt.* 187.
art. 4. *num.* 64. Del Bene *par.* 1. *dubit.* 162. *petit.* 2.
num. 10. Diana *part.* 9. *tract.* 8. *reſol.* 1. Trullench.
tom. 1. *decalog. lib.* 1. *cap.* 3. *dub.* 14. *nu.* 1. Filliucc.
tom. 2. *tract.* 22. *cap.* 7. *nu.* 229. D. Dandin. *de ſuſ-
pectis de hæreſi cap. ultimo ſect.* 1. *num.* 4. & fusè
Card. Albitius *cit. cap.* 18. *num.* 20. idque perſpicuè
probatur *ex Conſtit.* 1. *Martini V.* incip. *inter cunctas*
§. 8. ibi: *Etſi tales hæretici publici, & manifeſti, li-
cèt nondum per Eccleſiam declarati, in hoc tamen
gravi crimine deceſſerint, Eccleſiaſtica careant ſepul-
tura*: ex quo ſequitur, pœnam privationis ſepulturæ
eccleſiaſticæ non conſequi excommunicationem, ſed
hæreſim; atque ita teſte eodem Cardin. Albit. *cap.*
18. *num.* 28. reſolvit Sac. Congregatio Supremæ In-
quiſitionis die 6. Novembris 1641. in qua maturè 50
diſcuſſo articulo decretum fuit, non poſſe in Eccle-
ſia Catholica ſepeliri hæreticos notorios, quantum-
vis non denunciatos nominatim excommunicatos;
eoſque ſepelientes incurrere excommunicationem; ac
locum, in quo cadaver traditum fuit ſepulturæ, eſſe
pollutum, non verò Eccleſiam; ideoque curandam
eſſe extumulationem cadaveris ſaltem ſecretè, ſi non
publicè uti decet. An autem funus mandantes &
ſuadentes incidant in eandem excommunicationem;
reſpondit hincinde adeſſe opiniones, & ſecundùm
magis tutam, & probabilem incedere. Atque hoc de-
cretum approbavit, & exequi mandavit ſan. mem.
Urbanus VIII.

Alias autem pœnas in hac Conſtitutione contra 15
hæreticos, eorumque fautores, & filios ſtatutas, op-
portunè, & fuſiùs alibi examinamus; prout indica-
tur infra in *Conſt.* 2. *Nicol. III. circa princip.*

CON-

Digitized by Google

CONSTITUTIO XIX.

INNOCENTII IV.

incipiens (*Malitia.*)

EPITOME BULLÆ.

INNOCENTIUS, FRATRIBUS ORDINIS Prædicatorum, Inquiſitoribus Hæreticæ Pravitatis.

INquiſitoribus, ut contra hæreticos, eorumque fautores, Fidelibus publicè Crucis verbum proponant, injungit; quòdque Crucis charactere conſignent illos, qui contra eoſdem ſe auxiliarios eis exhibuerint; pluraque privilegia, & Indulgentias Cruceſignatis concedit.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De origine, & privilegiis Cruceſignatorum contra hæreticos, Remiſſivè.*

2 *Miniſtri Inquiſitionis veniunt ſub nomine Cruceſignatorum, eoſque hodie repræſentant.*

3 *Et gaudent pluribus privilegiis, tam ſpiritualibus, quàm temporalibus.*

4 *Inquiſitores poſſunt habere familiam armatam. Remiſſivè.*

5 *Miniſtri Inquiſitorum gaudent privilegio fori.*

6 *Motivum concedendi plura privilegia Tribunali Inquiſitionis indicatur.*

7 *Privilegium fori quo jure competat Miniſtris Inquiſitorum.*

8 *Papa Miniſtros Inquiſitorum quamvis laicos fori privilegio donare valuit.*

9 *Miniſtri Inquiſitionis in officio delinquentes puniri debent ab Inquiſitore.*

10 *Cenſentur in officio delinquere, ſi in uſu armorum delinquant.*

11 *Miniſtri neceſſarii Inquiſitionis gaudent privilegio fori, etiamſi extra officium delinquant.*

12 *In Regnis Hiſpaniæ excepta ſunt nonnulla delicta graviora.*

13 *In cauſis civilibus quatenus iidem ſint exempti.*

14 *Inquiſitores, eorumque Miniſtri in eorum abſentia non lucrantur diſtributiones.*

15 *Niſi ad id ſpeciale privilegium obtinuerint.*

16 *Miniſtri Inquiſitorum tenentur adimplere Præceptum Paſchale in propria Parochia.*

17 *Et de ejuſdem Præcepti adimplemento cognoſcere non poteſt Inquiſitor.*

1 DE origine, & progreſſu Cruceſignatorum contra hæreticos, eorumque indultis, & privilegiis, dixi ſupra ad *Conſtit.* 17. hujus Pontificis, ubi pariter ad præſentem Conſtitutionem Commentarium
2 dedi. Veniunt etiam ſub nomine Cruceſignatorum Familiares, ſeu Miniſtris Inquiſitionis; imò hodie ſolùm iſti conſervare videntur quandam figuram Cruceſignatorum, cùm Inquiſitoribus pro hæreticis perſequendis, aliiſque Inquiſitionis negotiis explendis opem ferant, & in quibuſdam locis Crucis ſignum ante pectus geſtant, ut ſervari in Regno Siciliæ refert Paramus *de origin. Inquiſit. lib.* 2. *tit.* 1. *cap.* 3. *num.* 5. & 8. Pegna *part.* 3. *director. comment.* 105. §. *rurſus*; & quòd ipſi in Italia appellentur Cruceſignati, & alibi Scholares S. Petri Martyris, refert idem Paramus *cit. cap.* 3. *n.* 1. Philippus à Limborch *in hiſtor. Inquiſit. lib.* 1. *cap.* 9.

3 Hujuſmodi familiares, ſeu Miniſtri Inquiſitionis gaudent non ſolùm Indulgentiis, aliiſque ſpiritualibus privilegiis conceſſis Confratribus Cruceſignatis, ut notant Param. *cit. cap.* 3. *num.* 8. & *cap.* 4. *per tot.* Carena *part.* 1. *de Offic. Inquiſit. tit.* 14. §. 6. *nu.* 25. D. Dandin. *de ſuſpect. de hæreſi cap.* 4. *ſect.* 2. *ſubſection. un. num.* 12. ſed etiam aliis fruuntur privilegiis, quemadmodum eſt poſſe deferre arma, ex eo quòd Inquiſitoribus permiſſum ſit habere familiam ar- 4
matam, de qua re agimus infra ad *Conſtit.* 9. *Joannis XXII.* incip. *Exigit.*

Similiter gaudent iidem Familiares privilegio fori, 5
atque illud Inquiſitoris ſortiuntur, ut de communi docent DD. apud Paramum *lib.* 3. *quæſt.* 6. *num.* 27. & 28. Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.* 41. *numer.* 19. Fermoſin. *part.* 2. *alleg.* 13. *per totam*, Carleval. *de judic. diſp.* 2. *ſect.* 6. *num.* 508. Gratian. *diſcept.* 340. *num.* 34. & *diſcept.* 341. *num.* 11. Diana *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 82. Farinacc. *de hæreſi quæſt.* 186. *num.* 38. Tondut. *de prævention. part.* 1. *cap.* 29. *num.* 31. Seſſe *deciſ.* 439. Sperell. *deciſ.* 128. *num.* 81. D. Raynald. *obſervat. criminal. tom.* 1. *cap.* 1. *ſupplet.* 5. *nu.* 97. *verſ. tales etiam ſunt laici*, Del Bene *de immun. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 14. *per totam*, Limborch *cit. cap.* 9. D. Dandin. *cit. cap.* 4. *ſect.* 2. *num.* 62. Perſpicuum profectò cuilibet eſt (quod etiam ex relectione tot Conſtitutionum ad Inquiſitionis Tribunal 6
pertinentium ſum edoctus) Pontifices in concedendo eidem Tribunali quamplurima privilegia, ad id præſertim reſpexiſſe, ut Inquiſitores ad eorum munus, utile non minùs, quàm pium, obeundum, nullo præpedirentur obſtaculo, nec quidquam, quò ad id expeditiores eſſent, deſiderarent; & exinde optimo quidem jure factum eſt, ut Miniſtri, & Familiares eorum foro ſubjicerentur; quandoquidem ſine illorum miniſterio conſiſtere non poſſet Inquiſitionis Tribunal, maximumque eſſet incommodum, ſi Inquiſitionis Miniſtri neceſſarii pro brevi & expedita cauſarum Fidei cognitione, coram alio Judice conveniri, & puniri poſſent, ut aptè conſiderat Gonzalez *cap. dilecto nu.* 11. *de Offic. Archidiac.* Fermoſin. *cit. alleg.* 13. *num.* 35.

Et licèt nonnulli dubitent, an hujuſmodi privile- 7
gium habeatur ex Pontificis conceſſione, ſive potiùs ex privilegio Regum, ut eſſe in Hiſpania ex concordatis inter Regem, & Familiares Inquiſitionis Regnorum ei ſubjectorum, volunt Pontius *de matrim. lib.* 5. *cap.* 12. *num.* 15. Narbon. *ad leges Hiſpaniæ lib.* 4. *tit.* 1. *leg.* 20. *Gloſſ.* 1. ſive ex conſuetudine tantùm, ut eſſe in Italia cenſet Carena *cit. tit.* 14. §. 5. *num.* 22. & Cardin. Albitius *de inconſt. in fide cap.* 28. *num.* 39. ſubdens, quòd Familiares Inquiſitorum in Italia non gaudeant privilegio fori, niſi in locis, ubi ex conſuetudine id privilegium competit, & ex eo Raynald. *in citat. ſupplet.* 5. *num.* 96. tamen cer- 8
tum eſt, potuiſſe Pontifices Inquiſitorum familiares, quamvis laicos, eximere à foro laicali, & ſubjicere foro Inquiſitorum, ut ex pluribus probat Gonzalez *cit. cap. dilecto num.* 12. *de Offic. Archidiac.* ubi ſubdit: *Ego neque audebo dicere, conceſſionem hanc merè laicam eſſe, cùm cernam Familiarium officium è re Fidei eſſe, nec minimum inſtrumentum cenſeri Sanctiſſimi Tribunalis ad pleraque munia, quæ neceſſariò quotidiè obeunt contra Apoſtatas, & alios Fidei hoſtes: nec per conſequens damnabo concordiam ſapientiſſimè à noſtris Regibus excogitatam pro ſuis Regnis. Dicam talem locum fuiſſe concordiæ ex mente Pontificum, & ex Regnorum utilitatibus.* Ex quo dicendum eſt, juriſdictionem Inquiſitorum in Familiares eſſe Eccleſiaſticam, adeout concordata cum Regiis Papa annuente facta, ſupponant primordialem juriſdictionem, ut ex Narbona *cit.* differit Del Bene *cit. cap.* 4. *dubit.* 14. *num.* 9. Diana *tom.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 136.

Hinc certum eſt, Miniſtros, & Familiares Inqui- 9
ſitorum in officio delinquentes, puniendos eſſe privativè ab eiſdem Inquiſitoribus, ut ſtatuitur in *clement.* 2. *de hæretic.* & notant Gonzal. *in cit. cap. dilecto num.* 12. Fermoſin. *ad cap. Eccleſiæ, Mariæ qu.* 59. *num.* 87. Campeg. ad Zanchin. *de hæreſi cap.* 31.

ver.

Digitized by Google

ver. ceſſat præterea, Decian. *tractat. crimin. lib.* 5.
cap. 22. *num.* 36. Bobadill. *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *nu.*
127. & pluries à Suprema Inquiſitione reſolutum re-
10 fert Cardin. Albitius *cit. cap.* 29. *num.* 48. ex quo,
ſi delinquant in uſu armorum, in officio delinquere
cenſeri, & ab Inquiſitoribus puniri poſſe, dixit Ca-
rena *cit. tit.* 14. §. 4. *num.* 16. Cardin. Albit. *cit. cap.*
29. *num.* 10.

Quòd ſi extra officium deliquerint, ſunt qui di-
xerint, eos præciſa conſuetudine, vel concordatis,
fori privilegio non gaudere, ex eo, quòd in tali ca-
ſu nulla lege canonica foveantur, ut præſertim vo-
luit Anſald. *de juriſdict. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 6. *num.*
29. Ciarlin. *controverſ. forenſ. lib.* 2. *cap.* 120. *per tot.*
11 Verius tamen eſt, Familiares, & Miniſtros neceſſa-
rios, eos nempe, ſine quibus Inquiſitores eorum
munus commodè explere nequeunt, fori privilegio
gaudere, etiamſi extra officium deliquerint, ut in
caſu Nuntii Inquiſitionis Senenſis fuiſſe diſcuſſum in
Suprema Inquiſitione, refert Cardin. Albit. *cit. cap.*
29. *num.* 48. *verſ. Miniſtri, & verſ. & in puncto*,
ex Fermoſin. *cit. alleg.* 13. *ſub num.* 21. Narbon. *cit.*
leg. 20. *num.* 19. Regens à Ponte *deciſ.* 36. *num.* 7.
& 11. & quòd in cauſis criminalibus quibuſcunque
ſubjaceant privativè juriſdictioni Inquiſitorum, fir-
mant Simanch. *cit. tit.* 41. *num.* 16. Royas *ſingular.*
101. Farinacc. *citat. quæſt.* 186. *num.* 38. Caſtropal.
oper. moral. tom. 1. *tract.* 4. *diſp.* 8. *punct.* 12. §. 2.
12 *num.* 9. licèt per concordata in Regnis Hiſpaniæ ali-
qua delicta graviora excepta ſint, quæ recenſet Del
Bene *cit. dub.* 14. *num.* 13. Carleval. *cit. quæſt.* 6. *ſect.*
6. *num.* 515. Simanch. *cit. tit.* 41. *num.* 19. Giurba
conſ. 96. *num.* 27. *cum ſeqq.* & nonnulla ex novis le-
gibus excepta adducit Gonzalez *cit. c. dilecto numero*
13. licèt in his caſibus exceptis poſſint Inquiſitores
procedere per cenſuras Eccleſiaſticas, Fermoſin. *cit.*
alleg. 13. *num.* 10.

13 Cauſas verò civiles in iiſdem concordatis exceptas
eſſe, adeout in his cognoſcendi ſint coram Judice or-
dinario, tenent Simanch. *cit. tit.* 41. *num.* 18. Nar-
bon. *ad leg.* 20. *gloſſ.* 6. Selell. *de mater. Tribun. Fi-*
dei lib. 1. *cap.* 6. *regul.* 45. *numer.* 46. Carleval. *cit.*
quæſt. 6. *ſect.* 6. *num.* 512. ubi limitat in Regno Va-
lentino, quòd nempe ibi etiam in civilibus ſint
exempti; & in quibuſdam locis gaudent privilegio
fori in civilibus, ſi ſint rei, ſecùs ſi ſint actores, ut
de Inquiſitore Melitenſi notat Card. Albit. *cit. c.* 29.
numero 50. ubi plura quoad exemptionem realem, &
perſonalem.

14 Si verò iidem Miniſtri, & Familiares, imò & In-
quiſitores ipſi ſint beneficiati, certum eſt in eorum
abſentia diſtributiones non lucrari, niſi ſpeciali Se-
dis Apoſtolicæ privilegio muniantur, ut reſolvit Sac.
Congr. Concilii *in Mediolanen.* 3. *Februarii* 1635.
lib. 15. *Decret. pag.* 156. ibi: *Sac. Congr. reſpondit,*
prædictos Miniſtros Sanctiſſimæ Inquiſitionis non lu-
crari diſtributiones quotidianas, niſi ex ſpeciali Se-
dis Apoſtolicæ privilegio, ac propterea Oratorem pro
eo obtinendo, Congregationem Sanctiſſimæ Inquiſitionis
adire poſſe; adeſtque alia antiquior reſolutio in una
Toletana 4. *Junii* 1594. *lib.* 8. *Decret. pag.* 40. ibi:
Cum Inquiſitorum Regnorum Hiſpaniæ nomine, non
ex jure communi, ſed ex ſpeciali privilegio à diverſis
Romanis Pontificibus ad certum tempus jam elapſum
conceſſo, competiiſſe facultatem percipiendi diſtributio-
nes quotidianas Canonicatuum, Dignitatum, & alio-
rum beneficiorum, eo tempore, quo à Choro abfuerint;
hodieque pariter ex indulto à fel. rec. Gregorii XIV.
ad quinquennium dato competere, deductum fuerit,
Congregatio Concilii cenſuit, ſcribendum ad D. Card.
Toletanum, deciſionem à ſe editam, ſcilicet Inquiſito-
ribus hæreticæ pravitatis minimè de jure competere fa-
cultatem percipiendi diſtributiones quotidianas prædi-
ctorum beneficiorum, eſſe tantùm intelligendam juxta
juris diſpoſitionem, non autem ubi ſpecialibus privile-
giis à Sede Apoſtolica indultum fuerit, ut quotidianas
diſtributiones Inquiſitores ipſi, atque alii S. Officii
Miniſtri quamvis abſentes perciperent; tunc enim
privilegia hujuſmodi quoad tempus, pro quo fuerint
conceſſa, eo firmiùs eſſe cuſtodienda, quo præſtantius,
& utilius eſt Chriſtianæ Reipublicæ Inquiſitorum Offi-
cium ad conſervationem, & propagationem Orthodo-
xæ Fidei conſtitutum.

Quantumvis ergo privilegiis Inquiſitores, eorun- 15
demque Miniſtri gaudeant; de jure tamen non lu-
crantur diſtributiones, niſi ex ſpeciali indulto conce-
di ſolito per Supremam Inquiſitionem, ut notant
Carena *cit. part.* 1. *tit.* 5. §. 13. *num.* 93. Garzias *de*
benefic. part. 3. *cap.* 2. *num.* 356. Royas *de hæret. ſin-*
gular. 96. *num.* 420. Barboſ. *in ſumma Apoſt. deciſ.*
verbo Inquiſitores n. 12. Cened. *in quæſt. canon. quæſt.*
1. *num.* 28. Paſſerin. *de ſtat. homin. tom.* 1. *quæſt.* 185.
art. 5. *num.* 141.

Similiter iidem familiares non ſatisfaciunt præcepto 16
annuæ Communionis per hoc, quòd in Communio-
ne generali fieri ſolita Feria V. in Cœna Domini ab
Inquiſitoribus, Euchariſtiam ſumpſerint, ſed illam
ſumere debent à proprio Parocho, ut reſolvit Sacra
Congregatio Concilii in *Neapolitana* 3. *Julii* 1666.
nec iidem Inquiſitores cognoſcere poſſunt de adim- 17
plemento ejuſdem præcepti à ſuis Familiaribus, ut
Suprema Inquiſitio reſolvit apud Cardin. Albit. *cit.*
cap. 29. *num.* 51. licèt contrarium aſſerat Salell. *cit.*
lib. 1. *cap.* 6. *regul.* 45. *num.* 51. De qualitatibus au-
tem, & numero Familiarium Inquiſitionis, dicam
ad *Conſt.* 2. *Alex. IV.*

CONSTITUTIO XX.

INNOCENTII IV.

incipiens (*Dei Virtus.*)

EPITOME BULLÆ.

INNOCENTIUS, ABBATIBUS & PRIORIBUS per Angliam conſtitutis.

ABbates, & Priores Angliæ ad Conci-
lium Generale Lugdunenſe convocat.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De Concilio Generali Lugdunenſi I. & de cauſis ejus convocationis.*
2 *Agitata in eo fuit, & terminata depoſitio Friderici Imperatoris.*
3 *Plura etiam fuerunt acta pro Orientis Imperio.*
4 *Plura in eo ſtatuta fuerunt ad Forum Eccleſiaſticum pertinentia.*
5 *Fuit etiam in eo actum de ſubſidio Terræ Sanctæ, & de tregua inter Principes Chriſtianos ineunda.*
6 *Quo anno fuerit celebratum, & quot Patres in eo interfuerint.*
7 *De Bulla Indictionis hujus Concilii, & de convocatione Abbatum Angliæ ad illud.*

COnvocatio Concilii Lugdunenſis I. quod ex
OEcumenicis eſt XIII. inter egregia Innocentii 1
IV. geſta meritò recenſetur, ſive inſpicias cauſas il-
lud convocandi, ſive permaximas utilitates, quæ ex
eo in univerſa Eccleſia promanarunt, attendas: Acta
enim in eo præſertim fuit cauſa Friderici II. Impera- 2
toris, qui ob ejus flagitia innumera, & execrandas
impietates, de quibus ſatis dixi *tom.* 2. *ad Conſtit.* 1.
& 13. *Gregor. IX. & ad Conſt.* 1. hujus Pontificis,
ex Imperiali Trono projici meruit, ut retuli ad *Conſt.*
3. *ejuſdem*, quò diſceret ipſe, diſcerentque & alii,
ſe Eccleſiæ Advocatos, & defenſores eſſe, non per-
ſequu-

ſequutores . In eodem Concilio præſente Balduino
3 Imperatore Orientis, actum etiam fuit de pluribus
concernentibus Eccleſiam, & Imperium Orientale;
unde pro recuperatione Terræ Sanctæ, & Tartaris
profligandis, Principibus Chriſtianis quinquennalis
tregua per Concilium indicta fuit. Similiter inſtantia Oratorum Regni Angliæ rejecta fuit, qua cen-
4 ſum Eccleſiæ Romanæ ex eodem Regno, uti feuda-
tario, debitum, diminui poſtulabant. Edita etiam in
eodem Concilio fuerunt plura Decreta ad Forum Ec-
5 cleſiaſticum pertinentia, quæ inſerta ſunt in Libro
ſexto Decretalium, quæque continentur in *cap. cum in multis, cap. diſpendia de reſcript. cap. unico de poſtulat. prelat. cap. ſtatuimus, cap. in electionibus de electión. cap. ſtatuimus de offic. Judic. deleg. cap. officii de offic. legati, cap. Romana de offic. ordinar. cap. juris de judic. cap. actor. de dolo, & contum. cap. unic. de eo, qui mittit. in poſſeſſ. cap. ſtatuimus de confeſſis, cap. Romana de Teſtibus, cap. pia de except. cap. frequens de reſtit. ſpoliat. cap. 1. cap. ad Apoſtolicæ de ſent. & de re judicata, cap. 1. cap. legitima de appellat. cap. pro humani de homicid. cap. volentes, cap. cum de diverſis de privileg. cap. Romana de pœnitent. & remiſſ. cap. 1. cap. ſolet, cap. ſtatuimus, cap. quia periculoſum, cap. dilecto de ſent. excomm.*
6 Celebratus fuit tam inſignis conſeſſus anno 1245. Lugduni in Eccleſia Divi Juſti, cui Pontifex plura contulit beneficia, præſertim Roſam auream, quæ ſingulis annis prævia Concione panegirica oſtenditur. In eo præſedit Summus Pontifex, cui ad dexteram aſſedit Imperator Conſtantinopolitanus, ad ſiniſtram alii Principes laici. Interfuere Archiepiſcopi, & Epiſcopi 140. inter quos tres Patriarchæ, Conſtantinopolitanus, Antiochenus, & Aquilejenſis.
7 Ad hunc igitur adeò eximium congreſſum convocantur Abbates, & Priores Regni Angliæ per hanc Conſtitutionem editam Lugduni anno 1245. Bullam autem Generalis Indictionis ejuſdem Concilii ſe diligenter perquiſiiſſe, ac invenire non valuiſſe aſſerit Cherubinus in præſenti; eam tamen adducit Labbè *tom. 11. Concil. fol.* 636. De aliis ad hoc Concilium pertinentibus videndi ſunt Spondan. *ad annum* 1245. Labbè *loc. cit.* Cabaſut. *in notit. Eccleſiaſt. ſæculi* 13. *ad annum* 1245. Natal. Alexand. *tom.* 7. *notit. Eccleſiaſt. ſæcul.* 13. *diſſer.* 5. *per tot.* Specialiter tamen de iis, quæ ad idem Concilium quoad depoſitionem Friderici attinent, dixi ſupra ad *Conſt.* 3. hujus Pontificis.

CONSTITUTIO XXI.

INNOCENTII IV.
incipiens (*Novum.*)

EPITOME BULLÆ.

INNOCENTIUS, VENERABILIBUS Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus &c.

Sanctorum Cathalogo adſcribit Beatum Eadmundum Archiepiſcopum Cantuarienſem, ejuſque Feſtivitatem 16. Kalendas Decembris celebrandam inſtituit: Chriſti fidelibus ad ejus ſepulchrum eodem die feſti viſitandum accedentibus, unius anni, & quadraginta dierum Indulgentiam largitur.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *S. Eadmundi natales, & cauſa ejus nominis indicantur.*
2 *Pariſiis ſtudiis incumbit, ubi Jeſus ei apparet.*
3 *Fuit Canonicus Saliſbericenſis, & ſucceſſivè Archiepiſcopus Cantuarienſis.*
4 *Pro Eccleſiaſtica libertate tuenda multa patitur.*
5 *In Gallias ſe recepit, ubi fœliciter obiit.*
6 *Inter Sanctos adſcribitur ab Innocentio IV.*
7 *Habuit adjutorem Riccardum Epiſcopum Ciceſtrenſem.*

EAdmundus cognomine Virgo, dum è maternis
viſceribus prodiit in lucem, mundiſſimum pan- 1
num, cui involutus fuit, nulla prorsùs, vel levi macula fœdavit: quam ob munditiam mirabiliter ſervatam Eadmundi nomine, Parentes in Baptiſmate eum inſigniri decreverunt: Et id quidem primum ſervandæ perpetuò caſtitatis indicium; poſtmodum puellam ſuæ puritati infeſtam acriter verberavit, & ab omni ſordium illecebra cuſtodivit. Pariſios ſtudiorum cau- 2
ſa miſſus, in Scholis pagellas ſecum evolvens, aſſedit Puer Jeſus, docuitque ut contra repentinam mortem, Crucem ſemper fronti cubitum iturus imprimeret, diceretque: *Jeſus Nazarenus Rex Judæorum*. Quantùm in doctrina profecerit, ex utili ejus Commentario, cujus titulus: *Speculum Eccleſiæ, in Bibliotheca Patrum*, dignoſci facilè poteſt. Clericali 3
militiæ adſcriptus, Saliſbericenſi Canonicatu, & Theſaurarii dignitate potitus, tandem Cantuarienſis Archiepiſcopus, & totius Angliæ Primas à Gregorio IX. anno 1233. præficitur. Eo in munere omni virtutum genere enituit, ſed præſertim libertatis Eccleſiaſticæ tuendæ gratia tum à Rege, tum à Regni Proceribus mala multa perpeſſus; necnon animad- 4
vertens in detrimentum Religionis plurima à Rege moliri, nec in manu ſua ampliùs eſſe, ut ejuſmodi malis mederetur, ab Anglia in Gallias ad Pontiniacum Cœnobium ſe recepit; indeque gravi morbo 5
contracto, Medicorum conſilio in Sociacenſem purioris aeris Domum Canonicorum Regularium receſſit, ubi anno 1240. ut teſtatur Surius, Spondanus, & Nicolaus Trivettus *in Chronic.* vel anno 1246. ut placet Baronio *in notis ad Martyrolog. Roman.* diem extremum fœliciter obiit, inter mille oſcula Crucifixi: *Mi Jeſu*, ajebat, *te teſtem habeo, nihil me unquam expetiviſſe præter te.* Corpus ejus in Pontiniacenſe Monaſterium delatum, quod & olim S. Thomas Cantuarienſis ejus deceſſor, dum illud ipſum Cœnobium, innocentiæ ſibi aſylum delegerat, prædixit, Succeſſoris nimirum in eodem ſanctam converſationem, & loci exinde nobilitatem, ut innuitur in hac Bulla §. 5.
Facto tandem de vita, ac miraculis proceſſu, ac 6
diſtincto examine: Innocentius IV. in hac Conſtitutione edita anno 1253. 11. Januarii Sanctorum Albo adſcripſit, aſſignata die 16. Novembris pro ejus feſtivitate, ut quo ſolemniùs Fideles Eadmundi memoriam colunt, eò digniùs ejuſdem patrociniis ſubleventur. Narrantur iſta productiori ſtylo à S. Antonino *tit.* 19. *cap.* 10. Vincentio Bellovacen. *lib.* 31. *cap.* 47. Nadaſio *ad diem* 17. *Novembris*, Surio *tom.* 6. & aliis. Fuit Eadmundi adjutor in adminiſtratione 7
Eccleſiæ ſuæ Riccardus, Ciceſtrenſis deinde Epiſcopus, qui & ipſe ab Urbano IV. *Conſtit.* 3. fuit in Sanctorum Albo relatus. Et hæc quidem pro hac Conſtitutione ſufficiant; quæ etenim addi poſſent pertinentia ad Canonizationem Sanctorum, partim in præcedentibus dicta ſunt, partim in ſubſequentibus dicentur: cùm paſſim occurrant Conſtitutiones circa Canonizationem Sanctorum.

CON-

Digitized by Google

CONSTITUTIO PRIMA

ALEXANDRI IV.
incipiens (*Cùm à Nobis.*)

EPITOME BULLÆ;

ALEXANDER, MAGISTRO, ET Fratribus Hoſpitalis Leproſorum S. Lazari Hieroſolymitani Ordinis S. Auguſtini.

ORdinem Equitum, & Fratrum Hoſpitalis Leproſorum Sancti Lazari Hieroſolymitani ſub Regula Divi Auguſtini, quam anteà voluntariè ſervaverant, confirmat, eandemque Regulam ut in futurum obſervent, mandat.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Alexandri IV. origo, patria, & geſta, recenſentur.*
2 *Summus Pontifex Neapoli eligitur, & inauguratur.*
3 *Ejus virtutes, & obitus indicantur.*
4 *Ordinem Equeſtrem S. Lazari ſub Divi Auguſtini Regula confirmat.*
5 *Ordo S. Lazari quando initium habuerit, & quodnam ejus Inſtitutum.*
6 *Plura à Summis Pontificibus privilegia obtinuit.*
7 *Illum ab Innocentio VIII. ſuppreſſum, in integrum reſtituit Pius IV.*
8 *Hic Ordo unitus fuit Ordini Militari S. Mauritii.*
9 *Hodie uterque Ordo unitus vivit ſub Regula Divi Benedicti, ac ſub eodem M. Magiſtro, & utitur eadem teſſera.*
10 *Milites Sanctorum Mauritii & Lazari non ſunt verè Regulares.*
11 *Nec ſubjacent Decreto Concilii quoad Novitiatum.*
12 *Gaudent exemptione à foro laicali.*
13 *Sunt capaces Beneficiorum Sæcularium, & an pro eis obtinendis indigeant diſpenſatione Apoſtolica.*
14 *Eorum M. Magiſter non poteſt concedere gratias expectativas.*

1 JUſtis Neapoli Innocentio IV. perſolutis, ibidem communibus ſuffragiis poſt quindecim dies Summus Pontifex renunciatur Alexander IV. Fuit hic de illuſtri ſtirpe Comitum Signiæ, Innocentio III. & Gregorio IX. ſanguine propinquus, Philippo Patre Anagnino, Sueſſæ Campaniæ felicis Urbe natus, Raynaldus, ſeu Reginaldus dictus. Ob virtutes ejus eximias, omnigenamque eruditionem Sacro Cardinalium Collegio ſub titulo S. Euſtachii cooptatur, & exinde Oſtienſis, ac Veliternus Epiſcopus crea-
2 tur. Cùm autem ob depoſitionem Friderici II. ac Gibellinorum Guelphorumque ſeditiones Italia undique premeretur anguſtiis: cordi fuit ſapientiſſimis Patribus, ſequuto Innocentii IV. obitu, ad Pontificatum aſſumere, qui pari ſanctimonia & prudentia Univerſalis Eccleſiæ regimen moderaretur. Hinc omnium oculos ad ſe convertit Cardinalis Raynaldus, ex quo 10. Kalendas Januarii anno 1254. Summus Pontifex Neapoli eligitur, Alexandri IV. nomine aſſumpto, & die Nativitati Dominicæ ſacro inauguratur. Ejus geſta expectationi Orbis Chriſtiani reſ-
3 ponderunt: fuit profectò orandi ſtudio, abſtinentiæ laude, manſuetudine ſingulari ſpectatiſſimus, ut teſtatur Matthæus Pariſien. eumque Pauperum Patrem appellat Genebrardus: eruditionis tam fautor fuit, quàm & ipſe eruditus erat; enituitque præſertim ejus zelus in Fidei Catholicæ puritate conſervanda, hæreticiſque perſequendis, quod præſertim oſtendunt quamplurimæ Conſtitutiones pro Tribunali Inquiſitionis dirigendo ab ipſo editæ; his autem ſupereminebat ejus pietas, ac Cultus Divini propagandi ſtudium, de quibus omnibus videndi ſunt Raynald. *annal. tom.* 13. *ad ann.* 1254. Ciaccon. *in vit. Pontif. tom.* 2. *ad ann.* 1254. Natal. Alex. *tom.* 7. *hiſtor. Eccleſ. ſæcul.* 13. *cap.* 1. *art.* 5. Tandem plenus meritis obiit Viterbii 8. Kalendas Junii anno 1261. cùm Eccleſiam annis ſex, menſibus quinque, ac totidem diebus rexiſſet.

In hac autem prima ejus Conſtitutione edita Nea- 4
poli anno 1255. Ordinem Equitum S. Lazari Hieroſolymitani ſub Regula Divi Auguſtini, quam antea ſervandam voluntariè aſſumpſerant, confirmat, eandemque Regulam in futurum ab eis ſervari mandat. Antiquiſſimus ſanè eſt ejuſmodi Ordo: quod enim ejus Inſtitutum reſpicit, curandi ſcilicet Infirmos à 5
lepra, illud uſque à ſæculo tertio exercuiſſe, certa adſunt monumenta, ut dixi *tom.* 2. *ad Conſtit.* 2. *Anaſtaſii IV. ſect.* 1. *num.* 1. *&* 2. atque in Ordinis formam Divi Baſilii Magni temporibus erectus erat, ut refert Mendo *de Ordin. militar. orig. tit. de Ordine Sanctorum Mauritii, & Lazari pag.* 50. Inſtitutus enim primò fuit pro curandis leproſis, unde Ordo Fratrum Hoſpitalis Leproſorum Sancti Lazari appellatus; poſtmodùm autem in Ordinem Militarem redactus; Chriſtianos enim ad Loca Sancta inviſenda ex Europa adventantes, non modò charitativè hoſpitio recipiebant, ſed & eos à Barbarorum incurſionibus ſtrenuè tuebantur; unde Innocentius III. aliique Pontifices plures gratias, & privilegia eis con- 6
ceſſere, de quibus diſtinctè fit mentio in *Conſt.* 95. *Pii IV.* incip. *Inter aſſiduas;* eiſque præſertim quædam privilegia largitus fuit Clemens IV. *Conſtit.* 2. incip. *Cum dilectis, & Conſtit.* 5. incip. *Venerabilis.*

Succeſſivè idem Ordo quamplurimas paſſus fuit 7
viciſſitudines, adeout circa annum 1490. Innocentius VIII. ferè eum ſuppreſſerit, & Religioni S. Joannis Hieroſolymitani univerit, ut refert Mendo *loc. cit.* Nihilominùs illum in integrum ac primævum ſtatum reſtituit, aliaque privilegia conceſſit Pius IV. in *cit. Conſtit.* 95. Quamvis B. Pius V. *Conſtit.* 28. incip. *Sicut bonus*, eandem Pii IV. redintegrationem quoad privilegia priùs obtenta ratam habens, privilegia ab eo de novo conceſſa modificaverit, aut revocaverit; de quibus omnibus videndi ſunt Silveſt. Marul. *in Oceano Religion. lib.* 3. *cap.* 7. Petrus Belloyus *de Ordin. Equeſtr. tit. de Equit. S. Lazari*, Tapia *in auth. ingreſſi verſ. Monaſteria cap.* 38. *Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* Pennot. *hiſtor. tripart. Canon. Regul. lib.* 2. *cap.* 74. Tamburin. *de jure Abbat. tom.* 2. *diſp.* 24. *quæſ.* 4. *num.* 89. Barboſ. *in ſumm. Apoſt. deciſ. ver. Equites S. Lazari*, Natal. Alexand. *tom.* 7. *hiſtor. Eccleſ. ſæculi* 13. *cap.* 7. *art.* 5. *num.* 19. ac videri poſſunt quotquot Auctores agunt de Ordine S. Mauritii. Quandoquidem hujuſmodi Ordo S. Lazari 8
tandem unitus fuit Ordini Equeſtri S. Mauritii per Gregorium XIII. in *Conſtit.* 7. incip. *Pro commiſſa*, edita Idibus Novembris 1572. quam unionem confirmavit Clemens VIII. *Conſtit.* 102. incipit *Decet*, qua unione ſequuta appellati fuere, prout modò appel- 9
lantur Equites Sanctorum Mauritii, & Lazari, manentque ſub unico M. Magiſtro, qui eſt Dux Sabaudiæ, ac ſub Regula S. Benedicti, prout Ciſtercienſes, vivunt, ſub qua priùs vivebat Ordo Sancti Mauritii; teſſera etiam eſt utriſque communis, quæ eſt Crux viridis S. Lazari, intra quam inſerta eſt Crux candida S. Mauritii, cujus rami extenduntur ad angulos, ubi ſtipites Crucis viridis inter ſe connectuntur, ut refert Barboſ. *loc. cit. collect.* 312. *&* 313.

Hi ſanè Milites profeſſi Ordinis Sanctorum Mau- 10
ritii & Lazari non ſunt verè Regulares cum formali emiſſione trium votorum ſubſtantialium, ut quoad Mili-

Digitized by Google

Milites Sancti Jacobi de Spada latè probavi *tom.* 2.
ad Conſtit. 5. *Alexand. III. ſect. unic.* & in terminis
horum Militum firmat Cardin. de Luca *ad Concil.*
Trid. diſc. 39. *num.* 9. *& de juriſd. diſc.* 92. *numero*
8. §. *& de militia*, & de profeſſione ab iiſdem Mili-
tibus emitti ſolita mentionem facit Rota *deciſ.* 114.
11 *part.* 8. *recent.* Quamvis autem veri Religioſi non
ſint, adeout non comprehendantur ſub Decreto
Concilii Tridentini *ſeſſ.* 25. *cap.* 15. *de regul.* de non
emittenda profeſſione, anno noviciatus non exple-
to, ut quoad Milites S. Stephani firmavit Rota *deciſ.*
121. coram Seraphin. & dixi *cit. Conſtit.* 5. *Alex.*
12 *III. ſect. unic. num.* 8. Nihilominus utpotè qualitatem
Eccleſiaſticam habentes, gaudent exemptione à foro
laicali, ut latè probat Sperell. *deciſ.* 2. *numero* 129.
Pignatell. *tom.* 6. *conſult.* 72. *num.* 17. *& numer.* 138.
& in terminis Militum S. Jacobi dixi *cit. Conſtit.* 5.
Alexand. III. ſect. unica num. 11. ubi pariter ſub *nu-*
mero 10. latè firmavi quoad eoſdem Milites, eſſe ca-
13 paces Beneficiorum ſæcularium; idque quoad Mili-
tes Sanctorum Mauritii & Lazari reſolvit Sacra
Congregatio Concilii in *Taurinen.* 11. *Junii* 1650.
ad 2. *lib.* 19. *Decret. pag.* 57. ubi reſpondit, Mili-
tes Sanctorum Mauritii & Lazari eſſe capaces Be-
neficiorum ſæcularium, nec in hoc indigere diſpen-
ſatione Apoſtolica; quamvis ex ſtylo Datariæ etiam
requiratur diſpenſatio, cùm ſolvatur componenda,
ut dixi *cit. numero* 10. De his etiam Militibus quoad
expectativas loquitur Rota *deciſ.* 114. *deciſ.* 159. *&*
deciſ. 194. *part.* 8. *rec. & deciſ.* 845. coram Merli-
14 no, in quibus luculenter firmatur, M. Magiſtrum
Militiæ S. Mauritii & Lazari non poſſe concedere
expectativas quoad Commendas ejuſdem Ordinis,
cùm per *Conſtit.* 73. *B. Pii V.* incip. *Sacroſanctum*,
talis facultas revocata ſit quoad omnes Magiſtros hu-
juſmodi Militiarum.

CONSTITUTIO II.

ALEXANDRI IV. incipiens (*Cùm ſecundum.*)

EPITOME BULLÆ.

ALEXANDER FRATRIBUS ORDINIS Prædicatorum Inquiſitoribus hæreticorum in Provincia Lombardiæ.

STatuit, ut Officiales Inquiſitionis, qui juxta præſcriptum ab Innocentio IV. eligendi erant cum conſenſu Epiſcopi Diœceſani, duorum Fratrum Prædicatorum, & duorum Minorum; eligi poſſint à ſolis Inquiſitoribus Ordinis Prædicatorum, ſi Diœceſanus, & Fratres Minores eidem electioni non poſſent, vel nollent intereſſe.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Miniſtri Inquiſitorum antiquitùs eligendi erant à Magiſtratu Civitatis cum conſilio Epiſcopi, duorum Fratrum Prædicatorum, & duorum Minorum.*

2 *Poterant tamen eligi cum conſilio tantùm Fratrum Prædicatorum, ſi Epiſcopus, & Fratres Minores intereſſe nollent, ſive non poſſent.*

3 *Electio Miniſtrorum, quæ antiquitus fiebat à Magiſtratu Sæculari, hodie non eſt in uſu.*

4 *Inquiſitores quænam attendere debeant in eligendis Miniſtris.*

5 *Comites, Barones, aliique nobiles quatenus admittendi ſint in Miniſterio Inquiſitionis.*

6 *Hebræi, & Neophyti non debent eſſe Miniſtri Inquiſitionis.*

7 *Miniſtri, & Familiares Inquiſitorum abuti non debent facultate delationis armorum.*

8 *Nec admitti debent alienigenæ, aut non uxorati, aut minores 25. annorum.*

9 *Similiter admitti non debent Miniſtri, niſi neceſſarii.*

10 *Numerus Miniſtrorum Inquiſitorum qualis eſſe debeat.*

11 *Inquiſitores prudenter agunt, ſi numerum Miniſtrorum præſcribi faciant à Suprema Inquiſitione.*

12 *De aliis in hac Conſtitutione contentis.*

INter quamplurimas leges, pro negotio Inquiſi-
tionis dirigendo, conditas ab Innocentio IV. &
relatas in ejus *Conſtit.* 9. incip. *ad extirpanda* §. 3. 1
una eſt hujuſmodi: *Idem quoque Poteſtas, ſeu Rector*
infra tertium diem poſt introitum Regiminis ſui, duo-
decim viros probos, & Catholicos, & duos Notarios,
& duos Servitores, vel quotquot fuerint neceſſarii, in-
ſtituere teneatur, quos Diœceſanus, ſi præſens extite-
rit, & intereſſe voluerit, duo Fratres Prædicatores,
& duo Minores ad hoc à ſuis Prioribus, ſi Conventus
ibi fuerint eorundem Ordinum, deputati, duxerint
eligendos. Verùm quia quandoque contigebat Diœ-
ceſanum, & Fratres Minores abeſſe, quibus abſen-
tibus Rectores Civitatum non permittebant fieri præ-
fatam electionem Officialium, metuentes contrave-
nire legi Innocentianæ, & exinde incurrere pœnas
in eadem Conſtitutione contra eos ſtatutas; ideò
Alexander per præſentem Conſtitutionem editam
Neapoli anno 1255. ad evitanda hæc impedimenta 2
ſtatuit, ut in caſu quo Diœceſanus, & duo Fratres
Minores non poſſent, vel nollent electioni Officia-
lium intereſſe, tunc Inquiſitores Ordinis Prædica-
torum poſſent eandem electionem per ſe ſolos fa-
cere.

Ex his conſtat, Miniſtros, ſeu Familiares Inqui- 3
ſitionis, qui in *cit. Conſtit.* 9. *Innoc. IV.* §. 7. *&* 8.
Officiales nuncupantur, antiquitùs præſentari, ſeu
potiùs proponi conſueviſſe à Rectoribus, ſeu Magi-
ſtratibus Civitatum; licèt hodie id non ſit in uſu;
imò in Hiſpania omnes Miniſtri, & Officiales ab In-
quiſitore Generali per ſe, vel per alios deputantur,
ut refert Paramus *de origine Inquiſit. libr.* 2. *tit.* 2.
cap. 4. *num.* 11.

Inquiſitoris autem partes erunt, diligenter exami- 4
nare qualitates, & mores perſonarum, quæ ad mu-
nus Familiaris aſciſci debent; adeoque abhorrere de-
bent ab admittendis iis, qui non aliàs familiaritatem
S. Officii ambiunt, niſi ut ejus privilegiis fruantur;
atque præſertim attendenda ſunt verba *Clement.* 2.
de hæreticis, ibi: *Nec Officiales, niſi ſibi neceſſarios*
habeant tales, qui ſe conferant ad ſua cum Inquiſito-
ribus ipſis officia exequenda. Idcircò ad id admitten- 5
di non ſunt Comites, Barones, aliique nobiles, qui
ut inquit Salell. *libr.* 1. *de mater. Tribun. Fidei cap.*
5. *regul.* 46. *numero* 57. ſæpè familiaritatem procu-
rant, ut à juriſdictione Magiſtratus Sæcularis exi-
mantur; idque fuiſſe expreſsè injunctum Inquiſitori-
bus à Suprema Inquiſitione refert Card. Albitius *de*
inconſtantia in fide cap. 29. *numero* 36. & notat Fer-
moſin. *in cap. Eccleſiæ S. Mariæ quæſt.* 59. *num.* 27.
de Conſtit. & ibidem *numero* 67. ſubdit, id non ſer-
vari in Regno Valentiæ, in quo etiam reſiſtentibus
Regiis Pragmaticis, admittuntur in Familiares per-
ſonæ potentes, veluti Barones, & Proceres, ex eo
quòd expediens reputetur ad vehementiùs promoven-
dum negotium Fidei, ejus Miniſtros eſſe potentes,
& nobiles.

Similiter in eligendis Familiaribus curent Inqui-

Digitized by Google

ſitores obſervare *Conſtit. 9. Joannis XXII.* incip. *Exi-*
gis §. 2. ibi : *Quare volumus , & diſcretioni veſtræ*
per Apoſtolica ſcripta diſtrictè præcipiendo manda-
mus , quatenus neminem Familiarem , niſi ejuſdem
Eccleſiæ fidelem , ac devotum , & laudabilis converſa-
6 *tionis , & vitæ , habere quomodolibet præſumatis* . Ex
quo ſequitur primò, non eſſe in Familiares admit-
tendos Hebræos, licèt quandoque, ita rebus exigen-
tibus, ſoleant Inquiſitores eorum opera uti in nego-
tiis S. Inquiſitionis , ut tradit Card. Albit. *cit. cap.*
29. num. 43. idemque de Neophytis ex Judaiſmo ,
vel Paganiſmo converſis dicendum putat Pegna *par.*
tertia , director. comment. 105. *verſ. idem* , ex eo
quòd id neceſſarium non ſit, etſi aliàs ex cauſa rectè
fieri poſſit.

Inſuper, admittendi in Familiares eſſe debent viri
devoti, & laudabilis converſationis, ne aliàs admit-
tendo perſonas pravas , ſceleſtas , aut facinoroſas ,
7 cedat in ſcandalum id, quod pro Religionis conſer-
vatione permiſſum eſt, & præcipuè ne abutantur fa-
cultate delationis armorum, de quo præſertim abuſu
conqueritur textus in *cit. Clement.* 2. & quòd fami-
8 liaritas non ſit concedenda alienigenis , niſi ex ma-
gna cauſa , cenſuit Pegna *cit. comment.* 105. *verſ.*
quibus , Zanard. *in ſumma divin. precept. par. 1. cap.*
6. de Inquiſitore quæſt. 37. Carena *de Offic. Inquiſit.*
par. 1. tit. 14. §. 2. *num.* 3. quòdque in Regnis Hiſ-
paniæ Familiares non admittantur , niſi ſint uxora-
ti, tradit Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.* 41. *num.* 15.
& Carena *cit.* §. 2. *num.* 2. Card. Albit. *cit. cap.* 29.
num. 40. ubi ex Fermoſin. *loco cit. num.* 65. ſubdit ,
ætatem Familiarium admittendorum non debere eſſe
minorem annorum vigintiquinque.

9 Nec Inquiſitores admittere debent Officiales, niſi
ſint neceſſarii, ut ſtatuitur in *cit. Clement.* 2. ex quo
congruenter ab Innocentio IV. in mox adductis ver-
bis *cit. Conſtit.* 9. præſcriptus fuit numerus Officia-
lium ad duodecim, licèt relinquat Inquiſitoribus po-
teſtatem, ut etiam alios eligant, ſi neceſſarii fuerint;
19 & exinde numerum Familiarium Inquiſitorum non
eſſe à jure ſtatutum , cenſuit Carena *cit. tit.* 14. §. 3.
num. 6. revera enim juxta diverſam magnitudinem ,
vel exiguitatem locorum , diverſus Familiarium nu-
merus eſt præſcribendus , quemadmodum his inſpe-
ctis eſſe præſcriptum in Regnis Hiſpaniæ , tradit Si-
manc. *cit. tit.* 41. *num.* 17. etſi id non ſit recipien-
dum tanquàm perpetuum , itaut variari nequeat, ut
voluit Salell. *cit. cap.* 5. *regul.* 45. Vicariis autem Fo-
raneis Inquiſitorum , qui ſunt in Pagis , & Caſtris ,
regulariter aſſignari ſolent duo familiares , ut ſervari
in Inquiſitione Cremonæ ait Carena *cit.* §. 3. *numero*
11 8. Cæterùm ad tollendas conqueſtiones Magiſtratuum
Sæcularium , quæ quandoque juſtæ ſunt , ob exceſ-
ſivum, & non neceſſarium numerum Familiarium ,
cautiùs facient Inquiſitores , ſi Familiarium nume-
rum ſibi præſcribere faciant, prout regulariter fit, à
Suprema Inquiſitione.

12 Annectit Cherubinus præſenti Conſtitutioni , alias
declarationes ejuſdem Alexandri ad *cit. Conſtit.* 9. *In-*
noc. IV. quarum præcipuæ tractant de demoliendis
domibus hæreticorum , vel aliorum , ubi ipſi repe-
riuntur ; de qua re vide , quæ dixi fuſè ad *cit. Conſt.*
9. Innocentii .

De privilegiis autem Familiarium Inquiſitorum
actum eſt ſuprà ad *Conſt.* 19. *Innoc. IV.*

CONSTITUTIO III.

ALEXANDRI IV.
incipiens (*Clara.*)

EPITOME BULLÆ.

ALEXANDER , VENERABILIBUS Fratribus univerſis Archiepiſcopis , & Epiſcopis per Regnum Franciæ conſtitutis.

SAnctarum Virginum Cathalogo adſcribit Beatam Claram de Civitate Aſſiſii , Ordinis Monialium S. Franciſci ; ejuſque Feſtivitatem pridiè Idus Auguſti celebrandam ſtatuit .

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Beatæ Claræ Natales , & Patria indicantur .*
2 *Hortatu D. Franciſci ſe Deo vovit , ac Monaſterium inſtituit.*
3 *Ejus pietatis & pœnitentiæ opera referuntur .*
4 *Aſſiſium ab hoſtium invaſione bis liberat .*
5 *Viſitari meruit à Summo Pontifice Innocentio IV.*
6 *Inter Sanctas Virgines adſcribitur ab Alexandro IV. in hac Conſtitutione .*

TEmpeſtivè ſatis, clariſſimis orta Parentibus , in
lucem Clara exurrexit ad ſæculi umbras depel- 1
lendas ; Aſſiſium Patriam habuit Concivis Beato
Franciſco in Terris , cum quo modo cohabitat in
Cœlis . Animam inopum miſerias compatientem ab
infantia præſetulit , ut propria cibaria ſibi ſubtrahen-
do , ſuccurreret inopiæ plurimorum . Hortatu B. 2
Franciſci perhorreſcere cœpit Mundi voluptates ; &
Conjunctis ſuis , qui eam temporali Conjugio addi-
cere volebant , nequaquam aſſenſit ; Virginitatem
itaque Deo vovit, ac domo aufugiens, conſilio ejuſ-
dem Sancti ad Eccleſiam S. Damiani prope Aſſiſium
commigravit. Iſthic Monaſterium inſtituit , ex quo
fama ejus Sanctitatis per Orbem diffuſa , clariſſimas
Matronas ad ſua veſtigia imitanda invitavit . Coaluit
in ea humilitatis , & paupertatis ſpiritus , quæ ſunt
fundamenta Sanctitatis . Miranda fuit mortificatio , 3
quam in corpore adhibuit, præcipuè in duabus anni
Quadrageſimis, tribus diebus in hebdomada, ſecun-
da videlicet, quarta, & ſexta feria nihil ſumebat in
cibum . Devotiſſimæ Moniales compatiebantur di-
lectiſſimæ Matri viribus jejunio enervatæ , tandem
prohibuit D. Franciſcus illud rigoroſum jejunium ,
præcipiens , ut nullum tranſigeret diem , quin ſal-
tem unciam & dimidiam panis in cibum ſumeret .
Semel ac iterum ab hoſtibus Aſſiſium liberavit . Pri- 4
mùm ſub Friderico Imperatore , cùm irrumpentes
Saracenos in ejus Monaſterium , per muros quos
aſcenderant , Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento
intra ebur incluſo , quod in manibus habebat , de-
turbavit . Alio quoque tempore , prout narrat Vva-
dingus *in Annalib. Minor. Anno* 1251. *numero de-*
cimo ſextò , cùm quidam Vitalis de Averſa Impe-
rialem exercitum , cui præerat , ultra Aſſiſium ad-
moviſſet , devaſtatis adjacentibus locis, Sancta Chri-
ſti Athleta , conſperſo cinere capite , & unà cum
ſuis ſororibus orationi intenta, ſuperbus ille homo in-
vitus diſcedere viſus fuit , totoque ejus exercitu diſ-
ſipato , paulò poſt interemptus eſt . Poſt expleta in-
numera virtutis opera , morti proxima , toto deſide-
rio cupiit liberari de corporis nexu, & ad æthereas
manſio-

Digitized by Google

5 manſiones ſublimari; Innocentius IV. unà cum Cardinalibus, referente Surio *in Vita hujus Sanctæ die 12. Auguſti cap. 26.* non dubitavit viſitare Ancillam Chriſti, ingreſſus Monaſterium uſque ad lectulum; Sancta Virgo pedes Vicarii Chriſti exoſculandos propoſuit, & voti compos extitit; evolavit tandem ad
6 Cœlum Anno ætatis ſuæ 60. Adſcribitur cathalogo Sanctorum ab Alexandro IV. Anno 1255. hac Conſtitutione edita Anagni 6. Kal. Octobris; dum Regulam ſibi, ejuſque Sororibus à D. Franciſco traditam confirmaverat priùs Innocentius IV. in ſuperiùs adducta *Conſtit.* 12.

CONSTITUTIO IV.

ALEXANDRI IV.

incipiens (*Benigna.*)

EPITOME BULLÆ.

ALEXANDER EPISCOPUS AD perpetuam rei memoriam.

VEritatem Sacrorum Stigmatum S. Franciſci de Aſſiſio approbat, & contra illa negantes per proprios Prælatos diſtricta caſtigatione procedi ſtatuit.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Veritas Stigmatum S. Franciſci comprobata fuit à Gregorio IX.*
2 *Negantes Stigmata S. Franciſci à ſuis Prælatis puniendos ſtatuit Alexander IV. in hac Conſtitutione.*
3 *Referuntur aliæ Conſtitutiones eandem veritatem confirmantes.*
4 *De Stigmatibus S. Franciſci ſpecialis inſtituta fuit feſtivitas.*
5 *Negantes Stigmata S. Franciſci ſunt ſuſpecti de hæreſi, & num. ſeqq.*
Propoſitio negans Stigmata S. Franciſci, eſt temeraria. Ibidem.
6 *Propoſitio temeraria quænam ſit.*
7 *Veritas Stigmatum S. Franciſci eſt auctorizata communi Eccleſiæ conſenſu.*
8 *Papa non poteſt errare in Canonizatione Sanctorum.*
9 *Dæmon Sagas ſtigmatibus inurere ſolet, & quare.*
10 *Quale inditium oriatur contra eos, qui talia ſtigmata habere comperiuntur. Remiſſivè.*

1 ETſi Gregorius IX. in ſua *Conſtit.* 12. incip. *Confeſſor*, quam expoſuimus *tom.* 2. auditis teſtibus omni exceptione majoribus, Sacra D. Franciſci Stigmata tanquam certa cunctis fidelibus firmiter credenda propoſuiſſet; non defuere tamen, qui ſpiritu temerariæ præſumptionis adhuc inſanientes, ac veluti divini muneris invidi, apoſtolica etiam judicia ſacrilegè impugnare non verenentur. Hinc Alexander
2 IV. eandem veritatem omnibus teſtatam volens, nedum tanquam certam cunctis credendam propoſuit, ſed eam negare, ſive impugnare audentes, à ſuis Prælatis puniri ſtatuit hac Conſtitutione edita Anagni anno 1255. Et quidem pro habenda hujus veritatis plena certitudine, eundem Pontificem hic loquentem audire ſufficiat, inquit enim: *Vobis ante oculos proponere volumus, recolenda frequentius, & vehementius admiranda illa ſatis jucunda Dominicæ Paſſionis inſignia, quæ in ejuſdem Sancti corpore, dum adhuc vitali ſpiritu foveretur, manus cœleſtis operationis impreſſit. Viderunt namque oculi fideliter intuentes, & certiſſimi contrectantium digiti palpaverunt, quod in manibus ejus, expreſſa undique ſimilitudine clavorum, de ſubjecto propriæ carnis excrevit, vel de materia novæ creationis accrevit, quæ equidem idem Sanctus ſtudioſè ab oculis hominum, quorum refugiebat gloriam, dum viveret abſcondebat. Inventa eſt patentiùs in ipſius defuncti corpore non inflicta humanitus, nec facta plaga vulneris lateralis, quaſi aliquid inſtar lateris Salvatoris, quod redemptionis, & regenerationis humanæ in Redemptore noſtro protulit Sacramentum; quæ quidem plaga, ſicut quoſdam ex Fratribus ſibi familiariter adhærentibus latere non potuit propter defluxum humoris, diù ante viruerat in vivente:* & infrà: *Sanè de præfato Sancto hæc certiùs aſſerentes, indoctas fabulas, ſeu vanæ adinventionis deliramenta non ſequimur, cùm ea nobis dudum nota fuerit plenior fide rerum (quandò videlicet nos in minoribus conſtituti, Confeſſoris ejuſdem familiarem ex munere divino meruimus habere notitiam, præfati Prædeceſſoris noſtri domeſticis obſequiis tunc tempore inſiſtendo:* Atque idemmet Alexander IV. aliam ejuſdem argumenti edidit Conſtitu- 3
tionem, de qua teſtatur Cherubin. junior *ad hanc Bullam ſchol.* 1. eamque refert Rodriquez *quæſt. regular. tom.* 2. *quæſt.* 69. *art.* 2. ubi pariter mentionem facit de alia Conſtitutione, in qua fuit ſtatuta pœna excommunicationis Papæ reſervatæ, contra eos, qui in Regno Caſtellæ, & Legionis, de Imagine B. Franciſci Stigmata aboleviſſent, vel aboleri feciſſent, vel eundem Sanctum Stigmata nullatenus habuiſſe affirmaſſent; imò Bordon. *in Tribunali Fidei cap.* 2. *num.* 91. aſſerit, editas fuiſſe octo Conſtitutiones confirmantes eadem Sacra Stigmata, quemadmodum de ſimili Conſtitutione Nicolai III. confirmante citatam Conſtitutionem Gregorii IX. teſtatur Natal. Alexand. *in hiſtor. Eccleſ. ſæcul.* 13. *tom.* 7. *cap.* 1. *art.* 10. atque hanc veritatem adeò ex- 4
ploratam habuerunt Summi Pontifices, ut de Sacris B. Franciſci Stigmatibus ſpecialem feſtivitatem ſub die 17. Septembris celebrari decreverint, idque ex Decretis Benedicti XI. & Sixti V. de quibus teſtatur Baron. *in Martyrolog. ad eandem diem*, Bordon. *cit. numero* 91. & dixi *ad citat. Conſtit.* 12. *Gregorii IX.* ex quibus rectè aſſeruit Briet. *tomo ſexto annal. ad annum* 1224. quòd de veritate Sacrorum Stigmatum B. Franciſci dubitent tantùm heterodoxi.

Hinc negantes eadem Sacra Stigmata ſunt ſuſpecti 5
de hæreſi, & uti tales ſunt puniendi, ut præciſe tenent Bordon. *cit. cap.* 2. *num.* 92. & Lupus *in Edicto Inquiſit. part.* 4. *lib.* 26. *diſt.* 1. *art.* 3. Satis enim temeraria eſt propoſitio, qua aſſeritur, B. Franciſcum non recepiſſe Sacra Stigmata, aut non fuiſſe inſignitum illis caracteribus, quibus depingitur. Siqui- 6
dem propoſitio temeraria eſt, quæ temerè, & abſque rationis fundamento adverſatur propoſitioni firmatæ auctoritate communis conſenſus Eccleſiæ, ut ex D. Thom. *in* 2. 2. *quæſt.* 53. & 54. docent Corduba *libr.* 1. *part.* 17. §. 13. Suarez *tom.* 2. *de gratia diſp.* 19. *ſect.* 2. *numero* 20. Turrecrem. *in ſumma de Eccleſ. part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 11. Ricciul. *de jure perſon. extra Eccleſ. lib.* 5. *cap.* 8. *numero* 11. Veritatem au- 7
tem Sacrorum Stigmatum eſſe auctorizatam communi Eccleſiæ conſenſu, patet tum ex præfatis Summorum Pontificum Conſtitutionibus eam confirmantibus, tum ex quo Eccleſia de eis ſpeciale feſtum inſtituit; unde quemadmodum Papa non poteſt errare 8
in Canonizatione Sanctorum, ut latè probavi *tom.* 2. *ad Conſtit.* 1. *Alexand. III.* ita nec errabit, dum Sacra B. Franciſci Stigmata publicè adoranda nobis proponit.

Quemadmodum autem B. Franciſci Corpus, ob 9
ſui amoris monumentum æternum, his caracteribus condecorare voluit Chriſtus; ita pariter Diabolus

Digitized by Google

quibuſdam ſignis ſua viliſſima mancipia inurere ſolet, quæ ſtigmata dæmoniaca appellantur, ut refert Theophil. Rainaud. *in tract. de Stigmatibus*. Eaque adhibentur veluti in confirmationem pacti, quod inter Sagas, ſeu Striges, & Cacodæmonem intercedit; quæque ſunt diverſæ figuræ, dum aliquando viſæ ſunt ad inſtar veſtigii leporis, aut catelli nigri, ſive bufonis, aut ſimilium; & pars corporis ubi talis nota inuritur, remanet omninò ſenſus expers, adeout acus uſque ad oſſa abſque dolore infigi poſſit, ut referunt Bondin. *de Dæmonomania lib. 4. c. 4.* Torreblanc. *de jure ſpirit. lib.* 12. *c.* 24. *n.* 37. Gædelman. *de ma-*
10 *gis lib.* 3. *cap.* 3. *nu.* 26. quale autem indicium oriatur contra eos, qui talia ſtigmata in aliqua corporis parte habere comperiuntur, vide apud Cardin. Albit. *de inconſt. in fide cap.* 40. *num.* 52.

CONSTITUTIO V.

ALEXANDRI IV.

incipiens (*Ex parte.*)

EPITOME BULLÆ.

ALEXANDER, GENERALI, ET Provincialibus Minoris Ordinis Fratrum Minorum.

AD inſtantiam Generalis, & Provincialium Fratrum Minorum Conventualium ſtatuit hic Papa, ut omnes ex dicto Ordine promoti ad Epiſcopatum, vel alias dignitates extra Religionem, libros, & alia, quæ tempore promotionis habent, propriis uſibus applicare non præſumant, ſed Generali, vel Provincialibus conſignare debeant, niſi eorundem uſus ad tempus ſit de gratia ſpeciali eiſdem conceſſus.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Recenſentur diſpoſita in hac Bulla.*
Status Monaſticus in ſola contemplatione & ſolitudine antiquitus ſiſtebat. Ibid.
2 *Inde in Urbibus tranſiit majori populorum commodo.*
3 *Quando Monachis permiſſum fuerit Ordinibus initiari, & Sacramenta Fidelibus miniſtrare.*
4 *Monachi ſacerdotalia munia exercere poſſunt.*
5 *Fuerunt etiam admiſſi ad Epiſcopatus.*
6 *Tranſitus à ſtatu Regulari ad Epiſcopatum non eſt contra jus.*
7 *Quod procedit etiam ſi ſint tantùm Novitii.*
8 *Non tamen poſſunt aſſumi ad Epiſcopatus titulares, niſi diſpenſativè.*
9 *Ad Epiſcopatus an potiùs Regulares quàm ſeculares aſſumere expediat.*
10 *In Oriente ſoli Monachi promovebantur ad Epiſcopatum, & non Monachi non admittebantur ad Epiſcopatum, niſi priùs emiſſa profeſſione Regulari, & num. ſeqq.*
11 *Epiſcopis Græcis quatenus uxores retinere tolerabatur.*
12 *De continentia Presbyterorum, & Epiſcoporum Græcorum.*
Sancitum poſtea fuit, ut uxor Epiſcopi electi Monaſterium ingrederetur. Ibid.
13 *Epiſcopi Græci ideò Monaſticam Regulam priùs profiteri tenebantur, ut ita continentia ſe adſtringerent.*
14 *Laici quatenus olim eligi potuerint in Epiſcopos.*
15 *Refellitur opinio aſſerentium, Regulares eſſe ineptos ad Epiſcopatus.*
16 *Munus Epiſcopi non eſt jus dicere, ſed fideles verbo & exemplo paſcere.*
17 *Ad Epiſcopatus aſſumendi ſunt digniores & aptiores ex vi juſtitiæ diſtributivæ.*
18 *Ex quibus deſumatur aliquem eſſe magis, vel minus dignum.*
19 *Regulares quibus modis ad Epiſcopatus provehi poſſint, & quatenus requiratur eorundem Superiorum licentia. Remiſſivè.*
20 *Et quid ſi ipſi non conſenſerint electioni, ſive adſit quartum votum non acceptandi dignitates. Remiſſivè.*
21 *Regularis aſſumptus ad Epiſcopatum remanet eſſentialiter Regularis, & num. ſeqq.*
22 *Tria vota conſtituunt eſſentialiter ſtatum Religioſum.*
23 *Status Regularis non eſt incompatibilis cum Epiſcopatu.*
24 *Vota Religioſa Papa non ſolet niſi ex urgentiſſima cauſa diſſolvere.*
25 *Regularis per aſſumptionem ad Epiſcopatum non cenſetur diſpenſatus ab obſervantia Regulæ, niſi quoad incompatibilia cum munere Paſtorali, & num. ſeqq.*
26 *Expenditur ad id* Can. ſtatutum 18. quæſt. 1.
27 *Concilium Provinciale diſpenſare non valet ſuper Votis Religioſis.*
28 *Regularis ad Epiſcopatum aſſumptus liberatur ab obſervantia regulæ in iis, quæ talem ſtatum impediunt.*
29 *Epiſcopus Regularis cenſetur diſpenſatus à ſolitudine, ſilentio, vigiliis, aliiſque.*
30 *Non tamen cenſetur diſpenſatus ab iis, quæ ejus dignitatem non dedecent, nec munus impediunt.*
31 *Epiſcopum Regularem ad obſervantiam regulæ non niſi ex honeſtate teneri, aliqui aſſerunt.*
32 *Nec ob inobſervantiam regulæ incurrit pœnas in ea ſtatutas.*
33 *Exceptis iis, ad quas ſub peccati reatu tacitè, vel expreſsè ſe obligavit.*
34 *Epiſcopus Regularis remanet obſtrictus tribus votis eſſentialibus.*
35 *Et ſi ad clauſtra redeat, iterum profiteri non debet.*
36 *Votum Caſtitatis in Epiſcopo Regulari perſeverat.*
37 *Ipſum à voto Obedientiæ ſolvi, aliqui voluerunt.*
38 *Verius eſt votum obedientiæ permanere, non reſpectu Superioris Regulari, ſed Papæ.*
39 *Regularis factus Epiſcopus remanet virtualiter membrum Religionis.*
40 *Superior Generalis Regularium eſt adſtrictus voto obedientiæ.*
41 *Votum paupertatis an permaneat in Epiſcopo Regulari.*
42 *Papa poteſt de Monacho facere non Monachum, non tamen poteſt facere, ut ſit Monachus ſine voto paupertatis.*
43 *Paupertas Epiſcopo indecora non eſt.*
44 *Nec debet Regularis diſpenſari à voto paupertatis ob aſſumptionem ad Epiſcopatum.*
45 *Nedum Fratres Ordinis Minorum ad Epiſcopatus promoti libros, aliaque, quæ tempore promotionis habent, reſignare debent Superioribus Regularibus, ſed etiam Patres Prædicatores. Remiſſivè.*

COnſulendo Summus Pontifex Alexander in hac Conſtitutione edita Laterani anno 1255. ne Conventus Minorum defraudentur bonis, quæ Profeſſi annuentibus Superioribus retinebant, dum ad Epiſcopatus, 1

Digitized by Google

copatus, aliaſque dignitates extra Religionem promoventur, non incongruum in præſenti videtur plura de promotione Regularium ad Epiſcopatum diſſerere, ut ex fonte ratio ejuſdem ſanctionis ſcateat.

Quamvis igitur, ut ſæpiùs dixi, primævum Monaſticæ, ſive Religioſæ vitæ ſtudium ab omni converſatione disjunctum in ſilentio, & ſeceſſu verſabatur, ex quo meritò D. Hieronymus his verbis relatis in *can.* 5. 16. *quæſt.* 1. adverſus Paulinum Monachum invexit: *Si cupis eſſe quod diceris, Monachus, ideſt ſolus, quid facis in Urbibus? quæ utique non ſunt ſolitariorum habitacula, ſed multorum*: juxta enim Religioſi nominis etymologiam, nihil extra propriam quietem quærere eundem decebat, etiam Eccleſiaſticis Officiis deſerviendo, & charitatis opera agendo, ex *can. placuit*, *can. nemo*, *can. juxta*, & *can.* 8. 16. *quæſt.* 1.

Verùm quia major harum virtutum eſt charitas; qui enim in ſui cuſtodia vigilat, benè facit; ſed qui juvat multis, meliùs facit, & viriliùs, juxta monita
2 D. Bernardi *in Cant. ſermon.* 12. Hinc primò Præſulum adhortationibus, à ſolitudinibus ad habitandas Urbes, & ſæcularium in ſpiritualibus converſationem priſtini illi Religioſi ſe retulerunt, & ſuam aliorum ſaluti invigilando promovere cœperunt, D. Chryſoſtomus *homil.* 17. *ad Populum Antioch.*

Cùm autem mirè Monaſticam vitam Evangelicæ Charitati copularent, & fructuoſa pietatis exempla inter Populos de die in diem diſſeminarent, qui, ut idem Sanctus ibidem dicit, veluti Angeli de Cœlo profecti, Civitates ſimiles Cœlo reddebant; Summi Pontifices, quo magis ad Apoſtolicas functiones iidem aptarentur, rigorem antiquorum Canonum libenter relaxarunt, ut non tantùm Monachi Sacris
3 Ordinibus iniciari liberè poſſent, *ut in can. Monachos* 16. *qu.* 1. ibi: *Monachos quoque, quos morum gravitas, ac vitæ inſtitutio ſancta commendat; Clericorum officiis aggregari, & optamus, & volumus*: Sed etiam Sacramenta Fidelibus miniſtrare, aliaque munia clericalia obire, *can. ſi Monachus*, *can. moderamine*, & meliùs *can.* 24. 16. *quæſt.* 1. ibi: *Ex auctoritate hujus decreti, quod Apoſtolico moderamine, & pietatis officio, à nobis eſt conſtitutum, Sacerdotibus Monachis liceat prædicare, baptizare, communionem dare, pro peccatoribus orare, pœnitentiam imponere, atque peccata ſolvere.* Et Bonifacius IV. ad diſpergenda varia invidiæ germina inde orta, & ut magis ipſi in collato munere confirmarentur, in *can. ſunt nonnulli ibid.* declaravit, non veritate, & doctrina fultos, ſed audaciſſimo quidem zelo amaritudinis, & nefanda æmulatione adductos fuiſſe, qui dixerant, non poſſe Monachis Sacerdotalia munia demandari.

4 Sic igitur quarto ſæculo noſtræ reparatæ ſalutis, referente Gonzalez *in cap. ad aures num.* 5. *de tempor. ordin.* Regularia inſtituta cum Ordinibus fuerunt primò conjuncta, & Monachorum cœtus cum Clero permixtus, & ſuccedentibus temporibus hæc conjunctio fuit confirmata, & propagata, ut latè probat Thomaſſin. *de benef. part. prima, lib.* 3. *à c.* 13. *ad* 18.

5 Non tantùm autem Regulares ad Presbyteralia munia, & ad Parochiales Eccleſias regendas fuerunt admiſſi, ut in *can. in Parochia cit. quæſt.* 1. & aliis relatis per Gonzalez *in cap. Monachi num.* 2. *de ſtatu Monachor.* & dixi *tom.* 2. *ad Conſtit.* 1. *Anaſtaſii IV. ſect.* 1. *à numero octavo*; ſed cùm comperta fuerit quàm proficua ſocietas Regularis diſciplinæ cum Eccleſiæ dignitatibus, poſthabitis multis, qui ad Summi Sacerdotii apicem fuerunt evecti, quampluribuſque, qui Eminentiſſima Solia impleverunt, numeratis à Paſſerin. *de ſtatu hominum lib.* 1. *quæſt.* 185. *art.* 8. *nu.* 5. & 6. ad materiam, quam nobis offert præſens Bulla, non congruentibus, penè autem innumerabiles Cathedralibus Eccleſiis præfecerunt. Ab initio enim Eccleſiæ ad hæc uſque tempora ſæpè ſtrictiùs Sedes Apoſtolica ex clauſtris aſſumere Epiſcopos conſuevit, latè Plat. *de bono ſtat. Relig. libr.* 2. *cap.* 29. Paſſerin. *cit. art.* 8. *num.* 5. Pignatell. *conſult.* 98. *num.* 4. *tom.* 10.

Ex his itaque benè arguitur, quòd Regularis habitus cum Pontificali non repugnat; imò eſt, & ſemper fuit conſonum Sacris Canonibus, quòd Regulares, qui tanto honori, & oneri pares virtutes, & vires præſeferunt, ad Epiſcopatum promoveantur, poſtulentur, præſententur, & abſque juris relaxatione eligi poſſint, ut ſunt Textus hanc ſententiam probantes contra eos, qui aſſerunt, tranſitum de ſtatu Regulari ad Epiſcopalem eſſe contra jus, tanquam 6
ſpeciem Apoſtaſiæ, in *canone Monachos* 16. *quæſt.* 1. *can. ſtatutum* 18. *quæſt.* 1. *cap. nullus Religioſus*, *cap. ſi Religioſus*, & *cap. quorundam de elect. in* 6. *clem.* 1. *eod. tit.* Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *libr. ſexto*, *cap.* 4. *quæſit.* 22. nec ullam ſanè limitationem adducta jura patiuntur, etiam ſi Novitii ſint, & non 7
Profeſſi, ut apertè elicitur ex *cit. cap. nullus*, & Gloſſ. *in clem. cum rationi*, *verbo Religioſus de elect.* Card. Lauræa *in epitome Canon. verbo Monachor. privilegia in fine*, Barboſ. *de jure Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 128. & *cap.* 43. *n.* 230. De his tamen hic non loquimur, ex quo in omnibus cum ſæculari Epiſcopo æquiparantur, Lucarin. *de Epiſcopo Regulari cap.* 1. §. 1. *num.* 1.

In Epiſcopatibus verò nullatenſibus, ſive titularibus, cùm ob deficientiam actualis Populi Regulares 8
nec prodeſſe, nec præeſſe queant, deficit ratio legis unde à Regularibus obſervantiis cum hujuſmodi promotione ſolvantur, proindeque nonniſi diſpenſativè ad eoſdem eligi queunt, cùm ſit contra diſpoſitionem *Clement. in pleriſque de electione*, quæ non tantùm hujuſmodi electiones irritat, ſed ſi Regularis electus conſentire fuerit auſus, & ſe conſecrari permiſerit, in pœnam ſuæ ambitionis eundem etiam inhabilem declarat tam in ſua Religione quàm extra cujuſcunque honoris, & dignitatis, quem Textum exornant Barboſa *ibid.* Paſſerin. *de ſtatu hominum art.* 8. *quæſt.* 185. *n.* 34. Frances *de Eccleſia Cathedr. cap.* 32. *nu.* 62. & 63. Bertach. *de Epiſcopo lib.* 2. *qu.* 22. *n.* 35. Pax Jordan. *de re ſac. prælud.* 9. *nu.* 5.

Ex allegatis verò Sacris Canonibus non eſt ſumenda concluſio, vel quòd magis expediat, vel quòd ex 9
ſolis Monaſteriis vocari debeant Epiſcopi, ſicuti Paſſerinus, decorem ſuæ qualitatis religioſæ ultrò protrahens, demonſtrare fuit conatus in *cit. art.* 8. *num.* 5. & *ferè per tot.* potiſſimo argumento adducto, quòd in Occidente antiquitus Epiſcopi, ut plurimùm ex Regularibus aſſumebantur; in Oriente autem, & ſpecialiter in Græcia, ubi antiquus uſus Eccleſiæ, ut aſſerunt, nondum exolevit, vel ſoli Mo- 10
nachi nunc promoventur, vel ſi in promovendis talis qualitas deſideratur, antequàm charactere Epiſcopali inſigniantur, regularem diſciplinam profitentur, D. Athanaſius *in Epiſtola ad Drachontium Monachum Epiſcopatum renuentem*, Plato *de bono ſtatu Religionis lib.* 2. *cap.* 29. apud Pignatell. *conſult.* 98. *nu.* 4. *tom.* 10. Fermè autem opinor, quòd ad alios ſenſus, quàm ad concludendum, qualitatem Monaſticam eſſe neceſſariam, vel nimis congruam Epiſcopatui, hic uſus Eccleſiæ Orientalis ſit referendus; ſiquidem benè innuit Thomaſſinus *cit. part.* 1. *lib.* 3. *c.* 17. *num.* 13. his verbis: *Quod Epiſcopi Orientis omnes ante Epiſcopalem ordinationem Monaſticam induebant veſtem, ut ita ſe alligarent perpetuæ continentiæ, à qua liberi, & ſoluti omnes inferiorum Ordinum Clerici, ipſique adeò Presbyteri erant.*

De hujus autem opinionis probabilitate non eſt ambigendum, ex quo Epiſcopatus conſecratio ipſa (ut idem notat) videatur inviolabili cælibatus legi innectere; nam quicquid ſit de Epiſcoporum, 11
& Presbyterorum Græcorum moribus quoad continentiam non ſervandam, de qua latiùs generaliter alibi erit ſermo; in præſenti ad rem noſtram etiam præſuppoſito, Epiſcopo Græco

Digitized by Google

non fuiſſe prohibitum retinere uxorem, ut innuitur in *can. de Siracuſana §. ecce, diſt.* 28. *& ex lib.* 2. *Conſtit. Apoſt. cap.* 2. refert Cardin. Lauræa *citato verbo Epiſcopus quoad uxorem*, & latè Balſamon. *ad Concil. in can.* 5. *Apoſtolor. & in Synodo Carthaginen. can.* 74. *&* S. Leo Papa *in epiſt. Decret.* 92. *pag.* 163. expreſſit, quòd lex continentiæ eadem eſt Epiſcopis, atque Presbyteris, qui cùm eſſent laici, ſive Lectores, licitè & uxores ducere, & filios procreare potuerunt; licèt autem ex quo ad Pontificalem gradum fuerunt promoti, oporteat eos nec dimittere uxores, & quaſi non habeant ſic habere, quò & ſalva ſit charitas Conjugiorum, & ceſſent opera nuptiarum. Quæ conſtitutio conſona etiam eſt particulari legi Græcorum, ab Iſaac Angelo Imperatore efflagitantibus Patriarchis editæ, quòd ſcilicet uxor
12 ejus, qui ad Epiſcopalem dignitatem promovetur, priùs à viro ſuo ſeparata Monaſterium ingrèdi debeat. Veruntamen, ſi iidem Epiſcopi iterum cohabitare voluiſſent cum ſuis uxoribus, poterant quidem, ut referente eodem Imperatore, non ſemel evenit, quamvis Pontificia dignitate privabantur, ut narrat Arcudius *de unione Eccleſiæ Græcæ cum Latina libr.*
13 7. *de matrimon. cap.* 43. *§. penultimo*; non improbabiliter itaque, ut Epiſcopi in ſuſcepto munere ea qua decet caſtimonia perſeverent, ad tollendam dictæ libertatis anſam, uſus inter Græcos invaluit, ut iidem priùs aliquam monaſticam profiterentur Regulam, in qua voto caſtitatis illigabantur, ut idem Arcudius probat *loco citato*.

In jure etiam noſtro cautum invenio, quòd ad Epiſcopatus aſſumendi priùs inter Religioſos adſcribi debeant; ſed pariter in ſenſibus extraneis ab adductis per citatos DD. ex quo ſcilicet antiquitus, Laicos
14 quoque in Epiſcopos eligi fas erat, ut ex *Novella* 123. *de Sanctiſſ. Epiſcopis §. damus*, quod tamen correctum fuit ex pluribus Sacr. Canonibus, relatis per *cit.* Card. Lauræam *verb. Epiſcopi eligendi qualitates morales, in princ.* Hos tamen electos non repentè conſecrari licebat, ſed priùs, vel inter Monachos, vel Clericos aggregati, ibi ſanctas Regulas, & quotidianum Eccleſiæ miniſterium ediſcere debebant, & gradatim ad ſacros Ordines proficiſci, ut dicitur in *cit. Novell.* 123. *§. damus*, & facit *Novella* 6. *§. ſed*, ibi: *Sed neque ineruditus Sacrorum Dogmatum ad Epiſcopatum accedat; prius autem, aut Monaſticam vitam profeſſus, aut in Clero conſtitutus &c.* quod etiam concordat cum *can. benè diſt.* 61. ibi: *Hortandus eſt, ut vel Monachus, vel à vobis Subdiaconus fiat, & poſt aliquantum temporis ad Paſtoralem curam promoveatur.*

15 In aliud autem extremum incidere, quòd ſcilicet ad Epiſcopatum Regulares ineptiores ſint, pariter vitioſum erit, quod tamen voluerunt, cæteris omiſſis, Frances *de Eccleſ. Cath. cap.* 32. *nu.* 65. *ad* 79. cum aliis ibi allegatis, & ex modernis Card. de Luca *in relat. Romanæ Curiæ diſc.* 5. *nu.* 14. ex quo, ut dicunt Solorzan. *de Ind. jure tom.* 2. *libr.* 3. *cap.* 7. *nu.* 16. Zabarell. *in clem. in pleriſque numer.* 12. *de elect.* Regulares facti, & juris inexpertes ſunt; ſicque antiquam quæſtionem reſuſcitantes à Concilio Tridentino in *ſeſſ.* 22. *cap.* 2. *de refor.* diremptam, an ſcilicet Theologus, vel Canoniſta ad tale munus ſit præferendus. Contra enim hanc ſententiam defendentes ſatis urgent objectiones, quòd videlicet officium principale Epiſcopi, non ſit Jus dicere, & in Foren-
16 ſibus ſe immiſcere; imò veluti hoc ipſi incongruum non tantùm poteſt, ſed debet per Vicarios, & Delegatos expedire, ut bene diſſerit Lucarinus *de Epiſcopo Regulari cap.* 1. *num.* 54. Proprium enim munus, quod per ſe expedire debet, eſt Oves ſibi commiſſas verbo & exemplo in viam ſalutis dirigere, ut ſuper his latiùs diſcurrit Card. Cajetanus *in* 2. 2. *quæſt.* 185. *artic.* 3. Ludovicus Granaten. *in Concion. de Offic. Epiſcopi* 2. *part. §.* 12.

17 Verior ſiquidem ſententia in hac re eſſe videtur, quòd eligentes, aliique jus providendi Sedes Cathedrales habentes, qui ad eligendum digniorem, & aptiorem ex vi juſtitiæ diſtributivæ ſunt adſtricti, ut ex Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *&* D. Thoma *in* 2. 2. *quæſt.* 185. *art.* 3. ibique Cajetan. communiter DD. paucis exceptis tenent, in ſpecie Pax Jordan. *tom.* 1. *de re ſac. prælud.* 12. *per tot.* Barboſ. *de Offic. & poteſtate Epiſcopi tit.* 2. *gloſſ.* 3. *num.* 29. Azor. *Inſtit. moral. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 15. *quæſt.* 1. Adden. ad Buratt. *deciſ.* 22. *lit. C.* aliique ad exuberantiam ab eiſdem citati; non ex perfectiori moralitate vitæ, & ſanctitate morum, quæ in Religioſis floreſcere præſumuntur; neque ex majori peritia gubernandi, & Juris poſitivi, qua Clerici Sæculares pollent, ad munus Epiſcopale uni, quàm alteri conferendum arctentur; ſed eorum prudentiæ remittitur ſecundùm qualitates temporum, locorum, & perſonarum, vaniloquas has in generali quæſtiones evenientibus caſibus particularibus aptare, prout egit D. Gregorius, qui cùm privilegium conceſſit Monaſterio, ne Abbas eligeretur Epiſcopus, id fecit pro ejuſdem Monaſterii bono, ex ratione adducta in *can. hinc eſt in fine* 16. *quæſt. prima, ubi* Gloſſ. *ver. detrimentum* ibi: *Solent Abbates electi in Epiſcopos diſpergere res Eccleſiæ ſuæ, cùm ſe receſſuros ſperant, quia non parcit populis regimen breve*; ita conſiderans utilitatem, Marianum Monachum coegit, ut Epiſcopatum aſſu- 18
meret. Nam dignior, non ſimpliciter dicitur ille, qui eſt alio ſanctior, vel doctior, ſed ultra has prærogativas, mores & prudentia, aliaque opportuna temporibus, & locis accommodata ad rectè eum judicandum, ſunt principaliter inſpicienda, Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de ref. cap.* 18. *verſ. peracto, cap. cum in cunctis de elect.* & ibi Gloſſ. D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 185. *art.* 3. *§. reſpondeo*, Lambertin. *de Jure patr. in* 2. *lib. primæ partis art.* 3. *qu.* 10. *princip.* Pax Jordan. *cit. num.* 3. Rota magiſtraliter in *deciſ.* 654. *par.* 4. *diverſ. & deciſ.* 537. *num.* 14. *par.* 1. *recent.* & ita Sac. Cong. Concil. cenſuit in *Melphien. concurſus* 21. *Junii* 1692.

His itaque obiter adnotatis, ad rem redeundo; 19
quia diximus Juri conſonam eſſe Regularium promotionem ad Epiſcopatum, meritò nunc probandum eſſet, quibus modis ad illum provehi poſſint, & quænam obſtent ex parte ipſius promotionis, ut Regulares ipſi conſentire non poſſint, ſpecialiter ad materiam Textus *in cap. quorundam de elect. in* 6. ubi ad talem effectum, ita unanimis omnium vocalium conſenſus expoſcitur, ut ex unius diſcordia nullum jus Regularibus acquiratur ex proviſione de ſe facta; Annè etiam ipſi ritè factæ, aliter quàm de licentia, & cujus Superioris conſentire nequeant, ad ſancita per *can. quam ſit* 18. *quæſt.* 2. *& cap. quorundam, & cap. Religioſus de elect. in* 6. & ſi humilitate du- 20
ce eidem præſtare conſenſum renuant, an Superior ex vi obedientiæ ad id cogere eos poſſit, nec non denique an obſtet hujuſmodi promotioni quartum votum non acceptandi dignitates, & Prælaturas extra propriam Religionem, quod emittunt nonnulli Regulares, & an ſit locus diſpenſationi, ad tenorem *Conſt.* 30. *Urbani VIII.* incip. *cum ſicut, in append. & Conſt.* 55. incip. *Honorem in* 2. *append.* Verùm cùm hæ quæſtiones alibi in incœpto opere propriam ſedem habeant, meritò hic prætermiſſæ, ibi fuſiùs favente Deo examinandæ erunt, interim tamen vide Paſſerin. *dicta quæſt.* 185. *artic.* 8. *à num.* 36. *ad numero* 112. Lucarin. *de Epiſcopo Regulari cap.* 1. Sanchez *in decal. lib.* 7. *cap.* 29. ex profeſſo eas tractantes, quibus adde Pignatell. *tom.* 10. *conſult.* 97. ubi an Papa poſſit cogere Regularem ad acceptandum Epiſcopatum.

Relictis itaque ad opportuniorem locum quæſtio- 21
nibus, quæ in fieri contingere poſſunt, ſupponendum nunc eſt, quòd etſi Epiſcopus ex Regularibus aſſumptus ob majeſtatem Sacerdotii, qua præfulget, totus ſit mutatus ab illo; tamen non eſt opinandum, quin eſſentialiter remaneat Regularis, ut ex Gloſſ. *in can. de Monachis* 16. *quæſt. prima*, & ex

D. Thom.

Digitized by Google

D. Thom. *in* 2. 2. *quæſt.* 185. *art.* 8. communiter docent, Fagnan. *cap. in præſentia de probat. numer.* 71. *&* Barboſa *in cap. ſtatutum numer.* 13. 18. *quæſt.* 1. *& de poteſt. Epiſcopi par.* 1. *tit.* 1. *cap.* 4. *num.* 11. *cum ſeqq.* Lucarin *de Epiſcopo Regul. cap.* 1. §. 3. *num.* 58. *& cap.* 2. §. 2. *num.* 177. Bonacin. *tom.* 3. *diſp.* 2. *quæſt.* 8. *pun.* 6. *num.* 29. Paſſerin. *de ſtat. homin. quæſt.* 185. *art.* 8. *num.* 99. *lib.* 1. Bordon. *controv. moral.* 15. *num.* 8. Caſtropal. *tom.* 3. *tract.* 16. *diſp.* 4. *pun.* 24. *num.* 1. & innumeri alii ab his allegati; conſonam autem veritati hanc opinionem eſſe probatur: nam ſi hic tranſitus importaret diſſolutionem trium votorum eſſentialiter conſtituentium Religioſum ſtatum, *cap. cum ad Monaſterium in fine de ſtatu Monach.* quæ promiſſa Deo, dicuntur oſſibus Religioſi infixa; id contigere deberet, vel ex natura rei, ſcilicet ob repugnantiam ſtatus Epiſcopalis cum Regulari, vel ex diſpenſatione Apoſtolica, ut innuit Paſſerin. *cit. num.* 172. Neutrum autem verificatur; non enim primum, nam promotio de Monaſterio ad Cathedralem, aliud non importat, quàm tranſitum de via ad metam perfectionis, cùm ex ſententia D. Thom. *in cit. quæſt.* 185. *art.* 8. *verſ. reſpondeo, & quæſt.* 186. *art.* 1. *per tot.* Religio ſit perfectionis tyrocinium, Epiſcopalis autem ſtatus perfectionis magiſterium; Regularis itaque (ut utar exemplo Gloſſ. *in cit. can. ſtatutum in princip.*) qui erat filius, & diſcipulus, poſt ſui promotionem fit Pater, & Magiſter; Magiſter autem ex diſcipulo factus, ita deſerit diſciplinam, ut quæ erant ipſius perfectionis retineat, ſi benè cum eodem ſtatu compatiantur; qualitas enim aliqualiter perfecta per ſupervenientiam perfectioris non deſtruitur, ſed perficitur; quod noſtri Canoniſtæ pluribus exemplis in caſu ſuadent; quòd videlicet ſicut Nobilis, ſive ſit Doctor, ſive Miles, perſonales qualitates non amittit; vel ſi Coniugatus aliquam Religionem profiteatur, à matrimonii vinculo non ſolvitur, aut ſi Religioſus fiat Parochus, vel ſi Epiſcopus Cardinalis, priorem qualitatem retinent: ita Regularis ad Epiſcopatum promotus priorem ſtatum non mutat, ex quo unus alteri non repugnat, ſed benè inter ſe compatiuntur.

24 Quòd verò nec Pontificis diſpenſatione Regulares promoti à jugo Religioſo ſolvantur, inferiùs probabo; idque etiam patet ex ſtylo, & ratio ſuadet, cùm Papæ eſſentialia vota Religioſum conſtituentia dubium eſt apud aliquos an liceat diſpenſare; ſed ſi licet, certum eſt ferè apud omnes, quòd eidem non ſit fas, niſi ex graviſſima & urgentiſſima cauſa commutare, vel diſpenſare, ad quod ſat eſt allegare doctiſſimum Fagnan. *in cap. cum Monaſterium num.* 1. *ad* 67. *cum ſeq. de ſtatu Monach.* & optimè ratiocinatur laudatus Paſſerin. *num.* 101. quæ non ita frequenter eſt concedenda, ut ſæpiſſimè Regularium promotio contingit.

25 Nec etiam à Jure hac diſpenſatione potiuntur Regulares, ex quo dignitate Epiſcopali decorantur, quamvis multi DD. quos refert Diana *par.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 61. *& par.* 12. *de conſecr. Epiſcopi reſol.* 104. contrariam ſententiam tenentes, eam probare co-
26 nentur ex *can. ſtatutum* 18. *quæſt.* 1. ibi: *Monachus, quem electio canonica à jugo Monaſticæ Regulæ abſolvit, & Sacra Ordinatio de Monacho Epiſcopum facit*: Nam diſpoſitio hujus textus ex verbis: *Jugo Monaſticæ Regulæ abſolvit*: ultra plura commenta, quæ ad noſtrum ſenſum aptantur, eſt tantùm trahenda quoad incompatibilia Regularis diſciplinæ cum ſollicitudine paſtorali, ut docuerunt S. Thom. *in citato art.* 8. Archidiac. *cit. cap. ſtatutum num.* 2. & citatis Lezana, Cenedo, Sanchez, aliiſque, tenet Barboſa *de offic. Epiſcopi par.* 1. *tit.* 1. *cap.* 4. *num.* 14. *&* 15. Azor. *inſtit. moral. tom.* 1. *lib.* 12. *cap.* 7. *quæſ.* 4. quo ſtante, non ſubvertitur firmata concluſio; cùm quæ eſſentialiter Religioſum conſtituunt, talem incompoſſibilitatem non induant, ut inferiùs dicam. Verba autem dicti Canonis: *de Monacho Epiſcopum facit*: nequidem important commutationem proprio acceptam vocabulo, qua deſtructa priori forma, prorsùs quid diverſum conſtituitur; ſed benè commutationem, quæ ſpecificationi legaliter ſumptæ æquivalet, ut in *tit. Inſtitutionum de rerum diviſione*, quemadmodum lignum commutatur in arcam, & ex terra fit vas; nam ſicuti terra remanet in vaſe, imò eſt ipſe vas; ſic prior ſtatus in Epiſcopo Regulari non deſtruitur, ut concludunt Bordon. *cit. controv.* 15. *num.* 8. *verſ.* 2. Paſſerin. *cit. num.* 174.

Veruntamen in fortioribus terminis noſtram aſſertionem à dicto Textu vindicare poſſumus; niſi enim dicere velimus ipſum eſſe ſuppoſititium, cùm à Gratiano inſcribatur deſumptum ex Concilio coacto apud Altheum in Rhetia, de cujus celebratione non conſtat apud vigilantiſſimos Conciliorum Provincialium recenſores, penes quos ſedula diligentia adhibita illud invenire non valuiſſe fatetur Paſſerin. *in cit. art.* 8. *num.* 109. 129. *&* 172.

Sed etiam poſita ipſius Canonis exiſtentia: vel 27
in noſtris terminis militat, quòd ſcilicet in incompoſſibilibus Religioſæ obſervantiæ cum Epiſcopali ſtatu Regularis Præſul per hujuſmodi promotionem dumtaxat abſolvatur; vel ejuſdem ſanctio penitùs infringitur, cùm ſimpliciter in votis ſolemniter Deo promiſſis, quæ Regularem conſtituunt, nec debebat, nec poterat diſpenſare; non debebat quidem, cùm nec ſtatus Epiſcopalis id poſtulet, nec alia cauſa urgeat: non poterat, Concilium enim illud, cùm fuerit Provinciale, ut notat Paſſerin. *mox allegat.* majori auctoritate, & vi non roboratum, ex quo in collectione Gratiani inſeratur, ut dixi *tom.* 1. *in proœm.* §. 4. *num.* 37. talem juriſdictionem diſpenſandi ſuper votis non habebat, ſolo Papæ reſervatam in *Extravag. etſi Dominici la* 2. *de pœnit. & remiſſ.* Fagnan. *in cap. pernicioſam num.* 58. *de Offic. Ordin.* Sayr. *in Clavi Regia lib.* 6. *cap.* 11. *à num.* 17.

Meritò autem diximus, quòd Regularis Præſul 28
per ſuam promotionem liberatur à Religioſis obſervantiis, quæ ſtatui Epiſcopali repugnant, cùm ex natura rei, ut auctoravit S. Gregorius relatus in *can.* 2. 16. *quæſt.* 1. *Nemo poſſit Eccleſiaſticis obſervantiis deſervire, & in monaſtica regula ordinatè perſiſtere*: proindeque talem diſpenſationem, quam explicitè D. Thomas *ex cit. can. ſtatutum* educit, ex ipſamet legitima promotione pariter conſequitur, cùm eo ipſo cenſeatur à vinculis, & obſtaculis, quæ eundem impediunt in officio collato, tacitè etiam ſolutus, & diſpenſatus, ut ſunt caſus in *leg. imperiali Cod. de nuptiis, leg. quidem ff. de re Judic. leg. idem Ulpianus ff. de excuſ. tutor.* & firmat Abbas *in cap.* 5. *numer.* 4. *de Cler. Conjug.* Fagnan. *cap. cum pridem num.* 145. *de pactis*, Card. de Luca *de Benef. diſc.* 45. *num.* 12. Paris. *de reſignat. lib.* 4. *quæſt.* 3. *numer.* 64. quæ diſpenſatio non ſolùm extenditur quoad pœnam, ſed penitùs eliminat culpam, ut probat Barboſa *in can. ſtatutum num.* 2. 18. *quæſt.* 1. *& in tract. de Jure Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 8. *de Epiſcopi electione num.* 130. Paſſerin. *loc. cit. art.* 8. *num.* 149. *& ſeq.*

Iſtiuſmodi verò Regulares obſervantiæ, quæ hac 29
diſpenſatione tolluntur, ſpecificantur à D. Thom. *in citat. artic.* 8. tum in ſolitudine, & ſilentio, tum in abſtinentiis, & vigiliis gravibus. Adſunt tamen & aliæ, quæ licèt per ſe Dignitati, & Officio Paſtorali non repugnent, ſecundùm tamen varias contingentias, ratione perſonæ Epiſcopi, vel Officii, vel convictus, poſſunt fieri tales: in his itaque fas eſt Epiſcopo evenientibus caſibus ſecum diſpenſare, ſicuti Prælati ſuæ Religionis facere poſſent, ut loquitur D. Thomas *loc. citat.* & firmant ex noſtris Barboſa *in citat. cap. ſtatutum numer.* 2. *& de Jure Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 8. *de Epiſcopi electione numer.* 130. Paſſerin. *allegat. in dicto art.* 8. *numer.* 149. *ad* 157.

His autem Regularibus obſervantiis, quæ nec 30
Dignitatem Epiſcopalem dedecent, nec officium

Digitized by Google

impediunt, Religioſus etiam promotus obſtringitur ;
auctore enim Innoc. I. *in Epiſt.* 1. *ad Epiſcopum*
Rothomagen. cap. 10. relata *in can.* 3. 16. *quæſt.* 1.
ſancitur : *De Monachis, qui diu morantes in Mona-*
ſteriis, ſi poſtea ad Clericatus ordinem pervenerint,
ſtatuimus, non debere eos à priori propoſito deviare,
etenim ſicut in Monaſterio fuit, & quod piè ſerva-
vit, id in meliori gradu poſitus amittere non debet :
& hanc concluſionem communiter DD. tenent,
quos refert, & ſequitur Barboſa *in dicto can. ſtatutum*
n. 3. *& de Jure Eccleſ. cit. cap.* 8. *n.* 131. *& de Officio*
Epiſcopi par, 1, *tit.* 1, *cap.* 4. *num.* 15. Tamburrin.
de Jure Abbat. tom. 3. *diſp.* 3. *quaſ.* 9. *num.* 4. *&* 7.
& latiſſimè Paſſerin. *in dicto artic.* 8. *num.* 116. *cum*
ſeqq.
31 Docent autem præcitati DD. cum Card. Cajetano
tom, 1. *opuſc. tract,* 25. *quaſt,* 2. Azor. *in citat, cap,*
7. *quaſ.* 4. Diana *reſol, moral. part.* 3. *tract,* 2. *reſol.*
50. Caſtropal. *tom.* 3. *diſp,* 4. *punct.* 24. *num.* 14. *&*
15. pluribuſque aliis, quòd ad hujuſmodi obſervan-
tias Religioſas Regularis promotus indiſtinctè obli-
gatur ex quadam dumtaxat honeſtate, vel debito
morali, ſive per vim directivam non obligantem ex
tranſgreſſione ad culpam; id ratione ſuadente, cùm
ſit liberatus à jugo regulæ; quodque magis compro-
32 batur, cùm Epiſcopus Regularis contraveniens regu-
læ non ſubjaceat pœnis à Regularibus inſtitutis inſli-
ctis, ſed benè à Sac. Canonibus fulminatis, ut cæ-
teri Epiſcopi, Card. Cajetan, *cit.* Barboſa *de offic.*
Epiſc. loc, cit. numer. 14, Caſtropal, *tom,* 3. *diſp.* 4,
punct, 24, *num,* 16. Huic tamen ſententiæ, cui com-
munis DD. calculus acceſſit, in obſequium potiùs
auctoritatis, quàm ſuadentis rationis captivare intel-
lectum oportet ; nam ſuprapoſitum petimus princi-
pium, ſi ex natura rei in hujuſmodi obſervantiis
compatibilibus Regularis promotus non diſpenſatur,
neceſſariò remanet, quòd à Jure, vel à Papa ab eiſ-
dem abſolvatur, ut à culpa, quam priùs ex tranſgreſ-
ſione incurrebat, poſtea eximatur ; neutrum tamen
in caſu contingit, ut ſupra ex doctrina D, Thomæ,
aliorumve probavimus.
Magis autem quieſcit intellectus, ſi in hac re cum
diſtinctione procedatur, videlicet, quòd cùm benè
probent Card. Cajet. *in cit, tract.* 25. *quaſt.* 2. Barbo-
ſa, & Caſtropal. *loc. citato*, quòd Regularis Prætul
à vi coactiva ſuæ regulæ ſubtrahatur, de quo latiùs
infra; idcirco ab his obſervantiis, quæ ſub pœnali-
bus tantùm legibus ab eadem inducuntur, niſi ex
quadam decentia non obligante ad culpam eundem
33 obſtringi, pro comperto eſt ; ad eas verò, quas Re-
ligioſus ſub peccati reatu ex ejuſdem regulæ præſcri-
pto tacitè, vel expreſsè ſervare profeſſus fuit, etiam
poſt ſui promotionem, & quamcumque ſubtractio-
nem è Monaſterio, ſub metu ejuſdem culpæ obliga-
tur; & ratio differentiæ eſt, quia in ultimo caſu non
tantùm Regularis ex emiſſa profeſſione cum Reli-
gione contraxit, ut accidit in primis terminis ; ſed
ſuam promiſſionem, quaſi ad formam ſimplicis voti
principaliter ad Deum direxit ; quamvis itaque Re-
gularis Epiſcopus à pœnis Regulæ, ejuſdemque vi
coactiva per ſuam promotionem ſit liberatus, atta-
men his obſervantiis remanet adſtrictus propria obli-
gatione, & promiſſione ; applicant enim verba *Ec-*
cleſiaſt, cap, 5. *Si quid voviſti Deo, ne moreris red-*
dere, diſplicet enim ei infidelis, & ſtulta promiſſio,
ſed quodcumque voviſti redde.
Nec urget exemplum paſſim ab omnibus primæ
ſententiæ propugnatoribus traditum, quòd nempe
Religioſus Epiſcopus, ſicut Diſcipulus factus Do-
ctor, qui ſtudium, cui Pædagogo cogente priùs in-
cumbebat, poſtmodum tanquam actum connatura-
lem, ne ſit retrogadus in via virtutis, abſque ulla
coerctione exercet ; hæc enim paritas paribus pedi-
bus non currit; utique enim Diſcipulus, ſi ad perpe-
tuum ſtudium ſe ſe obligaſſet, quamvis factus Do-
ctor, ſe eximeret à diſciplina Magiſtri; à ſua tamen
obligatione in eodem ſtatu non ſolveretur.

Hinc autem deſcendendo ad tria vota, caſtitatis 34
ſcilicet, obedientiæ, & paupertatis ; quia diximus,
quòd Regularis Antiſtes remaneat eſſentialiter Reli-
gioſus, rectè conſequitur, quòd à prædictis votis
per hujuſmodi promotionem non ſe exauctoret, ut
infra de ſingulis; ideò ſi dimiſſo Pontificatu ad Clau- 35
ſtra redierit, nova vota emittere non debet, ut pro-
bat Bordon. *dicta controverſ.* 15. *num.* 6. ex doctrina
Sanchez *lib.* 6, *cap,* 6. *num.* 31. quicquid dicat Tam-
burrin. *de jure Abbat, tom,* 3. *diſp.* 3, *qu.* 9. *num,* 10.
in fine.
Nulli autem dubium eſt, votum caſtitatis in Epiſ- 36
copo Religioſo perſeverare, imò in eodem magis
conſecrari, itaut ejuſdem violatio majorem præſeferat
culpam, quàm tranſgreſſio ſimplicis Regularis, Bar-
boſa *in citato can. ſtatutum* 18. *queſt.* 1, *& de jur. Ec-*
cleſiaſtico lib. 1, *cap,* 8, *numero* 136. *& de pot. Epiſc,*
part. 1. *tit.* 1, *cap.* 4, *num,* 11, *cum ſeq.* Tamburrin.
de jure Abbat. tom, 2. *diſp,* 23. *quaſt,* 4. *num.* 1. Pa-
laus *tom.* 3. *diſp.* 3. *puncto* 23. *num.* 1, Sed circa vo- 37
tum obedientiæ inter pugnantes DD, anceps quæſtio
inſurgit, urgent quippe rationes pro diſſolutione hu-
juſmodi voti concludenda, cùm Regularis promotus
præcidatur tanquam membrum à ſuo corpore, ideò
conſequutivè deſinit compaginatio cum eadem,
quæ per votum obedientiæ conſtituitur ; quod ma-
gis comprobatur, ex quo liberatur à ſubjectione Su-
periorum Regularium, ut apud omnes eſt in conſeſ-
ſo ; ideoque etiam abſolvitur à voto obedientiæ,
quod eſt ipſius ratio intrinſeca, & in diviſibilis, pro-
ut his aliiſque rationibus moti hanc concluſionem
firmarunt Paſqualig. *deciſ.* 268. Bobadil. *in ſumma*
tom. 2. *tractat.* 35. *diff.* 40, *numero ſexto*, Medina
de Sacr, homin. contin. libr, quinto, cap. 26. *&* 27.
Verùm à contraria aſſertione tanquam communiori 38
pro ejuſdem voti permanentia non eſt recedendum,
ut duce D. Thom. *in* 2. 2. *quaſt,* 88. *artic,* 11, *ad* 4.
tenent DD. infrà citandi. Verùm quia cùm obedien-
tia ſit ſubordinatio inferioris poteſtatibus ſublimiori-
bus, *ad Roman. cap,* 13. corrumperetur ejuſdem Or-
do, ſi Regularis Epiſcopus, qui eſt factus major, &
ſuperior quibuſcunque Prælatis Regularibus, eiſdem
ſubjectus remaneret ; dicendum itaque, quòd licèt
votum obedientiæ non perimatur per hujuſmodi
tranſlationem, ejuſdem tamen exequutio ſuſpendi-
tur, ſive tantùm virtualiter, & non actualiter in eo-
dem erga Superiores Regulares conſiſtit, cùm ex
tunc fiat immediatè ſubjectus Papæ, cujus tenetur
parere mandatis, non ſolùm ob generalem ſubjectio-
nem ab omnibus fidelibus eidem debitam, & parti-
cularem in actu promotionis Epiſcopalis ab ipſo ju-
ratam, ſed ex vi obedientiæ, quam in Monaſtica
Regula, niſi explicitè, ſaltem implicitè eidem pro-
feſſus fuit uti Generaliſſimo omnium Religionum,
ut hanc concluſionem firmant, & illuſtrant Barbo-
ſa, Tamburrin. Paſſerin. Bordon, Caſtropal. allegati,
& Abbas *in capit. penult. numer,* 19. *de vita, & ho-*
neſt. Cleric, Cardin. de Lugo *libr,* 10. *de Sacram, ca-*
pit. 33. *in fine*, Lucarin. *de Epiſcopo Regular. capit.* 2.
num. 189, Azor, *tom.* 1, *inſtit. moral. libr.* 12. *capit,* 7.
Diana *part.* 3, *tract.* 2. *reſol.* 61. Bonacin. *tom.* 3. *diſp.* 2,
quæſt. 8, *punct,* 6. *num.* 29.
Non obſtant verò objectiones ſuprà expenſæ, 39
Nam licèt Regularis promotus deſinat eſſe mem-
brum actuale quoad exercitium, remanet tamen vir-
tuale; ex quo autem liberatur ab actuali ſubjectione
Superiorum non fit, quòd ſubſtantia voti evaneſcat ;
ratio enim conſtitutiva alicujus reſidet in potentia,
accidentaliter autem ordinatur ad actum, argumen-
to ſumpto ex textu in *l, labeo §, & quod ff. de ſtat,*
liber. ſic itaque adſtrictus eſt voto obedientiæ Ge- 40
neralis, qui nullum recognoſcit Superiorem Reli-
gioſum, ut concludunt ex aliis præmiſſis, Paſſerin.
alleg, numero 176. *ad* 178. Bordon. *numero octavo*,
§. 4.
Firmum itaque eſt, Regularem Epiſcopum duo- 41
bus remanere complexum religioſæ vitæ nexibus ;
à ter-

Digitized by Google

à tertio autem, ſcilicet voto paupertatis, ex ſua promotione ſolvi voluerunt, Tamburrin. *tom. 3. diſp. 3. quæſ. 9. num. 9.* Diana *part. 3. tractat. 2. reſolut. 50. & part. 5. tract. 8. reſolut. 31.* Horum autem aſſertio nequidem pro concluſione eſt ſumenda, cùm contraria aſſertio verior, & communior appareat, excerpta ex text. *in capit. cum olim §. præterea de privilegiis*, Gloſſ. *in cap. quorundam verbo mendicantium de elect. in 6.* & ex antiquis expreſsè in *can. de Monachis 16. quæſt. 1. & can. ſtatutum verbo legitimus 18. quæſt. 1.* & hæc ſententia pro communiori firmatur à Rota *deciſ.* 109. coram Ludoviſio, & *deciſ.* 115. *part.* 4. *tom. 2. recent.* Satis autem ſuperque probatur noſtra concluſio ex eo, quòd hujuſmodi Epiſcopus remaneat eſſentialiter Religioſus, ut ſupra probavimus, & ipſemet Tamburrin. allegatus concedit; itaque
42 importat incompatibilitatem, quòd idem à voto paupertatis ſit ſolutus, cùm ſit principale conſtitutivum eſſentialitatis religioſæ, adeout licèt Papa plenitudine ſuæ poteſtatis ex legitima cauſa poſſit facere de Monacho non Monachum, ut paſſim omnes Canoniſtæ firmant; nequit tamen diſpenſare ex quavis urgentiſſima cauſa, ut quis ſimul ſit Monachus abſque voto paupertatis, ex textu expreſſo in *capit. cum ad Monaſterium de ſtat. Monach.* ibi: *Proprietatis abdicatio adeo eſt adnexa regulæ Monachali, ut contra eam nec Summus Pontifex poſſit licentiam indulgere*: ubi latè Fagnan. *num. 67. cum ſeqq.* Van-Eſpen. *in append. ad Vind. diſſ. Canon. cap.* 1. Lupus *in Schol. ad can. 6. Concil. Tholoſ. part. 4.* Rota *deciſ.* 1214. *in fine* coram Penia.

43 Nullum verò dedecus impingitur excelſæ dignitati Epiſcopali, ſi in caſu eam dicam duntaxat proprietariam abjectæ paupertatis. Non enim indecorum, ſed ad normam potiùs antiquorum Canonum valdè conſonum eſt, ut Epiſcopus quamvis Regularis, ſit omnis dominii expers, ut probat Roſa *de diſtrib. reddit. Eccleſ. cap. 2. numer.* 120. & 123. Cùm enim Epiſcopus ſit perfectionis exemplar, ab his mundanis ſe abſtrahere debet: *minùs etenim* (ut dixit D. Auguſtinus) *Deum amat, qui cum Deo aliquid poſſidet*:
44 Unde optimè probavit Navarra *com. 2. de Regul. numer. 7.* promotionem de Clauſtro ad Cathedralem non præbere juſtam cauſam diſpenſandi à voto paupertatis; & Paſſerin. *citat. numer.* 196. ait, Epiſcopum Sæcularem poſſe vovere paupertatem.

Hac concluſione firmata, non abs re eſſet deſcendere ad diſpungendum conſequentia ex ipſa, quæ vel in retentione rerum à Regulari ante promotionem acquiſitarum, vel quomodocumque eidem ad uſum conceſſarum, aut in acquiſitione poſt promotionem, ſive tandem in earundem rerum diſpoſitione reſtringuntur; & quoad primum, totam ferè materiam illuſtrandam offert præſens Conſtitutio, in qua Alexander IV. verbis relatis in Epitome præſentis Commentarii ſtatuit, quòd Fratres Ordinis Minorum promoti ad Epiſcopatus, libros, & alia bona, quæ tempore promotionis habent, ſtatim Superioribus reſignent, nec propriis uſibus applicare
45 præſumant, niſi id fuerit eis ſpeciali favore conceſſum. Sed cùm ferè in hoc coincidat *Conſtitutio* 11. *Clementis IV.* edita pro Fratribus Prædicatoribus, ideò de hac materia ibidem ſermonem continuare duxi.

CONSTITUTIO VI.

ALEXANDRI IV.

incipiens (*Licèt Eccleſiæ.*)

EPITOME BULLÆ.

ALEXANDER DILECTIS FILIIS Lanfranco Generali, Provincialibus, & Prioribus, ac univerſis fratribus Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini.

OMnes, & quaſcunque Eremitarum Domos, & Congregationes in unam Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini Profeſſionem, & Regularem Obſervantiam perpetuò unit, ſub cura Prioris Generalis ejuſdem Ordinis; earumque Sodales ab onere deferendi baculos, ſeu ferulas eximit, injungens, ut habitu uniformi, & cucullis nigri coloris utantur.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De origine Eremitarum, & differentia à Cœnobitis. Remiſſivè.*
2 *Eremitæ Auguſtiniani quo tempore inceperint.*
3 *Referuntur plures controverſiæ inter Regulares exagitatæ, quibus Pontifices ſilentium indixere.*
4 *Eremitæ Auguſtiniani præceſſerunt Concilium Generale Lateranenſe.*
5 *Ante hanc Conſtitutionem aderant plures Congregationes Eremitarum, ſeorſim viventes.*
6 *Quæ Congregationes fuerunt unitæ ab Alexandro IV. in hac Conſtitut. ſub Regula D. Auguſtini, ac eodem Generali.*
7 *Eiſque ſublatum fuit onus deferendi baculos, ſeu ferulas, quòdque cogi non poſſent acquirere, & retinere ſtabilia.*
8 *Habitus omnibus uniformis fuit præſcriptus cum cucullis nigris.*
9 *Ordo Auguſtinianorum metitur præcedentiam à tempore præſentis Conſtitutionis.*
10 *Ei plura privilegia conceſſere Summi Pontifices.*
11 *Sacriſta Capellæ Pontificiæ ſemper aſſumitur ex Ordine Auguſtinianorum.*

ERemitarum origo, eorumque differentia à Cœnobitis, latè explicata fuit *tom. 1. ad Conſtitut. unicam Alex. II. ſect. 1.* & præſertim de Eremitis ſub Regula D. Auguſtini viventibus, nonnulla incidenter dixi *cit. tom. ad Conſtitutionem 2. Paſchal. II. in princ. numer. 10. cum ſeqq.* Profectò de his antiqua eſt con- 1
certatio inter Hiſtoricos, quo ſcilicet tempore initium habuerint; nonnulli enim, quos refert Barboſ. 2
de Jure Eccleſ. libr. 1. cap. 41. num. 88. Caſſan. *in Cathal. glor. mundi part. 4. conſid. 71.* Emanuel Rodriq. *quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 2. artic. 4.* probabiliter voluere, ipſis S. Auguſtini temporibus vigere cœpiſſe; quod apertè comprobaretur ex ſermonibus ejuſdem Sancti *Ad Fratres in Eremo*, niſi de eiſdem ſermonibus maxima eſſet controverſia, imò eos uti ſuppoſititios refellit Natal. Alexand. *in hiſtor. Eccleſ. Sæcul. 5. cap. 4. art. 3.* Unde eos longè poſt D. Auguſtini tempora inſtitutos fuiſſe cenſet idem Natal. Alexandr. *in hiſtor. Eccleſ. Sæcul. 13. cap. 7. art. 5. num. 20. tom. 7. ſecun. impreſſ.* & alii apud Pennot. *in hiſtor. tripart. Canon. Regular. libr. 1.* A qua quidem contentione, quemadmodum ab aliis ſimilibus, quorum nullus eſt modus, nullaque utilitas, libenter abſtineo; optabilius enim eſſet, Religioſos viros ſpiritualibus rebus

tantùm

Digitized by Google

tantùm vacare, ac ab his inutilibus concertationibus abſtinere, quæ frequenter etiam probis viris ſunt ſcandalum; unde D. Paulus 3. *ad Titum 9.* monuit: *Stultas autem quæſtiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis devita; ſunt enim inutiles,*
3 *& vana*. Hinc etiam prudentiſſimè Summi Pontifices ſimilibus controverſiis magno partium ſtrepitu excitatis ſilentium quandoque impoſuere. Ita Pius II. *Conſtit.* 11. incip. *Ineffabilis*, quoad dubium, an Sanguis Chriſti in triduo Paſſionis diviſus, ſive conjunctus fuerit cum divinitate: Similiter plures Pontifices, præſertim Alexander VII. *Conſtit.* 114. incip. *Solicitudo*, circa Conceptionem B. Mariæ Virginis ſine peccato originali; & noviſſimè ſan. mem. Innocentius XII. quoad Ordinem Carmelitarum, de qua ampliùs diſputari prohibuit per ſpecialem Conſtitutionem, & de ea memini *tom. 2. ad Conſtitut. 8. Ho-*
4 *nor. III. in princip. num. 5.* Certè autem iidem Eremitæ Auguſtiniani Concilium Generale Lateranenſe IV. præceſſerunt, ut ſupponitur in *cap. Religionum de Relig. domib. in 6.* & de Fratribus S. Auguſtini meminit Innocentius III. in *cap. inſinuante qui Cleric. vel voventes*, quem Textum de his Eremitis S. Auguſtini intelligendum eſſe cenſet Marquez *in orig. Eremit. capit. 2. & 14. §. 8.*
5 Cauſa autem unionis factæ per Alexandrum IV. in hac Conſtitutione edita Laterani die 4. Maji 1256. ea fuit, quia ante hanc Conſtitutionem plures aderant Eremitarum Congregationes, nempe S. Guillelmi, S. Auguſtini, Fratris Joannis Boni, ſeu Jambonitarum, de Fabalis, & de Brictinis, ut apud Natal. ab Alexand. *cit. art. 5. num. 20.* Tamburrin. *de Jure Abbat. tom. 2. diſput. 24. quæſ. 4. num. 36. & ſeqq.* qui per Occidentem ſparſi vivebant, non quidem unum in Ordinem redacti, nec uno nomine vocati, nec eodem veſtitus genere uſi, nec eiſdem Conſtitutionibus
6 adſtricti, nec uni capiti ſubjecti. Unde Capitulo Generali in Urbe convocato, præſidente Cardinali Richardo Tituli S. Angeli ab Alexandro IV. deputato, omnes domus, & Congregationes Eremitarum per Occidentem diſperſæ, in unam Ordinis Eremitarum S. Auguſtini profeſſionem, & Regularem Obſervantiam unitæ fuerunt, ſub cura Prioris Generalis pro tempore inſtituendi, ad quod munus in eodem Capitulo primò aſſumptus fuit Lanfrancus Septulanus
7 Mediolanenſis, cui dirigitur hæc Conſtitutio. Similiter eis ſublatum fuit onus deferendi baculos, ſeu ferulas, Eremiticæ vitæ indicium, quòdque poſſent, non autem cogerentur acquirere, & retinere poſſeſ-
8 ſiones, quas antea habere cogebantur, ut ibi vitam Eremiticam ducerent: quæ omnia confirmavit Pontifex in hac Conſtitutione, injungens ulteriùs, ut omnes uniformi habitu uterentur cum cucullis nigri coloris.
9 Ex quo fit, quòd quamvis longè ante hæc tempora fuerint in Occidente Eremitæ, etiam ſub Regula D. Auguſtini viventes; Ordo tamen Eremitarum S. Auguſtini in hanc formam, quæ nunc cernitur, non fuit priùs hac Conſtitutione. Unde eſt, ut Fratres Prædicatores, & Minores præcedant Auguſtinianos, ut advertit Cherubin. *junior ad hanc Bullam ſchol. 2.* nam Religiones metiuntur præcedentiam à tempore approbationis eorum Ordinis à Sede Apoſtolica obtentæ: conſtat autem Prædicatores, & Minores fuiſſe approbatos ab Innocentio III. & Honorio III. & approbatio Ordinis Auguſtinianorum longo tempore poſt ſub Alexandro IV. contigit.
10 Sequuta hac unione, plura huic Ordini per diverſos Summos Pontifices fuerunt conceſſa privilegia, quæ refert Fr. Laurent. de Empolis *in Bullar. Auguſt.* eaque indicat Cherubin. *in princip. hujus Conſtit.* præ-
11 ſertim autem Julius II. omnia quatuor Ordinum Mendicantium privilegia eis communicavit; ut in *Conſtitut. 18.* incip. *Etſi*; inter quæ privilegia ſingulare eſt illud eis conceſſum ab Alexandro IV. in *Conſtitut. 5.* incipit *Sacram*, quòd ſcilicet Sacriſta Capellæ Pontificiæ ſemper aſſumi debeat ex dicto Ordine. Adſunt hodiè aliæ Congregationes ſub Regula D. Auguſtini, uti eſt illa dicta Lombardiæ, vel S. Joannis ad Carbonariam; prout etiam adſunt Diſcalceati S. Auguſtini, de quibus videndi ſunt præfati Auctores, & de his ſingillatim in propriis Conſtitutionibus infrà agemus.

CONSTITUTIO VII.

ALEXANDRI IV.
incipiens (*Firma.*)

EPITOME BULLÆ.

ALEXANDER ARCHIEPISCOPO Moguntino.

Plura neceſſaria ad electionem Regis Romanorum in Imperatorem tunc imminentem iſte Pontifex Archiepiſcopo Moguntino innuit, in quibus invigilandum præcipit, & eligendum proponit, qui de proſapia Eccleſiæ devotorum proceſſerit, excludens de ſtirpe Friderici Imperatoris progenitos; ideoque Corradum filium Corradi dicti Friderici filii puerum, quoque eligi ſub anathematis pœna, ac ſub actus nullitate prohibet.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De Friderico II. ejuſque geſtis. Remiſſivè;*
2 *Idem miſerè obiit ferro trucidatus.*
3 *Corradinus Friderici nepos, ne Imperator eligeretur, vetuit Papa in hac Conſtitutione, & numer. 5.*
4 *Infelix ejuſdem Corradini mors innuitur.*
5 *Hac Conſtitutio ubi fuit edita, & cui directa.*
Commendatur Metropolis Moguntina, ejuſque Præſul Elector S. Romani Imperii Lotharius Franciſcus ex Comitibus de Schonborn. Ibidem.
Laudatur Joannes Philippus Canonicus Moguntinus dicti Archiepiſcopi nepos. Ibidem.
6 *Indicantur rationes, ex quibus Alexander Corradinum eligi in Imperatorem vetuit.*
7 *Papa in Imperatoribus eligendis quanta ſit poteſtas, aſſeritur.*
8 *Novatores hanc poteſtatem impugnant, eorumque rationes indicantur.*
9 *Translatio Imperii ad Carolum Magnum, ſolius Papa auctoritate contigit.*
10 *Referuntur plura ad notitiam translationis Imperii conducentia.*
11 *Leo III. Imperium Occidentale, ac Imperialem coronam Carolo Magno Roma tradidit.*
12 *Imperium Orientale Dei permiſſione ab infidelibus diſcerptum.*
13 *Translatio Imperii ad Carolum Magnum non poteſt referri ad jus belli, nec ad Senatus Romani voluntariam ceſſionem.*
14 *Imperator eſt Eccleſiæ Advocatus, atque defenſor.*
15 *Comparatur Tutori honorario, non autem Patrono.*
16 *Translatio Imperii auctoritate Papæ facta, ex pluribus juribus comprobatur.*
17 *Improbatur Maymburgus aſſerens, Papæ poteſtatem in electione Imperatoris eſſe tantùm caremonialem.*
18 *Imperator an ſit neceſſariò eligendus Germanus.*
19 *Adducitur ſeries plurium Imperatorum à Papa coronatorum.*

20 *Leo*

Digitized by Google

20 *Leo VIII. Imperium conceſſit Othoni, ejuſque deſcendentibus.*
Quomodo Papa judicet ſuper electione plurium Imperatorum. Ibidem.
21 *Expenditur an Decretum Leonis VIII. in hac re fuerit validum.*
22 *Nonnulla quoad originem & numerum Electorum Imperii examinantur.*
23 *Præfixio numeri ſeptem Electorum Gregorio V. aſſeritur.*
24 *Idque fuit poſtmodùm conſuetudine receptum.*
25 *Electores auctoritate Papæ primò deſignati recenſentur.*
26 *Quamvis poſtea fuerint mutati quoad perſonam;*
27 *Papa poteſt hoc jus eligendi, quemadmodum imperium ipſum in alios transferre.*
28 *Idque comprobatur exemplis, & rationibus.*
29 *Imperatores Auſtriaci laudantur.*
30 *Sanctiſſimus Dominus Noſter Clemens XI. commendatur.*

1 FRiderici Imperatoris Henrici VI. filii, ac ne-
potis alterius Friderici Barbaroſſæ geſta, qua pra-
va, quave crudelia retulimus, nedum *tom.* 2. *Con-
ſtit.* 1. & 13. *Gregorii IX.* ſed hoc *tomo Conſtitut.*
3. *Innocentii IV.* dum condemnationem, ac depoſi-
tionem ab Imperio in Concilio Lugdunenſi factam
innuimus, electo in ejus locum Henrico Langravio
de Thuringia, & poſt ejus obitum Guillelmo Co-
mite Hollandiæ, excluſo Corrado filio Friderici, qui
tandem tot ſcelerum pœnam luit, dum in Apulia ope-
2 ra Manfredi ejus nothi anno 1250. vitam amiſit,
priùs tentato veneno, deinde truci ferro in lectu-
lo trucidatus: Hinc Corradus filius, etſi in Impe-
rium ſe intruſerit contra Summi Pontificis Innocentii
voluntatem, pœnam tamen etiam ſubivit, dum ope-
ra ejuſdem Manfredi Regnum utriuſque Siciliæ inhian-
tis tutò poſſidere, veneno necatus extitit anno 1254.
relicto Corrado filio puero, exinde Corradino dicto,
qui etſi Patris, & Avi criminum expers ob teneram
ejus ætatem, fuit tamen ab Imperio excluſus per
3 Alexandrum IV. conditorem hujus Bullæ, uti ex
ſtirpe Eccleſiæ perſecutorum progenitus, quique
dum Regnum Neapolitanum recuperare ſatagebat,
exercitu ducto ab Alemania pugnavit cum Carolo
Andegavenſi, qui Manfredi copias jam diſſipaverat;
bellique infortunium paſſus, priùs captivitatem, de-
inde mortem ipſam in Civitate Neapolis anno 1268.
ferro ſubire fuit coactus, Juvenis 17. annorum Sue-
4 viæ ſtirpis ultimus: Crimen quidem ſatis execrandum
apud omnes habitum, in Regiæ ſcilicet ſtirpis ſan-
guinem ſævire; quodque nedum Hiſtorici contem-
poranei, ſed moderni, & Galli quidem improbave-
re, ut notat Maymburg. *in hiſtor. Cruciad. Gallico
idiomate tomo* 4. *pag.* 247. niſi ex juſto Dei judicio
potiùs, quàm nationis generoſæ, præſertim ob D.
Ludovici tunc Galliarum Regis, & Fratris Caroli
pietatem, crudele facinus agnoſcamus, quò ſcilicet
Divina Juſtitia poſteritatem Imperatorum tam erga
Eccleſiam ſævientium, extingueret, illius ipſam na-
tivam humanitatem in ferociam redegiſſet; cum ma-
jorum geſta perverſa, iniquitatem Succeſſorum
non rarò prænunciare ſoleant, de quibus vide
Villan. *in Hiſtor. Neapolit. libr.* 7. Blond. *decad.*
2. *libr. ſeptimo, & ſeq.* D. Antoninus *titul.* 19.
& ſeq. Undè ſententia Alexandri Pontificis, ut
Corradus iſte nepos Friderici II. ab Imperii culmine
arceretur, fuit ab ipſa Divina voluntate confirmata,
morte tam intempeſtiva, ac irregulari, ut non rarò
verum ſit, nos Patrum noſtrorum iniquitatum pœnas
ſubire.

5 His præmiſſis, deveniendo ad hanc Conſtitutio-
nem, liquet eam fuiſſe editam ab Alexandro IV.
Anagni 15. Kalendas Auguſti anno 1256., directa-
que fuit Archiepiſcopo Moguntino. Extat enim Me-
tropolis Moguntina inter reliquas utriuſque Germaniæ Eccleſias maximè celebris, uſque ab anno noſtræ ſalutis 751. recolitur eam fuiſſe ornatam Dignitate Primatus à Zacharia Romano Pontifice, talique nomine Bonifacium, qui ei Sedi tunc præerat, Sueſſone inunxiſſe Pipinum Regem, atque ſubinde Moguntinos Archiepiſcopos ſupra cæteros Germaniæ Antiſtites Metropolitani prærogativa excelluiſſe, ut poſt Papam inibi Moguntinus Archiepſcopus, ſecundus habeatur, quemadmodum ex Mariano Scoto, aſſeverant Gonzalez *in cap. bonæ numer.* 1. *de elect.* ac Thomaſin. *de vet. & nov. Eccleſ. diſciplin. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 13. *numer.* 2. Regit modò hanc Eccleſiam Lotharius Franciſcus, Sacri Romani Imperii Elector, & Archi-Cancellarius, atque Collegii Electoralis Decanus, Epiſcopus Bambergenſis, & uti talis Director Franconici Circuli. Is portò ex præclariſſima Gente Comitum de Schonborn progenitus, Joannis Philippi ſui Patrui itidem Archiepiſcopi Moguntini imitator egregius, Anſelmi Archiepiſcopi anteceſſoris Coadjutor, & Succeſſor extitit cum retentione Epiſcopatus Bambergenſis, ex Apoſtolicæ Sedis indulgentia; Paſtoralibus muniis obeundis ſemper intentus, nedum in Eccleſiaſtica diſciplina penes ſubditos religiosè contuenda, ſed & in Acatholicorum inſidiis fortiter retundendis, qui ejus Archidiœceſim, & Ditionem armati crebrò circumeunt, vigilem ſeſe Cuſtodem exhibuit. Multæ quidem hunc Eccleſiaſticum Principem virtutes illuſtrant, ea autem inſignior præmaximè emicat, in obſequio nimirum alacriter excipiendi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ oracula; quod planè effecit, ut ſui Dominatus regimen tum temporale, tum ſpirituale fœlicius quàm dici poteſt evaſerit, ut recognovit Sacra Congregatio Concilii dum ſcribimus, & Secretarii munere illius Venerabilis Confeſſus fungeremur, in Viſitatione Sacrorum Liminum, & ſtatum ipſius Eccleſiæ exhibito per ablegatum ejus nobiliſſimum virum Joannem Philippum Comitem de Schonborn illius Metropolitanæ Canonicum, ac Cathedralis Eccleſiæ Herbipolenſis Magnum Præpoſitum, & dicti Electoris nepotem, qui virtutes Patrui æmulari non deſinit.

Occaſione itaque vacationis Imperii ob obitum di- 6
cti Guillelmi Comitis Hollandiæ, cùm aliqui Electores adhærerent Corradino prædicto; ideò Alexander hac Conſtitutione vetuit, ne ad electionem in Imperatorem ad favorem dicti Corradini deveniretur ſub pœna excommunicationis, & nullitatis actus; tum quia Corradinus erat infans in ætate quinque circiter annorum, tum quia Eccleſiæ tutum minimè eſſet ex progenitoribus ejus infenſis natum, Advocatum, ac defenſorem, ſcilicet Imperatorem eligi; ex quo conſtat in prima Collectione Cherubini forſan ex impreſſorum culpa erroneè aſſertam prohibitionem fuiſſe de electione Corradi filii Friderici, ex quo deceptus etiam Ciaccon. *in Vita Alexandri IV.* aliique idem retulerunt, ſed errorem emendavit Cherubinus ipſe in ſecunda Collectione Bullarii, quam ſequimur, ibique adſunt verba: *Corrado puero nato quondam Corradi prædicti Friderici filii*, quod concordat cum originali Bulla in Bibliotheca Vaticana, ut refert Cherubinus filius *ad hanc Bullam ſchol.* 1. In illo itaque Conventu electus fuit Imperator Richardus Henrici III. Regis Angliæ frater unà cum Alphonſo Rege Caſtellæ nuncupato Aſtrologo, ex quo ſchiſma Imperii evenit; ſed tandem unanimi conſenſu electus extitit Rodulphus ille Comes Hasburgenſis, qui corpus procerum habens, faciem regiam, ſpeciem decoram, primus Imperator Auſtriacus fuit, ex quo tanto Progenitore prodiit ſeries tot Heroum, Imperatorum, ac Regum Auſtriacæ Domus.

Refulget itaque in hac Conſtitutione Sedis Apo- 7
ſtolicæ in electione Imperatorum ſumma poteſtas, quæ licèt à tot auctoribus antiquis cujuſcunque nationis adeò comprobata ſit, eam tamen, etſi incaſſum, ſubvertere tentarunt aliqui Romanæ Eccleſiæ detractores, præſertim moderni Novatores; unde

hic

Digitized by Google

hic breviter hujuſmodi jus ac auctoritatem Summo Chriſti Vicario aſſerere curabimus.

8 Incipiunt Novatores controvertere factum tam notum, tranſlationem ſcilicet Imperii Orientalis ad Carolum Magnum, non quidem eveniſſe auctoritate ſolius Summi Pontificis, ut hac veritate obumbrata, Pontificiam poteſtatem in Imperatoris electione, ac depoſitione à Catholicis ex hoc ipſo facto etiam deductam, aut diminuant, aut evertant, aſſerendo ſcilicet dictam tranſlationem contigiſſe auctoritate, vel belli, dum Carolus Magnus eximius Francorum Rex ditione Imperatori Orientis ſubdita, in Italia potiretur; vel ipſius Senatus, ac Populi Romani, qui Carolum aſſumpſit ex antiqua ejuſdem Populi poteſtate.

9 Verùm firmum remanet, tranſlationem Imperii Orientalis ad Occidentale, & Carolum Magnum, ejuſque lineam Carolinam, contigiſſe auctoritate Summi Pontificis Romani; notæ etenim ſunt calamitates, quas Eccleſia paſſa fuit in Oriente, nedum ob plurima bella, ac Imperii ſciſſionem, ſed etiam ob tot hæreſes, ac ſchiſmata, ut retulimus in ſuperioribus Commentariis, ubi de Iconomachis, Græcis, ac Patriarcha Conſtantinopolitano diximus. Hinc Imperium Romanum, quod penes unum Candidatum, & aliquando duos aſſociatos erat, ex ipſo Senatu Populoque eligendos, & frequentiùs ab exercitu uſurpabatur, Orienti, & Occidenti dominabatur, donec Conſtantinus Magnus Conſtantinopolim ſedem Imperii transferens, Bizantinum Imperium erexit, ut Orienti ſimul, & Occidenti jura poneret,
10 uſurpato jure quodam ſucceſſionis, in tres filios Conſtantinum, Conſtantem, & Conſtantium, totum illud Imperium, vel, ut meliùs dicam, Orbem diviſit, itaut Conſtantio obvenerit Orientale, quod ab Occidentali ſejunctum extitit per annos 476. in hoc exiſtente proprio Imperatore, donec interim in unum redegit, conſolidato Occidentali cum Orientali, Auguſtulo tunc debellato; & licèt pars Imperii Occidentis à Barbaris fuerit occupata, tamen ſemper in uno Orientali Imperatore Imperium Romanum permanſit. Sed victis Vandalis, & Gothis opera Belliſarii, & Narſetis, Juſtinus Imperium Occidentale re, prout nomine retinebat, recuperavit, Imperator Conſtantinopolitanus dictus, ac deinde Italia per Exarcos gubernata fuit, quo tempore tot evenere mala Eccleſiæ, Tyrannorum vi oppreſſæ, in vanum Imperatorum auxilium, & defenſionem petenti; itaut Romani Pontifices coacti extiterint pluries Reges Franciæ implorare, quo tempore etiam Longobardi occupavere Italiam, nunquam tamen Roma capta,
11 aut Romano Imperio potiti; tandem Leo III. Summus Eccleſiæ Claviger Carolum Magnum Romam advocare ſtatuit, eique Imperium, ac Coronam Imperialem adjudicavit, ejuſque ſucceſſoribus; privatique inde eo remanſerunt Orientales Imperatores Græci, qui ab initio parvipendentes Occidentales Imperatores, itaut nec Epiſtolas, nec Oratores horum admitterent, titulum ſibi tantum competentem Romanorum Imperatoris aſſerentes.

12 Sed deinde juſtitia hujus Imperii tranſlationis à Deo ipſo comprobata fuit, dum ſæpè ad Occidentales Principes iidem Imperatores Græci preces, ac Oratores miſerunt, imò perſonaliter acceſſerunt auxilia petentes contra Infideles, qui tandem eorum Imperium, capta rurſus eadem Civitate Conſtantinopolis, mira Dei permiſſione occuparunt, ut ii, qui à Catholica Religione, & debita erga Sedem Apoſtolicam ſubmiſſione ſe retraxerant, ab eadem Sede mulctati, à Deo derelicti, à Barbaris oppreſſi remanerent, juxta Reg. 1. 9. *Qui obliti ſunt Domini Dei ſui, tradidit eos in manus Siſara Magiſtri militiæ Haſor, & in manus Philiſtinorum, & in manus Regis Moab, & pugnaverunt adverſus eos.*

13 Nec hujuſmodi Imperii tranſlatio referri valet ad jus belli, ut poſt Matthæum Illyricum Lutheranum, & Maymburgum non verentur aſſerere Natalis Alexander *ſeculo* 10. *diſ.* 1. & Franciſcus Feu *tract. de legib. queſt.* 4. *artic.* 4. Quid enim, inquiunt, Carolo deerat, cùm jam ante coronationem maximâ Occidentis parte jure belli devictis Longobardis potiretur, Francia videlicet, Alemania, Italiaque; aut quid illi coronatio adjecit, quod priùs non haberet? Verùm inſulſa hæc ſunt, & ab aliis, præſertim Cardin. Bellarmino *loco citato cap.* 7. egregiè contrita, cujuſmodi ſolutiones mala utique fide auctores illi diſſimulant. Fatemur quidem nos, magnam Occidentis partem Carolo paruiſſe, ſed ut Regi, & de facto, non ut Imperatori, & de jure; nam legitimi Imperatores Occidentis erant tunc Græci, quamvis paucas ibi Provincias ſubjectas habuiſſent. Conſtat enim Jura Imperii, & Monarchiæ in una Civitate, & pugillo terræ ſpatio poſſe conſervari. Cùm etenim Occidentis Imperatores Græci eſſent, & etiam in Italia, Siciliam, Neapolim, Apuliam, Calabriamque retinerent, non poterat Carolus, Imperator aut dici, aut eſſe, niſi tranſlato per Leonem III. Imperio, ex quo acceſſit Carolo titulus, & jus obtinendi veras Romani Imperatoris prærogativas, & retinendi jure, quod Longobardis eripuerat; dum enim Longobardi injuſto bello, & per tyrannidem Italiam invaſerunt, hujus dominium Græci Imperatores non amiſerunt, nec proinde Carolus retinere poterat à Longobardis recuperatum; ut ergo Carolus juſto titulo Italiam poſſideret, non ſat fuit Longobardos bello viciſſe, qui non domini, ſed raptores erant, niſi inſuper Imperium Occidentis ei conferretur, quod à Leone præſtitum eſt.

Nec itidem potuit Carolus Imperium recipere voluntate Senatus, Populique Romani, ut ex annalibus Laureshamenſibus conatur oſtendere Natal. Alexand. *loc. cit. numer.* 6. Nam, quæ de ſpontanea Romanorum ſubjectione narrant, commentitia ſunt; Agilbertus enim Abbas Sancti Ricchardi ſcribit, non Francis juraſſe Romanos, ſed Pontifici Leoni apud Bellarm. *de tranſ. imper. libr.* 1. *cit. cap.* 1. *numer.* 15. & ſanè ratio erat magna, cur novo Pontifici Leoni novum Sacramentum Populus præſtaret; cur autem Carolo præſtaret, nulla erat; nam Romanus Populus Conſtantinopolitano Imperatori ſubjectus, non poterat licitè ſupra proprium Principem caput extollere, ſed benè poterat Carolum pro Imperatore recognoſcere juſſu, & auctoritate Pontificis Summi à juramento, quod Græco fecerat Imperatori, ſolutus, ut latè Sfondrat. *in Gallia vindicata diſſert.* 2. §. 2. Bellarmin. *loco citat. cap.* 7. & ut notat Brier. *in annalib. anno* 800. *tom.* 5. *pag.* 280. Carolus nihil cogitans, imò ægrè ferens, Imperium juſſu Leonis recepit. Solius enim Summi Pontificis talis erat poteſtas Regno privare Orientalem Imperatorem uti indignum, ea fermè auctoritate indirecta, quam habet contra Imperatores quoſcunque, qui abutuntur poteſtate à Deo ſibi conceſſa in Regna, ac Populos, quorum cura ſpecialis fuit data Chriſti Vicario, ut tanquàm oves ad Regnum Cœlorum ejus ſolicitudine reducantur, & ſic quodcunque impeditivum hujuſmodi finis poteſt, ac debet Summus Pontifex tollere, ac removere, ut aliàs diximus, dum de depoſitionibus Regum, ac Imperatorum per Summos Chriſti Vicarios factis diſſeruimus; expediebat enim toti Reipublicæ Chriſtianæ, cujus Papa eſt caput, ut indignus tunc arceretur, ac imperans dignus moribus, & integer virtutibus, ac clarus, & Romanæ Eccleſiæ religioſiſſimus aſſumeretur, ut Fidei Chriſtianæ, & Apoſtolicæ Sedis amantiſſimus protector, Advocatus, & defenſor exiſteret, ut intra Eccleſiam, non ſupra Eccleſiam evadat, juxta D. Ambroſium *in Orat. ad Maxentium*; Imperator enim Advocatus, & defenſor Eccleſiæ eſt, 14
ut dixit benè Alexand. noſter *in hac Conſtitutione* §. 1. ibi: *Quanta vigilantia debet adhiberi, ubi de Advocato Eccleſiæ agitur, de ipſius defenſore tractatur, ne pro Advocato impugnator, & pro defenſore aſſumatur offenſor?* Advocatum, & defenſorem illum quoque appellant Innocent. III. *in cap. venerabilem de electione*,

& juxta

Digitized by Google

& jura plurima ; imò in *Clem. ne Romani eodem ti-*
tulo dicitur , *quòd auxilio brachii ſecularis Eccleſiam*
muniat , & profitetur ipſe Imperator *in 63. diſt. can.*
Tibi Domino, ibi : *Ut adjutor tui ſit, nempe Papa ;*
& in capitulis initis inter Clementem VII. Summum
Pontificem , & Carolum V. Imperatorem 29. Junii
1529. prævia pro Pontifice perſona Epiſcopi Vaſio-
nen. in Civitate Barchinone , hæc habentur : *Item*
actum , conventum , & concluſum extitit , quòd ipſa
Cæſarea Majeſtas ratione protectionis , & defenſionis
Romanæ Eccleſiæ eidem ex incumbenti officio injunctæ ,
ut Sua Sanctitas , & Sedes Apoſtolica , quæ de facto
privata extitit tam per Venetos, quàm per Ducem Fer-
rariæ corporali , & naturali poſſeſſione Civitatum ,
Terrarum, & Locorum Cerviæ , Ravennæ, Mutinæ,
Regii, & Ruberiæ, cùm ſe animo ſemper civilem poſ-
ſeſſionem retinuiſſe, & retinere profiteatur, cujus vigo-
re licitè naturalem advocando non offenſoris , ſed de-
fenſoris partes retinet, in eadem reali, & naturali poſ-
ſeſſione, ut par eſt , reintegretur , & reſtituatur cura-
bit, & cum effectu &c. En mira pietas Auſtriacæ Do-
mus quibus laboribus tutamen Eccleſiæ exercere pro-
feſſa ſemper fuerit, Lupold. *de jure Regni, & Imperii*
cap. 13. Jo: Limnæus *in annot. ad cap. Imper. artic.* 2.
pag. 134. Valdes *de dignit. Reg. capit.* 1. *num.* 4. Ma-
ſtrill. *de Magiſtratu lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 9. *& ſeq.* atque
benè notat Gloſſa *in citat. cap. Venerabilem verb. ca-*
15 *rebit*, quòd uti Advocatus nequit eſſe Imperator pa-
tronus Eccleſiæ , ſed comparatur Tutori honorario ,
qui datur pupillo , ut eum defendat à vexationibus ;
quis enim pupillo dare tutorem poteſt , niſi ipſe Pa-
ter , vel Judex ? quis igitur Eccleſiæ Tutorem , &
Advocatum præbere poteſt , niſi ipſe Pontifex ejus
Caput, & Pater ? & ſi talis poteſtas non fuiſſet in Pa-
pa capite viſibili Eccleſiæ Advocatum , & Tutorem
confirmandi , vel excludendi , prout facere poſſet
Chriſtus Dominus caput inviſibile, redargueretur ipſe
Chriſtus de non diligenti Patrefamilias , ſi tam provi-
dam ſuo Vicario poteſtatem non dediſſet in Terris ,
ad hunc actum tam neceſſarium in caſus opportuni-
tate exercendum, ut notat ad rem Innocentius *in cit.*
cap. Venerabilem , ubi Abbas *num.* 18.

16 Hujuſmodi igitur translationem Imperii auctorita-
te Summi Pontificis ad Carolum Magnum peractam
teſtantur plura Jura Canonica ; & quidem Innocen-
tius III. *in citat. cap. Venerabilem de elect. Clemens V.*
in Concil. Viennen. relato in *Clem. un. de jurejurando*,
Pius II. *in epiſt.* 1396. ac alii latè apud Card. Bellarm.
de translat. Imperii libr. 3. *cap.* 4. *& ſeq.* imò ipſi Im-
peratores id profeſſi fuerunt, ut in literis Alberti Im-
peratoris ad Bonifacium VIII. anno 1303. ibi: *Profi-*
teor Beatiſſime Pater me bonorum omnium largitori ,
ac Vobis Sanctæ Eccleſiæ tuæ fore pro innumeris miſeri-
cordiis , & immenſis beneficiis obligatum ; & infra :
Recognoſcens igitur, quòd Romanum Imperium per Se-
dem Apoſtolicam de Græcis translatum eſt in perſonam
Magnifici Caroli in Germanos , & refert Cardin. Ba-
ronius *anno* 996. *& anno* 1279. Imò Rodulpho Im-
peratore anno 6. Principes Germaniæ Nicolao III. re-
ſcripſerunt : *Nos Principes Imperii univerſis præſentem*
paginam inſpecturis ; complectens ab olim Romana Ma-
ter Eccleſia quadam quaſi germana charitate Germa-
niam , illam eo terrenæ dignitatis nomine decoravit ,
quod eſt ſuper omne nomen temporaliter præſidentium
ſuper Terram ; apud Bellarmin. *de translat. Imperii*
libr. 3. *cap.* 3. omneſque ferè Hiſtorici fide digniores
hujuſmodi translationem ex auctoritate Summi Pon-
tificis aſſerunt, ut latè apud cit. Baron. *anno* 801. *&*
ſequentibus , Bellarmin. *citat. capit.* 3. *& ſeq.* Spondan.
Epiſcopum Galliæ anno 916. & pluribus cujuſcumque
nationis indicatis noviſſimè Auctor *libri Regalis Sa-*
cerdotii in præfat. libr. 1. *pars.* 2. *& de Oecumenica Ca-*
thedra Apoſtolica auctoritate art. 1. *diſq.* 2. *pag.* 61. *&*
ſeq. & pag. 148. *cum ſequentibus* , latè D. Thom. *de re-*
gimine Princip. lib. 3. *cap.* 17. *& ſequentibus* , & paſſim
Canoniſtæ *in cap. venerabilem* , ubi præſertim Abbas,
Gonzalez , Barboſa *de elect.* Maſtrill. *de Magiſtrat.*
libr. 1. *cap.* 2. *num.* 5. *& ſeq.* Diana *in antiquis part.* 10.
tractat. 4. *reſolut.* 1. & præ cæteris Maymburgus alio-
quin tam infenſus Sedi Apoſtolicæ , hanc veritatem
ingenuè fatetur in *hiſt. de Imperio Occidentis Gallica*
lingua conſcripta libr. 2. *ann.* 996. *pag.* 107. incontro-
vertibile aſſerens id , quod Innocentius *in cap. Vene-*
rabilem , *Clemens V. in Concilio Viennenſi* , Imperator
Albertus, & Principes Imperii dixerunt , hiſque mo- 17
numentis authenticis veritatem in dubium revocare
non poſſe ; & licèt ipſe ſenſum hujuſmodi auctorita-
tum detorquere conetur , ut intelligi debeant de mera
cæremoniali inauguratione Imperatoris , non autem
de intrinſeca aliqua poteſtate ; tamen vana eſt diſtin-
ctio , quam Hiſtorici factum enarrantes non faciunt ,
talemque dependentiam Imperii à Papa fatentur ipſa
teſtimonia , ut ſupra ab eodem Maymburgo uti legi-
tima canonizata ; & nonnè hanc ſubjectionem , ele-
ctum ſcilicet recipere à Pontifice per electores tempo-
ralis gladii poteſtatem , verba Alberti Imperatoris ad
Bonifacium indicant ? Nonnè Imperatorem electum
reprobare , & ne quis eligatur prohibere , ut plures
Summi Pontifices egerunt , plus quàm ſimplicem co-
ronationis cæremoniam præſeferunt ? Nonnè hoc
idem comprobant geſta ſubſequentia poſt translatio-
nem Imperii ad Carolum Magnum , & proinde ad
Germanos , quia ille de Regno Franciæ Orientalis
erat , & ſicuti Francus , & non Gallus Imperium re-
cepit , licèt Gallia occupata , Rex Galliarum fuerit
dictus , ut notat Gloſſ. margin. *in citat. cap. venera-*
bilem , *verb. Carolus* , ibique Abbas *num.* 17. ubi quòd 18
non poſſit eligi Imperator niſi Germanus ; tamen ex
obſervantia etiam alii fuerunt electi, reſervata ſolùm
electione activa apud illos . Hinc coronato Carolo
Magno in Urbe apud Eccleſiam Divi Joannis in La-
terano , de qua re adſunt veſtigia , & inſignia Papæ
Leonis III. in Aula Palatii dicta Caroli Magni, poſt
ejus obitum ad filium Ludovicum devenit Imperium , 19
quem Stephanus IV. aliàs V. Rhemis coronavit an-
no 802. Ludovico ſucceſſit Lotharius coronatus à
Paſchali I. Romæ anno 822 Lothario ſubrogatus fuit
Ludovicus filius coronatus Romæ anno 844. Ludo-
vico Carolus Calvus Patruus , frater Lotharii , corona-
tus à Joanne VIII. anno 874. cui ſucceſſit Ludovicus
Balbus coronatus ab eodem Papa anno 878. Carolo
Craſſo ſucceſſit Arnulphus à Formoſo Papa corona-
tus anno 886. Arnulpho Ludovicus filius coronatus à
Stephano VII. anno 899. qui à Berencario Tyranno
oculis & Imperio orbatus deceſſit anno 912. in eo-
que finem vidit linea Caroli Magni , occupato Impe-
rio per Lambertum , & deinde Corradum ; ſed denuò
utens Summus tunc Pontifex Joannes XII. ea aucto-
ritate , qua Leo transtulit à Græcis ad Carolum Impe-
rium , idem detulit Othoni Saxono , ipſumque coro- 20
navit anno 962. & adeſt decretum Leonis VIII. Papæ
Can. in Synodo 23. *diſtinct.* 63. in vim cujus diploma-
tis in filium Othonem II. ac III. Nepotem Imperium
declinavit, Baron. *anno* 996. *num.* 41. & ſic verè emi-
cat auctoritas Papæ in Imperii translatione ; imò idem
maximè confirmat geſtum Urbani IV. cùm enim ele-
cto Richardo Comite Cornubiæ in Imperatorem , fue-
rit quoque aſſumptus Alphonſus Caſtellæ Rex ; nonne
iſti duo Candidati omnem promoverunt operam pre-
cibus , rationibus , & Oratoribus , ut Alexander IV.
& deinde Urbanus IV. eos agnoſcerent uti Imperato-
res ? remiſſaque fuit deciſio Sanctæ Sedi , cuinam Im-
perium adjudicandum foret , Raynald. *ad annum* 1263.
numer. 38. *& ſeq.* unde Maymburgus ſolito livore in 21
Leonis diploma inſurgens *citat. lib.* 2. *pag.* 116. Emi-
nentiſſimum Card. Baronium varium oſtendere cona-
tur , dum *anno* 964. *num.* 22. *& anno* 774. *num.* 15. de
hujuſmodi decreto dubitat , & de legitimitate ipſius
Papæ Leonis ; nam his locis loquitur Baronius circa
electionem Summi Pontificis Imperatori , ut prætén-
ditur , commiſſam , & ſic commentum poteſt eſſe in
hoc ab Eccleſiæ infenſis factum , non autem in eo ,
quod ipſi favet , cui Compilatores contrarii non fa-
viſſent ; & rurſus non exinde quod dubitari poterat de
legiti-

Digitized by Google

legitimitate Papæ, poteſt dubitari de facultate quoad electionem Imperatoris, quia pro vero Papa ille reputabatur, & ex actu etiam nullo quoad facientem, elici poteſt veritas, præſertim cùm decretum fuerit obſervatum per delationem Imperii ad deſcendentes Othonis, cujus linea extincta in Othone III. iſte promovit, electionem deinde fieri per Electores, ne Imperium factionibus dilaniaretur, vel deſperatus prole, ut Hiſtorici aliqui dicunt, cùm etſi juvenis, quod notat cit. Maymburgus, potuerat eſſe aliquo impedimento naturali irretitus, vel etiam utens majori cautione, futuris eventibus conſulendo, ut paſſim videmus fieri fideicommiſſa, & majoratus in alienos ſub timore prolis carentiæ, etiam per juvenes; tum fortiùs quia potuerat dubitari de facultate Leonis prædicti VIII. non quidem uti Papæ, ſed quia de ejus valida aſſumptione controvertebatur; ideoque voluit conſulere bono publico Imperii patiendo legem, quam præſcripſit Gregorius V. ut electio Romani Imperatoris eſſet penes quoſdam Electores Germaniæ proceres, qui Regem eligerent deſignandum Imperatorem, non autem nuncupandum talem, niſi Coronam, & Confirmationem à Papa reciperet, Bellarm. *citat. libr. 2. cap. 1.* Baron. *ad annum 996.* & præ ceteris tradit D. Thomas *in tract. de Regim. Princ. libr. 3. cap. 19.* ibi: *Ex tunc*, hoc eſt poſt Othones, *ut hiſtoria tradunt, per Gregorium V. genere ſimiliter Theutonicum proviſa eſt electio, ut videlicet per ſeptem Principes Alemaniæ fiat, quod uſque ad iſta tempora perſeverat.*

32 Varia tamen initia hujuſmodi electioni Imperatoris per Electores tribuunt hiſtorici, ut recenſetur apud Spondan. *ad ann. 996. num. 7.* aliis id referentibus Gregorio V. aliis ad tempora Gregorii X. aliis Carolo Magno, aliis verò Innocent. IV. id adſcribentibus, & latè etiam apud Bellarmin. *cit. l. 3. cap. 3.* Auctor. *de Oecumenica Cathedræ Apoſtolicæ auctoritate pag. 196.* imò Novatores docent, nullam poteſtatem in hoc fuiſſe Papæ, ſed vel Imperatorum, vel ipſorum Germaniæ procerum, apud quos indiſtinctè tale jus erat
33 eligendi, & in certos Electores transferendi. Verùm inſtitutio Collegii, & numeri Electorum crebriùs ab hiſtoricis Gregorio V. tribuitur; & licèt Henricus ſucceſſor Othonis III. ac alii fuerint electi à Principibus Germaniæ, non exinde excluditur, numerum Electorum non fuiſſe priùs Pontificia lege præfixum, ſed
34 potiùs eandem legem quandoque de facto non fuiſſe ſervatam cum motivo, quòd alii Principes Imperii ægrè ferebant dictam limitationem ad ſeptem; ſed poſtmodum agnita hujus numeri præfixionis utilitate, univerſali omnium conſenſu, ac conſuetudine ea recepta fuit; hinc Innocentius III. in ſæpè citato *cap. venerabilem* dixit: *Ad quos* (ſcilicet Electores) *de jure, ac legitima conſuetudine electio ſpectat*, volens indicare & jus poſitivum Gregorii, & praxim, qua illud fuit receptum, ut benè poſt alios ſcripſit Gonzalez *citat. cap. Venerabilem verbo Conſuetudine in fine.*
35 Sed quamvis numerus ſeptenarius Electorum non eluceat in dicta Decretali, tamen poſtmodum in *Concil. Lugdun. 1.* ſub Innocentio IV. fit mentio de tali numero, nempe Duce Auſtriæ, Duce Bavariæ, Duce Saxonum, Duce Brabantiæ, Archiepiſcopis Colonienſi, Moguntino, & Salisburgenſi, ut ex Matth. Pariſienſi tam infenſo Sedi Apoſtolicæ recenſet Auctor *de Oecumenic. Cathedræ auctoritat. pag. 60. & ſeq.*
36 *& pag. 196. cum ſequentibus*; qui rectè advertit, fuiſſe mutatum poſtmodum non quidem numerum, ſed perſonas, ſeu dignitates; idque etiam auctoritate Papæ, ut notat quoque Baronius *cit. anno 996.* Diana *cit. loco reſolut. 4. §. 2. in fine*; nam in præſenti ſunt Electores Archiepiſcopus Moguntinus, qui primus dicitur, convocatque congreſſum, & idcirco ei Alexander noſter hanc Bullam direxit; Treverenſis item, ac Colonienſis Archiepiſcopi. Sæculares ſunt Rex Bohemiæ Romani Imperii Archipincerna, Comes Palatinus Rheni Archidapifer, Dux Saxoniæ Archimareſcallus, Marchio Brandeburgenſis Archicamerarius, ut omnium ordines honorentur Epiſcoporum, Regum, Ducum, Comitum, & Marchionum, de quorum numero ſeptenario congruenti, & quòd Rex Bohemiæ det tantùm ſuffragium in caſu diſcordiæ, vide Viſcherium *de elect. Regis Romanorum membr. 1.* Thomaſſinum *de benef. tom. 3. libr. 1. capit. 30. numer. 18.* Gonzal. *in cit. cap. Venerabilem, num. 31. de elect.* Bellarm. *de translat. Imper. cit. l. 1. cap. 1.* Paccian. *de probat. libr. 2. cap. 35. num. 26.* & eſſe vocem ſuam, uti aliorum Electorum, dixit Viſcher. citat. quòdque jus Electorum tranſeat in deſcendentes jure primogenituræ, ac debere eſſe majores 18. annorum, aliàs admitti Tutores, ſeu Curatores; huncque ſeptenarium numerum confirmavit Bulla aurea Carolus IV. Imperator, Caſtald. apud quem alii in *tract. de Imper. quæſt. 8. num. 6. ad 21.* Sed quicquid ſit de præciſo tempore,
quo fuit præſcriptus ſeptenarius numerus Electorum, 27
hoc certum eſt, totum profluxiſſe ab auctoritate Sedis Apoſtolicæ, quæ non proinde ſe exuit auctoritate confirmandi electum, & aliter judicandi de tali electione, ut in *citat. capit. Venerabilem*, & optimè D. Thom. *cit. loco* proſequitur: *& tandem durabit* (ſcilicet electio apud Electores ſupradictos) *quantum Romana Eccleſia, quæ ſupremum gradum in Principatu tenet, Chriſtifidelibus expediens judicaverit*: in quo caſu ex verbis Chriſti Domini eſt manifeſtum, pro bono videlicet ſtatu univerſalis Eccleſiæ, quòd Vicarius Chriſti habeat plenitudinem poteſtatis. Hinc ipſi Etherodoxi tale jus à Papa in Electores transfuſum fatentur, dum Imperatorem ſine diademate à Summo Pontifice recepto Auguſtus, & Imperator appellari non poſſe ajunt, Magdeburgenſes *in centur. 10. capit. 546.*
ſed palliant tale jus in meram cæremoniam, ut dixi, 28
nec profitentur habere Papam jus rejiciendi electum, ac alia ordinandi, quæ in confirmatione neceſſariò ſunt inveſtiganda, ut egit Papa Alexander in hac Conſtitutione, prohibendo ne Corradus eligeretur, quod utique radicalem importat poteſtatem, quæ licèt actu fuerit collata ab ipſa Sede Electoribus quoad electionem, poterit juſtis de cauſis reaſſumi electionem non confirmando, ut in *cit. cap. Venerabilem* optimè declarat Innocentius, ubi Philippum rejecit, & Othonem confirmavit, *can. cum in memoriam diſt. 19. cap. novit de Judiciis, cap. licet 6. de Voto cap. 2. de re judic. in 6.* Gonzal. *cit. cap. novit*, Solorzan. *de Jure Indiar. libr. 2. tit. 1. cap. 22.* Maſtrill. *de Magiſtratu citat. l. 1. cap. 2. num. 6. & ſequentibus*, Diana *cit. reſol. 1. & 2. tractat. 4. part. 10. in antiquis*; ubi plura monumenta Pontificiæ poteſtatis in hujuſmodi electione enunciantur, ac contrariis reſpondet in reſolutionibus ſequentibus, nec poſſe alium Electorem nominari latè comprobat ex dictis rationibus, & Thomas Bozius edidit tractatum *de Jure ſtatus, ſive de Jure naturali Gentium, & libertate Eccleſiaſtica*, ubi plenè de Jure Pontificio in hoc, ac de pœnis habitis ab Imperatoribus, qui jus Pontificiæ poteſtatis detrectarunt latè, & eruditè agit; & cætera quoad Coronationem Imperatorum alibi dicam, ubi de materia erit Conſtitutio.

Ut jam vidimus, & in hujus Operis decurſu vide- 29
bimus, multas planè ſubivit ærumnas Romana Eccleſia, aliis Imperium regentibus. At verò ubi illud ad Auſtriacam domum pervenit, mirabile quidem dictu, in tam longævo ſæculorum curſu, quantam fuerit experta felicitatem, nullis malis interruptam. Difficillima ſanè, atque moleſta paſſim occurrere tempora, quæ Principibus diſſenſionum incentiva attulere, & ipſa Roma adverſis agitata fluctibus, aliquandiù commota eſt. Non defuere tamen inter tot rerum diſcrimina, Auſtriaci Heroes, qui tum in Alemania Imperium, tum in Hiſpaniis Regnum tenuere, Apoſtolicæ Sedi re pariter, & animo fida exhibere obſequia, ut verum Eccleſiæ Patronum, & Advocatum ſe præbuerit Imperator. Hinc meo judicio factum fuit, ut totius Chriſtiani Orbis acclamatione, eximia pietate excellentes Auſtriaci ſint dicti, & Occidentale Imperium, quod penes alios varium, & muta-

Digitized by Google

mutabile ſemper fuerat, diuturnum tamen, & conſtans in domo Auſtriaca perduraverit, perduraturumque in ævum conjicio. Sed, ut humanarum rerum fert conditio, in præſentibus Europæ commotionibus tam diutinam Sedis Petri felicitatem amareſcentem, dum hæc ſcribimus, dolentes conſpicimus. At quis dubitet opportunum id fore, ut Auguſtiſſimus, qui nunc floret Imperator, Anteceſſorum veſtigia premens ingenitam ſui animi pietatem prodat, ut non modò Romanam Eccleſiam novis proſequatur adjumentis, verùm etiam ab aliorum injuriis ſtrenuè vin-
30 dicet? Sicque Sanctiſſimus Romanus Pontifex, qui nomine, & opere Clemens eſt, peræquè incomparabili pietate nitens, quem Deus conſtantem dedit ad evitanda hæc duriora tempora, lætetur in hoc glorioſo, & obſequenti filio, ipſeque filius tanto congratuletur Patri, & uterque ad hoſtium Catholicæ Fidei depreſſionem ſua ſtudia vertat.

CONSTITUTIO VIII.

ALEXANDRI IV.
incipiens (*Romanus.*)

EPITOME BULLÆ.

ALEXANDER AD PERPETUAM REI memoriam.

Libellum, cui titulus: ***Tractatus brevis de periculis noviſſimorum temporum***: damnat, ac quibuſcumque eum retinentibus præcipit, ut infra octo dies à notitia condemnationis numerandos, omninò ſub pœna excommunicationis comburant.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Guillelmus de S. Amore fuit auctor libelli De periculis noviſſimorum temporum.*
2 *Plures libellos hic edidit in odium Ordinis Prædicatorum, & Minorum.*
3 *Mendicantes Eccleſiæ pernicioſos fore, nec in ſtatu ſalvandorum eſſe aſſerebat.*
4 *Errores in præfato ejus libello contenti indicantur.*
5 *Conjecturatur cauſa, ex qua Guillelmus hunc libellum ediderit.*
6 *Ejus errores deterſere DD. Thomas, & Bonaventura.*
7 *Præfatum libellum damnat Alexander IV. in præſenti, illudque habentibus comburere jubet.*
8 *Habentes libros prohibitos an poſſint illos proprio marte comburere.*
9 *Contra Guillelmum quadraginta edidit diplomata Alexander IV.*
10 *Adducuntur litteræ de hac re ab eodem Alexandro datæ Regi Franciæ.*
11 *Guillelmum verè hæreticum non fuiſſe aſſeritur.*
12 *Hæc Conſtitutio damnat libellum, non autem Guillelmum ejus auctorem.*
13 *Idem libellus propoſitiones erroneas, temerarias, & ſcandaloſas, non autem hæreticas continebat.*
14 *Propoſitio hæretica quatenus differat à propoſitione erronea, ſcandaloſa, & ſimilibus. Remiſſivè.*

1 Quamvis Alexander nomen non exprimat Auctoris, cujus libellum hac Conſtitutione damnat: certum tamen eſt hunc fuiſſe Guillelmum de S. Amore Theologum Pariſienſem, ut refert S. Antonin. *in ſumma tit. 11. cap. 7. §. 6. verſ. exinde*, & Turrecrem. *in ſumma de Eccleſ. lib. 4. part. 2. cap. 37.* Hic circa annum 1256. in Pariſienſi Academia magnos tumultus 2
adverſus recentes Prædicatorum & Minorum Ordines excitavit, contra quos & dixit, & ſcripſit, plures libellos edendo, nempe *De valido Mendicante*, & *De Publicano, & Phariſæo:* præſertim autem virus evomit in libello, qui incipit: *Ecce videntes clamabunt foris;* ejuſque titulus: *Tractatus brevis de periculis noviſſimorum temporum:* Siquidem in his perſua- 3
dere conatus eſt, Ordinem Mendicantium valdè pernicioſum, & Eccleſiæ nocivum fore, imò & Mendicantes ipſos ſcienter in talem Ordinem intrantes non eſſe in ſtatu ſalvandorum, ut tradunt Prateolus *in Elencho verb.* Guillelmus de S. Amore *num. 18.* Alphonſ. à Caſtro *lib. 10. adverſus hæreſes verbo Monachus, & verbo Paupertas*, Gualter. *capit. 3. ſæculi 13.* Salell. *de mater. tribun. fidei libr. 3. capit. 15. regul. 275.* Gonzal. *in capit. ſuper numer. 6. de ſtatu Monach.* Pegna *ad director. Inquiſ. part. 2. comm. 51. verſic. rurſus;* præcipuos autem ejus errores, quos contra Mendicantes in præfatis libellis effutiit, uſque ad vigintiunum colligit Natal. Alexand. *in hiſtor. Eccleſ. ſæculi 13. cap. 3. art. 7. tom. 7. ſecundæ impreſſ.*
Quæ verò damnanda continentur in libello *De periculis noviſſimorum temporum*, indicantur hac Conſti- 4
tutione §. 5. ibi: *Quo ſtudioſè perlecto, & maturè, & diſtrictè examinato, nobiſque de hoc facta plenaria relatione ab eis, quòd in ipſo quædam perverſa, & reproba, contra poteſtatem, & auctoritatem Romani Pontificis, & Coepiſcoporum ſuorum, & nonnulla contra illos, qui propter Deum ſub arctiſſima paupertate mendicant, mundum cum ſuis opibus voluntaria inopia ſuperantes; alia verò contra eos, qui ſalutem animarum zelantes ardenter, & ſacris ſtudiis procurantes, multos in Eccleſia Dei operantur ſpirituales profectus, & magnum faciunt ibi fructum; quædam autem contra ſalutarem pauperum, ſeu Mendicantium Religioſorum ſtatum, ſicut ſunt dilecti filii Fratres Prædicatores, & Minores, qui vigore ſpiritus, ſæculo cum ſuis divitiis derelicto, ad ſolam cœleſtem patriam tota intentione ſuſpirant; nec non & alia plura inconvenientia digna utique confutatione, ac confuſione perpetua, manifeſtè comperimus contineri. Quodque etiam idem libellus magni ſcandali ſeminarium, & multæ turbationis materia exiſtebat, & inducebat etiam diſpendium animarum, cum retraheret à devotione ſolita, & conſueta eleemoſynarum largitione, ac à converſione, & Religionis ingreſſu Fideles.*
Profectò veroſimile eſt, Guillelmum ad hæc in ple- 5
beculam ſpargendum impuliſſe invidiam, qua torvo oculo Mendicantes in Pariſienſi Academia ad docendum admiſſos aſpiciebat; nam *citat. libr. de Valido mendicante*, inquit: *Fratres non ſunt admittendi in Societatem Scholaſticam Sæcularium Magiſtrorum, niſi de ipſorum voluntate. Nam cùm ſint in ſtatu perfectionis, tenentur ad conſilia. Conſilium autem Domini eſt* Matth. 23. Nolite vocari Rabbi. *Cùm ergo velint docere ſolemniter, faciunt, ut vocentur Magiſtri, & ſic vivunt contra Domini conſilium: & ita publicè peccant, & ſcandalizant, & ſic ſunt vitandi:* Ex quo conſtat, Guillelmum plus malevolentiæ, quàm eruditionis habuiſſe, atque inanem fuiſſe, vanumque Theologaſtrum, ut inquit Briet. *tom. 6. annal. ad annum* 1253. ejuſque errores contra Mendi- 6
cantium paupertatem irrumpentes, armis decretoriis expugnarunt D. Thom. *in opuſc. 19. contra impugnantes religionem artic. 6.* & D. Bonavent. *in apolog. mendicant.* & alii, cum quibus hunc errorem Guillelmi expunxi *tom. 2. ad Conſtitut. 5. Honor. III. ſect. 3. numer. 3.* Verùm cùm nec Guillelmus Mendicantes ad- 7
latrare ſiſteret: Alexander IV. ad ejus dementiam detergendam, primò libellum *De periculis noviſſimorum temporum* damnavit hac Conſtitutione edita Anagni 3. Nonas Octobris anno 1256. atque eundem libellum habentibus ſub pœna excommunicationis

Digitized by Google

tionis præcepit, ut infra octo dies illum comburerent. An autem hodie habentes penes ſe libros prohibitos, poſſint illos comburere, ſive potiùs teneantur eos deferre Inquiſitoribus, dixi ſupra ad *Conſtitut.* 2. *Innoc. IV. ſect.* 1. *num.* 14. Qui ſanè libellus, licèt in Indice librorum prohibitorum non reperiatur, tamen prohibitus cenſetur per Regulam primam Indicis, in qua confirmatur prohibitio librorum priùs à Summis Pontificibus, aut Conciliis Oecumenicis damnatorum.

9 Ultra hanc Conſtitutionem, idem Alexander quò magis eorundem Mendicantium quieti conſuleret, alia edidit diplomata, quæ uſque ad quadraginta enumerat Natal. Alexand. *cit. art.* 7. *verſ. Ordinum*; imò etiam in Regno Franciæ docendi, ac prædicandi munere illum interdixit; & Mendicantes S. Ludovico Regi commendavit literis datis, quæ cùm à nullo ex præfatis auctoribus adducantur, huc libenter afferi-

10 mus: *Alexander &c. Chariſſimo in Chriſto filio Illuſtri Regi Franciæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cùm propter multiplices culpas, & grandes offenſas, quas Guillelmus de S. Amore temerariè commiſiſſe dignoſcitur, & ſpecialiter propter libellum perniciosum, & deteſtabilem ab ipſo compoſitum, cujus principium* Ecce videntes clamabant foris, *& Titulus* Tractatus brevis de periculis noviſſimorum temporum *dicebatur, ac per Nos olim de Fratrum noſtrorum conſilio reprobatum, ac in perpetuum condemnatum, meruerit graves pœnas eidem Guillelmo. Nos in virtute obedientiæ, ſub debito juramenti quod præſtitit, de ſtando præcisè mandatis noſtris, nec non & ſub excommunicationis, ac privationis perpetuæ ab Officio, & beneficiis, pœnis, quas eo ipſo eum incurrere volumus, ſi contra hujuſmodi præceptum noſtrum venire tentaverit, ſalvis omnibus aliis mandatis noſtris,*

10 *quæ ſibi forſitan viva voce fieri fecimus, aut nuncio, vel literis duxerimus facienda, diſtrictè dedimus literis in præceptis, ut nullo unquam tempore Regnum Franciæ intrare præſumat, & nihilominus omnem docendi, ac prædicandi ſibi auctoritate Apoſtolica perpetuò interdiximus facultatem, ita quòd nec docere alicubi, nec unquam alicui Clero, vel Populo de cætero audeat prædicare. Cùm igitur Nos Celſitudo Regia rogaverit, ut eidem Guillelmo prædicti Regni interdiceremus ingreſſum, & Nos hoc, prout expreſſum eſt ſuperiùs, duxerimus faciendum, Serenitatem tuam rogamus, & hortamur attentè, quatenus præfatum Guillelmum, Regnum ipſum nullatenus intrare patiaris. Et quia pro certo novimus, quòd dilectos filios Fratres Prædicatores, & Minores ſpeciali favore proſequeris (ſuper quo te dignis in Domino laudibus efferentes, gratiarum tibi multiplices referimus actiones) Magnificentiam tuam omni qua poſſumus affectione rogamus, quatenus eoſdem Fratres pro Chriſti reverentia habeas benignitate ſolita commendatos, à quorumlibet injuriis, & moleſtiis protegas, & defendas, ita quod tua potentia communiti, pace quieta, & quiete pacis, ejus auctori valeant famulari. Datum Viterbii tertio Idus Auguſti Pontificatus noſtri anno tertio.*

11 Dubium tamen eſt, an Guillelmus de S. Amore inter hæreticos ſit recenſendus. Profectò Prateol. Caſtro, Gualter. & Salell. *locis cit.* illum inter hæreſiarcas reponunt, aſſerentes, Guillelmum, ejuſque libellum tanquam hæreticos in hac Conſtitutione ab Ale-

12 xandro IV. fuiſſe proſcriptos. Verùm primò certum eſt, hanc Conſtitutionem damnaſſe ſolùm libellum, non autem ejus auctorem, & meritò, nam Guillelmus eum ſuppoſuerat correctioni Eccleſiæ, ut colligitur ex ejus verbis *in Reſponſion. ad objecta*: ibi: *Hoc autem ſciatur, quod in unaquaque compilationum dictarum, in principio ſupponitur ipſa compilatio correctioni Eccleſiæ, idest Domini Papæ, & aliorum Prælatorum, quibus competit auctoritas corrigendi*. Ulteriùs Pontifex eundem libellum damnat uti iniquum, ſceleſtum, & execrabilem, non verò uti hæreticum, ut conſtat ex hac *Conſtitutione* §. 6. ibi: *Nos libellum eundem, qui ſic incipit:* Ecce videntes clamabant foris; *quique ſecundùm ipſius titulum*, Tractatus brevis de periculis noviſſimorum temporum *nuncupatur, tanquam iniquum, ſceleſtum, & execrabilem, & inſtitutiones, ac documenta in eo tradita, utpotè prava, falſa, & nefaria, de Fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica duximus reprobanda*. Unde veriùs 13
dicitur, Guillelmum fuiſſe hominem jurgioſum, & temerarium, non autem hæreticum; atque in ejus libello erroneas, ſcandaloſas, & temerarias, non verò hæreticas propoſitiones aſſeruiſſe, ut etiam tradit Guillelmus Nancius *in vita S. Ludovici, & in Chronico ad annum* 1256. ubi loquens de eodem libello, ait: *Damnatus, & combuſtus extitit liber, non propter hæreſim (ut dicebant aliqui) quam contineret, ſed quia contra præfatos Religioſos ſeditionem videbatur, & ſcandalum excitare*; idemque tenet Natal. Alexand. *citat. artic.* 7. *verſ. Magiſtrum, & in fine ſchol. unico*.
Quatenus autem differat propoſitio hæretica à propo- 14
ſitionibus temerariis, ſapientibus hæreſim, erroneis, ſcandaloſis, piarum aurium offenſivis, bonis moribus contrariis, blaſphemis, injurioſis, ſchiſmaticis, & ſimilibus, explicant paſſim Theologi, præſertim Melchior Canus *de loc. Theol. libr.* 12. *cap.* 11. Turrecremata *citat. lib.* 4. *part.* 2. *cap.* 11. Simanch. *de Cathol. inſtitut. tit.* 54. Albertin. *de agnoſcen. quæſt.* 6. Ricciul. *de jure perſon. libr.* 5. *capit.* 8. Lupus *in edicto inquiſ. part.* 4. *libr.* 26. *diſt.* 1. *art.* 3. Bordon. *in tribun. cap.* 2. *num.* 59. Caſtropal. *oper. moral. part.* 1. *tract.* 4. *diſput.* 3. *punct.* 1. & ſpecialiter de propoſitione temeraria dixi ad *Conſtitut.* 4. *Alexand. IV.* quoad alias autem propoſitiones conſulendi ſunt præfati Auctores, de iis enim ſingillatim hìc agere non eſt noſtri inſtituti, quo ad alia properare compellimur; & de iis opportuniori loco juxta exigentiam Bullarum dicam.

CONSTITUTIO IX.

ALEXANDRI IV.
incipiens (*Ad capiendum.*)

EPITOME BULLÆ.

ALEXANDER FRATRIBUS ORDINIS Prædicatorum Inquiſitoribus in Provincia Lombardiæ, & Marchia Januenſi.

Statuit, ut Inquiſitores, qui aliàs de Epiſcoporum, vel Vicariorum eorundem conſilio procedere contra Hæreticos debebant, poſſent iiſdem irrequiſitis procedere contra hæreticos judicialiter confeſſos, & obſtinatos.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De origine juriſdictionis Inquiſitorum, & quatenus concurrant cum Epiſcopis in cauſis hæreſis. Remiſſivè.*
2 *Magis expediens eſt, ut Epiſcopi cognitionem cauſæ hæreſis relinquant Inquiſitoribus.*
3 *Pro componenda juriſdictione Epiſcopi, & Inquiſitorum, plura fuerunt ſtatuta.*
4 *Refertur quid circa hoc ſtatuerit Bonifacius VIII.*
5 *Quidque inſuper Benedictus IX. ſanciverit.*
6 *Clemens V. tres tantùm actus Epiſcopum ſine Inquiſitore, & è contra, facere non poſſe juſſit.*
7 *Epiſcopus, aut Inquiſitor nihil agit, ſi ſolus procedat, dum alium requirere debuerat.*

8 Ter-

Digitized by Google

8 *Tortura decerni debet ab Epiſcopo, & Inquiſitore ſimul, aliàs confeſſio facta in ea eſt nulla, niſi coram utroque ratificetur.*

9 *Jejunia indicta reo pro veritate eruenda equiparantur torturæ.*

10 *Teſtes torqueri poſſunt altero irrequiſito.*

11 *Abjuratio an poſſit indici ab Inquiſitore ſine Epiſcopo, & è contra, & num. ſeqq.*

12 *Carceratio ob cuſtodiam poteſt fieri ab uno ſine altero, ſecùs ſi ſit in pœnam.*

13 *Abjurans de jure non evitat confiſcationem.*

14 *Abjurans coram ſolo Epiſcopo, aut Inquiſitore, an teneatur pœnis relapſus.*

15 *Abjuratio ſponte comparentium fieri poteſt coram ſolo Epiſcopo, aut ſolo Inquiſitore.*

16 *Sententia abſolutoria an poſſit ferri ab Epiſcopo ſine Inquiſitore, & è contra, & num. ſeqq.*

17 *Si Epiſcopus, & Inquiſitor in ferendo ſententiam diſcordent, res remittitur ad Sedem Apoſtolicam.*

18 *Sententia interloquutoria habens vim diffinitivæ, irrequiſito altero ferri non poteſt.*

19 *Contra hæreticum confeſſum, & obſtinatum, poteſt Inquiſitor ſolus procedere.*

20 *Epiſcopus ſolus, aut ſolus Inquiſitor non poteſt pœnam carceris, aut ſimilem imminuere, ſive commutare.*

21 *Commutatio, aut imminutio pœnæ in cauſis gravibus fieri non ſolet ab Inquiſitoribus Italiæ inconſulta Suprema Inquiſitione.*

22 *Epiſcopus, & Inquiſitor poſſunt quandoque ſoli procedere, etiam in iis, in quibus ſe requirere debent.*

23 *Inquiſitor an requirere debeat Epiſcopum loci delicti, vel potiùs illum originis, ſive domicilii.*

24 *Inquiſitor loci delicti præfertur aliis in cauſa hæreſis. Remiſſivè.*

25 *Verius eſt Inquiſitorem requirere debere Epiſcopum loci, in quo contra reum procedit, etiamſi ſit extra locum delicti.*

1 DE origine juriſdictionis delegatæ Inquiſitorum, & quatenus exinde Epiſcoporum juriſdictio in cauſis hæreſis præſervata remanſerit, dixi ad *Conſtit.* 16. *Innocentii IV.* Quia tamen ejuſmodi eorum facultas inſimul procedendi, confuſionem gignebat, & adhuc hodie expeditam Cauſarum cognitionem impe-
2 diat, adeout cauſas hæreſis ſolis Inquiſitoribus ab Epiſcopis remitti, tanquam nimis expediens optaverint Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.* 25. *num.* 5. Carena *de offic. Inquiſit. part.* 1. *tit.* 4. §. 5. *numer.* 23. Idcircò
3 quò ejuſmodi incommoda evitarentur, plures prodierunt Conſtitutiones in id magno conatu tendentes, ut Epiſcopi, & Inquiſitoris facultates ita inter ſe componerentur, ut unus alteri non eſſet impedimento; ſed potiùs, ut ex ſimultanea juriſdictione, veluti ſe ipſis majores effecti, vehementiùs in hæreticos procederent; quod & indicavit Concil. Narbonen. *can.* 21. ibi: *Sic enim quaſi vir unus pugnabitis, & vincetis.*

4 Hinc primò Bonifacius VIII. relatus in *capit. per hoc de heret. in* 6. ſtatuit, ut Epiſcopi, & Inquiſitores, ſive ſimul, ſive ſeorſim inquirere de eodem facto poſſent, dummodò tamen in ſententiæ prolatione proceſſus invicem communicarent; quòd ſi in ferendo ſententiam diſcordes inter ſe eſſent, tunc cauſam ſufficienter inſtructam ad Sedem Apoſtolicam remitterent.

5 Huic acceſſit Benedictus XI. in *Extravag. ex eo de hereticis*, declarans Conſtitutionem Bonifacianam, ut in caſu, quo facienda ſit communicatio proceſſus, hæc non fiat, niſi ſemel, & tunc in fine, dum ſcilicet non aliud remanet agendum, niſi ut ſententia promulgetur, excepto caſu, quo alter commodè procedere non poſſit, niſi viſis actis alterius, quia tunc proceſſus copia ſemel tribuenda eſſet, etiam ante finem Cauſæ.

Succeſſivè Clemens V. in *Clement.* 1. *de heretic.* 6
hanc rem luculentiùs compoſuit; relicta ſiquidem Epiſcopo, & Inquiſitori facultate procedendi etiam diviſim, voluit ut unus ſine altero tradere non poſſit carceri in pœnam, nec torquere, nec ad ſententiam devenire. Ex quo communiter Doctores aſſerunt, Epiſcopum ſine Inquiſitore, & è converſo, quatuor facere poſſe, nempe inquirere, citare, arreſtare, ſeu capere, & carceri ad cuſtodiam reum mancipare. E contra verò Epiſcopum ſine Inquiſitore, & Inquiſitorem ſine Epiſcopo tria facere non poſſe, nempe tradere carceri in pœnam, torquere, & ſententiam proferre, ita Zabarell. *in citat. Clem.* 1. §. *duro num.* 1. Imola *num.* 8. Vitalin. *num.* 207. Barboſa *num.* 4. Paſſerin. *cit. cap. per hoc num.* 29. Eymeric. *part.* 3. *direct. quæſt.* 47. & ibi Pegna *comm.* 96. *in fine*, Repertor. Inquiſitor. *verbo Inquiſitor* §. *in quibus poſſit*, Albertin. *de agnoſcen. quæſt.* 23. *n.* 62. Zanchin. *de heret. cap.* 8. Sanctarell. *de hereſi cap.* 40. *dub.* 2. Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.* 34. *num.* 22. Lucerna Inquiſitor. *ver. Inquiſitor* §. 13. Farinacc. *de hereſi quæſt.* 186. *num.* 67. Carena *cit. part.* 1. §. 2. *num.* 8. Del Bene *de offic. Inquiſit. part.* 2. *dubit.* 195. *ſect.* 20. *in appendice num.* 1.

Quòd ſi Epiſcopus, vel Inquiſitor in iis, in qui- 7
bus ſe ad invicem requirere debent, ſoli procedant, omnia per ipſos acta, ipſo jure erunt nulla, *cit. cap. per hoc*, & *cit. Clement.* 1. §. 1. *verſ.* & *ſi ſecus*; hinc
confeſſio facta à reo in tortura demandata à ſolo Epiſ- 8
copo, vel Inquiſitore, nullius eſt momenti, etiam ſi ratificata fuerit coram illo Judice, à quo fuit decreta; non tamen erit nulla, ſi confeſſio ratificetur coram utroque, Farinacc. *citata quæſt.* 186. *num.* 72. Del
Bene *cit. dubit.* 195. *ſect.* 23. *num.* 2. Similiter jejunia, 9
quæ reo indicuntur ad eruendam veritatem, utpotè quæ torturæ æquiparantur, Gloſſa *in cit. Clem.* 1. *verbo tormentis*, non poſſunt niſi altero requiſito imponi, Paſſerin. *cit. cap. per hoc num.* 31. Farinacc. *cit.*
quæſt. 186. *num.* 70. Quæ autem de tortura dicuntur, 10
accipienda ſunt de tortura reorum, nam teſtes pro veritate eruenda etiam altero irrequiſito torqueri poſſunt, Zanchin. *de heret. cap.* 14. Pegna *comm.* 102. *in fine*, Farinacc. *cit. quæſt.* 186. *num.* 74.

An autem abjuratio ſit actus, qui fieri non poſſit, 11
niſi altero requiſito, dubium eſt. Et poſſe Inquiſitorem admittere ad abjurationem irrequiſito Epiſcopo, cenſuit Campeg. ad Zanchin. *de hereſi capit.* 8. *verſic. definitivam*, Lucerna Inquiſit. *in verbo abjuratio* §. 4. quam ſententiam in puncto juris probabilem dixit Pegna *loc. cit. comment.* 97. §. *an autem*. Verùm, quòd abjurationem non poſſit Inquiſitor indicere irrequiſito Epiſcopo, communior, & magis vera opinio eſt, quam uſu receptam dicunt Carena *cit. tit.* 4. §. 2. *numer.* 14. Caſtropal. *oper. moral. part.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 8. *punct.* 13. *num.* 17. Azor. *tom.* 1. *inſtit. moral. libr.* 8. *cap.* 18. *quæſ.* 16. *in fine*, Pegna *loco cit.* Farinacc. *cit. quæſt.* 186. *num.* 79. Simanch. ad Zanchin. *cap.* 1. Zanardus *in director. Theolog. part.* 2. *capit.* 6. *quæſt.* 15. Del Bene *loco cit. ſect.* 25. & 26. & ratio eſt, quia abjuratio non indicitur, niſi per ſententiam, ad quam Inquiſitor devenire non poteſt irrequiſito Epiſcopo,
tum ulteriùs, quia in *cit. Clem.* 1. prohibetur Inquiſi- 12
tori irrequiſito Epiſcopo devenire ad illos actus, qui ſunt in pœnam rei; & ita ei ſoli permittitur poſſe carcerare, ſi id fiat ob cuſtodiam, ſecùs ſi in pœnam; adeoque cùm abjuratio ſit pœna; præſertim, quòd ſi abjurans in hæreſim reincidat, judicandus ſit tanquam
relapſus, ut dicam infra *Conſtitut.* 12. nec ob abjura- 13
tionem evitet confiſcationem, ut probabiliùs de jure tenent Gonzalez *cap. vergentis num.* 3. *de heretic.* Farinacc. *quæſt.* 190. *numer.* 144. Fermoſin. *de confiſcatione allegat.* 44. & 48. ſequitur, ut à ſolo Inquiſitore ſine Epiſcopo indici non poſſit.

Quòd ſi de facto Inquiſitor ſine Epiſcopo, vel Epiſ- 14
copus ſine Inquiſitore ad abjurandum admiſerint, adhuc abjurantem teneri pœnis relapſi, voluerunt Zanard. *cit. cap.* 6. *quæſ.* 15. Pegna *cit. comm.* 97. §. *rurſus*, Diana *part.* 4. *tract.* 8. *reſolut.* 49. Burſat. *conſ.* 24. *libr.* 1.

Digitized by Google

Sed contrarium eſt verius, nam ſi abjuratio non po-
teſt ab uno indici ſine altero, ſequitur quòd actus ita
geſtus ſit nullus, nullumque juris effectum pariat,
quemadmodum ſupra diximus de illis actibus, quæ
ab uno, irrequiſito altero fiunt, dum requirere tene-
retur, ita Caſtropal. *cit. punct.* 13. *num.* 18. Del Bene
cit. dubit. 195. *ſect.* 27.

15 Hæc tamen limitat Molina *de juſtit. tract.* 5. *diſp.*
28. *numer.* 6. in caſu hæretici ſponte comparentis,
adeout hic à ſolo Epiſcopo, vel ſolo Inquiſitore ad
abjurandum admitti poſſit; quem tamen rejiciunt Ca-
rena, Caſtropalaus, & del Bene *locis cit.* Verùm Su-
prema Inquiſitio pluries ſequuta eſt ſententiam Moli-
næ, ut refert Cardin. Albit. *de inconſtant. in fide ca-
pit.* 16. *num.* 3. cujus quidem limitationis duplex eſſe
poteſt ratio; vel quia, licèt in abjuratione ſpontè
comparentis requiratur ſententia, ea tamen non cadit
ſub diſpoſitione *citat. Clem.* 1. nam in ſententiis ſpon-
tè comparentium non compilatur proceſſus, ſed at-
tenditur dictum ſolius comparentis; & *cit. Clement.*
loquitur de ſententiis latis compilato proceſſu. Vel
potiùs, quia ut diximus, tortura, carcer in pœnam,
& ſententia ideò ab uno altero irrequiſito fieri non
poſſunt, quia ſunt pœnæ; abjuratio verò ſpontè com-
parentium, & ſententia, quæ in ea fertur, potiùs ha-
bet vim abſolutionis, quàm pœnæ, & exinde ab uno
altero irrequiſito fieri poterit.

16 Etſi autem certum ſit ſententiam eſſe actum, ad
quem unus altero irrequiſito devenire non poſſit; ta-
men aliqui id limitant in ſententia abſolutoria, quam
Inquiſitorem ſine Epiſcopo, & è contra ferre poſſe
autumant, ita Eymericus *part.* 3. *quæſt.* 48. ubi Pegna
comment. 97. Clarus §. *hereſis num.* 5. & alii apud Fari-
nacc. *cit. quæſt.* 186. *num.* 60. idque præſertim probant
ex *cit. Clem.* 1. quæ ſolummodò loquitur de ſententia
condemnatoria, ibi: *Aut ad ſententiam procedere con-
tra eos:* & ad id adduci poteſt *Conſtit.* 27. *Clem. VII.*
incip. *Cum ſicut* §. 3. ibi: *Contra ejuſmodi exemptos
uſque ad ſententiam diffinitivam, ad quam ferendam
(ſi fuerit condemnatoria) cum conſenſu Ordinarii pro-
cedatis.*

17 Sed contrarium eſt verius, nam primò obſtat textus
in *citat. cap. per hoc*, ubi indiſtinctè prohibetur ferre
ſententiam altero irrequiſito; quòd ſi in ſententia ſint
diſcordes, res remittitur ad Sedem Apoſtolicam;
adeoque ſi prima opinio eſſet vera, ſequeretur, quòd
ſi unus abſolvat, & alter condemnet, reus cenſebitur
abſolutus, nam licèt unus ſine altero condemnare
non poſſit, abſolvere tamen poteſt; quod certè non
eſt dicendum, & licèt *cit. Clem.* 1. loquatur de ſenten-
tia ferenda contra reos, tamen dicendum eſt fuiſſe ibi
conſideratum id, quod frequentiùs accidit, ut adver-
tit Paſſerin. *cit. cap. per hoc num.* 32. nam alioqui ab-
ſolutio Rei non eſt res minùs gravis, quàm ejus con-
demnatio. Hinc etiam Auctores ſupra citati, hanc
ſententiam tutiorem, & uſu receptam appellant,
quam tuentur Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.* 3. *num.* 9.
& in Enchirid. tit. 51. *num.* 2. ubi quòd prima opinio
non ſit in foro recepta, Sanctarell. *de hereſi cap.* 40.
dub. 2. *num.* 13. Royas *ſingular.* 27. *num.* 7. Azor. *cit.
cap.* 18. *quæſ.* 16. Zechius *in ſumma part.* 1. *tit. de fide
cap.* 11. *num.* 14. Diana *citat. tract.* §. *reſol.* 50. quod
18 certum eſt, non ſolùm de ſententia diffinitiva, ſed
etiam de interlocutoria diffinitivæ vim habente; itaut
ſententia, qua quis abſolvitur à tortura, vel alia pœ-
na, non ſit ferenda altero irrequiſito, Paſſerin. *citat.
capit. per hoc numer.* 32. Del Bene *part.* 2. *dubit.* 195.
ſect. 28. *num.* 1.

19 Singularis tamen eſt caſus præſentis Conſtitutionis
editæ 3. Idus Januarii anno 1257. ſub datum Latera-
ni, de quo nemo, quem viderim, Doctorum mentio-
nem facit. Statuitur ſiquidem in ea, ut Inquiſitores
etiam irrequiſitis Epiſcopis, contra hæreticos publicè
in judicio confeſſos, & obſtinatos procedere, & ad
ſententiam pervenire poſſint; quod ſanè non aliàs
factum eſſe puto, niſi quia dum hæreticus eſt judicia-
liter confeſſus, & obſtinatus, nulla diſcrepantia oriri
poſſit in ſententia inter Epiſcopum, & Inquiſitorem,
adeoque inutile foret in hoc expectare conſilium Epiſ-
copi, quod tanquam certum ſupponi poteſt. Et licèt
per ſequentes Conſtitutiones, præſertim per *Clement.*
1. *de heret.* prolatio ſententiæ ſit actus, qui ab Inqui-
ſitore irrequiſito Epiſcopo fieri nequit; tamen hic pe-
culiaris caſus hæretici publicè confeſſi, & obſtinati,
in præſenti Conſtitutione exceptus, compatibilis eſt
cum generalitate ſequentium Conſtitutionum, ut cen-
ſuit Cherubin. filius *ad hanc Bullam ſchol.* 2.

Similiter nec poteſt Epiſcopus ſine Inquiſitore, vel 20
Inquiſitor ſine Epiſcopo commutare, vel minuere pœ-
nam carceris, immurationis, vel aliam, niſi ſimul,
Epiſcopus ſcilicet, & Inquiſitor ad id concurrant,
cap. ut commiſſi de heret. in 6. & ibi Paſſerin. *num.* 62.
Simanchas *de Cathol. inſtit. tit.* 16. *num.* 28. *& in notis*
ad Zanchin. *cap.* 1. Farinacc. *cit. quæſt.* 186. *num.* 76.
Del Bene *cit. dub.* 19. *ſect.* 29. *num.* 2. licèt in Hiſpa-
nia id fieri non poſſit, niſi per Inquiſitorem genera-
lem, Simanch. *citat. titul.* 16. *numer.* 20. Pegna *com-
ment.* 108. *verſ. poſtremo*, *& comm.* 145. imò hodie 21
etiam in Italia in cauſis gravioribus id fieri non ſole-
re, niſi conſulta Suprema Inquiſitione, tradit Paſſe-
rin. *cit. cap. ut commiſſi num.* 60.

Demum in his, ad quæ Epiſcopus, & Inquiſitor 22
ſeſe requirere debent, in tribus caſibus unus altero ir-
requiſito procedere, & cauſam diffinire poteſt, quæ
habentur in *cit. Clem.* 1. *de heret.* ſcilicet ſi alter ex
eis ſit abſens, aut non inveniatur, ſive requiſitus in-
tra octo dies convenire negligat, Eymericus *part.* 3.
quæſt. 46. Campeg. ad Zanchin. *cap.* 8. Farinacc. *citat.
quæſt.* 186. *num.* 96. *cum ſeqq.* Caſtropal. *cit. punct.* 13.
num. 11. Carena *cit. tit.* 4. §. 2. *num.* 15. Del Bene *cit.
dubit.* 195. *ſect.* 31.

In iis, in quibus Inquiſitor Epiſcopum requirere 23
tenetur, dubitari poteſt, an requirendus ſit Epiſco-
pus originis, vel potiùs domicilii, aut loci delicti: Et
certum eſt, non oportere requiri Epiſcopum origi-
nis, ſed eſſe requirendum Epiſcopum domicilii, vo-
luit Souſa *lib.* 1. *aphoriſ. cap.* 3. *n.* 11. Sed alii frequen-
tiùs voluerunt, eſſe requirendum Epiſcopum loci de-
licti, tum quia reus ratione delicti ſortitur forum loci,
ubi delinquit, *leg. ſi cui* §. *idem Imperator*, *leg. ulti-
ma ff. de accuſation. leg.* 1. *Cod. ubi de crimin. agi oport.
auth. qua in Provincia Cod. eod. titul. cap. licet de foro
competen.* tum etiam quia ita obtinet praxis S. Inqui-
ſitionis; ut ſcilicet requiratur Epiſcopus loci delicti,
de qua praxi teſtatur Carena *citat. tit.* 4. §. 2. *num.* 17.
Caſtropal. *citat. punct.* 13. *num.* 12. & ex his Paſſerin.
cit. cap. per hoc num. 41. Bordon. *in Tribunal. cap.* 40.
num. 10. quod tamen admittendum videtur, ſi contra
reum procedat Inquiſitor loci delicti, qui regulariter
præfertur Inquiſitori originis, & domicilii, ut latiùs
dicam infra ad *Conſtitut.* 18. hujus Pontificis. Cætero- 24
quin verius eſt, id non pendere à domicilio, origi-
ne, aut loco delicti, ſed potiùs à loco judicii; unde
dicendum eſt, illum Epiſcopum ab Inquiſitore requi-
rendum eſſe, in cujus loco, ſeu Diœceſi reus eſt car-
ceratus, & in quo contra eum ferenda eſt ſententia;
quod non ſolùm eſt conſonum rationi, ſed etiam ita
practicatur in Inquiſitione Italiæ; & in hoc ſenſu in-
telligendus eſt Carena *loc. cit.* qui ſupponit, Inquiſi-
torem loci delicti ſemper præferri in procedendo, &
ideò requirendum eſſe Epiſcopum ejuſdem loci; re ve-
ra tamen requiritur Epiſcopus loci delicti non ratio-
ne delicti, ſed ratione judicii, quod in ejus loco fit;
adeout ſi contingat contra reum procedi extra locum
delicti, requirendus ſit Epiſcopus ejus loci, in quo
Inquiſitor procedit.

CON-

Digitized by Google

CONSTITUTIO X.

ALEXANDRI IV.
incipiens (*Implacida.*)

EPITOME BULLÆ.

ALEXANDER VENERABILI FRATRI Epiſcopo Mutinenſi.

MAndat Epiſcopo Mutinenſi, ut ſtatuta condita à Communitate Mantuæ ita reduci, & moderari faciat, ut per ea nullo modo Inquiſitionis Officium directè, vel indirectè impediatur, aut retardetur; quòdque Poteſtatem, & Conſilium Civitatis ad id per excommunicationem compellat, etiam ſupponendo Civitatem Interdicto.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Statuta ſæcularia vel indirectè Officium Inquiſitionis impedientia, nulla ſunt.*
2 *Recenſentur nonnulla ſtatuta, ex quibus Officium Inquiſitionis directè impeditur.*
3 *Princeps ſæcularis nequit abſque conſenſu Summi Pontificis libertatem conſcientiæ hæreticis concedere.*
4 *Officium Inquiſitionis ex quibus indirectè impediatur.*
5 *Sub nomine ſtatuti quandoque venit jus commune, regulariter tamen uſurpatur pro jure municipali.*
6 *Statutum in quo ſenſu ſumatur in hac Conſtitutione.*
7 *Jus commune ceſſare debet, ſi ex eo impediatur munus Inquiſitionis.*
8 *Statuta condentes, ex quibus Inquiſitionis munus impeditur, poſſunt ab Inquiſitoribus per excommunicationem ad ea moderanda compelli.*
9 *Incurrunt etiam excommunicationem ipſo jure, Papæ reſervatam.*
10 *Et poſſunt inquiri tanquam fautores hæreticorum.*
11 *Condentes talia ſtatuta an comprehendantur ſub Conſtitutione Pii V.* Si de protegendis.
12 *Magiſtratus ſæculares non incurrunt pœnas Bullæ Pianæ, ſi Inquiſitores impediant, notoriè ſine juriſdictione procedentes.*
13 *Excommunicati ex cauſa hæreſis, ſi in ea per annum perſtiterint, poſſunt veluti hæretici condemnari.*

1 SEquitur ex hac Conſtitutione edita Viterbii 15. Kal. Januarii 1257. nulla eſſe ſtatuta, ex quibus Inquiſitionis proceſſus directè, vel indirectè impeditur; & poſſe Poteſtatem, & Conſilium Civitatis per excommunicationem ab Epiſcopo, vel Inquiſitore compelli, ut eadem ſtatuta moderentur, vel abrogent; idemque ſtatuerat Innocentius IV. *Conſtitut.* 9. incip. *Ad extirpanda* §. 38. & Urbanus IV. relatus in *capit. ſtatutum il* 1. *de hæreticis*; ex quo textu hanc concluſionem colligunt poſt antiquos, Barboſ. & Paſſerin. *num.* 1. Eymeric. *part.* 3. *director. quæſt.* 34. ubi Pegna *comment.* 83. Repertor. Inquiſitorum *ver. ſtatutum*, Sylveſter *in ſumma ver. hæreticus* §. 2. *num.* 8. Zanchin. *de hæret. cap.* 31. *numer.* 6. Carrer. *de hæret. num.* 93. Decian. *tract. crimin. libr.* 5. *cap.* 26. *num.* 4. Farinacc. *de hæreſi quæſt.* 182. *num.* 76. Bobadill. *in ſua politica libr.* 2. *cap.* 17. *caſu* 66. *num.* 107. Scortia *in ſelect. epitome* 65. *theoremat.* 172. Cherubin. filius *ad hanc Bullam*, Carena *de offic. Inquiſ. part.* 4. *titul.* 4. *numer.* 10.

Impediretur ſanè directè proceſſus Inquiſitionis, 2
ſi ſtatuatur aliquid, ex quo principaliter importatur
impedimentum, veluti ne aliquis Civis inquiri, aut
accuſari poſſit de hæreſi, neve quiſquam contra hæ-
reticum teſtimonium dicere poſſit, Gloſſa *in citat.*
cap. ſtatutum ver. directè, Barboſ. *ibidem num.* 5. Ey-
meric. *part.* 2. *director. quæſt.* 54. *numer.* 1. Farinacc.
citat. quæſt. 182. *numer.* 85. itidemque ſi Princeps ſæ- 3
cularis ſtatuat, quòd hæretici liberè in ſua hæreſi vi-
vere poſſint, cùm ipſe hæreticis libertatem conſcien-
tiæ abſque conſenſu Summi Pontificis concedere non
poſſit, de qua re Fermoſin. *in capit. Eccleſiæ S. Ma-*
riæ quæſt. 44. *de conſtit.* Suarez *de Fide diſp.* 20. *ſect.* 3.
numer. 21. Card. de Lugo *eodem tract. diſp.* 19. *ſect.* 2.
§. 4. *num.* 124. Cardin. Bellarm. *tom.* 2. *libr.* 3. *de lai-*
cis cap. 18. Cardin. Albit. *de inconſtant. in fide cap.* 27.
num. 33. Diana *part.* 10. *tract.* 3. *reſolut.* 1. *cum ſeqq.*
Vincentius Præti *ad quæſt.* 10. Guidon. Fulcodii poſt
Carenam *de Offic. Inquiſitor. in fine.*

Impeditur verò Inquiſitio indirectè, ſi ſtatuatur ali- 4
quid, non quidem principaliter pro impedienda Inquiſitione, ſed ex quo ſequitur impedimentum: veluti ſi ſtatuatur, quòd nemo poſſit aliquem capere, vel capi facere, niſi dominus temporalis; vel prohibeatur familiaribus Inquiſitionis geſtatio armorum, Gloſſa *ibidem verbo indirectè*, Eymeric. *cit. quæſt.* 54. *num.* 3. & ibi Pegna *comment.* 83. *lit. A.* Farinacc. *cit. quæſt.* 182. *num.* 75. Fermoſin. *tract. crimin. in cap. ſicut de hæret. quæſt.* 3. *num.* 15.

Quid autem dicendum, ſi Inquiſitio impediatur 5
non quidem ſtatuto privato alicujus loci, ſed ab ipſo
jure communi; veluti ſi adeſſet aliqua lex civilis, ex
qua directè, vel indirectè impedimentum oriatur?
Et quidem licèt ſub nomine ſtatuti quandoque etiam
veniat jus commune, ut in *l. quamvis Cod. de juris,*
& facti ignor. can. deceſſorum 25. *quæſt.* 2. regulariter
tamen illud uſurpamus pro jure municipali, & pri-
vato, quod nempe quiſque populus in ſuo territorio
obſervandum ſanxit, adeout hæc videatur ejus propria
ſignificatio, Bartol. *in leg. omnes populi ff. de juſtit. &*
jure, Hunnius *de ſtatutis cap.* 1. Alderanus Maſcard.
de interpretat. ſtatut. concluſ. 1. Nicol. Bethſius *de ſta-*
tutis cap. 1. & in hac acceptione ſtatutum ſumi tam 6
in præſenti Conſtitutione, quàm in *citat. cap. ſtatu-*
tum, ibi: *Statutum Civitatis, Caſtri, Villæ, vel al-*
terius loci, cenſuit Quintilian. Mandoſ. in addit. ad
Repertor. Inquiſ. *verb. ſtatutum lit. A.* Pegna *cit. com-*
ment. 83. §. *quamvis*, etſi Paſſerin. *citat. capit. ſtatu-*
tum num. 10. ſpectata mente ejuſdem Conſtitutionis,
cenſeat, ibi nomen ſtatuti non eſſe reſtringendum ad
ſtatutum particulare loci, ſed eſſe extendendum ad
omne jus, quod in tali loco obligat, licèt proprium
illius non ſit, quatenus quòd non impropriè dici
poſſit jus illius loci jus commune, quod in eodem
loco obligat. Quicquid tamen ſit de hac interpreta-
tione Paſſerini, certum videtur, favorem Fidei præ- 7
valere debere, ne Inquiſitionis proceſſus impediatur
etiam à jure communi; unde ipſum in tali caſu ceſ-
ſare debere, tenet Pegna *citat. comment.* 83. §. *quam-*
vis, ubi quòd idem dicendum ſit de conſuetudinibus
etiam immemorabilibus, utpotè quæ potius reputan-
dæ ſint abuſus.

Pœnæ autem contra condentes ſtatuta, ex quibus 8.
impeditur Officium Inquiſitionis, non aliæ in cita-
tis Conſtitutionibus memorantur, niſi ut ſtatuentes
poſſint ab Inquiſitoribus per excommunicationem
compelli ad moderanda ſtatuta. Tamen cenſeo cum
Eymeric. *citat. quæſt.* 44. *num.* 2. idem de his eſſe ju-
dicium, ac de aliis, qui alio modo pariter Inquiſi- 9
tionem impediunt, contra quos excommunicatio
latæ ſententiæ ſtatuta eſt in *capit. ut Inquiſitionis de*
hæretic. in 6. & his proximior eſt *Conſtit.* 11. *Julii* 3.
incip. *Licèt*, ubi ſubjiciuntur excommunicationi re-
ſervatæ Sedi Apoſtolicæ Domini temporales, & Re-
ctores Civitatum, condentes leges, ſeu ſtatuta perti-
nentia ad cognitionem delicti hæreſis contrarias Ca-
nonicis ſanctionibus; imò poſſunt Inquiſitores

10 contra eoſdem procedere tanquam contra ſuſpectos de hæreſi, & fautores hæreticorum, præſertim ſi ſtatutum directè impediat juriſdictionem Inquiſitorum; veluti ſi ſtatuatur, ne quis accuſari, aut inquiri poſſit de hæreſi; nam talia ſtatuta præſumuntur facta odio Fidei, Eymeric. *citat. quæſt.* 54. *numer.* 5. ubi Pegna *comment.* 79. *lit. D.* Fermoſin. *tractat. criminal. tract.* 2. *in cap. excommunicamus* §. *moneantur de hæret. quæſt.* 1. *numer.* 4. D. Dandinus *citat. capit.* 4. *ſect.* 2. *num.* 34.

11 Ulteriùs licèt in *Conſtitut.* 82. *Pii V.* incip. *Si de protegendis*, non comprehendatur hic caſus, quando nempe Principes, & Poteſtates ſæculares condunt ſtatuta contra juriſdictionem Inquiſitorum; tamen ſi eadem ſtatuta non revocaverint, & ea executioni tradere præſumpſerint, ferè inevitabile eſt, ut non incidant in majores pœnas contentas in *citat. Conſtitut.* 82. nam id contingere regulariter ſolet prohibendo, vel aliàs impediendo, ne familia Inquiſitionis aliquem capiat, vel captum de eorum manibus eximendo.

Et licèt in *cit. Conſtitut.* 82. non expreſſa fiat mentio de Poteſtatibus, ſeu Magiſtratibus ſæcularibus; tamen ſufficienter exprimuntur, dum ibi ſubjiciuntur pœnis Bullæ quicunque talia attentantes, ut in terminis notat Carena *de Offic. Inquiſitionis part.* 2. *tit.* 12.
12 §. 19. *num.* 83. quod tamen eſt intelligendum, ſi Magiſtratus ſæculares hæc faciant in odium S. Officii, & animo impediendi Inquiſitorum juriſdictionem; ſecùs ſi intuitu defendendi propriam juriſdictionem, veluti ſi notorium eſſet, Inquiſitorem ſine juriſdictione procedere; quo caſu ipſos non incurrere pœnas cit. Bullæ Pianæ, firmat Card. Albitius *de inconſtant. in fide cap.* 28. *num.* 10. & de aliis ad hanc Bullam Pii V. pertinentibus, latiùs in ejus ſede agimus.

13 Demum, ſtando etiam in puris terminis, quòd nempe condiderint ſtatutum, ex quo Inquiſitionis proceſſus impediatur; ſi animo pertinaci in excommunicatione, quam ipſo jure incurrunt, per annum perſtiterint, poterunt tanquam hæretici condemnari, Eymeric. *cit. quæſt.* 54. *num.* 3. ex eo quòd excommunicati ex cauſa pertinente ad Fidem, ſi in ea inſorduerint per annum, poſſint velut hæretici condemnari, ex textu in *cap. cum contumacia, cap. ut inquiſitionis de hæret. in* 6.

CONSTITUTIO XI.

ALEXANDRI IV.
incipiens (*Officii*.)

EPITOME BULLÆ.

ALEXANDER PRIORI CAMALDULENSIUM, ac univerſis Abbatibus, Prioribus, & Abbatiſſis &c.

Camaldulenſium Congregationem ſub protectione Sedis Apoſtolicæ ſuſcipit, omniaque ejuſdem Congregationis loca ſub regimine Prioris Eremi Camaldulenſis unit; plura privilegia eis concedit, præſertim ne in ejus loca, aut perſonas, excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti ſententia per Locorum Ordinarios promulgari poſſit.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De origine, & progreſſu Ordinis Camaldulenſium, Remiſſive.*
2 *Recenſentur ea, quæ in hac Conſtitutione pro Congregatione Camaldulenſium ſtatuuntur.*
3 *Camaldulenſibus hic conceditur privilegium, ut Cenſuris innodari non poſſint à Locorum Ordinariis.*
Similiter nec eorum Mercenarii, aut familiares ex eo, quod eis ad laborandum adjuverint in illis diebus, quibus alii feriantur. Ibidem.
4 *Regulares hodie tenentur ſervare dies feſtos, quos Epiſcopus in ſua Diœceſi ſervandos ſtatuit.*

HActenus plures Congregationes ſub Divi Bene- 1
dicti Regula à Sede Apoſtolica in propriis Conſtitutionibus approbatas vidimus, inter quas eſt Congregatio Camaldulenſium, confirmata ab Alexandro II. ut dixi *tom.* 1. *ad Conſtitut. unic. ejuſdem*, ubi quantum noſtri inſtituti ratio patitur, ejus originem, approbationem, ac alia illuſtravimus. In præſenti tamen nova occurrit occaſio de tali Congregatione 2
diſſerere, dum in hac Conſtitutione edita Viterbii anno 1258. Alexander IV. loca omnia hujus Congregationis univit ſub regimine Prioris Eremi Camaldulenſis, qui in perſonas ejuſdem juriſdictionem exerceret, cum conceſſione plurium privilegiorum, & ſuſceptione Eremi, ejuſque locorum ſub protectione Sedis Apoſtolicæ; licèt poſtea evenerit ſejunctio plurium locorum à dicti Eremi ſubjectione, ſub Congregatione nempe S. Romualdi, ut ex *Conſtitut.* 1. *Pauli III.* incip. *Rationi*, & *Conſtitut.* 2. *Leon. X.* incip. *Et ſi*, & etiam plures Congregationes ſub auſteriori diſciplina hujus Ordinis recenſui in *citat. Comment. Alexand. II.* ubi plura quoad ejuſdem Congregationis privilegia cumulavi, quæque etiam in hac Conſtitutione, ac aliis ſupra adductis recenſentur; ſed ea explicavi, vel explicabo in aliis Commentariis occaſione ſimilium privilegiorum aliis Religionibus conceſſorum, cùm hodiè videantur ferè omnibus Regularibus communia; ideò in hoc Commentario ſelegi explicandum privilegium conceſſum PP. Camal- 3
dulenſibus in §. 4. & 14. hujuſmet Conſtitutionis, nempe quòd non poſſint hujuſmodi Religioſi, aut eorum loca excommunicari, interdici, aut ſuſpendi à quocunque Archiepiſcopo, Epiſcopo, ſeu Judice Ordinario, nec non quòd excommunicati, interdicti, vel ſuſpenſi, mercenarii, vel familiares eorum à propriis Ordinariis, ex eo quòd aliqua obſequia eis ex charitate præſtiterint, vel ad laborandum adjuverint in illis diebus, in quibus ipſi Camaldulenſes laboraverint, & alii feriantur, nullæ ſint, nec ullæ literæ valeant ſuper hujuſmodi privilegiorum derogatione, niſi ſpeciali facta Camaldulenſium mentione. Facul- 4
tas autem, quæ hic quoad Camaldulenſes ſupponitur, laborandi diebus feſtis, intelligenda eſt de illis feſtis, quas Epiſcopus in ſua Diœceſi ſervandas præſcribit; quamvis eas etiam ſervare teneantur omnes Regulares poſt Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de regul. capit.* 12. ut infra dicam.

SECTIO UNICA.

De Privilegio Regularium, ut non valeant Cenſuris innodari ab Epiſcopis, aliiſque locorum Ordinariis.

SUMMARIUM.

1 *Camaldulenſes, aut eorum loca cenſuris innodari non poſſunt ab Ordinariis locorum.*
2 *Regulares, non obſtante generali exemptione, ſubduntur aliquando locorum Ordinariis.*
3 *In caſu* capit. volentes de privileg. in 6. *poſſunt Regulares puniri ab Ordinario, ſed non cenſuris.*
4 *Id privilegium habent omnes Regulares.*
5 *Cenſuræ latæ ab Epiſcopo in Regulares ſunt ipſo jure nullæ.*

6 Cen-

Digitized by Google

6 *Cenſuras ferre in Regulares perinde eſt, ac eas ferre in non Diœceſanos.*

7 *Cenſura lata contra Regulares privilegiatos, nec in foro externo ſunt ſervandæ; & quid ſi tale privilegium habeat perſona privata.*

8 *Regulares an poſſint ab Epiſcopo cenſuris innodari in iis caſibus, in quibus ei ſubjiciuntur.*

Affertur ſententia negativa, ejuſque rationes, Ibidem.

9 *Regulares quoad Prædicationem, aut Confeſſiones audiendas, ſubjecti ſunt Epiſcopo, & an poſſint puniri per cenſuras.*

10 *Epiſcopus poteſt Regulares declarare incurriſſe in cenſuram latam à jure, dummodo incurſio in eam ſit notoria, & quæ iſta dicatur.*

11 *Declaratio excommunicationis incurſæ non eſt actus juriſdictionalis.*

12 *Si incurſio in excommunicationem non ſit notoria, non poteſt Epiſcopus Regularem excommunicatum declarare.*

13 *Poteſt tamen Epiſcopus in hoc caſu præcipere Parochis, aliiſque de Clero, ne hunc excommunicatum admittant intra Eccleſias Diœceſis.*

14 *Epiſcopus in declarando Regularem excommunicatum, quatenus cenſeatur procedere judicialiter, vel non.*

15 *Regularis ſi ſit notoriè excommunicatus, poteſt ab Epiſcopo talis declarari, non obſtante quòd in hoc adfuerit citatio, & proceſſus.*

16 *Secùs ſi non ſit notoriè excommunicatus.*

17 *Epiſcopus declarare poteſt excommunicatum quemlibet exemptum notoriè talem.*

Epiſcopus in caſu Clem. 1. de Privileg. *poteſt Regulares declarare excommunicatos, etiam judicialiter. Ibidem.*

18 *Similiter in caſu* cap. dilecto de ſentent. excommunic. in 6.

19 *Epiſcopus poteſt Regulares excommunicare in quibuſdam caſibus à jure permiſſis, qui referuntur.*

20 *Conceſſa juriſdictione cenſentur conceſſa omnia ad eam expediendam conducentia.*

21 *Epiſcopus in caſibus, quibus ei conceditur coercere Regulares, id poteſt facere etiam per cenſuras.*

22 *Quod procedit etſi Regulares circa hoc ſpeciale privilegium obtineant.*

23 *Epiſcopus per cenſuras cogere poteſt Regulares ad ſervandum ea, quæ à* Tridentino ſeſſ. 25. *præſcribuntur.*

24 *Nec his obſtat textus in* capit. volentes de privileg. in 6.

25 *Eliditur argumentum deſumptum ex eo, quod Tridentinum aliquando expreſſerit cenſuras, aliquando omiſerit.*

26 *Dum Concilium exprimit cenſuras, in iis ferendis non eſt ſervanda forma ſubſidiaria.*

27 *Concilium dum aliquid injungit Regularibus non conceſſa executione Epiſcopo, hic non poteſt eos per cenſuras, aliaſve pœnas compellere.*

28 *Sed ſi Regulares contravenerint, puniendi ſunt à ſuis Superioribus.*

29 *Epiſcopus punire non poteſt Regulares adeuntes alium Epiſcopum pro ſuſceptione Ordinum.*

30 *Dum Epiſcopo conceditur facultas coercendi Regulares, poteſt uti cenſuris, etſi hæ expreſſæ non fuerint.*

31 *Regulares non ſervantes dies feſtos ab Epiſcopo præſcriptos, poſſunt ab eo per cenſuras puniri.*

32 *Similiter ſi renuant accedere ad proceſſiones.*

33 *Aut ſi in privatis domibus celebrent in Altari portatili, etiam ut Euchariſtiam miniſtrent Regulari infirmo.*

34 *Itidemque ſi infirmis Euchariſtiam deferant.*

35 *Epiſcopus in declarando exemptos incurriſſe in cenſuram juris, quomodo ſe gerere debeat.*

36 *Et quid ſi agatur de cenſuris ferendæ ſententiæ.*

37 *Regulares omnino ſubjecti Epiſcopis, ut eſt in parvis Conventibus, non fruuntur hoc privilegio.*

38 *Interdictum locale generale ſervandum eſt à Regularibus, non obſtante exemptione. Remiſſivè.*

39 *Servientes Regularium quatenus gaudeant privilegio, ut non poſſint ab Epiſcopo excommunicari.*

40 *Epiſcopus excommunicare poteſt ſervientes Regularium non ſervantes dies feſtos ab ipſo Epiſcopo indictos.*

EGregiam, quam omni tempore navarunt operam Regulares in Dominicam Vineam exemplo & ſermone excolendam, Sedes Apoſtolica ſpeciali benevolentia, ac perpetua munificentia ſemper proſequuta eſt. Hinc enim quamplurima privilegia eis conceſſa videmus in noſtro Bullario; inter quæ ſpeciali nota dignum eſt illud, quod Alexander IV. Camaldulenſibus conceſſit in §. 4. hujus Conſtitutionis, ut excommunicari, interdici, aut ſuſpendi, ipſi, aut eorum Miniſtri non valeant ab Epiſcopis, aliiſque Ordinariis; licèt enim generalem exemptionem ab Ordinariis ipſis conceſſiſſet, tamen voluit ſpeciali mentione illud rurſus impartiri; & non quidem 2 ſine ratione, cùm ſimplex exemptio non impediat quin aliquo caſu exempti non ſubdantur Ordinario; ut in caſibus expreſſis in *capit. volentes de privileg. in 6.* nempe ratione delicti in loco non exempto, vel rei ſitæ in ipſo, vel ratione contractus; & tamen in hujuſmodi caſibus poſſet exemptus puniri, 3 quamvis non pœna cenſurarum, præſertim ſi rurſus obtineat dictam exemptionem, quod expreſsè declaravit Innocentius IV. in Concilio Lugdunenſi relato in *citat. capit. volentes §. in eos;* ideò non mirum, ſi Alexander Innocentii Succeſſor Camaldulenſibus nedum privilegium exemptionis impertitus fuit, ſed etiam iſtud ſpeciale. Quia tamen exemptiones Regularium deinde latiores effectæ fuerunt, ita ut non interet limitatio *citat. capit. Volentes*, ob privilegia prægnantia obtenta ab aliquibus, vel per communicationem quoad alios, ut notavi *tom. 1. Conſtitutione 1. Paſchalis II. ſect. 1.* videtur etiam poſſe dici, eſſe ſuperfluum tale privilegium circa cenſuras in caſibus ſubjectionis in vim *citat. capit. volentes*. Nihilominùs cùm plures adſint caſus, in quibus Regula- 4 res ſubjiciuntur Epiſcopis ex Juribus ſubſequentibus; ideò tale privilegium eſt operativum, illudque habent Minores, Dominicani, PP. Societatis Jeſu, ac omnes Mendicantes, aliique Regulares, ſaltem per communicationem, ut latè apud Paſſerin. *de ſtat. homin. tom. 3. quæſt. 189. artic. 10. inſpect. 10. quæſit. 11. numer. 770.* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 3. diſp. 5. quæſt. 9.* Sanchez *de matrim. tom. 2. libr. 7. diſput. 33. num. 23.* Fagnan. *capit. tuarum num. 18. de priv.* Cardin. de Luca *diſcurſ. 1. de reg. num. 29.* & quoad Equites Hieroſolymitanos, & ſervientes, ex *Conſtitut. 9. Pii IV.* dixit Cardin. de Luca *diſcurſ. 4. numer. 3. in miſcell. Eccleſiaſt.* & quoad Minimos, Peyrin. *de privil. Minim. ad Conſtitut. 2. Sixti IV. §. 4. numer. 13. & 14.* Imò in *citat. capit. volentes §. in eos*, dicitur, omnes Regulares habere iſtud privilegium, ex quo 5 cenſuræ latæ ab Ordinariis contra tales exemptos ſunt ipſo jure nullæ, tum quia privilegium eſt notorium, & clauſum in corpore Juris in *citat. §. in eos*, tum quia adeſt in privilegiis decretum irritans, *cap. cum olim il 1. de privil.* ubi Gloſſ. *verb. non ligatum*, Gibalin. *de cenſur. diſquiſ. 4. quæſt. 3. num. 6.* Peyrin. *de privil. Minim. tom. 1. ad Conſtitut. 2. Sixti IV. citat. §. 10. num. 14.* Pelliccion. *quæſt. illuſtr. 8. §. 2. pag. 68.* ubi quòd cùm Regulares ſint exempti à lege Diœ- 6 ceſana, excommunicatio contra eos lata, diceretur lata contra non Diœceſanum, Gloſſ. *in citat. capit. volentes verb. nunquid de privileg. in 6.* Fagnan. *capit. tuarum numer. 45. & ſequen. de privil.* itaut non ſit à Regularibus neceſſariò allegandum tale privilegium, ut docent citati, & Murga *diſquiſ. moral. 10.*

Digitized by Google

ral. 10. *num.* 35. *&* 36. *cum ſeq. tom.* 2. Sanchez
cit. num. 23. *verſ. quod quantum ad hoc*, & talis ex-
communicatio lata contra hujuſmodi privilegia, nec
etiam in foro externo videtur ſervanda, quod fieri
deberet, ſi ageretur de privilegiis privatorum, quia tunc
eſſet ſervanda, donec plenè conſtiterit de privilegio,
Giballin. *cit. diſpu.* 4. *q.* 3. *num.* 7.

7 Sed nunquid Regulares, non obſtante eorum pri-
vilegio, poſſint Cenſuris plecti ab Epiſcopis, in caſi-
bus, quibus ipſis ſubjiciuntur, certant DD. Alii enim
dicunt non poſſe, ut apud Paſſerin. *citat. num.* 763. *&*
ſequen. Sanchez *de Matrim. citat. loco numer.* 23. *&*
ad Præcept. Decalog. tom. 1. *libr.* 2. *cap.* 1. *numer.* 14.
Lezana *in ſumm. tom.* 1. *cap.* 11. *numer.* 14. Lauret.
de Franch. *contr. regul. quæſt.* 17. Diana *tom.* 3. *tract.* 2.
de dub. regul. reſol. 76. *verſ. non deſunt*, idque ex plu-
ribus rationibus comprobant; & primò, quia ex ci-
tato textu in *cap. volentes*, apertè elicitur, quòd
etſi in tribus caſibus ibi expreſſis, Regulares exempti
tunc Epiſcopo ſubjiciebantur; tamen animadvertit ibi-
dem Pontifex in §. *in eos*, quòd non ex eo permitta-
tur procedere per cenſuras contra Regulares in hac
parte privilegiatos, cùm poſſet ſimul ſtare, ut Epiſ-
copus poſſit Regularium cauſas cognoſcere, eoſque
punire intra certam ſphæram; non autem per Cenſu-
ras contra eoſdem procedere, ut notat *Gloſs. citat.* §.
in eos ver. quantum ad iſta; quemadmodum in
præfatis tribus caſibus, nempe ratione delicti in lo-
co non exempto, contractus, & rei ſitæ, Epiſcopus
contra Regulares procedere poteſt aliis pœnis præ-
terquàm per Cenſuras; ita in aliis caſibus, in quibus
per Concilium, aliaſque Conſtitutiones juriſdictio
8 Epiſcopi fuit ampliata. Ulteriùs quia Concilium dum
voluit facultatem concedere Epiſcopis procedendi
Cenſuris, expreſſit, ut fecit in *cap.* 16. *ſeſſ.* 25.
de regul. ubi demandavit, ut omnia per Regulares
reſtituantur Novitiis, qui egrediuntur, & *cap.* 5.
ejuſdem ſeſs. ut Clauſuram Monialibus imponant,
& inobedientes compellant Cenſuris, & *ſeſſ.* 22. *in*
Decreto de vitandis, & obſervandis in celebrat.
Miſs. quòd non poſſint Regulares celebrare in
Oratorio privato, & horis non debitis; adeout
poſſint contra eos procedere per Cenſuras, ut di-
cam infra *numer.* 33. ita in *Conſtit.* 18. *Gregor. XV.*
incip. *Inſcrutabili tom.* 3. *Bullarii* impartitur facultas
procedendi contra Regulares, etiam per cenſuras, &
9 ſic elicitur diſcretivus modus, ut quatenus Conci-
lium, vel Papa voluit, ut cenſuris poſſint compel-
li, id expreſſit. Demùm quia cùm in Sacra Con-
gregatione Concilii ad inſtantiam PP. Societatis Je-
ſu in una *Angelopolitana* in Indiis Occidentalibus
novæ Hiſpaniæ fuerit propoſitum dubium: *An*
Epiſcopus poſſit cum Cenſuris procedere contra Re-
gulares exemptos, ſi inobedientes fuerint in Confeſ-
ſionibus audiendis, vel prædicatione verbi Dei, &
hoc an vigore Concilii Tridentini, vel per quem Ca-
nonem? S. C. anno 1647. reſpondit: *Poſſe procedere*
non quidem in vim Concilii Tridentini, ſed in vim
Conſtit. Gregorii XV. incip. *inſcrutabili Dei provi-*
dentia, quod decretum fuit confirmatum à fa. mem.
Innocentio X. in ejus *Conſtitutione* 32. incip. *Cum*
ſicut tom. 5. *Bullarii*, ſuper qua magnum funda-
mentum facit *Paſſerin. citat. loco*. Nihilominus etſi
Concilium Regulares quoad Confeſſiones, & præ-
dicationem verbi Dei, in pluribus Epiſcopo ſubjece-
rit; tamen non ex vi Concilii, ſed Bullæ prædictæ,
in qua expreſsè fuit data hæc facultas cenſuris plectendi,
poſſunt Epiſcopi iis uti contra privilegiatos.

10 His tamen non obſtantibus, plures caſus diſtin-
guendi ſunt. Siquidem aut agitur de declaratione
Cenſurarum à jure inflictarum, & tunc poterit Or-
dinarius exemptos quoſcumque etiam privilegiatos,
ut non poſſint excommunicari, declarare eos incur-
riſſe in excommunicationem contentam in Jure, vel
Conſtitutionibus Apoſtolicis, ut apud Diana *tom.* 3.
tract. 2. *de dub. regul. reſol.* 35. Genuenſ. *in praxi*
cap. 58. *numer.* 1. *impreſs. Venet.* ubi ita deciſum in
Curia Archiepiſcopali Neapolitana, Ricc. *deciſ. Cur.*
Neapol. 50. *& collect. deciſ. par.* 3. *collect.* 591. No-
var. *in Lucerna Regul. ver. excommunicare num.* 6. Ven-
trigl. *in praxi tom.* 1. *annot.* 48. §. *unic. num.* 34. & ibi
de Luca *num.* 5. §. *Ordinarius poteſt*, & alii apud Paſ-
ſerin. *cit. loco num.* 780. Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi alleg.*
105. *num.* 73. Fagnan. *cap. non poteſt num.* 12. *& ſeq. de*
ſent. & re judic. Card. de Luca *ad Conc. Trid. diſc.* 43.
num. 7. *& de Juriſd. diſc.* 29. *num.* 2. *& Miſcell. Eccleſ.*
diſc. 13. *num.* 22. *diſc.* 14. *num.* 4. Campanil. *in diverſ.*
Jur. Can. rubr. 12. *cap.* 16. *numer.* 42. Lauret. de Fran-
ch. *de controv. inter Epiſc. & Regul. quæſt.* 7. *verſ. con-*
traria opinio; quod tamen procedit, dummodò in-
curſio in Cenſuras ſit notoria, ut præfati DD. aſſe-
runt, ex ea quidem præcipua ratione, quòd talis 11
declaratio non ſit actus juriſdictionalis quoad exem-
ptos, neque fiat uti à Judice, ſed tanquam de-
nunciatore, & potiùs reſpicit actum neceſſarium
reſpectu populi Ordinario ſubjecti, quem monere
debet, ut Oves morbidas ſciat, ac exitiale earum
commercium evitet, ut notat Card. de Luca *de*
juriſd. citat. diſc. 29. *num.* 2. Si autem agatur de fa-
cto non notorio, aliter eſt dicendum; ſed animad-
vertendum, quòd dicta notorietas non debet reci-
pi, ut procedat tantùm in facto coram Populo
geſto; ſed quòd factum tale ſit, ut non valeat ad-
eſſe aliqua defenſio, vel in jure, vel in facto, Card.
de Luca *de juriſd. diſc.* 100. *numer.* 12. *& in Mi-*
ſcell. Eccleſ. diſc. 14. *num.* 6. nam ſi competeret, re-
quireretur formalis cauſæ cognitio ad cognoſcendum, an
adſit, vel ne incurſus Cenſurarum à lege comminata-
rum, ideò hoc nequit agere abſque vulneratione
privilegii; imò cùm in caſu incurſionis dubiæ poſ-
ſit populus eum non vitare, ceſſant partes Ordi-
narii eum declarandi, ut evitetur; hinc etſi aliqui di-
xerint, requiri notorietatem, id fuit ad explicandum,
ut non poſſit fieri ubi diſcuſſio intrat; & juxta hanc
diſtinctionem poſſunt plures Doctores conciliari, li-
cèt aliqui Morales, & Regulares ſibi blandientes,
contrarium omninò putent, ut apud cit. Paſſerin.
qui pro ſe adducit declarationem Sac. Congregationis
Concilii relatam per Fagnan. *cit. cap. non poteſt num.* 8.
de qua mox dicam.

Pro illuſtranda autem hac materia, diſtinguendi
ſunt termini declarationis, & denunciationis, quos
paſſim DD. confundunt, cùm tamen ſint actus om-
ninò diverſi. Denunciatio enim incurſionis in Cen-
ſuras à Jure latas eſt actus merè extrajudicialis, qui
nonniſi indirectè reſpicit excommunicatum exem-
ptum, directè verò reſpicit Populum ipſi Epiſcopo
ſubjectum, eò præſertim tendens, ut Populus ex ta-
li actu denunciationis cautus reddatur in morbida
pecude vitanda, quod ſanè non eſt juriſdictionem
in exemptum exercere, ſed ſolùm pœnam jam in-
curſam indicare, *leg. heredes palam* §. *quod verò ibi*
ff. de teſtament. & benè Felin. *citat. capit. non poteſt*
numer. 3. *verſic. facit*, Campan. *in diverſ. rubr.* 12.
capit. 16. *numer.* 42. *in fine*, Grat. *deciſ. aur. libr.* 2.
capit. 49. *numer.* 68. Cardin. de Luca *citat. diſcurſ.*
29. *numer.* 2. *verſic. denunciatio enim*; & facit ad rem
Textus in *canon. cura ſit* 20. 11. *quæſt. tertia*, ubi
quòd curæ eſſe debeat omnibus Epiſcopis, excom-
municatorum nomina ſuis Parochianis indicare, ea-
que in celebri loco poſita præ foribus Eccleſiæ cun-
ctis convenientibus inculcare. Declaratio autem in-
curſionis in Cenſuras importat actum judicialem
exercendum in ipſum excommunicatum, tum eum
citando, ſeu monendo in efformando proceſſu,
tum in elidenda aliqua exceptione ſive Juris, ſive
facti, quæ forſan opponi poſſet; ex quo fit ut ta-
lis actus exerceri nequeat, niſi ſuppoſita juriſdictio-
ne in eum, erga quem exercetur, præſertim ſi hic
habeat privilegium, ut non poſſit excommunicari.
Hinc ſequitur, ut Regularis, aut quiſquis alter à 12
juriſdictione Ordinaria exemptus, non valeat ab
Epiſcopo declarari excommunicatus, cùm hoc re-
quirat juriſdictionem in eum, qui excommunicatus
decla-

Digitized by Google

declaratur ; poſſit autem denunciari talis , cùm hic actus directè Populum reſpiciat . Idcircò ſi incurſio in Cenſuras ſit quidem publica , ſed non notoria , poterit Epiſcopus exemptum Populo denunciare excommunicatum , non autem per viam declarationis procedere ; nam dum incurſio eſt ſolùm publica , non notoria , declaratio fieri non poſſet , niſi aliqualem juriſdictionem aſſumendo pro verificatione facti ; ideo ad hoc evitandum , per ſimplicem denunciationem Epiſcopus procedere debebit . Quòd ſi incurſio in Cenſuras ſit notoria , poterit tunc Epiſcopus etiam per viam declarationis procedere , ex ea valida ratione , quòd tunc ceſſat qualitas illa judicialis conſiderata in primo caſu , quæque non permittitur contra exemptum ; cùm in caſu veri notorii non requiratur citatio , nec proceſſus , neque opponi poſſit aliqua exceptio ; & juxta hunc ſenſum debent intelligi aliqui Doctores , qui æquivocant , aliquando recipiendo denunciationem pro declaratione , itaut ſicuti iſta non datur contra exemptum , niſi in caſu notorio , ita nec illa poſſit fieri , niſi pariter in caſu notorio , prout confundere videtur Cardin. de Luca *citat. diſcurſ. 29. de juriſd.* ubi aſſerit , poſſe declarari , ſive denunciari . Quæ ſanè diſtinctio inter denunciationem , & declarationem , & inter factum publicum , ac notorium , elicitur ex pluribus Decretis Sacræ Congregationis Concilii . Quòd enim dum incurſio in cenſuras eſt ſolùm publica , non notoria , poſſit Epiſcopus tantùm denunciare , non autem declarare exemptum excommunicatum , reſolutum fuit in *Motulen. Juriſdictionis 13. Septembris 1675. libr. 39. Decretorum pag. 147. à ter.* ubi ad dubium : *An Epiſcopus potuerit declarare incurſum in cenſuras contentas in Can. ſi quis ſuadente Diabolo 17. quæſt. 4. Sacerdotem N. Subcollectorem , qui lethale vulnus publicè intulit alteri Sacerdoti* . Reſpondit : *Negativè quoad declarationem , poſſe autem denunciare , juxta declarationem aliàs editam die 21. Julii 1663. ſequentis tenoris . Marſicen. Juriſdictionis . Ut ſubditos ſuos à commercio , & communione cum iis , qui excommunicationis titulo ſunt obſtricti , legitimè retrahere poſſit , prout Eccleſiaſtica diſciplina poſtulare videtur , ſupplex quærit Epiſcopus : An ſibi liceat , Collectores D. Nuncii Apoſtolici publicos , & notorios Clericorum percuſſores , quamvis ab Ordinarii juriſdictione exemptos , excommunicatos denunciare* . Sacra Congregatio cenſuit : *Licere* . Similiter in *Eyſteten. 28. Auguſti 1649. libr. 18. Decretor. pagin. 667.* cenſuit : *Commendatorem Oppidi Elliagani Ordinis Theutonici , unà cum complicibus , incidiſſe ipſo jure in cenſuras ob retentionem , & carcerationem Sacerdotis N. illoſque potuiſſe ab Epiſcopo nedum moneri , verùm etiam denuncia-*
13 *ri , ut ab aliis evitentur* . Ioque clariùs elicitur ex reſolutione adducta per Fagnanum *citat. capit. non poteſt numer.* 8. ubi refert , quòd cùm quidam Eques Hieroſolymitanus ſuum Parochum publicè alapa percuſſiſſet , & citatus ab Ordinario ſua privilegia oppoſuiſſet , adeout quamvis ipſo jure excommunicatus eſſet , cum omnibus tamen converſaretur : re ad Congregationem Concilii delata , hæc cenſuit , non poſſe Ordinarium exercere in eum ullam juriſdictionem , neque excommunicando , neque declarando excommunicatum , quia ex privilegio exemptus eſt , ut in *capit.* 11. *ſeſſion.* 24. Concilii Tridentini ; tamen ex quo ipſe ob talem percuſſionem incidit in excommunicationem *canon. ſi quis ſuadente* , poſſe Epiſcopum præcipere omnibus Parochis , & Canonicis , & aliis Sacerdotibus , ne eum admittant intra Eccleſias eidem Epiſcopo ſubjectas . Quòd autem dum incurſio in Cenſuras eſt notoria , poſſit Epiſcopus etiam declarare exemptos excommunicatos , reſolutum fuit in *Mileten. Synodi 27. Novembris 1694.* in qua cùm Epiſcopus in Synodo edidiſſet decretum his verbis : *Ubi verò caſus ferat , ut Regulares propter eorum delicta extra Conventus , & Monaſteria incurrerint Cenſuras à Sede Apoſtolica latas , declarentur per Curiam noſtram* . Sacr. Congregatio reſpondit : *Affirmativè , ſi notoria ſint delicta* , & in *Neapolitana 18. Aprilis 1693.* ubi cùm Abbas S. Mariæ Patientiæ nuncupatæ de Cæſarea , alapa percuſſiſſet Sacerdotem Sæcularem , atque à Curia Archiepiſcopali declaratus fuiſſet incidiſſe in Cenſuras latas in *can. ſi quis ſuadente Diabolo 17. quæſt.* 4. quique Abbas erat exemptus , diſputato dubio II. *An Abbas exemptus à juriſdictione ordinaria potuerit ab Eminentiſſimo Archiepiſcopo declarari incidiſſe in cenſuras latas à jure* ; Sacr. Congregatio reſpondit : *Affirmative , ſtante facti notorietate* . Unde firma remanet præfata diſtinctio caſuum à nobis adducta , ut poſſit quidem denunciari quotieſcumque vera ſit incurſio , & vitandus ſit excommunicatus ; non poſſit tamen fieri declaratio , quem incurriſſe , niſi factum ſit notorium , ut procedit Cardin. de Luca *citat. diſc.* 29. *de Juriſdictione* , in caſibus ibi relatis , & in *Meſſanen. anno 1653. in Sacra Congregatione Immunitatis* contra Equitem Hieroſolymitanum habentem privilegium ne poſſit excommunicari , reſcribens validam fuiſſe declarationem factam ab Archiepiſcopo , quia agebatur de facto notorio percuſſionis Promotoris Fiſcalis in Sacris conſtituti , ut notat Card. de Luca *ibidem numer.* 3. *in fine* , & *diſcurſ.* 100. *de Juriſdictione numer.* 12. §. *ſuper hoc* . Tamen in hac re principaliter inſpici debet , an Epiſcopus tantùm denunciet , ſive indicet aliquem eſſe excommunicatum , an verò talem eſſe declaret . In primo enim caſu non fertur judicium in exemptum , ſed potiùs actus reſpicit Populum ſubjectum , quem monere debet , ut oves morbidas noſcat , ac exitiale earum commercium evitet , & proinde poterit eum denunciare , hancque præ foribus Eccleſiæ ponere cunctis convenientibus , quatenus excommunicatis ubique Eccleſiaſticus aditus excludatur , & excuſationis cauſa omnibus auferatur , ut habetur in *citat. Can. curæ ſit* 11. *quæſt.* 3. In ſecundo autem caſu , judicium fertur in reum , declarando , an adſit , necne incurſus cenſurarum ; quod ceſſat in caſu notorii , ubi tale judicium non fit , ſed veritas ex ſui natura inſurgit ; quod etiam dicerem , ſi ſecluſa ſtricta qualitate notorii , conſiderata à Doctoribus in certo perſonarum præſentium numero , factum ſit ita certum , ut nullam cauſæ cognitionem exigat , ut conſiderat Cardin. de Luca *citat. diſcurſ.* 100. *numer.* 12. §. *ſuper hoc* .

Difficultas tamen eſt in inſpiciendo , quatenus Or- 14
dinarius in declaratoria cenſeatur procedere judicialiter , ſivè potiùs abſque figura judicii , ex quo juriſdictionem exercere non cenſeatur ; in qua re aliqui conſiderant , ſi fiat proceſſus , ſi adſit citatio , vel inſtantia partis , ſeu Promotoris ; nihilominùs veritas eſt attendenda potiùs , quàm formalitas ; ſi enim factum fuerit notorium , & certum , itaut aliqua exceptione elidi nequeat ; tunc etſi fiat citatio , quæ ſecundùm aliquos etiam requiritur in denunciatione Cenſuræ Juris , ut apud *cit.* Fagn. *à num.* 23. Felin. *cit. num.* 3. *& ſeq.* non tamen diceretur procedere judicialiter , neque hæc citatio arctaret comparen- 15
tem ad deducendas exceptiones , ſed potiùs ut reſipiſcat ; nulla enim exceptio in facto notorio poſſet dari , & ſic non dicitur actus judicialis , prout ſi fiat aliqualis proceſſus pro inſtructione animi judicantis , non autem pro forma judiciali ; ita quoad inſtantiam , quæ potiùs ſit loco denunciationis requiſitæ , ut Ordinarius ſciat factum ſequutum fuiſſe . Si autem factum non ſit notorium , itaut requiratur probatio judicialis , & proceſſus , vel poſſit adeſſe juſta exceptio Cenſuræ , vel ob teſtes deponentes , vel ex jure , ut eſſet in caſu *can. ſi quis ſuadente* , ſi fuerit adhibita juſta 16
moderatio inculpatæ tutelæ ; tunc omnes prædicti actus , qui vel ex urbanitate , vel pro extrajudiciali actu haberi poſſunt , dicuntur neceſſarii , & judiciales , & ſic non permiſſibiles contra privilegiatos , ut latè præ cæteris examinat Card. de Luca *miſcell. Eccl. diſc.* 14. *num.* 4. *&* 6. ubi de annullatione Cenſurarum latarum ab Epiſcopo per viam declarationis contra

Equitem Hieroſolymitanum, qui bona cujuſdam Eccleſiæ occupaverat, quia verè dubitabatur de incurſione ob delictum, & ibi benè caſum à caſu diſtinguit, *& diſc.* 21. *num.* 6. *&* 9.

17 Item ex eadem ratione procedere poteſt Ordinarius contra exemptum in declaratione Cenſurarum Juris. Ita in *Clem.* 1. *de privil.* datur facultas procedendi contra Regulares, declarando eos incurſos in excommunicationem ibi contentam, in exercitio Curæ animarum ſe intromittentes ſine licentia Parochorum; & ut notant DD. ibidem, & apud Paſſerin. *citat. numer.* 782. id eſt ſpeciale, ut fieri poſſit etiam actu judiciali, cùm ibi dicatur: *Quos etiam locorum Ordinarii, poſtquam de hoc eis conſtiterit, excommunicatos faciant publicè nunciari, nullo Religioſis eiſdem ſuper hoc exemptionis, vel alio privilegio ſuffragante*: *&* Gloſſ. marginalis ait: *Ergo ad inſtantiam Promotoris, ſeu Parochi citari poſſunt coram Officiali Diœceſani, viſuri Cenſuras incurriſſe*; hinc non benè inferunt Regulares, quòd cùm fuerit hæc declaratio permiſſa in caſu *cit. Clementinæ*, ſit in aliis denegata; quia ibi permiſſa fuit forma Judicialis, quam certè ſervare non poſſunt Ordinarii in aliis caſibus, niſi à Jure communi, vel Conſtitutionibus Apoſtolicis ſit expreſſum.

18 Hinc ex eadem ratione poterunt Ordinarii eoſdem privilegiatos, vel exemptos excommunicare in caſu *cap. dilecto de ſentent. excommunic. in* 6. quia tunc ceſſante forma judiciali, dicitur potiùs actus privatus, & extrajudicialis vim vi repellendo, quod exercere poteſt etiam in omninò exemptum, cùm alia arma, quàm iſta ſpiritualia ei non ſuppetant, nec facilis ſit recurſus ad Superiores, ut latè explicavi *tom.* 1. *ad Conſtitut.* 1. *Leonis IX. ſect.* 2. & in his terminis docuerunt DD. apud Cardin. de Luca *ad Concil. Trid. diſc.* 43. *num.* 12. *& de juriſd. diſc.* 47. *&* 48. *& diſc.* 65. *num.* 15. *de reg. & Miſcell. Eccleſ. diſcurſ.* 14. *numer.* 13. & quoad alias pœnas etiam carcerationis in Monachum Ciſtercienſem lacerantem edicta Epiſcopi, & turbantem ejus juriſdictionem, idem Card. de Luca *diſc.* 36. *de juriſd. & diſc.* 29. *numer.* 4. *&* 5. Genuenſ. *in praxi citat. cap.* 59. ubi ita ſervari; imò cùm id locum habeat etiam contra laicos, qui ſunt exempti eorum natura, eò magis poteſt ſervari in Regularibus, qui habitualiter, & ob nativam qualitatem ſunt ſubjecti Ordinariis, præciſis privilegiis, ut latè dixi *tom.* 1. *ad Conſtit.* 1. *Paſchalis II. ſect.* 1. & erga quem debent ſervare jus reverentiale, ac in pluribus ſubduntur, ita ut innumeri ſint caſus talis ſubjectionis, ut dicam; & ſic non eſt neceſſe, quòd dicatur notorium delictum, ut conſtet per rem judicatam, vel confeſſionem partis, Ugolin. *de irregul. capit.* 47. §. 1. *in princip.* Paſſerin. *loc. citat.* & alii; nam ſufficit, ut poſſit elici delictum abſque diſcuſſione cauſæ, quia tunc intrat implicita confeſſio ejuſdem.

19 Alius caſus eſt, quando agitur de excommunicatione, aliaque Cenſura fulminanda ab homine, & adſit præciſa facultas Sedis Apoſtolicæ eam infligendi non obſtante privilegio, & tunc certè quòd poterit fieri, ut in *cit. Clement.* 1. *de privil.* & in nonnullis caſibus à Concil. Trid. *loco ſupracit. num.* 8. præſcriptis, ubi etiam Cenſuris ab Epiſcopis Regulares plecti poſſunt, nec Regularibus in iis caſibus ſuffragantur privilegia, utpotè revocata in fine *citat. ſeſſ.* 25. Ita in caſu *Conſtit.* 7. *Gregorii XV.* incip. *Inſcrutabili*, in qua habetur, poſſe Epiſcopum Cenſuris ſubjicere exemptos, & in *Conſtit.* 7. *Gregor. XIV.* incip. *Cum*
20 *aliàs*, in quibus præciſè conceditur facultas cenſurandi, quæ aliàs eſſet fruſtratoria, niſi eſſet contra hujuſmodi privilegium habentes; cùm alioqui conceſſa juriſdictione, cenſeantur data ea omnia, quæ ſunt neceſſaria ad eam expediendam, *leg.* 2. *ff. de juriſd. omn. judic. cap.* 1. *de offic. delegati*.

Si autem Concilium, ſive aliqua Conſtitutio abſque expreſſione Cenſurarum facultatem Epiſcopo concedat in aliquo caſu cogendi Regulares, dubitari poteſt an etiam per Cenſuras id præſtare poſſit. Et certum
eſt, etiam Cenſuris uti poſſe, niſi habeant privile- 21
gium contentum in hac Bulla, ut omnes communiter dicunt ex eadem ratione, quia cenſetur data facultas eos coercendi omnibus pœnis Canonicis, prout in ſubditos, aliàs eſſet juriſdictio fruſtratoria, & cùm tollat obicem exemptionis, in tali caſu remanet partialiter in eo Regularis proprio Epiſcopo ſubditus, ut erat ante exemptionem, Paſſerin. *citat. numero* 763. Cardin. de Luca *citat. diſc.* 29. *numer.* 7. Sed
major difficultas eſt, ſi agatur de Regularibus, ac 22
aliis habentibus ſpecificam iſtam exemptionem, ut non poſſint cenſurari; & dico etiam in hoc caſu poſſe Epiſcopum procedere ad Cenſuras, aliàs fruſtratoria daretur facultas à Concilio cogendi Regulares, ſi diminueretur modus magis proficuus, ut eſt via Cenſurarum, cùm conceſſa juriſdictione, cenſeatur conceſſus modus ea utendi, ut dixi ſuprà *num.* 20. & pluribus citatis Rota *deciſ.* 253. *numer.* 1. *& ſeq. part.* 6. *recent.* D. Thom. 5. *polit. lect.* 12. ubi quòd de facili contemnitur, qui non timetur, & Gloſſ. *in capit. ſignificaſti verbo reſiſtentibus de offic. judic. deleg.* ibi: *Quos poteſt excommunicare, cùm habeat coercitionem, aliàs talis executio deluſoria videretur*; & in *capit. ex literis* 29. *eodem titul.* Murga *ad Conſtitut. Apoſtolic. Conſtitut.* 2. *Cæleſtini III.* §. 8. *numer.* 35. in aliis enim pœnis difficilis eſt executio, nam quoad pœnas pecuniarias, nequeunt eis imponi; quoad privationem ab officiis, & muneribus eam non facilè Regulares exequuntur; & quoad carcerationem etiam faciliùs
eam eliderent. Unde cùm Concilium voluerit enixè, 23
ut Regulares ſervent omnia prædicta, & Epiſcopo injungat, ut curet ſervari, & ad hunc effectum in fine *citat. ſeſſ.* 25. omnibus privilegiis verbis ampliſſimis deroget, non videtur dubitandum plenariam poteſtatem Epiſcopis conceſſiſſe, & in iis ſubditos Regulares effeciſſe, etiam quoad cenſuras in ſubſidium, ut docent citat. Campanil. *rubr.* 12. *capit.* 13. *num.* 166. Novar. *in Lucerna Regul. reſolut.* 7. *quæſt.* 6. *numer.* 9. Ventrigl. *citat. capit.* 48. *num.* 135. Cardin. de Luca *citat. loc.* & præſertim *diſcurſ.* 14. *numer.* 11. *Miſcell. Eccleſ. & diſc.* 100. *&* 104. *de juriſd.* qui omnes aſſerunt ita in praxi ſervari, Vener. *in examin. Epiſcop. libr.* 6. *capit.* 8. *numer.* 13. Franceſ. *part.* 2. *quæſt. paſt.* 10. & alii apud citat. Paſſerin. *numer.* 763. Barboſ. *ad Concil. Trident. capit.* 12. *num.* 1. *ſeſſion.* 25. *de regul.* cùm paſſim procedatur per Cenſuras, præſertim per Interdictum Eccleſiarum Regularium.

Nec obſtant, quæ Auctores Regulares, præſertim Paſſerinus, in contrarium adducunt, de quibus ſupra
num. 8. Nam quoad *citat. cap. volentes* §. *in eos*, non 24
procedit, niſi in dictis caſibus, quibus exempti poterant conveniri coram Ordinariis, non autem in aliis caſibus, in quibus potiora jura Concilii Tridentini, vel Apoſtolicarum Conſtitutionum Regulares Epiſcopis ſubjecerunt, de quibus caſibus plenè apud citat. Barboſ. *allegat.* 105. & Campanil. ac Ventrigl. ubi ſupra, & ulteriùs adeſt diverſa ratio, nam tempore *citat. capit. Volentes*, quod prodiit in 13. ſæculo, non erat ita ampla exemptio Regularium, ut deinde evenit etiam cum derogatione citati Textus, ut aliàs dixi, unde cùm poſita majori exemptione non ſit ita facile Epiſcopis in eos animadvertere, mirum hoc eſt, ſi in caſibus permiſſis uti valeant Cenſuris, utpotè magis proficuis.

Nec itidem obſtat, quòd Concilium aliquando 25
Cenſuris etiam plecti poſſe exemptos per Ordinarios expreſſerit; quia non exinde prohibitum cenſetur in aliis caſibus; talis enim expreſſio in iis caſibus fieri valuit ad oſtendendam enixam voluntatem Concilii cupientis omnimodam executionem eorum, quæ ibi præcipit, vel ut inferri valeant Cenſuræ directè; quemadmodum idem Concilium paſſim etiam exprimit contra Eccleſiaſticos ſæculares [illegible] per cenſuras, ut eſt in *ſeſſ.* 23. *capit.* 1. cor[illegible] [illegible]os, & alios non reſidentes, ubi liberum [illegible]

per

Digitized by Google

per Cenſuras Eccleſiaſticas, vel per ſubtractionem
fructuum procedere, & in *c. 18. eadem ſeſſ.* ubi de
cogendo ad contributionem Seminarii per Cenſuras
26 Eccleſiaſticas, ac alia juris remedia; quod factum
eſt, ut intelligatur, non eſſe in his caſibus neceſſa-
riam formam ſubſidiariam in Concilio præſcriptam in
excommunicatione ferenda, juxta *cap.3. ſeſſ.25. de
refor.* de qua forma dixi *tom. 1. ad Conſtit. 1. Leoni
X. ſect. 3. num. 68. cum ſeqq.* Et demum reſolutio ad-
ducta à Paſſerino *in cit. Angelopolitana*, in qua ma-
gnum feſtum facit, nihil obſtat, quia ſunt plura loca
27 Concilii Tridentini, in quibus injungitur Regulari-
bus aliquod, ſed ultra non progreditur, ut Epiſco-
pus cogat, vel exequatur; & tunc Regulares licèt
teneantur ad illa, tamen nequeunt cogi per Epiſco-
pum, ſed per proprium Superiorem, & Judicem
competentem, ut latè Fagnan. *cap. cum Capella nu-
mero 18. ad finem de privil.* Hinc ideò fuit edita *cit.
Conſtitutio Gregorii XV.* incip. *Inſcrutabili* ab eodem
Fagnan, extenſore ibidem relata, ut ſcilicet concede-
retur Ordinariis facultas cogendi pœnis, & cenſuris
Regulares, qui non ſervabant decreta Concilii quo-
ad Confeſſiones audiendi facultatem recipiendam ab
ipſis Ordinariis, ut in *cap. 15. ſeſſ. 23. de refor.* &
quoad prædicationem, ut requiratur licentia Epiſco-
pi, vel benedictio solùm, ſi ſit in propria Eccleſia
juxta *cap. 2. ſeſſ. 25. cap. 4. ſeſſ. 24. de refor.* itaut
quoad hoc fuerit neceſſaria præſata Conſtitutio; un-
de mirum videri non debet, ſi in dicta cauſa *Angelo-
politana* reſolutum fuit, poſſe Epiſcopum in Regula-
res privilegiatos per cenſuras procedere, non quidem
in vim Concilii; ſed prædictæ Conſtitutionis; nam
Epiſcopis in iis caſibus non conceſſit Concilium fa-
cultatem procedendi contra Regulares, nec per Cen-
ſuras, nec per alias pœnas, ut ex declaratione Sacræ
Congregationis advertit Fagnan. *cit. num. 21. & 22.*
Adverto ulteriùs, quòd in *cit. Angelopolitana* ageba-
tur de PP. Societatis Jeſu, qui ex *Conſt. 48. Pauli
III.* §. 28. habebant facultatem Sacramentum Pœni-
tentiæ inconſultis Rectoribus adminiſtrandi; & ex
Conſtit. 95. Gregor. XIII. poterant abſque licentia
prædicare; ideò his ſtantibus, conſultò dictum fuit,
non in vim Concilii, ſed citatæ Conſtitutionis Gre-
gorii XV. cogi eos poſſe, ſubmovendo ſcilicet privi-
legia, quorum prætextu iidem Patres ſimilia facie-
bant in Indiis, ut refertur in *cit. Conſtit. 32. In-
noc. X.*

28 Ex hactenus dictis firmum remanet, poſſe Epiſ-
copos in Regulares per cenſuras procedere, non ſo-
lùm dum ejuſmodi facultatem eis Concilium expreſsè
concedit, ſed etiam dum dicit, eos poſſe Regulares
cogere, vel punire, quamvis cenſuræ non expri-
mantur; ſecùs autem ſi Regularibus aliquid injungat
nulla facta mentione coactionis, vel pœnarum, ut
mox dixi; nam hoc poſteriori caſu, cùm præceptum
dirigatur in ipſos Regulares, remanet ut cogantur,
ſive puniantur ab eo, cui ſunt ſubjecti, ſcilicet à
ſuis Superioribus Regularibus. Ita in ſimili, quia
iiſdem Superioribus ex Decreto Clementis VIII. quod
retuli *tom. 1. ad Conſtit. un. Urbani II. ſect. 2. num.
4. & ſeqq.* injunctum eſt, ut dimiſſorias ſuis ſubditis
concedendas dirigant Epiſcopo Diœceſano, ſi fuerit
præſens, & ordinationem habuerit; tamen quia De-
cretum ultra præceptum non progreditur ad coactio-
29 nem, vel pœnas, ſequitur, ut Epiſcopus Diœceſa-
nus nequeat punire illud non ſervantes. Unde aliàs
Epiſcopus imponens in Synodo pœnas contra Supe-
riores Regulares prædicto Decreto contravenientes;
Sacra Congregatio Concilii noluit approbare pœnas,
ſed tantùm confirmavit Decretum Epiſcopi ad teno-
rem Decreti Clementis VIII. in *Meliten. Synodi 27.
Novembris* 1694. quam retuli in *cit. ſect. 2. num. 5.*
ubi per errorem Impreſſoris adſcribitur ad annum
1693. Ita in *Miden. 24. Auguſti* 1686. *lib. 36. De-
cret. pag.* 419. cùm Epiſcopus pro obſervantia Decre-
ti Clementis VIII. impoſuiſſet pœnam ſuſpenſionis,
eadem S. C. reſpondit, Decretum Epiſcopi eſſe con-
firmandum ad formam Decreti Clementis VIII. & fa-
cit Rota *dec. 146. num. 2.* cor. Buratt.

In priori autem caſu, dum ſcilicet conceditur 30
Epiſcopo facultas cogendi, ſeu coercendi, etſi non
exprimantur Cenſuræ, poſſe Epiſcopum uti iis con-
tra Regulares, pluries reſpondit Sacr. Congreg. Con-
cilii, nedum in reſolutionibus ſupra relatis, & in
Nebien. 7. Febr. 1633. *lib.* 14. *Decret. pag.* 571. ſed
etiam in aliis, quæ fruſtratoriæ fuiſſent, ſi in caſibus,
in quibus Epiſcopus poteſt coercere eos, id per cen-
ſuras præſtare non poſſet, cùm iidem vel per ſe, vel
per communicationem præfatum privilegium ha-
beant, Genuenſ. *in praxi cit. cap. 59. num. 9.* contra
Sanchez *de matrim. libr. 7. diſput. 33. num. 22. &
ſeqq.* Hinc cùm Concil. Trid. *ſeſſ. 25. de Regul. cap.* 31
12. ſtatuerit, ſervandos eſſe à Regularibus dies fe-
ſtos, quos Epiſcopus in Diœceſi ſua ſervari præcepe-
rit, Sacra Congregatio reſolvit, poſſe Regulares per
Epiſcopum ad id compelli per Cenſuras, in *Hoſtien.*
31. *Junii* 1627. apud Barboſ. *ad cit. cap. 12. num. 7.
& de poteſt. Epiſcop. alleg. 105. num. 41. & in Sum-
ma Apoſt. deciſ. collect.* 351. Similiter in *cit. ſeſſ. 25.
cap. 13.* habetur, poſſe Epiſcopum Regulares ad ac- 32
cedendum publicis Proceſſionibus compellere, &
quamvis ibi nulla Cenſurarum mentio fiat, eas ta-
men adhiberi poſſe reſolvit Sacra Congregatio Ri-
tuum in *Ferrarien. 27. Julii* 1609. *& in Toletana* 4.
Junii 1615. & pluribus citatis, Barboſ. *ad cit. cap.
13. num. 19.* Gratian. *deciſ. March.* 232. *numero* 15.
Ciarlin. *contr. forenſ. cap. 50. num. 21. lib. 1.* Card.
de Luca *de juriſd. diſc. 100. num. 2. & 12. cum ſeqq.*
Genuenſ. *in praxi c. 59. num. 9.* ubi ſervari in praxi,
quòd contra Regulares expediantur edicta cum pœ-
na Interdicti earum Eccleſiarum. Et Sacra Congre- 33
gatio Concilii in *Meſſanen. Privilegii 20. Septembris*
1698. *lib. 48. Decret. pag.* 471. ubi propoſitis du-
biis. I. *An Regularis Theatinus potuerit licitè erigere
Altare portatile, Sacrum peragere, & Sanctiſ-
ſimum Viaticum miniſtrare alteri Regulari infirmo in
domo privata illius conſanguineorum abſque licentia
Ordinarii, aut Parochi. II. An poſſit Ordinarius in
hoc, & ſimilibus caſibus procedere contra Regulares,
etiam ad Cenſuras.* Reſpondit: *Ad I. Negativè. Ad
II. Affirmativè, ſed in præſenti non moleſtandum*, &
in *Baren. Cenſurarum 15. Decembris* 1696. *lib. De-
cret. 46. pag. 509. à terg.* propoſito dubio: *An Cen-
ſura lata ab Archiepiſcopo contra exemptos ſuſtinean-
tur*, reſpondit *Affirmativè*; agebatur enim de prohi-
bitione facta, ne ſepeliretur cadaver publici concubi-
narii, & in *Mechlynien. 22. Auguſti* 1643. *lib. Decr.
17. pag.* 219. declaravit ſuſtineri edictum Epiſcopi, 34
ne Regulares ſub cenſurarum pœna Euchariſtiam de-
ferant infirmis, & in *Neapolitana 18. Novembris*
1645. ac aliis relatis per Pignatell. *conſult. 163. tom.
1.* & in alia *Neapolitana* quoad Regulares accedentes
ad Monaſteria Monialium, Card. de Luca *diſc. 16.
Miſcell. Eccleſ.*

Tamen propoſita facultas in Epiſcopis ita eſt reci- 35
pienda, ut parcè ea utantur, & quatenus fieri poteſt
in ſubſidium, quatenus alio modo occurri facilè non
poſſit, & quatenus agatur de re id exigente; nam
non cenſetur pro re levi id concedi in præjudicium
aliarum perſonarum, ſeu Regularium, & non totius
Ordinis, ut eſt textus in *cap. ne aliqui de privil. in
6.* edita decretali à Clemente IV. poſt *cit. cap. volen-* 36
tes, itaut modificet privilegia hujuſmodi etiam po-
ſtea conceſſa, Paſſerinus *ibid.* ſi tamen privilegium
ſit conceſſum Regibus, Reginis, ſeu eorum filiis,
non comprehenduntur in limitatione. Verùm Regu-
lares videntur omnes vel per ſe, vel per communi-
cationem, hujuſmodi privilegium habere, ut dixit Paſ-
ſerin. *loc. cit. num. 3. & de ſtatu hom. cit. num.* 763.
Murga *ad Conſtitutiones Apoſtolicas Conſtit. 2. Cœle-
ſtini III.* §. 2. *numer. 6. & ſeq.* Kokier. *de juriſd. in
exemptos part. 4. quæſt. 14. num.* 18. Ita tale privile- 37
gium non comprehendit eos, qui ſubduntur plenariè
Epiſcopo in Eccleſiis ſubjectis, ut in *cit. cap. volen-
tes*, §.

Digitized by Google

tes, §. *in eos*, determinatur, ut eſſet caſus in parvis Conventibus, qui ſubduntur Epiſcopo ex *Conſtit. Innoc. X.* incip. *Inſtaurandæ*, ut notat Card. de Luca *diſc.* 36. *num.* 4. *de juriſdictione*, ex dicta ratione *cit.*
38 *cap. volentes*, §. *in eos*, ex ſubjectione plenaria Ordinariis; & demum non intrat iſtud privilegium, ſi interdictum ſit locale totius loci, ſeu Civitatis, quod tenentur ſervare, ne populi in iis audiant Divina, *cap. Epiſcoporum* 8. *de privil. in* 6. & demandavit Sacr. Concil. Trident. in *cap.* 12. & 22. *ſeſſ.* 25. *de regul.* & dixi *tom.* 2. *Conſtit.* 2. *Anaſtaſii VI. ſect.* 3.

39 Quo verò ad ſervientes hujuſmodi privilegiatorum, an idem privilegium obtineant, ne poſſint cenſurari, dico quòd cùm vel ex ſpecialibus privilegiis, vel ex communicatione, hujuſmodi privilegiativa qualitas eſt etiam conceſſa ſervientibus, licèt in hac Bulla non fiat mentio, niſi in alio caſu, de quo infra; quidquid ſit, an privilegium ſit acceſſorium ſervis, & familiaribus, Abb. *in cap. nullus de foro compet.* ubi Add. *lit. D.* Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 336. *num.* 10. Gratian. *deciſ. Marchia* 233. & in *addit. & diſcep.* 340. Sperell. *deciſ.* 128. *num.* 17. & *ſeq.* ſeu potiùs comprehendantur nomine Religioſorum, *Clem. Religioſi* §. *ſanè de privil.* Tamburrin. *de jure Abb. tom.* 2. *diſp.* 6. *numer.* 4. tamen ſemper intelligi debet pro iis ſervientibus, qui habent tria requiſita, ut ſcilicet actu ſerviant, intra Monaſterii Clauſtra reſideant, & ſub Superiorum Regularium obedientia maneant, juxta *cap.* 11. *ſeſſ.* 25. *de Regul.* Murga *loc. cit.* §. 4. *num.* 18. Tamburr. *cit. diſp.* 6. *q.* 16. Suarez *tom.* 4. *de Relig. tract.* 3. *lib.* 9. *cap.* 4. *numero* 11.

40 Denique quoad privilegium conceſſum his Regularibus, ut non poſſint cenſuris ſubjici ſervientes in diebus feſtis, ſi in eorum Conventibus ipſi non ferientur, fruſtratorium eſt ex dictis, quia tenentur Regulares ſervare dies feſtos ab Epiſcopo indictos, ut ſupra dixi ex Sacr. Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *capit.* 12. *de Regul.* ubi Barboſa *num.* 13. Lauret. de Franch. *de contr. inter Epiſc. & Regul. quæſt. ſexta*, *verſ. ſexto fallit*, Barb. *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 105. *numero* 32.

CONSTITUTIO XII.

ALEXANDRI IV.

incipiens (*Quod ſuper.*)

EPITOME BULLÆ.

ALEXANDER FRATRIBUS ORDINIS Minorum Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis præſentibus, & futuris.

NOnnulla dubia ad Inquiſitionis negotium pertinentia, Inquiſitoribus proponentibus, Pontifex hic declarat.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Inquiſitores habent privilegium interpretandi ſtatuta contra hæreticos edita, & quatenus eo utantur.*
2 *De pluribus in hac Conſtitutione contentis. Remiſſivè.*
3 *Proponuntur tractanda in hoc Commentario.*
4 *Relapſi antiquitùs ad pœnitentiam recipiebantur, ſed contrarium poſtea fuit ſtatutum, & qua ratione.*
5 *Relapſus non cenſetur, niſi qui in hæreſim ſolemniter abjuratam relabitur.*
6 *Et quid ſi abjuravit coram ſolo Epiſcopo, irrequiſito Inquiſitore, aut è contra. Remiſſivè.*
7 *Referuntur nonnullæ hæreſes, in quibus ob primum lapſum quis uti relapſus punitur.*
8 *Relapſus cenſetur, qui incidit in hæreſim, à qua priùs ſe purgaverat, ob diffamationem vehementem, licèt non abjuraſſet.*
9 *Purgatio canonica ob hæreſim hodie non eſt in uſu.*
10 *Ad rationem relapſus requiritur reincidentia in eandem hæreſim priùs abjuratam.*
11 *Abjurans generaliter omnem hæreſim poteſt eſſe relapſus, etſi non relabatur in hæreſim, in quam priùs inciderat.*
12 *Abjuratio hodie non fit tantùm de hæreſi ſpeciali, in qua quis lapſus eſt, ſed generaliter de omni hæreſi.*
13 *Qui ſe ab hæreſi purgavit, non eſt relapſus, niſi in eandem, in quam priùs inciderat, hæreſim relabatur.*
14 *Purgatio fieri nequit de hæreſi in genere, ſed ſpecialiter de hæreſi, de qua fuit quis diffamatus. Secùs abjuratio.*
15 *Relabens in hæreſim generaliter abjuratam in abjuratione de vehementi, non eſt relapſus: ſecùs ſi in abjuratione de formali.*
16 *Pœnæ relapſorum quænam ſint.*
Relapſis pœnitentibus non denegantur Sacramenta. Ibidem.
17 *Relapſi ſponte comparentes admittuntur ad pœnitentiam.*
18 *Id tamen fieri nequit per Inquiſitores inconſulta Suprema Inquiſitione.*
19 *Relapſi ut cenſeantur ſponte comparentes, quæ concurrere debeant.*
20 *Relapſus comparens metu probationum quatenus cenſeatur ſponte comparens.*
21 *Relapſus non relinquitur brachio ſæculari, ſi ei promiſſa fuerit impunitas.*
22 *Inquiſitores non poſſunt promittere reis impunitatem.*
23 *Impunitas ſi de facto ab Inquiſitoribus promittatur, ſervanda eſt.*
24 *Non cenſetur relapſus, qui abjuravit de vehementi, & inde relabatur in hæreſim, de qua ſolùm ex ejus confeſſione conſtat, ſed intentionem negat.*
25 *Relapſi alii veri, alii præſumpti.*
26 *Relapſus cenſetur, qui poſtquàm abjuraverat de vehementi, relabitur in eandem hæreſim formalem.*
27 *Secùs ſi tam in primo, quàm in ſecundo lapſu ſit ſolùm ſuſpectus de vehementi.*
Ad rationem relapſus ſaltem de uno lapſu plenè conſtare debet. Ibidem.
28 *Suſpectus prima vice de levi, & poſtea de vehementi, aut formali, non cenſetur relapſus.*
29 *Niſi conſtet, quod etiam in prima vice fuerit hæreticus formalis.*
30 *Ad rationem relapſus an ſufficiat conſtare de uno lapſu, ſive in prima, ſive in ſecunda vice.*
31 *Afferuntur rationes affirmativam ſententiam tenentium.*
32 *Verius eſt requiri, quòd ſecundus lapſus ſit in hæreſim formalem.*
33 *Relapſus eſt, qui poſt abjurationem de formali incidit in fautoriam.*
34 *Nec ſatis eſt præceſſiſſe abjurationem de vehementi.*
35 *Niſi etiam poſtea probetur primum lapſum fuiſſe in hæreſim formalem.*
36 *Pluries relabens in fautoriam abjuratam non poteſt puniri tanquam relapſus.*
37 *Qui abjuravit de formali, & poſtea incidit in fautoriam, non cenſetur relapſus, niſi faveat hæreticis ejuſdem ſectæ.*

QUamvis hæreticæ pravitatis Inquiſitores per *Conſtit.* 15. *Innoc. IV.* incip. *Cum negotium*, in- 1
ſigne

Digitized by Google

ſigne illud obtineant privilegium interpretandi Statuta Eccleſiaſtica, & ſæcularia contra hæreticos edita; adhuc tamen eo adeò moderatè uſi ſunt, ut præciſis caſibus, in quibus Summum Pontificem adire temporis conditio non pateretur, in inſurgentibus dubiis, præſertim relevantioribus, Sedis Apoſtolicæ oraculum expectarent, ut dixi *cit. Conſt.* 15. *in princip. num.* 4. Cujus rei clarum exemplum exhibet præſens Conſtitutio edita Viterbii 5. Kal. Octobris anno 1258. in qua plures controverſiæ ſuper rebus ad Inquiſitionis Tribunal ſpectantibus emergentes, ab Inquiſitoribus Pontifici proponuntur, & ab eo reſolutionem obtinent.

2 Hanc Conſtitutionem ſi conferamus cum textu in *cap. accuſatus de hæreticis in* 6. qui pariter eſt Alexandri IV. facile erit credere, textum fuiſſe deſumptum ex hac Conſtitutione, cùm ferè ſimilia contineant, ad quod etiam advertit Gonzalez *in cap. ad abolendam num.* 6. *de hæret.* & Paſſerin. *cit. cap. accuſatus num.* 1. Plura tamen, quæ in præſenti Conſtitutione continentur, nos ſupra, data opportunitate, expoſuimus; nam de contentis in §. *adjeciſtis*, dixi ad *Conſtit.* 16. *Innoc. IV. num.* 24. de contentis in §. *frequenter*, dixi ad *Conſtit.* 15. *ejuſdem Innoc.* & dicam infra ad *Conſtit.* 2. *Honor. IV.* de contentis *in* §. *quidam*, & §. *ſunt*, dicam ad *Conſtit.* 14. *ejuſdem Alex. IV.*

3 Specialiùs autem hic exponenda ſunt diſpoſita in §. 1. & 2. ibi: *Primus igitur veſtræ conſultationis articulus continebat, utrum dici debeat relapſus in hæreſim, qui lapſus eſt in eam poſt abjurationem ipſius, in qua non invenitur antea commiſiſſe? cùm ſecundum proprietatem verborum non videatur relapſus, qui non fuerat antea lapſus. Ad quod taliter reſpondemus, quòd talis, ſi tanquam accuſatus, vel ſuſpectus de hæreſi, eam in judicio abjuravit, & poſtea committat in ipſa, cenſeri debet quadam juris fictione relapſus, licet ante abjurationem ſuam plenè probatum non fuerit crimen hæreſis contra ipſum; dummodo hujuſmodi priùs orta ſuſpicio, violenta fuerit, & certis, ac veris indiciis comprobata. Si verò levis, & modica, quanquàm ex hoc ſit graviùs puniendus, relapſorum tamen in hæreſim non debet pœna puniri, ex quo præſumi non poteſt veriſimiliter ante lapſus in eam. Quæſiviſtis etiam circa idem, ſi is, qui hæreſim abjuravit, & per ſolam inexcuſabilem receptionem, vel receptationem, aut deductionem, ſeu aſſociationem, vel viſitationem hæreticorum, ſive dationem, vel miſſionem munerum, aut etiam aliàs in favorem eorum, qui excuſari non poſſit, ſine adoratione tamen (ut verbis veſtris utamur) lapſus eſt poſtmodum, propter hoc debeat judicari relapſus. Et quidem ſi legitimè conſtitit, vel etiam nunc conſtaret, quòd tales ante hujuſmodi abjurationem in hæreſi commiſiſſent, non eſt dubium eos per hoc fuiſſe relapſos, quia tunc dubitari non debet, illos ex approbati à ſe priùs erroris conſequentia id feciſſe.*

4 Pro horum intelligentia ſciendum eſt, quòd etſi antiquitùs relapſos in hæreſim, non abſimiliter ac primò lapſi, ad pœnitentiam recipi ſolitum fuerit, ut notat Repertor. Inquiſit. *verb. relapſi* §. *nota*, Calderin. *de hæret. rubric. de redeuntib. num.* 7. poſtmodùm tamen Jure Canonico ſancitum fuit, ut relapſi quantumvis in foro interno pœnitentes, admittendi ad pœnitentiam non eſſent, ſed indiſpenſabiliter foro ſæculari relinquendi; idque primò ſtatutum fuiſſe à Lucio III. in *cap. ad abolendam* §. *illos autem de hæret.* cenſuit Fagnan. *ibid. num.* 47. *poſt Innoc. in cap. cum ad Monaſterium num.* 3. *de ſtat. Monachor.* idemque poſtea ſtatuit Concilium Provinciale Narbonenſe *can.* 11. & Fridericus Imperator in *Conſt.* incip. *Commiſſi* §. 7. relata in *Conſt.* 1. *Innoc. IV.* Ratio autem cur relapſus non admittatur ad pœnitentiam, quemadmodum primò lapſus, ea eſſe videtur, quia dum in abjuratam priùs hæreſim reincidit, præſumere facit, ejus abjurationem fuiſſe ſimulatam, ex quo nec meretur ad abjurandum ſecundò admitti, *cum ſufficiat tales per falſam converſionem ſemel Eccleſiam decepiſſe*, ut inquit Concil. Narbon. *cit. can.* 11. aliaſque rationes proſequitur D. Thom. 2. 2. *qu.* 11. *art.* 4. & dicam infra ad *Conſtitution.* 2. *Honor. IV.* incip. *Exhibita*.

Ut autem quis cenſeatur relapſus, non ſatis eſt re- 5
labi in hæreſim, in qua priùs lapſus fuerat; ſed requiritur, ut relabatur in hæreſim priùs abjuratam, & quidem abjuratione ſolemni, facta ſcilicet coram Judice, Notario, & Teſtibus, ut ex *cit. cap. ad abolendam*, ibi: *In abjuratam hæreſim recidiſſe*, communiter firmant Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.* 57. *numero* 2. Pegna *part.* 2. *director. comment.* 83. *verſ. obſervandum*, Alphonſus de Caſtro *de juſt. hæret. punit. lib.* 2. *cap.* 2. Royas *ſingular.* 172. *numero* 1. Repertor. Inquiſit. *verbo relapſus in princip.* Sanctarell. *de hæreſi cap.* 42. *dub. unico num.* 7. ex quo ſequitur, pœnas relapſus non tam tribuendas hæreſi, quàm abjurationi, per quam reconciliatus obligatur Eccleſiæ,
ut advertit Gonzal. *cit. cap. ad abolendam num.* 7. An 6
autem abjuratio facta coram ſolo Epiſcopo, vel ſolo Inquiſitore, ſufficiens ſit, ut quis poſtea dicatur relapſus, dixi ſupra ad *Conſtit.* 9. *hujus Pontificis num.* 14.

Sunt tamen nonnullæ hæreſes, in quibus etiam ſi 7
non præceſſerit abjuratio, imò etiam ob ſolum primum lapſum in eas, quis habetur tanquam relapſus, & relapſorum pœnis afficitur per *Conſtit.* 2. *Pauli IV.* incip. *Cum quorundam*; hæreſes autem ſunt, ſi qui aſſeruerint, dogmatizaverint, vel crediderint, Deum non eſſe trinum in perſonis, & unum in ſubſtantia: Aut Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum non eſſe verum Deum, ejuſdem ſubſtantiæ per omnia cum Patre, & Spiritu Sancto: Aut eundem ſecundùm carnem non eſſe conceptum in utero Beatiſſimæ, ſemperque Virginis Mariæ de Spiritu Sancto, ſed ſicut cæteros homines ex ſemine Joſeph: Aut eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum non ſubiiſſe acerbiſſimam Crucis mortem, ut nos à peccatis, & æterna morte redimeret, & Patri ad vitam æternam reconciliaret: Aut eandem B. Virginem Mariam non eſſe veram Dei Matrem, nec perſtitiſſe ſemper in Virginitatis integritate, ante partum ſcilicet, in partu, & perpetuò poſt partum, ut fuſiùs in *citat. Conſtitut.* & ex ea notant Azor, *tom.* 1. *inſtit. moral. lib.* 7. *cap.* 14. *quæſ.* 8. Scortia *in ſelectis epit.* 10. *theoremat.* 36. *in fine*, Pegna *part.* 2. *comment.* 83. §. *poſtremò*, Carena *de Offic. Inquiſ. part.* 2. *tit.* 2. §. 2. *num.* 10. Campanil. *in diverſor. rubric.* 1. *num.* 47. *in fine*, Del Bene *part.* 1. *dubit.* 162. *num.* 17.

Ulteriùs in *citat. capit. ad abolendam* reputantur 8
relapſi illi, qui vel poſt abjurationem, vel poſt purgationem in hæreſim relabuntur, ibi: *Qui poſt abjurationem erroris, vel poſtquàm ſe proprii Antiſtitis examinatione purgaverint*; & conſonat *capit. excommunicamus il* 1. §. *ipſe autem eodem tit.* & *cap. ſuper eo, eodem in* 6. *Concil. Narbon. citat. can.* 11. ex quo ſequitur, quòd ſi quis relabatur in hæreſim, à qua ob vehementem diffamationem ſe purgaverat, ſit relapſus, etiam ſi non abjuraverit, Gloſſa *in citat. cap. accuſatus verb. ſimpliciter*, Hoſtienſ. *citat. cap. excommunicamus* §. *qui autem*, *verbo evitentur num.* 2. & *in ſumma tit. de hæret.* §. *qualiter deprehendatur num.* 4. *verſ. idem ſi jam purgaverat ſe*, Vignat. *de hæret. quæſt.* 19. *num.* 186. Farinacc. *quæſt.* 195. *num.* 27. Carena *citat. tit.* 2. §. 5. *numer.* 32. Decian. *tract. crimin. libr.* 5. *capit.* 48. *num.* 51. Paramus *de origin. Inquiſit. libr.* 3. *in ſeptimo modo terminandi proceſſum quæſt.* 4. *numer.* 5. Eymeric. *part.* 3. *director. tit. de ſecundo modo terminan. proceſſum num.* 150. ubi Pegna *comment.* 38. §. *nec contemnat*, Salell. *de mater. tribun. Fidei tom.* 3. *lib.* 5. *cap.* 4. *regul.* 383. *num.* 51. quo tamen caſu non erit relapſus verè, ſed præſumptivè, ſeu fictè, ut mox
infra dicam; licèt purgatio canonica ob hæreſim ferè 9
nunquam, vel rarò hodie indicatur, Farinacc. *de hæreſi cit. quæſt.* 195. *nu.* 2. & 3. Salell. *cit. lib.* 5. *cap.* 2. *regul.* 374. *num.* 92.

Ad rationem pariter relapſus non ſatis eſt in quam- 10
cumque

cumque hæreſim relabi, ut minùs verè cenſuit Gloſ-
ſa *in cit. cap. accuſatus ver. judicari*, Zanchin. *de he-
ret. cap.* 16. *num.* 2. Locatus *in judicial. Inquiſ. verſ.
relapſi num.* 6. Gondiſalv. *de heretic. queſt.* 20. *num.*
6. *&* 7. Del Bene *de Offic. S. Inquiſitionis par.* 1. *du-
bit.* 162. *num.* 2. Sed requiritur, ut relabatur in ean-
dem hæreſim abjuratam, ut conſtat tam ex præſenti
Conſtitutione §. 1. ibi : *in judicio abjuravit, & po-
ſtea committat in ipſa*, quàm ex *cit. cap. ad abolen-
dam*, ibi : *deprehenſi fuerint in abjuratam hereſim
recidiſſe*, ut communiter tenent Gonzalez *ibidem
numero* 7. Simanch. *cit. titul.* 57. *numero* 6. Caſtro
cit. cap. 2. Carena *de Offic. Inquiſit. part.* 2. *tit.* 2. §.
5. *num.* 28. Farinacc. *queſt.* 195. *numero* 1. Suarez *de
Fide diſp.* 23. *ſect.* 1. *numero* 8. Cardin. de Lugo *de
Fide diſp.* 24. *ſect.* 2. *numer.* 52. Cardin. Albit. *de in-
conſtantia in fide cap.* 16. *num.* 11. ubi alii ; atque
auctoritati Textus, & DD. accedit ratio, quia, ut
mox dixi, effectus relapſus non tam tribuitur hæreſi,
quàm abjurationi.

11 Et exinde cenſeo manare differentiam inter relap-
ſum, qui priùs abjuravit, & relapſum qui ſe ob ve-
hementem diffamationem purgaverat. Siquidem is,
qui abjuravit, poterit eſſe relapſus, etiam ſi in di-
verſam ab ea, in quam priùs inciderat, hæreſim laba-
tur, ſi cum abjuratione ſpecialis hæreſis abjuraverit
etiam generaliter omnes alias hæreſes, *cit. cap. accu-
ſatus* §. *cum verò ;* tunc enim in quamcumque hære-
ſim incidat, ſemper cenſetur in hæreſim abjuratam
relabi ; atque hic mos abjurare faciendi generaliter
omnes hæreſes, antiquus eſt, ut conſtat ex *can. ego*
12 *Berengarius de conſecrat. diſt.* 2. & ita receptum eſt,
ut omnes lapſi non ſolùm ſpecialem hæreſim, in quam
inciderunt ; ſed etiam generaliter quamcumque hære-
ſim abjurent, ut tradunt Pegna *parte* 2. *comm.* 65.
in fine, Decian. *tract. crim. lib.* 5. *cap.* 47. *nu.* 10.

13 Is verò, qui ſe à vehementi hæreſis diffamatione
purgavit, non erit relapſus, niſi in eandem, in quam
priùs inciderat, hæreſim relabatur, Paſſerin. *in cit.
cap. accuſatus num.* 28. Eymeric. *part.* 3. *cit. numero*
150. ubi Pegna *comment.* 38. §. *hoc tamen*, Salell. *cit.
lib.* 5. *cap.* 4. *regul.* 383. *num.* 51. Del Bene *part.* 1.
dubit. 162. *num.* 32. & ratio differentiæ inter purga-
tionem, & abjurationem, ea eſt, quia purgare ſe
quis non poteſt, niſi de illa hæreſi, de qua fuit diffa-
14 matus, non autem de omni hæreſi in genere ; adeo-
que incidens in diverſam hæreſim, non erit relapſus,
dum ab ea ſe nec in genere quidem purgavit. E con-
tra verò abjuratio fieri poteſt generaliter de omni hæ-
reſi ; & ſic relabens in hæreſim etiam diverſam à pri-
ma, ſemper erit relapſus, quia ſemper reincidet in
hæreſim abjuratam.

15 Quòd autem quis cenſeatur relapſus, ſi relaba-
tur in hæreſim, quam priùs generaliter abjuraverat,
intelligendum eſſe putat Cardin. Albit. *cit. cap.* 16.
num. 12. ex Cardin. de Lugo *cit. ſect.* 2. *numer.* 53.
ſi abjuratio generalis facta ſit cum abjuratione de for-
mali, ſecùs ſi cum abjuratione de vehementi, ut
colligitur ex *citat. capit. accuſatus paragrapho*, *cum
verò* ; & diverſitatis ratio eſſe poteſt, quia labens
in hæreſim, quam de vehementi abjuraverat, ideò
punitur uti relapſus, quia per ſecundum lapſum præ-
ſumere facit verè præceſſiſſe hæreſim, & ſolùm pro-
bationem defeciſſe, ut mox dicemus, ex quo erit re-
lapſus præſumptus ; quæ præſumptio non intrat, ſi
labatur in hæreſim generaliter abjuratam, quo caſu ha-
beretur ſecundus lapſus verus, non autem primus, nec
quidem juris præſumptione.

16 Pœnæ autem relapſorum ſunt, ut ſi ſint impœ-
nitentes, & in pertinacia perſiſtant, vivi igni tra-
dantur. Si verò ſint pœnitentes, tunc licèt eis non
denegentur Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ,
non exindè cenſentur admiſſi ad pœnitentiam, ut
probavi infra ad *Conſtitution.* 2. *Honorii IV.* adeoque
nec admittuntur ad abjurandum, ſed tradendi ſunt
brachio ſæculari, & iſti non comburuntur vivi, ſed
priùs ſtrangulantur, ac poſt mortem igni traduntur,
& de hac praxi communiter recepta teſtantur Siman-
ch. *citat. titul.* 57. *numer.* 16. Alphonſ. de Azevedo
ad Conſt. Regias Hiſpan. lib. 8. *titul.* 3. *lib.* 1. *num.* 172.
De Magiſtris *in Sylva par.* 2. *lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 1.
Azor. *cit. cap.* 14. *queſ.* 7. Carena *cit. tit.* 2. §. 6. *num.* 39.
Scortia *cit. theorem.* 36. *num.* 2.

Sunt tamen nonnulli caſus, in quibus relapſi reci- 17
piuntur ad pœnitentiam, nec traduntur brachio ſæ-
culari, veluti ſi relapſus ſpontè compareat, & ſuum
errorem plenè fateatur ; hunc enim non eſſe relin-
quendum brachio ſæculari, communiter poſt Alphon-
ſum de Caſtro *de juſta heret. punit. lib.* 2. *cap.* 2. te-
nent Pegna *part.* 3. *comment.* 12. §. *ſed quid*, Alber-
tin. *de agnoſcen. queſt.* 25. *numer.* 25. Param. *de Offic.
Inquiſit. lib.* 3. *queſt.* 4. *numer.* 12. Repertor. Inquiſ.
verbo relapſus verſ. ſi tamen, Carena *part.* 2. *titul.*
18. §. 2. *num.* 13. Salell. *de mater. tribun. fidei tom.*
3. *lib.* 5. *cap.* 6. *regul.* 413. *numer.* 77. Raynald. *ob-
ſervat. crimin. tom.* 1. *cap.* 1. *ſupplet.* 2. *numer.* 21.
& cap. 7. *ſupplet.* 7. *num.* 109. Quæ quidem limita-
tio nititur *cit. cap. ad abolendam*, qui non videtur
loqui de ſpontè comparentibus, ibi : *deprehenſi fue-
rint in abjuratam hereſim recidiſſe* ; qui autem ſpon-
tè comparent, non cenſentur deprehendi in hæreſi,
aut de ea convinci, ut notat Pegna *loc. citat.* ni-
titur etiam æquitati, cùm Eccleſia non claudat gre-
mium redeuntibus. Et licèt hanc ſententiam jure
non probari, teneat Simanch. *de Cathol. inſtit. ru-
br. de relapſis numer.* 18. non tamen ei negat æqui-
tatem, ex quo conſona eſt pietati, qua ſemper pro-
cedit S. Officium ; eamque ſervat Suprema Inquiſi-
tio, quæ de anno 1606. die 25. Junii reſcripſit Inqui-
ſitori Melitenſi, ut omninò impunitatem concede-
ret cuidam mulieri relapſæ ſpontè comparenti, de qua
teſtantur Salell. *de mater. tribun. fidei tom.* 1. *lib.* 2.
cap. 8. *regul.* 200. *num.* 53. Raynald. *cit. ſupplet.* 7. *num.*
109. Cardin. Albit. *cap.* 14. *num.* 58.

Non tamen poſſunt Inquiſitores propria auctori- 18
tate hujuſmodi relapſos ſpontè comparentes recon-
ciliare, ſed priùs Supremam Inquiſitionem certio-
rare, & ejus ſpeciale mandatum expectare debent,
ut pluries reſolutum refert Cardin. Albit. *citat. cap.*
14. *num.* 49. *&* Raynald. *cit. ſupplet.* 7. *numer.* 110.
ex ea præſertim ratione, quia reconciliatio relapſi
eſt res gravis, & in cauſis gravioribus hodie Inqui-
ſitores ſemper conſulunt Supremam Inquiſitionem,
ut dixi ad *Conſt.* 15. *Innoc. IV. numer.* 5. & in his
terminis reconciliationis relapſi, præter citatos,
dixerunt Pegna *cit. comm.* 12. §. *quia tamen*, Si-
manc. *in Enchyrid. tit.* 60. *numer.* 6. Carena *cit. titul.*
18. §. 2. *numer.* 14.

Verùm ut relapſi gaudeant hujuſmodi beneficio, 19
debent eſſe verè ſpontè comparentes ; adeoque ſi
compareant ex eo, quòd ſciant, aut ſuſpicentur
ſe eſſe præventos, non gaudebunt privilegio ſpon-
taneæ comparitionis ; imò etiamſi compareat ex
metu futurarum probationum, veluti ſi quis ſciat ali-
quem præparari ad eum accuſandum, ex quo timeat
ſe probationibus eſſe convincendum, non cenſebitur 20
ſpontè comparens, Alphonſus de Caſtro *cit. lib.* 2.
cap. 2. Decian. *cit. lib.* 5. *cap.* 56. *num.* 12. Param.
cit. queſt. 4. *rubr. de forma, & ordine judiciar. S.
Offic. num.* 12. Farinacc. *cit. qu.* 193. *num.* 37. Care-
na *cit. tit.* 18. §. 2. *num.* 15. Diana *part.* 4. *tract.* 7.
reſol. 26. Salell. *lib.* 5. *cap.* 6. *regul.* 412. *numero* 18.
Tamen quòd ſolus metus futurarum probationum
non excludat à beneficio ſpontè comparentium, te-
net Cardin. Albit. *cit. cap.* 14. *nu.* 51. ubi quòd Su-
prema Inquiſitio ad id beneficium admittat relapſos
ſpontè comparentes, dummodo indiciis præventi ju-
dicialiter non ſint, etſi compareant timore futura-
rum probationum ; nam alioqui ſemper dici poſſet,
quemlibet comparere, timens futuras probationes,
& exinde beneficium ſpontaneæ comparitionis nun-
quam in praxi obtineret ; & doctrinam Alphonſi de
Caſtro *loc. cit.* idem Albitius intelligit de comparente
ex eo, quòd ſciat, vel ſuſpicetur ſe eſſe præventum ;
non

Digitized by Google

non autem abſolutè ex eo, quòd timeat futuras probationes, ut etiam tenet Raynald. *cit. cap. 7. ſupplet. 7. num.* 111.

21 Similiter relapſi tradendi non ſunt brachio ſæculari, ſi Inquiſitor, vel Epiſcopus eis impunitatem promittat, ut in terminis relapſi ſervatum vidiſſe refert Gonzal. *in cit. cap. ad abolendam num.* 7. Canter. *quæſt. crim. tit. de vera confeſſione cap.* 1. *numero* 9. qui referunt, non fuiſſe relaxatum brachio ſæculari relapſum, cui Inquiſitores promiſerant miſericor-
22 diam. Etſi enim certum ſit, Inquiſitores non habere facultatem promittendi impunitatem, ut contra Carthar. *de interrogan. reis lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 27. tenet Cardin. Albit. *cap.* 27. *numero* 90. Raynald. *cit. c.* 7. *ſupplet.* 7. *num.* 18. imò quòd neque Inquiſitores poſſint allicere reos ad confeſſionem ſub ſpe miſericordiæ, aut amplæ gratiæ, ut fieri poſſe cenſuit Pegna *part.* 3. *comm.* 23. §. *verumtamen*; ſed quòd tantùm dicere poſſint, quòd ſecum agetur benigniori, quo poterit modo, dummodo relapſus non ſit, & quòd Eccleſia miſericorditer eum tractabit, aſſerit Scaccia *de judic. lib.* 1. *cap.* 87. *num.* 25. Diana *tom.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 22. tamen certum pariter eſt, quòd ſi de fa-
23 cto Inquiſitores impunitatem, ſeu miſericordiam promittant, eam ſervare debent, Pegna *cit. commen.* 23. §. *alteram*, Souſa *in Aphor. Inquiſit. lib.* 2. *capit.* 20. *num.* 43. Cardin. Albit. *cit. c.* 27. *num.* 89. & 91. ubi, quòd ſæpiùs viderit Supremam Inquiſitionem ſervaſſe fidem impunitatis datam ab Inquiſitoribus. Circa verò promiſſionem impunitatis factam à Judice, extorquendi cauſa confeſſionem à Reis, notabilia reperies in *qu.* 3. *poſt deciſ.* Grammat. Sperell. *dec.* 148. *num.* 28.

24 Item ſi quis in primo lapſu abjuravit de vehementi, & ſucceſſivè relabatur in hæreſim, de qua non conſtet, niſi ex ejus confeſſione, ſed negaverit intentionem, non poterit uti relapſus puniri, Canter. *de hæret. num.* 58. *verſ. quando vero*, Cardin. Albit. *cit. cap.* 16. *num.* 19. ubi quòd ita reſolverit Suprema Inquiſitio ſub die 11. Martii 1666. Hoc tamen caſu reus torquendus eſt ſuper intentione, quam ſi poſtea fateatur, relaxandus eſt brachio ſæculari, ut ſervatum vidiſſe refert Gonzalez *cit. cap. ad abolendam num.* 7. & quoſdam alios caſus refert Paſſerin. *in cit. cap. accuſatus num.* 90.

25 Ex his deſcendendo ad primum caput præſentis Conſtitutionis, ſupponendum eſt, relapſos alios eſſe veros, qui ſcilicet in hæreſim de formali abjuratam deprehenduntur incidiſſe, & de his agitur in *cap. ad abolendam*, & *in can.* 11. *Concil. Narbon.* alios verò eſſe præſumptos, ſeu fictione juris, ii ſcilicet, qui accuſati, vel ſuſpecti de hæreſi, eam in judicio abjurarunt, & poſtea in ipſa iterum commiſerunt; & de his loquitur Pontifex in præſenti, declarando ipſos eſſe relapſos, & incidere in pœnas relapſorum, dummodo tamen in primo lapſu abjuraverint de vehementi, ſecùs ſi de levi; nam tunc licèt ſint graviùs puniendi, non tamen debent puniri uti relapſi; idemque habetur in *cit. cap. accuſatus in princip.* & ibi notant DD. communiter. Ex quo ſequitur, quòd
26 is, qui in primo lapſu abjuravit de vehementi, ſi deprehendatur reincidiſſe formaliter in eandem ſpeciem hæreſis, erit relapſus præſumptus; nam ex hæreſi formali ſubſequuta deducit jus vehementem præſumptionem, re vera præceſſiſſe hæreſim, ſed probationem defeciſſe, Gonzal. *in cit. cap. ad abolendam numero* 7. Eymer. *part.* 2. *qu.* 58. *num.* 4. Sanctarell. *de hæreſ. cap.* 42. *numero* 6. Caſtropal. *part.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 6. *punct.* 2. *num.* 8. Farinacc. *quæſt.* 195. *numer.* 14. Carena *cit. tit.* 2. §. 5. *num.* 29. & quidem requiritur, quòd relabatur in eandem ſpeciem hæreſis, quam priùs de vehementi abjuravit, ut probant illa verba: *Eam in judicio abjuravit, & poſtea committat in ipſa*; nec ſufficit relabi in diverſam hæreſim, Paſſerin. *cit. cap. accuſatus numero* 15. Cardin. Albit. *cit. cap.* 16. *num.* 12. & 13.

27 Quòd ſi quis tam in prima quàm in ſecunda vice probetur ſolùm vehementer de hæreſi ſuſpectus, certè non erit relapſus; nemo enim poteſt dici relapſus, niſi ſaltem de uno lapſu plenè conſtet, ut probatur ex hac Conſtitutione, & ex *cap. accuſatus*, ex quo id firmant Decian. *cit. cap.* 56. *num.* 13. Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.* 57. *num.* 5. Locatus *in judicial. inquiſit. ver. relapſi num.* 6. & *ver. ſuſpicio num.* 7. Sanctarell. *cit. cap.* 42. *num.* 11. Farinacc. *cit. quæſt.* 195. *num.* 22. Salell. *lib.* 5. *cap.* 7. *regul.* 412. *num.* 41. Del Bene *part.* 1. *dubit.* 162. *num.* 25. Ex quo
ſequitur, ut multominùs debeat reputari relapſus, 28
qui tam in prima quàm in ſecunda vice incidit in ſuſpicionem de levi, vel qui prima vice abjuravit de levi, & poſtea incidit in ſuſpicionem de vehementi, aut in hæreſim formalem, & è contra; quando quidem dum hìc decidit Pontifex, quòd non ſit relapſus ille, qui priùs abjuravit de levi, & poſtea incidit in hæreſim formalem, ſed quòd ſolùm ex hoc ſit graviùs puniendus; videtur pariformiter decidere præfatos alios caſus, Paſſerin. *cit. cap. accuſatus num.* 18. & 19. Sanctarell. *cit. cap.* 42. *num.* 6. Farinacc. *quæſt.* 195. *num.* 20.

Poteſt tamen dari caſus, ut puniendus ſit tanquam 29
relapſus ille, qui poſtquam abjuraverat de levi, incidit in hæreſim formalem, ſi poſtquam eſt deprehenſus in relapſu, contingat plenè probari, fuiſſe hæreticum formalem in prima vice, quando de levi abjuravit, ut poſt Afflict. *in Conſt. de hæret. & pataren. rubr.* 1. *num.* 31. & *Squillacen. de Fide Cathol. cap.* 31. *num.* 2. tenent Farinacc. *cit. quæſt.* 195. *num.* 21. Sanctarell. *cit. cap.* 42. *num.* 6. Salell. *cit. cap.* 7. *regul.* 412. *num.* 40. Del Bene *part.* 1. *dubit.* 162. *num.* 16. Cardin. Albit. *cit. cap.* 16. *num.* 18. Carena *cit. tit.* 2. §. 5. *num.* 33. idque cenſeo probari poſſe ex §. 2. hujus Conſtitutionis, & ex *cap. accuſatus* §. *ille*, ibi: *Ille quoque, de cujus lapſu in hæreſim ante abjurationem conſtiterat, vel nunc conſtat*.

Punitur ergo uti relapſus, qui poſtquàm de vehementi abjuraverat, in hæreſim formalem labitur. An autem è contra, qui abjuraverat de formali, & poſtea incidit in vehementem hæreſis ſuſpicio-
nem, debeat pariter cenſeri relapſus; quod idem 30
eſt ac quærere, an ſufficiat conſtare de lapſu formali in prima, vel in ſecunda vice; non conſtans eſt omnium ſententia. Et quidem plurimi voluere, lapſum formalem, ſive ſequatur, ſive præcedat ſuſpicionem de vehementi, ſatis eſſe ut quis cenſeatur relapſus, ita Alphonſ. de Caſtro *cit. lib.* 2. *cap.* 2. Buriat. *lib.* 1. *conſ.* 7. *num.* 15. Zanchin. *de hæret. cap.* 16. *num.* 3. Cantera *de hæret. cap.* 1. *num.* 58. Sanctarel. *cit. cap.* 42. *num.* 9. Caſtropal. *cit. pun.* 2. *num.* 9. Card. de Lugo *cit. diſp.* 24. *ſect.* 2. *num.* 57. *cum ſeqq.* Carena *cit. tit.* 2. §. 5. *num.* 31. Del Bene *part.* 1. *dubit.* 161. *num.* 4. Salell. *lib.* 5. *cap.* 5. *regul.* 411. *num.*
13. quod primò probant, quia dum præcedit ab- 31
juratio de vehementi, & ſequitur relapſus in hæreſim formalem, incurruntur pœnæ relapſus, ut mox diximus; adeoque idem erit è contra, ſi ſcilicet præcedat lapſus in hæreſim, & ſequatur ſuſpicio de vehementi, cùm parum obſtet, an præcedat, vel ſequatur ſuſpicio de vehementi, dummodo habeatur unus lapſus, & una vehemens hæreſis ſuſpicio. Ulteriùs, quia ex §. 2. hujus Conſtitutionis, & ex *c. accuſatus* §. *ille quoque* habetur, puniendum eſſe uti relapſum, qui poſtquàm abjuraverat hæreſim de formali, hæreticos receptet, vel eis quomodolibet faveat.

Sed re vera hujus ſententiæ fundamenta non ſatis 32
eam probant; imò contrarium ſervari in praxi per Inquiſitores Italiæ teſtatur Farinacc. *quæſt.* 195. *num.* 18. poſt Treviſan. *lib.* 2. *deciſ.* 37. idemque de Inquiſitione Luſitana teſtatur Souſa *in Aphoriſ. Inquiſit. lib.* 2. *cap.* 45. *num.* 3. & quòd ita ſervet Suprema Inquiſitio, noviſſimè fatetur peritiſſimus Card. Albit. *cit. cap.* 16. *num.* 22. quam pariter ſententiam tuentur Paſſerin. *cit. capit. accuſatus num.* 25. Royas *de hæret. part.* 2. *num.* 333. Sanctarell. *cit. cap.* 42. *num.* 9. Diana *part.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 26. Suarez *de fide diſp.* 14.

Digitized by Google

diſp. 14. *ſect.* 2. *numero* 7. Vincentius Ferrer. *de fide tract.* 2. *quæſt.* 14. §. 1. *num.* 10. *&* 11. Etſi enim certum ſit, relapſum cenſeri illum, qui poſt abjurationem de vehementi in hæreſim formalem relabitur; non exinde tamen legitimum erit inferre, relapſum pariter reputari, qui poſt abjurationem de formali incidit in ſuſpicionem de vehementi. Ex ſupra enim dictis conſtat, ad conſtituendum verum relapſum requiri, ut ad hæreſim formaliter abjuratam ſequatur relapſus ſimiliter in hæreſim formalem. Quòd verò cenſeatur relapſus, qui poſt abjurationem de vehementi incidit in hæreſim formalem, id ſanè non aliàs habetur, niſi ex juris fictione, dum ex ſubſequuta hæreſi formali præſumitur verè præceſſiſſe hæreſim, ſed defeciſſe probationem, ut dixi; hæc autem ceſſant, dum ad ad abjurationem de formali ſequitur ſuſpicio de vehementi; tum quia non eſt jure cautum, ut in eo caſu quis habeatur pro relapſo; tum inſuper quia non intrat eadem juris præſumptio. Nec obſtat *cit.* §. *ille quoque*, cùm ille ſit caſus ſpecialis expreſsè in jure definitus, ut proſequitur Paſſer. *cit. num.* 24. Farin. *cit. quæſt.* 195. *num.* 32. *verſ. & licet*, & Card. Albit. *cit. cap.* 16. *num.* 28. *&* 29.

33 Id enim expreſsè diſponitur in §. 2. noſtræ Conſtitutionis, ut puniantur tanquam relapſi illi, qui poſt abjurationem de formali, hæreticos receptant, deducunt, aſſociant, viſitant, munera mittunt, aut aliàs eis favent; nam hoc caſu etiamſi quis non relabatur formaliter in hæreſim, adhuc per juris præſumptionem tanquam relapſus punitur, Eymeric. *par.* 2. *direct. quæſt.* 40. *num.* 6. *& quæſt.* 55. *num.* 13. Repertor. Inquiſitor. *verb. relapſus verſ. item ſupra dictum eſt*, Zanchin. *de hæret. cap.* 19. *num.* 3. Azor. *part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 14. *quæſ.* 2. Simanchas *de Cathol. Inſtit. tit.* 50. *num.* 4. Farinacc. *citat. quæſt.* 195. *num.* 32. Canter. *de hæret. cap.* 1. *num.* 58. Quamvis enim fautores hæreticorum non reputentur hæretici, ſed ſolùm de hæreſi ſuſpecti; ſuſpicio tamen hæreſis, quæ ex fautoria oritur, major eſt quacumque alia ſuſpicione hæreſis, adeout fautores in pluribus æquiparentur hæreticis quoad pœnas, ut in terminis privationis Beneficiorum dixi ad *Conſt.* 15. *Innoc. IV. ſect. unic. num.* 20. Requiritur tamen, ut priùs abju-
34 raverit de formali, secùs ſi tantùm de vehementi, Deciam. *lib.* 5. *cap.* 56. *num.* 13. Pegna *par.* 2. *comm.* 81. *verſ. cæterum*, Alphonſ. de Caſtro *cit. cap.* 2. Simanch. *tit.* 57. *num.* 5. Sanctarell. *citat. cap.* 42. *num.* 12. Card. Albit. *cit. cap.* 16. *nu.* 40. Nec contrarium ſentit Azor. *cit. cap.* 14. *quæſ.* 3. ut notat Farinacc. *cit. qu.* 195. *num.* 33.

35 Verùm ſi poſt abjurationem de vehementi ex novis probationibus conſtet, tunc cùm abjuravit de vehementi, vel etiam de levi, fuiſſe hæreticum, uti relapſus eſt puniendus, ſi poſtea incidat in fautoriam, ut probatur ex *citat.* §. 2. ibi: *ſi legitimè conſtitit, vel etiam nunc conſtaret, quòd tales ante hujuſmodi abjurationem in hæreſi commiſiſſent*: & docent Pegna *par.* 2. *comm.* 83. *verſ. altera eſt*, Farinacc. *cit. quæſt. num.* 34. Carena *part.* 2. *tit.* 2. §. 5. *num.* 33. Extra autem hunc caſum, fautoria ſubſequens ad abjurationem de vehementi non operabitur, ut quis puniatur
36 tanquam relapſus. Et licèt Pegna *cit. comment.* 83. *verſ. hoc unum*, quem ſequuntur Farinacc. *citata qu.* 195. *num.* 39. Salell. *cit. cap.* 7. *reg.* 412. *numero* 42. opinatus ſit, poſſe puniri tanquam relapſum ille, qui non ſemel, ſed bis, aut pluries, vel in abjuratam fautoriam, vel in alias relabitur; ejus tamen opinio recepta non eſt, nec ſervatur in Suprema Inquiſitione, ut teſtatur Card. Albit. *cit. cap.* 16. *num.* 42.

37 Demùm fautoria ſubſequens ad abjurationem de formali non conſtituit relapſum, niſi faveat hæreticis ejuſdem hæreſis, ſeu ſectæ abjuratæ; ſecùs ſi hæreticis alterius ſectæ, Alphonſ. de Caſtro *cit. cap.* 2. Menoc. *conſ.* 2. *num.* 148. *lib.* 1. Azor. *citat. cap.* 14. *quæſit.* 4. Sanctarell. *cit. quæſt.* 42. *numero* 13. Simanch. *cit. tit.* 57. *num.* 6. Farinacc. *quæſt.* 195. *num.* 35. licèt aliqui ex præſuppoſito, quòd qui abjuravit unam hæreſim, cenſeatur omnes hæreſes tacitè abjuraſſe, contrarium ſenſerint, Canter. *de hæret. cap.* 1. *num.* 58. Petr. Gregor. *Syntagm. juris lib.* 33. *cap.* 8. *num.* 6. Caſtropal. *cit. punt.* 2. *num.* 11. Salell. *cit. cap.* 6. *regul.* 412. *num.* 47. ſed non eſt recedendum à priori ſententia, quam pariter tenet Card. Albit. *cit. cap.* 16. *num.* 39. idque etiam probatur ex *cit.* §. 2. ubi eam dat rationem, cur relapſi cenſeantur illi, qui poſt abjurationem de formali incidunt in fautoriam: *quia* (inquit) *tunc dubitari non debet, illos ex approbati à ſe priùs erroris conſequentia feciſſe*: quæ ratio non militat, dum favet hæreticis alterius ſectæ; adeoque cùm lex ſit pœnalis, non eſt ibi extendenda.

CONSTITUTIO XIII.

ALEXANDRI IV.

incipiens (*Ex parte*.)

EPITOME BULLÆ.

ALEXANDER FRATRIBUS ORDINIS Minorum Inquiſitoribus in adminiſtratione Sancti Franciſci præſentibus, & futuris,

Reſcribit præfatis Inquiſitoribus, ne filios, & hæredes illorum, qui cùm infirmi eſſent, Hæreticos Conſolatos ad ſe introduci petierunt, admittant ad eoſdem infirmos excuſandos, ex eo quòd conſolationem receperint poſt amiſſam loquelam, vel dum non ſanæ mentis erant; cùm hæc probatio nullatenùs eos ſic decedentes eſſet relevatura, ſi aliàs legitimè conſtiterit, hæreticos ad ſe acceerſiſſe, dum adhuc mentis compotes eſſent: quòd ſi in hoc aliquod dubium eſſet, admittant quidem teſtes, ſed fide dignos, & ſpecialiter Fidei zelatores.

COMMENTARIUM,

SUMMARIUM.

1 *Filii, & hæredes eorum, qui conſolationem ab hæreticis in infirmitate receperint, non admittuntur ad probandum, tunc infirmos ſanæ mentis non fuiſſe.*
2 *Quid ſit recipere conſolationem ab hæreticis, & qui ſint hæretici Conſolati, & num. ſeqq.*
3 *Ex hæreticis Albigenſibus alii dicebantur Perfecti, ſeu boni homines, alii Credentes.*
4 *Albigenſes credebant, per ſolam impoſitionem manuum, & recitationem Orationis Dominicæ unumquemque ſalvari poſſe, & id Conſolationem vocabant.*
5 *Idemque error erat apud hæreticos Catharos.*
6 *Conſolatio, quæ vocabatur ab hæreticis, in carnificinam deſinebat.*
7 *Aſſertur quid circa hoc ſtatuerit Concilium Toloſanum.*
8 *Apud eoſdem hæreticos aliud erat Conſolatio, aliud Conſolamentum.*
9 *Petentes conſolationem ab hæreticis, aut juxta eorum ritus Sacramenta recipientes, ſunt violenter ſuſpecti de hæreſi.*
10 *Credentes hæreticorum an æquiparentur fautoribus quoad pœnas,*
Aliud eſt credere hæreticis, aliud credere erroribus hæreticorum. Ibidem.
11 *Credentes hæreticorum ſunt tantùm ſuſpecti vehementer de hæreſi.*

12 *Pœna*

Digitized by Google

12 *Pœna ſtatuta contra hæreticos locum habent contra Credentes eorum erroribus.*
13 *Credentes explicitè erroribus hæreticorum, propriè vocantur hæretici.*
14 *Credentium nomine veniunt propriè, qui errores hæreticorum implicitè credunt, & ipſi etiam hæreticorum pœnas incurrunt.*
15 *In Bulla Cœnæ quare quandoque exprimantur Credentes, quandoque omittantur.*
16 *Aliquem eſſe Credentem erroribus hæreticorum non ſolùm ex factis, ſed etiam ex verbis dignoſcitur.*
17 *Factis potiùs quàm verbis oſtenditur voluntas.*
18 *Ex quibus factis reputetur quis credere hæreticorum erroribus.*
19 *Communicantes cum hæreticis in eorum ritibus, reputantur Credentes eorum erroribus.*
20 *Credere erroribus hæreticorum reputantur petentes conſolationem ab hæreticis.*
21 *Etiamſi conſolationem receperint, dum non erant ſanæ mentis, dummodo rectum judicium habuerint, dum Hæreticos Conſolatos accerſerunt.*

1 EX contextu hujus Conſtitutionis editæ Anagni Idibus Novembris 1258. elicitur, quòd filii, & hæredes petentium in infirmitate ſua ad ſe introduci Hæreticos Conſolatos, non admittantur ad probandum, quòd non ſana mente, vel amiſſa loquela conſolationem ſuſceperint; ſi alias legitimè conſtet, mentis compotes fuiſſe dum conſolationem petierunt. Concordat textus in *cap. filii de hæret. in 6.* qui cùm pariter ſit Alexandri IV. credi poteſt, fuiſſe deſumptum ex præſenti Conſtitutione, & extat ſimilis *Conſtit. Urbani IV.* incip. *Olim ex parte*, edita anno 1262. & directa Inquiſitoribus Regni Aragoniæ; quæ cùm ſit ejuſdem argumenti cum præſenti, omiſſa fuit à Cherubino in ejus collectione, eam tamen affert Eymeric. *part. 2. direct. pag. mihi* 133. *col.* 1. idemque ex his juribus firmant idem Eymeric. *part. 3. direct. quæſt.* 121. & ibi Pegna *comm.* 170. Calderin. *de hæret. rubr. de hæreticis credentibus num.* 8. Repertor. Inquiſitor. *verbo Credentes verſ. item illi*, Auctor *tract. de forma procedendi contra hæret. rubr. de iis qui fuerunt conſolati ab hæret. num.* 1. Locatus *in judicial. inquiſitorum verbo Credentes num.* 2. Zanchin. *de hæret. cap. 7. numero* 4. Decian. *lib. 5. quæſt. crim. cap. 35. num.* 42. Simanch. *de Cathol. Inſtit. tit. 50. rubr. de præſumpt. num.* 4. Sanctarell. *de hæreſi cap. 11. dub. 4. num.* 31. Pueron. *ad Bullam Cœnæ cap. 1. num.* 121. Farinacc. *de hæreſi quæſt.* 182. *num.* 110. Carena *de Officio Inquiſit. par. 2. tit. 4. §. 9. num.* 85. Del Bene *de Offic. Inquiſit. par. 1. dubit. 14. in corollar. num.* 7. Card. Albit. *ab incoſtant. in fide cap. 24. num.* 26.

2 Sed pro illuſtranda hac Conſtitutione, inquirendum priùs eſt, quidnam ſit recipere conſolationem ab hæreticis, & qui ſint hæretici Conſolati, de quibus hîc fit mentio, ibi: *Nonnulli de partibus, ubi vobis contra hæreticos inquiſitionis officium eſt commiſſum, in mortis articulo conſtituti, ſalutis remedium abhorrentes, hæreticos Conſolatos ad ſe introduci faciunt, & ab eis per impoſitionem manus, deſolationis ſuæ conſolationem recipiunt, ſecundùm peſſimam conſuetudinem eorundem.* Et licèt in *cit. cap. filii, & citat. Conſt. Urbani* non legatur: *Hæreticos Conſolatos*: ſed: *Hæreticos Conſolatores*: tamen tam in præſenti, quàm in alia *Conſtit. Nicolai IV.* quam habes apud Card. Albit. *in Reſponſione ad Opuſcul. F. Pauli Servitæ de Origin. Inquiſit. in Statu Veneto*, legitur: *Hæreticos Conſolatos*: unde rectè cenſet idem Card. Albit. *de inconſtant. in fide cit. cap. 24. numer.* 32. mendosè ibi legi: *Hæreticos Conſolatores*, & reſtituendum eſſe: *Hæreticos Conſolatos*.

Siquidem, ut tradunt Raynald. *ad annum* 1204. *num.* 61. Bzovius *ad annum* 1199. *num.* 32. Gualter. *ad Sæculum 12. cap.* 17. Petrus Vallismontes *in hi-*
3 *ſtor. Albigenſium cap.* 2. ex hæreticis Albigenſibus alii appellabantur Perfecti, vel Boni homines, qui habitu nigro induti, caſtitatis obſervatores, ac mendacii oſores haberi volebant, eſum carnium, ovorum, & caſei deteſtabantur. Alii verò dicebantur Credentes, in quibus primorum perfectionem, & bonitatem non requirebant, adeout quamvis in vita dediti fuiſſent uſuris, rapinis, homicidiis, carnis illecebris, perjuriis, & perverſitatibus univerſis, crederent tamen fore ſalvandos, etiam ſine reſtitutione ablatorum, ſine confeſſione, & pœnitentia, dummodò in ſupremo mortis articulo *Pater noſter* dicere, & manuum impoſitionem à Magiſtris ſuis poſſent obtinere. Magiſtri autem erant ex hæreticis Perfectis, qui & Magiſtratum obtinebant, quoſque Diaconos ac Epiſcopos vocitabant, ſine quorum manuum impoſitione nullus inter Credentes moriturus ſe ſalvari poſſe credebat. Verùm ſi Credenti cuili- 4
bet quantumcunque flagitioſo manus impoſuiſſent, dummodò Orationem Dominicam recitare poſſet, ita ſalvandum exiſtimabant, ut abſque alia ſatisfactione, abſque omni alio remedio evolaret ad Cœlum; & hæc eſt illa Conſolatio, quam hæretici Albigenſes dabant morientibus.

His eodem ſæculo ſupervenerunt hæretici Cathari, 5
qui in eodem errore Albigenſibus famulabantur, ut ſcilicet crederent, ſe ſalvandos fore, ſi quis ex iis, quos Perfectos appellabant, morientibus manus impoſuiſſet, atque Orationem Dominicam repetiiſſet. Hæc autem ſuperſtitio apud ipſos appellabatur Conſolatio, & Conſolati dicebantur illi hæretici, qui ad id præſtandum ab infirmis accerſebantur; & ut notat idem Raynaldus *ad annum* 1258. *nu.* 24. contra hos edita fuit præſens Conſtitutio Alexandri; & juxta hæc intelligendus eſt locus Concil. Narbonen. *cap.* 19. ibi: *Si Conſolationes eorum, ubi eum, quem conſolantur, in hæreticum recipientes, per impoſitionem manuum ſe ſalvare proditionaliter mentiuntur.*

Ad id pariter conducunt, quæ ſcribit Fr. Raynerus *in ſumma de Catharis, & Leoniſtis, ſeu Pauperibus de Lugduno*, relatus per Raynald. *loco cit. numero* 25. ibi: *Quando autem aliquem in extremo periculo vitæ recipere volunt, dant ei optionem, utrum velit in Regno Cœlorum eſſe cum Sanctis Martyribus, vel Confeſſoribus; ſi autem elegerit ſtatum Martyrum, tunc manutergio ad hoc ſpecialiter deputato, quod teutonicè vocant* Bnetextuch, *ipſum ſtrangulant, oſtio ſuper eum clauſo. Si autem Confeſſorum elegerit, tunc poſt manuum impoſitionem, nihil dant ei ad eſum, nec paucam aquam ad bibendum, & ita fame ipſum perimunt:* & his ſubdit Raynald. *loco cit. numero* 28.
Hæc erat infanda hæreticorum Conſolatio, quæ in car- 6
nificinam deſinebat ſubtili dæmonis commento, ne quis eorum, qui ad hæreticos acceſſiſſet, ex cruentis ejus manibus evaderet. Ad eam ergo peſtem excidendam, quam refellere ſupervacuum eſſet, cùm humani ſenſus ad illam perhorreſcant, jure Principes ferro, flammis, & cataſtis utendum cenſuere, edixitque Alexander, ut eorum bona, quibus ab hæreticis manus admota eſſet, Fiſco addicerentur; ne ægrorum propinquitate conjunctiſſimi, ad quos hæreditas ſpectaret, ſceleratum adeo piaculum committi paterentur.

Ac tandem hæc forſan ſunt nefanda illa, & enor- 7
mia, quibus occurrere ſtuduit Concil. Toloſanum anno 1228. *can.* 15. dum ſtatuit: *Cùmque aliquem infirmum de manu Presbyteri ſui ſacram Communionem contigerit recepiſſe, adhibeatur ei diligens cuſtodia uſque ad diem obitus ſui, vel convaleſcentiæ, ne hæreticus, vel de hæreſi ſuſpectus ad ipſum infirmum poſſit habere acceſſum, cum ex acceſſu talium, nefanda intellexerimus, & enormia pluries contigiſſe.*

Ex his igitur clarum remanet, quid ſit Conſola- 8
tionem petere ab hæreticis, de qua in præſenti Conſtitutione fit mentio. Eſtque ulteriùs advertendum, aliud apud eoſdem hæreticos fuiſſe Conſolationem, aliud Conſolamentum. Siquidem Conſolatio dabatur ſolis infirmis; Conſolamentum verò erat eorum Baptiſmus, ſeu potiùs erat eis vice Baptiſmi, habebatque diver-

diverſos ritus à Conſolatione, ut refert *cit.* Fr. Raynerius, cujus verba refert Pegna *part.* 2. *comm.* 38. *verſ. manus*, Raynald. *ad cit. annum* 1258. *num.* 27. & Card. Albit. *cit. cap.* 24. *num.* 33. Unde non benè rem percepiſſe videtur idem Pegna *part.* 3. *comm.* 170. *verſ. & priuſquam*, ubi pro Conſolatione, quam infirmi petunt ab hæreticis ad terminos *cap. filii de hæreticis in* 6. intelligit Conſolamentum, & cum ipſo Pegna in idem lapſi ſunt Paſſerin. *cit. cap. filii numero* 6. Cherubin. filius *ad hanc Bullam ſcholio* 1.

9 Licèt autem hæc Conſtitutio loquatur de infirmis petentibus Conſolationem, ſeu manuum impoſitionem ab hæreticis Albigenſibus, vel Catharis, ex quo dici poſſet ejus diſpoſitionem hodie locum non habere; cùm præfata hæreſis extincta ſit, & conſequenter verificari nequeat, quòd quis Conſolationem petat ab hæreticis; adhuc tamen dicendum eſt, etiam nunc locum ſibi vindicare poſſe in quibuſcumque hæreticis, veluti ſi quis petat ſibi miniſtrari Sacramenta juxta ritus proprios alicujus ſectæ hæreticorum, ut ſpecialiter notat Pegna *cit. comment.* 170. *verſ. jam diſpoſitio*, & ex eo Cherubin. filius *ad hanc Bullam ſchol.* 2. iſti enim tales ſunt violenter de hæreſi ſuſpecti, & ſunt credentes erroribus hæreticorum, & exinde pro hæreticis habentur, Eymericus *par.* 2. *quæſt.* 55. *num.* 7. & 16. Paſſerin. *citat. cap. filii num.* 5. D. Antonin. *in ſumma par.* 3. *tit.* 24. *de excommunicat. cap.* 5. Salell. *de Mater. Tribunal. Fidei lib.* 1. *cap.* 12. *regula* 103. *num.* 193.

10 Et licèt credentes hæreticorum quoad pœnas exæquentur fautoribus, ut in *cap. excommunicamus il* 1. §. *credentes de hæret.* tamen facienda eſt diſtinctio inter credentes hæreticorum, & credentes erroribus hæreticorum; primi ſiquidem ſunt, qui ſimpliciter credunt, ſeu fidunt hæreticis, eorum verò hæreſibus
11 nec quidem implicitè credunt, & hi non hæretici, ſed de hæreſi ſuſpecti vehementer, vel de levi reputantur, ſecundùm majora, vel minora indicia, quæ in eis apparent, Eymeric. *part.* 2. *quæſt.* 50. *num.* 5. ubi Pegna *comm.* 75. *verſ. quidam*, Farinacc. *de hæreſi quæſt.* 182. *num.* 123. Paſſerin. *cit. cap. cum filii num.* 9. Carena *de offic. Inquiſit. par.* 2. *tit.* 4. §. 9. *num.* 78. & de credentibus in hoc ſenſu loquitur *cit. textus*, ut ad eum notat Gonzalez *cit.* §. *credentes*
12 *numero* 6. Farinacc. *cit. qu.* 182. *numero* 122. Secundi ſunt, qui explicitè hæreticorum erroribus credunt, & hi uti hæretici judicantur, *cap. excommunicamus il* 2. *in fine*, ibi: *Credentes autem eorum erroribus, hæreticos judicamus*: idemque totidem verbis ſtatuitur in *Conſt.* 9. *Innoc. IV.* §. 28. & *in Conſt.* 18. *ejuſdem* §. 2. *Conſtit.* 2. *Nicol. III.* §. 3. adeoque pœnæ ſtatutæ contra hæreticos, locum etiam obtinent contra credentes erroribus hæreticorum, Sanctarell. *de hæreſ. cap.* 11. *dub.* 4. *num.* 32. Farinacc. *loc. cit. numero* 121.

13 Siquidem, vel credunt explicitè aliquam hæreſim, veluti ſi cum Calvino ſentiant, per conſecrationem Chriſtum non fieri realiter, ſed figurativè ſolùm præſentem in Sacramento Euchariſtiæ; vel credant cum Luthero, in Euchariſtia ſimul cum ſubſtantia corporis Chriſti permanere ſubſtantiam panis, & vini; & hos hæreticos eſſe certum eſt, imò non tam credentes, quàm hæretici appellari debent, Paſſerin. *cit. cap. filii num.* 10. Salell. *cit. cap.* 12. *regul.* 103. *num.*
14 191. ſi verò erroribus hæreticorum implicitè credant, veluti ſi generaliter quis credat, hæreſim Lutheranam eſſe veram; aut Lutheranos tenere bonam Fidem, quam tamen ipſe ſcit eſſe Fidei contrariam, licèt nullum errorem in particulari ſequatur, & iſti propriùs veniunt ſub nomine credentium, quamvis pariter reputentur hæretici, eorumque pœnas ſortiantur, Simanch. *de Cathol. Inſtitut. tit.* 15. *rubr. de Credentibus numer.* 3. Calderin. *de hæret. rubr. de hæret. credentibus numero* 8. ubi quòd hæc procedant etiam ſi ſic implicitè credentes, hæreticorum ritus non ſervent, Sanctarell. *cit. cap.* 11. *dub.* 4. *num.* 1. Navarr. *in Summa cap.* 27. *num.* 56. Card. Albit. *cit. cap.* 24. *num.* 25. Murga *de Sepultur. tom.* 2. *diſquiſit.* 1. *dub.* 2. *num.* 2.

Et exinde eſt, ut in publicatione proceſſus Bullæ 15
Cœnæ quandoque exprimantur credentes, quandoque omittantur. Ita non leguntur expreſſi in *Conſtit.* 25. *Julii II.* & *Conſt.* 10. *Pauli III.* exprimuntur tamen in *Conſt.* 81. *Gregor. XIII.* & *Conſtit.* 63. *Pauli V.* nam ſive exprimantur, & id fit ad majorem declarationem, prout à ſequentibus Pontificibus exprimi ſoluiſſe notat Navar. *cit. cap.* 27. *num.* 55. Duard. *ad Bullam Cœnæ lib.* 2. *can.* 1. *quæſt.* 26. *num.* 11. Sanctarell. *cit. cap.* 11. *dub.* 4. *num.* 30. ſive non exprimantur, & non idcircò cenſentur omiſſi; nam ſi ſint tantùm credentes hæreticorum, & tunc veniunt ſub nomine fautorum; ſi verò ſint credentes erroribus hæreticorum, & tunc ſub hæreticorum nomine ſatis expreſſi cenſentur.

Credere autem implicitè hæreticorum erroribus, 16
non ſolùm verbis, ſed factis etiam contingere poteſt. Verbis quidem, veluti ſi quis dicat, ſe cum Calviniſtis in materia Fidei ſentire, aut eos habere veram Fidem, eſſeque viros bonos in converſatione, & vita; atque peccare, qui eos perſequuntur, aut ſimilia, quæ adducit Simanchas *de Cathol. inſtit. tit.* 15. *num.* 2. Salell. *cit. cap.* 12. *regul.* 103. *num.* 192. Del Bene *cit. dubit.* 14. *in coroll. numer.* 1. niſi forſan id credant ex ſimplicitate, aut quia decepti fuerunt ab aliquo viro docto; nam ſi admoniti recognoſcant errorem, excuſantur à pœnis credentium, Farinacc. *cit. quæſt.* 182. *num.* 126. & 129. Cardin. Albit. *cit.*
cap. 24. *num.* 68. Similiter ex factis cognoſci poteſt, 17
quem eſſe implicitè credentem erroribus hæreticorum, nam parum intereſt, an voluntas declaretur factis potiùs quàm verbis, *leg. de quibus ff. de legibus*, imò factis plus quàm verbis oſtendi ſolet voluntas, *leg. ſi tamen* §. *ei qui ff. de Ædilit. edicto*, ex quo maximè ex factis probatur quemquam eſſe credentem hæreſi, Eymeric. *part.* 2. *quæſt.* 50. *num.* 3. ubi Pegna *comment.* 75. *verſ. magis*, Albertin. *de agnoſcen. quæſt.* 34. *num.* 53.

Certam autem tradere definitionem, ex quibus 18
nempè factis quis reputetur credere hæreticorum erroribus, non undique tutum eſt, adeout circa id antiquitus valdè fuiſſe dubitatum aſſerat Pegna *cit. comment.* 75. *verſ. factis*, ubi ad hoc plures particulares caſus adducit ex Concil. Narbonen. *can.* 29. & ſimiliter Ananias *in cap. excommunicamus il* 1. §. *credentes num.* 11. Calderin. *loc. cit. num.* 8. Salell. *cit. cap.*
12. *regul.* 103. *numero* 193. Indubitatum tamen eſt, 19
quòd communicantes hæreticis in eorum ritibus, exercendo ſcilicet ea, quæ in iiſdem ritibus continentur, cenſentur credentes implicitè earundem hæreſum, Guid. Fulcod. *qu.* 9. impreſſ. poſt Caren. *de Offic. Inquiſit.* Eymeric. *cit. quæſt.* 50. *num.* 3.

Ex his planiùs aſſequimur, cur infirmi petentes 20
Conſolationem ab hæreticis, reputentur credentes erroribus eorundem; quia ſcilicet Conſolatio erat quidam ritus hæreticorum proprius infirmis adhiberi ſolitus, ex quo Conſolationem recipientes, cenſebantur, tanquam communicantes in eorum ritibus, erroribus hæreticorum credere, adeoque uti hæretici
puniendi erant, ex hactenus dictis. Nec in aliquo 21
eos relevat, quòd Conſolationem receperint, ſive aliunde eorundem ritibus communicaverint, dum non ſanæ mentis erant, vel poſt amiſſam loquelam; nam ſufficit ſi conſtet, quòd dum petierunt Conſolationem, erant ſanæ mentis, ut ex præſenti Conſtitutione habetur; imò in *cit. cap. filii* id extenditur ad duos alios caſus, ſi ſcilicet dum vivebant erant de hæreſi diffamati, vel ſuſpecti, ut ibi notant Gloſſ. *ver. non ſana*, & Paſſerin. *num.* 1. Pegna *cit. comm.* 170. Farinac. *cit. quæſt.* 182. *num.* 112.

CON-

Digitized by Google

CONSTITUTIO XIV.

ALEXANDRI IV.
incipiens (*Super extirpatione.*)

EPITOME BULLÆ.

ALEXANDER FRATRIBUS ORDINIS Minorum Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis in adminiſtratione S. Franciſci.

STatuitur, ut ab hæreticis, credentibus, fautoribus, receptatoribus, & defenſoribus hæreticorum, ad mandatum Eccleſiæ redeuntibus, per Inquiſitores cautio ſub pœna pecuniaria exigatur, quòd Fidem Catholicam firmiter teneant, & ulteriùs hæreticis non faveant, atque Eccleſiæ, & Inquiſitorum mandatis obtemperent.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De contentis in hac Conſtitutione. Remiſſivè.*

2 *Inquiſitores an poſſint imponere pœnas pecuniarias.*

3 *Inquiſitores poſſe imponere pœnas pecuniarias non probatur ex hac Conſtitutione.*

4 *A pœnis pecuniariis eſſe per Inquiſitores abſtinendum monuit Concilium Narbonenſe.*

5 *Inquiſitoribus non eſt jure prohibitum pœnas pecuniarias imponere.*

6 *Quilibet Judex Eccleſiaſticus poteſt pœnas pecuniarias imponere, ſi à jure id prohibitum non ſit.*

7 *Inquiſitoribus in* Clem. nolentes de hæret. *prohibentur tantùm illicitæ extorſiones pecuniarum.*

8 *Pœna hæreticorum pœnitentium ſunt arbitraria.*

9 *Pœna pecuniaria quando ab Inquiſitoribus imponenda ſit.*

10 *Inquiſitores Italiæ non poſſunt imponere pœnas pecuniarias inconſulta Suprema Inquiſitione.*

11 *Hæredes eorum, qui non adimpleta pœnitentia pecuniaria per Inquiſitores injuncta decedunt, quatenus ad eam implendam teneantur.*

12 *Aſſeritur per Inquiſitores cogi poſſe hæredes ad pœnitentiam pecuniariam exſolvendam.*

13 *Pœnitentia realis adimplenda eſt ab hærede, & quid ſi fuerit perſonalis.*

14 *Si hæreticus pœnitens deceſſerit, dum non adhuc ei injuncta fuerat pœnitentia pecuniaria, non poteſt hæc imponi, aut exigi ab hæredibus.*

15 *Inquiſitores poſſunt cogere per excommunicationem hæreticos pœnitentes ad implendas pœnitentias pecuniarias, aliaſque, & ſimiliter eorum fidejuſſores.*

16 *Inquiſitores poſſunt procedere contra renuentes, aut negligentes pœnitentias impoſitas implere.*

17 *Rei ſunt ſubjecti Inquiſitoribus, quouſque pœnitentias non impleverint.*

18 *Inquiſitorum juriſdictio durat etiam poſt latam ſententiam.*

19 *Idque aliqui aſſeruerunt etiam quoad cauſas civiles, & criminales.*

20 *Quod tamen rejicitur, exceptis cauſis ad Inquiſitionem aliàs pertinentibus.*

21 *In cauſis levioribus poſſunt Inquiſitores procedere contra pœnitentes.*

22 *Pœnitentiæ pecuniariæ poſſunt applicari indigentiis ipſius Inquiſitionis.*

23 *Nec expectanda eſt urgens ipſius Tribunalis neceſſitas, ſed ſufficit quæcumque neceſſitas, etiam futura.*

QUod in præſenti Conſtitutione ſtatuitur, habe- 1
tur etiam priùs diſpoſitum per *Conſtit.* 10. *In-
Innoc. IV.* incip. *Cum venerabilis*, ubi pro utraque
Commentarium dedi. Conſequutivè autem ad ea,
quæ ibi dicta ſunt, nonnulla remanent videnda. Et
primò an Inquiſitores imponere poſſint hæreticis,
aliiſque de hæreſi ſuſpectis pœnitentibus, pœnas pecu-
niarias. In qua re nullum jus adeſſe videtur, id ſpe- 2
cialiter permittens Inquiſitoribus; etſi enim commu-
niter Doctores id probent ex præſenti Conſtitutione,
& ex *cit. Conſtit.* 10. *Innoc. IV.* ut apud Pegna *part.*
3. *director. comm.* 152. *verſ. hanc autem*, Carena *de
Offic. S. Inquiſit. part.* 3. *tit.* 13. §. 8. *num.* 80. Fer-
moſin. *de confiſcation. allegat.* 40. *num.* 1. tamen di-
ctæ Conſtitutiones id non probant; ſiquidem aliud 3
eſt imponere pœnitentiam pecuniariam, ſeu ſolutio-
nem alicujus pecuniæ pro pœnitentia; aliud verò re-
cipere à pœnitente cautionem, ſeu fidejuſſionem ſub
pœna pecuniaria de parendo mandatis, & de adim-
plendo pœnitentiam ſalutarem injunctam ab Inquiſi-
toribus; hoc ſecundum tantùm habetur in his Con-
ſtitutionibus, nihil autem de primo; imò Inquiſito-
res abſtinere debere à pœnitentiis pecuniariis, mo-
nuit Concilium Narbonenſe anni 1235. *can.* 17. ibi: 4
*Ab hujuſmodi enim pecuniariis pœnitentiis, & exa-
ctionibus vobis eſt abſtinendum, & parcendum propter
veſtri ordinis honeſtatem*; & ut benè advertit Salell.
de Mater. Trib. Fidei lib. 6. *cap.* 6. *regul.* 481. *num.*
7. non invenitur in jure expreſsè conceſſa Inquiſito-
ribus hæc facultas imponendi pœnitentias pecunia-
rias; & quòd non poſſit imponi, tenet Zabarell. *in
cit. clem. nolentes* §. *Inquiſitoribus num.* 2. & ibi Imola
num. 9. & Boniſac. de Vitalinis *num.* 57.

Nihilo tamen minùs conſtans & unanimis om-
nium ſententia eſt, poſſe Inquiſitores imponere reis
pœnas, ſeu pœnitentias pecuniarias, Gloſſa *in cle-
ment. nolentes verb. illicitas de hæretic.* & ibi Barboſ.
num. 14. Paſſerin. *cap. accuſatus* §. *ſi verò num.* 243.
eodem tit. in 6. Repert. Inquiſitor. *verb. pœnitentia,
verſ. item indictio*, Souſa *in Aphor. Inquiſ. lib.* 3. *nu.*
2. Eymeric. 3. *part. direct. quæſt.* 103. & ibi Pegna
comment. 152. *in princip.* Decian. *tract. crimal. lib.* 5.
cap. 44. *num.* 7. Zanchin. *de hæretic. cap.* 16. *num.* 6.
Diana *part.* 10. *tract.* 8. *reſol.* 6. Quæ quidem ſenten- 5
tia vera eſt, non quia Inquiſitoribus ex his Conſti-
tutionibus permittatur imponere pœnitentias pecu-
niarias, ut erroneè exiſtimatur; ſed quia id Inquiſi-
toribus non eſt à jure prohibitum, ut magis accura-
tè loquitur Farinac. *de hæreſi qu.* 193. §. 6. *num.* 108.
ceſſante igitur juris prohibitione, intrat regula, 6
quòd ſcilicet Epiſcopus, vel quiſquis alter Judex Ec-
cleſiaſticus imponere poſſit pœnas pecuniarias, *cap.
dilectus de Offic. Judic. ordin.* Gonzalez *cap. licet nu-
mero* 2. *de pœnis*, Genuenſ. *in practicab. Eccleſ. qu.*
251. Diana *part.* 10. *tract.* 8. *reſol.* 1. Solorzan. *de
jure Indiar. tom.* 2. *libr.* 3. *cap.* 7. *numero* 76. & alii
apud Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 117. *num.* 18.
Nec id prohibitum eſt Inquiſitoribus in *clem. nolentes
de hæreticis*; nam conſtat ibi ſolummodo prohiberi 7
extorſiones pecuniarum modis illicitis factas, ut ob-
ſervat Gloſſa *ibidem ver. illicitis*, & Barboſa *numero*
14. Cherubin. *fil. ad hanc Bullam ſchol.* 2. nec pariter
id prohibetur per Concilium Narbonenſe *loc. cit.*
cùm non procedat prohibendo, ſed ſolummodo mo-
nendo Inquiſitores, honeſtiùs facere ſi ab ejuſmodi
pœnis abſtineant, ut pariter advertit Pegna *part.* 3.
comment. 7. *verſ. at quamvis*, Fermoſinus *cit. allegat.*
40. *num.* 19.

Cùm autem pœnæ hæreticorum pœnitentium 8
K regu-

regulariter ſint arbitrariæ, ut ex *cap. ut commiſſi. §. illorum de hæretic. in 6.* tenent Gloſſa *ibidem*, & latè Farinacc. *cit. qu.* 193. *num.* 84. Cardin. Albitius *de inconſtantia in fide cap.* 25. *num.* 79. Hinc poterunt Inquiſitores, quando eis videbitur ſalutarem eſſe pœnitentiam pecuniariam, illam imponere, & plures
9 caſus, in quibus imponenda ſit, recenſent Farinacc. *cit. qu.* 193. *numero* 110. *cum ſeqq.* Pegna *cit. comm.* 152. *verſ. ſed non erit*, Fermoſin. *cit. allegat.* 40. *numero* 10. Salell. *libr.* 6. *cap.* 6. *regul.* 481. *numero* 17. ubi quòd præcipuè ſit imponenda pœna pecuniaria illis, qui magis eam timere cenſentur, Carena *cit. tit.* 13. §. 8. *num.* 80. ubi *num.* 81. & in *annotat. ad*
10 Guidon. Fulcodium *q.* 3. *num.* 7. ait, quòd hodie Inquiſitores Italiæ non poſſint imponere pœnitentias pecuniarias, niſi priùs conſulta Sacra Congregatione Supremæ Inquiſitionis in quolibet caſu particulari, quæ etiam determinare debet, in quos uſus erogandæ ſint pecuniæ ex pœnitentiis obventæ; idemque ex ſpeciali Decreto ejuſdem Sacræ Congregationis, notat Diana *tom.* 10. *tract.* 8. *reſol.* 6. & Salell. *cit. c.* 6. *regula* 481. *num.* 6.

11 Quòd ſi hæretici, vel de hæreſi ſuſpecti pœnitentes deceſſerint non adimpleta pœnitentia pecuniaria eis injuncta, dubitari ſolet, an ejus hæredes teneantur ad eam pœnitentiam exſolvendam. Et in hoc aliqui diſtinguunt inter hæreticos, & ſuſpectos de hæreſi; itaut quoad ſecundos teneantur hæredes adimplere pœnitentias, ſecùs quoad primos: quam diſtinctionem colligunt ex textu in *cap. accuſatus §. ſi vero de hæreticis in 6.* ubi Barboſa *num.* 27. & Paſſerin. *numero* 447. Fermoſin. *cit. allegat.* 40. *num.* 31. cujus differentiæ rationem aſſignant, quòd nempe bona hæretici veniunt confiſcanda, adeoque poſt ejus mortem non fieri poteſt locus hæredi in adimplenda pœna pecuniaria.

12 Verùm dubitatio hæc ſupponit hæreticum decedere pœnitentem, adeòque præfata diſtinctio non intrat; ex quo dicendum eſt, quòd ſive hæreticus, ſive de hæreſi ſuſpectus, in gremium Eccleſiæ remiſſus, decedat non impleta pœnitentia pecuniaria ei per Inquiſitores injuncta, teneantur hæredes, & cogi poſſint per eoſdem Inquiſitores ad eam ſolvendam, ut decidit Alexan. IV. *Conſt.* 12. incip. *Quod ſuper* §. 5. ibi: *Quidam inſuper pro iis, quæ commiſerunt in hæreſi, adſtringunt ſe Inquiſitoribus ſub obligatione bonorum ſuorum ad recipiendam ab eis pœnitentiam, & complendam: Sed ea licèt injuncta, non tamen peracta, quin potiùs in totum, vel in parte neglecta decedunt. Quæritur ergo, utrum Inquiſitores ipſi, vel qui in eorum locum ſuccedunt, poſſint ad ſatisfaciendum pro ipſis defunctis, hæredes, vel detentores bonorum ſic decedentium coarctare? Ad quod dicimus, quòd ſi per ejuſmodi pœnitentiam aliquod onus ad ſalutem proficiens impoſitum fuerit in bonis temporalibus exequendum, ad complementum ipſius per Inquiſitores cogi debent hæredes, vel alii, ad quos bona talium cum ſuo onere devenerunt*; atque ita etiam de hæreticis pœnitentibus firmant Farinacc. *cit. quæſt.* 193. *numer.* 125. Decian. *lib.* 5. *c.* 45. *num.* 13. Carena *in annot.*
13 *ad quæſt.* 7. Guidonis Fulcodii *num.* 5. quam quidem pœnitentiam exſolvi poſſe per hæredem, certum eſt, cùm ſit realis, ad differentiam pœnitentiæ merè perſonalis, ad quam hæres non teneretur, ut firmant mox citati Doctores, & Zanchin. *de hæretic. cap.* 29. *num.* 6. & 7. Eymeric. *part.* 3. *quæſt.* 120. *numero* 3. ubi Pegna *comment.* 169. *verſ. de ſecunda*, ad inſtar eorum, quæ in materia Voti realis, perſonalis, vel mixti, docent Moraliſtæ apud Azor. *tom.* 1. *lib.* 11. *cap.* 16. *quæſt.* 15. Bonacin. *tom.* 2. *de legibus diſp.* 4. *quæſt.* 2. *punct.* 5. §. 11. De Marin. *reſol. lib.* 1. *cap.* 165.

14 Hæc procedunt, ſi pœnitentes deceſſerint poſtquàm Inquiſitores jam eis injunxerant pœnitentiam. Quid autem dicendum de iis, qui non adhuc injuncta pœnitentia deceſſerunt? Hanc quæſtionem pariter decidit Alexander IV. *cit. Conſtit.* 12. §. 7. ibi: *Sunt & alii, qui confeſſi ſunt in judicio de hæreſi coram Inquiſitoribus, ſed antequam eis injungeretur pœnitentia, deceſſerunt. Super quo quæritur, ſi hæredes talium compelli poſſunt ab Inquiſitoribus, ut ad ipſorum arbitrium ſatisfaciant pro defunctis? præcipuè cum iidem, dum viverent, ad faciendum pœnitentiam, quam Inquiſitores eis vellent injungere, bona ſua Inquiſitoribus obligarint. Cui quæſtioni ſic duximus reſpondendum, quòd poſtquam tales non deceſſerunt hæretici, ſed reincorporati potius Eccleſiæ unitati, non videmus, quòd eis poſt mortem, vel eorum hæredibus, qui ad ſucceſſionem talium admittuntur, ſit ſatisfactio pro extincto jam crimine injungenda. In eo vero caſu, in quo hæredes hujuſmodi ad ſucceſſionem non deberent ob culpam ſui auctoris admitti: non obſtante, quòd auctoribus ipſis viventibus hoc non fuerit intercedente ipſorum morte declaratum, ad confiſcationem bonorum poſt mortem nihilominùs procedatur*; & concordat *text. in cap. accuſatus §. porrò de hæretic. in 6.* idemque cenſuit Guido Fulcodius, poſtea Clemens IV. *quæſt.* 7. ubi quòd hæretici pœnitentes, qui deceſſerunt antequam eis injungeretur per Inquiſitores pœnitentia, reſerventur Purgatorio, quòdque pœnitentia ſit tantùm exequenda per hæredes, non verò ipſis primò injungenda, & ibi notat Carena *numer.* 4. Author *tract. de forma proceden. contra inquiſit. de hæreſi rubr. de hæredibus hæreticorum numero* 1. Eymeric. *part.* 3. *qu.* 120. *num.* 1. non quidem ſolùm per rationem, quam ibi tradit, quòd ſcilicet crimen ſit extinctum morte, ſed etiam quia mortem præceſſit pœnitentia, & abſolutio, per quam incorporati ſunt Eccleſiæ, Pegna *cit. comment.* 169. *in princip.* Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.* 34. *rubric. de Inquiſitoribus nu.* 31. Decian. *cit. lib.* 5. *cap.* 39. *n.* 2. & 3. & alii apud Farinacc. *cit. quæſt.* 193. *nu.* 128.

Si autem ipſi hæretici pœnitentes pœnas pecunia- 15
rias, aliaſque pœnitentias injunctas adimplere omiſerint; certum eſt non ſolùm poſſe per Inquiſitores cogi ad implementum pœnitentiæ, ſed ſi dum acceptarunt pœnitentiam, fuit ab eis exacta cautio, ſeu fidejuſſio ſub pœna pecuniaria de parendo mandatis, poterit ultra pœnitentiam pecuniariam, exigi etiam alia pœna in cautione, vel fidejuſſione appoſita, & tam ipſi, quàm ejus fidejuſſores ad id per cenſuras ab Inquiſitoribus compelli poſſunt, ut in præſenti Conſtitutione decernitur, idemque ſtatuit Innoc. IV. *in Conſt.* incip. *Cum per noſtras*, quæ eſt in calce *Conſtit.* 10. ejuſdem Pontificis. Rejicienda idcircò eſt opinio Probi *ad Monachum in cap. Præſidentes de hæreticis in 6.* Decii *conſ.* 137. *numero* 6. Calderin. *de hæretic. conſ.* 2. quos ſequitur Decianus *libr.* 5. *cap.* 54. *num.* 40. dicentes, quòd ſi pœnitentes omiſerint, ſeu neglexerint pœnitentiam adimplere, non poſſint Inquiſitores contra eos ſe ingerere, ex eo, quòd non adimplere pœnitentiam non ſit, neque ſapiat hæreſim; excepto caſu, quo pœnitentiam omiſerint, negantes potuiſſe Inquiſitores illam injungere, vel putantes non teneri ad illam.

Rejicitur inquam, tum ex præcitatis Conſtitutio- 16
nibus indiſtinctè permittentibus Inquiſitoribus cogere pœnitentes, etiam per exactionem pœnæ pecuniariæ ad implementum pœnitentiæ; quod expreſſiùs ſtatuit idem Alexander *in Conſt.* incip. *Ad audientiam*, quæ eſt in calce præſentis Conſtitutionis, ibi: *Quorum nonnulli mandatis, quæ ipſis facitis, parere recuſant*; tum etiam quia cognoſcere an pœnitentes fecerint, necne pœnitentiam, ad Inquiſitores pertinet, ſive pœnitentia fuerit omiſſa in contemptum poteſtatis eam imponentis, ſive etiam ex negligentia, & fragilitate, Farinacc. *cit. qu.* 193. *num.* 123. Ignatius Lupus *in Edict. Sanct. Inquiſit. part.* 1. *lib.* 9. *artic.* 3.
difficult. 3. *per tot.* & inſuper communis eſt ſenten- 17
tia, quòd quilibet ſive hæreticus, ſive de hæreſi ſuſpectus, cui in abſolutione pœnitentia fuit impoſita, ſubjacet juriſdictioni Inquiſitorum quamdiu pœnitentias injunctas non adimplet, tam quoad implementum pœnitentiæ, quàm quoad alias cauſas pertinen-

tes ad

Digitized by Google

tes ad Sanctum Officium, Abbas *cap. 2. de foro com-*
petent. Paſſerin. *cit. cap. accuſatus num.* 438. Eymeric.
part. 3. *qu.* 97. Guido Fulcodius *quæſt.* 13. & ibi Ca-
rena *num.* 3. Souſa *cit. lib.* 5. *c.* 29. *numero* 1. atque
18 eſſe privilegium Inquiſitorum, ut poſt latam ſenten-
tiam, eorum juriſdictio non expiret in eadem cauſa,
ex pluribus aſſerit Card. Albit. *de inconſt. in fide cap.*
25. *num.* 90.

19 Imò ſunt, qui dixerint, hæreticos pœnitentes
quouſque pœnitentiam non adimpleverint, ſubjacere
juriſdictioni Inquiſitorum, etiam quoad alias ipſo-
rum cauſas tam civiles, quàm criminales, ut ex *can.*
alind 11. *q.* 1. tenuerunt Hoſtien. *in ſumma tit. de fo-*
ro compet. num. 11. Berous *in cap.* 2. *de foro compe-*
ten. Repertor. Inquiſitor. *verb. pœnitentia* §. *nota*
20 *quod effectus*; licèt contrarium ſit verius, & com-
muniter receptum, ut ſcilicet hæretici pœnitentes,
etiam publicè, excepto id quod attinet ad imple-
mentum pœnitentiæ, aliiſque cauſis hæreticalibus;
in cæteris cauſis ſive civilibus ſive criminalibus con-
venire debeant, & conveniri apud proprium Judi-
cem, etſi ſæcularem; facultas enim Inquiſitorum in
cit. cap. accuſatus §. *ſane*, & *in cit. Conſtit.* 12. *Alex.*
IV. §. 4. reſtricta eſt ad cauſas hæreſis, ut de com-
muni firmant Abbas *c.* 2. *de foro compet.* Paſſerin. *cit.*
cap. accuſatus §. *ſi verò num.* 438. Souſa *cit. cap.* 29.
num. 2. Salelles *lib.* 6. *cap.* 10. *regula ultima nu.* 103.
Decian. *libr.* 5. *cap.* 23. *nu.* 15. Farinacc. *quæſt.* 186.
num. 37. Caſtropal. *par.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 8. *punct.* 12.
21 §. 2. *num.* 10. Covarr. *pract. quæſt.* 34. *num.* 3. licèt
in cauſis levioribus, veluti ſi ipſi pœnitentes inter ſe
rixati fuerint in ipſis carceribus, poſſint Inquiſitores
in ipſos animadvertere, Salelles *cit. regul. ult. n.* 106.
Diana *part.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 69.

22 Demùm pœnas pecuniarias applicari poſſe ipſi Tri-
bunali Inquiſitionis pro expenſis faciendis in perſe-
quendis hæreticis, decernitur in præſenti Conſtitu-
tione, ibi: *Et de illa vobis, & ſingulis veſtrum ne-*
ceſſariæ ad proſequutionem negotii contra hæreticos ex-
penſæ, ſine difficultate aliqua de ipſius Diœceſani con-
ſilio miniſtrentur; idemque habetur in *cit. Conſtit. In-*
noc. IV. incip. *Cum per noſtras*, ibi: *Mandamus qua-*
tenus de his, quæ taliter recipere vos continget, Inquiſi-
toribus hæreticæ pravitatis in expenſis providere cure-
tis ad Inquiſitionis hujuſmodi officium opportunis; hinc
etſi veritum omninò ſit, pœnas pecuniarias cedere
in utilitatem privatam Inquiſitorum; poſſe tamen
erogari pro promovendo negotio Inquiſitionis con-
tra hæreticos certum eſt, nec in hoc eſt expectanda
urgens neceſſitas ejuſdem Tribunalis, ut voluit Car-
23 rer. *de hæretic. numero* 69. ſed ſufficere qualemcunque
præſentem, vel etiam futuram neceſſitatem, Pegna
part. 3. *comment.* 152. §. *primum*, Farinacc. *cit. qu.*
193. *numero* 119. Diana *part.* 10. *tract.* 8. *reſol.* 6.
Salell. *cit. lib.* 6. *cap.* 6. *regul.* 481. *num.* 12. licèt ho-
die, ut ſuperiùs dixi, Inquiſitoribus Italiæ id non ſit
permiſſum, niſi conſulta priùs Sacra Congregatione
Supremæ Inquiſitionis.

CONSTITUTIO XV.

ALEXANDRI IV.
incipiens (*Exortis.*)

EPITOME BULLÆ.

ALEXANDER EPISCOPIS, ABBATIBUS, Prioribus, Miniſtris &c. & univerſo Clero, tam Religioſis, quam ſæcularibus in Ducatu Spoletano conſtitutis.

MAndat præfatis perſonis, ut hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus in eorum munere exequendo efficacitatet aſſiſtant, auxilium, conſilium, & favorem impendant.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Inquiſitoribus ex qua cauſa plura privilegia conceſſa fuerint.*
2 *Referuntur diſpoſita in hac Conſtitutione.*
3 *Epiſcopi, aliæque perſonæ Eccleſiaſticæ etiam Regulares, Inquiſitoribus favere debent.*
4 *Idemque etiam præſtare tenentur perſonæ ſæculares.*
5 *Inquiſitoribus favere tenemur in iis tantùm, quæ ad eorum munus pertinent.*
6 *Sub nomine fautorum veniunt etiam receptatores, & defenſores hæreticorum.*
7 *Quæ de fautoribus dicuntur, accomodanda ſunt receptatoribus, & defenſoribus.*
8 *Defendentes errores hæreticorum ſunt hæretici formales.*
9 *Nomine defenſorum veniunt, qui non hæreſes, ſed perſonas hæreticorum defendunt.*
10 *Defenſores hæreticorum non cenſentur, niſi qui eos defendunt ob cauſam hæreſis.*
11 *Faventes hæreticis non intuitu hæreſis, ſed qua conſanguineis, vel amicis, non ſunt verè fautores.*
12 *Ideò eis minuitur pœna, ſed non omninò condonatur.*
13 *Et in hoc attendenda eſt proximitas, vel diſtantia gradus conſanguinitatis.*
14 *Receptans hæreticum conſanguineum, ex affectione ſanguinis potiùs, quàm intuitu hæreſis id facere præſumitur.*
15 *Faventes hæreticis non intuitu hæreſis, non incurrunt excommunicationem.*
16 *Faventes hæreticis non qua hæreticis, dicuntur fautores materiales.*
17 *Faventes hæretico, quem ignorant eſſe talem, non cenſentur fautores.*
18 *Hæc ignorantia probanda eſt à fautore, ſi hæreticus ſit notoriè talis; aliàs probanda eſt à Fiſco.*
19 *Idemque dicendum eſt de cauponibus, aliiſque receptantibus hæreticos.*
20 *Favens hæretico uti tali, cenſetur eſſe fautor, quamvis hæreticus non ſit denunciatus.*
21 *Extravagans* Ad evitanda *non proceſſit favore excommunicatorum.*
22 *Faveri hæreticis poteſt commiſſione, & omiſſione. Commiſſione favere poſſunt hæreticis, etiam perſonæ privatæ, idque tum verbis, tum factis, Ibidem.*
23 *Hæreticis in extrema neceſſitate exhibens alimenta, non cenſetur fautor.*
24 *Domini temporales ſpecialiter tenentur favere Inquiſitoribus.*
25 *Juramentum præſtare debent de adjuvando Eccleſiam contra hæreticos, & renuentes quatenus puniantur.*
26 *Tale juramentum quomodo præſtari ſoleat, & qualiter præſtetur etiam à Regibus.*
27 *Domini, & Magiſtratus temporales Inquiſitoribus favere omittentes, ſunt fautores hæreticorum ex omiſſione.*
28 *Epiſcopi, & Inquiſitores non punientes hæreticos, cenſentur fautores ex omiſſione.*
29 *Epiſcopus judicandus eſt hæreticus, ſi hæreticos punire negligat.*
30 *Epiſcopus, & Inquiſitor negligentes punire hæreticos, non ſolùm uti fautores, ſed etiam ut violenter ſuſpecti de hæreſi puniendi ſunt.*
31 *Epiſcopus negligens punire hæreticos deponendus eſt. Remiſſivè.*

32 *Cruceſignati, aliique familiares Inquiſitorum omittentes ea, ad quæ ex officio tenentur, fautores omiſſione reputandi ſunt.*

33 *Recenſentur ea, ad quæ præfati ex officio tenentur.*

34 *Cuſtodes carcerum cenſentur fautores omiſſione, ſi hæreticos non cuſtodiant, aut fugere ſinant.*

35 *Perſonæ privatæ quatenus poſſint favere hæreticis omiſſione.*

36 *Perſonæ privatæ omittentes ea, ad quæ per Inquiſitores contra hæreticos requiruntur, ſunt fautores omiſſione.*

37 *Niſi omiſſio aliqua ratione excuſari poſſit.*

38 *Perſonæ privatæ omittentes denunciare hæreticos, an ſint fautores omiſſione.*

39 *Omittentes denunciare hæreticos, ad quod ex proprio officio tenentur, ſunt fautores omiſſione.*

40 *Perſonæ privatæ omittentes denunciare hæreticos, puniuntur extraordinariè, non autem uti fautores.*

41 *Niſi tamen eis ſpecialiter injungatur hæreticos denunciare, aut revelare.*

42 *Quamvis & hoc caſu mitiùs puniantur.*

1 ADeò proficuum Inquiſitionis officium quouſque
in ejus principiis firmè conſtabiliretur, non de-
ſinerunt Summi Pontifices, Inquiſitorum Juriſdictio-
nem, quæ utpotè commendata pauperibus Regula-
ribus Ordinis Sanctorum Dominici, & Franciſci,
difficilè exerceri poterat, pluribus mediis, atque au-
xiliis promovere. Huc ſiquidem collimavit facultas
illa inſtituendi Cruceſignatos pro hæretica pravitate
extirpanda, ut dixi ad *Conſtit.* 17. *&* 19. *Innoc. IV.*
huc etiam (ut alia omittam) tendit præſens Con-
ſtitutio edita Anagniæ anno 1258. & directa Epiſco-
pis, Abbatibus, omnique Clero tam Sæculari quàm
Regulari in Ducatu Spoletano exiſtentibus, ibique
2 diſponitur: *Univerſitatem veſtram rogamus, mone-
mus, & hortamur attentè, per Apoſtolica vobis ſcrip-
ta mandantes, quatenus attendentes prudenter, quod
Inquiſitores hujuſmodi à prædicto deputati Miniſtro,
pro defenſione ipſius Fidei, & cum ſalute Fidelium
laborantes, & periculis perſonas proprias ſalubriter
exponentes, nequeunt ad omnia, quæ tanto expediunt
negotio, ſufficere per ſe ipſos: eiſdem, & aliis, ſi
quos ad hoc ex ipſis Fratribus contigerit deputari, in
prædicto exequendo negotio efficaciter aſſiſtatis, oppor-
tunum ſibi conſilium, favorem, & auxilium impen-
dendo, ita quod exinde veſtræ fidei ſinceritas meritò
valeat commendari, nec contingat Dei opus per ve-
ſtram negligentiam, vel injuriam intermitti, quas
proculdubio, præter id, quod horrendis notaret maculis
infamia negligentes, ultrix omnis inobedientiæ, ac ne-
gligentiæ, Apoſtolica ſeveritas acri percelleret diſci-
plina.* Conferenti autem hanc Conſtitutionem cum
ejus titulo, liquidò apparebit, eam non loqui de
Magiſtratibus ſæcularibus, quemadmodum perperam
illam intellexerit Cherubin. filius *ad hanc Bullam*.

3 Ex præſenti igitur Conſtitutione eruitur, Epiſco-
pos, alioſque Prælatos, & perſonas Eccleſiaſticas
tam Sæculares quàm Regulares debere Inquiſitori-
bus in eorum munere exequendo efficaciter aſſiſtere,
eiſque auxilium, conſilium, & favorem impendere;
4 idemque quoad quaſcunque perſonas etiam Sæcula-
res ſtatuerat Innocentius IV. *Conſtit.* 9. §. 20. ibi:
*Quilibet etiam, ſi præſens in terra, vel requiſitus fue-
rit, teneatur tam in Civitate, quàm in juriſdictione,
vel diſtrictu quolibet, dare ipſis Officialibus, vel eo-
rum ſociis conſilium, & juvamen, quando voluerint
hæreticum, vel hæreticam capere, vel ſpoliare, aut
inquirere.* Concordat *Conſtit.* 2. *Urbani IV.* incip.
Licet §. 15. & his præceſſerat *Conſtitut. Friderici Im-
peratoris* incip. *Commiſſi* §. 11. ibi: *Ad hæc notum
fieri volumus, Fratres Prædicatores pro Fidei nego-
tio in partibus Imperii noſtri contra hæreticos depu-
tatos, cæteros quoque qui ad hæreticos judicandos ac-
ceſſerint, eundo, morando, & redeundo, ſub noſtri
Imperii ſpeciali protectione receptos, & quos apud
omnes ſub ope, & recommendatione fidelium Imperii
eſſe volumus inoffenſos. Univerſitati veſtræ mandan-
tes, quatenus quocunque, & apud quemcunque ve-
ſtrum pervenerint, benignè recipiatis eoſdem, & per-
ſonas ab incurſu hæreticorum eis inſidiantium conſer-
vantes indemnes, omne conſilium, ducatum, & auxi-
lium impendatis, pro tam acceptis coram Deo negotiis
exequendis.* Negotium ſiquidem, quod Inquiſitores
proſequuntur, ſingulos tangit fideles; agunt enim
cauſam noſtræ Religionis, qua nulla major, ac uni-
cuique proprior; & exinde congruum eſt, ut eis au-
xilio, & favore nos aſſiſtamus, ad quod ex hac
Conſtitutione præſertim tenentur Epiſcopi, Prælati,
aliique Eccleſiaſtici, ut proſequuntur Pegna *part.* 3.
director. comment. 1. *verſ. ut autem*, Scortia *in ſelect.
epitome* 10. *theoremate* 38. Quod tamen auxilium præ- 5
ſtandum ſolummodò eis eſt in rebus ad eorum mu-
nus pertinentibus, ut conſtat ex hac Conſtitutione,
ibi: *In prædicto exequendo negotio efficaciter aſſiſta-
tis*; quod etiam notat Cherubin. filius *ad hanc Bul-
lam ſchol.* 2.

Sed ad hæc illuſtranda, expendenda hìc eſt doctri- 6
na de hæreticorum fautoribus, ſub quorum nomine
veniunt etiam receptatores, & defenſores eorundem;
nam hæreticos receptare, aut defendere, eſt pariter
eis favere, Bordon. *in Tribunal. cap.* 12. *numero* 38.
Del Bene *de Offic. Inquiſit. part.* 1. *dubit.* 26. *numero*
1. Ex quo eſt, ut quæcunque dicuntur de fautoribus, 7
accommodanda etiam ſint defenſoribus, & recepta-
toribus hæreticorum, Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.*
15. *numero* 11. Pegna *part.* 2. *comm.* 78. *verſ. ſunt
autem*, Diana *part.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 21. Scortia *epit.*
9. *theorem.* 27. *verſ. receptatores.* Verùm quoad de- 8
fenſores retinenda eſt diſtinctio, de qua in terminis
credentium dixi ſupra *Conſt.* 13. nam ſi iſti defendant
errores hæreticorum, non eſt de eis faciendum judi-
cium tanquàm de fautoribus, cùm eo caſu ſint hære-
tici formales, Gonzal. *cap. excommunicamus il* 1. §.
credentes numero 6. *de hæretic.* Guido Fulcodius *qu.*
12. poſt Caren. *de Offic. Inquiſit.* Eymeric. *part.* 2.
quæſt. 52. *num.* 1. ubi Pegna *comm.* 77. *verſ. quidam*,
Farinacc. *de hæret. qu.* 182. *numero* 62. Defenſorum 9
autem nomine intelligimus illos, qui non hæreſes,
ſed hæreticorum perſonas defendunt, veluti ſi impe-
diant, ne iſti capiantur, aut puniantur ab Inquiſito-
ribus, & ſimilia; ac hi propriè appellantur defenſo-
res, & veniunt ſub nomine fautorum, ut ultra cita-
tos docent Sanctarell. *de hæreſ. c.* 11. *dub.* 3. *nu.* 25.
Caſtropal. *par.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 3. *punct.* 5. *nu.* 5. Ca-
rena *ad cit. q.* 12. Fulcodii *nu.* 4. Souſa *in aphor. lib.*
1. *c.* 24. *nu.* 2. Imò ad hoc, ut quis cenſeatur hæreti- 10
corum defenſor, debet eſſe defenſor hæretici ob cau-
ſam hæreſis; ſecùs ſi illum defendat, aut receptet, ne
à perſona privata injuſtè offendatur, Ugolin. *de cen-
ſuris part.* 2. *gloſſa receptatores* §. 2. *nu.* 1. Baldell. *de
fide lib.* 1. *diſp.* 43. *n.* 3. Carena *loc. cit. n.* 8. Alphonſ.
de Caſtro *de juſta hæret. punit. lib.* 1. *cap.* 17. Azor.
tom. 1. *lib.* 8. *cap.* 15. *quæſ.* 6. Caſtropal. *cit. nu.* 5. *in
fine*, Tolet. *in ſumma lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 6. Filliuc.
tom. 1. *quæſt. moral. tract.* 16. *c.* 2. *nu.* 40. Del Bene
cit. dubit. 26. *num.* 12. adeoque requiritur, ut defen- 11
dat, receptet, aut faveat hæreticis qua hæreticis, ſeu
intuitu hæreſis; & exinde probabile eſt, non cenſeri
verè fautores, qui hæreticis qua conſanguineis, vel
amicis favent, ut notat Cardin. Albit. *de inconſtant.
in fide cap.* 16. *num.* 34. poſt Farinacc. *q.* 182. *num.*
159. eo ſiquidem caſu in foro externo, vel omninò
excuſandos, vel nonniſi levi pœna puniendos, vo-
luerunt Simanch. *cit. tit.* 15. *num.* 21. Azor. *cit. cap.*
15. *quæſ.* 4. Scortia *cit. theorem.* 27. *verſ. receptato-
res*; ſed verius eſt, ratione conſanguinitatis mode- 12
randam ſolummodò eſſe pœnam, non omninò con-
donandam, argumento textus in *leg.* 2. *ff. de recepta-
toribus*, ubi, quòd receptans latrones conſanguineos,
vel affines, nec abſolvendus, nec admodùm ſeverè
punien-

Digitized by Google

puniendus ſit, quemadmodum puniretur, qui latrones nihil ad ſe pertinentes reciperet, & notant Farinacc. *cit. quæſt.* 182. *num.* 144. Bordon. *cit. cap.* 12. *nu.* 30. Sanctarell. *loc. cit. cap.* 12. *nu.* 7. Diana *part.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 21. Suarez *de Fide diſp.* 24. *ſect.* 1. Salell. *de Mater. Tribunal. Fidei lib.* 1. *cap.* 12. *re-*
13 *gul.* 105. *num.* 229. atque in hac mitiori pœna imponenda, habenda eſt ratio graduum conſanguinitatis, ut mitiùs proximiores, ſeveriùs remotiores puniantur, Pegna *part.* 3. *comment.* 160. *verſ. num autem*, Simanch. *cit. tit.* 15. *nu.* 21. Farinacc. *cit. quæſt.* 182. *num.* 144. Graff. *cit. cap.* 18. *num.* 35.

14 In dubio tamen præſumendum eſt, quemquam hæreticum conſanguineum receptantem, potiùs ex ſanguinis affectione, quàm hæreſis intuitu id feciſſe: hæc enim interpretatio benignior eſt, Ugolin. *cit.* §. 2. *num.* 2. Graff. *lib.* 4. *deciſ. cap.* 18. *num.* 35. Farinacc. *cit. quæſt.* 182. *num.* 143. Bonac. *de cenſur. in Bulla Cœnæ diſp.* 1. *q.* 2. *punct.* 3. *num.* 2. Souſa *cit. cap.* 23. *numero* 9. Ex qua præſumptione difficile redditur dignoſcere, an hæreticum quis receptaverit intuitu hæreſis potiùs quàm affectione ſanguinis; in qua re Inquiſitores attendere præſertim debent, an receptantes aliàs de hæreſi ſuſpecti, vel diffamati
15 ſint. Cæterùm ii, qui ob aliam, quàm hæreſis cauſam hæreticis favent, quemadmodum in foro externo non cenſentur verè fautores, ita nec tales in foro interno reputantur, adeoque excommunicationem contra fautores ſtatutam non incurrunt; nam quemadmodum hæretici merè externi, ſeu materiales non incidunt in excommunicationem, ex dictis ſupra ad *Conſtit.* 18. *Innoc. IV. num.* 10. ita nec incidunt, qui hæreticis, ſed non intuitu hæreſis favent, quique ap-
16 pellari poſſunt fautores materiales, Sanchez *ad Præcept. Decalog. lib.* 2. *c.* 10. *numero* 5. *&* 8. Lorca 2. 2. *quæſt.* 11. *art.* 4. *dub.* 41. *numer.* 6. Duard. *ad Bullam Cœnæ lib.* 2. *can.* 1. *quæſt.* 29. Azor. *cit. cap.* 15. *quæſ.* 2. *&* 3. Diana *part.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 22. Scortia *cit. theorem.* 27. Bordon. *cit. cap.* 22. *num.* 18. R. P. Dandin. *de ſuſpectis de hæreſi cap.* 4. *ſect.* 1. *ſubſect.* 2. *num.* 18.

17 Hinc eſt, ut faventes hæretico, quem ignorant eſſe talem, non ſint hæreticorum fautores, nam favor non præſtaretur intuitu hæreſis; dubiumque eſt cuinam in hoc caſu incumbat onus probandi ignorantiam, vel ſcientiam; & certum eſt, quòd ſi hæ-
18 reticus erat notorius, vel publicè denunciatus, ignorantia probanda ſit per receptantem, Carrer. *de hæret. num.* 170. Pegna *part.* 2. *comm.* 76. *verſ. hæc autem*, Simanc. *cit. tit.* 15. *nu.* 18. Farinacc. *q.* 182. *nu.* 164. Piſtachius *de ſuperſtit. par.* 1. *c.* 7. *num.* 28. ſecùs ſi non erat notorius, aut denunciatus, vel erat quidem denunciatus, ſive notorius in alio loco, non verò ubi ei favetur, tunc enim potiùs præſumitur in fautore ignorantia, adeoque Fiſco allegantî ſcientiam incumbet onus illam probandi, ut ultra citatos docent Carena *part.* 2. *tit.* 4. §. 5. *num.* 47. Del Beno
19 *part.* 1. *dubit.* 26. *numero* 6. Eademque diſtinctio ſervanda eſt in Cauponibus, Stabulariis, aliiſque ſimilibus, hæreticos in ſuis diverſoriis receptantibus, nam ſi iſti ſint denunciati, vel notorii, non excuſantur à pœnis receptantium, Pegna *cit. comm.* 76. *verſ. hinc*, Decian. *lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 73. Sanctarell. *cit. cap.* 12. *numero* 6. Farinacc. *citat. quæſt.* 182. *numero* 161. *& in prax. crimin. quæſt.* 133. *numero*
20 42. Carena *cit.* §. 5. *num.* 50. Ut autem quis cenſeatur hæreticorum fautor, ſufficit favere hæretico cognito uti tali, nec eſt neceſſe, ut ſit denunciatus, Sanchez *cit. cap.* 10. *numero* 6. Lupus *in edict. part.* 2. *libr.* 14. *diſt.* 2. *artic.* 1. *diffic.* 3. Bordon. *cit. cap.* 12. *numero* 27. nam licèt poſt *Extravag. Ad evitanda* hæretici ante denunciationem non ſint vitandi, ut dixi ad *Conſtit.* 18. *Innocentii IV. numero* 39. ta-
21 men aliud eſt hæreticos non vitare, aliud eſt eis favere; ultraquàm quòd citata Extravagans prodiit favore Fidelium, non autem favore excommunicatorum, ut conſtat ex ejus verbis, ibi: *Per hoc tamen hujuſmodi excommunicatos, ſuſpenſos, & interdictos, ſeu prohibitos, non intendimus in aliquo relevare, nec eis quomodolibet ſuffragari*, & notat Giballin. *de cenſur. diſquiſ.* 7. *quæſt. prima numero* 24. *in fine*.

Impendi autem hæreticis favor poteſt tum commiſ- 22
ſione, tum omiſſione; quæ diſtinctio videtur eſſe originaria Guidonis Fulcodii *quæſt.* 10. & ex eo Eymeric. *par.* 2. *quæſt.* 53. *num.* 5. & communiter omnes. Commiſſione favent hæreticis perſonæ tam publicæ, quàm privatæ; idque ſive verbis, veluti ſi quis ſcienter, ac ſeriò hæreticum excuſet, vel pro eo falſum teſtimonium dicat, vel ipſum intuitu hæreſis laudet, prædicet, commendet, Archidiac. *cap. quicunque numero* 6. *de hæret. in* 6. Repertor. Inquiſit. *verbo fautores verſ. verbis*, Decian. *cit. lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 44. Graff. *lib.* 2. *deciſ. cap.* 9. *num.* 11. Calderin. *de hæret. rubr. de hæret. credent. num.* 17. Farinacc. *qu.* 182. *num.* 4. *&* 5. Azor. *part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 15. *quæſ.* 7. ſive etiam factis, veluti ſi hæreticorum capturam quis impediat, vel captos è manibus Inquiſitoris eximat: proceſſus formatos contra eoſdem laceret, occultet, aut falſificet: teſtes ne veritatem contra hæreticos deponant, corrumpat, aut impediat; illos comitetur, viſitet, aut aliàs auxilium exhibeat; Eymeric. *citat. quæſt.* 53. *numero* 4. Zanchin. *de hæret. cap.* 5. *numero* 5. Azor. *cit. quæſ.* 7. Baldell. *cit. diſp.* 44. *numero* 15. Sanchez *cit. cap.* 10. *num.* 16. Carena *cit. tit.* 4. *numero* 15. *cum ſeqq.* Sanctarell. *cit. cap.* 11. *dub. primo*, *numero* 11. Souſa *in aphor. libr.* 1. *capit.* 25. *numero* 11. Farinacc. *cit. quæſt.* 182. *numero* 6. Similiter præſtantes hæreticis 23
pecunias, aut alimenta, fautores cenſentur, dummodò id non fiat cum hæreticis in extrema neceſſitate conſtitutis, Farinacc. *cit. quæſt.* 182. *numero* 6. *&* 13. Bordon. *in Tribun. cap.* 12. *num.* 35. Cardin. Albit. *de inconſtant. in fide cap.* 26. *num.* 35. & plures alios ſingulares caſus, in quibus commiſſione incurritur in fautoriam, colligit Turrecrem. *lib.* 4. *de Eccleſ. part.* 2. *cap.* 21. Del Bene *part.* 1. *dubit.* 26. *corollar.* 3. *num.* 12. *cum ſeqq.* & fuſiùs eos enumerat Concil. Narbonenſe *can.* 14. 15. *&* 16.

Omiſſione etiam hæreticis favor impenditur, & hoc membrum præſertim ad noſtram Conſtitutionem attinet, ut mox videbimus; eſtque diſtinguendum inter perſonas publicas, veluti ſunt Domini temporales, eorumque Magiſtratus, & perſonas privatas, prout diſtinguit Guido Fulcodius *cit. qu.* 10. Primi ſi- 24
quidem ſpecialem habent obligationem præſtandi Inquiſitoribus conſilium, auxilium, & favorem, ut conſtat tum ex *cit. Conſtit. Friderici*, *& Conſtit.* 9. *Innoc. IV.* tum ex *Conſtit.* 17. *Alexand. IV.* incip. *Ad audientiam*, tum præſertim ex *cap. ut inquiſitionis de hæret. in* 6. ubi ſtatuitur, quòd Domini, & Magiſtratus ſæculares Epiſcopis, & Inquiſitoribus pareant, & intendant in hæreticorum, credentium, fautorum, receptatorum, & defenſorum ipſorum inveſtigatione, captione, atque cuſtodia, cùm ab eis fuerint requiſiti, & ſententias contra eoſdem latas exequantur; adeò enim certum eſt, ipſos teneri favere Inquiſitoribus contra hæreticos, ut pluribus 25
Conſtitutionibus ſancitum ſit, quòd iidem Domini, & Magiſtratus ſæculares debeant juramentum præſtare, quòd Eccleſiam contra hæreticos adjuvabunt, taliter ut ſi id præſtare noluerint, ultra excommunicationem, quam incurrunt, omni honore, & officio priventur, atque ad ea in futurum obtinenda inhabiles redduntur, *c. ad abolendam* §. *ſtatuimus*, *cap. excommunicamus il* 1. §. *moneantur de hæret. cap. ut officium* §. *ſtatuimus eodem in* 6. *Conſt.* 9. *Innoc. IV.* incip. *Ad extirpanda* §. 2. *Conſtit. Friderici Imperatoris* incip. *Catharos* §. 2. relata in *Conſtit.* 1. *Innoc. IV.* & docent Gonzalez *in citat. cap. excommunicamus* §. *moneantur numero* 1. Eymeric. *part.* 3. *quæſt.* 32. Campeg. ad Zanchin. *de hæret. cap.* 31. Simanch. *de Cathol. Inſtit. tit.* 23. *numero octavo*, *& nono*, Farinacc. *cit. quæſt.* 182. *num.* 22.

Digitized by Google

26 *numero* 22 ubi alii; quod ſanè juramentum præſtatur genibus flexis, & tactis Sacroſanctis Evangeliis, ut notat Gonzalez *cit. num.* 1. *&* Eymeric. *part.* 3. *in princip. numero* 10. & de obſervantia præſtationis ejuſmodi juramenti per Reges, & Principes, plura adducit Card. Albit. *cit. cap.* 26. *num.* 10. *cum ſeqq.*
27 Unde ſequitur, ut iſti omittentes favere Inquiſitoribus, cenſeatur hæreticorum fautores omiſſione. Ita Eymeric. *cit. quæſt.* 53. *numero* 2. Jo. Andr. *cap. quicunque numero* 5. *de hæret. in* 6. Paſſerin. *cap. ut officium num.* 52. *eodem tit.* Hoſtien. *in ſumma de hæret.* §. *qualiter dicuntur*, Fermoſin. *tract. crim.* 2. *ad cap. excommunicamus* §. *moneantur qu.* 1. *num.* 14. *&* 15. Umbert. Locatus *verbo fautores num.* 1. Simanch. *de Cathol. Inſtit. tit.* 15. *rubr. de credentibus num.* 13. Decian. *lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 33. & alii apud Farinac. *quæſt.* 182. *num.* 19. Del Bene *par.* 1. *dubit.* 26. *corollar.* 3. *num.* 9.

28 Majori autem jure Epiſcopi, & Inquiſitores negligentes hæreticos inquirere, & punire, hæreticorum fautores omiſſione ſunt reputandi, nam ipſis ex proprio officio major ineſt obligatio circa hoc, atque de Epiſcopis, & Inquiſitoribus intelligendus eſt textus in *c. qui alios de hæret.* ut conſtat ex integra ejuſdem textus lectura apud Gonzalez *ibidem*, *&* Pegna
29 *par.* 2. *comment.* 2. ubi, Epiſcopum negligentem in hæreticis puniendis, hæreticum judicandum eſſe dicitur, ea ratione, quia, *Qui alios, cum poteſt, ab er-*
30 *rore non revocat, ſe ipſum errare demonſtrat:* Unde ipſi non solùm puniri debent tanquam fautores hæreticorum, ut communiter voluerunt Paſſerin. *cit. c. ut officium numero* 52. Souſa *lib.* 1. *cap.* 25. *numero* 4. Sanctarell. *cit. cap.* 11. *num.* 2. Suarez *de Fide diſp.* 24. *ſect.* 1. *num.* 6. Sanchez *lib.* 2. *Decalog. cap.* 10. *num.* 12. Salell. *lib.* 1. *cap.* 12. *regul.* 104. *num.* 201. Sed etiam ſunt ſuſpecti violenter de hæreſi, & uti hæretici condemnari poſſunt, Pegna *citat. comm.* 2. *verſ. ſed ſi de Epiſcopis*, Fermoſin. *tract. crim.* 2. *ad cap. excommunicamus* §. *moneantur quæſt.* 1. *num.* 14. Carena *cit. part.* 2. *tit.* 4. §. 1. *numero* 2. Farinacc. *quæſt.* 182. *num.* 36. Cardin. Albit. *citat. cap.* 26. *nu.*
31 21. Imò Epiſcopos repertos negligentes in puniendis hæreticis, deponendos eſſe decernitur in *citat. cap. excommunicamus il* 1. §. *volumus*, & dixi ad *Conſtit.* 16. *Innoc. IV. num.* 6.

32 Similiter fautores omiſſione cenſentur Crucesignati, ſeu familiares Inquiſitionis, ſi hæreticos capere, & Inquiſitoribus auxilium præſtare omittant, ad quod ex officio tenentur, & de hoc faciendo juramentum præſtant, dum admittuntur ad familiaritatem, ut ex *Conſt.* 27. *Clemen. VII.* incip. *Cum ſicut* notat Card. Albit. *citat. cap.* 26. *num.* 23. & dixi ſuprà ad *Conſtit.* 17. *Innoc. IV. num.* 6. adeoque meritò fautores omiſſione judicantur, dum negligunt ea, ad quæ tenentur ex officio, Repertor. Inquiſitor. *verbo fautores*, Turrecrem. *cit. cap.* 21. Pegna *citat. comm.* 78. *verſ. ergo*, Simanch. *cit. tit.* 15. *num.* 13. Ugolin. *ad Bullam Cœnæ verbo fautores num.* 9. Sanchez *cit. cap.* 10. *nu.* 13. Del Bene *part.* 1. *dub.* 26. *coroll.*
33 3. *num.* 2. Ex officio autem, & ratione juramenti tenentur non solùm hæreticos capere, ſed etiam eos denunciare, atque Inquiſitoribus auxilium, conſilium, & favorem præſtare, Graff. *part.* 1. *deciſ. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 24. Caſtropal. *tom.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 3. *punct.* 5. *num.* 7. unde omittentes denunciare, favere cenſentur, Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 16. *cap.* 2. *num.* 38. Carena ad Fulcod. *quæſt.* 10. *num.* 5. Seſſe *deciſ. Aragon.* 474. *num.* 17. *tom.* 4. Diana *par.* 4. *tract.* 7.
34 *reſol.* 21. Ita etiam fautores omiſſione cenſentur Cuſtodes Carcerum Epiſcopalium, vel Inquiſitionis, qui non cuſtodiunt, vel permittunt ex eis hæreticum fugere, Navarr. *conſ.* 14. *aliàs* 11. *de hæret.* Cardin. Albit. *cit. cap.* 26. *num.* 25.

35 Perſonas autem privatas omiſſione non favere hæreticis dixerunt Guido Fulcodius *cit. qu.* 10. *&* Eymeric. *part.* 2. *quæſt.* 53. *num.* 3. Azor. *par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 15. *quæſ.* 7. Sed difficultatem faceſſit tum præſens Conſtitutio ſtatuens, quaſcunque perſonas Eccleſiaſticas tam ſæculares quàm Regulares debere favere, conſilium, & auxilium præbere Inquiſitoribus; tum etiam Conſtitutiones Innocentii IV. Urbani IV. & Friderici Imperatoris ſuperiùs allegatæ, idem mandantes quibuſcunque perſonis etiam laicis; ex quo ſequi videtur, quòd perſonæ privatæ omittentes præſtare auxilium, conſilium, & favorem Inquiſitoribus, reputandæ ſint fautores hæreticorum omiſſione.

Tamen DD. communiter diſtinguunt, quòd vel 36
perſonæ privatæ non requiruntur ab Epiſcopo, vel Inquiſitore ad eis auxilium exhibendum contra hæreticos, & tunc omittendo non erunt fautores omiſſione, cùm non omittant id, ad quod ex officio, vel juſtitia tenentur, Sayr. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 7. Silveſter *ver. hæreſ.* 1. *quæſt.* 7. Carena *ad cit. qu.* 10. Fulcod. *numero* 3. & alii apud Del Bene *par.* 1. *dubit.* 27. *num.* 1. Quòd ſi ab iiſdem requiſiti fuerint contra hæreticos, etſi eos tunc nec eſſe fautores omiſſione, expreſsè dixerit Eymeric. *cit. quæſt.* 53. *numero* 3. & alii, quos ſequitur Salell. *lib.* 1. *cap.* 12. *regul.* 104. *numero* 206. tamen contrarium eſt verius, & ita communiter tenent Corradus Brunus *lib.* 1. *de hæret. cap.* 4. Pegna *cit. comm.* 78. *verſ. rurſus*, Bordon. *in tribunal. cap.* 12. *numero* 36. Souſa *in Aphor. Inquiſ. libr.* 1. *cap.* 25. *numero ſexto*, *cum ſeq.* Diana *part.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 21. *in fine*, Carena *cit. numero* 4. & alii, quos ſequitur Cardin. Albit. *cit. cap.* 26. *numero* 26. idque colligitur ex *Conſtit.* 22. *Alex. IV.* incip. *Ne commiſſæ*, ibi: *Vel in eo vobis juxta officium, & poſſe ſuum, à vobis requiſitos aſſiſtere non*
curantes: & in hoc ſenſu ſumenda eſt præſens Con- 37
ſtitutio; niſi forſan talis perſona privata requiſita contra hæreticum, aliqua ratione excuſari poſſet, nam tunc omiſſio non fieret intuitu hæreſis, Souſa *cit. cap.* 25. *num.* 6.

Itidemque fautores omiſſione eſſe perſonas priva- 38
tas, quæ hæreticos denunciare omittunt, ad quod ex Inquiſitorum Edicto obligantur, voluerunt Pegna *cit. comm.* 78. *verſ. poſtremo*, Alphonſ. de Caſtro *lib.* 2. *de juſta hæret. punit. cap.* 23. Decian. *libr.* 5. *cap.* 51. *nu.* 35. Farinacc. *quæſt.* 197. *num.* 38. Carena *par.* 2. *tit.* 9. §. 9. *num.* 41. Quod tamen limitandum videtur Zanardo in viris nobilibus, quos ob omiſſionem denunciationis solùm ſuſpectos eſſe de levi aſſerit in *director. Theolog. par.* 3. *cap.* 134.

Verùm quoad omittentes denunciare, diſtinguen- 39
dum eſt; nam ſi omittant denunciare ii, qui ad id ex officio tenentur, veluti ſunt Crucesignati, aliique familiares, & hi certè cenſentur fautores hæreticorum, ut ſuperiùs dixi, & tradit D. Dandinus *de ſuſ-*
pect. de hæreſi c. 4. *ſect.* 1. *ſubſect.* 1. *num.* 37. Si verò 40
teneantur ad denunciandum solummodo ex generali Edicto Inquiſitorum, non autem ex officio, verius eſt, quòd ſi aliæ circumſtantiæ non concurrant, nec ſint fautores, nec ſuſpecti de hæreſi, ſed poſſunt solummodò puniri ab Inquiſitoribus pœna extraordinaria, Royas *ſingular.* 3. *num.* 18. Ugolin. *cit. part.* 2. *verſ. fautores num.* 9. Sanctarell. *de hæreſi cap.* 9. *dub. unic. nu.* 19. Suarez *de fide diſp.* 20. *ſect.* 4. *num.* 28. Diana *cit. tract.* 7. *reſol.* 21. *verſ. at his*, Tranſmiera *de denunciat. quæſt.* 3. *cap.* 6. *num.* 12. Salell. *cit. cap.* 12. *regul.* 104. *num.* 210. Lupus *in Edicto par.* 2. *lib.* 14. *art.* 2. *difficul.* 1. *verſ. finali*, & quòd ita ſervetur in praxi in Suprema Inquiſitione, tradit Card. Albit. *cit. cap.* 26. *num.* 31.

Quòd ſi ultra generale Edictum Inquiſitorum, 41
concurrat etiam reſpectu alicujus ſpeciale præceptum eorundem, ut hæreticum denunciet, vel revelet, veluti ſi teſtis deponere renuat dum ab Inquiſitore interrogatur, eo caſu eſſe fautorem omiſſione, dixerunt Megala *part.* 3. *lib.* 3. *cap.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 31. Souſa *in Bullam Cœnæ cap.* 2. *diſp.* 11. *numero* 6. *& in aphoriſ. cit. lib.* 25. *nu.* 6. & alii apud Dian. *cit. reſol.*
21. *verſ. verùm*. Nihilominùs quòd iſti non uti fau- 42
tores, ſed mitiori pœna puniendi ſint, ſervatum in

praxi

Digitized by Google

praxi refert Tranſmier. *loc. cit. nu.* 13. & ex eo Cardin. Albit. *cit. cap.* 26. *num.* 34.

CONSTITUTIO XVI.

ALEXANDRI IV.
incipiens (*Firmiſſimè*.)

EPITOME BULLÆ.

ALEXANDER FRATRIBUS ORDINIS Minorum Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis in adminiſtratione S. Franciſci præſentibus, & futuris.

PLenariam Indulgentiam Inquiſitoribus, trium verò annorum Sociis, Notariis, aliiſque, qui auxilium & favorem eis exhibent, concedit; plenariam pariter Indulgentiam & hi conſequuturi, ſi in negotio Inquiſitionis proſequendo obire contingat.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Indulgentiæ conceſſæ Inquiſitoribus eorumque familiaribus referuntur.*
2 *Inquiſitores in vita, & in morte lucrantur Indulgentias pro Terra Sanctæ ſubſidium ferentibus conceſſas.*
3 *Iiſdemque Indulgentiis fruuntur Cruceſignati Inquiſitionis.*
4 *Diſſolvitur anthinomia, quæ circa hoc inſurgere poteſt.*
5 *Præſens Conſtitutio loquitur de iis fautoribus Inquiſitorum, qui Crucis teſſeram non aſſumebant.*
6 *Qui autem Crucis teſſeram aſſumebant, majores obtinebant Indulgentias.*
7 *Familiares Inquiſitionis fruuntur Indulgentiis, quibus gaudebant Cruceſignati.*
8 *Et poſſunt ſemel in vita à reſervatis abſolvi.*
9 *Inquiſitores quas Indulgentias concedere poſſint audientibus eorum conciones.*
10 *Conciones quandonam haberi ſoleant per Inquiſitores.*
11 *Facultas Inquiſitorum concedendi Indulgentias quadraginta dierum, non cenſetur ad plures dies aucta, ex eo, quòd conceſſa ſit pluries à diverſis Pontificibus.*
12 *Idem privilegium pluries concedi poteſt, abſque eo quòd aliquid de novo cenſeatur conceſſum.*
13 *Inquiſitores non poſſent concedere Indulgentias, niſi Papa hanc facultatem eis conceſſiſſet.*
14 *Præcipuum requiſitum Indulgentiæ eſt, ut concedatur à legitimo Superiore ad id facultatem habente.*
Indulgentias concedere idem eſt ac abſolvere. Ibidem.
15 *Definitio Indulgentiæ traditur.*
16 *Poteſtas concedendi Indulgentias eſt principaliter penes Papam, qui ſolus poteſt Indulgentias plenarias concedere.*
17 *Concilium Generale non poteſt Indulgentias plenarias concedere.*
18 *Sed ſolùm centum, vel quadraginta dierum.*
19 *Poteſt tamen Indulgentiam plenariam concedere, ſi in eo præſens ſit Papa.*
20 *Epiſcopus quas Indulgentias ex ſe validè largiri poſſit.*
21 *Epiſcopus invalidè concedit Indulgentias ultra numerum ſibi permiſſum.*
22 *Epiſcopus facultatem concedendi Indulgentias non jure divino, ſed immediatè à Papa habet, & num. ſeqq.*
23 *Facultas concedendi Indulgentias non à poteſtate Ordinis, ſed juriſdictionis pendet.*
Epiſcopus non conſecratus poteſt concedere Indulgentias. Ibidem.
24 *Epiſcopi poteſtatem juriſdictionis habent immediatè à Papa.*
25 *Epiſcopi habent jure Ordinario facultatem concedendi Indulgentias.*
26 *Epiſcopus poteſt delegare facultatem concedendi Indulgentias, non tamen ſufficit mandatum generale.*
27 *Vicarius Capitularis an poſſit Indulgentias concedere.*
28 *Conceſſio Indulgentiarum eſt actus de majoribus, & reſervatus dignitati Epiſcopali.*
29 *Epiſcopus excommunicatus, aut hæreticus, poteſt concedere Indulgentias, niſi ſit vitandus, aut denunciatus.*
30 *Hæreticus non denunciatus non privatur juriſdictione Eccleſiaſtica.*
31 *Epiſcopus coadjutor nequit concedere Indulgentias, niſi ſub nomine Coadjuti.*
32 *Nec itidem Indulgentias concedere poteſt Epiſcopus titularis.*
33 *Legatus à latere an & quas Indulgentias concedere poſſit.*
34 *Prælati inferiores de jure Indulgentias concedere nequeunt.*
35 *Niſi habeant Apoſtolicum Indultum, quemadmodum habent Abbates Montis Virginis.*

HActenus in præcedentibus Conſtitutionibus Sacrum Inquiſitionis Tribunal pluribus privilegiis ab Innocentio IV. & Alexandro IV. condecoratum vidimus. Congruum etiam fuit, Inquiſitores, eorumque Miniſtros tam proficuè in Fidei negotio allaborantes, ſpiritualibus muneribus recreari. Idcircò Pontifex in præſenti Conſtitutione edita Anagniæ 17. Kal. Octobris 1259. Indulgentiarum theſaurum eis aperit, ibi: *Nos vobis verè pœnitentibus, & confeſſis, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, plenam concedimus veniam peccatorum. Sociis autem Ordinis veſtri Fratribus, & Notariis veſtris, qui unà vobiſcum in proſecutione hujuſmodi negotii laborabunt, & aliis, qui ad impugnandum hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defenſores eorum, vobis ex animo auxilium præſtiterint, vel favorem, tres annos de injuncta ſibi pœnitentia relaxamus. Et ſi qui ex eis in proſequutione hujuſmodi negotii fortè deceſſerint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti, ac ore confeſſi fuerint, plenam veniam indulgemus*. Concordat ferè iiſdem verbis *Conſtit.* 16. *Innoc. IV.* incip. *Quia* §. *quinto*, & *Conſtit.* 2. *Urbani IV.* incip. *Licet* §. *decimo tertio*, & adeſt ſimilis Conſtitutio *Clem. IV.* incip. *Præ cunctis* apud Eymeric. *part. ſecunda, director. pag. mihi* 131. ubi præſertim Inquiſitoribus conceduntur eædem Indulgentiæ, quæ tranſeuntibus in Terræ Sanctæ ſubſidium conceſſæ reperiebantur, atque has Indulgentias in vita, & in morte Inquiſitores lucrari cenſuit Eymeric. *part. tertia, quæſt.* 130. imò non ſemel in vita, ſed qualibet vice, & in ſingulis actibus perfectis, quos contra hæreticos peragunt, Repertor. Inquiſit. *verbo Indulgentia* §. *item Inquiſitores*, Pegna *part. tertia, comment.* 189. *verſ. quantum*, Scortia *in ſelectis epit.* 13. *theorem.* 48. Quæ autem ſint Indulgentiæ, quas lucrantur tranſeuntes in ſubſidium Terræ Sanctæ, dixi *tomo primo, ad Conſtit.* 3. *Eugen. III.* & *tom. ſecundo, ad Conſtit. unicam Gregor. VIII.* & *ad Conſt.* 12. *Innoc. III.*

1 (at "HActenus")
2 (at "part. ſecunda")

3 Cruceſignati etiam, ii ſcilicet, qui aſſumpto Crucis charactere ad hæreticorum exterminium procedebant, de quibus dixi ad *Conſtit.* 17. & 19. *Innoc. IV.*

Digitized by Google

gaudent iiſdem Indulgentiis, quæ conceſſæ ſunt ac-
cedentibus in Terræ Sanctæ recuperationem, *cap.
excommunicamus il* 1. §. *Catholici de hæreticis*, *Conſt.*
19. *Innoc. IV.* §. 2. & notant Doctores per me addu-
4 cti ſupra ad *cit. Conſtit.* 17. *Innoc. IV. num.* 4. Sed
hinc videtur emergere antinomia; nam Indulgentia
conceſſa Crucesignatis eſt plenaria, & hanc lucran-
tur etiam in vita, ut ex *Conſtit.* 12. *Innoc. III.* incip.
Ad liberandam §. 17. in præſenti verò Conſtitutio-
ne, & aliis concordantibus ſupra adductis, in vita
tres tantùm anni Indulgentiæ conceduntur; & dif-
ficultatem auget Pegna *part.* 3. *comment.* 178. *verſ.
hoc privilegio*, aſſerens, hac Indulgentia trium anno-
rum gaudere Crucesignatos, quos confundit cum
perſonis faventibus Inquiſitoribus expreſſis in hac
Conſtitutione.

5 Verùm hanc antinomiam componi poſſe cenſeo,
diſtinguendo inter eos, qui quamvis operam ſuam,
& favorem pro hæreticis perſequendis exhibuerint,
non tamen erant Crucesignati, qui ſpecialiter Crucis
teſſeram aſſumebant è manibus Inquiſitorum, ut dixi
ad *cit. Conſt.* 17. *Innoc. IV. num.* 5. & de his loquitur
præſens Conſtitutio; nec in vita lucrantur Indulgen-
tiam, niſi trium annorum; licèt ſi eos decedere
contingat, dum negotium Inquiſitionis proſequuntur,
plenariam conſequantur Indulgentiam; & eadem pa-
riter Indulgentia gaudent Socii, & Notarii Inquiſi-
torum, Repertor. Inquiſ. *ver. Indulgentia* §. *nota
quod fratres*, Eymeric. *part.* 3. *quæſt.* 128. & 129.
6 Scottia *cit. theorem.* 48. *verſ. ſecundo*. Illi autem,
qui pro hæreticis perſequendis Crucis charactere ab
Inquiſitoribus conſignabantur, quique promiſſione
ſe obſtringebant, hæreticos, eorumque fautores quo-
quoverſum premere, & exterminare, majores certè
ſpirituales gratias merebantur, unde eis eædem In-
dulgentiæ conceſſæ, ac Crucesignatis in ſubſidium
Terræ Sanctæ; & de his loquitur *cit. cap. excommu-
nicamus* §. *Catholici*, cum concordantibus ſuperiùs
adductis.

7 Quia tamen hodie antiquam illam ſpeciem Cruce-
ſignatorum conſervare videntur familiares, & Mini-
ſtri Inquiſitionis, ut dixi ad *cit. Conſtit.* 19. *Innoc.
IV. numero* 2. ideò non incongruè dicitur, ipſos gau-
dere iiſdem Indulgentiis, aliiſque ſpiritualibus privi-
legiis, quibus Crucesignati antiquitùs fruebantur, &
nunc fruuntur Societates Crucesignatorum, Carena
part. 1. *de Offic. Inquiſitionis tit.* 14. §. 6. *numer.* 24.
Paramus *de origin. Inquiſit. lib.* 2. *tit.* 1. *cap.* 3. *n.* 8.
D. Dandin. *de ſuſpect. de hæreſ. cap.* 4. *ſect.* 2. *ſubſect.
unica nu.* 12. Cardin. Albit. *de inconſtant. in fide cap.*
8 29. *num.* 92. & 93. ubi pluries à Suprema Inquiſitio-
ne reſolutum refert, poſſe eoſdem familiares à caſibus
reſervatis ſemel in vita abſolvi.

9 Similiter habent Inquiſitores facultatem conceden-
di Indulgentias viginti, vel quadraginta dierum,
quotieſcumque eis videbitur opportunum, iis qui
eorum concionibus pro Fide habitis interſunt, ex
Conſtit. 16. *Innoc. IV.* incip. *Quia* §. 4. & *Conſt.* 19.
ejuſdem §. 2. *Conſtit.* 18. *Alex. IV.* incip. *Cupientes*
§. 3. *Conſtit.* 2. *Urban. IV.* incip. *Licet* §. 12. & no-
tant Repertor. Inquiſitor. *verbo Indulgentia* §. *finali*,
Eymeric. *part.* 3. *quæſt.* 127. Royas *de hæret. par.* 2.
10 *num.* 415. Armilla *ver. Inquiſitor num.* 20. quæ con-
ciones haberi præſertim ſolent in actibus fidei publi-
cis, veluti dum hæretici relaxantur brachio ſæculari,
ut tradit Salelles *de Mater. Tribun. Fidei lib.* 6. *cap.*
10. *regul.* 512. *numero* 36. ubi *numero* 44. adducit
11 formulam concionis haberi ſolitæ. Licèt autem hæc
facultas Inquiſitorum concedendi viginti, vel qua-
draginta dierum Indulgentiam, à pluribus Pontifici-
bus eis conceſſa ſit, non tamen exinde eſt, ut ex
multiplici conceſſione cumulata cenſeatur Indulgen-
tia, ut minùs verè cenſuit Bernard. Comenſ. *in Lu-
cerna Inquiſitor. verb. Indulgentia* §. 5. ſed potiùs ſuc-
ceſſores Pontifices eaſdem priores Indulgentias con-
firmaſſe, ut notat Pegna *part.* 3. *comment.* 176. *verſ.*
12 *num. autem*; idque colligere eſt ex citatis Conſtitu-
tionibus, quæ nihil de novo videntur concedere,
dum idem per ſimilia ferè verba repetunt; poſſe au-
tem idem privilegium pluries concedi abſque eo,
quòd aliquod de novo conceſſum cenſeatur, dixi *to-
mo* 2. *ad Conſtit.* 6. *Honor. III. numer.* 58. ultraquàm
quòd expertus ſum, conſueviſſe antiquitùs Summos
Pontifices edere eaſdem ad literam Conſtitutiones à
ſuis Prædeceſſoribus contra hæreticos emanatas.

Hanc ſanè Indulgentiam non lucrantur ii, qui aſ- 13
ſiſtunt concionibus pro Fide habitis ab Inquiſitori-
bus, niſi ipſi Inquiſitores eam concedant, quamque
concedere poſſunt ob facultatem eis factam à Papa
in citatis Conſtitutionibus; aliàs nullo modo Indul-
gentias concedere poſſent; præcipuum enim requiſi- 14
tum Indulgentiæ eſt, ut concedatur à legitimo Supe-
riore, qui ad id auctoritatem habeat; nam abſolve-
re, vel ligare non poteſt, niſi qui juriſdictionem ha-
bet; & Indulgentias concedere abſolvere eſt, ut ex
cap. quod autem de pœnit. probat Bellarmin. *tom.* 2.
controverſ. de Indulg. lib. 1. *cap.* 5. unde definitur In-
dulgentia, quòd ſit remiſſio pœnæ temporalis debitæ
peccatis actualibus jam remiſſis, conceſſa homini 15
exiſtenti in gratia à legitimo Prælato per applicatio-
nem Theſauri Eccleſiaſtici, Corduba *de Indulg. quæſt.*
1. Fragoſ. *de regim. Chriſtian. Republ. part.* 2. *lib.* 2.
diſp. 4. §. 2. Navarr. *de Indulgent. notab.* 20. *num.* 1.
Torreblanc. *lib.* 14. *de jure ſpirit. cap.* 13. *numero* 5.
Henriquez *in ſumma lib.* 7. *de Indulg. cap.* 1.

Hinc ejuſmodi poteſtas concedendi Indulgentias 16
principaliter eſt penes Summum Pontificem, qui ju-
re Divino habet pleniſſimam poteſtatem conceden-
di quaslibet Indulgentias omnibus, & ſingulis Chri-
ſti fidelibus, *c. cum ex eo in fine de pœnit.* Sunt enim
Indulgentiæ Cœleſtis Eccleſiæ theſaurus, cujus admi-
niſtrator eſt Papa, & ipſe ſolus poteſt plenarias In-
dulgentias concedere, cùm ſolus ipſe vocatus ſit in
plenitudinem poteſtatis, *Extravag. unigenitus de pœ-
nit. inter communes*, *Can. quodcumque* 24. *quæſt.* 1.
Boetius Epon. *de jure Jubil. & Indulg. numero* 148.
Abell. *in medull. theol. tom.* 2. *de Indulg.* §. 2. Cardin.
Toler. *inſtruct. Sacerdot. lib.* 6. *cap.* 25. Paludan. *in*
4. *diſt.* 20. *qu.* 4. De Magiſtr. *in ſylva lib.* 1. *cap.* 7.
num. 1. Sylveſter *in ſumma ver. Indulgentia num.* 11.
Marcus Vidal. *de Indulgent. quæſ.* 1. *num.* 3. & docet
D. Thom. *in* 4. *diſt.* 20. *qu.* 1. *art.* 4. *ad* 3. ibi: *Po-
teſtas faciendi Indulgentias plenè reſidet in Papa,
quia poteſt facere, quod vult, cauſa tamen exiſtente
legitima; ſed in Epiſcopis eſt taxata ſecundùm ordi-
nationem Papæ; & ideò poſſunt dare ſecundùm quod
eis taxatum eſt, & non amplius.*

Cùm igitur ſolus Papa plenariam concedere poſſit 17
Indulgentiam, ſequitur quòd hanc poteſtatem non
habeat Concilium Generale, ut perperam aſſeruerunt
Felin. *in ſermone de indulg. numero* 28. Sotus *in* 4.
diſt. 21. *qu.* 1. *art.* 4. Navar. *loc. cit. notab.* 31. *num.*
2. Cordub. *loc. cit. qu.* 12. *propoſit.* 8. Contrariam
tamen ſententiam vel implicitè tenent communiter
Doctores, qui in ſolo Summo Pontifice hujuſmodi
poteſtatem concedendi plenariam Indulgentiam agno-
ſcunt, & hanc veriſſimam eſſe aſſerit Cardin. Bellar-
min. *tom.* 2. *controverſ. de indulgent. libr.* 1. *cap.* 11.
& ex eo Pax Jordan. *tom.* 1. *libr.* 5. *tit.* 16. *numero*
19. Suarez *tom.* 4. *in* 3. *part. D. Tho. diſp.* 55. *ſect.*
1. Julius Lavorius *de indulgent. part.* 2. *cap.* 11. *nu-
mero* 12. *cum ſeqq.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. part.* 3.
alleg. 88. *numero* 16. & ſubdit idem Bellarmin. ibi:
*Sanè veriſſima mihi eſſe videtur poſterior hæc ſenten-
tia; nam nullum ejus rei exemplum habemus, niſi
Concilii Baſileenſis ſeſſ. 4. quod Concilium eo tempore
ſchiſmaticum erat, neque ejus decreta, & multo mi-
nùs exempla certam fidem faciunt. Concilium autem
Conſtantienſe ſeſſ. 17. prope finem, Indulgentiam con-
cedit, non plenariam, ſed ſolum centum, vel quadra-
ginta dierum; quod rectè poterat facere, cùm in eo* 18
*Concilio eſſent multi, non ſolum Epiſcopi, ſed etiam
Cardinales. Præterea primus, qui docuit, Concilium
Generale poſſe Indulgentias plenarias concedere, &*
quem

Digitized by Google

quem Felinus, aliique ſequuti ſunt, fuit Panormitanus
in Sermone habito in Synodo Baſileenſi, ut Felinus re-
fert. Quid autem mirum, ſi Panormitanus hoc docuit
in eo loco, ubi Concilium ſupra Papam eſſe, clama-
19 *bant omnes?* Verùm ſi in Concilio præſens ſit Sum-
mus Pontifex, poterit Indulgentiam etiam plenariam
concedere, ut de Concilio Lateranenſi tradit Tole-
tus *cit. lib. 6. cap.* 25. tunc enim Indulgentiæ conceſ-
ſio non Concilio, ſed Papæ præſenti, & indulgenti
referretur.

20 Solus igitur Papa, cùm in plenitudinem poteſtatis
vocatus ſit, ex verbis Chriſti *Matth.* 16. plenarias
Indulgentias concedere poteſt. Epiſcopi verò ſervare
debent ſtatutum Concilii Generalis relatum in *cap.*
cum ex eo de pœnit. ubi cavetur, quòd ne per ſuper-
fluas, & indiſcretas Indulgentias claves Eccleſiæ con-
temnantur, & pœnitentialis ſatisfactio enervetur,
non poſſint Epiſcopi, cùm dedicatur Baſilica, In-
dulgentiam ultra annum extendere; & in anniverſa-
rio dedicationis, vel aliis caſibus permiſſis, ultra qua-
draginta dies, concordat *c. noſtro eod. tit. c.* 1. *&* *c.*
indulgentiæ 3. *eod. in* 6. quòd ſi Epiſcopi concedant
Indulgentias ultra taxatum numerum, certum eſt eas
21 non valere, *cit. cap. Indulgentiæ* 3. licèt communiter
id intelligant, non valere quoad exceſſum, ſed ſuſti-
neri intra quantitatem taxatam in *cit. cap. cum ex eo*,
Azor. *inſtit. moral. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 55. *qu.* 6. Sua-
rez *loc. cit. diſp.* 55. *ſect.* 3. *num.* 10. Layman. *lib.* 5.
tract. 7. *cap.* 4. *num.* 2. Bonacin. *tom.* 1. *diſput.* 6. *de*
Indulgen. qu. 1. *punct.* 3. *num.* 3. Lavor. *cit. cap.* 11.
num. 41. Barboſ. *cit. alleg.* 88. *nu.* 22. quamvis con-
trarium teneant plures apud Lotter. *de re benefic. lib.*
3. *quæſt.* 17. *num.* 18.

22 Ex citatis juribus abſoluta remanet difficultas, an
Epiſcopi poteſtatem concedendi Indulgentias Jure Di-
vino obtineant, ſive potiùs immediatè à Papa. Si
enim Jure Divino obtinerent, certum eſt, Indulgen-
tias ab eis conceſſas ultra terminum ſtatutum in
Concilio Generali, validas fore, etſi illicitè id face-
rent; quemadmodùm validè Ordines conferunt, etſi
per Papam à collatione Ordinum interdicti fuerint;
& tamen Indulgentias ultra taxam ab eis conceſſas,
23 invalidas eſſe decernitur in *cit. cap. Indulgentia*. Ul-
teriùs facultas concedendi Indulgentias non à pote-
ſtate Ordinis, ſed à poteſtate Juriſdictionis manat,
adeout poſſit Papa, vel Epiſcopus non adhuc conſe-
cratus Indulgentias concedere, D. Thom. *cit. art.* 4.
quæſt. 2. Abbas *in cap. accedentibus numer.* 4. *de exceſſ.*
Prælat. Boet. Epon. *citat. num.* 145. Ugolin. *de poteſt.*
Epiſcop. cap. 41. *in princip.* Campanil. *in diverſor. in*
proœm. num. 2. Zerola *in praxi Epiſcop. part.* 1. *verb.*
Indul. num. 1. Barboſ. *cit. allegat.* 88. *num.* 6. Paſſerin.
de Indulg. quæſt. 4. *per tot.* Azor. *cit. capit.* 55. *quæſt.* 1.
24 Vidal. *loc. cit. num.* 6. Poteſtatem autem Juriſdictionis
Epiſcopi habent immediatè à Papa, ut evidenter pro-
bant Fagnan. *cap. pernicioſam num.* 29. *de Offic. Ordi-*
nar. Bellarmin. *tom.* 1. *controver. de Rom. Pontific. lib.* 4.
cap. 24. *&* 25. ex quo conſtat, Epiſcopos facultatem
concedendi Indulgentias immediatè à Papa obtinere,
quemadmodum obtinent omnia ea, quæ poteſtatem
juriſdictionis reſpiciunt; & ita communiter docent
D. Thom. *cit. art.* 4. Fagnan. *citat. cap. cum ex eo nu-*
mer. 27. *de pœnit.* Gonzalez *cap. noſtro num.* 6. *eodem*
tit. Torreblanc. *in praxi juris ſpiritual. lib.* 14. *cap.* 13.
num. 36. Azor. *citat. quæſt.* 55. *quæſ.* 2. Bellarmin. *citat.*
libr. 1. *de Indulg. cap.* 11. Henriquez *in ſumma libr.* 7.
capit. 31. §. 3. Magallan. *in proœm. Epiſt. ad Thimot.*
ſect. 12. Fagundez *in* 2. *Eccleſ. præcept. libr.* 7. *capit.* 1.
num. 25. Duvallius *tract. de Pontifice part.* 1. *quæſt.* 2.
Sanctarell. *de Jubil. capit.* 3. *dub.* 2. Lavor. *cit. cap.* 11.
num. 45. Bonacin. *citat. punct.* 3. *num.* 2. quicquid in
oppoſitum dixerint Iſambert. *de Indulgent. diſput.* 3.
art. 1. Abell. *cit.* §. 2. *num.* 4.

25 Dum autem dicimus, Epiſcopos immediatè à Pa-
pa habere poteſtatem concedendi Indulgentias, in-
telligendum non eſt, Epiſcopos eam habere jure de-
legato, cùm verè illam habeant jure ordinario; ete-
nim eadem facultas inſerta eſt in corpore juris, &
cenſetur conceſſa ſtatim ac Epiſcopus eſt electus, &
confirmatus, Abbas *cit. num.* 4. Richard. *in* 4. *diſt.* 20.
artic. 5. *quæſt.* 3. Sylveſter *in ſumma verbo Indulgentia*
quæſt. 5. Azor. *citat. cap.* 55. *verſic. dicendum*, Murga
ad Conſtitut. 16. *Alexand. VII.* §. 12. *num.* 100. Jure
igitur ordinario Epiſcopus concedere poteſt Indul-
gentias juxta taxam Concilii Generalis, licèt poſſit
Papa ei delegare conceſſionem majoris Indulgentiæ,
etiam plenariæ, Riccius *in praxi part.* 2. *reſolut.* 306.
num. 3. Facultatem autem, quam Epiſcopus jure or- 26
dinario habet in concedendis Indulgentiis, non ſolùm
ipſe per ſe, ſed etiam aliis delegare poteſt, quemad-
modum quæcunque alia, quæ ad ipſum jure ordina-
rio ſpectant, Bellarmin. *citat. cap.* 11. Bonacin. *citat.*
punct. 3. *num.* 11. ubi alii, & Pax Jordan. *cit. tit.* 16.
num. 47. Non cenſetur tamen hæc facultas delegata per
generale mandatum, ſed ſpecialis requiritur delega-
tio; ex quo fit, ut Vicarius Generalis, niſi ſpeciali-
ter ei committatur, Indulgentias concedere nequeat,
Barboſ. *cit. allegat.* 88. *num.* 10. Lavor. *citat. cap.* 11.
num. 51. Suarez *cit. diſp.* 55. *num.* 5. ubi alii.

De Vicario autem Capituli Sede vacante, quòd 27
poſſit Indulgentias concedere, voluerunt Abbas *in*
cap. cum olim de majorit. & obedient. Zerola *in praxi*
verb. Indulg. verſ. ad ſecundum, Azor. *part.* 2. *libr.* 3.
cap. 37. *quæſt.* 9. Barboſ. *libr.* 1. *juris Eccleſ. capit.* 32.
num. 91. Riccius *in praxi part.* 2. *reſolut.* 222. eo præ-
ſertim quia, ut diximus, poteſtas concedendi Indul-
gentias pendet à poteſtate juriſdictionis, quæ Sede
vacante tranſit in Capitulum, ejuſque Vicarium, *cap.*
ultim. de ſupplen. neglig. Prælat. in 6. Sed contrarium
eſt verius, adeout etiam Auctores prioris ſententiæ
fateantur, tutius eſſe, quòd Capitulum, ſeu Vica-
rius committat alicui Epiſcopo, ut Indulgentias con-
cedat nomine ipſius Capituli; licèt enim concedere 28
Indulgentias ſit actus juriſdictionis, eſt tamen actus
reſervatus dignitati Epiſcopali, cùm ſit de majoribus,
capit. accedentibus de exceſſibus Prælator. ubi Fagnan.
num. 17. & in hanc ſententiam videtur fuiſſe *Sacra*
Congregatio Concilii ſub die 13. *Novembris* 1688. ibi:
Dubium Indulgentiarum. Quæritur, an Vicarius Capi-
tularis Sede Epiſcopali vacante facultatem habeat con-
cedendi Indulgentias, quas cæteroquin concedere poteſt
Epiſcopus vivens. Sacra Congregatio reſpondit: *Vi-*
carius Capitularis ſe abſtineat; & ita tenent Archidiac.
capit. 1. *de pœnit. & remiſſ. in* 6. Cardinal. *cit. cap. ac-*
cedentibus, Sotus *in* 4. *diſtinct.* 21. *quæſt.* 1. *art.* 4. La-
vor. *citat. cap.* 11. *num.* 52. Pax Jordan. *cit. tit.* 16. *nu-*
mer. 27. Bonacin. *cit. punct.* 3. *num.* 23. Barboſ. *cit. al-*
leg. 88. *num.* 21.

Epiſcopus excommunicatus, niſi ſit vitandus, In- 29
dulgentias concedere poteſt; nam conceſſio Indul-
gentiarum pertinet ad poteſtatem juriſdictionis, cu-
jus uſum, ſeu exercitium amittit excommunicatus vi-
tandus, Gibalinus *de cenſuris diſq.* 7. *quæſt.* 6. Bonac.
citat. punct. 3. *num.* 8. Azor. *cit. cap.* 55. *quæſ.* 7. Bar-
boſ. *cit. allegat.* 88. *num.* 12. Pax Jordan. *citat. tit.* 16.
num. 44. idemque dicendum de Epiſcopo hæretico,
qui niſi ſit denunciatus, concedere poteſt validè In-
dulgentias, Lavor. *citat. cap.* 12. *numer.* 9. hæreticus
enim non denunciatus poſt *Extravag. Ad evitanda* 30
non privatur Eccleſiaſtica Juriſdictione, ſaltem reſpe-
ctu Catholicorum, in quorum favorem dicta Extra-
vagans promulgata fuit, Cardin. Albir. *de inconſtant.*
in fide cap. 20. *num.* 3. poſt Suarez *de Fide diſput.* 21.
ſect. 3. *num.* 15. idque ob diſpoſitionem *cit. Extravag.*
Ad evitanda, de qua dixi ad *Conſtitut.* 18. *Innoc. IV.*
num. 31. *cum ſeq.*

Epiſcopus autem Coadjutor, etiam cum futura 31
ſucceſſione, Indulgentias per ſe concedere non po-
teſt; ſed ſi Epiſcopus Coadjutus eas concedere vo-
luerit, ſub hujus nomine ſunt publicandæ, ut reſol-
vit Sacra Congregatio Rituum *die* 31. *Januarii* 1591.
ad 8. apud Quarant. *in ſumma Bullar. verbo Archie-*
piſcopi auctoritas num. 12. *in fine*, Campanil. *in diver-*
ſor. rubr. 7. *cap.* 6. *num.* 107. Barboſ. *in ſumma Apoſtol.*
deciſ.

Digitized by Google

32 *deciſ. verb. Indulgentia num.* 5. Ita ſimiliter Epiſcopus titularis, cùm careat exercitio juriſdictionis, *cap. inter corporalia de translat. Prælator.* non poteſt concedere Indulgentias, Frances *de Eccleſ. Cathedrali capit.* 32. *num.* 124.

33 Itidem Legatos Sedis Apoſtolicæ in eorum Provincia Indulgentias concedere poſſe, docent Gloſſa *citat. cap. noſtro verbo Provinciam, & in cap. nemini verb. Statuta de Offic. Legati*; Petr. Gregor. *libr.* 1. *partit. tit.* 17. *cap.* 3. Bellarmin. *cit. libr.* 1. *de Indulg. cap.* 11. *verſ. de Legatis*, & ceſſante ſpeciali indulto Papæ, non valent concedere majores Indulgentias ultra taxatas in Concilio Generali pro Epiſcopis, Azor. *part.* 2. *libr.* 5. *cap.* 33. *quæſt.* 7. Pax Jordan. *cit. tit.* 16. *num.* 23. niſi ſit Cardinalis, qui ex conſuetudine Indulgentiam centum dierum concedere poteſt, Bellarmin. *loc. cit.* Lavor. *cit. cap.* 11. *num.* 15. Navar. *cit. notab.* 31. *num.* 17. Idemque de ſummo Pœnitentiario, ut ſcilicet concedere poſſit Indulgentiam centum dierum, tradunt Abbas *in cap. accedentibus num.* 4. *de exceſſibus Prælator.* Paludanus *in* 4. *diſt.* 20. *quæſt.* 2. *art.* 2. Barboſ. *citat. allegat.* 88. *num.* 16. Lavor. *citat. num.* 18.

34 Prælati autem Epiſcopo inferiores quantumlibet exempti, & juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes, de jure Indulgentias concedere non valent, cùm id reſervatum ſit dignitati Epiſcopali, nec ejuſmodi facultas eis à Summo Pontifice conceſſa eſt, quemadmodum ab eo Epiſcopis concedi oportuit, ut dixi, & ita ex *cap. accedentibus de exceſſ. Prælatorum*, notant communiter Doctores apud Tamburrin. *de jure Abbatum tom.* 2. *diſp.* 11. *quæſt.* 1. *num.* 3. & fuit reſolutum à Sacra Congregatione Rituum in Decretis Generalibus circa uſum Pontificalium quoad Prælatos inferiores, quæ refert Murga *in commentar. ad*
35 *Conſtit.* 16. *Alex. VII.* Verùm licèt de jure hæc facultas eis non competat, poſſunt nihilominùs illam ex Apoſtolico indulto obtinere, quemadmodum Urbanus IV. *Conſtitut.* 6. incip. *Eccleſia* conceſſit Abbati Congregationis Montis Virginis facultatem concedendi Indulgentiam quadraginta dierum, & alia ſimilium conceſſionum exempla affert Miranda *in manuali Prælator. tom.* 2. *quæſt.* 9. *art.* 2. *concluſ.* 2. Tamburrin. *cit. quæſt.* 1. *num.* 6. Murga *ad cit. Conſtitut.* 16. *Alex. VII.* §. 12. *num.* 107.

CONSTITUTIO XVII.

ALEXANDRI IV.

incipiens (*Ad audientiam.*)

EPITOME BULLÆ.

ALEXANDER DILECTIS FILIIS Fratribus de Ordine Minorum Inquiſitoribus in Provincia B. Franciſci.

INjungit Inquiſitoribus, ut Magiſtratus, alioſque Officiales ſæculares negligentes, vel renuentes eorum ſententias exequi, per excommunicationem, privationem ab officiis, & interdictum locale, ad eas exequendas cogant.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Inquiſitores poſſunt per cenſuras compellere Judices ſæculares ad eorum ſententias exequendas.*

2 *Judices Eccleſiaſtici ſententiam ſanguinis ferre, aut exequi prohibentur.*

3 *Hæretici impœnitentes, aut relapſi, relinquuntur Judici ſæculari pro exequutione ſententiæ.*

4 *Epiſcopi, aliique Judices Eccleſiaſtici brachium ſæculare quoties opus fuerit implorant.*

5 *Inquiſitores dum reum relinquunt brachio ſæculari, pro eo implorant, & quando hic uſus inoleverit.*

6 *Inquiſitores relinquentes reum brachio ſæculari, nullam irregularitatem incurrunt.*

7 *Similiter nec irregularitatem incurrunt Perſonæ S. Congregationis Concilii, ſi in ea aliquid agatur, ex quo alicujus mors ſequi poſſit.*

8 *Inquiſitores cur intercedant pro reo, dum eum relinquunt brachio ſæculari.*

Refertur caſus traditionis brachio ſæculari nuperrimè in Urbe ſequutus.

9 *Judex ſæcularis an poſſit requirere, & examinare acta, & proceſſus, antequàm ſententiam ab Inquiſitore latam exequatur, & num. ſeqq.*

10 *Judicem ſæcularem ab Eccleſiaſtico Judice requiſitum pro brachio exhibendo, poſſe de juſtitia ſententiæ priùs cognoſcere, aliqui aſſeruerunt.*

11 *Negarunt alii, aliique inter cauſas civiles, & criminales diſtinxere.*

12 *Judex ſæcularis requiſitus pro exequutione in cauſis merè Eccleſiaſticis, non poteſt de juſtitia ſententiæ cognoſcere.*

13 *Et quid ſi agatur de cauſis mixti fori.*

14 *Judex ſæcularis requiſitus ab Inquiſitore eſt purus facti exequutor.*

15 *Adeout nec quidem indirectè de crimine hæreſis cognoſcere poſſit.*

16 Bartolus *in hac re fuit ſibi ipſi contrarius.*

17 *Judex ſæcularis, antequàm ſententiam Inquiſitoris exequatur, debet ei conſtare de eadem ſententia.*

18 *Inquiſitor reum brachio ſæculari relinquere ſolet præſente Judice ſæculari, vel ejus Fiſcali.*

19 *Si tamen aliàs fiat, non ideò ſententia eſſet nulla.*

Judici ſæculari non oportet dari copiam ſententiæ latæ ab Inquiſitore. Ibidem.

20 *Et quid ſi non fuerit præſens, dum reus ejus brachio fuit relaxatus.*

21 *Judex ſæcularis an poſſit cogere hæreticum ejus brachio relaxatum, ad confitendum ſe eſſe talem, qualis in ſententia aſſeritur.*

22 *Inquiſitores poſſunt per cenſuras compellere Judices laicos ad eorum ſententias exequendas.*

23 *Et contra eoſdem tanquam contra hæreticorum fautores procedere poſſunt.*

24 *Judex laicus intra quot dies exequi debet ſententiam Inquiſitoris.*

25 *Et ſi intra præfixum tempus ſententiam non exequatur, tunc Inquiſitor eum cogere poteſt.*

26 *Inquiſitor cogendo Judicem laicum ad exequendas pœnas contra hæreticos, an incurrat irregularitatem.*

27 *Inquiſitor quomodo ſe gerere debeat, dum cogit Judicem laicum ad exequendum pœnas contra hæreticos.*

28 *Inquiſitor, antequam procedat contra Judicem laicum renuentem exequi ejus ſententiam, conſulere debet Supremam Inquiſitionem.*

29 *Judex ſæcularis non poteſt differre exequutionem ſententiæ Inquiſitoris ex prætextu, quòd ſit injuſta.*

30 *Niſi forſan ipſe Judex ſit ex actis inſtructus de injuſtitia ſententiæ, & qualiter id contingere poſſit.*

EX præſenti Conſtitutione edita Anagniæ 14. Kalendas Februarii anni 1260. firmata extat Inquiſitorum facultas, qua Judices ſæculares ad eorum ſententias exequendas per cenſuras cogere poſſunt, ibi: *Quocirca Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Poteſtates, Rectores, Judices, Antia-* 1

Antianos, Officiales, quocunque nomine cenſeantur, Conſilia, & Communitates prædictas, quòd hujuſmodi ſententias à Vobis latas, & ferendas, etiam ſublato cuiſlibet dilationis, & difficultatis obſtaculo, executioni demandent, monitione præmiſſa per excommunicationis in perſonas Poteſtatum, Rectorum, Judicum, Antianorum, Officialium, & Conſiliariorum; ac privationis ab officiis; & in Civitates, Caſtra, & Loca hujuſmodi, interdicti ſententias, appellatione remota cogatis. Concordat *Conſtitut. Bonifac. VIII. in cap. ut Inquiſitionis de hæret. in 6.* & pleniùs *Conſtit. 10. Innocent. VIII.* incip. *Dilectus*, ibi: *At cùm hujuſmodi crimen hæreſis ſit merè Eccleſiaſticum, & delicta nullo pacto impunita remanere debeant, tenore præſentium vobis committimus, atque mandamus, ut ſi eſt ita, eiſdem Officialibus ſæcularibus Civitatis Brixienſis, ſub excommunicationis pœna, & aliis cenſuris Eccleſiaſticis præcipiatis, atque mandetis, ut infra ſex dies, poſtquam legitimè fuerint requiſiti, ſine aliqua dictorum proceſſuum per vos agitatorum viſione, ſententias per vos latas contra hujuſmodi hæreticos promptè exequantur, appellatione remota. Quam excommunicationis pœnam ipſo facto volumus, & tenore præſentium declaramus incurriſſe, ſi quod mandatum fuerit, infra dictum ſex dierum ſpatium, ceſſante legitimo impedimento, cum effectu non impleverint*, & in iiſdem terminis eſt *Conſtitut.* 43. *Leon. X.* incip. *Honeſtis* §. 3. & docent communiter Doctores infrà citandi.

2 Ad hæc autem illuſtranda præſciendum eſt, Judi-
ces Eccleſiaſticos, quos manſuetos eſſe maximè de-
cet, ſententiam ſanguinis ferre, vel exequi jure Ca-
nonico prohibitos eſſe, *cap. Clericis, cap. ſententiam
ne Clerici, vel Monach. cap. Epiſcopus eodem in 6. ca-
pit. ex literis de exceſſ. Prælat.* Ex quo factum eſt, ut
hæretici impœnitentes, aut relapſi, in quos pœna
ignis ſtatuta eſt, ut dixi ad *Conſtit. 1. Innoc. IV. ſect. 2.*
3 *& ad Conſtitut. 12. Alexand. IV. num. 16.* Judici ſæcu-
lari relinquantur pro exequutione pœnæ, *cap. excom-
municamus il 1. §. damnati, cap. excommunicamus il 2.
in princip. de hæret. cap. ut officium §. compeſcendi eo-
dem in 6. Conſtitut. Friderici II.* incip. *Commiſſi* §. 2.
ibi: *Statuimus, ut hæretici quocumque nomine cenſean-
tur, ubicumque per Imperium damnati fuerint ab Ec-
cleſia, & ſæculari judicio aſſignati, animadverſione*
4 *debita puniantur.* Et generaliter Epiſcopi, aliique Ju-
dices Eccleſiaſtici, quotieſcunque opus fuerit auxilium
brachii ſæcularis implorant, *cap. 1. cap. quoniam de
exceſſ. Prælat. Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. ma-
trim. cap.* 8. cum concordantibus apud Gonzalez *cit.*
5 *cap. 1. num.* 13. Unde antiquus eſt mos Inquiſitorum,
ut dum hæreticum relinquunt judicio ſæculari, pro
eo intercedant, ne aliàs in effuſione ſanguinis parti-
cipes eſſe videantur, ut notat Baron. *ad annum* 385.
Repertor. Inquiſit. *verbo Judex verſic. nota formam*,
& in fine ſententiæ relaxationis id præſtare ſolent his
verbis: *Deprecantes efficaciter Curiam ſæcularem præ-
dictam, quod citra ſanguinis effuſionem, & mortis pe-
riculum, erga te ſententiam ſuam moderetur*, ut apud
Eymeric. *part. 3. in decimo modo terminandi proceſſum*
6 *num.* 203. *pag. mihi* 515. quod adhuc hodie ſervant In-
quiſitores, non quidem, ut ita evitent periculum in-
currendi irregularitatem, quam ſanè per hunc actum
traditionis rei judicio ſæculari, vel ſimpliciter non
incurrunt, ut ex Archidiac. & Specul. cenſuit Fagnan.
cap. de cætero num. 29. de homicid. Felin. *capit. ad abo-
lendam numer. 4. in fine de hæret.* vel ab ea præſervati
ſunt indulto Pauli IV. & Pii V. de quo meminerunt
Pegna *part. 2. director. comment. 20. verſ. quanquam*,
Lorca *in 2. 2.* D. Thom. *quæſt. 11. art. 4. diſput. 49. nu-
mer. 9.* Diana *part. 1. tract. 2. reſol. 135. in fine*, Scor-
tia *in ſelect. epit. 10. theorem. 34. in fine*, Aravio *deciſ.
moral. tract. 5. quæſt. 5. per tot.* Del Bene *de immunit.*
7 *part. 1. cap. 10. dubit. 10. num.* 3. prout ſimili indulto
gaudet Sacra Congregatio Concilii, ejuſque perſo-
næ, conceſſo à Gregorio XV. quod adeſt *lib. 12. De-
cret. pag.* 129. ibi: *Sanctiſſimus Dominus Noſter Gre-
gorius XV. die 27. Aprilis* 1621. *indulſit Congregationi
Concilii, atque illius perſonis, ut ſi quando ſive publi-
cè, ſive privatim agendum foret de materia ad ipſam
Congregationem quoquomodo pertinente, unde illius au-
ctoritate directè, vel indirectè ſequi poſſit mors alicu-
jus, aut membri mutilatio; perſonæ ipſæ ex tractatu,
ſeu miniſterio hujuſmodi nullam irregularitatis notam
incurrant.* Idcircò hæc interceſſio hodie ab Inquiſi- 8
toribus fit, potiùs ut ita conformentur antiquæ praxi
Eccleſiæ, quæ pro reo ſæculari judicio relinquendo
ſemper intercedere conſuevit, ut probatur ex *cap. no-
vimus de verb. ſignific.* & ex D. Auguſt. *epiſt.* 158. ac
notat Gonzalez *cap. Cleric. numer. 7. ne Clerici, vel
Monach.* Farinacc. *de hæreſi quæſt. 189. numer.* 10. Bel-
lett. *diſquiſ. Cleric. part. 1. de diſciplin. Clerical.* §. 5.
num. 104. Ex quo eſt, ut quamvis ejuſmodi interceſ-
ſio nihil operetur ad favorem rei, dum ea non ob-
ſtante Judex ſæcularis tenetur contra eum exequi pœ-
nas à jure ſtatutas, ut mox infrà dicam; nihilominùs
à Judice Eccleſiaſtico omittenda non eſt, ut tenet
Cardin. Albit. *de inconſtant. in fide cap. 21. num.* 33.
Idque nuperrimè ſervavit Suprema Inquiſitio in per-
ſonam perditiſſimi hominis Pauli Antonii Galles,
qui latrociniis vivere aſſuetus, manus injicere non
dubitavit, quò altiùs furti nequitia aſſurgere non poſ-
ſet, dum ex Eccleſia S. Mariæ Transtyberim Sacram
Pyxidem cum pluribus SS. Hoſtiæ formulis, ac Sa-
crorum Oleorum vaſcula ſubripere auſus fuit. In quo
execrando facinore tota Urbs ingemuit: quouſque re
detecta, cauſaque in Suprema Inquiſitione examina-
ta, hæc decrevit, reum brachio ſæculari relinquen-
dum fore: quod ſub die 27. Aprilis currentis anni 1708.
ſpeciali, ac non ſemper uſitata cæremonia exequu-
tum fuit in area SS. Baſilicæ Vaticanæ, erecto ad ejuſ-
dem Baſilicæ ſcalas amplo tabulato; in quo præſen-
tibus, primumque locum occupantibus Conſultori-
bus S. Officii, ac Capitulo S. Petri in ſecundo loco,
lectus fuit Proceſſus, & ſententia, innumerabili fer-
mè Populo audiente, ac vidente; quo peracto, reus
relictus fuit brachio ſæculari, ſcilicet Gubernatori
Urbis per ſuum Locumtenentem Criminalem præſen-
ti, prævia conſueta interceſſione citra pœnam ſan-
guinis, juxta modum ſuprà enunciatum, & die ſe-
quenti laqueo reus ſuſpenſus fuit.

Poſito igitur, poſſe Inquiſitores auxilium brachii 9
ſæcularis, quoties opus fuerit, invocare, duo emer-
ſerunt dubia, duabus pariter Pontificiis Conſtitutio-
nibus reſoluta: Primum an Judex ſæcularis ab Inqui-
ſitore requiſitus poſſit requirere acta, & proceſſus,
eaque examinare, antequàm brachium exhibeat, ſeu
ſententiam ab Inquiſitore latam exequatur: Secun-
dum an data reluctantia Judicis ſæcularis in brachio
exhibendo, ſeu ſententia exequenda, poſſit illum juris
remediis Inquiſitor cogere.

Et quoad primum variarunt Doctores, ejus reſo- 10
lutionem quærentes à ſimili quæſtione, an Judex ſæ-
cularis requiſitus ab Epiſcopo, ſeu alio Judice Eccle-
ſiaſtico pro ſui brachii exhibitione, ſit merus facti
executor, ſive potiùs cauſæ cognitionem reſumere
poſſit. Et circa hoc in varias itum eſt ſententias: alii
enim voluere, Judicem ſæcularem poſſe de juſtitia
ſententiæ cognoſcere, & petere acta, & proceſſus
antequàm ſententiam exequatur: ita in terminis etiam
cauſæ hæreſis Bartol. *in l. divus numer. 3. ff. de cuſtod.
reor. & in l. Magiſtratibus ff. de juriſdictione omn. ju-
dic.* Igneus *in l. 1. §. cum Dominus num. 4. ff. ad Syllan.*
Decian. *tract. crim. libr. 4. cap. 9. num.* 123. quos ſe-
quitur Graſſus *de effect. Clerical. effect. 1. numer.* 831.
cum ſeqq. Vaſquez *de ſucceſſion. libr. 1. de teſtatoris po-
tentia §. 6. num. 16. verſ. denique*, Iſernia *ad Conſtitut.
poſt Mundi machinam in proœm.* Molina *de brach. ſæ-
cular. libr. 1. capit. 7. numer.* 2. Marcus Mantua *ſin-
gular.* 274. incip. *Crimen hæreſis*, qui præſertim ni-
tuntur *Textui in §. ſi quod crimen auth. de SS.
Epiſcop.*

Contrà alii abſolutè dixerunt, Judicem ſæcularem 11
eſſe ſimplicem exequutorem ſententiæ Judicis Eccleſia-
ſtici, nec petere poſſe acta, aut merita cauſæ revidere,
Covarr.

Digitized by Google

Covarr. *lib. 1. var. cap. 1. num.* 10. Alciat. *cap. 1. n.* 111. *de offic. ordinar.* Monet. *de judic. conſervat. cap. 8. n.* 262. Segura *in director. part. 2. cap.* 13. *num.* 33. De Marin. *reſol. quotid. lib. 1. cap.* 204. Diana *part. 1. tract. 2. reſol.* 109. & alii apud Agia *de exhiben. auxil. concluſ. 3. fundamen.* 27. Marta *de juriſdict. lib. 1. cap.* 51. Cavalcan. *de brach. Regio part. 4. n.* 260. Alii tertiò diſcrimen poſuere inter cauſas civiles, & criminales; adeout in civilibus affirment non eſſe neceſſarium juſtificationem requiſitionis, ſecùs verò in criminalibus, Salced. *in prax. cap.* 160. *num.* 13. Buccharon. *de differentiis differ.* 209. *num. 2. & 3.*

12 Quò autem hæc ad concordiam reducerentur, communiter diſtinctione uſi ſunt, quam indicavit Abbas *in cap. ultimo num. 13. de ſtat. Monach.* Felinus *cap. ad abolendam num. 4. de haret.* inter cauſas merè ſpirituales, aut Eccleſiaſticas, à cauſis mixti fori; adeout in primis, ſive civiles ſint, ſive criminales, pro quarum cognitione Judex ſæcularis eſt prorſus incompetens, ipſe Judex requiſitus ſit merus facti exequutor, ad textum in *leg. 6. Cod. de execut. rei judicat.* & conſequenter nec de juſtitia ſententiæ cognoſcere, nec pro-
13 ceſſus petere, ſive examinare poteſt; ſecùs verò in cauſis mixti fori, quarum cognitio pertinere poteſt ad Judicem ſæcularem, & de his cauſis mixtis loqui *Textum in cit. §. ſi quod crimen*, docent Abbas, & Felinus *loc. cit.* Decius *in cit. leg. Magiſtratibus num.* 13. & licèt ibi textus loquatur de delicto Clerici; non tamen loquitur de delicto merè Eccleſiaſtico, ſed de delicto ſæculari à Clerico commiſſo; nam ante *Auth. ſtatuimus Cod. de Epiſcop. & Cleric.* Judex ſæcularis de facto cognoſcebat de Clerico criminoſo, ut colligitur ex *Auth. Clericus §. ſed in civili eodem tit.* & notat Gonzalez *in cit. cap. excommunicamus il 1. §. damnati num.* 2. atque cum hac diſtinctione tranſeunt Gonzalez *cap. 1. num. 17. de offic. Jud. ordin.* Scaccia *de judic. lib. 1. cap. 63. num.* 7. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. part. 3. cap. 107. num.* 27. Carleval. *de judic. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. part. 7. ſect. 1. num.* 772. *&* 775. Merlin. Pignatell. *centur. 2. cap. 98. num.* 36. Sanfelice *cit. deciſ.* 239. *num.* 3. *&* 4. Bellert. *diſquiſ. cleric. part. 1. de favore Clericorum perſonali* §. 13. *num.* 3.

14 Quicquid autem ſit de ſubſiſtentia ſecundi membri præfatæ diſtinctionis, quam alibi opportuniùs examinandam omitto, illud tamen exindè certò ſequitur, Judicem laicum ab Inquiſitore requiſitum pro brachio exhibendo, eſſe purum putumque facti exequutorem, adeoque nec de juſtitia requiſitoriæ cognoſcere, nec acta proceſſus requirere, ſeu aliàs cauſam examinare poſſe; crimen enim hæreſis eſt merè Eccleſiaſticum, ut fusè dixi ad *Conſtit. 1. Innoc. 4. ſect.* 1. ex quo eſt,
15 ut Judex ſæcularis nec quidem indirectè de eo cognoſcere poſſit, quemadmodùm cognoſceret, ſi de juſtitia requiſitoriæ cognoſcere vellet; omnemque circa hoc dubietatem ſubſtulit Bonifac. VIII. *in cap. ut inquiſitionis §. prohibemus de haretic. in 6.* & clariùs in *Conſtitut.* 43. *Leonis X.* incip. *Honeſtis* §. 3. ibi: *Vobis committentes, & mandantes, ut eoſdem Venetos, & illorum Ducem, ac Officiales ſuos, ne ipſi ulteriùs in hujuſmodi cauſis ſe intromittant, ſed quoad injunctas ſibi executiones, & fortè injungendas, poſtquàm requiſiti fuerint, ſine aliqua proceſſuum per dictos Eccleſiaſticos Judices factorum viſione, vel examinatione, promptè exequantur, moneatis, & hortemini. Et ſi hoc facere neglexerint, vel recuſaverint, vos eos per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia juris opportuna remedia appellatione poſtpoſita compellatis.*

16 Unde Bartolus meritò redarguitur ab Abbate *in citat. cap. ultimo num.* 13. quòd contrariam ſententiam docuerit contra apertas juris Pontificii deciſiones: imò ipſemet Bartolus ſibi fuit contrarius in *authent. Clericus quoque in fine Cod. de Epiſcop. & Cleric.* atque ultra citatos id firmant Afflict. *in proœm. Conſtit. Regni cap. 1. num.* 56. Simanch. *de Cathol. inſtit. cap. 36. num.* 3. Clarus *in praxi §. hæreſis num.* 4. Vela *de offic. ordin. cap. 1. part. 2. num.* 38. Royas *de hæret. part. 2. num.* 450. Pegna *in director. part. 3. comment.* 85. Brunus *de heretic. lib. 4. cap.* 15. Farinacc. *de hæreſi quæſt.* 186. *num.* 165. Patexa *de inſtrument. edit. part. 1. tit. 2. reſolut. 8. num.* 21. Seſſe *de inhibit. cap. 30. numer.* 84. Capyc. Latro *deciſ. 82. num. 12. libr.* 1. Gratian. Falcone *regular. juris reg. 422. numer.* 8. Fragoſ. *de regimin. Chriſtian. Reipublic. part. 1. libr. 4. diſp. 10. §. 2. à numer.* 148. Cened. *quæſt. canon. 36. num.* 12. Del Bene *de immunit. tom. 1. cap. 8. dubit. 26. ſect.* 4. Cardin. Albit. *de inconſtant. in fide cap. 21. numer.* 15. Pignatell. *tom. 4. conſ. 180. num.* 7. Caſtropal. *tom. 1. tractat. 4. diſp. 8. punct. 14. num.* 5. Salelles *libr. 6. capit. 10. reg.* 513. *num.* 76.

Verùm utcunque Judex laicus prohibeatur cogno- 17
ſcere de juſtitia requiſitoriæ, debet nihilominùs ei conſtare de ſententia, & de relaxatione ejus brachio facta ab Inquiſitore, ut ſciat qua pœna debeat hæreticum punire; nam licèt in eos pœna ignis ſit ſtatuta, tamen aliquando non comburuntur vivi, uti ſunt relapſi pœnitentes, qui priùs ſtrangulantur, & poſt mortem comburuntur, ut dixi ad *Conſtitut. 12. Alexand. IV.* Unde recepta eſt praxis, ut in omnibus ſen- 18
tentiis, in quibus Inquiſitor reum brachio ſæculari relinquit, ſit præſens Judex ſæcularis, vel ſaltem ejus Fiſcalis, ex Textu in *cap. novimus de verb. ſignific. capit. excommunicamus il 1. cap. ad abolendam §. illos de hæret.* & colligitur ex Eymeric. *in director. part. 3. in duodecimo modo terminandi proceſſ. pag. 523. verſ. adveniente*, ubi Pegna *comment. 48. verſic. ac præſente*, Sanfelice *deciſ. 239. num.* 10. Card. Albit. *cit. cap. 21. num.* 19. ubi quòd Judici ſæculari nec ſit danda copia 19
ſententiæ, nam id fruſtra fieret, dum fuit præſens in prolatione ſententiæ, quod ſemper obſervatur; licèt ſi ſententia proferatur ſine interventu Judicis laici, non exinde eſſet nulla, Pegna *cit. comment. 48. §. ac prima*, Caſtropal. *citat. diſput. 8. punct. 11. num.* 13. Carena *de Offic. Inquiſit. part. 3. tit. 11. §. 7. num.* 32. Salelles *de Mater. Tribunal. Fidei libr. 5. cap. 1. regul.* 373. *num.* 59. Unde in caſu, quo non interveni- 20
ret, debet illi aliàs authenticè conſtare de ſententia, Gonzal. *cap. 1. num. 17. de Offic. Judic. ordin.* Cancer. *variar. libr. 3. cap. 19. num.* 3. Carleval *citat. diſput. 2. num.* 772. Poſtquàm autem ei conſtiterit de ſententia Inquiſitoris, & quòd iſte reum relaxaverit ejus bra- 21
chio, nihil ei ſupereſt, niſi ut pœnas à jure ſtatutas contra hæreticum exequatur; & licèt Felinus *in cap. ad abolendam num. 5. de hæret.* dixerit, poſſe Judicem ſæcularem ad cautelam cogere hæreticum relaxatum ejus brachio, ad confitendum ſe eſſe talem, qualis in ſententia aſſeritur; tamen id non eſt in uſu, nec à Judice laico fieri debet; nam hæc confeſſio maximè extorqueretur ad probandam identitatem perſonæ, quæ ſatis verificata ſupponitur antequàm ejus brachio relaxetur, Farinacc. *citat. quæſt. 186. numero* 165. Raynald. *obſervat. crimin. tom. 1. capit. 7. §. 1. num.* 207.

Alterum dubium, an nempe Inquiſitor cogere poſ- 22
ſit Judicem Laicum negligentem, ſeu renuentem exequi ejus ſententias, reſolutum remanet ex præſenti Conſtitutione, & ex citatis Conſtitutionibus *Bonifacii VIII. Innoc. VIII. & Leonis X.* in quibus ſtatuitur, ut poſſit illos cogere per excommunicationem, aliaſque cenſuras Eccleſiaſticas; imò contra eos procedi poteſt tanquàm hæreticorum fautores, dum præſtare negligunt ea, ad quæ tenentur ex officio, ut dixi 23
ad *Conſtit. 15. Alex. IV.* & notat Cardinal. Albit. *cit. cap. 21. num.* 13. Judices enim ſæculares, poſtquàm hæreticus ejus brachio fuit relictus, debent ſine mora, & indilatè pœnas à jure ſtatutas contra eum exequi, nec eis licitum eſt eaſdem pœnas augere, vel minuere, ut dixi ad *Conſtit. 1. Innoc. IV. ſect.* 2. cen-
ſentur tamen ſententiam exequi ſine mora, & indi- 24
latè, ſi eam exequantur infra quinque, vel ſex dies, ut colligitur ex *Conſtit. 9. Innoc. IV.* incip. *Ad extirpanda §. damnatos*, & ex *cit. Conſt. 10. Innoc. VIII.* licèt circa tempus, intra quod ſententiam exequi debent, ſpectandæ ſint variæ Provinciarum conſuetudines, de quibus Pegna *par. 3. comm. 85. verſ. verùm*, Card.

Digitized by Google

Card. Albit., *cit. cap.* 21. *num.* 10. Salell, *citat. cap.* 10. *regul.* 513. *num.* 85.

25 Præfato ſex dierum termino elapſo, ſi Judex ſæcularis ſententiam contra hæreticum exequi negligat, tunc Inquiſitor per cenſuras eum eogere poteſt, Lorca 2. 2. *queſt.* 11. *art.* 4. *diſp.* 49. *num.* 9. Pegna *citat. comment.* 85. Campeg. ad Zanchin. *de heret. capit.* 8. Farinacc. *cit. queſt.* 186. *num.* 163. Sanctarell. *de heret. cap.* 60. *dub.* 4. *num.* 23. Diana *part.* 1. *tractat.* 2. *reſolut.* 135. Carena *de offic. Inquiſ. part.* 2. *tit.* 11, §. 6. *numer.* 31. Ideircò curandus non eſt Chriſtophor. Anguianus *lib.* 3. *de legibus controv.* 31. *num.* 37. *cum ſeqq.*
26 aſſerens, nullo jure probari, poſſe Inquiſitores cogere Judices laicos; nam id ſatis clarè probant *cit. Conſtitutiones*. Id autem, quod idem Anguian. *loc. citat. numer.* 42. opponit, quòd ſi Inquiſitor cogeret Judicem ſæcularem ad exequendas pœnas contra hæreticos, incideret in irregularitatem, videtur ingerere difficultatem, quia tunc videretur mandare, ſeu injungere execurionem pœnæ ſanguinis, quod Judici Eccleſiaſtico omninò vetitum eſt, ut ſuperiùs dixi.

27 Verùm cùm ex adductis Conſtiturionibus certum ſit, poſſe Inquiſitorem cogere Judicem ſæcularem, remanet difficultas ſolummodò circa modum, quo Inquiſitor circa hoc ſe gerere debet. Quidam Auctor innominatus apud Pegnam *cit. comment.* 85. *verſ. queſitum* cenſuit, poſſe Inquiſitorem abſque metu irregularitatis præcipere Judici laico, ut contra hæreticum ejus brachio relictum, pœnam ignis exequatur; quam ſententiam tenuit, licèt ſubdubius, Felin. *cit. cap. ad abolendam num.* 5. *in fine*, & poſt eum Tabienſis *in ſumma verbo irregularitas* 2. §. 9. *numer.* 10. & §. 15. *num.* 16. Majolus *de irregular. libr.* 2. *capit.* 10. Del Bene *de immunit. tom.* 1. *cap.* 8. *dubit.* 26. *ſelt.* 6. *num.* 3. Verùm tutius, & pietati Eccleſiaſticæ congruentius eſt, ut Inquiſitor non exprimat nominatim pœnam ignis, vel mortis; ſed tantùm in genere jubeat ſub cenſuris Judici ſæculari, ut ſententiam à ſe latam exequutioni mandet. Qui ſanè loquendi modus uſurpatur etiam à Pontifice in præſenti, & in *cit. Conſtitut. Innoc. VIII. & Leon. X.* ſicuti etiam præcipere poſſet ſub cenſuris eidem Judici, ut Conſtitutiones contra hæreticos editas ſervet, ita enim loquitur Innoc. IV. *cit. Conſtitut.* 9. §. *damnatos*, & notat Pegna *loco cit. verſ. quare*, Paſſerin. *cit. capit. ut Inquiſitionis num.* 15. Caſtropal. *citat. punct.* 14. *num.* 10. Salelles *libr.* 6. *cap.* 10. *regul.* 513. *num.* 92. Medina *in ſumma lib.* 1. *cap.* 11. §. 10. *reg.* 4. Sanctarell. *de hereſi cap.* 26.
28 *dub.* 1. *num.* 8. Quòd ſi adhuc Judex ſæcularis contumax ſit in exequendo ſententiam, tunc poterit Inquiſitor contra eum tanquam hæreticorum fautorem majoribus pœnis procedere: quò tamen id maturiùs peragatur, conſulendam eſſe Supremam Inquiſitionem, ſubdit Pegna *loco citat. comment.* 85. *verſic. quodſi*.

29 Demum Judex ſæcularis differre non poteſt exequutionem ſententiæ Inquiſitoris, ex prætextu quòd ſententia ſit lata ex falſis teſtibus, vel aliàs ſit injuſta; nam vel agnoſcit injuſtitiam ſententiæ ex actu extrajudiciali, & uti perſona privata; & hac ſcientia uti non debet; non enim ex privata ſcientia, & ſecundùm propriam conſcientiam judicamus, ſed ex actis judicialibus, quæ requirere, vel examinare in cauſa hæreſis Judici laico omninò vetitum eſt; adeoque ob injuſtitiam ſententiæ ejus executionem Judex laicus differre non poteſt; ita ex *cap. Paſtoralis* §. *quia verò de offic. jud. deleg.* contra nonnullos tenet Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.* 36. *rubr. de judic. ſecular. num.* 6. Locatus *in Judicial. Inquiſitor. verbo Judex num.* 57. Campeg. ad Zanchin. *de heret. cap.* 8. Farinacc. *de pœnis temperan. queſt.* 97. *num.* 107. & *de hereſ. cit. quaſt.* 186. *num.* 169. Fragoſ. *de regim. Chriſt. Reipubl. part.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 10. §. 4. *num.* 227. Carena *de offic. Inquiſit. part.* 3. *tit.* 14. *numer.* 8. Sanſelice *deciſ.* 239. *num.* 10.
30 Salelles *cit. cap.* 10. *regul.* 513. *num.* 83. Poteſt tamen dari caſus, ut Judex ſæcularis, qui ſententiam exequi debet, ſit ex actis informatus de injuſtitia ſententiæ, veluti ſi ipſe Judex ſit Conſultor S. Officii; & tunc ſi de juſtitia ſententiæ dubitet, poterit differre exequutionem, & conſulere Supremam Inquiſitionem, ut cenſuit Simanchas *in Enchirid. tit.* 66. *rubr. de Judic. ſecular. num.* 4. Farinacc. *cit. queſt.* 186. *num.* 169. Cardin. Albit. *cit. cap.* 21. *num.* 20. ubi quòd id poſſit accidere Mediolani, ubi unus ex Senatoribus eſt Conſultor S. Officii.

CONSTITUTIO XVIII.

ALEXANDRI IV.
incipiens (*Cupientes*.)

EPITOME BULLÆ.

ALEXANDER FRATRIBUS DE ORDINE Minorum Inquiſitoribus heretice pravitatis in adminiſtratione S. Franciſci.

INquiſitoribus facultatem tribuit compellendi quoſcunque per Cenſuras ad exhibendum ſcripturas, & inſtrumenta ad Inquiſitionem pertinentia: Abſolvendi ab excommunicatione, & reconciliandi hæreticos, eorumque fautores pœnitentes: Convocandi contra eoſdem Clerum, & Populum, & his accedentibus impartiendi Indulgentiam quadraginta dierum: Advocandi peritos in ferendis ſententiis: Procedendi contra abſentes, qui in ſua Provincia deliquerunt: Summariè abſque judiciorum atque advocatorum ſtrepitu procedendi; & compeſcendi Contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De pluribus in hac Conſtitutione contentis. Remiſſivè.*
2 *Proponuntur tractanda in hoc Commentario.*
3 *Inquiſitores cogere poſſunt quoſcunque ad ſibi exhibendos proceſſus contra hereticos, eorumque fautores efformatos.*
4 *Et ulteriùs omnia inſtrumenta, & ſcripta, que quomodolibet ad Inquiſitionem pertinent.*
Inſtrumenti nomine venit omne id, ex quo cauſa inſtrui poteſt. Ibidem.
5 *Inquiſitoribus exhibenda ſunt omnia, ex quibus cauſa hereticorum, aut fautorum inſtrui poſſunt.*
6 *Reus contra ſe inſtrumenta edere de jure non cogitur.*
Id tamen non procedit in cauſa hereſis ob favorem Fidei. Ibidem.
7 *Idemque privilegium habet cauſa uſurarum, & Fiſci.*
8 *Quacunque Tribunalia tenentur Inquiſitoribus ſubminiſtrare indicia, & proceſſus, quos habent contra Inquiſitos in S. Officio; non autem è contrà.*
9 *Inquiſitores poſſunt procedere contra delinquentes in ejus provincia, etiamſi alibi ſe tranſtulerint.*
10 *Forum ſortiri poſſumus ratione originis tàm propria, quàm paterna.*
11 *Similiter ratione domicilii, & delicti.*
12 *Delinquens in mari, à quonam Judice ſit puniendus.*

13 *Pu-*

Digitized by Google

13 *Puniri quis poteſt non ſolùm à Judice originis, ſed etiam domicilii, & delicti.*

14 *Forum delicti eſt potentius quocunque alio foro. Judex loci delicti procedere poteſt contra reum etſi abſentem, illumque requirere poteſt ſibi remitti à Judice originis, & domicilii. Ibidem.*

15 *Expediens eſt delicta puniri eo loco, ubi ſunt commiſſa.*

16 *Reſpublica offenditur, dum in ejus territorio delictum committitur.*

17 *Inquiſitor loci delicti poteſt requirere reum ab Inquiſitoribus loci, ubi ille reperitur.*

18 *Hæreſis habet in ſe cauſam continuam, & ſucceſſivam.*

19 *Hæreticus in hæreſi perſiſtens, quotidiè idem crimen committere videtur.*

20 *Fur non ſolùm ubi delinquit, ſed etiam ubi cum re furata apprehenditur puniri poteſt.*

21 *Si tamen requiratur à Judice loci delicti, remittendus eſt.*

22 *Inquiſitor loci, ubi hæreticus capitur, poteſt contra Reum procedere, ſed tenetur eum remittere ad Inquiſitorem loci delicti, ſi ab eo requiratur.*

23 *Hæreticus ubique puniri poteſt, niſi alter prævenerit in procedendo.*

24 *Inquiſitor loci delicti præfertur aliis, ſi prævenerit in ſumendis informationibus.*

25 *Hæreſis habet cauſam continuam, & ſucceſſivam quoad Deum, non autem quoad forum externum.*

26 *Reus remittendus eſt ad Inquiſitorem loci, ubi publicè deliquit.*

27 *Sed ſi quis publicè in duobus locis delinquat, ubi nam puniendus eſt.*

28 *Reum Inquiſitori loci delicti remittere non expedit in quibuſdam caſibus, qui referuntur.*

29 *Reus remittendus non eſt, dum Judex requirens, & requiſitus eſt ſub diverſo Principe.*

30 *Judices Eccleſiaſtici omnes ſunt ſub eodem Principe, & ideò poſſunt reum requirere ab omnibus Chriſtiani Orbis Judicibus.*

31 *Inquiſitor loci delicti requirere poteſt reum à Judice ſæculari.*

32 *Judex laicus poteſt hæreticos capere ad finem eos remittendi Inquiſitoribus.*

33 *Reus ſi ob aliam quàm hæreſis cauſam reperiatur penes Judicem laicum, remittendus ſtatim eſt ad Inquiſitorem, ſi ob cauſam fidei ab eo requiratur.*

34 *Idque etiamſi cauſa, pro qua reperitur penes Judicem laicum, ſit graviſſima.*

35 *Eſtque remittendus non ſolum ob hæreſim, ſed etiam ob hæreſis ſuſpicionem.*

36 *Atque remiſſio facienda eſt ſtatim, & in quacunque parte Judicii.*

37 *Inquiſitores dum reum recipiunt à Judice laico, non debent cavere de eo reſtituendo.*

38 *Sed eum remittere tenentur poſt expeditionem cauſæ, & qualis in hac re ſit praxis Supremæ Inquiſitionis.*

39 *Inquiſitores nunquam tenentur remittere reum ad Judicem laicum, niſi illum ab eo receperint.*

40 *Et in tali caſu non eſt danda copia indiciorum, aut confeſſionis factæ in Inquiſitione, etſi ad Tribunal laicum pertineant.*

41 *Judex laicus poſtquam remiſit reum ad Inquiſitorem, quatenus poſſit ulterius procedere in cognitione cauſæ ad ejus forum pertinentis.*

1 NOnnulla contenta in hac Conſtitutione edita Anagniæ 4. Nonas Martii 1260. nos alibi opportunè expoſuimus; nam de contentis in §. 1. quoad facultatem Inquiſitorum abſolvendi ab excommunicatione, & reconciliandi hæreticos, eorumque fautores, dixi ad *Conſtitut. 16. & Conſtitut. 18. Innoc. IV.* de contentis in §. 2. quoad facultatem convocandi Clerum, & Populum contra hæreticos, dixi in *Conſtitut. 15. Alex. IV.* & de contentis in §. 3. quoad fa- 2
cultatem concedendi Indulgentias, dixi ad *Conſtitut. 16. ejuſdem.* Idcircò quod reliquum eſt, hìc examinabimus. Et primò de eo, quod in hujus Conſtitutionis principio diſponitur, ibi: *Compeſcendi appellatione remota per Cenſuram Eccleſiaſticam, omnes illos, qui ſcripta, vel inſtrumenta Inquiſitionis, vel ad ejus officium pertinentia, per quoſcunque hactenus facta, ac etiam facienda contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, ſeu defenſores eorum habent, vel habuerint, ut ea ſine cujuslibet difficultatis, ſeu dilationis diſpendio, vobis, vel alteri veſtrum exhibeant.* Concordat *Conſtit. Urbani IV.* incip. *Præ cunctis §. nec non*, quam refert Eymeric. *part. 2. Director. pag. mihi 129. & Conſtit. Bonifacii VIII.* relata in *cap. ut commiſſi de hæret. in 6.* ibi: *Nec non faciendi à quibuslibet aſſignari vobis libros, ſeu quaternos, & alia ſcripta, in quibus Inquiſitiones factæ, ac proceſſus per quoſcunque, auctoritate Sedis Apoſtolicæ, vel Legatorum ejus habiti contra hæreticos, continentur.*

Ex quibus juribus communiter firmatur aſſertio, 3
quòd Inquiſitores cogere poſſint quoſcunque ad ſibi exhibendum libros, ſeu ſcripturas auctoritate apoſtolica, ſeu Legatorum ejus factas, in quibus inquiſitiones, & proceſſus contra hæreticos, eorumque fautores facti continentur. Ita Franc. *citat. capit. ut commiſſi*, & Gemin. *ibid. n. 2.* Eymeric. *part. 3. quæſt. 39.* Repertor. Inquiſitor. *verbo libri verſ. nota quod Inquiſitores*, Bernardin. Comenſis *in Lucerna Inquiſitor. verb. Inquiſitor. §. 12.* Scaccia *de judic. part. 1. cap. 43. num. 4.* Diana *part. 4. tract. 8. reſol. 7. in fine.* Verùm
licèt textus in *cit. cap. ut commiſſi* loquatur ſolùm de 4
proceſſibus auctoritate apoſtolica factis; ex præſenti tamen, & ex *citat. Conſtitut. Urbani IV.* comprehenduntur etiam quæcunque inſtrumenta, & ſcripta, quæ quomodolibet ad Inquiſitionem pertinent. Cùm autem nomine inſtrumenti veniant nedum ſcripturæ publicæ, & privatæ, ex Textu in *leg. ſi quis decurio Cod. ad leg. Cornel. de falſis, leg. inſtrumenta Cod. de probat. leg. comparitiones Cod. de fide inſtrument.* Borellus *tom. 2. deciſ. tit. 18. numer. 6.* Parexa *de edit. inſtrument. tit. 1. reſolut. 2.* ſed etiam omne id, ex quo cauſa inſtrui poteſt, *leg. 1. ff. de fide inſtrument. leg. notionem §. inſtrumentorum ff. de verb. ſignific.* Gloſſ. *in capit. cum dilectus de fide inſtrum.* Hoſtienſ. *in ſumma*
eodem tit. §. 1. Idcircò Inquiſitor cogere poteſt per 5
cenſuras quoſcunque ad exhibendum non ſolùm proceſſus, ſed etiam quæcunque ſcripta, & inſtrumenta, quæ ad fundandam accuſationem conducere poſſunt; imò etiam imagines, ſtatuas, aliaque hujuſmodi, ex quibus cauſa contra hæreticos, aut de hæreſi ſuſpectos inſtrui poteſt, Pegna *part. 3. director. comment. 88. verſ. denique*, Paſſerin. *in cit. cap. ut commiſſi num. 51.* Farinacc. *de hæreſi quæſt. 197. num. 17.*

Quamvis autem de jure reus cogi non poſſit con- 6
tra ſe ipſum edere inſtrumenta, & rationes, *leg. nimis grave Cod. de teſtibus, leg. 1. 4. & ult. Cod. de edendo, cap. 1. de probat.* Id tamen ſpeciale eſſe in crimine hæreſis, ùt reus accuſatori, & Fiſco teneatur, & cogi poſſit exhibere ſcripturas, inſtrumenta, & omnia alia, quæ ad accuſationem fundandam conducunt, docent Purpurat. *in cit. leg. ult. Cod. de edendo num. 20.* Ludov. Gomez *in cap. diſpendia num. 18. de reſcript. in 6.* Arelatan. *de hæret. notabil. 21.* Decian. *tract. crim. lib. 5. cap. 44. n. 19.* Ponzinibius *in opuſc. de lamiis num. 74.* Royas *ſingul. 54.* Farinacc. *citat. quæſt. 197. num. 17.* Simanch. *de Cathol. Inſtit. tit. 46. rubr. de pœnis num. 64.* Pegna *cit. comment. 88. verſ. ex hoc privilegio*, Cherubin. Fil. *ad hanc Bullam ſchol. 2.* Quod ſanè receptum eſt in favorem Fidei, ne ſcilicet ex probationum defectu impunitum remaneat crimen adeò execrandum; idque fundatur in præſenti Conſtitutione cum concordantibus, in quibus ſtatuitur omnes, & quoſcunque cogi poſſe, adeoque etiam ipſos reos, ut ex Gloſſa *in citat. cap. ut commiſſi verbo quibuslibet*, notat Franc. *ibidem numer. 4.* De-

Decian.

Digitized by Google

7 cian. *cit. num.* 19. Imò nec id eſt ſingulare in crimine hæreſis; nam idem ſtatutum eſt in crimine uſurarum, nempe quòd uſurarius per cenſuras cogi poſſit edere contra ſeipſum libros rationum ad uſuram probandam, *Clement.* 1. §. *caterum de uſuris*, Maſcard. *de probat. tom.* 3. *concluſ.* 1417. *num.* 23. Morla *in empor. juris part.* 1. *tit.* 8. §. 17. *num.* 2. Idem pariter privilegium habet Fiſcus, ut reus ſua inſtrumenta, & rationes ad cauſam Fiſci pertinentia edere teneatur, *leg. Senatus ff. de edendo*, *leg.* 2. §. *divus ff. de jure Fiſci*, Gaillus *libr.* 1. *practicar. cap.* 6. Peregrin. *de jure Fiſci libr.* 7. *tit.* 3. *num.* 11. Valaſc. *de jure emphyt. quæſt.* 8. *num.* 7. *cum ſeqq.* licèt id non procedat in criminali-
8 bus, *citat. leg.* 2. §. *item divi*. Ex hac pariter Conſtitutione probatur, quod ait Maſſin. *in praxi S. Offic. part.* 10. *aſſert.* 35. & ex eo Carena *de Offic. Inquiſition. part.* 2. *tit.* 12. §. 18. *num.* 166. Cardin. Albit. *de inconſtant. in fide cap.* 27. *num.* 119. ut ſcilicet omnia Tribunalia mundi teneantur Inquiſitoribus ſubminiſtrare indicia, ſcripturas, & proceſſus, quos habent contra inquiſitos in S. Officio; licèt Inquiſitores ad id aliis Tribunalibus non teneantur, etiam pro rebus ad S. Officium non pertinentibus.

9 In altera hujus Conſtitutionis parte §. 4. conceditur Inquiſitoribus facultas *Procedendi etiam contra illos, quos in dicta Provincia commiſiſſe conſtiterit, licèt ad alias partes ſe duxerint transferendos*. Conſonat iiſdem verbis Textus in *citat. cap. ut commiſſi* §. & *contra de hæret. in* 6. *Conſtitut.* 2. *Urban. IV.* incip. *licèt* §. 11. *Conſtitut. Clem. IV.* incip. *præ cunctis*, apud Eymeric. *part.* 2. *director. pag.* 129. Concil. Narbonen. *can.* 20. Ex quo firmatum extat, poſſe Inquiſitores ratione delicti hæreſis ab aliquo commiſſi intra ejus provinciam, etiamſi alibi ſe tranſtulerit, procedere, Gloſſ. *cit. cap. ut commiſſi verbo procedendi*, & ibi Jo. Andr. *numer.* 3. Archid. *num.* 3. Guid. Fulcod. *quæſt.* 5. ubi Caren. *num.* 8. Eymeric. *part.* 3. *director. quæſt.* 42. ubi Pegna *comment.* 91. Calderin. *de hæret. rubric. de iis, quæ pertinent ad execut. num.* 15. Campeg. ad Zanchin. *de hæret. cap.* 31. Decian. *cit. libr.* 5. *cap.* 20. *num.* 19. & *cap.* 27. *num.* 7. Simanch. *Cathol. Inſtit. tit.* 2. *num.* 1. Param. *de origin. Inquiſit. libr.* 3. *quæſt.* 4. *rubr. de forma, & ordine judiciar. S. Offic. numer.* 60. Scacc. *cit. cap.* 43. *num.* 4. Diana *part.* 4. *tractat.* 8. *reſolut.* 7.

10 Quæ ſanè Conſtitutiones conformes ſunt diſpoſitioni juris communis. Præſciendum ſiquidem eſt, forum multipliciter ſortiri poſſe, præſertim ratione originis, domicilii, aut delicti; ut de foro ratione originis eſt textus in *leg.* 1. *leg. libertus* §. *patris ff. ad municipal. leg. cives Cod. de incolis libr.* 11. adeout quis forum ſortiatur non ſolùm ratione propriæ, ſed etiam paternæ originis, *leg. aſſumptio* §. 1. *ff. ad municip. leg. filios Cod. de municip. cap. Rodulphus de reſcript.* Abbas *in cap. ſignificavit numer.* 7. *de Paroch.* Alciat. *leg. in conventionibus ff. de verb. ſignif.* Faber *libr.* 9. *Cod. ti-*
11 *tul.* 30. *defin.* 24. *num.* 4. Afflict. *deciſ.* 384. *num.* 4. Ratione etiam domicilii forum ſortimur, *leg. hæres abſens* §. *illud ſciendum ff. de judic. leg. domicilium ff. ad municip.* Itidem ratione delicti forum loci, ubi deliquit, quis ſortitur, ibique accuſari, & puniri poteſt, *leg. ſi cui* §. *idem Imperator*, *leg. ult. ff. de accuſat. leg. non alias* §. 1. *ff. de judic. authent. qua in provincia Cod.*
12 *ubi de crimin. agi oport.* adeout ſi quis in mari delinquat, ſortiatur forum illius judicis, qui exercet juriſdictionem in territorio adjacente, & proximiore, Bartol. *in leg.* 1. *Cod. de claſſicis libr.* 11. Angel. *in leg. inſulæ ff. de judic.* Decian. *libr.* 4. *tit.* 17. *num.* 29. Solorzan. *de jure Indiar. libr.* 2. *cap.* 6. *num.* 22. Giurba *conſ.* 79. *num.* 30. Larrea *allegat.* 19. *num.* 2. De Franc. *deciſ.* 142. *num.* 6. licèt in Regno de delictis in mari commiſſis cognoſcat Magnus Admiratus, ut tradit Sanfelice *deciſ.* 419. *num.* 6. De Luca ad Franc. *citat. deciſ.* 142. *num.* 6.

13 Quamvis autem tam Judex originis, quàm etiam domicilii, & loci delicti ſit competens, ut apud quemlibet ex eis poſſit delinquens accuſari, & puniri, ut docent Bartol. *in leg. ſi cui* §. *cum ſacrilegium num.* 6. *ff. de accuſationibus*, Abbas *in cap. ult. num.* 38. *de foro compet.* Tuſchus *lit. F. concluſ.* 436. & 443. Cancer. *var. reſolut. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 66. De Franch. *dec.* 37. *num.* 1. Guazzin. *defenſ. reor. tom.* 1. *defenſ.* 1. *cap.* 15. & alii apud Carleval. *de judic. libr.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 2. *quæſt.* 7. *sect.* 6. *num.* 735. tamen forum delicti poten- 14
tius eſt omni alio, cùm illius Judex ſit proprius ratione delicti, & præferatur Judici originis, & domicilii, adeout procedere poſſit, non modò ſi reus ſit præſens in loco delicti, ſed etiam ſi abſens ſit, quo caſu poteſt literas requiſitorias expedire, & jubere reum comprehendi, atque ad ſe remitti, prout remittere tenetur Judex loci, in quo reus ſe recepit, etiam ſi ſit Judex domicilii, ſive originis, ut ex Textu in *leg.* 1. §. *præſides ff. de requiren. reis*, *leg. non eſt dubium* §. *illud ff. de cuſtodia reor. auth. qua in provincia Cod. ubi de crim. agi oport.* communiter docent Felin. *capit. fin. num.* 11. *de foro competenti*, Soccin. *in cap. poſtulaſti num.* 14. *eodem tit.* Covarr. *pract. quæſt. cap.* 11. *num.* 4. Decian. *citat. libr.* 4. *cap.* 19. *num.* 7. Bobadill. *libr.* 2. *polit. cap.* 13. *numer.* 67. & alii apud Carleval. *citat. quæſt.* 7. *sect.* 2. *num.* 801. & judicatum referunt Theſaur. *deciſ.* 90. *num.* 5. De Franch. *deciſ.* 37. *num.* 1. Quod ſanè plures ſuadent rationes, præſertim cùm ex- 15
pediens ſit puniri delicta, ubi perpetrata ſunt, tum ut aliis cedat in exemplum, *leg. capitalium* § *famoſos ff. de pœnis*, *can. quapropter* 2. *quæſt.* 7. *cap. cum dilectus de calumniat.* tum ut ita ſatisfiat Reipublicæ, cu- 16
jus territorium ſpecialiter offenſum remanſit ob delictum ibi commiſſum, *leg.* 3. *leg. congruit ff. de offic. Præſid. can. factæ ſunt leges* 4. *diſtinct.* itidemque quia in loco commiſſi delicti facilius eſt illud probare, & pars læſa commodiùs ibi delinquentem proſequitur, quas, & alias congruentias adducunt Covarr. *citat. cap.* 11. *numer.* 3. Decian. *citat. libr.* 4. *cap.* 19. *num.* 8. Molin. *de brach. ſecular. libr.* 3. *capit.* 49. *numer.* 11. aliique apud Carleval. *citat. quæſt.* 7. *sect.* 2. *numero* 802.

Non abſimiliter accipienda eſt facultas in præſenti 17
conceſſa Inquiſitoribus, procedendi contra abſentes, qui in locis eorum juriſdictioni ſubjectis deliquerunt; cùm enim ipſe ſit Judex ratione loci delicti, conſequens eſt, ut contra hæreticum, vel de hæreſi ſuſpectum etiam abſentem procedere poſſit. Idcircò poterit requirere Inquiſitorem, vel Epiſcopum loci, ubi reus reperitur, ut illum capiat, & ad ſe remittat, Guid. Fulcod. *cit. quæſt.* 5. ubi Carena *num.* 8. Eymeric. *part.* 3. *num.* 131. & 132. ubi Pegna *comment.* 33. Royas *ſingular.* 173. Simanch. *de Cathol. Inſtit. tit.* 2. *num.* 14. Scacc. *cit. cap.* 43. *num.* 6. Diana *part.* 4. *tractat.* 8. *reſolut.* 7. & alii apud Paſſerin. *cit. cap. ut commiſſi num.* 33.

Sed his opponi poteſt, quòd crimen hæreſis habeat 18
in ſe cauſam continuam, & ſucceſſivam; hæreticus enim ubique divinam majeſtatem offendit, omnemque creaturam lædit, imò & ipſis elementis injuriam facit, *leg. Arriani*, *leg. Manichæos Cod. de hæret.* & quouſque in hæreſi perſiſtit, quotidiè idem crimen 19
committere videtur; adeoque hæreticus ubique puniri poteſt à quocumque Inquiſitore, Gonzalez *in cap. poſtulaſti num.* 9. *verſ. circa hæreticos de foro compet.* Pegna *cit. comment.* 33. *verſ. veruntamen*, & *comment.* 91. *verſ. hac tamen*, Simanch. *cit. tit.* 2. *num.* 14. Carena *loc. cit. num.* 9. Carrer. *de hæret. num.* 153. Solorzan. *de jure Indiar. lib.* 3. *cap.* 24. Azor. *tom.* 1. *inſtit. moral. libr.* 8. *cap.* 18. *quæſ.* 15. *verſ. quæres*, Guido Pap. *deciſ.* 202. incip. *In remiſſione*, aliique apud Paſſerin. *cit. num.* 35. quibus addi poteſt exemplum de 20
fure, qui non ſolùm, ubi furtum commiſit, ſed etiam ubi cum re furata apprehenditur, puniri poteſt; & generaliter, quòd delinquens non ſolùm ſortitur forum loci, ubi deliquit, ſed etiam, ubi delictum continuat, ex pluribus tenent Covarr. *cit. cap.* 11. *num.* 10. Bajardus ad Clar. *libr.* 5. *ſentent.* §. *fin. quæſt.* 38. *n.* 39. Capyc. *dec.* 104. Peguera *dec.* 28. De Franch. *dec.* 681. ubi de Luca *num.* 1. & 3.

Verùm

Digitized by Google

21 Verùm primò in ejuſmodi delictis cauſam ſucceſ-
ſivam, ſeu continuam habentibus, aliud eſt quærere,
an fur, juxta propoſitum exemplum, poſſit puniri à
Judice loci, ubi tranſit cum furto; aliud verò an idem
Judex requiſitus à Judice loci, ubi furtum primò com-
miſſum fuit, teneatur delinquentem ei remittere. Etſi
enim Judex loci, ubi reus cum furto apprehenditur
competens ſit ad procedendum, non tamen exinde
eſt, ut non teneatur illum remittere, dum requiritur
à Judice loci delicti, cujus forum potentius eſt, ut
veriùs tenet Carleval *citat. quæſt. 7. ſect. 1. num. 726.
& 728.* ſequutus Annam *ſingular.* 438. Bobadill. *cit.
cap.* 13. *num.* 73. Didac. Perez *libr.* 2. *tit.* 18. *libr.* 8.
22 *ordinamen. gloſſ.* 1. *pag.* 339. *col.* 2. Idemque dicendum
eſt in crimine hæreſis, ut licèt Judex loci, in quo
hæreticus apprehenditur, poſſit contra eum procede-
re, non idcircò prohibeatur pariter procedere Inqui-
ſitor loci delicti, qui & poteſt ab illo reum requirere,
cùm maximè expediens ſit, hæreticum puniri in loco
delicti, tum ob publicum exemplum, tum quia faci-
lius eſt habere probationes. Unde licèt uterque pro-
cedere poſſit, potior tamen erit Inquiſitor loci deli-
cti, ſi præveniat in ſumendo informationes, quo ca-
ſu ſi reum requirat, ipſi eſt remittendus, Guido Ful-
cod. *citat. quæſt.* 5. ubi Carena *num.* 10. Souſa *in aphor.
Inquiſit. libr.* 4. *cap.* 38. *num.* 3. Param. *de orig. inqui-
ſition. libr.* 3. *quæſt.* 4. *rubr. de forma, & ordine judi-
ciar. S. Offic. num.* 77. Simanch. *de Cathol. inſtit. ti-
tul.* 43. *num.* 28. & plenè Farinacc. *de hæreſi quæſt.* 197.
23 *num.* 12. *verſ. in hac contrarietate*; ubi quòd quamvis
hæreticus poſſit ubique puniri, ſit tamen locus præ-
ventioni; ex quo eſt, ut ſi Inquiſitor loci delicti non
præveniat in procedendo, nec requirat reum, hic
non ſit remittendus, ut poſt Covarr. *cit. cap.* 11. *nu-
mer.* 12. Royas *ſingul.* 174. Decian. *libr.* 4. *cap.* 19.
num. 1. docent Pegna *cit. comment.* 33. *verſ. & quam-
quam*, Souſa *loc. cit. num.* 4. Carena *cit. num.* 10. &
ad hæc maximè conducunt ſtatuta per Concil. Pro-
vincial. Narbonen. *can.* 20. ibi: *Etenim cùm in locis
diverſis, etiam per Inquiſitores diverſos Deo auctore
Inquiſitio celebretur, tutiùs, & ſalubrius eſt, ut quiſ-
que culpabilis, in quibuſcumque locis deliquerit, uni,
& illi Inquiſitori permaneat obligatus, à quo primò
ex aliqua de cauſis præſcriptis ſine fraude, & ſine pe-
riculo negotii, & animarum fuerit occupatus; ita ta-
men, ut Inquiſitores cæteri, quidquid de illo noſſe po-
terunt, inquirant nihilominùs, & ſcribant Inquiſitori-
bus illis, quibus idem culpabilis ſit adſtrictus; ſic enim
quaſi vir unus pugnabitis, & vincetis.*
24 Idcircò in hoc ſenſu recipienda eſt præfata ſenten-
tia aſſerentium, hæreticos ubique puniri poſſe; niſi
ſcilicet Inquiſitor loci delicti prævenerit in ſumendo
informationes, & niſi requiſierit reum ad ſe remitti;
alioquin ſi dicta ſententia eſſet vera indiſtinctè, ſe-
queretur, privilegium in præſenti, & concordantibus
Conſtitutionibus, Inquiſitoribus loci delicti conceſ-
ſum, ut contra abſentes procedere poſſint, eſſe om-
25 ninò fruſtraneum. Ulteriùs licèt hæreſis ſit crimen
habens cauſam continuam, & ſucceſſivam, adeout
hæreticus quotidiè idem crimen committere videa-
tur, id tamen verum eſt quoad Deum, non autem
quoad forum Inquiſitorum, pro quo requiruntur actus
26 externi, ut dixi ad *Conſtit.* 18. *Innoc. IV.* Unde ſi quis
ex una Provincia, ubi cum publico ſcandalo in hære-
ſim, vel ejus ſuſpicionem inciderat, tranſeat in aliam,
ubi publicè non deliquit, remittendus omninò erit
ad Inquiſitorem loci, ubi publicè deliquerat, etiam
ſi alter Inquiſitor prævenerit; & è contrà, ſi in prio-
ri loco fuit occultus, & in poſteriori ſit publicus,
non erit ab iſto remittendus, etiam ſi Inquiſitor prio-
ris loci prævenerit, Pegna *cit. comment.* 33. *verſ. rur-
ſus*, & ex eo Paſſerin. *cit. cap. ut commiſſi numer.* 37.
27 quòd ſi utrobique publicè deliquerit, verius eſt pro-
cedere debere Inquiſitorem, qui prævenit; licèt Guido
Fulcod. *cit. quæſt.* 5. dicat, puniri poſſe utrobique,
non ſolùm in bonis, ſed etiam in corpore, ſi pœni-
tentia imponenda ſit iterabilis; & ita fieri melius eſſe,
ut utrique loco ſatisfiat, aſſerit Pegna *cit. verſ. rur-
ſus*, Souſa *cap.* 28. *numer.* 5. Carena *loc. cit. num.* 11.
Zanchin. *de hæret. cap.* 8. *num.* 7.
Quamvis & in his etiam caſibus, in quibus facien- 28
da eſſet remiſſio ad Inquiſitorem loci delicti, con-
tingere poſſit plerumque, ut illam fieri non expe-
diat, veluti ſi timeatur, quòd reus in itinere à ſuis
amicis, ſeu fautoribus ſit intercipiendus, & eripien-
dus è manibus miniſtrorum; vel ſi magna ſit diſtan-
tia, aut graves expenſæ requirantur, ut conſiderat
Pegna *cit. comment.* 33. *in fine*, Scaccia *citat. cap.* 43.
num. 6. Souſa *citat. cap.* 28. *num.* 12. Similiter nec re-
mittendus eſt, ſi requiratur poſteaquàm fuerat con-
demnatus, Paſſerin. *citat. cap. ut commiſſi num.* 43. Pe-
gna *loc. citat. verſic. poſtremò*, Souſa *loc. citato nume-
ro* 10. ubi quòd requiſitio locum habeat in con-
demnando, non in condemnato, & tunc ſententia
exequenda eſt ab Inquiſitore, qui illam tulit; quem-
admodum etiam in caſibus, in quibus de jure Judex
delicti poteſt reum requirere ab altero Judice, ſi iſte
illum jam condemnaverat, dum requiritur, non te-
netur illum remittere, ut ex Baldo *in leg. exequuto-
rem numer.* 28. *Cod. de execut. rei judicat.* Felin. *ca-
pit. ultimo num.* 11. *de foro compet.* Decian. *libr.* 4. *ca-
pit.* 19. *num.* 12. ubi quòd ita obſervetur, Caſſan. *in
conſuetud. Burgun. rubr.* 12. *§. unic. num.* 19. Maſtrill.
deciſ. 147. *num.* 12. Molina *de brach. ſæcular. cap.* 42.
num. 18. licèt de hac ſententia dubitet Carleval *citat.
quæſt.* 6. *ſect.* 2. *numer.* 811. ubi alios in contrarium
allegat.
Ulteriùs etſi non ſit locus remiſſioni, dum Judex 29
requirens, & requiſitus eſt ſub diverſo Principe, ut
docent Bald. *in leg.* 2. *num.* 2. *Cod. de ſervis fugit.* Ca-
ſtren. *in leg.* 1. *num.* 6. *Cod. ubi de crim. agi oport.* De-
cian. *cit. cap.* 19. *num.* 10. id tamen locum non ha- 30
bet, ſeu veriùs contigere non poteſt in foro Eccle-
ſiaſtico, cujus Judices omnes uni Principi Romano
Pontifici ſubſunt, *Can. cuncta per mundum* 9. *quæſt.* 3.
& conſequenter remiſſio reorum ab omnibus Chri-
ſtiani orbis Judicibus peti poteſt, Felin. *cap. ultimo
numer.* 11. *de foro compet.* Bellug. *in ſpecul. princip.
rubr.* 11. *§. jam ſupra num.* 2. Barboſ. *in l. hæres abſens
§. proinde num.* 133. *ff. de judic.* Bajard. ad Clarum *§. fin.
quæſt.* 38. *num.* 80. idcircò idem dicendum eſt inter In-
quiſitores, cùm ſint Judices Eccleſiaſtici, Pegna *cit.
comment.* 33. *verſ. ſextò*.
Quòd ſi Inquiſitor loci delicti requirere poteſt 31
reum exiſtentem in manibus alterius Inquiſitoris, ut
hactenus diximus; majori jure illum requirere pote-
rit à Judice ſæculari, qui eum omninò remittere te-
netur, cùm Judex ſæcularis ſit prorſus incompetens
in crimine hæreſis, ut probavimus ad *Conſtit.* 1. *In-
noc. IV. ſect.* 1. *& ad Conſtitut.* 17. *Alex. IV.* Reus au- 32
tem Tribunali Inquiſitionis obnoxius ex duplici præ-
ſertim capite reperiri poteſt in manibus Judicis lai-
ci: primò, quia cùm idem Judex teneatur, imò co-
gi poſſit favorem, & auxilium exhibere Inquiſitori-
bus, poteſt ideò hæreticos, eorumque fautores car-
cerare ad effectum illos remittendi Judici Eccleſiaſti-
co, ut poſt Afflict. *in Conſtitut. Regni de hæretic. &
pataren. rubr.* 1. *num.* 33. tenent Farinacc. *de hæretic.
quæſt.* 186. *num.* 158. Clarus *in praxi §. hæreſis num.* 4.
verſ. & ſcias; adeout leges laicales ſtatuentes, poſſe
Judices laicos in crimine hæreſis procedere, intelli-
gendæ ſint non quoad cognitionem cauſæ, ſed ſolùm
ut poſſint carcerare ad effectum eos remittendi In-
quiſitoribus, ut ex citatis Doctoribus docet Cardin.
Albit. *de inconſtant. in fide cap.* 27. *num.* 108. Cùm
igitur non aliàs permiſſum ſit Judici laico aliquem in-
tuitu hæreſis carcerare, niſi ex eo, quòd id ſit in fa-
vorem, & auxilium Inquiſitorum, ſequitur, ut reum
ſtatim teneantur, & cogi poſſint remittere ad eoſdem
Inquiſitores.
Poteſt inſuper hæreticus, vel de hæreſi ſuſpectus 33
reperiri penes Judicem laicum, ſi ab ipſo, non qui-
dem ex cauſa hæreſis, ſed ob aliud delictum fuerit
carceratus; & tunc ſi ob cauſam Fidei ab Inquiſitore,
vel

Digitized by Google

vel Epiſcopo requiratur, tenetur idem Judex ſtatim illud remittere, ſuſpenſa cognitione delicti quantumvis graviſſimi, ob quod ab ipſo detinetur, quouſque cauſa ad Inquiſitionem ſpectans terminetur; ita enim habetur ex Decreto Pii V. incip. *Sanctiſſimus*, relato in ejus *Conſtitut.* 1. §. 2. ibi: *Nec non carceratos quoſcunque pro quibuſvis delictis, & debitis etiam atrocibus, apud dictum Inquiſitionis Officium quomodolibet delatos, aut denunciatos, ſuſpenſa aliorum criminum inferiorum cognitione, ad eoſdem Cardinales, & Inquiſitionis carceres, ibidemque ad criminis hæreſis totaliter cognitionem, & expeditionem retinendos, & poſtea ad eoſdem Officiales pro aliorum criminum expeditione remittendos, ſine mora tranſmittant*: idemque tradit Locatus *in Judicial. Inquiſitor. verb. Judex*, & ex eo Seſſe *de inhibit. cap.* 30. *num.* 31. *&* 52. *cum ſeqq.* Fermoſin. *in capit. Eccleſia S. Mariæ quæſt.* 59. *num.* 35. *de conſtit.*

34 Quæ ſanè remiſſio à Judice laico facienda eſt in quocunque crimine quamvis atrociſſimo, ut colligitur ex verbis ejuſdem Decreti, & notat Diana *tom.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 104. *verſ. notandum*, etiamſi reus detineatur ob crimen læſæ majeſtatis humanæ, cùm longè ſit gravius æternam, quàm temporalem offendere Majeſtatem, ut inquit Fridericus II. *Conſtitut.* incip. *Commiſſi* §. 1. relata in *Conſtitut.* 1. *Innoc. IV.* & notat
35 Traſmiera *de poligam. libr.* 2. *quæſt.* 16. *num.* 7. eſtque remittendus reus, non ſolùm ex cauſa hæreſis formalis, ſed etiam ob hæreſis ſuſpicionem, ut ex Seſſe *citat. cap.* 30. *numer.* 43. tenet Carena *de offic. Inquiſit. part.* 2. *tit.* 12. §. 15. *num.* 140. *verſic. & hanc*; & Ju-
36 dex ſæcularis pro reo exhibendo ab Inquiſitore requiſitus, illum ſtatim remittere debet; ut habetur ex præfato Decreto, ibi: *Sine mora tranſmittant*. Et exinde eſt, ut remiſſio facienda ſit in quacunque parte judicii petatur, ut docet idem Seſſe *citat. cap.* 30. *num.* 43. & Carena *cit. num.* 140. *verſ. benè*; dum au-
37 tem Inquiſitores ſibi reum recipiunt, non debent Judici laico cautionem aliquam præſtare de reſtituendo reum remiſſum, ut ex Seſſe *citat. capit.* 30. *num.* 113. & Fermoſin. *cit. quæſt.* 59. *num.* 32. docet Cardin. Al-
38 bit. *citat. cap.* 27. *num.* 114. *&* 131. ubi ita reſolviſſe Supremam Inquiſitionem refert; licèt poſtquàm terminata fuit cauſa in S. Officio, teneantur Inquiſitores reum Judici laico, à quo illum acceperunt, remittere, ut colligitur ex eodem Decreto Pii V. ibi: *Et poſtea ad eoſdem Officiales pro aliorum criminum expeditione remittendos*, & dixerunt Pegna *in addit. ad Lucernam Inquiſit. poſt tract. de ſtrigibus fol.* 158. Carena *cit. num.* 146. *verſ. taliter*. Praxis autem Supremæ Inquiſitionis eſt, ut quando reus remiſſus à Judice ſæculari, eſt illi reſtituendus; tunc ſi pœna, quæ imponenda eſt ab illo Judice, ſit major illa impoſita à S. Officio, reus hanc pœnam luet; ſi autem ſit minor, tunc reſcribitur, quòd non liberetur inconſulta Sacra Congregatione, ut teſtatur Car-
39 din. Albit. *citat. cap.* 27. *numer.* 116. Cæterùm ſi Inquiſitores reum non receperant à Judice ſæculari, S. Officium nunquam illos remittit alteri Judici etiam Eccleſiaſtico, nam id eſt privilegium ſolius Tribunalis S. Officii, ut ab aliis Tribunalibus rei remittantur, ipſum autem nunquam remittat, niſi in caſu, quo reum receperat, Maſſin. *in praxi S. Offic. part.* 10. *aſſert.* 35. Caren. *cit. tit.* 12. §. 18. *num.* 168.
40 adeout ſi reus captus in S. Officio fateatur aliquod delictum pertinens ad forum laicale, non poteſt Inquiſitor illum remittere ad Judicem laicum, etiamſi ab eo petatur; nec itidem eidem Judici danda eſt copia talis confeſſionis, aliorumque indiciorum, & multominùs communicandus eſt proceſſus, nec in ſententia ferenda ab Inquiſitore exprimendum eſt tale delictum ad S. Officium non pertinens, Pegna *ad cit. tract. de ſtrigibus fol.* 158. *verſ. ſed numquid*, Albertin. *de agnoſcen. quæſt.* 25. *num.* 70. Souſa *cit. qu.* 28. *num.* 17. *&* 18.
41 Poſtquàm autem Judex laicus reum Inquiſitori remiſit, quæri poteſt an idem poſſit ulteriùs procedere in cauſa ejuſdem rei ad ejus Tribunal pertinente. Et quidem attentis verbis adducti Decreti Pii V. ibi: *Suſpenſa aliorum criminum inferiorum cognitione*, eſſet dicendum ulteriùs procedere non debere. Tamen ne contingat deperire probationes in cauſa laicali ob dilationem, quæ intercedit dum cognoſcitur cauſa pertinens ad S. Officium, & aliunde Decretum Pii V. admittat interpretationem, cùm intelligi poſſit, ut ſuſpenſa interim cenſeatur non quidem formatio proceſſus, ſed ſolùm expeditio cauſæ; idcircò dicendum eſt, quòd licèt Judex ſæcularis reum Inquiſitori remiſerit, poſſit ulteriùs & ipſe procedere in formando proceſſu, & examine teſtium, cùm inde nullum oriatur impedimentum pro cauſa S. Officii; non autem ad cauſæ expeditionem devenire, ut interpretantur Seſſe *citat. cap.* 30. *num.* 111. Carena *citat. numer.* 140. *verſic. verum*, Cardin. Albit. *citat. cap.* 27. *numer.* 112. *&* 113. ubi ſubdit, quòd quouſque reus à Judice laico remiſſus detinetur in S. Officio, ſuperſedere debet idem Judex non ſolùm in cauſis criminalibus, ſed etiam civilibus, idque pluries Supremam Inquiſitionem reſolviſſe, & hunc eſſe inveteratum ſtylum S. Officii.

CONSTITUTIO XIX.

ALEXANDRI IV.
incipiens (*Ad extirpandam.*)

EPITOME BULLÆ.

ALEXANDER EPISCOPIS, ABBATIBUS &c. & aliis Eccleſiarum Prælatis, & Clericis Religioſis, & ſæcularibus tam exemptis, quàm non exemptis in Provincia Romana &c.

MAndat Epiſcopis, aliiſque Eccleſiarum Prælatis, omnique Clero tàm ſæculari, quàm regulari, ut requiſiti ab Inquiſitoribus, in virtute obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis, eos, eorumque ſocios de ſecuro conductu de loco ad locum liberaliter & ſtatim providere teneantur.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopi, aliique Eccleſiaſtici etiam Regulares tenentur providere Inquiſitores de ſecuro conductu.*
2 *Idem præſtare tenentur Barones, & Magiſtratus ſæculares.*
3 *Inquiſitores dum provinciam demandatam primò adeunt, obtinent à Domino loci literas ſalvaguardiæ.*
4 *Quid in hac Bulla intelligatur nomine ſecuri conductus.*
5 *Salvus conductus quid ſit. Et quòd pro eo non ſit ſumenda hac Bulla.*
6 *Securus conductus, de quo in hac Bulla, eſt ſalvaguardia limitata, & num. ſeqq.*
7 *Exponitur quid ſit ſalvaguardia; & quòd alia ſit abſoluta, alia limitata.*
8 *Literæ ſalvaguardiæ, quæ conceduntur Inquiſitoribus, quid continere ſoleant.*

EX ea obligatione, qua Epiſcopi, omneſque aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, etiam Regulares, hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus favorem, & auxilium impendere tenentur per *Conſtit.* 15. *Alex. IV.* ubi latè diximus, manare etiam videtur altera earundem perſonarum obligatio; ut eoſdem Inquiſitores, eorum- 1

Digitized by Google

que ſocios de ſecuro conductu de loco ad locum
providere teneantur, idque præſertim habetur in præ-
ſenti Conſtitutione edita Anagniæ anno 1260. cujus
mentem luculentiùs ex ejus verbis aſſequimur, ibi;
*Ut igitur idem Frater veſtro fultus præſidio, in com-
miſſo ſibi negotio Inquiſitionis, Deo propitio valeat
proſperari: Univerſitatem veſtram rogamus, & horta-
mur attentè in virtute obedientiæ, ac ſub pœna excom-
municationis per Apoſtolica vobis ſcripta præcipiendo
mandantes, quatenus vos univerſi, & ſinguli, dicto
Fratri Andreæ, & Sociis ejus, de ſecuro conductu,
quotieſcunque Vos ſuper hoc duxerint requirendos, li-
beraliter, ac ſine dilatione de loco ad locum providere
curetis: preces noſtras, & præceptum taliter impleturi,
ut pateat per effectum operis, quòd ſitis orthodoxæ Fi-
dei zelatores, Noſque devotionem veſtram poſſimus*
2 *exinde meritò commendare*. Atque ad idem ſub pœna
excommunicationis, & mille marcharum argenti te-
nentur Barones, & Magiſtratus temporales ex *ſe-
quenti Conſtit.* 20. & de hoc pariter ſecuro conductu
de loco ad locum à Magiſtratibus laicis procurando,
mentionem facit Eymericus *in direct. Inquiſit. part.* 3.
in princip. dum ait, quòd quotieſcunque Inquiſitor
noviter electus ad ſuam ſe confert provinciam, debet
3 primò adire Regem, ſeu Dominum temporalem, à
quo reportabit literas ſalvaguardiæ ejus Officialibus
directas, in quibus literis hæc præ cæteris continen-
tur; *Quinimò provideatis eiſdem de ſecuro conductu,
& tranſitu, ſi & prout per jam dictum Inquiſitorem
fueritis requiſiti.*

4 Aliud igitur non eſt ſecurus conductus de loco ad
locum, de quo in hac, & ſequenti Conſtitutione fit
mentio, niſi ut Epiſcopi, aliique Prælati, & perſo-
næ Eccleſiaſticæ, itidemque Magiſtratus, & Com-
munitates laicales, requiſiti ab Inquiſitoribus, ex uno
ad alium locum pro eorum munere exequendo tran-
ſire debentibus, eos de ſecuro conductu ſtatim &
liberaliter providere teneantur, ne ſcilicet ab hæreti-
corum, vel de hæreſi ſuſpectorum fautoribus offen-
dantur, vel aliàs impediantur. Idcircò ſecurus con-
ductus, de quo Pontifex hìc loquitur, non eſt acci-
piendus pro ſalvo conductu, quemadmodum ſentire
viſus eſt Cherubin, ſenior *in Summar. ad hanc Bul-
lam*, & Cherubin, junior *ibidem*; nam licèt iſtæ vo-
ces ſecurus conductus, ſalvus conductus, & ſalva-
guardia, in idem coincidere videantur, eas tamen ad
diverſa ſignificanda communiter uſurpamus.

5 Siquidem pro ſalvo conductu intelligimus literas
illas ſecuritatis, ſeu fidantiæ, quæ à Principe, aut ab
alio ad id poteſtatem habente conceduntur Reipubli-
cæ hoſtibus, ſeu bannitis, ut ita ſub publica conce-
dentis fide, liberè incedere, & ad judicium abſque
carcerationis metu accedere valeant, ex adductis per
Bechtium *de ſecuritate, & ſalvoconductu*, Merlin. Pi-
gnatell. *centur.* 1. *cap.* 53. *per tot. Bellum de re mili-
tari titulo de ſalvo conductu*, Menochium *de arbitrar.
libr.* 1. *quæſt.* 81. *& libr.* 2. *centur.* 4. *caſu* 338. *num.* 1.
Sperell. *deciſ.* 148. *numer.* 50. De Franchis *deciſ.* 717.
Raynald. *obſervat. criminal. tom.* 2. *capit.* 33. §. 4. *nu-
mer.* 1. & exinde ſalvum conductum appellamus ſe-
curitatem illam, publicamque fidem, hæreticis à
Conciliis Generalibus concedi ſolitam, ut ad illud
tutè adire valeant: Ita in Concilio Tridentino tres
ſalvi conductus conceſſi fuerunt, unus hæreticis
Proteſtantibus, *ſeſſione* 13. *in fine*, & duo Natio-
ni Germanicæ in *ſeſſione* 14. *&* 18. & ſpecialiter ipſi
Martino Luthero ſalvum conductum conceſſit *Leo X.*
ut conſtat ex ejus *Conſtitut.* 40. §. 6. ex quibus evi-
denter apparet, ſecurum conductum, de quo loqui-
tur præſens Conſtitutio, non eſſe accipiendum pro
ſalvo conductu.

6 Securus ſanè conductus, qui hìc Inquiſitoribus
ab uno ad alterum locum tranſeuntibus exhiberi de-
cernitur, majorem habet affinitatem cum literis,
quas vocant ſalvaguardiæ; ſeu potiùs, ſecurus con-
ductus eſt ſalvaguardia, non quidem abſoluta, & ge-
nerica, ſed limitata, & ad quoſdam effectus reſtricta.
Siquidem ſalvaguardia communiter dicitur ſecuritas 7
illa, & protectio, quam imbecillioribus perſonis
Princeps promittit, ut ita eorum perſonæ, & bona
à potentiorum vi ſarcta tecta remaneant, Menoch.
cit. caſu 338. *num.* 1. Pignatell. *conſult.* 22. *numer.* 3.
tom. 6. Sabell. *in ſumma, verbo ſalvus conductus nu-
mer.* 9. De Franch. *deciſ.* 256. Dividitur præſertim in
abſolutam, ſeu generalem, quæ omnem & juris &
facti defenſionem continet; & limitatam, reſtrictam
nempe ad certas defenſiones, ut poſt Bechtium *loco
citat. cap.* 10. diſtinguit Pignatell. *citat. conſult.* 22. *nu-
mer.* 6. Hinc ſalvaguardia pro Inquiſitoribus cenſen-
tur literæ illæ protectionis, quas iidem Inquiſitores,
dum in Provinciam ſibi decretam ingrediuntur, à
Principe obtinent, ut notat Pegna *part.* 3. *director.
comment.* 1. *verſ. quibus*, Salelles *de Mater. Tribunal.
Fidei libr.* 1. *cap.* 4. *regul.* 33. *num.* 7. cujus ſalvaguar-
diæ formulam exhibet Eymericus *cit. part.* 3. *in prin-
cip. numer.* 3. Præ cæteris autem in his literis conten- 8
tis, injungitur Magiſtratibus ſæcularibus, ut Inquiſi-
tores de uno in alium locum tranſire debentes de ſe-
curo conductu provideant. Unde non omninò im-
propriè, ſecurus conductus, de quo hìc fit mentio,
dici poſſet ſalvaguardia limitata, & ad certos effectus
reſtricta.

CONSTITUTIO XX.

ALEXANDRI IV.

incipiens (*Ad extirpandam.*).

EPITOME BULLÆ.

ALEXANDER BARONIBUS, Caſtellanis, Poteſtatibus, &c. nec non Communitatibus Civitatum, caſtrorum, & locorum Provinciæ Romanæ &c.

MAndat Baronibus, aliiſque Magiſtratibus ſæcularibus, itidemque Communitatibus Civitatum, & Locorum, ut requiſiti ab Inquiſitoribus, teneantur ſub pœna excommunicationis, & mille marcharum argenti, eos, eorumque ſocios de ſecuro conductu de loco ad locum liberaliter & ſtatim providere.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Magiſtratus ſæculares tenentur providere Inquiſitores de ſecuro conductu, & ſub quibus pœnis.*
2 *Fridericus II. ſub ſua & Imperii protectione Inquiſitores recepit.*
3 *Inquiſitores dum in Provinciam ſibi decretam primò ingrediuntur, obtinent literas ſalvaguardiæ à Principibus ſæcularibus.*
4 *Nomine ſecuri conductus quid in hac Conſtitutione veniat. Remiſſivè.*

PRæſens Conſtitutio ejuſdem eſt argumenti cum 1
præcedenti, & eodem anno 1260. prodiit. Dif-
ferunt ſolummodò, tum quia illa eſt directa Epiſco-
pis, Abbatibus, aliiſque perſonis Eccleſiaſticis; hæc
verò Baronibus, Magiſtratibus, & Communitati-
bus laicorum; tum etiam quia ibi contravenienti-
bus imponitur ſolùm pœna excommunicationis;
hìc ulteriùs pœna mille marcharum argenti; in re-
liquis tàm hæc quàm illa mandat, ut debeant de ſe-
curo conductu providere Inquiſitores id petentes,
dum ex uno ad alterum locum pro Inquiſitionis ne-
gotio eos tranſire contingat. Cæterùm id antea gene-

raliter

Digitized by Google

raliter mandaverat Fridericus Imperator omnibus Ba-
ronibus, Magiſtratibus, & Officialibus quibuſcun-
que per totum Imperium conſtitutis, ut in ejus *Con-*
2 *ſtitut.* incip. *Commiſſi*, ubi ſub ſua & Imperii prote-
ctione Inquiſitores recipit, ac præſertim præcipit, ut
eis exhibeatur ducatus, qui aliud non eſt, niſi ſecu-
rus conductus de loco ad locum, ibi: *Ad hæc notum
fieri volumus, Fratres Prædicatores de Ordine Prædi-
catorum pro Fidei negotio in partibus Imperii noſtri con-
tra hæreticos deputatos, cæteroſque, qui ad hæreticos
judicandos acceſſerint, niſi aliqui eorum ab Imperio
fuerint proſcripti, eundo, morando, & redeundo, ſub
noſtri imperii ſpeciali defenſione receptos, & quos
apud omnes ſub ope, & recommendatione fidelium Im-
perii eſſe volumus inoffenſos. Univerſitati veſtræ man-
dantes, quatenus quocunque, & apud quemcunque ve-
ſtrum pervenerint, benignè recipiatis eoſdem; & per-
ſonas ab incurſu hæreticorum eis inſidiantium conſer-
vantes indemnes, omne conſilium, ducatum, & auxi-
lium impendatis, pro tam acceptis coram Deo negotiis
exequendis*; quæ Conſtitutio fuit confirmata ab In-
3 nocentio IV. in ejus *Conſtit.* 1. His accedit, quòd,
ut diximus in ſuperiori Conſtitutione ex Eymerico
part. 3. *directorii in princip. num.* 2. in literis ſalvaguar-
diæ, quas Inquiſitores dum primò Provinciam ſibi
decretam ingrediuntur, obtinent à Principibus ſæcu-
laribus, præ cæteris injungitur Magiſtratibus ſæcula-
ribus, ut eos de loco ad locum pro Inquiſitionis ne-
gotio tranſire debentes, de ſecuro conductu provi-
deant.

4 Quid autem veniat ſub nomine ſecuri conductus,
dixi pariter in præcedenti Conſtitutione.

CONSTITUTIO XXI.

ALEXANDRI IV.

incipiens (*Diſcretioni.*)

EPITOME BULLÆ.

ALEXANDER INQUISITORIBUS hæreticæ pravitatis in Romana Provincia, & adminiſtratione B. Franciſci.

INquiſitoribus facultatem concedit, hæreticorum, eorumque fautorum bona confiſcata, aut confiſcanda liberè vendendi, eorum pretio ad opus Romanæ Eccleſiæ reſervato; necnon contradictores ſuper hoc per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendi.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Bonorum confiſcatio ob hæreſim ſatis conveniens eſt, & opportuna. Remiſſivè.*

2 *Inquiſitores bona ob hæreſim confiſcata vendere poſſunt, reſervato pretio ad opus Romanæ Eccleſiæ.*

Ac contradictores in hoc per cenſuras compeſcere poſſunt. Ibidem.

3 *Proponuntur tractanda in præſenti Commentario.*

1 BOnorum confiſcatio ob hæreſim, quàm ſit con-
veniens, quàmque ob alios à crimine adeo exe-
crando deterrendos ſit opportuna, latiùs probavimus
ſupra ad *Conſtitut.* 8. *Innocent. IV.* ubi de pluribus ad
hanc confiſcationis materiam pertinentibus egimus;
de qua iterum tractare occurrit occaſione præſentis
Conſtitutionis editæ Genuæ 8. Kalendas Octobris
2 anno 1260. dum Alexander IV. Inquiſitoribus Pro-
vinciæ Romanæ facultatem impartitur, ut hæretico-
rum, eorumque fautorum bona confiſcata, ſive in fu-
turum confiſcanda, liberè vendere, ac diſtrahere poſ-
ſent, ita quòd eorum pretium ad opus Romanæ Ec-
cleſiæ conſervarent, necnon & contradictores ſuper
hoc per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſt-
poſita compeſcendi. Ex quo videtur erui, bona ob
hæreſim confiſcata, ad Fiſcum Romanæ Eccleſiæ
pertinere. Hinc præſens Conſtitutio examinari expo- 3
ſtulat, an dicta bona ſemper ad præfatum Fiſcum
pertineant, inſpecto præſertim, quòd hæc Conſti-
tutio directa eſt tantùm Inquiſitoribus Provinciæ
Romanæ.

SECTIO UNICA.

Ad quem Fiſcum ſpectent bona confiſcata ob hæreſim.

SUMMARIUM.

1 *Bona ob hæreſim confiſcata an ſemper ſpectent ad Fiſcum Principis Supremi.*

2 *Confiſcationis pœnam imponere ob hæreſim, ſpectat tantùm ad Papam.*

3 *Pœnæ impoſitio ſupponit juriſdictionem in imponente.*

4 *Principes laici bona ob hæreſim confiſcare, aut ea applicare nequeunt.*

5 *Bona in terris Eccleſiæ ob hæreſim confiſcata ad Fiſcum Eccleſiæ, in terris Imperii ad Fiſcum Laicum pertinere decrevit Innocentius III.*

6 *Bona Clericorum ob hæreſim non confiſcantur, ſed Eccleſiæ applicantur.*

7 *Bona ob hæreſim confiſcata in tres partes dividi ſtatuit Innocentius IV.*

8 *Ad ſolum Papam pertinet diſponere de bonis hæreticorum, etiam laicorum.*

9 *Præfatam diviſionem in tres partes aliqui pro ſolo ſtatu temporali Eccleſiæ locum habere aſſerunt.*

10 *Alii ſemper ad Fiſcum Eccleſiæ eadem bona ſpectare aſſerunt, niſi in contrarium adſit conſuetudo.*

11 *Bona patrimonialia Clericorum confiſcata ſemper ad Fiſcum Eccleſiæ pertinent.*

12 *Niſi adſit conſuetudo, aut privilegium Summi Pontificis, quod Fiſco Laico applicentur.*

13 *Confiſcatio non intrat in Bonis Clericorum acquiſitis intuitu Eccleſiæ.*

14 *Bona Regularis hæretici acquiruntur ejus Monaſterio, & quid ſi hoc ſit incapax in communi.*

15 *Bona laicorum ob hæreſim confiſcata, de jure in tres partes dividenda eſſent, juxta Conſtitutionem Innocentii IV.*

Præfata Conſtitutio Innocentii generaliter obligat, licèt ſit directa certis perſonis. Ibidem.

16 *Præſens Conſtitutio quatenus ſit conformis dictæ Conſtitutioni Innocentii IV.*

17 *Ex Indulto Pontificio bona confiſcata ob hæreſim in Hiſpania & Luſitania applicantur Fiſco Laico.*

Qui Fiſcus tenetur expenſas Inquiſitoribus miniſtrare, etiam de proprio, ſi non fiat confiſcatio. Ibidem.

18 *Referuntur ſimilia indulta aliis Regnis conceſſa.*

19 *In Regno Neapolitano an adſit confiſcatio ob hæreſim.*

20 *In Statu Eccleſiaſtico adeſt confiſcatio ob hæreſim, & quid ſervetur Bononiæ.*

21 *Princeps laicus, cui per Indultum Papæ pertinent bona confiſcata, an poſſit reis ea condonare, & num. ſeqq.*

22 *Princeps laicus nequit ſtatuere circa confiſcationem ob hæreſim.*

23 *Nec ante ſententiam Inquiſitoris ullum jus habet ad bona confiſcanda.*

Digitized by Google

24 *Confiſcatio fieri nequit, niſi poſt ſententiam Inquiſitoris, etiam ſi delictum eſſet notorium.*

25 *Inquiſitores poſſunt cogere Judices laicos ad eorum ſententias exequendas.*

26 *Principes laici mandata Inquiſitorum exequi negligentes, privari poſſunt bonis hæreticorum, quæ ex indulto eis competunt.*

27 *Principes laici an poſt ſententiam Inquiſitoris poſſint reis bona confiſcata condonare.*

28 *Inventarium bonorum confiſcatorum, quemadmodum eorum diſtributio, & liquidatio facienda eſt ab Inquiſitoribus.*

1 PRopoſitum quæſitum dupliciter agitari poteſt:
Primùm ſuppoſito, quòd bona ob hæreſim con-
fiſcata pertineant ad Fiſcum ſive Eccleſiaſticum, ſive
laicum, an eadem bona ſemper cedere debeant Fiſco
Principis Supremi, ſive potiùs Fiſco Baronis, aut Ci-
vitatis ſubditæ; & de hoc, cùm ſit commune cum
aliis confiſcationibus ob cætera delicta eas importanti-
bus, alibi dicam. Ulteriùs quæri poteſt, an bona con-
fiſcata ſpectent ad Fiſcum Eccleſiaſticum, vel ad Fiſcum
laicum, & id magis exigit præſens Commentarium.

2 Profectò certum eſt, quòd confiſcatio in hujuſmo-
di materia hæreſis imponenda, eſt ſolius juris Sum-
mi Pontificis, cùm Judex laicus ſit prorſus incompe-
tens in hoc delicto, ut ſupra probavi ad *Conſtitut.* 1.
Innoc. IV. ſect. 1. & ad *Conſtitut.* 17. *Alex. IV.* & dicunt
ulteriùs ad rem De Marinis *reſol. quotid. libr.* 2. *cap.* 5.
num. 18. Pegna *part.* 3. *comm.* 158. §. *nunc quid*; pœ-
3 næ enim impoſitio ſupponit juriſdictionem, nec ſine
iſta imponi poteſt, *leg.* 1. *ff. ſi quis Jud. non obtemp.*
Fagnan. *cap. cum omnes num.* 38. *& ſeq. de Conſtit.* Ma-
ſtrill. *de Magiſtrat. libr.* 3. *cap.* 10. *num.* 346. *& ſeq.*
& ſic ceſſante poteſtate in laico Judice quoad cri-
men hæreſis, cùm exiſtat etiam reſpectu laicorum pe-
nes Judices Eccleſiaſticos, elicitur Principes ſæcula-
res eſſe incapaces talem pœnam imponendi, aut
etiam applicandi propria auctoritate, quia applicatio
bonorum ſequitur naturam ejuſdem proprietatis, ut
proſequitur Cardin. Albitius *de inconſt. in fide cap.* 22.
4 *numer.* 163. & nullo modo poſſunt ſe ingerere in hac
materia, aliàs puniuntur tanquam impeditores S. Of-
ficii, eorumque Statuta & Conſtitutiones non ha-
bent vim, *cap. ſtatutum de hæreticis in* 6. & dixi ſupra
ad *Conſtit.* 10. *Alex. IV.*

5 Scrutatis igitur Sacris Canonibus, & Pontificiis
Conſtitutionibus, primò bona hujuſmodi applicata
fuere à Summo Pontifice Innocentio III. Fiſco Ec-
cleſiæ in Terris ejus ditionis, & Fiſco laico in terris
Imperii, per Conſtitutionem editam anno 1199. cu-
6 jus fragmentum eſt *cap. vergentis de hæretic.* Exinde
idem Innocentius in Concilio Generali relato in *cap.*
excommunicamus il 1. §. *damnati eodem tit.* poſuit diſ-
crepantiam inter bona Clericorum, & Laicorum;
adeout prima non confiſcentur, ſed Eccleſiæ, à qua
Clerici ſtipendia receperant, applicentur; quod intel-
ligendum eſt quoad bona acquiſita ab Eccleſia, vel
intuitu illius, itaut ſi fuerint acquiſita intuitu plu-
rium Eccleſiarum, ad plures pertineant; ſecùs autem
in bonis patrimonialibus, qui tunc ſpectant ad Fiſ-
cum Eccleſiaſticum de jure, quidquid ſit de conſue-
tudine legitima, vel privilegio, ut etiam ſpectent ad
laicum, ut dicam infra, & pluribus citatis docent
Doctores, præſertim Barboſ. *citat. cap. excommunica-
mus* §. *damnato num.* 7. *&* 8. Farinacc. *de hæreſi quæſt.*
180. §. 11. *num.* 154. *& ſeq.* Sanctarell. *de hæreſi ca-
pit.* 23. benè Fermoſin. *de confiſcat. allegat.* 41. *num.* 1.
& ſeq. ubi latè agit, quando dicantur bona acquiſita
intuitu Eccleſiæ.

7 Deinde Innocentius IV. in *Conſtitut.* 9. incip. *Ad
extirpanda* anno 1252. plures leges, & Conſtitutio-
nes ſuper hujuſmodi delicto promulgavit, & inter alia
eſt ea, quæ continetur in §. 34. qua cavetur, quòd
bona hujuſmodi confiſcata triplici partitioni ſubji-
ciantur, quarum una applicetur Officio Inquiſitionis
pro expenſis, ſecunda Civitati, ſeu loco, in quo
reus, vel bona exiſtunt, & tertia reponatur in tuto
loco ſub diſpoſitione Diœceſani, & Inquiſitorum, in
favorem Fidei, & extirpationem hæreticorum con-
vertenda; quæ trimembris diviſio fuit confirmata à
Clemente IV. in ejus *Conſtit.* 13. incip. *Ad extirpan-
da*, & ab Eugenii IV. anno 1438. in *Conſtitutione* in-
cip. *Sedis Apoſtolicæ*, quam refert Farinacc. *de hæreſi
quæſt.* 190. *num.* 178. Quæ trimembris diviſio fieri om- 8
ninò deberet in quocumque loco, quoties non adſit
contrarium ſtatutum, aut lex approbata à Summo
Pontifice, qui ſolus valet diſponere de hujuſmodi bo-
nis, etiam laicorum, & applicare cui vult, Pegna
cit. comm. 158. *verſ. neque*, Farinacc. *conſil.* 117. *nu-
mer.* 7. Sanchez *ad Præcept. Decal. libr.* 2. *cap.* 18. *nu-
mer.* 40. Card. Albit. *cit. cap.* 22. *num.* 162. & debere
attendi talem diviſionem, docuerunt Pegna *cit. com-
ment.* 158. *poſt medium*, Decian. *tract. crimin. libr.* 5.
cap. 44. *num.* 2. *verſ. hodie tamen*, Caſtropal. *tract.* 4.
diſp. 5. *punct.* 23. *num.* 4. & præſertim *verſic. quapro-
pter*, Cherub. fil. *ad cit. Conſtit.* 9. *Innoc. IV. ſchol.* 1.
& 2. ubi rejicit quandam Conſtitutionem Eugenii IV.
quæ circumfertur, uti mendoſam, ac comprobat di-
ctam partitionem non fuiſſe revocatam per hanc Bul-
lam Alexandri IV.

Alii tamen dicunt, quòd talis diviſio fuerit ſpecia- 9
liter demandata quoad Provinciam Lombardiæ, Ro-
mandiolæ, & Marchiam Terviſinam, & proinde
quoad alia loca remanere in robore diſpoſitionem In-
nocentii III. *citat. capit. vergentis*, ut in terris Eccle-
ſiæ fiat ad ſavorem Fiſci ejuſdem; in aliis verò ad fa-
vorem Fiſci temporalis, præterquàm quoad bona Cle-
ricorum propria, quæ ſubſunt in omni loco Fiſco
Eccleſiaſtico, & in iis acquiſitis ab Eccleſia nullo
modo intrat confiſcatio, ex dictis, Barboſ. *in cit. cap.
vergentis num.* 7. *&* 8. Fermoſin. *de confiſcat. allegat.*
41. *numer.* 14. Fagnan. *ad citat. capit. vergentis nu-
mer.* 2. 3. *&* 16.

Alii rurſus dicunt, ſpectare bona ſemper ad Fiſcum 10
Eccleſiaſticum, exceptis locis, in quibus ex conſue-
tudine legitima, vel privilegio, Fiſco applicari de-
beant, etiam ſi agatur de laicis, Burſat. *conſil.* 43. *n.* 45.
verſ. ex quo hodie lib. 1. Cardin. Albit. *cit. cap.* 22. *n.* 164.
Diana *tom.* 5. *tract.* 10. *reſol.* 147. *num.* 4. *in coordinatis*,
ex ea præſertim ratione, quia in hac Conſtitutione
Alexandri IV. mandatur Inquiſitoribus, ut bona con-
fiſcata hæreticorum diſtrahant, & ad opus ſanctæ Ro-
manæ Eccleſiæ convertant.

Tamen in hac re dico, quòd de jure, ſi agatur de 11
bonis patrimonialibus Clericorum, in quocunque lo-
co bona ſint confiſcata, ſpectent ad Fiſcum Eccleſiæ,
& quidem S. Officii ſi exiſtat, ſin minùs ad illum Epi-
ſcopi, ut apud Barboſ. *cit. cap. vergentis n.* 8. Fermoſin.
alleg. 41. *n.* 14. Cardin. Albit. *cit. cap.* 22. *num.* 175. Fa-
gnan. *cit. cap. vergentis num.* 4. *&* 5. Cùm enim in
bonis Clericorum decedentium ſine hærede ſuccedat
Eccleſia, vel Camera, dubitari nequit, quòd ſucceſ-
ſio in bonis confiſcatis etiam deferatur eidem, Del
Bene *de Offic. Inquiſ. part.* 1. *dub.* 139. *ſect.* 2. ubi de- 12
bere Epiſcopum ea expendere juxta oraculum Summi
Pontificis, vel S. Congr. S. Officii quoad bona, quæ
confiſcantur in locis, ubi non adſunt Inquiſitores.
Prædicta tamen limitantur, ſi adſit legitima conſue-
tudo, vel privilegium expreſſum Summi Pontificis,
ut bona etiam Clericorum applicentur Fiſco laicali,
ut ſervatur inconcuſſè in omnibus Regnis Hiſpaniæ,
Caſtropal. *cit. num.* 5. Fermoſin. *cit. num.* 15. *& al-
leg.* 46. *num.* 2. & ſecundùm alios etiam in Gallia, Bar-
boſ. *cit. cap. vergentis num.* 8. & in hoc requiritur
privilegium clariſſimum, cùm agatur de adjudicando
laicis bona Clericorum, quod eſt contra jus Canoni-
cum ex incapacitate eorum, *cap. Eccleſia S. Mariæ* 13
de Conſtitutionibus, cum concordantibus, & alibi di-
xi. Si verò agatur de bonis, quæ Clerici acquirunt
intuitu Eccleſiarum, non intrat confiſcatio, niſi
ad favorem illarum, ut dixi ex *Clement.* 2. *de hære-
ticis*; & quæ dicantur hujuſmodi bona, latè agit
Fermoſin. *citat. alleg.* 41. Nec prædictis obſtat Text,

in

Digitized by Google

in cap. vergentis, quia intelligi debet de laicis, cum quibus adeſt capacitas radicalis Fiſci laici, nam quoad Clericos intrat Fiſcus Eccleſiaſticus, ut ex contextu *cit. Clementinæ* habetur; nec rurſus obſtat trimembris diviſio adducta, quia in ea non fit mentio de bonis Clericorum.

14 Sed quid dicendum, ſi agatur de Regulari hæretico? Et deberi Monaſterio, cui bona per Monachum quæſita acquiruntur, latè firmat Fermoſin. *citat. allegat.* 41. *num.* 16. *& ſeq.* ubi etiam agit, quid dicendum de Regulari incapaci poſſidendi etiam in communi, & tunc nec dari confiſcationem, ſed ſuccedere cenſeo Cameram Apoſtolicam, prout ſuccedit in bonis, quæ Religio incapax nequit recipere, ut latè dixi *tom.* 2. *ad Conſtitut.* 5. *Honor. III. ſect.* 4. *numero* 17.

15 Aut agitur de laicis, & certè quòd de jure eſſet procedendum juxta trimembrem diviſionem ſupra relatam Innocentii IV. & ab aliis Summis Pontificibus confirmatam; nec obſtat, quòd ſint Bullæ certis locis Italiæ directæ; quia non fuerunt emanatæ per viam privilegii, ſed per modum regulæ generalis, ut patet ex lectura, & benè Caſtropal. *loc. cit.* & Cherubin. filius *ad hanc Bullam ſchol.* 1. & Bonifacius VIII. in *cap. ſtatuta de hæreticis in* 6. ea confirmat indeter-
16 minatè; & rurſùs ad quid obtinere indulta per Reges, de quibus mox dicam, ſi de jure jus haberent confiſcandi bona ob hæreſim? Nec etiam dubitandum ex eo, quòd Fiſco Laico ſit permiſſa confiſcatio in *cit. cap. vergentis*, & meliùs in *capit. cum ſecundum de hæreticis in* 6. quod intelligendum eſt juxta diſpoſitionem trimembris diviſionis; prout nec obſtat præſens Conſtitutio Alexandri IV. quia intelligi debet juxta præfatam Conſtitutionem Innocentianam, nempè de quota ſpectante Inquiſitoribus, ut applicetur Fiſco Romanæ Eccleſiæ, & compatibiliter pro Statu Eccleſiaſtico, non autem in Terris Imperii, pro quibus in *cit. cap. vergentis, & cap. cum ſecundum*, Papa indulſit Fiſco Laicali confiſcationem modificatam cum dicta tripartita partitione, ut firmant DD. *ſupra cit. num.* 7. & Cherub. fil. *ad cit. Conſtitut.* 9. *Innoc. IV. ſchol.* 1.

17 Cæterùm certum eſt, ex indultis, & legitima præſcriptione diverſimodè practicari, ut apud Card. Albit. *citat. cap.* 22. *num.* 177. & quoad Hiſpaniam, & Luſitaniam, omnia bona applicantur Fiſco Regio ex Indulto Pontificio, & inconcuſſa praxi, ut apud Dian. *cit. reſolut.* 147. *num.* 4. *in coordin. & tom.* 4. *tractat.* 8. *reſolut.* 43. Fermoſin. *allegat.* 45. *num.* 1. *& ſeq.* Card. Albit. *cit. cap.* 22. *num.* 166. Farinacc. *quæſt.* 190. *num.* 188. ita tamen ut teneatur Rex ad omnes expenſas, etiam ſupplendo de proprio; prout conſimili clauſula ſolet muniri indultum, ſi concedatur pro omnibus bonis, ſi tamen pro parte, ponitur clauſula, ut certa quota ſolvatur Inquiſitoribus pro expenſis.

18 Prout Duci Mantuæ indultum fuit, ut medietas bonorum applicaretur Fiſco Ducali, & alia pars eſſet libera pro Inquiſitione. Et Placentiæ adeſt conſuetudo tolerata, ex qua ſimilis diviſio introducta eſt. Pro Ducatu Sabaudiæ adeſt Breve Pontificium, ut ſi valor bonorum aſcendat ad ſcuta mille, medietas applicari valeat Fiſco Ducali, remanente altera mediate libera pro S. Officio; ſi tamen ſint ultra ſcuta mille, omnia applicari idem Fiſco Ducali, ſolutis tamen ſcutis 500. S. Officio pro qualibet confiſcatione. Mediolani etiam eſt conſuetudo, ut una ex tribus partibus applicetur Fiſco Ducali, altera Archiepiſcopo, tertia Inquiſitori, ut ex declaratione Sacræ Congregationis die 20. Februarii, & 19. Martii 1603. Et in Civitate Senarum applicari debere S. Officio, eadem Sacra Congregatio reſolvit die 6. Julii 1391. ut latè apud cit. Farinacc. & Cardin. Albit. *cit. capit.* 22. *nu-*
19 *mer.* 167. *& ſeqq.* In Regno autem Neapolis etſi pro confiſcatione ob hæreſim adſit *Conſtitut. Inconſutilem*, de qua ſcribit Afflict. *ibidem*, & meminit De Marin. *libr.* 2. *reſolut. cap.* 5. ex Indulto tamen Julii III. ibi non fit confiſcatio ob hæreſim, de quo Indulto teſtatur Card. Albit. *cit. cap.* 22. *num.* 174. *verſ. hoc autem*, ubi quòd Inquiſitori Neapolis ſubminiſtret expenſas Suprema Inquiſitio Urbis. Verùm hujuſmodi Breve Julii III. Neapoli uſu receptum non fuiſſe, ex pluribus comprobat De Marin. ad Revert. *obſerv.* 93. *numer.* 5. ubi à tempore dicti Brevis editi plura adducit exempla, in quibus ob hæreſim facta fuit bonorum confiſcatio.

Profectò in Statu Eccleſiaſtico inconcuſsè ſervatur 20
confiſcatio ob hæreſim; imò quamvis Bononiæ, in qua ex ſpeciali conſuetudine ſeu privilegio confiſcationes non fiunt, ut refert D. Raynald. *tom.* 1. *obſerv. crim. in proœm.* §. 12. *num.* 9. in delicto tamen hæreſis, aut læſæ majeſtatis humanæ, ſemper fit confiſcatio, ut de praxi teſtatur idem Raynald. *citat. tom.* 1. *cap.* 2. §. 1. *numer.* 33. & plenè ad rem plura adducit Petra Genitor *tom.* 3. *ad Ritus Magnæ Curiæ ritu* 274. *num.* 52.

Sed nunquid Princeps laicus confiſcationem bo- 21
norum ob hæreſim condonare poſſit, quamvis eadem bona ex Indulto ad ipſum ſpectent? Controverſiam hanc occaſione cujuſdam Edicti à Rege Luſitaniæ editi, quo ejus ſubditis confiſcatio ob hæreſim remittebatur, agitant Diana *cit. reſol.* 147. *tom.* 5. *tract.* 10. *in coordin.* & Cardin. Albit. *in cit. capit.* 22. *num.* 183. *cum ſeqq.* ubi per extenſum ponit præfatum edictum, ac plura pro ejus inſubſiſtentia adducit, ac *num.* 204. refert reſolutionem, ac Breve Innocentii X. ejuſdem Edicti abrogativum; & plenè etiam Fermoſin. *allegat.* 46. *num.* 22. *& ſeqq.* Inſubſiſtentia enim ejuſmo- 22
di Edicti in pluribus fundatur; tum ſcilicet quia, ut ſuprà dixi, prohibitum eſt laicæ poteſtati ſe ullo modo ingerere in hujuſmodi materiis, cùm hæreſis ſit crimen merè Eccleſiaſticum, ut plenè probavi ad *Conſtitut.* 1. *Innoc. IV. ſect.* 1. *num.* 7. *& ad Conſtit.* 17. *Alexand. IV.* Nec obſtat, quòd nonnulli Principes ex Indulto, vel legitima conſuetudine habeant jus percipiendi bona ob hæreſim confiſcata. Siquidem 23
id operari quidem poteſt, ut bona ipſi applicari debeant, non autem ut applicatio impediri poſſit, ex ea valida ratione, quia ante Inquiſitoris ſententiam nullum jus habent in talibus bonis, ut ad rem reſpondet Ricciul. *de jure perſon. libr.* 5. *cap.* 41. Diana *cit. reſolut.* 147. *numer.* 7. Fermoſin. *citat. numer.* 24. jus enim, quod habent, eſt remotum, & eventuale, ab ipſa ſententia dependens, ut ponderat Moura *de enſalm. ſect.* 3. *capit.* 1. *numer.* 35. nec poteſt immutari, quod fuerat diſpoſitum in *citat. cap. vergentis*, ubi Innocentius III. voluit, quòd in Terris non ſubjectis temporali juriſdictioni Sedis Apoſtolicæ, bonorum publicatio fieret per Principes laicos, qui ſi negligentes fuiſſent, poſſent cenſuris compelli per Inquiſitores, & notat Gloſſ. *ibid. verb. præcipimus.* Et in *Conſtitut.* 8. *Innocent. IV.* Magiſtratibus laicis directa, iis jubetur, ut per eos fiat confiſcatio; ſimiliter in *Conſtitut.* 9. *ejuſd.* §. 33. innuitur, quòd diviſio fiat per eoſdem Judices laicos; & in *Conſtit.* 6. *Clem. IV.* §. 35. ubi idem Clemens §. 36. mandat, ut bona ven- 24
dantur per Inquiſitores, quoties non fuerint vendita per laicos infra tres menſes poſt confiſcationem, & ſic ſupponunt præceſſiſſe ſententiam Judicis Eccleſiaſtici, ſine qua nequit dari confiſcatio. Ulteriùs ad tollendam quamcunque difficultatem fuit ſtatutum, ut declaratoria ſententia ſuper dicta confiſcatione ubique feratur per Judicem Eccleſiaſticum, itaut Judex laicus nihil in hoc ſe ingerat, niſi requiſitus per Eccleſiaſticum, *capit. ut inquiſitionis* §. *prohibemus*, & pleniùs in *capit. cum ſecundum leges* §. *fin. de hæreticis in* 6. ibi: *Confiſcationis tamen hujuſmodi executio, vel bonorum ſuorum occupatio fieri non debet per Principes, aut alios Dominos temporales, antequàm per Epiſcopum loci, vel aliam perſonam Eccleſiaſticam, quæ ſuper hoc habeat poteſtatem, ſententia ſuper eodem crimine fuerit promulgata.* Et optimo quidem jure ad eundem Judicem Eccleſiaſticum ſpectare debet pœnarum executio, ad quem cognitio criminis pertinet, ut latè Doctores docent, non poſſe Judicem laicum ſe intromit-

tere in bonis confiſcatis, niſi poſt dictam ſententiam Judicis Eccleſiaſtici, Diana *cit. reſol.* 147. *num.* 3. Pegna *ad* 3. *part. directL. quæſt.* 95. *comm.* 144. itaut poſſint puniri aliter facientes pœnis impedientium S. Inquiſitionis Officium, Fermoſin. *cit. alleg.* 46. *num.* 25. *& ſeqq.* ubi etiam de ſequeſtratione bonorum facienda per Inquiſitores juxta praxim Hiſpaniæ, Souſa *cit. num.* 9. Card. Albitius *cit. cap.* 22. *num.* 179. Unde Princeps nec etiam poſſet condonare id, quod ſuum adhuc non eſt, niſi ſequuta ſententia.

25 Rurſus clarè injungitur in *Conſtitut.* 17. *Alex. IV.* incip. *Ad Audientiam*, ut Inquiſitores cogant Magiſtratus, & Officiales ad exequendas ſententias eorum ſub gravibus pœnis cenſurarum, ut dixi in eadem Conſtitutione; ideò cùm illæ importent confiſcationem, nequit impediri, quia impediretur effectus ſententiæ ipſius; unde Farinacc. ad rem benè dixit *citat. loc. in fin.* & poſt eum Caſtropalaus *cit. tract.* 4. *diſp.* 5.
26 *punct.* 23. *num.* 6. advertere debere Principes laicos, quibus ex Indulto, vel conſuetudine legitima pars aliqua ex bonis confiſcatis competit, ne negligentes ſint in exequendis mandatis Inquiſitorum, quia portione illa privati remanerent, & pœnis fautorum hæreticorum ſubjicerentur; & certum eſt quòd actum eſſet de pœnis hæreticorum, qui audaciores fierent, ſi indulgentiam à Principe obtinere poſſent, ut benè ad rem, & eruditè ponderat Souſa *cit. num.* 9. *& ſeq.*

27 Sed quid dicendum poſt ſententiam? Et videtur poſſe remitti pœnam confiſcationis, quia tunc plenum dominium hujuſmodi bonorum Principes habent, & ita docet Souſa *cit. cap.* 29. *n.* 8. Sed hæc opinio non eſt indiſtinctè vera; nam ſi loquamur, ut poſſit Princeps dicta bona in aliquo caſu particulari reſtituere hæretico, & certè quòd poterit, & ita etiam ſentit Fermoſin. *cit. allegat.* 44. *num.* 12. *& ſeq.* Secùs autem ſi omnibus indiſtinctè reſtituantur, quia tunc fraudaretur lex, quæ vult talem punitionem, quæque nequit impediri per Principes gratificantes; & ut dixi ex *cit. Conſtit.* 17. *Alex. IV.* omninò poſſunt cogi ad executionem ſententiæ latæ, & ſic ad firmam retinendam confiſcationem, nam fruſtratoria eſſet exequutio momentanea; & rurſus ſatis inconveniens eliceretur, ſi ita gens perverſa ſpe hujuſmodi bonorum condonationis pœnas non pertimeſceret, ut benè arguit in terminis Card. Albit. prævia dicta diſtinctione *cit. cap.* 22. *num.* 206. *uſque ad finem*.

28 Ex dictis elicitur, quòd nedum inventarium, ſed etiam diſtributio, & liquidatio fieri debeat per Inquiſitores, ſeu Judicem Eccleſiaſticum quoad dicta bona, tum quia eſt Judex dignior, ut in ſimili Sperell. *deciſ.* 123. *num.* 51. *cum concordan.* tum fortiùs, quia eſt nativus dominus bonorum, licèt per conceſſionem Princeps laicus ſit talis, quique proinde nequit concedentem ſpernere. Si enim Alexander IV. in præſenti Conſtitutione dedit facultatem Inquiſitoribus bona vendendi; eo magis dicendum, ut partitio fiat per ipſos; liquidatio enim eſt pars ſententiæ, Marta *de juriſd. part.* 2. *cap.* 35. *num.* 8. & ſic ſpectare ad Eccleſiaſticum Judicem in his caſibus, tuetur Card. Albit. *cit. cap.* 22. *num.* 179. *& ſeq.* quidquid dicant Clarus §. *hæreſis num.* 13. Carpan. *ad ſtatut. Mediol.* §. *omnium num.* 439. Guazzin. *de confiſc. concl.* 21. *num.* 23. quia procedunt juxta uſum Mediolani; ultrà quòd, ut ſunt verba Clari, qui dicit fuiſſe factam liquidationem conſentiente Inquiſitore, & ſic optima cautela eſt, ut concorditer fiat, & idem Albit. *num.* 183. refert reſolutionem Supremæ Inquiſitionis 21. Maji 1609. quæ reſcripſit Inquiſitori Cremonæ, quòd in cauſa liquidationis hujuſmodi procederet ſimul cum poteſtate laica.

CONSTITUTIO XXII.

ALEXANDRI IV.

incipiens (*Ne commiſſæ*,)

EPITOME BULLÆ.

ALEXANDER DILECTIS FILIIS Fratribus Ordinis Prædicatorum, Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis in Lombardia, & Marchia Januenſi.

FAcultatem concedit Inquiſitoribus, ut contra quoſcunque quantumvis privilegiatos, & exemptos, aut in dignitate conſtitutos, cujuſvis Ordinis ſint, & Religionis, eorum Officium impedientes, vel eis juxta officium, & poſſe ſuum aſſiſtere non curantes, procedere poſſint. Itidem, ut deficientibus Tabellionibus ſæcularibus, Religioſos cujuſcunque Ordinis, qui in ſæculo Tabellionatus Officium exercuerant, ad acta S. Officii conſcribenda aſſumere poſſint: quòd ſi hi haberi nequeant, duos viros idoneos Clericos, vel laicos, ad hæc ſcribenda aſſumant.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Inquiſitores in cauſis Fidei procedere poſſunt contra quoſcumque Regulares exemptos, & num.* 4.
2 *Similiter procedere poſſunt contra impedientes eorum officium, etiam ſi ſint Regulares, aut aliàs exempti.*
3 *Itidemque contra Regulares, & exemptos, qui ab Inquiſitoribus requiſiti, eis non favent.*
4 *Superiores Regulares in iis, quæ ad Inquiſitionis Tribunal pertinent, non poſſunt ſe immiſcere contra eorum ſubditos.*
5 *Inquiſitores quatenus Notarios pro Tribunali S. Officii eligere poſſint.*
6 *Notarius Inquiſitoris poteſt eſſe laicus.*
7 *Inquiſitores poſſunt in Notarios aſſumere Clericos, aut Regulares, qui dum in ſæculo erant Notariatum exercuerant.*
8 *Quod ſi tales non haberent, poterunt duos viros, etiam laicos ad id munus aſſumere.*
9 *Qui tamen ita aſſumpti, non inde cenſebuntur creati Notarii.*
10 *Inquiſitores hodie creare poſſunt Notarios pro actis S. Officii conſcribendis.*
11 *Notarii Inquiſitionis jurare debent de proprio munere fideliter exercendo.*
12 *Et dum ad id munus aſſumuntur, adhiberi debent ceremoniæ ſolitæ in creandis Notariis.*

EX prima parte hujus Conſtitutionis editæ Anagniæ anno 1260. Cherubin. Senior *in ſummar.* 1
ad illam, & Cherubin. Jun. *ibidem*, itidemque Pegna *part.* 3. *directtor. comment.* 77. *verſ. in hac*, efformant concluſionem generalem, poſſe nempe Inquiſitores in cauſis Fidei procedere contra quoſcunque Regulares, & exemptos, cujuſcumque ſint Religionis, & Ordinis. Quæ ſanè concluſio licèt aliunde vera ſit, non ita tamen generaliter deſumi poteſt ex hac Conſtitutione, cùm in ea ſolummodò dicatur, poſſe Inquiſitores procedere contra quoſcunque exemptos eorum Officium impedientes, vel eis juxta officium, & poſſe ſuum aſſiſtere non curantes, ut conſtat ex ejus verbis, ibi: *In eodem officio, & contra impedientes illud, vel in eo vobis juxta officium,*

& poſſe

Digitized by Google

& poſſe ſuum, à vobis requiſitos aſſiſtere non curantes: ex quibus verbis apparet, præſentem Conſtitu-
2 tionem eſſe reſtrictam ad duos caſus. Primus eſt, ut Inquiſitores non obſtante quacunque exemptione, aut privilegio, procedere poſſint contra eorum officium impedientes, etiam ſi ſint Regulares; ratio autem cur contra prædictos procedere poſſint, ea eſt, quia impedientes S. Officium cenſentur fautores, & defenſores hæreticorum, & uti tales ab Inquiſitoribus puniri poſſunt, ut diximus latè ad *Conſtit.* 15. *Alexandri IV.*
3 *num.* 22. Secundus caſus eſt, ut pariter contra Regulares, & exemptos, qui requiſiti ab Inquiſitoribus, juxta officium, & poſſe ſuum eis aſſiſtere non curant, procedere poſſint; & hujus ratio eſt, tum quia, licèt perſonæ privatæ regulariter non cenſeantur favere hæreticis ex omiſſione, id tamen limitatur in caſu, quo ab Inquiſitoribus requiſiti fuerint; tunc enim cùm teneantur præſtare id, ad quod per Inquiſitores invitantur, conſequenter ſi id facere omittant, erunt fautores omiſſione, ut pariter dixi ad *cit. Conſtit.* 15. *Alex. IV. num.* 36. tum ulteriùs quia perſonæ Eccleſiaſticæ, etiam Regulares, & exemptæ, habent peculiarem obligationem efficaciter aſſiſtendi, auxilium, conſilium, & favorem impendendi Inquiſitoribus in eorum munere exequendo, ex *cit. Conſtit.* 15. *Alexand. IV.* & conſequenter dum id præſtare omittunt, præſertim ſi requiſiti non obediant, poterunt contra ipſos tanquam contra fautores omiſſione, Inquiſitores procedere, ut ibidem dixi *num.* 3.

4 Cæterùm ultra hos duos caſus, poſſe Inquiſitores pro cauſis ad ejus Tribunal pertinentibus procedere contra Regulares quantumvis exemptos, certum eſt, præſertim ex *Conſtitut.* 26. *Pauli V.* incip. *Romanus Pontifex*, ubi ſtrictè prohibetur Superioribus Regularium, ne quovis titulo, vel prætextu præventionis, aut conſuetudinis, & præſcriptionis etiam immemorabilis, in cauſis ad S. Officium ſpectantibus ſe quoquo modo intromittant, aut immiſceant, denunciationes recipiant, teſtes examinent, proceſſus conficiant, cauſas cognoſcant, aut terminare audeant, & vide quæ dixi ſupra ad *Conſtit.* 16. *Innoc. IV. num.* 19. & dicam *in Conſtit. ſequenti*.

5 In ſecunda hujus Conſtitutionis parte diſponitur, ut deficiente copia Tabellionum ſæcularium, poſſint Inquiſitores ad id munus exercendum aſſumere Religioſos cujuſcunque Ordinis, qui in ſæculo Tabellionatus Officium exercuerint: quòd ſi nec iſti haberi poſſint, tunc duos viros, ſive Clericos, ſive laicos, ſed alioqui idoneos aſſumant, qui ſimul conſcribant ea, quæ in S. Officio geruntur; & eorum ſcripta quantùm attinet ad hunc neceſſitatis articulum, inconcuſſam habeant firmitatem, perinde ac ſi unius perſonæ publicæ manu confecta fuiſſent. Concordat *Conſtit.* 2. *Urbani IV.* incip. *Licet* §. *ad conſcribendas*, & *Conſtitut. Clementis IV.* relata in *cap. ut officium* §. *ad conſcribendas de hæret. in* 6.

6 Hinc primò infertur, Notarium Inquiſitoris poſſe eſſe laicum, ibi: *Si ſuper his, quæ circa idem officium, illudque contingentia, in ſcriptis fuerint redigenda, Tabellionum ſæcularium copia forte defecerit opportuna, perſonis Regularibus cujuſcunque Ordinis, qui Tabellionatus officium in ſæculo habuiſſe noſcuntur, exercendi illud in his, cum à vobis neceſſitate hujuſmodi ſuadente fuerint requiſiti, auctoritate noſtra licentiam concedatis: quoad hoc Conſtitutione Canonica, vel Regulari contraria nequaquam obſtante, ex diſtricto volumus juſſionis noſtræ præcepto teneri:* Ad quod etiam advertit Pegna *part.* 3. *director. comm.* 68. licèt contrarium aſſerat Fagnan. *in capit. quiſquis num.* 21. *de elect.* ſubdens, ſpeciale eſſe in cauſis hæreſis, ut Notarius debeat eſſe Clericus, vel Religioſus; idque probat ex *cit. cap. ut commiſſi:* ſed re vera ille Textus non excludit laicos, præſertim ſi conferatur cum præſenti Conſtitutione.

7 Infertur ſecundò, poſſe Inquiſitores ad munus Notarii aſſumere perſonas Religioſas, cujuſcunque ſint Ordinis, quæ dum erant in ſæculo fuerant Notarii; idque in *cit. cap. ut commiſſi* extenditur etiam ad Clericos ſæculares, qui pariter ante Clericatum Notarii erant, Repertor. Inquiſit. *verbo Notarius verſic. nota circa Notarios*, Eymeric. *part.* 3. *direct. quæſt.* 19. ubi Pegna *comment.* 68. Zanchinus *de hæret. cap.* 9. *lit. B.*
verſ. adde rurſus, Rovas *ſingular.* 133. Quòd ſi hu- 8
juſmodi perſonæ Religioſæ, quæ priùs Notariatum exercuerant, haberi non poſſent, tunc hìc conceditur Inquiſitoribus facultas aſſumendi duos viros idoneos, Clericos, vel laicos, qui ſimul ea, quæ ad S. Officium pertinent, conſcriberent; adeout acta ab eis, deficientibus Notariis, conſcriptà, eandem haberent firmitatem, ac ſi à perſona publica conſcripta fuiſſent: quod ſanè non eſt novum inventum, nam idem generaliter ſancitur in *cap. quoniam contra de probat.* ubi habetur, quòd in conſcribendis actis judicii adhibeatur perſona publica; & ſi hæc deficiat, aſſumantur duo viri idonei; ut etiam notat Petra Genitor *ad Ritus Magnæ Curiæ Vicar. rit.* 161. *num.* 4. *tom.* 1.

Hi autem duo viri certè Notarii non fiebant ex 9
hoc, quòd ad acta S. Officii conſcribenda ab Inquiſitoribus aſſumerentur, nam id contigebat ſolummodo ob defectum Notariorum. Unde certum eſt, iis temporibus Inquiſitores non adhuc obtinuiſſe facultatem creandi Notarios, ut poſt Eymericum *part.* 3. *quæſt.* 18. advertit Pegna *comment.* 67. Carena *de Offic. Inquiſit. part.* 1. *tit.* 12. *num.* 1. Salelles *de mater. tribun. fidei*
libr. 1. *cap.* 4. *regula* 34. *num.* 15. Poſtmodùm autem 10
ſupervenit *Conſtit.* 36. *Pii IV.* incip. *Paſtoralis Officii*, quam præceſſerat *Conſtit. Julii III.* incip. *Cum ad officii*, relata per Cherub. Junior. *in citat. Conſtitut.* 36. *Pii IV.* ubi ſpecialiter conceſſum fuit Inquiſitoribus, eorumque Commiſſariis, ut unum, vel plures, etiam Clericos ſæculares, vel quorumvis Ordinum Regulares, qui ſibi ſufficientes, & idonei viſi fuerint pro quibuſcunque cauſis S. Inquiſitionis, in officium Notariatus auctoritate Apoſtolica aſſumere poſſent, de quo privilegio ultra citatos meminere Paſſerin. *citat. cap. ut commiſſi num.* 87. Simanch. *in Enchirid. tit.* 19. *num.* 2. Farinacc. *de hæreſi quæſt.* 185. §. 1. *num.* 10. Imò notat Salell. *cit. regul.* 34. *num.* 16. in litteris, quibus Inquiſitores conſtituuntur, hæc facultas creandi Notarios ſpecialiter exprimitur.

Itidem Notarii Inquiſitionis ſive primò ab Inqui- 11
ſitoribus creati, ſive qui jam tales erant aſſumantur, jurare debent coram Epiſcopo, & Inquiſitore, vel Subſtitutis ab eis, ſuum munus fideliter exercere, ut ex *Clem.* 1. §. *porrò de hæreticis*, cenſet Gloſſ. *ibidem verbo jurabunt*, Barboſ. *ibidem num.* 27. Pegna *citat. comment.* 68. *verſ. illud*, Simanch. *de Cathol. Inſtitut.*
tit. 41. *num.* 7. Farinacc. *cit. quæſt.* 185. *num.* 11. Idque 12
ulteriùs eſt advertendum, quòd non ſtatim ac ab Inquiſitoribus ad acta Inquiſitionis conſcribenda quis aſſumitur, cenſeatur creatus Notarius, ſed ſolitæ in creandis Notariis cæremoniæ adhiberi debent, quas referunt Pegna *citat. comment.* 67. *verſ. ſed in hac*, Paſſerin. *citat. numer.* 87. Salell. *citat. regul.* 34. *numer.* 17.

CONSTITUTIO XXIII.

ALEXANDRI IV.

incipiens (*Catholicæ.*)

EPITOME BULLÆ.

ALEXANDER UNIVERSIS FRATRIBUS Prædicatorum & Minorum Ordinum Inquiſitoribus per diverſas Italiæ partes à Sede Apoſtolica deputatis, & in poſterum deputandis.

PRohibet Inquiſitoribus, ne ſuorum Ordinum Prælatis in iis, quæ ad Inquiſitionis nego-

Digitized by Google

negotinm pertinent, obediant, non obſtantibus quibuſcunque privilegiis quoad hoc eorum Ordinibus conceſſis.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Inquiſitores antiquitùs eligi poterant à Superioribus Regularium.*

2 *Inquiſitores Regulares in iis, quæ ad munus Inquiſitoris pertinent, non tenentur ſuis Superioribus Regularibus obedire.*

3 *Superioribus Regularibus cur olim Inquiſitorum electio committeretur.*

4 *Inquiſitores ſuis Superioribus Regularibus ſubjecti non ſunt, niſi in iis quæ ad Regularem obſervantiam pertinent.*

5 *Et de his, quæ uti Inquiſitores gerunt, ſoli Sedi Apoſtolicæ rationes reddunt.*

6 *Nec poſſunt puniri, niſi à Sede Apoſtolica, ſi in Inquiſitoris munere delinquant; & quid in caſu* Clem. 2. de hæreticis.

7 *Quòd ſi extra officium delinquant, poſſunt à Superioribus Regularibus puniri.*

8 *Niſi pœna infligenda eos in proprio munere exercendo impediret, & quid in hoc caſu faciendum.*

9 *Similiter Notarii, & Vicarii Regulares Inquiſitorum, Superioribus Regularibus ſubjecti ſunt in iis tantùm, quæ ad regularem obſervantiam attinent.*

10 *Inquiſitores contra quoſcunque in dignitate conſtitutos procedere poſſunt, niſi ſpecialiter à jure probibeantur.*

11 *Inquiſitores procedere non poſſunt contra Epiſcopos etiam titulares, aut non conſecratos,*
Itaut nec informationes capere, nec teſtes examinare poſſint. Ibidem.

12 *Niſi Epiſcopus eſſet hæreticus manifeſtus, & ſuſpectus de fuga.*

13 *Epiſcopus, aut Inquiſitor ob cauſam hæreſis contra Inquiſitorem procedere nequit.*

14 *Similiter nec contra Nuncios, ſive Officiales Sedis Apoſtolicæ.*

15 *Inquiſitores in cauſa hæreſis procedere poſſunt contra ſuos Prælatos Regulares.*

16 *Et an procedere poſſint contra Generales Religionum.*

1 POſtquam pro coadjuvandis in eorum munere Epiſcopis, delegata Inquiſitorum juriſdictio uſque ab initio ſæculi decimitertii inſtituta fuit, eaque à viris ſcientia ac religione æquè pollentibus exercenda eſſet, conſueverant Summi Pontifices, præſertim Gregorius IX. committere Superioribus Ordinum Prædicatorum, & Minorum, ut ad Inquiſitoris munus idoneiores ex ſuis Fratribus aſſumerent; idque conſtat tum ex literis Gregorii IX. anno 1231. datis Provinciali Lombardiæ Ordinis Prædicatorum, quæ extant *tom. 9. Concil. col.* 335. & referuntur in *princip. quæſtionum* Guidon. Fulcodii poſt Caren. *de Offic. Inquiſit.* tum etiam ex *Conſtitut.* 16. *Innocentii IV.* incip. *Quia, & Conſtitut.* 12. *Alexand. IV.* incip. *Quod ſuper* §. 8.

2 Hinc potuit oriri dubium, an Regulares Inquiſitores in iis, quæ ad munus Inquiſitoris pertinent, ſuorum Ordinum Prælatis teneantur obedire. Quod negativè reſolutum fuit ab Alexandro in præſenti Conſtitutione edita ſub datum Laterani 3. Idus Decembris anno 1260. ibi; *Et ſi forſan Magiſter, & Miniſter Generalis, aliique Priores, & Miniſtri Provinciales, & Cuſtodes, ſeu Guardiani aliquorum locorum veſtrorum Ordinum, prætextu quorumcunque privilegiorum, ſeu indulgentiarum ejuſdem Sedis dictis Ordinibus conceſſorum, aut concedendorum in poſterum, vobis, vel veſtrum alicui, ſeu aliquibus injunxerint, ſeu quoquo modo præceperint, ut ad tempus, vel quoad certos articulos, certaſve perſonas negotio ſuperſedeatis eidem: Nos vobis univerſis, & ſingulis authoritate Apoſtolica diſtrictiùs inhibemus, ne ipſis obedire in hac parte, vel intendere quomodolibet præſumatis: Nos enim privilegia, ſeu indulgentias hujuſmodi quantùm ad hunc articulum, tenore præſentium revocantes, omnes excommunicationis, interdicti, & ſuſpenſionis ſententias, ſi quas in vos, vel veſtrum aliquos hac occaſione ferri contigerit, irritas prorſus decernimus, & inanes. Nam ſi prædicta Sedes interdum Prælatis aliquibus veſtrorum Ordinum per ſuas ſub certa forma committat literas, ut ad exercendum Inquiſitionis Officium contra hæreticam pravitatem aliquos ſuorum Ordinum Fratres aſſumere valeant, ipſoſque cùm expedire viderint, amovere, ac alios ſubrogare; non tamen per hoc quòd ipſis ea dumtaxat de cauſa in hac parte committit, quia de Fratrum ſuorum Ordinum idoneitate pleniorem habere notitiam præſumantur, aliqua eis ſuper hujuſmodi Inquiſitionis negotio, vobis immediatè à prædicta Sede commiſſo, & committendo, facultas, vel juriſdictio attribuitur, ſeu poteſtas.*

Non aliàs enim Inquiſitorum electio committeba- 3
tur Prælatis Regularibus, niſi ut ipſi, quibus ſuorum ſubditorum idoneitas magis perſpecta eſſe præſumitur, perſonas habiliores ad id munus aſſumerent. Cæterùm Inquiſitores, etiam ab ipſis electi, erant delegati Sedis Apoſtolicæ, & ab ea immediatè juriſdictionem obtinebant, ut dixi ad *citat. Conſtitut.* 16. *Innoc. IV. num.* 35. licèt hujuſmodi facultas jampridem Superioribus Regularibus ſublata ſit, adeout Inquiſitores etiam Regulares immediatè eligantur à Sede Apoſtolica, vel à Suprema Inquiſitione, ut pariter dixi ibidem *num.* 34.

Unde in hujuſmodi Regularibus ad Inquiſitoris mu- 4
nus aſſumptis duo ſemper fuerunt diſtinguenda. Unum eſt munus Inquiſitoris, quod uti Sedis Apoſtolicæ delegati exercent; & quoad hoc nec unquam fuerunt, nec hodie ſunt ſubjecti ſuis Prælatis Regularibus, nec iis in pertinentibus ad S. Officium obedire tenentur. Alterum eſt ſtatus Religioſus, & obſervantia Regularis, & in his à ſuis Superioribus exempti non ſunt, ut ex hac Conſtitutione docent Eymeric. *in director. part.* 3. *quæſt.* 11. & 12. ubi Pegna *comment.* 60. & 61. Sanctarell. *de hæreſi cap.* 40. *dub.* 1. *num.* 7. Decian. *libr.* 5. *tract. crimin. capit.* 22. *num.* 33. Royas *de hæretic. part.* 2. *num.* 418. Moſcovius *de Majeſt. Milit. Eccleſ. libr.* 1. *part.* 1. *cap.* 11. Carena *de Offic. Inquiſit. part.* 1. *tit.* 5. §. 8. *num.* 69. Salelles *de Mater. Tribun. Fidei libr.* 1. *capit.* 2. *regula* 11. *num.* 13. Ea enim ſemper fuit mens Summorum Pontificum, ut ſacrum hoc Inquiſitionis Officium, ejuſque Miniſtri nullo præpedirentur obſtaculo, ut dixi ad *Conſtitut.* 19. *Innocent. IV. num.* 6. magnum-
que Inquiſitoribus Regularibus impedimentum fuiſ- 5
ſet, ſi eorum Prælatis in pertinentibus ad eorum Officium ſubjecti remanſiſſent, unde de his, quæ uti Inquiſitores gerunt, ſoli Sedi Apoſtolicæ, & Supremæ Inquiſitioni rationes reddere tenentur, ut notat idem Eymeric. *citat. quæſt.* 12.

Eademque diſtinctio adhibenda eſt, ſi iidem Inqui- 6
ſitores Regulares deliquiſſe comperiantur; nam ſi deliquerint in officio, aliiſque, quæ ipſos uti Inquiſitores reſpiciunt; & certum eſt non poſſe puniri à Prælatis Regularibus, ſed relinquendi ſunt Supremæ Inquiſitioni, & in Hiſpania remittuntur Inquiſitori Generali, Farinacc. *de hæreſ. quæſt.* 186. *numer.* 128. Peyrin. *de privil. Minim. tom.* 1. *ad Conſtitution.* 4. *Sixti IV.* §. 11. *num.* 49. Diana *part.* 4. *tractat.* 8. *reſolut.* 53. licèt quoad hoc difficultatem faciat *Clement.* 2. §. *qui equidem de hæret.* ubi quòd Inquiſitores illicitè pecunias extorquentes, puniendi ſint à ſuis Prælatis. Sed reſpondet Eymeric. *citat. quæſt.* 12. *num.* 4. quòd caſus *cit. Clement.* ſit ſpecialis, illicitæ ſcilicet extorſionis pecuniarum: ex quo eſt, ut extra hunc

caſum

Digitized by Google

caſum Inquiſitores Regulares in his, quæ ad eorum
munus pertinent, non poſſint à Prælatis Regularibus
puniri; imò *cit. Clement.* non ſervari, ſed in omni-
bus Inquiſitores Regulares eſſe ſubjectos Supremæ
Inquiſitioni, aſſerunt Pegna *cit. comm.* 61. *verſ. cate-
rum*, Farinacc. *cit. quæſt.* 186. *nu.* 133. Paſſerin. *cap.
Inquiſitores num.* 13. *de heret. in* 6. Salell. *cit. cap.* 2.
regul. 11. *num.* 14.

7 Si autem iidem Inquiſitores extra officium deli-
querint, de juris rigore certum eſt puniri poſſe à ſuis
Prælatis Regularibus, Eymeric. *cit. quæſt.* 12. *num.* 1.
Locat. *in judicial. verbo Inquiſitor nu.* 40. Sanctarell.
cit. dub. 1. *num.* 7. Zanardus *in director. part.* 2. *cap.*
6. *quæſt.* 43. Rodriquez *quæſt. regul. tom.* 2. *quæſt.* 81.
art. 5. Verùm quia iiſdem Prælatis vetita ſunt ea, ex
quibus directè, vel indirectè ſui ſubditi Inquiſitores
in eorum munere impediuntur: idcircò dum iſti ex-
tra officium delinquunt, poterunt quippe eorum
Prælati omni caſu informationes capere, eoſque mo-
nere, & reprehendere, cùm ex his nullum eis impe-
8 dimentum in ſuo munere exercendo oriatur; dum
autem pœna eſt infligenda, ab ea abſtinere debent,
ſi inde Inquiſitores ſuum munus exercere impediun-
tur; & tunc informationes Supremæ Inquiſitioni
tranſmittere, ejuſque mandata expectare debent, ut
poſt Farinacc. *cit. quæſt.* 186. *numero* 132. tenent Ca-
ſtropal. *tom.* 1. *oper. moral. tract.* 4. *diſp.* 8. *punct.* 12.
§. 2. *num.* 23. Diana *cit. reſol.* 53. Carena *cit. tit.* 5.
§. 8. *num.* 72. Alii autem Inquiſitores ſæculares ſive in
officio, ſive extra eum deliquerint, utroque caſu à
Suprema Inquiſitione puniuntur, ut advertit idem
Caſtropal. *cit. num.* 23. *in princip.*

9 Quæ autem diximus de Inquiſitoribus Regulari-
bus, extendenda etiam ſunt ad eorum Vicarios, &
Notarios, quos ex Regularibus ejuſdem, vel alte-
rius Ordinis aſſumi poſſe dixi in *præcedenti Conſti-
tutione num.* 7. ut ſcilicet in iis, quæ regularem ob-
ſervantiam reſpiciunt, ſubjecti ſint ſuis Prælatis, non
item quoad ea, quæ ad eorum munus Vicarii, vel
Notarii pertinent, Carena *citat. part.* 1. *tit.* 7. §. 4.
numero 11. Itidemque in caſibus, in quibus ab eis
puniri poſſunt, certiorare debent Supremam In-
quiſitionem, & à pœna infligenda abſtinere, ſi in-
de in eorum munere impedirentur. Cæterùm Inqui-
ſitores, aliique Regulares, qui in Sacra Inquiſitio-
ne pro aliquo miniſterio aſſumuntur, in id toto co-
natu intendere debent, ut ſalva muneris ſui libera exe-
quutione, Regularis obſervantiæ ſint tenaces.

Vice autem verſa quæri poteſt, an Inquiſitores
etiam Regulares in iis, quæ ad Inquiſitionem atti-
nent, procedere poſſint contra Prælatos Regulares.
Pro qua re præmittendum eſt, pro Inquiſitoribus
10 ſtare regulam, ut contra quoſcunque etiam in di-
gnitate conſtitutos procedere valeant, iis exceptis,
in quos procedere expreſsè à jure prohibentur, ut
conſtat ex *cap. ut officium de heret. in* 6. Hinc pri-
mò *in cap. Inquiſitores eodem in* 6. prohibentur in-
quirere de hoc crimine hæreſis contra Epiſcopos,
11 niſi id ſpecialiter habeant in litteris commiſſionis,
idemque ſtatuit Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de refor. cap.*
5. quod procedit etiam in Epiſcopis titularibus, vel
electis, & confirmatis, licèt nondum conſecratis,
Molina *de juſtit. tract.* 5. *diſput.* 28. *num.* 19. Trullenc.
in decal. lib. 1. *cap.* 3. *dub.* 18. *num.* 78. Diana *part.* 4.
tract. 8. *reſol.* 21. Cùm autem *in cit. cap. Inquiſito-
res* dicatur, Inquiſitores non poſſe contra Epiſco-
pos inquirere, ſequitur ipſos nec de hæreſi Epiſco-
pi cognoſcere, nec dicta teſtium recipere poſſe, ut
benè docet Gloſſ. *ibidem verbo apoſtolica*, *Monach.*
Archidiac. *aliique ibidem*, unde DD. communiter
contrarium aſſerentes apud Barboſ. *ibidem num.* 11.
Paſſerin. *num.* 2. Diana *cit. reſol.* 21. *verſ. verum*, non
aliàs recipiendi ſunt, niſi ut poſſint Inquiſitores ex-
trajudicialiter & ſecretò ſe informare, ut ita Se-
12 dem Apoſtolicam inſtruere poſſint. Cæteroquin in
quibuſdam caſibus, ſi ſcilicet Epiſcopus eſſet ſuſpe-
ctus de fuga, vel ſi aliquod in manifeſtam Fidelium
perniciem moliretur, vel eſſet hæreticus manifeſtus,
expediens eſt, ut Inquiſitores illum capiant, &
cuſtodiant, donec Sedes Apoſtolica certioretur, Re-
pert. Inquiſ. *verbo Epiſcop. verſ. ad ſecundum*, Pe-
gna *part.* 3. *comm.* 76. *verſ. rurſus*, Farinacc. *quæſt.*
186. *num.* 113. Idemque dicendum eſſe de Inquiſito- 13
ribus, ut ſcilicet contra ipſos ob cauſam hæreſis pro-
cedere non poſſit Epiſcopus, vel alter Inquiſitor,
tenent Eymeric. *part.* 3. *direct. quæſt.* 30. ubi Pegna
comm. 79. Azor. *inſtit. moral. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18.
quæſ. 14. Sanctarell. *de hereſi cap.* 40. *dub.* 3. *num.* 19.
Caſtropal. *citat. punct.* 12. §. 2. *num.* 8. Diana *cit. tract.*
8. *reſol.* 25. Similiter in *extrav. comm. cum Matthæus
de heret.* prohibentur Epiſcopi & Inquiſitores pro- 14
cedere contra Nuncios, & Officiales Sedis Apoſto-
licæ; & quinam in hac re veniant ſub nomine Offi-
cialium, & Nunciorum, explicant Pegna *cit. par.* 3.
direct. commen. 75. *verſ. in hac*, Molin. *de juſtit. tract.*
5. *diſp.* 28. *num.* 20. Cenedus *in collect. juris Canon.
part.* 3. *collect.* 14. *num.* 2.

Deficiente igitur ſpeciali exemptione, intrat præ-
fata regula, ut Inquiſitores pro iis, quæ ad ejus Tri-
bunal attinent, contra quoſcunque poſſint procede- 15
re. Unde cùm reſpectu Prælatorum Regularium ſpe-
cialis exemptio non adſit, ſequitur Inquiſitores etiam
Regulares, & ejuſdem Ordinis, contra eos procedere
poſſe, inſpecto præſertim quòd Regularibus in hoc
ſublata ſunt omnia privilegia, & exemptiones, ut
dixi in præcedenti Conſtitutione, & *Conſtit.* 16. *In-
nocentii IV. num.* 19. & in his terminis dixerunt Co-
chier. *de juriſdict. ordin. in exempt. part.* 2. *quæſt.* 45.
num. 58. Souſa *in aphor. inquiſ. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 8.
Et licèt aliqui id limitaverint reſpectu Generalium
Religionum, contra quos Inquiſitores procedere non 16
poſſe, ſed certiorare priùs debere Supremam Inquiſi-
tionem voluerunt nonnulli, quos ſequitur Diana *tract.*
8. *reſol.* 23. Peyrin. *in privileg. Minim. tom.* 2. *Con-
ſtit.* 9. *Pauli V.* §. 1. *num.* 2. Bordon. *in Tribunal.
cap.* 27. *num.* 27. Tamen hæc limitatio jure non pro-
batur, & *cit. cap. Inquiſitores*, cui aliqui ex præfatis
nituntur, loquitur ſolummodò de Epiſcopis, ut ad
rem advertit Freira *in addit. ad* Roderic. Acugna *de
Confeſſor. Sollic. quæſt.* 12. *num.* 20. & prior opinio
procedere poſſet inſpecta ſolummodò quadam æqui-
tate, & decentia, ut ait Carena *par.* 1. *tit.* 5. §. 9. *n.* 78.

CONSTITUTIO PRIMA

URBANI IV.

incipiens (*Tranſiturus.*)

EPITOME BULLÆ.

URBANUS VENERABILIBUS FRATRIBUS, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Prælatis &c.

FEſtivitatem Sanctiſſimi Corporis Chriſti fe-
ria quinta poſt Octavam Pentecoſtes quo-
libet anno celebrandam inſtituit, omneſ-
que Fideles ad ipſam ſolemniter, & devotè
peragendam, ac venerandam hortatur; iiſ-
demque eodem die, & per Octavam Divi-
nis Officiis, ac ejuſdem Sanctiſſimi expoſi-
tioni intereſſentibus, plures Indulgentias
largitur.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Urbani IV. Patria, natales, & geſta indican-
tur.*

2 *Eligi-*

Digitized by Google

2 *Eligitur ſucceſſor Alexandri IV.*
3 *Plurimas edidit Conſtitutiones ad Inquiſitionis Tribunal pertinentes.*
4 *Feſtum SS. Corporis Chriſti inſtituit, ac Chriſti fidelibus ei intereſſentibus Indulgentias conceſſit.*
5 *Idem Feſtum etiam tempore Interdicti celebrari poſſe ſtatuit Martinus V.*
6 *Eucharíſtiæ Sacramentum quanta veneratione dignum ſit.*
7 *Referuntur cauſæ Inſtitutionis Feſti Corporis Chriſti.*
8 *Inſtitutio Feſti Corporis Chriſti quomodo fuerit revelata B. Julianæ.*
9 *Idem Feſtum fuit primò celebratum in Eccleſia Leodienſi cum recitatione proprii Officii.*
Eccleſia Leodienſis qualibet quinta feria non impedita recitare poteſt Officium Corporis Chriſti. Ibidem.
10 *Officium Corporis Chriſti, quod hodie recitamus, compoſitum fuit à D. Thoma.*
11 *Congregatio Monachorum Corporis Chriſti quando, & ad quem finem inſtituta.*
12 *Confraternitatem Corporis Chriſti in Urbe inſtituit Paulus III.*
13 *Confraternitas Corporis Chriſti inſtitui poteſt in qualibet Parochia, non obſtante Conſtitutione Clementis VIII.*
14 *Referuntur Auctores de Origine Feſtivitatis Corporis Chriſti tractantes.*
15 *Proponuntur tractanda in præſenti Commentario.*

LApſis ab obitu Alexandri IV. menſibus tribus,
ac diebus totidem, tandem poſt longam Electorum
diſcordiam, conſentientibus omnium votis, ad
Univerſalis Eccleſiæ Regimen aſſumitur Urbanus IV.
1 Hic natales, & quidem ſatis humiles, & obſcuros
habuit Trecis in Gallia, patre Pantaleone, ſutore
veteramentario, Jacobus Pantaleo, aliter Trecenſis
appellatus. A teneris annis Lutetiam Pariſiorum miſſus,
humanioribus primùm literis, inde ſeverioribus,
præſertim Sacræ Theologiæ, ac Juri Canonico magno
profectu ſtuduit; Patriamque repetens, hæc
agnovit, ei conditionis humilitatem non obſtare,
qui ſibi ſua erat nobilitas; unde cuidam ei natales
obſcuros exprobranti reſpondiſſe fertur: Virum non
naſci, ſed virtute fieri. Hinc ob doctrinam, ac prudentiam
eximiam, moreſque illuſtres, ex Canonicatu
Trecenſi, & Laudunenſi Archidiaconatu, ad Virdunenſem
Epiſcopatum aſſumi meruit; pluribuſque
Apoſtolicis legationibus in Germania, & Oriente
functus, ad Patriarchales Hieroſolimitanæ Eccleſiæ
infulas provehitur: indeque Romam petens, dum
Cardinales in eligendo Pontifice diſcordant, ipſe nihil
2 tale cogitans, Alexandri IV. ſucceſſor deſtinatur,
& inauguratur Viterbii pridiè nonas Septemb. anno
1261. Urbani IV. nomine aſumpto. Enituit præſertim
animi magnitudine, ſcientia, conſilio, morumque
gravitate, de quibus, ac aliis in Pontificatu geſtis
videndi ſunt Raynaldus *tom. 14. annal. ad annum
1261.* Ciaccon. *in vitis Pontific. tom. 1. ad cit. annum*,
Natal. Alexand. *hiſtor. Eccleſ. ſæculi 13. cap. 1.
art. 6. tom. 7. ſecunda impreſſ.* Tandem cùm ſediſſet
annos tres, menſem unum, dies quatuor, Peruſii
obiit 6. Nonas Octobris anno 1264. ejuſque mortis
nuncius fuerat magnus Cometa, ut refert Papirius
Maſſonus *in vitis Pontificum.*
3 Plurimas edidit Conſtitutiones, præſertim pro Tribunali
Inquiſitionis dirigendo; quarum nonnullas in
hac collectione neglexit Cherubinus, ex quo priùs
iiſdem ferè verbis eas ediderat Innocentius IV. &
Alexander IV. In præſenti autem Conſtitutione edita
anno 1262. ſive potiùs 1264. feſtum SS. Corporis
Chriſti feria quinta poſt Octavam Pentecoſtes cele-
4 brandum inſtituit, ac Chriſti fidelibus eodem die, &
per Octavam Divinis Officiis intereſſentibus plures
largitur Indulgentias, quas confirmavit, & auxit
Martinus V. *Conſtit. 12. incip. Ineffabile*, & Eugenius
IV. *Conſtit. 6. incip. Excellentiſſimum*, eandemque
Urbani Conſtitutionem confirmavit etiam Clemens
V. in Concilio Viennenſi, relato in *Clement. ſi
Dominum de Reliq. & Vener. Sanctor.* quòdque idem 5
Feſtum cum ejus Octava tempore Interdicti, pulſatis
Campanis, januis apertis, & alta voce celebrari poſſet,
conceſſit Martinus V. *cit. Conſtit. 12. §. 3.* hancque
feſtivitatem vel maximè commendavit Synodus
Tridentina *ſeſſ. 13. cap. 5. de Sacram. Euchariſt.* ubi
declaravit: *Piè, & religiosè admodum in Dei Eccleſiam
inductum fuiſſe hunc morem, ut ſingulis annis
præcelſum hoc, & Venerabile Sacramentum ſingulari
veneratione, & ſolemnitate celebraretur, utque in proceſſionibus
reverenter, & honorificè illud per vias, &
loca publica circumferretur*; & infra *Can. 6.* Anathema
declaravit, qui dixerit, Euchariſtiæ Sacramentum,
*Nec feſtiva peculiari celebritate venerandum;
neque in proceſſionibus, ſecundùm laudabilem, & univerſalem
Eccleſiæ ritum, & conſuetudinem, ſolemniter
circumgeſtandum.*
Profectò auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, 6
in quo Salvator noſter, tranſiturus de hoc mundo ad
Patrem, memoriam fecit ſuorum mirabilium, quodque
monumentum eſt, ac compendium beneficiorum
omnium à Deo nobis collatorum, ſpeciali veneratione
ſuper omnia noſtræ Religionis Myſteria recolendum
eſt. Et quamvis quotidiè in SS. Miſſæ ſacrificio
veneretur: *Convenienſ tamen arbitramur, & dignum*
(inquit Pontifex in præſenti) *ut de ipſo ſemel
ſaltem in anno ad confundendam ſpecialiter hæreticorum
perfidiam, & inſaniam, memoria ſolemnior, &
celebrior habeatur.* Itidemque etſi in feria quinta ſanctioris
hebdomadæ id ſpecialiùs ab Eccleſia præſtetur;
tamen, ut ſubdit idem Pontifex: *In die Cœnæ Domini,
quo die ipſe Chriſtus hoc inſtituit Sacramentum,
Univerſalis Eccleſia pro Pœnitentium reconciliatione,
ſacri confectione Chriſmatis, adimpletione mandati
circa lotionem pedum, & aliis plurimùm occupata,
plenè vacare non poteſt celebrationi hujus maximi Sacramenti.*
Hinc ut tanto Sacramento debitus, pro humanis
viribus, cultus exhiberetur: ejus ſpecialem celebritatem
pro feria quinta poſt Octavam Pentecoſtes
inſtituit Urbanus in hac Conſtitutione, quæ ſanè ſi
attentè, & piè legatur, in piorum lectorum animis
amorem, & reverentiam excitare valet.
Propriora autem motiva, quæ ad ejuſmodi celebri- 7
tatem inſtituendam Summum Pontificem impulere,
duo præſertim fuerunt. Unum refertur à D. Antonino
3. part. tit. 19. cap. 13. §. 1. his verbis: *Tunc
cum Curia reſidebat Urbanus in Urbeveteri, ubi in loco
non multum diſtanti apud Vulſinum, in quadam
Eccleſia Sacerdote celebrante, Miraculum factum
eſt ex ipſo Sacramento: nam cùm poſt confectionem
Sacramenti, gutta aliqua Sanguinis ex Calice profluxiſſet
in corporale, Sacerdos ad occultandum defectum
ſuæ negligentiæ, cooperuit partem corporalis, pluribus
plicis hoc faciens. Sed repertum eſt per omnes plicas
illas tranſiiſſe, & reliquiſſe ibi rubram admodum Sanguinis
formam hoſtiæ in pluribus partis corporalis;
quod quidem corporale ad perpetuam rei memoriam in
Eccleſia Cathedrali Urbiſveteris pro reliquiis reſervatum
eſt.* Alterum motivum exhibuit revelatio inſtitutionis
ejuſdem Feſti quibuſdam Religioſis perſonis facta,
quod etiam indicat Pontifex in præſenti, ibi:
*Intelleximus autem olim, dum in minori eſſemus officio
conſtituti, quod fuerat quibuſdam Catholicis divinitus
revelatum, Feſtum hujuſmodi generaliter in Eccleſia
celebrandum.* Certè id priùs revelaverat Deus B. Ju- 8
lianæ Virgini Leodienſi Ciſtercienſis Ordinis: quod
uti acciderit, refert Jo: Chapeavilleus *Canonicus Leodien.
in tract. de vera origine feſti Corporis Chriſti*,
his verbis: *Tempore juventutis ſuæ quoties Chriſti Virgo
Juliana orationi incumbebat, magnum Dei ſignum,
& mirabile apparebat: apparebat inquam ei Luna in
ſplendore, cum aliquantula tamen ſui ſphærici corporis*
fractio-

Digitized by Google

fractione : quam cum multo tempore conſpexiſſet, mi-
rabatur multum, ignorans quid illi protenderet. Ex-
inde S. Juliana humiles preces Deo profundens, di-
vini conſilii particeps fieri meruit : *Tunc*, ſubdit
idem Auctor, *revelavit ei Chriſtus, in Luna præſen-*
tem Eccleſiam, in Lunæ autem fractione defectum
unius ſolemnitatis in Eccleſia figurari, quam adhuc
volebat à ſuis Fidelibus celebrari.
9 Inde Juliana nonnullis piis, & religioſis Viris hæc
detexit, præſertim Roberto Epiſcopo Leodienſi, ac
Jacobo ejuſdem Eccleſiæ Archidiacono, qui poſtea
fuit Urbanus IV. ex quo Eccleſia Leodienſis prævio
graviſſimorum Theologorum conſilio SS. Corporis
Chriſti feſtivitatem celebrare cœpit. Idque primò
contigit in Eccleſia S. Martini ejuſdem Civitatis, ut
refert Bolland. *tom. 1. ad menſem Aprilis pag. 459.*
465. & 477. quibus attentis Sacra Congregatio Ri-
tuum ſub die 10. Junii 1700. Capitulo præfatæ Ec-
cleſiæ indulſit, ut qualibet quinta feria non impedi-
ta, Corporis Chriſti Officium recitare poſſet. Simi-
liter ejuſdem S. Julianæ hortatu, Jo: Monachus Leo-
dienſis Officium proprium de Venerabili Sacramento
compoſuit, quod incip. *Animarum cibum*. Succeſ-
ſivè Urbanus IV. eandem feſtivitatem generaliter in
Eccleſia celebrandam per præſentem Conſtitutionem
ſtatuit, ejuſque Officii concinnationem D. Thomæ
10 Aquinati commiſit : quod utpotè nimis doctè, ac
piè compoſitum, ab Eccleſia receptum fuit, illud-
que hodie recitamus, quidquid blateret Papebrochius
in Actis Sanctor. in appendice ad diem 5. Aprilis aſ-
ſerens, hoc Officium D. Thomæ opus non eſſe,
eumque ſolidè refellit Natal. Alex. *in hiſtor. Eccleſiaſt.*
ſæcul. 13. *diſſert. 6. artic. 1. tom. 7. ſecund. impreſſ.*
11 Similiter in hujus feſtivitatis obſequium ab ignoto
Auctore circa initium ſæculi 14. inſtituta fuit Con-
gregatio Monachorum Corporis Chriſti, ejuſque ſo-
dales appellati fuere Monachi Albi Corporis Chriſti,
& Fratres de Officio Corporis Chriſti : ex quo San-
ctiſſimi Sacramenti adorationi ſeſe ſpecialiter devove-
rant, ac recitationi Officii à D. Thoma compoſiti ſe
adſtrinxerant; quæ tamen Congregatio anno 1582.
unita fuit Congregationi Olivetanæ, ut refert Natal.
Alexan. *cit. tom. 7. cap. 7. art. 5. num.* 13. *verſ. Oli-*
12 *vetanæ*. Itidemque pro majori hujus Sacramenti ve-
neratione inſtituta fuit in Urbe Confraternitas ſub
invocatione Sanctiſſimi Corporis Chriſti, quam ap-
probavit Paulus III. *Conſtit.* 20. incip. *Dominus*. Et
paſſim hodie in quolibet ferè loco adeſt hujuſmodi
Confraternitas addicta cultui, & venerationi Sanctiſ-
13 ſimi Sacramenti, quæ in qualibet Parochia erigi de-
beret, cùm hæc Confraternitas non comprehendatur
ſub *Conſtit.* 115. *Clem. VIII.* incip. *Quæcumque*, per
quam in eodem loco prohibentur erectiones plurium
Confraternitatum ejuſdem inſtituti, ut reſolutum re-
14 fert Nicol. *in floſc. ver. Confraternitas nu.* 2. De aliis
autem ad inſtitutionem, & originem hujus tam inſi-
gnis Feſtivitatis pertinentibus, videndi ſunt Dieſte-
mius Blætus *in comment. de inſtit. Feſti Corporis*
Chriſti, Bartholom. Fiſen. *de prima origine Feſti Cor-*
poris Chriſti, Jacob. Bourgeois *de exordio Feſti Cor-*
poris Chriſti, Sherlogus *tom. 3. in Cant. veſtig.* 305.
cap. 7. ſect. un. num. 59. Raynald. *annal. tom.* 14. *ad*
annum 1264. *numero* 27. & 28. Spondan. *ad annum*
1264. & 1311. Natal. Alexan. *cit. tom. 7. cap. 1. art.*
6. Herrera *de orig. Divin. Offic. lib. 2. cap.* 8. Azor.
inſtit. moral. part. 2. lib. 1. cap. 14. Filliucc. *quæſt.*
moral. tom. 2. tract. 27. *cap. 3. nu.* 45. Suarez *de re-*
lig. tom. 1. lib. 2. de dieb. feſtis cap. 7. de Feſtis Chri-
ſti poſt Reſurrect. num. 3.
15 Ad exigentiam præſentis Conſtitutionis plura hic
expendi poſſent. Nihilominùs ut mox adductis Con-
ſtitutionibus magis congrua materies relinquatur, ideò
hic nonnulla dicenda ſunt de aſſervatione Euchariſtiæ,
eò præſertim, quia una ex cauſis, ex quibus Euchari-
ſtia in Eccleſiis aſſervatur, eſt ut oſtendatur in Pro-
ceſſionibus, & veneretur à Populo, ut notat Gonza-
lez *in cap. 1. nu. 7. verſ. tandem de cuſtod. Euchariſt.*

SECTIO UNICA.

De cuſtodia Euchariſtiæ, & in quibus Eccleſiis aſſervari poſſit, aut debeat, cuique expenſas pro ea aſſervanda miniſtrare competat.

SUMMARIUM.

1 *Singulare eſt in Sacramento Euchariſtiæ, ut in eo ante, & poſt uſum præſens ſit Chriſtus.*

2 *Mos aſſervandi Euchariſtiam antiquiſſimus eſt in Eccleſia.*

3 *Aſſervatio Euchariſtiæ pluribus SS. Canonibus demandatur, qui referuntur.*

4 *In primitiva Eccleſia Euchariſtiam domi privatim aſſervare permittebatur.*

5 *Succeſſivè in ſolis Eccleſiis aſſervari juſſum fuit.*

6 *In partibus Infidelium, aut hæreticorum, non aſſervatur nec in Eccleſia, nec Domi ob periculum irreverentiæ.*

Apud eoſdem aſſervari ſolent Olea Sacra in domo Parochi. Ibidem.

7 *Mariæ Reginæ Scotorum fuit indultum retinere Euchariſtiam in carceribus.*

8 *Papa dum Urbe egreditur, Euchariſtiam ante ſe geſtare ſolet.*

9 *Retinens Euchariſtiam domi quatenus ſit de hæreſi ſuſpectus, & in quo Tribunali ſit puniendus.*

10 *Euchariſtia aſſervanda eſt in Eccleſia in loco tuto, & ſub fideli cuſtodia.*

Cuſtos negligens in aſſervanda Euchariſtia qualiter puniatur. Ibidem.

11 *Paſtophorium pro condenda Euchariſtia, & Sacris Libris, quale antiquitùs in Eccleſia fuerit.*

12 *Euchariſtia olim aſſervabatur in Arculis appenſis in medio Altaris.*

13 *Hodie aſſervatur in Tabernaculo intra Pyxidem argenteam.*

14 *In Tabernaculo Euchariſtiæ reponi non debent Olea Sacra.*

15 *Euchariſtia in ſolis Parochialibus aſſervari permittitur abſque diſpenſatione Apoſtolica.*

Dummodò ſit Parochialis actu habens Populum. Ibidem.

16 *In Cathedralibus aſſervari non debet in Altari majori, ſed in Capella ſeparata. Et quid in Eccleſiis Parochialibus, & Regularibus.*

17 *In Collegiatis congruentius eſſet aſſervari in Capella ſeparata.*

18 *In Eccleſiis Regularium aſſervari poteſt Euchariſtia.*

19 *Similiter in Eccleſiis Monialium, dummodo illud retineant extra clauſtra.*

20 *Patribus Oratorii in Mexico fuit conceſſum, aſſervare Euchariſtiam in Capella intra clauſtra, dum fiunt exercitia pro Ordinandis.*

21 *In Conſervatoriis, ſeu Collegiis auctoritate Ordinaria erectis non poteſt aſſervari Euchariſtia ſine Indulto Apoſtolico.*

In iiſdem Conſervatoriis, quæ jura ſpectent ad Parochum, & quos actus in iis exercere poſſit Capellanus. Ibidem.

22 *Conſervatoria Mulierum neque tacitè, neque expreſsè approbare ſolet Sedes Apoſtolica.*

23 *Euchariſtia aſſervari non poteſt in Granciis Regularium, & refertur caſus, in quo id fuit indultum.*

24 *In Eccleſia Collegiata ſæculari non poteſt aſſervari Euchariſtia, niſi ſit actu Parochialis.*

25 *In Eccleſiis Parochialibus Euchariſtia neceſſario aſſervanda eſt.*

26 *Expenſa pro aſſervatione Euchariſtiæ ſubminiſtranda*

Digitized by Google

ſtrandæ ſunt à Populo, ſi redditus Parochiæ non ſufficiant.

Quòd ſi nec Populus expenſas exhibere poſſit, poteſt Epiſcopus transferre Parochiam ad Matricem.

27 *Sed antequàm fiat translatio, quænam media tentanda ſint.*

28 *Eccleſiis filialibus non incumbit onus aſſervandi Euchariſtiam, niſi adſit conſuetudo, vel major utilitas curæ animarum.*

29 *Euchariſtia in Eccleſiis non Parochialibus aſſervari non poteſt abſque diſpenſatione Apoſtolica.*

30 *Nec Parochi illam retinere poſſunt in Eccleſiis Ruralibus, ubi ad celebrandum accedunt.*

Similiter nec aſſervari poteſt in Eccleſiis intra fines Parochiæ exiſtentibus, aut in Capellis Hoſpitalium. Ibidem.

31 *Licentia conceſſa ab Epiſcopo aſſervandi Euchariſtiam in non Parochiali, eſt nulla, nec indiget revocatione.*

32 *Pro facultate aſſervandi Euchariſtiam in non Parochiali non ſuffragatur poſſeſſio, ſi conſtet poſſeſſionem habuiſſe originem à licentia Ordinarii.*

33 *Suffragatur tamen poſſeſſio, ſi non conſtet de titulo infecto.*

34 *Hæc tamen poſſeſſio debet eſſe immemorabilis, vel centenaria, & num. ſeqq.*

35 *Quamvis ſufficiat quadragenaria cum titulo putativo.*

36 *R. P. D. Anſaldus Sacræ Rotæ Auditor laudatur.*

37 *In Oratoriis privatis, & Capellis Ruralibus, nunquam conceditur licentia aſſervandi Euchariſtiam.*

38 *Quamvis ſi adſit concurſus Populi, & diſtantia à Parochiali, quandoque indulgeatur cum quibuſdam conditionibus.*

39 *Dum conceditur aſſervatio Euchariſtiæ in Eccleſiis Confraternitatis, ſeu Collegii, apponitur clauſula, ſine præjudicio jurium Parochialium, & de conſenſu Epiſcopi.*

40 *Non tamen requiritur conſenſus Parochi, quamvis ejus jura præſervari ſoleant.*

41 *Jus retinendi claves Tabernaculi in Eccleſiis Parochialibus ſpectat privativè ad Parochum, & num. ſeqq.*

Monialibus non eſt permiſſum retinere claves Tabernaculi. Ibidem.

42 *Laicis etiam Eccleſiæ Patronis prohibitum eſt retinere claves Tabernaculi.*

43 *Quod etiam procedit, dum Euchariſtia aſſervatur in Sepulcro feria quinta Cœnæ Domini.*

44 *Limita, niſi adſit conſuetudo immemorabilis, quæ toleranda eſt.*

1 QUamvis commune omnium Sacramentorum ſit, quòd tunc primùm vim habeant ſanctificandi, cùm quis illis utitur; in Sacramento autem Euchariſtiæ illud præcellens, ac ſingulare invenitur, quòd ipſe Sanctitatis Auctor ante, & poſt uſum præſens eſt, Concil. Trid. *ſeſſ.* 13. *de Sacram. Euchariſtiæ cap.* 3. & *Can.* 4. Ex quo Orthodoxi Doctores firmant, Sacramentum Euchariſtiæ non in re tranſeunte, ſed in materia conſecrata, ſeu ſpeciebus conſecratis conſiſtere, contra Calvinum, alioſque Acatholicos blaterantes, tunc ſolum Panem, & Vinum conſecratum dici, & eſſe Sacramentum, dum comeditur, & bibitur, quos latè refellit Card. Bellarminus *lib.* 4. *de Euchariſtia c.* 1.

2 Hoc itaque auguſtiſſimum Sacramentum, in quo Chriſtus non perfunctoriè nos viſitat, ſed præſentialiter ſit in Eccleſia habitator, ut dicitur in *Can. quæ dignior, in medio* 24. *quæſt.* 1. & ſub quo permanere nobiſcum voluit omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi, ut commemorat Urbanus Papa in principio hujus Conſtitutionis, ex *Matth. capit.* 28. 20. à primis Eccleſiæ diebus aſſervari, & cuſtodiri conſuevit, itaut optimè D. Thomas *opuſc.* 57. hujus ineffabilis Sacramenti amantiſſimus exclamaverit: *Neque enim eſt, aut fuit aliquando tam grandis natio, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut adeſt nobis Deus noſter,* Hujus aſſervationis ritus firmè à Catholicis retinetur, prout comprobavit idem Concilium *ſeſſ.* 13. *cit. cap.* 6. itaut uſque à tempore Concilii Nicæni id fuiſſe in more recenſeant Patres illi, & *Can.* 7. anathema dixerunt contra eos, qui hujuſmodi morem ſervandi Euchariſtiam reprobant; & verè in *Epiſt.* 2. *D. Clem. ad Jacobum fratrem Domini* dicitur: *Diaconi reliquias fragmentorum Corporis Chriſti cuſtodire debent*, ex *lib.* 8. *Conſtit. Apoſtol. cap.* 13. ibi: *Sumant Diaconi reliquias, & inferant in Tabernaculum.* Et talis aſſervatio neceſſaria eſt, ut ſcilicet adminiſtrari valeat Infirmis, Populo advenienti, & etiam pro ſpirituali conſolatione, ob quam Urbanus noſter, ut dixi, Indulgentias plures conceſſit iis, qui venerationi hujus Sacramenti incumbunt. Hinc plura jura hanc aſſervationem imponunt, ut recenſet Gloſ. *in Can. tribus diſt.* 2. *de conſecrat. verb. reſerventur*, & Leo IX. inter munera Archipresbytero incumbentia illius cuſtodiam tribuit, in *c. officium de offic. Archipresbyteri*; & Innocentius III. in Concilio Generali talem aſſervationem diligenti cuſtodia fieri demandavit, *capit.* 1. *de Cuſtodia Euchariſt.* & conſonat *cap. ſanè de celebrat. Miſſar.* 3

4 Primis itaque Eccleſiæ temporibus, in quibus Fideles ad Sacram Communionem unà convenire nequibant, nec in publico loco Sacra Euchariſtia ſervari poterat, deficiente Eccleſiarum permiſſione ob Gentilium perſecutiones; ne ab ipſis, quod etiam proximis temporibus Acatholicorum perfidia renovatum fuit, irrideretur, & conculcaretur; permiſſum fuit antiquis Chriſtianis, quòd particulas Euchariſtiæ ad proprios lares deferrent, & privatim ibi aſſervarent, ut ſingulis diebus, prout moris tunc erat, ſe reficere poſſent; ut commemorant *D. Hieron. epiſt.* 50. Tertullian. *lib. de orat. ſub finem, & lib.* 2. *ad uxorem*, D. Cyprianus *in lib. de lapſis num.* 92. & *in lib. de ſpectaculis*; & innuitur in lectione, quæ legitur in Breviario die 13. Auguſti, quo hæc ſcribimus, pro S. Hippolyto Martyre, ibi: Hippolytus à S. Laurentio *baptizatus, domi ſuæ, dum Euchariſtiam ſumeret, comprehenſus*; & plura ad rem recenſent Baron. *anno* 57. *num.* 151. & *anno* 570. Gonzalez *cit. cap.* 1. *de cuſtodia Euchariſt. num.* 9. Cabaſſut. *in not. Eccleſ. ſæcul.* 1. *diſſert.* 9. Pax Jordan. *de re ſacra lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 5. Imò in *cap. plenè de decimis* mirabile narratur occurſum cuidam mulieri, quæ Sanctam Synaxim in Arca incluſam ſervabat, ibi: *Quod cum hoſtia quædam ſacrata in arcula cujuſdam mulieris parochianæ tuæ concluſa fuiſſet, virtute Domini faciente pars ferè media in Corpus Chriſti manifeſtè converſa eſt, itaut caro videretur.* Verùm cùm tepeſcente priſtina fidelium charitate, quandoque hoc Venerabile Sacramentum non minori reverentia acceptum, quàm conſervatum fuerit; ideò mos illam in privatis domibus aſſervandi per quinque ferè ſæcula 5 permiſſus, abrogatus fuit, & in Eccleſiis tantùm ſervari mandatum, ut ſpecialiter in Concilio Cæſarauguſtano II. *Can.* 3. ibi: *Si quis Euchariſtiæ gratiam acceptam in Eccleſia non conſumpſerit, anathema ſit*, quod Concilium ſub Hormiſda Papa ponit Baronius *cit. num.* 150. *in fine*, & alii ſub Damaſo Primo, ut apud Garziam Loaiſa *ad cit. Concilium lit. D. in fine*, cui Edicto cauſam dederunt Priſcillianiſtæ, qui ut laterent, convenientes ad Eccleſiam ſic accipiebant Euchariſtiam, ut eam non comederent, & conſonat *Can. Presbyter Euchariſtiam ſemper habeat paratam*, ubi Gloſ. *verb. Euchariſtiam diſt.* 2. *de conſecr.* & Concilium Toletanum I. *Can.* 14. & elicitur ex *cit. cap.* 1. *de cuſtodia Euchariſtiæ*, ubi ſtatutum fuit, ut 6 in cunctis Eccleſiis Euchariſtia ſub fideli cuſtodia clavibus

Digitized by Google

vibus adhibitis conſervetur, ne poſſit ad illam temeraria manus extendi ad aliqua horribilia, vel nefaria exercenda, prout plura colligunt citati, & reaſſumit Epiſcopus Battaglinus *in hiſtor. Concil. pagina* 166. Huncque aſſervationis morem generali demùm conſuetudine totius Eccleſiæ fuiſſe receptum, teſtatur Baron. *cit. anno num.* 151. Hinc in locis ſub dominio infidelium, vel hæreticorum, ne exponatur periculo irreverentiæ tantum Sacramentum, non retinetur nec quidem in Eccleſia, aut domi, in qua tantùm retineri ſolent Olea Sacra apud Parochos, ut retulit practicari in Diœceſi Tribinienſi ſub Turcarum ditione Epiſcopus Macharenſis, & Tribinienſis, in relatione facta occaſione viſitationis Sacrorum Liminum
7 *die* 11. *Septembris* 1706. Refertur tamen Sedem Apoſtolicam indulſiſſe quandoque Mariæ Schotorum Reginæ, ut Sacram Euchariſtiam penes ſe retinere poſſet, dum erat in carceribus, ut ſi ad martyrium raperetur, ut opinabatur, poſſet ſe Sacramento hujuſmodi præmunire, Card. de Lugo *de Sacram. diſq.* 19. *ſect.* 1. *nu.* 25. Vaſq. *in* 3. *par. diſp.* 119. *cap.* 1. *nu.* 218. Hurtad. *reſol. moral. tract.* 5. *c.* 6. *reſol.* 63. §. 2. *num.* 1438. de qua tamen diſpenſatione dubitat P. Averſa *de Sacram. qu.* 10. *ſect.* 3. *in fine verſ. non*
8 *enim*. Solet tamen Papa, dum proficiſcitur publicè extra Urbem, eam geſtari facere ante ſe, ut ſervatum fuit tempore ſ. m. Clementis VIII. dum ad Civitatem Ferrariæ acceſſit, aliiſque in caſibus.

9 Sed an quis retinens Euchariſtiam apud ſe, dicatur ſuſpectus de hæreſi, & puniri debeat à Tribunali S. Officii? Et diſtinguendum eſt, nam aut id fecit ex ſimplicitate, & mera devotione, atque aliunde bene ſentiat de tali Sacramento, is non erit ſuſpectus de hæreſi, & per conſequens illius cauſa non ſpectat ad S. Officium; proindè ſpontè comparens interrogatur an de Sacramento Euchariſtiæ credat, quod credunt Catholici; & ſi circa hoc nullum habeat errorem, dimittitur à Sacro Tribunali, ut reſolutum refert ſub die 25. Februarii 1659. Card. Albit. *de Inconſt. in fide cap.* 32. *num.* 136. & 137. Si verò retineatur Hoſtia conſecrata ea intentione, ne lædatur ab inimicis, vel ad lucrum reportandum in ludo, vel ad hujuſmodi illicitos fines, tunc procedit S. Officium, quia abuteretur hujuſmodi Sacramento; & fuiſſe condemnatos hujuſmodi reos prævia abjuratione de vehementi ad triremes, refert *cit.* Card. Albit. *num.* 138. Si autem finis non fuiſſet illicitus, tunc minuitur pœna; prout ei, qui contra morbum peſtis Hoſtiam conſecratam deferebat, fuerunt injunctæ pœnitentiæ ſalutares prævia gravi monitione, ut ex Decreto 21. Julii 1631. apud *cit.* Card. Albit. *num.* 139. In caſu tamen, quo non procedit S. Officium, certum eſt incurri excommunicationem contentam in *cit. Can.* 3. Concilii Cæſarauguſtani, ut tenet Piſtacius *de ſuperſtit. part.* 1. *cap.* 28. *num.* 5.

10 Hujuſmodi auguſtiſſimum Sacramentum collocari debet in Eccleſiis in loco ſeparato, mundo ſcilicet, ac obſignato ſub fideli cuſtodia, itaut ſi cuſtos incautè in eo aſſervando ſe geſſerit, tribus menſibus ab officio ſuſpendatur; & ſi per incuriam ejus aliquid nefandum inde contigerit, graviori pœna plectendus eſt, ut demandatur in *cap.* 1. *de cuſtodia Euchariſt.*
11 & *cap. ſanè de celebrat. Miſſar.* qui ſanè locus dicebatur Paſtophorium in fronte Sanctuarii collocatum à dextris alterius Arcæ, in qua Sacri Libri recondebantur, in eoque inſcriptum erat ſequens Diſtichon, quod refert Caballut. *cit. diſſert.* 10. *num.* 14.

Hic locus eſt veneranda penus quo conditur, & quo
Promitur alma ſacri pompa miniſterii.

Quemadmodùm in Paſtophorio, ſeu conditorio Sacrorum Librorum Diſtichon appoſitum legebatur:

Si quem ſancta tenet meditandi in lege voluntas,
Hic poterit reſidens ſacris intendere libris.

12 Deinde verò in Tabernaculo poſito in medio Altaris collocari mandatum fuit in Concilio Turonenſi *Can.* 3. & vetitum ne in imaginario loco poneretur; imaginarius quippè locus eò abrogatus fuit, cùm poneretur illis temporibus Sacra Synaxis in Columbis aureis, vel argenteis, vel arculis diverſa figura affabrè factis, funiculo ſerico in medio Altaris appenſis: qui mos benè converſus fuit in melius, quòd poneretur in cuſtodia omnibus venerabili, ſcilicet in Tabernaculo, Gonzal. *cit. num.* 5. Caballut. *cit. diſſert.* 10. *num.* 15. Sauſay *in Panop. Sacerd. lib.* 9. *c.* 4.

Tandem in hujuſmodi Tabernaculis, ſive Turricu- 13
lis firmè, tutèque clauſis, extrinſecè, & intrinſecè decenter ornatis, intus Pyxidem argenteam deauratam clauſa Euchariſtia hodie reponitur decentia, commoditate, & cuſtodia undique commendabili, non quidem juxta tanti Sacramenti exigentiam, ſed pro viribus humanis, Caballut. *cit. nu.* 15. itaut interdictum ſit in vaſculis eburneis, aliiſque aſſervari; imò Sacra
Olea, Sanctæque Reliquiæ propè Altare majus in 14
eodem Tabernaculo reponi conſueverunt, ſed hodie reponi ſolent propè Altare majus in alio loco, repoſita tantùm in Tabernaculo SS. Euchariſtia; & plura ad hujuſmodi cuſtodiam, afferunt Nicol. *in floſcul. ver. Euchariſtia*, Pax Jordan. *cit. tit. per tot.* Fuſcus *de viſit. lib.* 1. *cap.* 5. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 22. & *de offic. Parochi alleg.* 20. & adeſt præſcriptum à Rituali Romano in præfatione hujus Sacramenti.

Hujuſmodi verò Sacramentum Euchariſtiæ in quibus Eccleſiis retineri poſſit, occurrit dubitan-
dum. Et certum eſt, poſſe tantùm conſervari regu- 15
lariter, & abſque diſpenſatione Apoſtolica, in Eccleſiis Parochialibus, quia aſſervatio fit ad opus præcipuè morientium, ut in *Can. Presbyter Euchariſtiam ſemper habeat paratam, ut quando quis infirmatus fuerit, ſtatim eum communicet, ne ſine Communione moriatur, diſt.* 2. *de conſecr.* vel pro die Paraſceve; in quo Sacramentum non conficitur, *can. Sabbato diſt.* 2. Hinc quia Sanguis Chriſti non miniſtratur, non poteſt conſervari, ut notat Gloſ. *cit. Can. Presbyter ver. Euchariſtiam*, & proinde cùm reſervatio principaliter pro infirmis à Jure demandetur, & in reliquis denegetur, *Can. tribus gradibus diſt.* 2. ubi Gloſ. *ver. reſerventur;* ideò tantùm eſt permiſſa, ubi adſunt Parochiani; ſicque dicendum eſt poſſe aſſervari in Cathedralibus, quia dicuntur primæ Parochiæ Diœceſis; & in Parochiali quacunque, actu tamen, nam ſi habitu eſſet, cùm deficiat Populus, ceſſat ne-
ceſſitas conſervationis. Verùm in Cathedralibus col- 16
locari debet Sanctiſſimum extra Altare majus in alia Capella decente, idque propter functiones Pontificales, quæ neceſſariò ſunt faciendæ ab Epiſcopo retrorſum ad Altare majus, & ne neceſſariis genuflexionibus verſus Sanctiſſimum Epiſcopus magis defatigetur, & interrumpatur functio, ut ex iiſdem rationibus in Patriarchalibus Urbis ſervatur in Capella ſpeciali, & non in majori Altari, Pignatell. *conſult.* 31. *tom.* 4. *num.* 12. Pax Jordan. *cit. nu.* 5. & Sac. Congreg. Epiſcoporum in *Lucenſi* 10. *Februarii* 1579. *in Aquilana* 29. *Auguſti* 1594. & *in Caſertana* 28. *Novembris dicti anni* reſolvit, *Tabernaculum Sanctiſſimi Sacramenti in Cathedralibus non debet eſſe in Altari majori propter functiones Pontificales, quæ fiunt verſis renibus ad Altare; in Parochialibus verò, & Regularibus Eccleſiis, debet eſſe in Altari majori regulariter tanquam digniori*. Et noviſſimè in Congregatione particulari à Sanctiſſimo deputata in *Caſalen.* propoſito dubio LXXII. *An ſit removendum Tabernaculum, ubi aſſervatur Venerabile, ab Altare majori, & transferendum in aliquo Sacello pro fixa cuſtodia ejuſdem Venerabilis omni qua decet reverentia*. Sub die 16. Maii 1708. reſponſum fuit *Affirmativè per Epiſcopum cum conſenſu Capituli*, quæ reſolutio reperitur regiſtrata in Secretaria S. Congregationis Concilii unà cum aliis reſolutionibus hujuſmet Cauſæ, dum ego Secretarius Concilii deputatus fui Secretarius dictæ Congregationis habitæ unà cum Illuſtriſſimis, & Reverendiſſimis DD. Nuptio Archiepiſcopo Nicæno, & Secretario S. C. Epiſcoporum, & Regula-

Digitized by Google

Regularium, *Inghirami* Secretario S. C. Rituum, & Mareſuſco Secretario S. C. Immunitatis, coram Eminentiſſimo, & Reverendiſs. D. Cardinali Joſepho Vallemano.

17 Imò ex eadem ratione congruentius eſſet, ut idem pariter ſervetur in Eccleſiis Collegiatis ob Miſſas cantatas, quæ celebrantur in Altari majori; ſed practicatur, ut tempore illarum Sacramentum in alio Altari collocetur; quamvis re vera melius eſſet, ſi in proprio Sacello retineretur, ne hujuſmodi aſſidua translatione irreverentia committatur, cùm neque Miſſæ privatæ celebrari debeant in Altari, ubi manet Tabernaculum, ut ex Cæremoniali Epiſcoporum refert Gavant. *in Comment. ad rubr. Miſſ. Rom. par.* 1. *artic.* 20. *lit. V.*

In Eccleſiis Regularibus etiam permittitur aſſervatio hujus Sacramenti, quia verè in ipſis conſideratur
18 neceſſitas miniſtrandi illud Infirmis, Gloſſ. *in cap. permittimus ver. excommunicatis de ſent. excommunicat.* ſiquidem Eccleſiæ hujuſmodi cenſentur Parochiales reſpectu Regularium in Monaſterio degentium, Pelizar. *in manual. regul. tract.* 3. *cap.* 6. *num.* 1. & 2. & ſic vel ex ipſa fundatione id tributum cenſetur, vel ex generali permiſſione retinent omnes Conventus, cùm ſervatis ſervandis erigi debeant, ut pluribus adductis docet D. Anſald. *in annot. ad deciſ.* 68. *num.*
19 64. Ita etiam quoad Moniales viventes in Clauſura, ita tamen ut debeant retinere illud extra Clauſtra, & ſepta; nec etiam eſt permiſſum illud retinere in interiori parte Eccleſiæ versùs Chorum abſque ſpeciali Indulto Apoſtolico, Pax Jordan. *cit. tit.* 5. *num.* 5. *in fine*, & ita cum Clauſula: *dummodo exterius pateat aditus Miniſtro, nulloque alio Eccleſiæ loco Sacramentum aſſervetur*, fuit conceſſum à S. Congreg. Concilii in *Uliſſiponen. Junii* 1585. *lib.* 4. *Decretor.*
20 *pag.* 38. *à tergo*. Cenſuit tamen eadem S. Congreg. eſſe concedendum Indultum PP. Oratorii aſſervandi Sacram Synaxim in Capella intra Clauſtra pro quatuor anni temporibus, in quibus fiunt exercitia ab Ordinandis, ne diſtrahantur in Eccleſia publica, *in Mexicana* 15. *Maii* 1700. *lib.* 50. *Decretorum pag.* 243. *à tergo*. Cùm etenim in fundatione Monaſteriorum tam Virorum quàm Mulierum plura deſiderentur à Sede Apoſtolica; tunc reducto Monaſterio in eſſe proprio, conſequentur aſſumit omnes qualitates neceſſarias pro conſequentibus conceſſis, inter quæ eſt adminiſtratio Sacramentorum per ipſos Miniſtros, pro qua requiritur aſſervatio prædicta; ſecùs autem eſt in Collegiis propria auctoritate, vel ſolius
21 Ordinarii conſtitutis, ut ſunt Conſervatoria, quæ non approbantur à Sede Apoſtolica, in quibus jura Parochialia præſervantur Parocho, aliquibus permiſſis Capellano. Unde propoſitis dubiis infraſcriptis in S. Congreg. Concilii in *Salernitana Jurium Parochialium* 19. *Auguſti* 1702. ibi: *I. An omnia Jura Parochialia in Eccleſia, & in Oblatis, aliiſque mulieribus degentibus in Conſervatorio Sanctiſſimæ Conceptionis Capitis Pentæ ſint exercenda per proprium Parochum S. Mariæ, intra cujus limites degunt, ſive per illarum Capellanum. II. An eædem Oblatæ poſſint in earum Eccleſia aſſervare Sanctiſſimum Sacramentum, & Sacrum Oleum Infirmorum ſine licentia Sacr. Congregationis, & conſenſu Parochii. III. An in dicta Eccleſia valeat earum Capellanus pro ſuo arbitrio Sanctiſſima Euchariſtia Sacr mentum publicè adorandum exponere. IV. An prædictæ Oblatæ, & Mulieres morientes ſine electione ſepulturæ, ſint tumulandæ in Eccleſia Parochiali, & quatenus ſepulturam eligant in earum Eccleſia, debeantur Parocho emolumenta funerum. V. An dictus Capellanus intra annum poſſit celebrare Solemnitates, quæ ſpectant ad Parochum. VI. Ad quem ſpectet benedictio Candelarum in die Purificationis, Cinerum, & Palmarum. VII. An denunciationes pro prædictis Oblatis, aliiſque Mulieribus exeuntibus à dicto Conſervatorio ad effectum nubendi debeant publicari in ipſa Eccleſia Parochiali pro tempore habitationis. VIII. An per dictum Conſervatorium debeatur Decima Parocho*. Sacra Congregatio
reſpondit: *Citra approbationem Conſervatorii* (quæ 22
clauſula ſemper apponitur, dum aliqua quoad Conſervatoria determinat, cùm ea approbare neque tacitè, neque expreſsè voluerit.) *Ad I. Affirmativè. Ad II. Non poſſe ſine licentia S. Congregationis. Ad III. Negativè, niſi cum licentia Epiſcopi. Ad IV. Affirmativè quoad utramque patrem. Ad V. Exprimendas eſſe ſolemnitates p rticulares. Ad VI. Spectare ad Capellanum. Ad VII. & VIII. Affirmativè.* Idemque reſolutum fuit in *Neapolitana Conſervatorii* SS. Philippi, & Jacobi in Regione Nidi Conſulum Artis Sericæ ſub die 2. Julii 1707. in qua propoſito dubio per Summarium: *An liceret retinere SS. Euchariſtiæ Sacramentum in Eccleſia dicti Conſervatorii abſque Apoſtolica auctoritate?* Reſponſum fuit: *Non poſſe, & dentur Decreta in Salernitana*. Et repropoſita cauſa in folio ſub die 28. Julii 1708. reſcriptum fuit: *Citra approbationem Conſervatorii, in deciſis, & ſupplicent Sanctiſſimo*, nempè pro facultate Apoſtolica illud retinendi. Itidem non licet illud retinere 23
abſque Indulto Apoſtolico in Granciis Regularium; unde cùm recurſum habuiſſent ad S. Congr. Concilii PP. Oratorii pro Indulto illud retinendi in Oratorio ejus Granciæ, ſeu domus extra Civitatem exiſtentis, in qua ſolebant morari aliqui Patres, vel ob infirmitatem, vel recreationis cauſa, maxima difficultas in conceſſione orta fuit. Sed conſiderando, quòd locus principaliter deſtinatus erat pro Infirmis, & concurrebat votum Nuncii Apoſtolici favorabile, ut poſſet concedi tempore, quo adeſſent infirmi: Sacra Congregat. reſcripſit juxta votum arbitrio ejuſdem Nuncii, limitando tamen tempus ad ſeptennium, ſalvis juribus Parochialibus, in *Uliſſiponen.* 3. *Septembris* 1707.

In Eccleſiis autem Collegiatis ſæcularibus Eucha- 24
riſtiam aſſervari poſſe dicendum eſſet, eo præſertim quia eam aſſervari oportet pro perſonis ipſius Collegii; & cùm Collegiatæ erigantur Auctoritate Apoſtolica, cenſeri poteſt habere ea, quæ habent Eccleſiæ Regulares ratione Collegii, ut dixi ſupra ad *Conſtit.* 7. *Innoc. IV.* Sed contrarium eſt reſolvendum, quia aſſervatio hujus Sacramenti permittitur ratione Infirmorum, cui miniſtrari debet, licèt conſequenter inducatur adminiſtratio in Eccleſia pro quocunque Fideli, & pro adoratione. Hinc in Collegiata, quæ non ſit actu Parochialis, cùm ceſſet prima ratio, nequit retineri abſque Indulto Apoſtolico, cùm ſpectet ad ſolum Summum Pontificem, illud pro dictis aliis cauſis permittere. Nec obſtat, quòd in Eccleſiis Regularibus permittatur, quia id eſt ad uſum Infirmorum principaliter permiſſum, & Eccleſia Collegiata Sæcularis in certis convenit cum Regulari, non autem in omnibus. Hinc Sacra Congregatio Concilii reſpondit, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum non poſſe aſſervari in Eccleſia Collegiata abſque privilegio, ſeu legitima facultate Sedis Apoſtolicæ, in *N.* 7. *Septembris* 1652. *lib.* 19. *Decr. fol.* 207. & refert etiam Pignatell. *conſult.* 339. *tom.* 1. Nec obſtat reſolutio Sacræ Congregationis Rituum in *Tuſcanen. Præminentiarum* 19. *Auguſti* 1619. *ad* 4. ubi debere Collegiatam conſervare Sanctiſſimum Sacramentum, quam refert Pignatell. *tom.* 4. *conſult.* 29. *nu.* 10. quia procedit pro ſervitio ſuæ Parochiæ, quam habebat Collegiata, ut ibi explicatur.

Porrò in Eccleſiis Parochialibus non ſolùm poteſt, 25
ſed ad occurrendum Fidelium neceſſitatibus omninò ſervandum eſt Euchariſtiæ Sacramentum. Unde eſt, ut Sacra Congregatio Rituum in præfata *Tuſcanen.* non dixerit poſſe, ſed debere conſervari Sanctiſſimum Sacramentum pro ſervitio ſuæ Parochiæ, neque teneri Cathedralem illud ſubminiſtrare: Etenim quia dicta Cathedralis fuerat priùs Parochialis, & cathedralitas fuiſſet ſuppreſſa, & erecta alia, prætendebat Collegiata, fuiſſe exemptam à retentione Sacramenti, itaut teneretur Cathedralis ſubminiſtrare Infirmis etiam ob prætenſam conſuetudinem; tamen

his non

Digitized by Google

his non obſtantibus optimè fuit reſolutum ut ſupra,
quia cùm à Collegiata non fuerit Cura Parochiano-
rum ſublata, remanſit Parochialis actu, & ſic cum
onere ſubminiſtrandi Sacramentum Euchariſtiæ, il-
ludque aſſervandi non obſtante quacunque conſuetu-
dine contraria, cùm ſit contra naturam ipſius Paro-
chiæ habentis in ſe tale onus, etiamſi paupertate la-
26 boret, quo caſu ad ſubminiſtrandum neceſſaria pro
decenti aſſervatione, in ſubſidium cogi debent ipſi
Parochiani, *cap. ſane de celebrat. miſſarum*, *Concil.
Trid. ſeſſ.* 13. *de Sacram. Euchariſt. cap.* 6. ubi Bar-
boſa *num.* 2. & 3. & *in ſumm. Apoſtolic. deciſ. collect.*
335. *num.* 5. Nicol. *in floſcul. cit. numero* 22. Beller.
diſquiſ. Cleric. de Cleric. debitore §. 14. *nu.* 5. Sperell.
dec. 68. *num.* 16. vel cùm redditus Parochiales non
ſufficiant, neque Populus pares vires habeat, poteſt
Epiſcopus uti facultate transferendi Parochias ad Ma-
tricem, vel aliam Eccleſiam, ex decreto *cap.* 7. *ſeſſ.*
27 21. *de reformat.* Verùm antequam hoc medio utatur,
expediens duxit S. Congreg. Concilii in *Spoletana*
12. *Auguſti* 1604. *lib.* 10. *pag.* 91. quòd *Euchariſtiæ
Sacramentum quando in omnibus Parochialibus Mon-
tanæ Regionis aſſervari pro tenuitate redditunm ne-
quit, Epiſcopus decernere debet, ut in ſingulas, ter-
nas, quaternaſque vicinas Parochiales id onus diſtri-
buatur, ut in una ex eis habeatur Auguſtiſſimum Sa-
cramentum, & ad impenſam lampadis, & hujuſmodi
cætera vicinæ contribuant, illoque, ubi ſe caſus obtule-
rit, perinde uti Rectores poſſint, ac ſi in propria Pa-
rochiali illud aſſervaretur.* Et in *Amerina translatio-
nis Parochialium* 17. *Auguſti* 1697. cùm Epiſcopus
ob tenuitatem reddituum aliquas Eccleſias Parochia-
les ſuppreſſerit, ac tranſtulerit Parochialitatem in
alias, fuerunt propoſita infraſcripta dubia: *Primo:
An translatio Eccleſiarum Parochialium facta ſuſti-
neatur; & quatenus negativè. II. An in iiſdem Ec-
cleſiis Parochialibus ſit aſſervandum Sanctiſſimum Eu-
chariſtiæ Sacramentum*, Reſpondit ad primum, *Ne-
gative*. Ad ſecundum, *Ad mentem*, quæ fuit, quòd
Epiſcopus proponeret media neceſſaria, & interim
ſervaretur ſolitum, quod erat, ut reciperetur Sacra-
mentum pro Infirmis à Cathedrali, vel aliis Eccleſiis
retinentibus, *lib.* 47. *Decr. pag.* 375. *à tergo*.
28 Hujuſmodi tamen onus minimè habent Eccleſiæ
filiales, ſi non adſit conſuetudo illud retinendi, &
alioqui retineri ſolitum ſit in Matrice, ut deciſum
fuit per Sac. Cong. Concilii in *Cathacen. Parochiali-
tatis*; poſtquàm enim Sac. Congr. in hac cauſa reſ-
cripſerat, ut per modum proviſionis aſſervaretur Ve-
nerabile in Eccleſia filiali, tamen conſiderata vicini-
tate Cathedralis, propoſito deinde dubio, *die* 2.
Octobris 1706. *libr.* 56. *pag.* 333. reſcriptum fuit:
*Prævio receſſu à dicto decreto proviſionali, Sanctiſ-
ſimum aſſervetur in Eccleſia Cathedrali, donec ali-
ter à Sac. Congreg. provideatur*. Certum tamen Sa-
cra Cong. habuit, quòd ſi valeret conſervari in Ec-
cleſiis filialibus, ut non erat in dicto caſu propter
humiditatem, & paupertatem, deberet id fieri, cùm
magis conſulatur animarum ſaluti, ob quam *Conci-
lium loc. cit.* tàm amplam facultatem dedit Epiſcopis.
Unde juxta varias circumſtantias facti, reſolutio eſt
capienda.
29 In cæteris igitur Eccleſiis non Parochialibus nullo
modo licitum eſt Sanctiſſimum aſſervare, niſi cum
licentia Sedis Apoſtolicæ, cùm Ordinario non ſit
permiſſum contra Canones ire, ut ex *citat. can. tri-
bus* §. *tanta diſt.* 2. aliiſque juribus docent citati Do-
ctores, & Barboſa *in cap. ſane num.* 3. *de celebratio-
ne Miſſarum*, & *ad Concil. Trid. ſeſſ.* 23. *de reform.
cap.* 6. *num.* 3. & *de poteſt. Epiſcopi allegat.* 22. *num.*
8. Riccius *in collect. deciſ. part.* 4. *collect.* 1216. & *in
praxi rer. Eccleſ. poſt reſolut.* 495. Marcus Antonius
Genuenſis *in prax. Cur. Archiep. Neap. cap.* 110.
impreſſ. Venet. & *cap.* 92. *in alibi impreſſ.* Pignatell.
conſult. 86. *num.* 16. *tom.* 9. Ventriglia *in praxi tom.*
30 2. *annot.* 21. §. *unico per tot.* & pluries reſolvit Sacr.
Congregatio, etiam quòd Parochi nequeant retinere
Sanctiſſimum in Eccleſiis ruralibus, ad quas acce-
dunt ad celebrandum diebus feſtis, ut in *Tarraconen.*
27. *Junii* 1697. & non poſſe retineri in Capellis, &
aliis Eccleſiis intra fines Parochiæ, ut in *N. ſeu No-
nantulana* 16. *Jan.* & 17. *Februarii* 1685. *ad* 5. &
in Acheruntina, ſeu Materanen. 3. *Maii* 1668. & *in
Bononien.* 5. *Martii* 1689. & in terminis Eccleſiæ
Confraternitatis in *Juſtinopolitana* 27. *Maii* 1634. *ad
primum lib.* 15. *decr. pag.* 66. necnon quoad Hoſpi-
talia requiri dictam diſpenſationem Apoſtolicam, di-
xit de Luca ad Ventrigl. *cit. annot.* 21. *num.* 4. Hinc
nulla eſt licentia conceſſa ab Ordinario, ut reproba-
to quodam abuſu in Civitate Neapolis vigente, ad
inſtantiam Genuenſis illius Curiæ Archiepiſcopalis
tam benemeriti, anno 1609. in Sacra Congreg. Con-
cilii propoſita fuerunt infraſcripta dubia. *I. An Epiſ-* 31
*copus poſſit concedere Eccleſiæ non Parochiali, ut in
ea retineatur Sanctiſſimum Sacramentum Euchariſtiæ
ſolùm pro adoratione, vel requiratur auctoritas Papæ.
II. Præſuppoſito, quòd Epiſcopus conceſſerit licentiam
hujuſmodi, an Epiſcopus Succeſſor dictam licentiam
revocare poſſit*. Reſpondit. *Ad I. Hujuſmodi licen-
tiam fuiſſe nullam, ac propterea ei non eſſe deferen-
dum, nec eſſe neceſſariam revocationem*, ut refert *Ge-
nuenſ. cit. loco*, quam reſolutionem ſequuta fuit ea-
dem S. Congreg. *in cit. Neapolitana Conſervatorii* 2.
Julii 1707. & 28. *Julii* 1708. in qua Cauſa producta
fuit licentia Vicarii Generalis.
Sed nunquid ſi concurrat conſuetudo illud aſſer- 32
vandi in alia Eccleſia non Parochiali, poſſit conti-
nuari, etſi non conſtet de Indulto Apoſtolico? Et
certè ſi conſtet ab initio fuiſſe aſſervatum ex ſola li-
centia Ordinarii, & ei innitatur poſſeſſio; tunc cùm
hæc proveniat à radice, & titulo infecto, poſſeſſio
ipſa remanet non canonizabilis, ut fuit reſolutum in
cit. Neapolitana apud Genuenſem, & *in eadem Nea-
politana Conſervatorii*, in quo caſu adducebatur poſ-
ſeſſio ultra ſæculum; & tamen cùm fuerit producta
licentia Vicarii, & decretum Cardinalis Archiepiſco-
pi ſucceſſivum, ut non moleſtaretur Conſervatorium
pro aſſervatione Sanctiſſimi, & aliquæ Viſitationes
cum enunciativa dictæ aſſervationis; tamen non fuit
canonizata talis poſſeſſio, quia canonizaretur quo-
que titulus, nempe licentia Vicarii, ſuper qua ea in-
nititur, & poſſeſſio non aliàs ſuffragaretur, niſi quia
præſumere faceret licentiam Sedis Apoſtolicæ, quæ
præſumptio ceſſat, dum conſtat de licentia Ordina-
rii, ut apud Card. de Luca *de regalib. diſc.* 47. *num.*
3. §. *verum*, Adden. *ad deciſ.* 14. *part.* 3. *recent. nu.*
52. *deciſ.* 10. *num.* 14. & 16. cor. Zarata, & paſſim
alibi. Si verò titulus infectus productus non fuerit,
tunc poſſet dici, quòd concurrente tempore quadra- 33
genario valeat induci jus aſſervandi, cùm præſuma-
tur titulus Apoſtolicus; quæ quadragenaria ſuffraga-
tur etiam contra aſſiſtentiam juris, quando jus vehe-
menter non reſiſtit alteri, & non concurrat exorbi-
tantia juris, Vitalin. *in Clem. ſtatutum* §. *Cæterum
num.* 30. *de elect.* Felin. *in cap. ſi diligenti de præſ-
cript. numero* 9. Fagnan. *in cap. cum Eccleſia Sutrina
num.* 33. *de cauſ. poſſeſſ.* & *propriet.* Lotter. *de re be-
nef. lib.* 2. *quæſt.* 21. *num.* 47. & *ſeq.* & plenè Rota
deciſ. 731. *num.* 9. & *ſeq.* & *deciſ.* 764. *num.* 9. &
ſeq. coram Emerix Jun. & videtur favere reſolutio Sa-
cræ Congregationis Concilii in *Juſtinopolitana* 27.
Maii 1634. *ad primum lib.* 15. *decr. pag.* 66. *Non
eſſe* ſcilicet *tolerandum, quòd Sacramentum Euchari-
ſtiæ in Eccleſia Confraternitatis N. aſſervetur, niſi ea
ſit Parochialis, vel ex Indulto Apoſtolico hoc ſpeciali-
ter conceſſum reperiatur: quòd ſi de hujuſmodi Indulto
non conſtet, & nihilominus per* 40. *annos ita obſerva-
ri conſueverit, eundem Epiſcopum ſuper tali obſervan-
tia Sacram Congreg. edocere debere*: Tamen dico, 34
requiri immemorabilem, vel centenariam, quarum
vis ſolet æquiparari, licèt pinguior prima ſit, ſed
difficiliùs ſecunda probetur, cùm pro centenaria re-
quiratur præciſa probatio temporis ultra centum an-
nos, quæ per teſtes nequit fieri, & proinde requi-
runtur

Digitized by Google

runtur ſcripturæ, aliaque, ut latè ad rem docet Card. de Luca *diſc.* 21. *de Judic. à num.* 43. ubi concordantes, alibique nos dicemus. Vel etiam ſufficeret
35 ret tempus 40. annorum unà cum titulo putativo inducente bonam fidem, quo caſu ſolet, & poteſt admitti eo modo, quo diximus ſupra *tom.* 2. *ad Conſt.* 6. *Alex. III. ſect.* 1. *nu.* 67. & dixit Rota *cit. deciſ.* 731. *&* 764. coram Emerix Jun. Cùm etenim videatur in hac materia conſiderari non ſolùm aliquid contra jus præſcribens, ut in Eccleſiis non retineatur Sacramentum Euchariſtiæ, ſed etiam juris reſiſtentia, quia ſola permiſſio juris eſt in Eccleſiis Parochialibus ratione Populi; ideò videtur non poſſe habere locum præſcriptionem ordinariam 40. annorum, juxta diſtinctionem, ut ſupra factam. Sed rursùs conſideratur, quòd cùm requiratur expreſsè diſpenſatio Apoſtolica, non videtur talis titulus præſumi, niſi per lapſum 100. annorum, vel dictis modis, quorum vigore allegari poteſt quicumque titulus de mundo melior, Cardin. de Luca *de Benef. diſc.* 32. *num.* 2. *&* 4. *& diſc.* 49. *num.* 14. *& de emphiteuſ. diſc.* 60. *num.* 3. *& de Feudis diſc.* 3. Menoch. *conſil.* 1023. Rota *deciſ.* 593. *num.* 28. coram Merlino, & paſſim alibi; eoque magis, quia cùm hujuſmodi uſus ſoleat evenire ex licentiis abuſivè datis ab Ordinario, ideò non videtur æquum, quòd ſine patientia, & ſcientia Papæ, ex ſola conniventia Ordinariorum ſibi blandientium, poſſit hujuſmodi jus præſcribi minori tempore, præſertim quia ageretur de præſcribendo Eccleſiæ Romanæ præjudiciale, quo caſu requiritur centenaria, Card. de Luca *diſc.* 34. *de penſion. num.* 12. & alibi dixi, & adeſt *Conſtit.* 157. *Urbani VIII.* de præjudicialibus Eccleſiæ. Verum tamen eſt, quòd ſi producatur titulus infectus, licentia nempe Ordinarii, & poſſeſſio innitatur tali titulo, tunc nulla poſſeſſio ſuffragetur, ut dixi; ſecùs ſi producatur modo permiſſibili, ſeu compatibili, ut non adverientur, ſed ad invicem famulentur, *cap. adductis de præſcript. cap. cum perſonæ*, ubi Gloſſa *ver. monitos de privil. in* 6. Lanar. *conſ.* 94. *num.* 1. *&* 2. & latè ad materiam agit cit. Card. de Luca *diſc.* 21. *numer.* 49. Rota *in Toletana decimarum* 16. *Martii* 1648. §. *exhibitio verò privilegiorum*, *coram Celſo*, quæ eſt *dec.* 32. ubi quòd privilegia intelligi poſſunt exhibita ad majorem cautelam, & *deciſ.* 528. *num.* 7. coram Bichio, ubi quòd tunc præjudicat, quando titulus per viam novi juris procedit, & latiùs in *Toletana decimarum de Capillo quoad Parochos* 23. *Martii* 1699. *num.* 14. ubi quòd ex allegatione unius tituli præciſivè à peculiari reſtrictione non excludatur poſſibilitas, & exiſtentia alterius tituli melioris ſubincluſi in ipſa immemorabili, ubi loquitur de decimis apud Laicos, in qua re vehementer jus reſiſtit, coram R. P.
36 D. Anſaldo, quæ eſt *deciſ.* 78. inter impreſſas ejuſdem Auctoris cum notis, quique ſumma fori utilitate, nedum in judicando adeò eximiè præſidet in tanto Tribunali, ſed ſpeciali Reipublicæ literariæ beneficio, ſui ingenii fructus uti arbor fœcunda parere non deſinit.

37 In hujuſmodi licentiis concedendis ſolet Sacra Congregatio Concilii, ad quam hujuſmodi ſupplices libelli à Summo Pontifice remittuntur, cautè procedere, ut in Oratoriis privatis nunquam eas concedat, prout nec in Capellis præſertim ruralibus, nedum ob metum facilis irreverentiæ, verùm etiam quia tantum Sacramentum dedecet in loco minùs ſolemniori retineri, quamvis dum adeſt concurſus Populi, & præſertim ſi diſtet à Parochiali, & alia con-
38 currant neceſſaria pro manutentione, ſoleat annuere; & aliquoties reſcribit, ut ſit in facultate Ordinarii tale indultum non exequi ſucceſſivis temporibus, ne eo abutantur, ſicuti in *Neapolitana* 31. *Junii* 1706. fuit remiſſum arbitrio Ordinarii pro tempore, & in *Tiburtina* 27. *Maii* 1702. demandavit, ut priùs erigatur aliqua Capellania reſidentialis pro cuſtodia, & cura Sanctiſſimi Sacramenti, & poſtea
39 ſupplicetur pro indulto. Solet quoque quando agitur de Eccleſia, in qua adſit aliqua Confraternitas, ſive Collegium Eccleſiaſticorum, aut laicorum, reſcribere cum clauſula ſine præjudicio Jurium Parochialium, & de conſenſu Epiſcopi, ut notat Nicol. *in floſc. verbo Euchariſtia num.* 22. §. *non autem in Eccleſiis*, & fuit dictum in *cit. Neapolitana* 31. *Junii* 1706. *& in citata Ulyſſiponen.* 6. *Septembris* 1707. non autem ut requiratur licentia Parochii, quam excluſit Sacra Congregatio in *cit. Salernitan. Ad pri-* 40
mum. Nam licèt dictum in dubio fuerit, an requiratur licentia Sac. Congreg. & Parochi. Reſpondit requiri licentiam illius. Sed quia cum aſſervatione Sanctiſſimi facilè uſurpari poteſt jus adminiſtrandi Sacramenta Collegialibus, ideò præſervari ſolet tale jus Parochialibus.

Claves demum Tabernaculi hujus Auguſtiſſimi Sa- 41
cramenti ſolus Parochus privativè quoad alios retinere debet, non obſtante contrario ſtatuto, vel conſuetudine, cùm ſit de juribus Parochialibus; quod intellige in Eccleſia Parochiali, nam in cæteris retinetur à Capellanis, ſeu Rectoribus, nunquam autem à Monialibus, & Laicis, Pax Jordan. *citato loco*, *& Doctores in cap.* 1. *de cuſtodia Euchariſtiæ*, & reſolvit Sacra Congregatio Concilii in *Aſculana* 25. *Junii* 1689. in qua propoſito dubio: *An clavis Tabernaculi ſtare debeat penes Archipresbyterum, aut penes Capellanos Confratres*. Reſpondit: *Penes Archipreſbyterum privativè, lib.* 39. *Decret. pag.* 218. *& in Neapolitana* 14. *Novembris* 1693. propoſitis dubiis. *II. An claves Sacri Tabernaculi retinendæ ſint à ſolo Parocho privativè ad Sacriſtam à Confraternitate deputatum, an verò liceat Sacriſtæ aliam clavem retinere, ut præſcribitur in* 7. *ſtatuto. III. An ſolus Parochus debeat eſſe Cuſtos, & Curator Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramenti privativè quoad Confraternitatem, an verò liceat Confratribus curam, & œconomiam ejuſdem aſſumere uti in primo ſtatuto*. Sacra Congregatio reſpondit: *Ad utrumque juxta votum Eminentiſſimi Caſanatæ Relatoris*, quod fuit affirmativè pro Parocho, *lib.* 43. *Decretor. pag.* 548.

Quòd autem Laicis nunquam ſit permiſſum reti- 42
nere claves Tabernaculi, tenet Gloſſ. *in can. final.* 24. *quæſt.* 1. etiam ſi ſint Patroni, cùm nullo jure uti valeant in Eccleſia, niſi præſentandi, & aliis conceſſis per Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *cap.* 3. *in fine de reform.* quod procedit etiam in Feria quinta 43
Cœnæ Domini, cùm aſſervatur Sanctiſſimum in Sepulcro, Pignatell. *tom.* 6. *conſult.* 87. ubi plures Sacræ Congregationis Rituum reſolutiones refert, nempe in *Civitaten.* 22. *Decembris* 1631. ibi: *Sacra Rituum Congregatio reſpondit Epiſcopo Civitatenſi, Sanctiſſimum Sacramentum Feria quinta in Cœna Domini ſub unica tantùm clave aſſervari debere retinendâ per Sacerdotem in craſtinum celebraturo, & nullo modo apud perſonas laicas, & ſæculares cujuſcumque ſtatus, gradus, vel conditionis exiſtant, non obſtante quacumque contraria conſuetudine, quam abuſum eſſe declaravit. Item præfatum Decretum afficere omnes Eccleſias tam Sæculares, quàm Regulares, quomvis modò à juriſdictione Ordinarii exemptas, & ita omninò ſervari*; & in *Pacen.* 30. *Januarii* 1610. cenſuit, nequaquam Gubernatori Civitatis dictam clavem eſſe conſignandam, ſed potiùs illi Dignitati, vel Canonico Feria ſexta in Paraſceve celebraturo; & in *Calaguritana* 13. *Septembris* 1642. inhærendo Decretis antiquis idem declaravit, nec Laicis, etiam illuſtribus eſſe conſignandam. Cæterum quatenus adeſ- 44
ſet generalis, ac immemorabilis conſuetudo in aliqua Provincia, tolerandam eſſe cenſet Pignatell. *loc. cit. num.* 9. *&* 10. ubi id notat etiam ſervari in Eccleſia S. Jacobi Hiſpanorum in Urbe, & ferè etiam in Hiſpania, & in Regno Siciliæ, ac etiam in Regno Neapolitano hoc vidi pluries ſervari, & Ego detuli; quod tamen intelligi debet, ſi agatur de honeſta, & gravi perſona, nec talis conſuetudo, niſi ſuaviter eſſet tollenda, prout eam abrogare ſatis eſſet congruum.

CON-

Digitized by Google

CONSTITUTIO II.

URBANI IV.
incipiens (*Licèt*.)

EPITOME BULLÆ.

URBANUS FRATRIBUS ORDINIS Prædicatorum Inquiſitoribus in Lombardia, & Marchia Januenſi.

INquiſitoribus facultatem concedit procedendi contra hæreticos, eorumque fautores, non obſtante commiſſione ſpeciali facta Epiſcopis, & è converſo: Ad abjurationem admittendi pœnitentes, eoſque abſolvendi; quòdque neminem abſque Diœceſanorum conſilio damnent: In teſtium examine duas perſonas Religioſas adhibeant, & teſtium nomina, ſi oporteat, non publicent: Aſſumendi Notarios, etiam Religioſos: Citationes, examinationes teſtium, & ſententiarum denunciationes committendi: Petitos in ſententiis ferendis advocandi: Clerum, & Populum convocandi: Simpliciter, & de plano procedendi: Contra abſentes, qui in eorum Provincia deliquerunt inquirendi: Omnes leges contra hæreticos latas obſervare faciendi: Prædicatores quæſtuarios compeſcendi, ac brachium ſæculare invocandi.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Pontifices olim conſueverant iterum edere Conſtitutiones à ſuis Prædeceſſoribus contra hæreticos emanatas.*

2 *De pluribus in hac Conſtitutione contentis, alibi examinatis. Remiſſivè.*

3 *Inquiſitores in examine Teſtium, ultra Notarium adhibere debent duas perſonas Religioſas, & diſcretas.*

4 *Perſonæ Religioſæ in examine Teſtium adhibendæ, an debeant eſſe Regulares, ſive potius ſufficiant Sæculares religioſi, & diſcreti.*

5 *Satis eſt has duas perſonas adhiberi in fine depoſitionis Teſtium, & quomodo.*

6 *Adhibere duas perſonas in examine Teſtium eſt de præcepto.*

7 *Id tamen hodie ex tolerantia non eſt in uſu, quamvis ſervetur in Inquiſitione Hiſpaniæ.*

8 *In examine Teſtium, quod fit ab Epiſcopo in cauſis hæreſis, adhibendæ etiam ſunt duæ perſonæ Religioſæ.*

9 *Epiſcopus in cauſis hæreſis ſervare debet formam procedendi præſcriptam Inquiſitoribus.*

10 *Teſtium nomina publicanda non ſunt ab Inquiſitoribus, ſi inde aliquod periculum immineat.*

11 *Depoſitiones Teſtium de jure ſunt nullæ, niſi Reo citato ad eos audiendos.*

12 *Id tamen non procedit in crimine hæreſis, & qua ratione.*

Et ſecundùm aliquos nec procedit in crimine læſæ Majeſtatis humanæ. Ibidem.

13 *Inquiſitores nomina Teſtium publicare debent aliquibus perſonis honeſtis, & Religioſis; & an hodie id ſervetur.*

14 *Inquiſitores requirere debent reos, ut eis nominent illos, quos habent ſuſpectos, & cauſam ſuſpicionis exprimant.*

15 *Debent Inquiſitores ex officio ſe informare de conditione, & qualitate Teſtium.*

16 *Nomina Teſtium hodie publicari ab Inquiſitoribus non debent, quamvis nullum inde periculum immineat.*

17 *Inquiſitores non ſolùm nomina Teſtium, ſed etiam circumſtantias, ex quibus in Teſtium notitiam perveniri poſſet, ſupprimere debent.*

COmprobatur ex hac Conſtitutione edita Viterbii 1 13. Kalendas Aprilis anni 1262. antiquus mos Summorum Pontificum, de quo dixi ad *Conſtit.* 16. *Alexand. IV. nu.* 11. ut ſcilicet conſueverint Conſtitutiones à ſuis prædeceſſoribus contra hæreticos aliàs emanatas, iterum ſuo nomine edere; omnia enim hìc contenta, habentur diſpoſita in præcedentibus Conſtitutionibus Innocentii IV. & Alexandri IV. & idcircò plurima ex his nos ſupra opportunè expoſuimus. Siquidem de contentis in §. 1. *uſq. ad* 5. quoad 2 facultatem Inquiſitorum procedendi ſimul, vel ſeorſim ab Epiſcopis, & de hæreticorum condemnatione, vel abſolutione, dixi ad *Conſtit.* 16. & 18. *Innoc. IV. & ad Conſtit.* 9. *Alex. IV.* de contentis in §. 7. & 8. quoad Inquiſitionis Notarios dixi ad *Conſtit.* 22. *Alex. IV.* de contentis in §. 10. quoad facultatem Inquiſitorum committendi citationes, examinationes teſtium, & denunciationes ſententiarum, dixi ad *cit. Conſt.* 16. *Innoc. IV.* de contentis in §. 11. quoad facultatem procedendi contra abſentes, dixi ad *Conſtit.* 18. *Alex. IV.* de contentis in §. 12. & 13. quoad indulgentias, quas ipſi Inquiſitores, eorumque Socii, & Miniſtri, aliique, qui eorum concionibus interſunt, lucrantur, dixi ad *Conſtit.* 16. *ejuſdem*; de contentis in §. 14. quoad facultatem compeſcendi prædicatores quæſtuarios, dixi ad *Conſtit.* 16. *Innoc. IV. ſect. unic.* & tandem de iis, quæ in §. 15. & finali ſtatuuntur quoad impedientes, aut non faventes Inquiſitoribus, dixi ad *Conſtit.* 10. 15. & 17. *Alex. IV.* Idcircò, quæ conſultò alibi exciderunt, hìc examinanda ſunt.

Et quidem primò de iis, quæ §. 6. diſponuntur, 3 ut ſcilicet Inquiſitores in examinatione teſtium, ultra Notarium, adhibeant duas religioſas, & diſcretas perſonas, ibi: *Verum quia in tam gravi crimine cum multa oportet cautela procedi, ut in Reos ſine ullo proferatur errore dura ac digna ſeveritas ultionis, volumus, & mandamus, ut vos, vel illi, quos ad hoc duxeritis deputandos, in examinatione teſtium, quos recipi ſuper crimine prædicto, ipſumque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas religioſas, & diſcretas perſonas, in quarum præſentia, per publicam, ſi commode poteſt haberi, perſonam, aut per duos viros idoneos, fideliter eorumdem depoſitiones teſtium conſcribantur.* Concordat iiſdem verbis Textus in *cap. ut Officium de hæret. in* 6. Atque ad hoc non omninò impropriè expendi poteſt Textus in *l. quæro* §. *Servum*, ibi: *Præſentibus honeſtis viris interrogatus, ff. de ædilitio edicto*: qua autem ratione id ſtatutum fuerit, dicam mox infra *num.* 13.

Hinc autem duo dubia emerſerunt: Primum an nomine Virorum Religioſorum, de quibus hìc fit mentio, veniant ſolummodo perſonæ Regulares, an verò etiam Clerici, & Laici. Secundum, an adhibere in examine teſtium duos viros religioſos ultra Notarium ſit de præcepto, ſive potiùs de conſilio. Et 4 quoad primum, probabile eſt, Pontificem per viros religioſos voluiſſe importare tantùm Regulares, ut cenſuit Franc. *in cit. cap. ut officium*, Eymeric. *in direct. par.* 3. *quæſt.* 63. *num.* 2. tum quia antiquitùs, quæ ad Inquiſitionem pertinebant, regulariter committebantur Regularibus; tum ulteriùs, quia in hac eadem Conſtitutione §. 8. nomine Religioſorum Pontifex intelligit ſtrictè Regulares. Verùm quòd ſub nomine Religioſorum hìc veniant non ſolùm Regulares, ſed etiam Clerici ſæculares, voluerunt Jo: Andr. & Archid. *in cit. cap. ut officium nu.* 14. Simanch. *de*

Digitized by Google

Cathol. inſtit. tit. 64. *n.* 8. imò etiam poſſe Inquiſito-
res adhibere perſonas laicas, diſcretas alioqui, & re-
ligioſas, cenſuit Pegna *cit. part.* 3. *direct. comm.* 112.
verſ. & quamquam, quem ſequitur Del Bene *de Of-
fic. Inquiſit. part.* 2. *dubit.* 198. *ſect.* 11. *num.* 6. Dia-
na *tom.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 12. Scaccia *de judic. lib.* 1.
cap. 87. *num.* 16. quod etiam ſentire viſus eſt idem
5 Eymeric. *cit. part.* 3. *in princip. num.* 84. ubi ſubdit,
quòd ſi Inquiſitor non poſſit commodè habere in to-
to examine duos viros religioſos, & diſcretos, ſatis
ſit, ſi illos adhibeat in fine depoſitionis; dummodò
tunc per Notarium legatur depoſitio coram Inquiſi-
tore, & ipſis duobus viris, & interrogetur teſtis, ſi-
ve reus delatus, an in eadem depoſitione perſeveret.
6 Quo verò ad alterum dubium, an ſcilicet adhibere
duos viros in examine teſtium ſit de præcepto, vel
conſilio? Certum videtur, eſſe de præcepto, attentis
verbis tum hujus Conſtitutionis, tum *citat. cap. ut
officium*, ibi: *Volumus, & mandamus, ut adhibeatis
duas Religioſas, & diſcretas perſonas:* Unde qui di-
xerunt id eſſe tantùm de conſilio, certè ad Textum
non advertere, inter quos eſt Pegna *cit. comment.*
112. *verſ. tametſi*, Del Bene *cit. dubit.* 198. *num.* 6.
7 & licèt hodie id non ſit in uſu, adeout examen fiat
coram ſolo Inquiſitore, Notario, & Advocato Fiſca-
li, uti iidem aſſerunt, & tradit Paſſerin. *ad cit. cap.
ut officium num.* 85. Scaccia *cit. num.* 16. Diana *cit.
reſol.* 12. Carena *de Offic. Inquiſit. part.* 3. *tit.* 7. §. 1.
num. 14. non idcircò tamen dicendum eſt, quòd ab
initio non fuerit de præcepto, ſed ſolummodò quòd
ita fieri toleret Suprema Inquiſitio, ut notat idem
Pegna, ex eo forſan, quia multi nollent coram illis
perſonis deponere ob metum ne revelentur, vel ob
alias cauſas, ut ſubdit idem Pegna *verſ. cum teſtes*,
& Scaccia *cit. cap.* 87. *num.* 17. Cæterùm in Inquiſi-
tione Hiſpaniæ id ſemper ſervari tradit Diana *cit. re-
ſol.* 12. poſt Param. *de origin. Inquiſit. lib.* 3. *queſt.* 4.
8 *num.* 50. An autem idem ſervare debeant Epiſcopi,
dum pro cauſis hæreſis examinant teſtes? Et ad id eos
non teneri reſpondet Auctor Repert. Inquiſitor. *ver-
9 bo Examinatio teſtium verſ. an hoc*. Sed contrarium
eſt verius, præſertim ex eo, quia Epiſcopi in cauſis
Fidei ſervare debent illum ordinem, & formam pro-
cedendi, quæ præſcripta eſt Inquiſitoribus, *cap. per
hoc de heret. in* 6. Campeg. ad Zanchin. *cap.* 9. *litt.
B.* Sanctarell. *de hereſi cap.* 40. *dub.* 1. *num.* 2. Si-
manch. *de Cathol. inſtitut. tit.* 25. *num.* 4. Farinacc.
de hereſi qu. 186. *num.* 16. Cùm autem adhibere duos
viros Religioſos, & diſcretos in examine teſtium per-
tineat ad formam procedendi, conſequenter id etiam
ſervare debent Epiſcopi, ut pariter tenet Pegna *cit.
comm.* 112. *in fine*, Diana *cit. reſol.* 12. *in fine*, Del
Bene *cit. ſect.* 11. *in corollar. num.* 12.
10 Supereſt itidem exponendus §. 9. hujus Conſtitu-
tionis, ubi ſtatuitur, ne ab Inquiſitoribus nomina te-
ſtium publicentur, ſi inde aliquod periculum immi-
neat, ibi: *Quòd ſi teſtibus, quos à vobis recipi, vel
ab alio vice veſtra ſuper eodem crimine examinari con-
tigerit, ex publicatione nominum eorundem, videritis
periculum imminere, ipſorum nomina non publicè, ſed
ſecretè, coram aliquibus perſonis providis, & honeſtis,
religioſis, & aliis ad hoc vocatis, de quorum conſilio
ad ſententiam, vel condemnationem procedi volumus,
exprimantur; & ſic non obſtante quòd illis, contra quos
hujuſmodi teſtes depoſuerint, eorum nomina non fuerint
publicata, ad cognitionem Judicis inſtruendam, adhi-
beatur plena fides teſtium depoſitionibus eorundem.* Cir-
ca quod aliæ adſunt Conſtitutiones, nempe *Conſt.* 15.
Innoc. IV. incip. *Cum negotium* §. 3. *Conſtit. Bonifac.
VIII.* relata in *cap. finali de heret. in* 6. & *Conſt.* 20.
Pii IV. incip. *cum ſicut* §. 1. idemque ultra plurimos
congeſtos per Barboſ. *in cit. cap. fin. num.* 5. tradunt
Caſtropal. *tom.* 1. *oper. moral. tract.* 4. *diſp.* 8. *punct.*
15. §. 3. *nu.* 7. Carena *de offic. inquiſit. part.* 3. *tit.* 7.
§. 9. *nu.* 63. Maſcard. *de probat. concluſ.* 682. *nu.* 35.
Antonius Matthæus *de crimin. lib.* 48. *digeſt. tit.* 15.
de queſt. cap. 4. Paramus *de orig. inquiſit. lib.* 3. *qu.*
4. *nu.* 48. & Farinacc. *de hereſi queſt.* 183. *nu.* 7. Sa-
lell. *de Mater. Tribun. Fidei lib.* 3. *c.* 20. *regul.* 330.
nu. 175. Del Bene *de offic. inquiſit. part.* 2. *dub.* 198.
ſect. 13. *num.* 3.
Licèt enim ſummo jure teſtium nomina reo publi- 11
canda ſint, adeout iſte citari debeat ad audiendas te-
ſtium depoſitiones, aliàs eſſent nullæ, *cap. in nomi-
ne, cap. ſignificaſti, cap. fraternitatis de teſtibus*;
imò debeat ipſe reus, ſeu pars adverſa eſſe præſens,
& perſonaliter intereſſe, *Authent. ſed ſi quis Cod. de
teſtibus, l. ſi adeo §. penultimo, ff. de accuſat. l. ſi po-
ſtulaverit §. queſtioni ff. ad legem Juliam de adulter.*
id tamen ſpeciale expoſtulabat delictum hæreſis, cu- 12
jus cauſa omnium majorum eſt maxima: ut ſcilicet,
ne ob defectum probationum, cum magno Religio-
nis, & Fidelium periculo, impunitum pertranſiret, ex
quo teſtes reorum præpotentiam exhorreſcentes, con-
tra eos teſtimonium dicere expaveſcerent, eorum no-
mina reis non publicarentur; idemque etiam ob gra-
vitatem delicti ſervandum eſſe in crimine læſæ Maje-
ſtatis humanæ, voluerunt Guazzin. *de defenſ. reorum
defenſ.* 24. *cap.* 9. Plazza *de delict. cap.* 19. *nu.* 17. li-
cèt contrarium probabilius dixerit Farinacc. *de teſti-
bus qu.* 7. *cap.* 2. *num.* 121. quem ſequitur Gonzalez
cit. cap. in nomine num. 7.
Verùm ne id, quod ſolo veritatis amore inductum 13
fuerat, vergeret quandoque in ejus detrimentum,
cum periculo condemnandi innocentem; idcircò ſta-
tutum fuit in præſenti §. ut nomina teſtium exprime-
rentur aliquibus perſonis providis, honeſtis, & reli-
gioſis, hoc eſt Conſultoribus; idemque habetur in
cit. cap. final. §. *jubemus*, & notat Eymeric. *part.* 3.
queſt. 80. Silveſt. *in ſumma ver. hereticus* §. 2. *ſub nu.*
10. *verſ. ſecundò quando*, Gundiſalv. *de heret. queſt.*
14. *nu.* 1. ut ſcilicet per preſentiam hujuſmodi perſo-
narum, coram quibus teſtes ratificantur, ſupplere-
tur citatio rei ad audiendos teſtes, ut advertit Gon-
zalez *cit. num.* 7. & ad hunc pariter finem puto ſtatu-
tum fuiſſe in præſenti *Conſt.* §. 6. ut Inquiſitores in
examine teſtium adhiberent duas perſonas religioſas,
& diſcretas, ut ſuperiùs dixi. Ex conſuetudine ta-
men, nec Conſultoribus nomina teſtium hodie publi-
cari, tradit Pegna *ibidem comm.* 129. Salell. *cit. cap.*
30. *reg.* 330. *nu.* 200. quanquam in Hiſpania id ad-
huc ſervetur, ut aſſerit Del Bene *cit. dub.* 198. *ſect.*
12. *n.* 10. Ulteriùs, quia dum reo occultantur nomi- 14
na teſtium, eſſet periculum, quòd habeatur integra
fides iis, qui ob inimicitiam, vel aliam cauſam habe-
ri non debent pro integris; ideò Inquiſitor ipſum
reum requiret, ut nominet illos, quos habet ſuſpe-
ctos, & det cauſam ſuſpicionis, nempè inimicitiæ,
conſpirationis, & ſimilium, ut inquit Auctor Reper-
tor. Inquiſitor. *verbo nomina verſ. nunc videndum*.
Congruum ulteriùs eſt, ut Inquiſitor, etiam reo non 15
opponente, ex officio ſe informet de conditione, &
qualitate teſtium, ut ita magis ſcire poſſit quanta fi-
des eis adhibenda ſit, Albertin. *in cap.* 1. *de heret. in*
6. *qu.* 16. *nu.* 28. Campeg. ad Zanchin. *de heret. cap.*
13. *lit. B. verſ. de aliis verò inimicitiis*, quos ſequi-
tur Diana *cit. tract.* 8. *reſol.* 124. Pegna *cit. commen.*
124. *verſ. quoniam*, Cardin. Albit. *de inconſt. in fide
cap.* 27. *num.* 14. & Carena *cit. tit.* 7. §. 9. *num.* 66.
Et uno verbo in id toto cónatu tendere debent Inqui-
ſitores, ut eorum diligentia ſuppleant id, quod reis
adimitur ob nomina teſtium non publicata.
Licèt autem in præſenti Conſtitutione, & in *cit.* 16
cap. final. prohibeatur publicari teſtium nomina ſo-
lummodo dum aliquod periculum inde imminet; ta-
men generaliter nomina teſtium publicare Inquiſito-
ribus prohibuit *Innoc. IV. cit. Conſtit.* 15. §. 3. ibi:
*Sanè volumus, ut nomina tàm accuſantium pravitatem
hereticam, quàm teſtificantium ſuper ea, nullatenus
publicentur propter ſcandalum, vel periculum, quod
ex publicatione hujuſmodi ſequi poſſet;* idemque pari-
ter indiſtinctè prohibuit *Pius IV. cit. Conſtit.* 40.
§. 1. atque ita hodie ſervari, vel quia ſemper præ-
ſumitur adeſſe periculum, vel ut teſtes contra tam
grave

Digitized by Google

grave facinus promptiùs deponant, ſcituri eorum nomina reis non innoteſcere, tradunt Repertor. Inquiſit. *loc. cit.* Pegna *part.* 3. *comment.* 124. §. *tametſi*, Sanctarell. *de hæreſ. cap.* 39. *dub.* 4. *num.* 22. Caſtropal. *cit. punct.* 15. §. 3. *num.* 7. Farinacc. *cit. qu.* 188. *num.* 12. idemque habetur in *Concil. Biterrenſi can.* 10. & *Narbonenſi can.* 22. ibi: *Illud autem caveatis ſecundùm providam Sedis Apoſtolicæ voluntatem, ne teſtium nomina ſigno, vel verbo aliquo publicentur.*

17 Ex quibus verbis rectè infert Pegna *cit. comment.* 124. *verſ. in his*, ut nedum teſtium nomina, & cognomina publicari non debeant, ſed etiam ſupprimendæ ſint quæcunque circumſtantiæ, ex quibus in teſtium cognitionem reus devenire poſſet; adeoque Inquiſitores publicare debent ſolummodò dicta, & depoſitiones teſtium, ſuppreſſis eorum nominibus, & circumſtantiis, unde teſtium perſonæ indicarentur, ut ex inſtructione Hiſpalenſi tradit idem Pegna *verſ. quod*, & ex eo Salell. *cit. cap.* 20. *reg.* 330. *nu.* 194. idemque anno 1566. reſolviſſe Supremam Inquiſitionem, cujus Decretum refert Locatus *poſt judicial. Inquiſit.* & Del Bene *cit. ſect.* 10. *num.* 2.

CONSTITUTIO III.

URBANI IV.

incipiens (*Exultet.*)

EPITOME BULLÆ.

URBANUS ARCHIEPISCOPIS, EPISCOPIS, Abbatibus &c. & aliis Eccleſiarum Prælatis.

INter Sanctos Confeſſores adſcribit B. Richardum Epiſcopum Ciceſtrenſem, ejuſque feſtum die tertio menſis Aprilis celebrandum inſtituit.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *B. Richardi Patria, natales, & geſta recenſentur.*
2 *Ad Epiſcopatum Ciceſtrenſem aſſumitur, contradicente Angliarum Rege.*
3 *Eccleſiæ ſuæ facultates à Regiis abſumptas recuperat.*
4 *Eaſque pauperibus largè partitur.*
5 *Conſanguineos ſuos ad Beneficia Eccleſiaſtica admitti non ſinit.*
6 *Inter Sanctos Confeſſores adſcribitur ab Urbano IV.*

1 PArentibus haud ignobilibus progenitus Richardus natione Anglus in Pago Vvigornienſis Diœceſis, admirandam in pueritia à mundanis rebus abdicationem præ ſe tulit. Aliquandiu primùm in Oxonienſi Academia, indeque Lutetiæ Pariſiorum ſtudiis incubuit; poſteà verò Italiam pergens, Bononiæ ſeptennium Juriſprudentiæ operam dedit; ſubindeque Britanniam rediens, concorditer ab omnibus ejus Achademiæ Cancellarius creatus fuit. Mortuo Beato Edmundo Cantuarienſis Eccleſiæ Antiſtite, cujus geſta ſupra delibavimus, quique Richardum in gravioribus Diœceſis negotiis adhibuerat, Richardus ipſe Aureliam profectus, in Cœnobio PP. Prædicatorum Sacræ Theologiæ non auribus tantùm, ſed ani-
2 mo ſtuduit. Interea orbato Paſtore Epiſcopatu Ciceſtrenſi, Canonici Richardum in Epiſcopum delegerunt, quam ſanè electionem acerbè Rex tulit, utpotè perſonæ ſibi apprimè inſenſæ, quòd in controverſiis habitis cum B. Edmundo, eidem adhæſiſſet: quamobrem furens, res, & bona Eccleſiæ Ciceſtrenſis confiſcari juſſit, intereaque dolens Regios Legatos ad Romanum Pontificem miſit. Richardus & ipſe Urbem petiit, quapropter Pontifex Summus, tunc Innocentius IV. auditis utriuſque partis rationibus, electionem Richardi Apoſtolica Auctoritate confirmavit, atque ſolemniter Epiſcopum conſecravit, eumque cum Apoſtolicis literis in Patriam aſſociavit. Reperit autem novus Præſul facultates omnes ſuæ Ciceſtrenſis Eccleſiæ à Regiis Miniſtris abſumptas, ac
Regem ipſum literas, & mandata Pontificia nihilihabentem, quin & majori odio contra ipſum exardeſcentem, Cognita autem Pontifex pertinacia Regis, ſeveriſſimè duobus Angliæ Epiſcopis mandavit, ut Regem admonerent de reſtituendis, certum intra tempus, Eccleſiæ Ciceſtrenſi ablatis rebus, eoque renuente, ſententias in Apoſtolicis literis contentas per totum Regnum denunciarent. Statimque Rex, intrepida Pontificis deliberatione viſa, Eccleſiaſtica bona Sancto Viro reſtituit. Hinc Richardus beni- 4
gnior, & copioſior in præſtandis eleemoſynis factus, per maximos gradus ad ſanctitatis perfectionem aſcendit. Duo mihi præ cæteris in hujus Sancti Antiſtitis Paſtoralibus muniis notanda ſunt. Primum, quòd graviſſimè interdicere ſolebat Præſidibus ſuæ Diœceſis, ne indebitis exactionibus ſubditos vexa-
rent. Secundum, quòd Conſanguineos ſuos etiam 5
habiles ad beneficia Eccleſiaſtica nunquam admittere voluerit, dicere conſuetus, quòd Chriſtus Dominus non Joanni Evangeliſtæ cognato, ſed Petro ſanguine illi minimè conjuncto claves Regni Cœlorum tradiderit. Tandem meritis opimus animam Domino
reddidit. Ejus Corpus in Eccleſia Ciceſtrenſi fuit 6
conditum, ac miraculis illuſtre, magna veneratione colitur; & ab Urbano IV. examinatis ritè ejus geſtis, & miraculis, inter Sanctos adſcriptus fuit hac Bulla edita Viterbii 10. Kalendas Aprilis anno 1260. directa Archiepiſcopis, & Eccleſiarum Prælatis; aliaque ad ejus vitam referunt Surius *in Actis Sanctorum tom.* 2. *in menſe Aprilis in Vita ejuſdem Sancti pag.* 516. *& in Actis* Bolland. per Henſchenium, & Papebrochium *compilat. tom.* 1. *die* 3. *Aprilis pag.* 277. Plura ad materiam Canonizationis Sanctorum diximus *tom.* 1. *&* 2. & etiam aliqua in præſenti tomo, atque ex ratione aliàs indicata, nempe ob multiplices futuras hujus materiæ Conſtitutiones, ad alia properandum duximus, præſertim cùm hæc Conſtitutio nullum ſpeciale ad Canonizationis materiam conducens præſeferat.

CONSTITUTIO IV.

URBANI IV.

incipiens (*Ne Inquiſitionis.*)

EPITOME BULLÆ.

URBANUS FRATRIBUS ORDINIS Prædicatorum Inquiſitoribus in Regno, & Dominio illuſtris Regis Arragonum.

INquiſitores, eorumque quatuor Notarios, ſeu Scriptores, à Sedis Apoſtolicæ Delegatis, vel Subdelegatis excommunicari, interdici, ſive ſuſpendi non poſſe ſtatuit.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Indicatur ratio, ex qua Summi Pontifices plura privilegia Inquiſitoribus conceſſere.*
2 *Inquiſitores, eorumque Notarii à quocunque*

Digitized by Google

Sedis Apoſtolicæ Delegato cenſuris ſubjici non poſſunt.

3 *Poſſunt tamen declarari incurriſſe in cenſuras à jure latas.*

4 *Aliqui dicunt non debere declarari incidiſſe in Cenſuras, niſi priùs conſulta Sede Apoſtolica.*

5 *Hoc privilegium, ne poſſint excommunicari, procedit etiam ſtante obligatione in forma Cameræ.*

6 *Idemque privilegium obtinent Notarii Inquiſitionis.*

7 *An eodem privilegio fruantur alii Inquiſitionis Miniſtri.*

8 *Refertur contraria reſolutio Supremæ Inquiſitionis.*

9 *Miniſtri neceſſarii Inquiſitionis quinam ſint.*

1 SIngulare eſt hoc privilegium, quod ante hanc
Conſtitutionem editam apud Montem Flaſconem
2. Nonas Auguſti 1262. hæreticæ pravitatis Inquiſi-
tores non habebant, ut notat Sanctarell. *de hæreſi
cap. 40. dub. 5. num.* 31. illudque expoſtulabat adeò
proficuum, & neceſſarium Inquiſitionis Officium,
cui plurima à Summis Pontificibus conceſſa privile-
gia in id præſertim collimarunt, ut Inquitores, eo-
rumque Miniſtri in proprio munere exercendo, nullo
quidem obſtaculo præpedirentur, ut dixi ad *Conſtit.
19. Innoc. IV. num. 6.* Quòdque eadem mente præ-
ſens privilegium eis conceſſum fuerit, conſtat ex hac
eadem Conſtitutione, ibi: *Ne Inquiſitionis negotium
contra damnatam hæreſim prudentiæ veſtræ commiſ-
ſum impediri (quod abſit) propter aliquorum aſtu-
tiam, vel etiam retardari contingat; vobis authorita-
te præſentium indulgemus, ut nullus Sedis Apoſtolicæ
Delegatus, vel Subdelegatus ab eo Conſervator, aut
etiam executor à Sede Apoſtolica deputatus eadem,
ſeu etiam deputandus, in vos, vel quatuor Notarios,
ſive Scriptores veſtros, ſuper his vobis fideliter obſe-
quentes, quamdiu in proſequutione hujuſmodi negotii
vos ipſi fueritis, poſſit excommunicationis, vel ſuſpen-
ſionis, aut interdicti ſententiam promulgare, abſque
ſpeciali mandato prædictæ Sedis, faciente plenam, &
expreſſam de hac indulgentia mentionem: decernentes
2 irritum, & inane, ſi ſecùs fuerit attentatum.* Unde
firmant communiter DD. Inquiſitores, eorumque
Notarios durante officio non poſſe excommunicari,
ſuſpendi, aut interdici à quibuſcunque Delegatis Se-
dis Apoſtolicæ, abſque ſpeciali ejuſdem Sedis manda-
to, de hoc privilegio expreſſam mentionem faciente.
Ita Eymeric. *in direct. part. 3. quæſt.* 21. ubi Pegna
comm. 70. Zanardus *in ſumma divin. præcept. part. 1.
cap. 6. qu.* 46. Campeg. ad Zanchin. *cap.* 31. *verſ. ſe-
cundum autem*, Locat. *in judicial. Inquiſit. verb. lega-
tus n.* 2. Carena *de offic. Inquiſ. par. 1. tit. 5. §. 13. n.*
87. Diana *tom. 4. tract. 8. reſol.* 27. Bordon. *in tri-
bun. cap. 40. nu.* 47. ubi quòd nec poſſint excommu-
nicari à Legatis à latere, etſi Cardinalibus, Farinac.
de hæreſi quæſt. 186. §. 1. nu. 4.

3 Sanè etſi certum ſit, ipſos excommunicari, vel
aliis cenſuris ſubjici non poſſe: jure tamen dubitari
poteſt, an in caſu facti publici, ſive notorii, poſſint
declarari incidiſſe in excommunicationem à jure la-
tam. Et affirmativè reſpondet Carena *cit. §. 13. num.*
90. ductus ratione à ſimili, Regularium ſcilicet exem-
ptorum, qui licèt excommunicari ab Ordinario non
poſſint, poſſunt tamen declarari incidiſſe in excom-
municationem, juxta ea, quæ latè dixi ſupra ad *Con-
ſtit. 11. Alexand. IV. ſect. unica.* Contrarium tamen
4 tenet Zanard. *cit. cap. 6. q.* 46. aliique, inſpecta præ-
ſertim principali ratione, qua Pontifex motus fuit in
concedendo tale privilegium Inquiſitoribus, ne ſcili-
cet inde in eorum munere exequendo retardarentur;
quæ ſanè ratio militat tam ſi excommunicentur,
quàm ſi tales eſſe declarentur; tum ulteriùs, quia
etiamſi ſummo jure poſſent declarari excommunicari,
id tamen fieri non expedit, ſed conſulenda priùs eſt
Sedes Apoſtolica, ſive Suprema Inquiſitio; quemad-
modum etſi Prælati Regulares de jure punire poſſint
Inquiſitores ſibi ſubditos delinquentes in pertinenti-
bus ad obſervantiam regularem; tamen ſi pœnitentia
infligenda illos impediret in eorum munere exercen-
do, tum iidem Prælati ulteriùs non procedunt, niſi
priùs conſulta Suprema Inquiſitione, ut dixi ſupra ad
Conſtit. 23. Alexand. IV. num. 8.

Quod ſane privilegium ſuffragatur Inquiſitoribus, 5
ut etiam ſi fuerint obligati in forma Cameræ Apoſto-
licæ, nec excommunicari poſſint, ut benè docet Pe-
gna *cit. comm. 70. verſ. atque*, Carena *cit. §. 13. nu-
mero* 88. tale enim privilegium non perſonæ, ſed
cauſæ conceſſum eſt; adeoque nec ei renunciare In-
quiſitores poſſunt, eoque fruuntur quouſque in of-
ficio permanent. Idcircò ne exinde Creditoribus
damnum oriatur, facilis eſt eis recurſus ad Supremam
Inquiſitionem, à qua expeditam, ultra ſpem, juſti-
tiam reportabunt.

Non ſolùm Inquiſitoribus, ſed etiam quatuor eo- 6
rum Notariis idem privilegium competit ex præſenti
Conſtitutione, ibi: *Vel quatuor Notarios, ſive Scri-
ptores veſtros.* Quòd ſi plures quàm quatuor Notarii
eſſent, ambigendum non eſt, idem pariter privile-
gium competere, cùm numerus quatuor ſolummodo
demonſtratum hìc fuerit, ut advertit Pegna *cit.
comm. 70. verſ. vel quatuor*, ubi ſubdit: *An autem* 7
*hoc privilegium de non excommunicandis Inquiſitori-
bus, vel eorum Notariis, competat etiam nunc aliis
Inquiſitorum, & Sacri Officii Miniſtris, veluti Ad-
vocatis, Promotori Fiſcali, Conſultoribus, Carcerum
cuſtodibus, & ſimilibus, dubitari poteſt. Et poſſet
quis fortaſſis ſatis probabiliter dicere, aliis quoque
Miniſtris competere: tum quia favores ampliari de-
bent: tum favore Fidei: tum poſtremo quoniam eadem
in his Miniſtris ratio reperiri videtur, quare idem
ſtatui oportet; ac ſanè quomodocunque res ſe habeat,
ſatis videtur æquum, ut Sanctitas ſua etiam ad alios
Miniſtros extenderet;* idemque tenet Carena *cit. §.
13. num.* 19. præſertim quoad Advocatum fiſcalem,
qui eſt Miniſter intimus, & neceſſarius S. Officii.
Et certè non abſque probabilitate hæc dicuntur, non
enim è re hujus Sancti Tribunalis eſſe videtur, ut
ſaltem dum excommunicandi eſſent illi Miniſtri, ſi-
ne quibus Inquiſitionis Officium conſiſtere nequit,
conſulatur prius Suprema Inquiſitio; etenim ex hoc
pariter fine iiſdem Miniſtris Inquiſitioni neceſſariis
privilegium fori conceſſum eſt, ut dixi ſupra ad *Con-
ſtit. 19. Innoc. IV. num. 6.* Quamvis Suprema Inqui- 8
ſitio die 3. & 11. Febr. 1609. reſolverit, quòd non
obſtante præſenti Conſtitutione excommunicari poſ-
ſint inſervientes S. Officio ob non ſolutionem penſio-
num, ut refert Pignatell. *tom. 8. conſult. 129. num. 6.*
ubi alias reſolutiones Supremi illius Tribunalis quo-
ad hujuſmodi cauſas refert: quæ ſanè reſolutio intelli-
genda non eſt de Inquiſitore, & Notariis in hac
Conſtitutione exemptis; ſed de aliis Miniſtris neceſ-
ſariis quidem, ſed non adeo uti ſunt Inquiſitores, &
Notarii: & illi, licèt de rigore, utpotè non expreſ-
sè comprehenſi in præſenti Conſtitutione, excom-
municari poſſint; tamen ex quadam, ut dicebam,
congruentia, expediens eſſet, ut in caſuum contin-
gentia conſulatur Suprema Inquiſitio; nam alioqui
Miniſtri neceſſarii non ſolùm ſunt Inquiſitores, &
Notarii, ſed etiam Fiſcalis, Cuſtos carcerum, Satel- 9
lites, ſive Birruarii, & Ballivi, ſive Curſores, ut ex
Simancha *de Cathol. inſtit. cap. 41. numero* 39. aſſerit
Card. Albit. *de inconſtant. in fide c. 28. nu.* 25.

CON-

Digitized by Google

CONSTITUTIO V.

URBANI IV.

incipiens (*Cum à nobis*.)

EPITOME BULLÆ.

URBANUS ABBATI, ET CONVENTUI Monaſterii Montis Virginis,

Libertates, & exemptiones ſæcularium onerum à Regibus, & Principibus huic Congregationi elargitas, hic Papa confirmat; necnon eandem eximit à præſtatione cujuslibet canonis Ordinario debiti.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De origine, & progreſſu Congregationis Montis Virginis. Remiſſivè.*

2 *In hac Conſtitutione confirmantur privilegia, & exemptiones eidem Congregationi conceſſæ à Regibus Siciliæ.*

3 *Referuntur privilegia, ex quibus per Principes ſæculares fuit exempta ab oneribus fiſcalibus, collectis, gabellis, aliiſque quibuſcunque ſervitiis.*

De ſimili privilegio aliis Regularibus, ſeu Militibus Hieroſolymitanis conceſſo. Ibidem.

4 *Hæ exemptiones quatenus à Principibus laicis concedi potuerint eidem Congregationi, quæ jure Divino ab oneribus laicalibus eſt exempta, & num. ſeqq.*

5 *Principes ſæculares concedere conſueverunt immunitates perſonis, & rebus Eccleſiaſticis; & quomodo id procedat.*

6 *Ex hac conceſſione heretici inferunt, Eccleſiaſticam Immunitatem eſſe juris humani, & poſſe per Principes ſæculares revocari.*

7 *Immunitas Eccleſiaſtica à jure naturali, & Divino procedit.*

8 *Atque uſque ab Apoſtolorum temporibus in uſu fuit.*

9 *Abſurdum eſt aſſerere, Eccleſiaſticam Immunitatem eſſe juris humani ex eo, quòd jure poſitivo explicetur.*

10 *Leges Principum ſæcularium, vel etiam Summorum Pontificum de Immunitate diſponentes, ſunt tantùm declaratoria juris Divini.*

11 *Immunitas Eccleſiaſtica eſt ſub tutela Principum ſæcularium.*

12 *Inſubſiſtentes ſunt leges Imperatorum, ex quibus Eccleſiaſticæ Immunitates revocantur.*

13 *Principes ſæculares quatenus concedere valuerint exemptiones Congregationi Montis Virginis, aliiſque.*

14 *Aſſeritur, præfata privilegia non pertinuiſſe ad materiam Immunitatis Eccleſiaſticæ.*

15 *Referuntur privilegia eidem Congregationi à Principibus conceſſa, & in hac Conſtitutione confirmata.*

16 *Clerici, & Monachi feudatarii exhibere poſſunt juramentum fidelitatis Principibus laicis, & quomodo.*

17 *Juramentum fidelitatis eſt indicium qualitatis feudalis.*

18 *Juramentum fidelitatis importans recognitionem juriſdictionis, exhiberi non poteſt ab Eccleſiaſticis.*

19 *Eccleſiaſtici in cauſis feudalibus convenire, & conveniri debent in foro Principis ſæcularis, niſi ab eodem eximantur, quemadmodum exempta fuit Congregatio Montis Virginis.*

20 *Eadem Congregatio per Reges Siciliæ exempta fuit ab omni onere, & ſervitio feudis annexo.*

21 *Similiter ab oneribus gabellarum, & tributorum, & quatenus hæc exemptio à Principibus laicis concedi potuerit.*

22 *Dominium aliud eſt juriſdictionale in perſonas, & bona Vaſſallorum; aliud privatum, ſeu fundiarium.*

23 *Ex dominio juriſdictionali oritur jus imponendi onera perſonalia, vel mixta, uti ſunt gabellæ, & æſtimationes bonorum.*

Jus collectandi recenſetur inter jura regalia. Ibidem.

24 *Ex dominio fundiario oriuntur onera realia, præſtationes, aut cenſus.*

25 *Onera realia ex dominio fundiario orientia, confundi non debent cum oneribus mixtis in præjudicium Eccleſiarum.*

26 *In iiſdem oneribus attendenda non ſunt onera, ſed eorum cauſa, & natura.*

27 *Eccleſiæ, & Eccleſiaſtici ſubire tenentur onera realia, & num. ſeqq.*

Quod procedit etiam reſpectu Baronis habentis univerſale dominium fundiarium in certo loco. Ibidem.

28 *De quibus oneribus intelligenda eſt exemptio conceſſa Congregationi Montis Virginis.*

29 *Idem aſtruitur reſolutionibus Sacræ Congregationis Immunitatis.*

30 *Ex obligatione Eccleſiaſticorum ad onera realia, nonnulli malè gradum faciunt ad onera mixta.*

31 *Aſſignatur perpetuum diſtinctivum inter onera realia, & mixta, & num. ſeqq.*

32 *Pro qualitate onerum realium conſideratur, ſi ſint perpetua, & invariabilia.*

33 *Præſertim attendi debet, an ab Eccleſiaſticis ſolvantur perſonæ privatæ, ſive potius Baroni, aut Principi Supremo, & quæ præſumptio inde oriatur.*

34 *Decimæ ſpirituales ſolvendæ ſunt laicis ab Eccleſiaſticis, ſi illi ex privilegio eas obtineant.*

35 *Onera cenſentur mixta, ſi non conſtet de titulo, quamvis priùs fuerint ab Eccleſiaſticis exacta per laicos.*

36 *Onera provenientia ex dominio territoriali, & privato, non autem juriſdictionali, ſolvenda ſunt Baroni, etiam ab Eccleſiaſticis.*

37 *Dominus prætendens dominium univerſale prædiale, debet illud probare.*

38 *Bona etiam ſita in territorio feudali præſumuntur allodialia.*

39 *Ex dominio juriſdictionali non infertur ad dominium territoriale.*

40 *Quales debeant eſſe probationes, ex quibus dominium territoriale probari valeat.*

41 *Idem dominium probatur præſertim ex diuturna obſervantia, quâ Eccleſiaſtici omnes ratione ejuſdem dominii ſolverunt onera.*

42 *Similiter idem probarent ſolutio laudemiorum, & alienationes bonorum cum conſenſu Domini.*

43 *Quatenus idem dominium excludatur, ſi conſtet aliqua bona fuiſſe ſub directo dominio aliorum.*

44 *Bonatenentia quid ſit, & an veniat ſub nomine onerum realium.*

45 *Eccleſiaſtici ſolvere non tenentur Bonatenentiam.*

46 *Bonatenentia eſt onus mixtum.*

Afferuntur ad hoc reſolutiones Sacræ Congregationis Immunitatis. Ibidem.

47 *Eccleſiaſtici, & Regulares, etſi privilegiati, tenentur ad onera pro utilitate particulari ipſorum bonorum.*

Digitized by Google

48 *An hujuſmodi privilegium exemptionis ab oneribus verè realibus poſſit competere ob communicationem privilegiorum aliis Regularibus,*

1 PRæſens Conſtitutio edita anno 1263. apud Urbem Veterem 5. Idus Januarii, directa fuit Abbati, & Conventui Monaſterii Montis Virginis ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Ordinis S. Benedicti Avellinæ Diœceſis. De hac Congregatione, una ex militantibus ſub Ordine D. Benedicti, plura diximus *to. 2. ad Conſt. 3. Celeſt. III.* ubi de ejus origine, progreſſu, ac exemptione, & præſertim illa Monaſterii Montis Virginis habentis latam juriſdictionem in pluribus locis. In hac tamen Conſtitutio-
2 ne Urbanus IV. grato animo complectitur, & ſuo patrocinio communit privilegia, & immunitates, quibus Reges Siciliæ eandem Congregationem munificentia proſequuti fuerunt. Siquidem poſthabitis donationibus, & conceſſionibus quamplurium poſſeſſionum, & non ignobilium feudorum ad rem noſtram parum facientibus: Henricus VI. Imperator, & Siciliæ Rex ſuo Chyrographo ſignato anno 1195. favore Monachorum ejuſdem Congregationis ſanxit: *Et de poſſeſſionibus ejuſdem Terræ, & hominibus ejus in Civilibus quæſtionibus Curiam prædictum Monaſterium clementer habere concedimus; & ipſum Monaſterium, & homines ejus ad alienam Curiam trahi in omnibus prædictis benignè Imperiali auctoritate prohibemus, ne dimiſſis Divinis Officiis extra Monaſterium Monachi,*
3 *ſeu Converſi ſumptibus, & laboribus fatigentur.* Itemque Fridericus ſub Regia protectione Monaſterium prædictum, & quæcunque ejuſdem bona recipiendo, anno 1220. edixit: *Et ab omnibus gravaminibus, collectis, adjutoriis, & ſervitiis perſonalibus, & realibus Monachos perpetuò liberos, & ſecuros eſſe cenſemus;* & infra: *Et quæcunque bona libera abſque ſervitio, & adjutorio perſonali, & reali, noſtræ Reipublicæ, & perſonis noſtris debito;* & infra: *Sacramentum autem fidelitatis nonniſi Succeſſoribus noſtris Abbas, & Monachi præſtare cogantur.* Et tandem aliis omiſſis, exempla ſuorum majorum ſectantes Ferrantes I. anno 1470. & Carolus V. anno 1536. omnia ſupradicta privilegia, exemptiones, & conceſſiones laudando, & confirmando, denuò etiam exemerunt Monachos, & Converſos noſtræ Congregationis ab omnibus oneribus fiſcalibus, collectis, & gabellis, aliiſque quibuſcunque ſervitiis, & adjutoriis, ut apud Thomam Coſtum *in Vita S. Vvillelmi fundatoris Congregationis Montis Virginis in fine*, ubi per extenſum prædictæ, & aliæ conceſſiones Regum, & Imperatorum recenſentur; & de ſimili privilegio quoad Milites Hieroſolymitanos conceſſo à Summis Pontificibus, & aliis meminit Rota *deciſ.* 391. coram Buratto, & quoad Caſſinenſes, ac alios *deciſ.* 30. *par. 4. tom. 2. rec.* & quoad Ciſtercienſes Barboſ. *de Jur. Eccl. lib. 1. cap. 41. n. 52. & ſequ. & in Cracovien. exemptionis 16. Januarii* 1682. cor. Card. Caccia.

4 Verùm ex his privilegiis Papæ patrocinio communitis, meritò eſt cur dubitetur, quomodo Principes Sæculares exemptiones, & immunitates Perſonis, rebuſque noſtræ Congregationis Montis Virginis concedere valeant, quæ ipſis innatæ ſunt, & à jure Divino progreſſæ, ut latè probavi *to. 2. Conſt. 1. Honorii III. ſect.* 1. id enim eſſet inexcuſabili auſu manum in alienam meſſem imponere, cùm ſolius ſit Romani Pontificis eadem ſarta tecta ſervare.

5 Nil autem novi occurrimus, cùm ab ineuntibus Eccleſiæ temporibus hujuſce immunitates, & libertates ab Imperatoribus, & Regibus non ſolùm Monaſteriis, & Congregationibus Regularibus, ſed primùm rebus, & perſonis Eccleſiaſticis indiſtinctè conceſſæ, longa ſerie ennarrari poſſunt. Siquidem rem altiùs ordiendo, Conſtantinus Imperator ſancivit; *Clericos ab omnibus omninò publicis functionibus immunes volumus conſervari, & ab omnibus muneribus excuſentur, minimèque ipſi ad Curiam devocentur, ſed immunitate potiſſima potiantur*: Cod. Theod. *lib.* 10. *tit. 1. c. 7. & lib. 11. tit. 1. c.* 1. Conſtantinus filius edixit: *Item nulla Communitas, vel Perſona publica, vel privata collectas, vel exactiones, angarias, vel perangarias Eccleſiis, vel aliis locis piis, aut Eccleſiaſticis perſonis imponere præſumant*. Imperatores autem Valens, & Gratianus mandarunt: *Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, atque Exorciſtas, & Lectores, Oſtiarios, & Acolythos etiam perſonalium munerum expertes eſſe*. Aliis verò hujuſmodi privilegiis omiſſis, Vvilelmus Aquitaniæ Dux anno 910. cùm Abbatiam Cluniacenſem conſtruxerit, & dotarit, hanc ipſius Monachis exemptionem conceſſit: *Nec noſtro, nec Parentum noſtrorum, nec faſcibus Regiæ magnitudinis, nec terrenæ cujuslibet poteſtatis jugo ſubjiciantur iidem Monachi*; Quæ his ſenſibus etiam fuit confirmata à Ludovico Rege filio Caroli Simplicis: *Sit locus ipſe juxta quod Vvilelmus conſtituit, ab omni Sæcularium dominatu tam Regum, quàm Principum liber, & abſolutus*, ut legitur *in Bibliot. Cluniacen. pag. 6. &* 265.

Hæ itaque Conſtitutiones, & Leges, aliæque 6
quamplurimæ recenſitæ *tot. tit. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. & tit. de Epiſcopis, & Cler.* per Thomaſſin. *de Benefic. par. 1. lib. 3. cap. 32. cum ſeqq. & par. 3. lib. 1. cap. 33. cum ſeqq.* Rabader. *de cavendo Schiſmate ſect. 2. per tot.* magno plauſu exceptæ fuerunt ab Etherodoxis, ex his autumantibus, quòd Immunitates, & libertates Eccleſiaſticæ primis Eccleſiæ temporibus incognitæ prorſus erant, quibus res, & Perſonæ Sacræ Poteſtatibus laicalibus fuerunt ſummo jure ſubjectæ: donec jure humano, benignitate, & privilegiis Imperatorum ſui juris effectæ, & hujuſmodi Immunitates ab eorum Regaliis ſubtractæ fuerunt; quia verò non abſolutè, & plenè, ſed tantùm in quibuſdam caſibus, & cauſis fuerunt, ut ipſi ajunt, conceſſæ; ideò opus etiam fuit ſpecialibus privilegiis ſupra narratis, ut particularia loca, & Perſonæ hujuſmodi immunitate, & libertate fruantur. Hinc iidem Acatholici concludunt, ab Imperatorum placito horum jurium conſervationem dependere, cum ad eorum libitum ſicut fuit concedere, ita ſit prorſus tollere, vel minuere, quemadmodum benè conſcii Valentinianus *in l. neminem Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* & Juſtinianus *in novell.* 131. & 43. Immunitates Eccleſiaſticas coarctarunt; Conſtantius verò Conſtantini Magni filius, & Julianus Apoſtata Imperatores, prorſus ſubſtulerunt, in *leg. 15. tit. 2. lib. 16. Cod. Theodoſiano*.

Verùm quicquid his & ſimilibus ambagibus effu- 7
tiant Etherodoxi, firma undequaque noſtra aſſertio remanet, quòd nempe Immunitas, & libertas Eccleſiaſtica ante ortum cujuſcunque juris humani ſuam recognoſcat originem, quatenus ſcilicet à jure legis æternæ progreſſa, & à jure Divino explicata, Chriſtus Dominus talem dotalem libertatem ſuæ Eccleſiæ Sponſæ reliquit, ut præeſſet uti Mater filiis, ut ſcripſit Bonifacius Papa VIII. Regi Galliæ, & probavimus in *cit. Conſt. 1. Honorii III.* & ultra DD. ibi citatos docent Ecchius *in enchyrid. contra Lutherum rubr. de immunit.* Correa *de immunitat. part. 2. num.* 40. Bozius *de jure ſtatus per tot.* Gretſerus *de immun. & libert. Eccleſ. lib.* 2. Guevara *in propugnac. immun. Eccleſ. par. 2. aſſer.* 1. & latè Doctores Canoniſtæ, & Theologi plenè relati à Rota in *Alben. Gabellæ deciſ.* 902. coram Merlino, *ſeu deciſ. 336. par. 6. recen. & in Barchinonen. exemptionis dec. 412. par. 9. rec.* ubi *Rubeus* additionem plenam facit, quam hìc tranſcribere otium non habemus, & in *addit. ad deciſ.* 30. *par. 4. tom. 2. recent.* ubi de ſimili conceſſione hujus Conſtitutionis quoad Caſſinenſes, ac alios. Veruntamen cùm noſtrum non ſit recenſere omnium Gentium, & Populorum mores, è quibus Sacræ Poteſtatis libertatem, & immunitatem naturali lumine ſemper cognitam eſſe convincitur; pro noſtro inſtituto ſatis ſuperque eſt, nonnulla teſtimonia Summorum Pontificum recenſere ante adductas Imperatorum leges emanata, ut palam fiat, Immunitatem Eccleſiaſticam ab iiſdem originem non trahere. Siquidem hoc

primùm

Digitized by Google

primùm ſtatuerunt DD. Petrus, Clemens, & Anacletus, qui in primo ſæculo Pontificatum geſſere, ut tradit Comitol. *in reſponſ. moral. lib. 1. quæſt. 93.* & de D. Petro teſtatur idem Clemens in 1. *Epiſt. Decret.* Item & Alexander I. anno Chriſti 109. reſcripſit *Omnibus Orthodoxis Chriſto Domino famulantibus. Relatum eſt ad hujus Sanctæ, & Apoſtolicæ Sedis Apicem, cui ſummarum diſpoſitiones cauſarum, & omnium negotia Eccleſiarum ab ipſo Domino tradita ſunt quaſi ad caput, ipſo dicente: Tu es Petrus &c. quod quidam æmuli Chriſti, ejuſdemque S. Eccleſiæ inſidiatores, Sacerdotes Dei ad Judices publicos accuſare præſumant, cùm magis Apoſtolus Chriſtianorum cauſas ad Eccleſias deferri, & ibidem terminari præcipiat, quoniam taliter prævaricantes, prævaricaverunt in Deum ſuum, & non obedierunt præceptis ejus*, ut refertur in *can. relatum* 11. *quæſt.* 1. Quod Cajus anno 283. in *can. nemo*, & Marcellus anno 296. in *can. Clericum* declararunt, & confirmarunt. Idemque ſtatuerunt quamplurima Concilia, & inter alia Romanum I. quod fuit coactum anno 320. *can.* 4. ibi: *Nulli omnino Clerico liceat cauſam quamlibet in publico examinare, nec ullum Clericum ante Judicem laicum ſtare*. Hoc tandem atteſtatus eſt D. Paulus 1. *ad Timot.* 5. ibi: *Adverſus Presbyteros accuſationem noli*
8 *recipere, niſi ſub duobus, vel tribus Teſtibus.* Unde patet, tempore etiam Apoſtolorum hoc privilegium in uſu fuiſſe, & Epiſcopos habuiſſe ſuum Tribunal, & judicaſſe ſuos ſubditos Eccleſiaſticos, ut advertunt Lorinus *in Commentariis ibidem*, Gretſerus *de immunit. lib. 2. conſid. 8. in fine*, Diana *tom. 7. tract. 1. reſol. 6. nu. 7.* Tannerus *in defenſ. libert. Eccleſ. lib. 1. cap. 14.* Valboa *in lect. Salmat. tom. 2. cap. 2. de judic. nu. 39.* Concludendum itaque eſt, quòd à primævis Eccleſiæ temporibus Clerici fuerint à juriſdictione laica exempti, & Eccleſiam ante omnes Imperiales Leges non tantùm aſſeruiſſe, verùm etiam in quantum potuit ſtuduiſſe ſuos Clericos ſibi vindicare.

9 Extra rationem eſt enim aſſerere, Immunitatem, & libertatem Eccleſiaſticam eſſe humani juris ſtatutum, quia in legibus humanis explicatur, & indicitur. Hoc porro argumentum nimis probaret; probaret enim, Deum eſſe unum, & trinum, & principaliora noſtræ Fidei Myſteria eſſe inventa jure humano, quia in Codice eſt titulus *De Summa Trinitate, & Fide Catholica* hoc præſcribens; & Epiſcopos eſſe venerandos ex Conſtitutionibus Imperatorum, quia ab ipſis prodiit titulus *de Epiſcopis, & Clericis*; & tandem quia Conſtantinus, & Phocas Romanum Pontificem ſupra omnes Sacerdotes Epiſcopos, & Patriarchas in Orbe Romano recognoſci mandarunt, ut in *can. Conſtantinus il 2. diſt. 96.* concludendum eſſet, Primatum Romanæ Eccleſiæ à jure humano promanaſſe, ut in paribus terminis invehebat P. Baſtidia *in Antidoto contra Paulum Venetum par. 2. argum.* 57.

10 Sanè itaque in hac hypoteſi cum Turrecremata *in can. Sacroſancta num. 8. diſt. 22.* Maynard. *de privileg. Eccleſ. lib. 1. art. 5. num. 3. cum ſeqq.* Gretſer. *de immunit. & libert. Eccleſ. conſid.* 8. Vigian. *eod. tract. diſp. 4. ad dub.* 13. Diana *cit. tract. 1. reſol.* 8. Bellett. *diſqu. Cleric. part. 1. tit. de favore Cleric.* §. 1. *numero* 25. ſentiendum eſt, quòd ſicut invaleſcente Conſtantinopolitanorum Patriarcharum inſolentia, & arrogantia, dum caput ſuum ſupra Romanam Sedem attollere moliebantur, Conſtantinus, & Phocas tanquam Tutores, & defenſores Sanctæ Sedis, quæ tunc temporis nec vim, nec æſtimationem ſibi compararat, Primatum Eccleſiæ Romanæ Divina lege ſancitum explicarunt, & edixerunt; ita Legibus, & Conſtitutionibus circa Immunitatem Eccleſiaſticam latis Imperatores recenſiti, quinimò & Pontifices novum privilegium non conſtituerunt, ſed quod jure Divino Eccleſiaſticis Perſonis conceſſum erat, uti Executores declararunt, ut in toto Imperio obſervaretur, Gloſſa *in can. ſi Imperator diſt. 96.* ibi: *Ergo antequam eſſet aliqua Conſtitutio, etiam Clerici non erant de Juriſdictione ſæculari; unde omnes Conſtitutiones, quæ emanarunt, non ſunt, niſi declarationes.* Et

optimo ſiquidem ſibi competente jure id egerunt, 11
cùm ſub tutela, & protectione Principum ſæcularium, ut nunc eſt, ſemper fuerit Immunitas Eccleſiaſtica, ex Sacro Concilio Trid. *ſeſſ. 25. c. 20. de reform.* Quàm vero mirabiliter, & ſanè magno lumine ſupernaturalis impulſus ducti fuerunt primi illi Imperatores hanc Immunitatem curantes, quando nondum Fides radices egerat, ſatis ſuperque eo apparet, quòd non modicam juriſdictionem, cujus quiſquis pluſquam auri naturaliter avarus, & tenax eſt, ſponte à ſe abdicarent.

Nec tandem contra ſupradicta vim faciunt tot le- 12
ges revocatoriæ Immunitatis Eccleſiaſticæ ab Acatholicis adductæ; nam bene reſpondent DD. cum Felin. *in cap. Eccleſia de conſtit.* quòd ibidem legitur factum, non verò probatur, quòd ſit jure factum. Factum quippè improbiſſimorum hominum, Conſtantii ſcilicet, Juliani Apoſtatæ, Valentis, & Juſtiniani ad tempus, aliorumque hæreticorum, ut conſtat ex hiſtoriis. Unde meritò notavit Cardin. Baron. *ad ann.* 387. *num.* 13. neminem ex Orthodoxis Imperatoribus immunitatem Eccleſiaſticam violaſſe.

Ad rem autem noſtram redeundo, cùm recenſita 13
privilegia exemptionum à Principibus laicis noſtræ Congregationi conceſſa anno 1263. dum florentiſſimè Chriſtiana Religio in Italia vigebat, quæ à principio Apoſtolicam Sedem conſtanter, & obſequentiſſimè eſt venerata, non videantur ſupra explicatam habere rationem, quam antiquiſſimæ leges Imperatorum habebant inter Ethnicos, & Hæreticos, ad defenſionem Eccleſiæ tunc ineuntis promulgatæ, ut cum eorundem legum data explanatione, remaneant etiam antedicta privilegia explicata; etenim injuriam potiùs faciunt, & defenſorum nomen non merentur, qui præter cauſam vindicandi injuſtitiam graſſantem, & ſublevandi jam oppreſſum, ſuam in jus alterius interponunt auctoritatem, ex Textu expreſſo in *auth. niſi velociter de Defenſoribus Civitat.* Convenit itaque, ne hac injuria notemus tot Imperatores, & Reges, ut aliunde quàm ex prælaudatis rationibus motivum præfatarum exemptionum huic Monachorum Congregationi, aliiſque Regularibus conceſſarum ſumamus. Porrò autem cùm meliora nobis ſuppetant exdemmet Chartæ privilegiorum, non emendicabimus hoc eorundem factum excuſare ſenſibus Thomaſſini *de Benefic. par. 2. lib. 2. cap. 34. n. 2. §. encomii*, minimè ſcilicet controverſiam faciendam eſſe Regibus, & Principibus, cùm in res Eccleſiaſticas manus imponunt jura illius muniendo eorum auctoritate, quamdiù ea utuntur conformi Sacris Canonibus, ac Eccleſiaſticæ diſciplinæ; pro comperto enim habent, nihil eos ponere in eſſe, unde cùm in eiſdem ſuam opem ferre nequeunt, ſaltem animum; & bonam voluntatem juvandi, ita demonſtrare ſatagunt.

Siquidem omninò dicendum eſt, quòd hujuſmodi 14
exemptiones, & privilegia abſque læſione Immunitatis Eccleſiaſticæ à ſæpedictis Principibus fuerunt conceſſa, cùm ea non percutiant, in quibus ordinatione divina Eccleſiaſtici ſunt privilegiati, verùm nonnulla Jura, quæ eiſdem Principibus ex conceſſione dictorum Caſtrorum, aliarumque poſſeſſionum oriebantur, & ſummo jure competebant. Porrò enim 15
ad tres tantùm ſpecies prædictæ exemptiones reducuntur, vel ſcilicet quòd Abbas, & ejuſdem Vaſalli juramentum fidelitatis nonniſi Regibus Siciliæ præſtent, ut ex diplomate Friderici; vel quòd idem Abbas, & Monachi in cauſis ſuper eiſdem poſſeſſionibus, & Caſtris vertentibus ad alienam Curiam, quàm ejuſdem Monaſterii trahi nequeant, ex Imperiali conceſſione Henrici VI. & ejuſdem Friderici; vel tandem verſantur in exemptione à quibuſcumque gravaminibus, collectis, datiis, adjutoriis, & ſervitiis tam realibus quàm perſonalibus Reipublicæ, & Regibus Siciliæ debitis, ut ex privilegiis Henrici, Friderici, & Ferrantis.

Patet itaque quoad Juramentum Fidelitatis, Im- 16
munita-

Digitized by Google

munitatem, & libertatem Eccleſiaſticorum, privilegio
Friderici nequidem fuiſſe læſam, cùm latè probavi-
mus *tom. 1. ad Conſtit. unic. Caliſti II. ſect. 2. à num.*
40. *per tot.* Clericis, & Monachis, dummodo feuda-
tariis, ex Sacris Canonibus, & Conciliorum decre-
tis permiſſum eſſe, hoc grati animi monumentum
Principibus laicis exhibere, modo tamen licito, & à
Summis Pontificibus à violentiis Imperatorum tàm
eximiè vindicato, ut ibi retuli. Quamvis autem in
noſtris conceſſionibus non legantur verba infeudatio-
nem expreſsè concludentia, ut verificetur conditio
hujus aſſertionis; veruntamen cùm hoc juramentum
fidelitatis in eiſdem ſit expreſsè reſervatum, ma-
17 gnum, & concludens feudalis qualitatis quidem
propriæ, & ut Neapolitani Feudiſtæ dicunt, de Ta-
bula, importat inditium, ut ait Card. de Luca *de
Feud. diſc. 11. num. 19. & in Summa §. 6. num. 12.*
Rota *deciſ.* 452. coram Royas, *& dec.* 310. *part.* 6.
rec. hujuſmodi enim juramentum ſemper habitum fuit
pro ſubſtantia Feudorum, ut præter *citatos* latè pro-
bat Schrader. *de Feudis part. 2. cap. 2. nu.* 28. cùm
Fidelium nomen propriè conveniat Vaſallis, & Feu-
datariis, *cap. 1. ſi de inveſt. Feud. & cap. 1. §. &
quia, de his, qui Feud. dar. poſſ.* unde meritò con-
cludendum eſt cum Rota *in cit. deciſ.* 310. *num.* 41.
quòd *concurrente hac feudi ſubſtantiali, & conventio-
ne præciſa, Feudalem omninò fuiſſe conceſſionem.*
18 Si tamen videatur juramentum hoc fidelitatis im-
portare homagium juriſdictionis in perſonas, & res
non feudales, prout aliquando id importare eliciunt
Doctores ex *cap. qualiter §. ſi verò*, ibi: *Aut ſi ideò
jurat fidelitatem, non quia habeat feudum, ſed quia
ſub juriſdictione ſit ei, cui jurat, tit. qualiter jurare
debeat Vaſſall.* Bald. *in cap. 1. §. pactiones num. 1. de
pact.* Conſtant. Ramon. *conſ. 99. per tot.* Jacobin. *in
tract. de homag. num.* 5. Menoch. *de arbitr. cent. 6.
caſu* 577. *num.* 12. Marta *de Juriſd. par. 1. cap. 27.
num.* 12. & innuit latè Rota *in Cavallicen. Homagii*
20. *Martii* 1699. §. *& jure* coram D. Olmo; & certè
in hoc ſenſu Eccleſiaſtici nullo modo tale juramen-
tum fidelitatis præſtare debent, quia ſunt exempti à
quacumque juriſdictione laicali, ut ſupra dixi.
19 Itidem in conceſſione Curiæ dicti Monaſterii, ne
noſtri Monachi dimiſſis divinis officiis alibi ſumpti-
bus & laboribus fatigentur, ſæpedicti Principes non-
niſi in jus ſuum manus impoſuerunt; ſiquidem pro
comperto eſt, quòd in Cauſis ſuper Feudis vertenti-
bus, Eccleſiaſticæ perſonæ forum Principis laici ſor-
tiuntur, in quo conveniri, & reconvenire debent,
& quo ſubditi feudatarii per recurſum, & querelam
eoſdem trahere poſſunt, & quòd tandem ſumma ſit
in hujuſmodi avocandis, & cognoſcendis cauſis Prin-
cipum infeundantium auctoritas, & ſic tenent Pa-
tres Curiam Sæcularem quoad Vaſallos ipſius Mona-
ſterii, ut latè probavimus in *cit. Conſt. unica Calliſti
II. ſect. 4. & 5.* Pellicion. *queſtion. illuſtr. quæſt.* 3.
Merlinus Pignatel. *centur. 1. cap. 13. num.* 44.
20 Inſiſtendo pariter in natura feudalis qualitatis bo-
norum videtur, quòd iidem Principes tertia enume-
rata exemptione voluerint vel Monaſterium, & Mo-
nachos capaces reddere eorundem feudorum, remit-
tendo quodcunque ſervitium, & onus eiſdem anne-
xum, & incompatibile cum ſtatu Eccleſiaſtico Mo-
naſterii, juxta quæ pariter diximus in dicta *Conſtit.
Calliſti II. ſect. 3. à num. 61. ad* 93. vel quia dictæ
exemptiones latiùs patent, prædictum Monaſterium,
& Monachos liberaſſe à quocunque ſervitio, obſe-
quio, & præſtatione etiam compatibili, reddendo
feuda libera, franca, & expedita, ut ajunt Feudiſtæ,
abſque ullo onere, cùm ſervitium non ſit de ſubſtan-
tia Feudi, utpotè fidelitas, & faciunt Fagn. *in cap. quæ
in Eccleſiarum à n. 58. de Conſtit.* Card. de Luca *de Feu-
dis diſc. 54. per tot.* & benè Afflict. *in deciſ. 302. per tot.*
21 Verùm quia hujuſmodi exemptio extenditur potiſ-
ſimè à Friderico, & Ferrante etiam quoad Gabellas,
& Tributa ad Fiſcum ſpectantia, quæ ſanè alia
quàm Feudalia onera poſſunt etiam dici, ideò beni-
gnam, quam uſque adhuc nacti ſumus, interpretatio-
nem proſequendo, diſceptandum remanet, in quibus
præſtationibus hujuſmodi abſque læſione Immunitatis
Eccleſiaſticæ hæc exemptio cadere poſſit.
Methodicè itaque diſcurrendo, duplex conſiderari 22
poteſt Dominium: aliud Juriſdictionale, quod eſt in
perſonas, & bona Vaſallorum jure quodam politici
gubernii, & publici, quod priùs in Populo exiſtens,
tranſlatum fuit in Regiam poteſtatem, quæ ſatis ex-
crevit in formam Monarchicam, quæque Juriſdictio
modificata profluxit in ſubalternos Domicellos, &
Barones. Aliud dicitur Dominium, quod quis habet
in alterius, vel plurium bona, quod privatum eſt,
ac directum, ſeu fundiarium dictum, quæ aliquando
Dominia in ejuſdem Principis Supremi perſona, vel
ſubalterni Baronis cumulari ſolent, ut animadvertunt
Card. de Luca *de Feudis diſc. 61. & miſcell. Eccleſ.
diſc.* 7. & latè proſequitur Rota *in cit. Cavallicen.
Homagii*, præſertim *in deciſ. edita 27. Januar.* 1700.
§. *retenta* coram D. Molines Decano.
Ab iſta duplicitate Dominii varii prodeunt effectus, 23
& etiam onera, quæ dividuntur in tria, ad rem no-
ſtram deſcendendo. Alia enim ſunt onera, quæ im-
ponuntur à Principe propriis Vaſallis, quæque ali-
quoties dicuntur perſonalia, ut ſunt Gabellæ, quæ
imponuntur per capita, Bart. *in l. 1. nu. 27. Cod. de
mulieribus, & in quo loc. lib.* 10. Sperell. *deciſ. 35. nu.*
7. Vel ſunt mixta, quæ Perſonis ſubditis pro rebus,
aut è contra imponuntur, cujuſmodi ſunt ad hunc
effectum æſtimationes, & deſcriptiones bonorum,
cataſta dicta, ut ex illis per poſſeſſores pro modo fa-
cultatum eorundem ſolvantur Gabellæ, dictæ per æs,
& libram, Bart. *in l. placuit n. 9. & 17. cum ſeq. C. de
Sacroſ. Eccl. & l. fin. ff. de munerib. & honor.* Berous
conſil. 150. per tot. to. 3. aliique apud Sperel. *cit. deciſ.*
35. *nu.* 12. *& deciſ. 36. nu.* 15. & iſta onera profluunt
à prima ſpecie dominii ſupra expreſſa, nempè ratio-
ne juriſdictionis, quam habet Princeps ſupremus in
proprios Vaſallos, qui debent onera ſubire, ut certa
dos ſufficiens conſtituatur Reipublicæ, ſeu Principi
ad ſuſtinenda onera ſibi incumbentia pro ipſorum Po-
pulorum conſervatione, & defenſione; quod jus col-
lectandi eſt inter Regalia, quæ dicuntur dos Princi-
patus, ut innui *tom. 1. Conſt. unica Calliſti II.* Hinc
profluit quoque jus in Univerſitate collectandi con-
cives certis caſibus, quæ dicuntur onera communita-
tiva, ut alibi meliùs explicabimus.
Ab altera ſpecie dominii proveniunt onera, quæ 24
dicuntur invariabilia, & fixa, quæque imponuntur
rei propter rem, hoc eſt propter dominium illud di-
rectum, & fundiarium, quod habet Dominus ſuper
fundo ab aliquo poſſeſſo, quæ onera aliquando dicun-
tur cenſus, onera realia, præſtationes, tributa, &
impropriè collectæ, quæque non ſunt de Regalibus
præcisè, cùm poſſint eſſe ad favorem privatorum;
ſed quia occaſionaliter penes Principem eſſe valent,
quatenus iſte ultra dominium juriſdictionale, directum,
& fundiarium habeat in bonis Vaſallorum; ideò con- 25
funduntur aliquando tum in nomine collectarum, tum
in eorum canonizatione. Incaſſum tamen hujuſmodi
onera inter ſe diſcreta, à diverſo fonte profluentia, ut
Eccleſiæ aliquando præjudicent, & ſibi conſulant, ali-
qui Principes in unum redigere curant, vel in edictis
ea mixta intitulando merè realia, vel perpetuò bonis
affixa; nam ſtatuere quòd collectæ dicantur tributa, &
cenſus, vel quòd onus mixtum reputetur reale, eſſet
mutatione nominis ſubſtantiam rei velle mutare, quod
eſt impoſſibile, *l. 2. ff. de uſufruct. ear. rer. quæ uſu con-
ſum.* Bald. *in l. fin. verſ. ſed dubit. C. ſine cenſu, & re-
lict.* Natta *conſil. 447. n.* 16. Sperell. *citat. dec. 36. nu.*
22. *& deciſ. 41. n. 81. & deciſ. 43. n.* 4. ideò non de- 26
bent attendi denominationes Partium, ſed eorundem
onerum cauſa, & natura; ſic quoque impropriè di-
cuntur Vaſalli etiam iſti, qui ſolvunt hujuſmodi one-
ra realia, Rota *dec. 259. nu. 11. cum ſeq. deciſ.* 332.
nu. 6. coram Card. Celſo, *& in citata Cavallicen. Ho-
magii præſertim in prima §. eoq. certius.*

Hujuſ-

Digitized by Google

27 **Hujuſmodi ultima onera**, quæ dicuntur verè realia, ſubire tenentur Eccleſiæ, & Eccleſiaſtici, nec ex eorum acquiſitione libertas bonorum elicitur, ex ea ratione, quia nulla in dictis oneribus conſiderari poteſt juriſdictio, ſed dominium quoddam alterius, nempe domini directi, & fundiarii, cui Eccleſia uti juſtitiæ cultrix præjudicare nullatenus debet, & alteri damnum inferre, Rota *deciſ.* 474. *num.* 262. *& ſeq. part.* 9. *recent.* & latè dixi *tom.* 2. *Conſtit.* 10. *Innoc. III. ſect.* 2. ubi quatenus Eccleſia teneatur reſpectu Domini emphyteutici; & licèt ibi ſpecialiter agatur de re emphyteutica, nihilominùs idem eſt dicendum quatenus concurrat dominium univerſale in certo Territorio, ut omnia bona dicantur obnoxia dominio fundiario alicujus Principis, vel Baronis, ut etiam ibi innui quoad plura loca, in quibus omnia
28 bona ſunt ſub directo dominio alterius. Hoc certum eſt, quòd concurrentibus requiſitis pro inducenda hac qualitate onerum realium, debuerant Patres Montis Virginis ea ſolvere, & ſic quoad iſta proficua fuit exemptio conceſſa à Regibus, qui tale forſan dominium univerſale bonorum in loco habebant, cùm verè uti Eccleſiaſtici ab his oneribus non eximantur, ut latè, & generaliter Card. de Luca *Miſcell. Eccleſ. cit. diſc.* 7. *per tot.* & paſſim docuerunt Doctores poſt Baldum *in citat. l. placet num.* 10. *Cod. de Sacr. Eccleſ.* Ciarlin. *controv.* 22. *num.* 55. *& controv.* 103. *num.* 21. *&* 23. Gob. *conſult.* 40. *num.* 14. De Marinis *reſol.* 47. *num. fin. libr.* 1. ubi de communi, Alter. *de cenſur. tit. de excommun. Bull. Cœna diſput.* 19. *cap.* 6. *columnn.* 3. *lit. B. tom.* 1. Del Bene *de immun. tom.* 1. *cap.* 5. *dub.* 6. Sperell. *deciſ.* 35. *num.* 23. *&* 43. *& deciſ.* 36. Rota *deciſ.* 474. *num.* 26. *& ſeq. part.* 9. *recent.* & magiſtraliter Rota *in famigerata Brunduſina Gabella dec.* 1079. coram Penia, *& in Alben. Gabella, ſeu onerum deciſ.* 902. coram Merlino, repetita in *dec.* 339. *part.* 6. *recent. & in Hydruntina exemptionis deciſ.* 259. coram Cardin. Celſo, quas laudat Adden. *ad deciſ.* 130. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* in terminis ſimilis privilegii contenti in hac Bulla, quæ deciſiones paſſim pro norma in contingentibus hujuſmodi caſibus allegari ſolent, & noviſſimè etiam docuit Rota *in cit. Caval. Homagii* coram D. Molines §. *ſecundò in excluſionem*,
29 *&* §. *ceterum*. In eodem ſenſu, ut ſcilicet teneantur Eccleſiæ, & Eccleſiaſtici ad onera realia, eſt etiam S. Congreg. Immunitatis Eccleſiaſticæ, ut teſtatur cit. Card. de Luca *Miſcell. Eccleſ. diſc.* 2. *num.* 40. & plures reſolutiones adducit Pignatell. *conſult.* 54. *num.* 42. *tom.* 2. & apud Del Bene *de immunit. Eccleſ. tom.* 2. *in addit. verb. Bona acquiſita per Eccleſiaſticos n.* 19. ibi: *Pro bonis acquiſitis Clerici tenentur ſolvere onera realia, ut in Marſicen.* 26. *Junii* 1628. *Auximana* 22. *Junii* 1629. *Firmana Jeſuita* 9. *Octobris* 1629. *Taurinen.* 25. *Aprilis* 1634.

30 Veritas hujus concluſionis licèt à Canoniſtis, & à Romana Curia optima fide admittatur; tamen laici eam conantur ſatis ultra exigentiam, & veritatem protrahere, cùm aliqui etiam auſi fuerint aſſerere, teneri Clericos ad onera mixta. Ideò ipſi naturam dictorum onerum realium corrumpere ſatagunt, ut nomine tenus aliqua remaneant talia, re vera potiùs ſint mixta, quibus ſub prætextu amplexæ ab omnibus dictæ concluſionis, Eccleſiaſticos eſſe obnoxios malè aſſerunt. Hinc difficultas major eſt in hac re in canonizando, qualia verè ſint hujuſmodi onera realia. Et quidem licèt ab aliquibus adducantur requiſita onerum realium, ut ſint fixa, certa, & invariabilia; tamen cavendum eſt, quòd aliquando fortuitò certa onera à poteſtate, ac juriſdictione impoſita appellant realia, vel etiam curant laici talibus requiſitis occultare veram qualitatem onerum, dum etiam mixta aliquando realia appellant, ut apud Capycium Latr. *de-*
31 *ciſ.* 116. *num.* 11. Ideò aſſignatur pro regula certa, ut non ſolùm debeant eſſe certa, fixa, & invariabilia, ſed cumulativè etiam realia, hoc eſt impoſita rei propter rem, & præſtanda ex ipſa re, non autem à perſona reſpectu rei, ut latè firmant citatæ deciſiones *Alben. Gabellæ, & Brunduſina*, ac in aliis ſupracitatis. Hinc Sacr. Congregatio Immunitatis *die* 21. *April.* 1621. cenſuit, prout aliàs, bona per Eccleſiaſticos poſſeſſa gaudere exemptionibus à quibuſvis impoſitionibus, & oneribus, quæ non ſunt copulativè certa, realia, & invariabilia, juxta deciſionem in *Brunduſina Gabellæ* coram Penia, & in concordantibus, & in *Taurinen.* in Epiſtola reſponſiva Archiepiſcopo, ibi: *Se bene doveva baſtare à Conſiglieri di queſta Altezza Sereniſſima l'autorità della Sacra Congregazione, che per eſſer' organo del Papa, deeſi riconoſcere per Maeſtra, e per regola d'ogni buona dottrina; nondimeno da perſone prattiche, e ben' inclinate alla difeſa dell' Immunità, e Libertà Eccleſiaſtica, è ſtata data in voce queſta replica, dimoſtrando, che li fondamenti allegati non debbano tenerſi per indubitati, come aſſeriſcono; e quanto al primo replica, che non baſti, che li peſi ſiano certi, & invariabili, à fine, che dicantur bona tranſire cum onere ſuo; ma debbano eſſere anco preſenti meramente reali, e perpetui, ſecondo l'opinione commune de Dottori; e poi come ſi poſſono chiamare certi, & invariabili quei peſi, che s'accreſcono, e diminuiſcono, come è il Taſſo, che chiamano peſo invariabile, e certo, quale è accreſciuto per metà, e ceſſanda l'imminente neceſſità ſi dovrà diminuire; onde ne ſegue, che queſti dicuntur onera mixta impoſita perſonis contemplatione rerum, vel è contra, de' quali è vera la regola, che dice, quòd mutata conditione perſonæ, mutatur conditio rei: e per conſequenza i beni paſſati alle mani delli Eccleſiaſtici non debbono portare i peſi, che à contemplazione di eſſi ſi pagavano, mentre erano in mano de' laici*; quæ Sacræ Congregationis oracula, ac alia refert Pignatell. *tom.* 2. *conſult.* 54. *num.* 42. *&* 48. & in eadem *Taurinenſi* 26. *Martii* 1629. Sacr. Congregatio Immunitatis reſcripſit: *Pro bonis acquiſitis ſequenda eſt deciſio Rotæ in Brunduſina.* Similiter reſpondit in *Montis Regalis* 11. *Auguſti* 1638. *Firmana PP. S. Dominici* 11. *Auguſti* 1631. ac in aliis tàm in Statu Eccleſiaſtico, quàm alibi, apud Del Bene *cit. loc.* & noviſſimè in *Rhegien. onerum* 5. *Maji* 1699. cenſuit, Eccleſiaſticos non teneri, quia in hoc nulla conſideratur differentia, licèt quoad onera Cameralia teneantur ſolvere etiam Eccleſiaſtici ob poteſtatem ſupremam Pontificis, ut alibi dicemus.

Hinc ad concludendum, ejuſmodi onera eſſe rea- 32
lia, quò ſcilicet Eccleſiaſtici ea ſubire valeant, plura conſiderant Doctores, præſertim autem attendunt perpetuitatem, & invariabilitatem onerum, ut poſt Bart. *in leg.* 2. *num.* 5. *ff. de jurejuran. & leg.* 1. *num.* 37. *in fine Cod. de muner.* Ang. *conſ.* 40. *numer.* 36. *& ſeq. &* 198. latè Marott. *de collect. poſt ejus diſcept. cap.* 1. *num.* 10. Gobb. *conſult.* 40. *num.* 15. *&* 16. Pignatell. *cit. conſult.* 54. *per tot. tom.* 2. Card. de Luca *cit. diſc.* 2. *&* 7. *Miſcell. Eccleſ. & de regalib. diſc.* 50. *num.* 2. *& ſeq.* Sperell. *cit. deciſ.* 35. *&* 36. & in citatis deciſionibus Rotalibus. Unde Sacra Congregatio Immuni-
tatis in *Regien. onerum* 5. *Maji* 1699. reſpondit, Ec- 33
cleſias non teneri ad onera, quæ aſſerebantur perpetua, ſed in re talia non erant. Tamen maximè placet, quod animadvertit Card. de Luca *cit. loco*, quòd ſcilicet varii poſſunt eſſe caſus, in quibus diverſimo-
dè eſſet ſentiendum. Et primò ſatis eſt conſiderabilis 34
diverſitas, ſi agatur cum privato, vel cum Domino feudi, & Univerſitate, vel cùm Principe Supremo; in primo etenim caſu, cùm in privato non poſſit cadere jus juriſdictionis, eò minùs conſiderari poteſt qualitas oneris mixti, quod non datur ſine ea. In ſecundò licèt in ſe nequeat jus collectandi conſiderari, cùm ſit penes Principem, tamen elicitur aliqua præſumptio contraria, quia unà cum feudo, quod poſſidet, tale jus exigendi provenire poteſt, & ſic relativè ad jus juriſdictionis Principis, qui feudum conceſſit; prout in Univerſitate, quæ collectare ſolet quoad bona Cataſti, ut conſulat ejus communibus neceſſitatibus. Maximè tamen præſumptio contraria occurrit in tertio caſu, ex præſumpta impoſi-

tione

Digitized by Google

tione jure juriſdictionis, & ſic perſonis propter res: licèt enim imponantur rebus tantùm, ſicque conentur ex hoc motivo eludere principalem concluſionem; tamen ſemper verum eſt, ut profluant à dicto fonte juriſdictionis in perſonas, ſine qua jus collectandi bona non haberent, & ſic poſito initio hujuſmodi exactionis laicalis, ſemper conſideratur poteſtas juriſdictionis, ut apud Card. de Luca *diſc. 50. de regalibus, & in cit. Hydruntina onerum dec. 259. & 352.* coram Card. Celſo. Quòd ſi agatur de decimis, ſeu præſtationibus ſpiritualibus, & tunc cùm profluant à jure, cujus paſſivè ſunt capaces etiam omnes Eccleſiaſtici, ſi à laicis ad ipſos bona decimis obnoxia perveniant, tenentur erga decimatorem vel Eccleſiaſticum, vel etiam laicum, qui ex ſpeciali privilegio Apoſtolico poteſt decimas ſpirituales exigere, dummodò non adſint exemptiones à Summis Pontificibus conceſſæ, juxta ea, quæ quoad Regulares dixi *tom. 2.*
35 *ad Conſtitut. 6. Honorii III.* Vel demum concurrit obſervantia exactionis alicujus oneris, & neſcitur à quo titulo proveniat, & tunc in dubio ſemper cenſeri debet proveniſſe ex jure juriſdictionis, ſi agatur ad favorem eam obtinentis, ut fuit ſenſus Sacr. Congregationis Epiſcoporum, & Concilii in caſu antiquiſſimæ obſervantiæ præſtationis fixæ, & invariabilis, apud Card. de Luca *diſc. 51. num. 8. verſ. adducebantur de regalibus;* non tamen excluditur poſſibilitas contraria, ſi probari poſſet per famam inconcuſſam & uniformem ſolutio facta per Eccleſiaſticos, aliaque ad rem innuit in eadem cauſa citat. Cardin. de Luca *ibidem*. Si tamen demùm eliciatur titulus clarus,
36 quòd hujuſmodi præſtationes ex prædiis proveniant ex dominio, quod habet etiam ipſe Dominus temporalis, non quidem jure Baroniæ tantùm, & juriſdictionali, ſed jure territoriali, & privato, ſeu fundiario, quamvis ſit alioqui univerſale, ſive Baroniæ annexo uti emolumentum illius; & tunc ceſſat quæcumque difficultas, nam Cives particulares, ac poſſidentes prædia in dicta Baronia, non habent eorum dominium pleno jure, ſed utile, vel, ut ita dicam, ſubalternum, itaut potius dici valeant Coloni perpetui, ut teneantur Domino univerſali totius territorii ad certam partem fructuum ratione juris dominicalis, quæ pars ſolet dici decima, licèt major, vel minor ſit canon, ſeu præſtatio, & dicuntur decimæ temporales, & in caſtris prope Urbem plura ſunt exempla, itaut tunc omnes etiam Eccleſiaſtici, & Regulares, imò etiam Cardinales teneantur, ut meminit Cardin. de Luca *diſcurſ. 7. Miſcell. Eccleſ. numer. 7. & 10.*

37 Difficultas tamen eſt major, quatenus probatum dicatur illud dominium univerſale prædiale, ſeu fundiarium. Et certum quidem eſt, laicum in eo ſe fundantem, ut actorem in hac qualitate, debere eam probare, tum ex eo, quòd ob favorem Immunitatis, non docto de limitatione, aſſiſtit regula generalis pro exemptione, ut animadvertit in terminis Cardin. de Luca *cit. diſc. 7. num. 2. Miſcell. Eccleſ.* Rota *dec. 412. part. 9. recent.* tum ex eo, quòd præciſa Immunitatis Eccleſiaſticæ prævalentia, ſemper tenetur quis probare fundamentum propriæ intentionis, *leg. 2. ff. de probat. leg. actor eod. tit,* Tondut. *quæſt. civil. libr. 1, cap. 41. num. 1,* Rota *deciſ. 797. numer. 3. part. 18. & deciſ. 119. num. 2. part. 19.* & in præciſis terminis in *Cavallicen. dominii 19. Junii 1680.* coram Albergato, *& 5. Junii 1684.* coram Pauluccio, *& in cit. Cavallicen. Homagii 20. Martii 1699. §. potiſſimum* coram
38 D. Olmo; tum demum quia quæcumque bona præſumuntur libera, & allodialia, etiam ſi ſint ſita intra territorium Feudi, ſeu Caſtri, quia omnes naſcimur liberi, imò & bona, niſi probetur contrarium, ut docent citati Doctores, & præſertim Card. de Luca *citat. diſc. 50. & ſeq.* Argel. *de legit. contradict. qu. 19. art. 5. num. 103. & 106.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 91. & præſumpt. 100. num. 5.* Cancer. *var. reſolut. lib. 1. cap. 11. num. 31.* Rota *dec. 797. num. 1. & 2. part. 18. & deciſ. 119. num. 3. & 16. part. 19. rec.* & priùs *deciſ. 164. num. 32. part. 6. & in cit. Cavallicen. Homagii §. potiſſimum, & ſeq.* Non enim ex eo, 39
quòd Princeps, ſeu Baro ſit Dominus Caſtri, ad hoc dominium poteſt inferri, quia primum importat juriſdictionem, non autem dominium bonorum, Rota *deciſ. 696. num. 4. part. 4. diverſ. & in cit. Cavallicen. Dominii 19. Januarii 1680.* coram Albergato; & licèt poſſit hujuſmodi dominium, concurrente præſertim antiquitate temporis, probari præſumptionibus, & adminiculis; tamen cùm agatur contra naturalem libertatem, qua quis, ut dixi, à Deo omnium bonorum largitore bona propria recognoſcere tantùm debet, præſumptiones ita concludentes eſſe debent, ut contrariam præſumptionem elidere valeant, juxta ea, quæ diximus dum de Prælato inferiore egimus contra Epiſcopum habentem juris aſſiſtentiam pro ſe in juriſdictione totius Diœceſis, *tom. 2. ad Conſtitut. 6. Alex. III. ſect. 1.* Imò quatenus concurrant adminicula, & præſumptiones pro libertate bonorum, etſi minores, conquaſſantur quidem illæ, quæ contra hujuſmodi legalem præſumptionem opponuntur, ut magiſtraliter firmatur in *cit. deciſ. Cavallicen. Homagii præſertim in prima §. quippe hæc;* debent enim eſſe di- 40
ctæ præſumptiones univocæ, & non æquivocæ, aut referibiles ad alium titulum, etſi minora deſiderentur in hac probatione incidente dominii, ad differentiam quando illud principaliter eſſet probandum ad effectum devolutionis, pluraque adminicula ſimul juncta magis prodeſſe, & earum pondus prudentis Judicis arbitrio relinqui dicendum eſt, prout in quacunque materia conjecturali. Hinc variæ adduci ſolent præſumptiones, de quibus latè apud Card. de Luca *cit. locis,* Pignatell. *citat. conſult. 54. tom. 2.* & pleniſſimè in *citatis deciſion. Cavallicen. Homagii*. Summa ta- 41
men præ aliis præſumptio eſt obſervantia diuturna univerſalis, ut Clerici, Eccleſiæque omnes præſertim Regulares, qui non ita facilè ſubjiciuntur oneribus non debitis, ſolverint onera realia ratione ejuſdem dominii, accedente ſcientia Epiſcoporum, qui omnia ſpectantia ad ſuam Diœceſim ſcire præſumuntur, nec læſionem Immunitatis permittere putandum eſt, ut generaliter dixit Cardinal. de Luca *citat. diſcurſ. 7. numer. 15. & 16.* prout excluſa fuerunt ad probandum homagia præſtita à Vaſallis, quia hæc regulariter denotant juriſdictionem, Spada *conſ. 4. num. 98. tom. 1.* etiamſi fiat mentio in Inveſtitura Domorum, & Terrarum, quia intelliguntur ſemper in linea juriſdictionis, Duran. *deciſ. 28. num. 24. & 25.* & urgeret etiam 42
ſatis ſolutio laudemiorum, alienationes bonorum factæ cum conſenſu Domini, quatenus tamen probarentur ita omnes fuiſſe geſtas, nam aliàs probatio aliquarum non poſſet univerſalitatem inducere, ſed tantùm importarent jus contra eos, qui tale dominium recognoverunt, Rota *deciſ. 628. num. 21. part. 18. recent.* prout ſuffragarentur ſententiæ, ſi tamen fuiſſent legitimæ, & plures, & deductis Juribus prolatæ, ut ad rem dixit Card. de Luca *citat. diſcurſ. 51. de regalibus;* non tamen ſi fuiſſent particulares pro certis bonis, ut fuit dictum in *cit. Cavallicen. Homagii*. Similiter hujuſmodi dominium excludi videtur, ſi con- 43
ſtet aliqua bona fuiſſe ſub dominio directo aliorum, præſertim per confeſſionem Baronis hujuſmodi bona ementis, quia vis dominii hujus in univerſalitate conſiſtit, Rota *deciſ. 629. num. 14. & 15. part. 18. recent.* & innuitur in *cit. Cavallicen.* Verùm hoc intelligi debet, ut non excludatur caſus, ex quo bona exiſtentia ſub univerſali dominio alicujus, poſſint eſſe ſub alternato dominio alterius, prout videntur eſſe bona emphyteutica, & ſubemphyteutica, feudalia, & ſubfeudalia, & ſic actus debent conſiderari, an ſint compatibiles cum qualitate ſubalterna, an verò concludant directum dominium penes alios, quàm Dominum, ut hæc, & ſimilia benè ponderant citati Doctores, & deciſiones adductæ in *citat. Cavallicen. Homagii.*

Occaſione hujuſmodi onerum verè realium diſputant alii, an ſit tale onus Bonatenentiæ. Eſt enim 44
Bona-

Digitized by Google

Bonatenentia quædam præſtatio, quæ ſolvi ſolet præſertim in Regno Neapolitano favore Univerſitatum pro ſuſtinendis oneribus fiſcalibus, ab exteris, qui poſſident ſtabilia in aliquo loco, de quibus latè citat. Marotta *poſt ejus diſcept.* Capyc. Latro *deciſ.* 116. *numer.* 16. ubi Gizzius *in obſerv. num.* 2. & 8. Theſaur. *deciſ.* 164. Rovit. *in rubrica de appretio, ſeu bonor. æſtimat. rubr.* 9. Petra Genitor *ad Ritus Magn. Cur. tom.* 1. *rit.* 20. *numer.* 12. ubi etiam procedere quoad creditores cenſuum, præterquàm ſi fuerint Cives Neapolitani, Rovit. *pragm.* 4. *de immunit. Neapolitanor.*
45 *num.* 2. Unde ad rem quæritur, an ad hujuſmodi onera teneantur Clerici? Ratio dubitandi eſt, quia hæc appellantur onera realia, impoſita ſcilicet rebus, & proinde dicendum eſſet, bona ejuſmodi oneribus obnoxia pariformiter ad Eccleſiaſticos tranſire, ex quo eſt, ut ſolvantur etiàm ab ipſis Baronibus, ut pro argumento adducit Card. de Luca *in annot. ad diſc.* 50. *de regalibus*. Pro contrario tamen idem Auctor ponderat, quòd prædicta procederent quando tale onus uniformiter ſolveretur in ſumma inalterabili, vel in pecunia, vel in quota fructuum; ſecùs autem ſtante praxi Regni, in quo licèt ſolvatur Regio Fiſco certa quota, tamen per Communitates à Civibus diverſimodè ad ſupplendum tale onus exactio fit, non quidem uniformiter. Licèt autem verum ſit, non teneri Eccleſiaſticos ad dictam Bonatenentiam, non tamen id eſt ex ratione ſupra adducta non uniformitatis oneris, quia talis ratio eſt ſatis lata; ſed ex eo quòd iſtæ
46 ſolutiones pro Bonatenentia ſunt onera verè mixta, quia imponuntur perſonis pro rebus; cùm enim Cives ſolvere debeant functiones Fiſcales in certa quota uniformi pro variis oneribus, quas enumerat cit. Capyc. Latr. Communitas, ſeu Univerſitas ſolet imponere ſolutiones ſuper bonis in Cataſtro deſcriptis, tàm pro dictis functionibus fiſcalibus, quàm pro aliis oneribus, ſeu publicis expenſis, veluti pro ſtipendio Medicorum, refectione murorum, aliorumque, quæ onera communitativa ſolent dici; unde magis, vel minùs juxta expenſas, vel majora, ſeu minora bona propria, quæ ſolent habere Univerſitates, ſolvitur, & ſic non dicitur onus merè reale, ſed mixtum, ad quod non tenentur Eccleſiaſtici; idque indicat exemptio Neapolitanorum quoad cenſus; certum eſt enim, quòd ſi eſſet onus reale, talis exemptio eſſet injuſta, redolens rem alienam, ipſius nempe Communitatis; & ita in terminis Sacra Congregatio Immunitatis in *Tricaricen.* 28. *Maji* 1626. cenſuit, Clericos eſſe immunes à Bonatenentia, & in *Caſertana* 19. *Auguſti* 1630. Clericos gaudere Immunitate à bonatenentia pro bonis emptis, & donatis, & in *Fundana* 23. *Martii* 1638. Clericum gaudere debere exemptione à bonatenentia, quamvis abſentem, & *die* 6. *Maji* 1631. *in Sulmonen.* ubi quòd Clericus quamvis inhabilis ad ſuſcipiendos Ordines Sacros, gaudet exemptione à bonatenentia, & Sacra Congregatio Epiſcoporum 8. *Decembris* 1581. cenſuit, quòd bonatenentia neque donatori, ſeu venditori, ſive cedenti imponi poteſt, quia ſic indirectè Eccleſiaſticis imponeretur, ut has, & alias declarationes refert Del Bene *de immunit. Eccleſ. in cit. addit. verb. Bonatenentia*, Pignatell. *citat. conſult.* 54. *num.* 81. *& ſeq. tom.* 2. & an debeant à Cataſtro ſubmoveri Clericorum bona, alibi dicemus, prout quatenus non teneantur ad onera mixta, & communitativa, quæ imponuntur pro dictis expenſis, bonum Communitatum, & Civium generaliter tangentibus, necnon quoad ea quæ particulariter bona Clericorum & Eccleſiarum percutiunt, de quibus fit mentio apud Card. de Luca *citat. diſcurſ.* 2. *num.* 40. *& ſeq. Miſcell. Eccleſ.* & diſtinctim alibi agemus Deo dante.

47 Tandem debet animadverti, quòd licèt Eccleſiaſtici ſive Sæculares, ſive Regulares, eximantur ab oneribus mixtis, id intelligi debet, ſi reſpiciant rationem utilitatis univerſalis, ut ſunt datia, gabellæ; non tamen ab iis, quæ concernunt particularem utilitatem ipſorum, quia tunc ipſi etſi privilegiati tenentur ſubire expenſas neceſſarias pro conſervatione rei propriæ, Tamburrin. *de jur. Abbat. tom.* 1. *diſp.* 15. *qu.* 2. Del Bene *de Immunit. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 5. *dub.* 17. *& cap.* 10. *dub.* 10. *num.* 1. *cum ſeqq.* Fermoſin. *in capit. Eccleſia S. Mariæ de conſtit. quæſt.* 10. *num.* 32. *&* 37. *& quæſt.* 11. *num.* 13. *&* 14. Rodriquez *quæſt. regul. tom.* 1. *quæſt.* 66. *artic.* 2. *verſ. ex dictis*; & latè in terminis hujuſmet privilegii conceſſi in hac Bulla etiam Ciſtercienſibus, Rota *in Cracovien. exemptionis* 16. *Januarii* 1682. §. *neque prædicto* coram Cardin. Caccia; ad quæ tamen à Judice Eccleſiaſtico competente ſolùm cogi valent, nunquam verò à poteſtate laica.

Denique poterit quæri, an hujuſmodi privilegium 48
exemptionis quoad onera realia conceſſum, competat aliis Regularibus in vim communicationis privilegiorum? Et affirmat Rota *deciſ.* 30. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* Sed mihi non placet; nam ſi agatur de oneribus verè realibus, importaret donationem propriæ rei per Principem, nequeunt autem ſub generali communicatione ea, quæ difficiliùs conceduntur, comprehendi, niſi tamen adſit generalitas verborum ita ampla, ut etiam ea includere valeat, & in his terminis intelligi debet Rota *citat. deciſ.* 30. *numer.* 7. & plenè in ſimili *deciſ.* 337. *tom.* 10. *recent.*

CONSTITUTIO VI.

URBANI IV.

incipiens (*Eccleſia.*)

EPITOME BULLÆ.

URBANUS EPISCOPUS &c.

Abbati Congregationis Montis Virginis, ejuſque Succeſſoribus privilegium concedit utendi Mitra, Baculo, Benedictione ſolemni, largiendi Indulgentias quadraginta dierum, Ordines Minores conferendi, & benedicendi Calices, & alias Veſtes, necnon cognoſcendi Cauſas Matrimoniales.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Sacræ Veſtes Summis Sacerdotibus cur conceſſæ, & quid præſignent.*
2 *Inſignia Pontificalia quænam ſint, referuntur.*
3 *Mitra, Annulus, Chyrotheca, & Baculus quid ſignificent in Epiſcopo.*
4 *Quidque itidem præſignent Sandalia, Tunica, & Dalmatica.*
5 *Inſignia Pontificalia quandoque à Sede Apoſtolica conceſſa aliis infra Ordinem Epiſcopalem, & num. ſeqq.*
6 *Referuntur exempla conceſſionis Pontificalium Principibus Sæcularibus.*
7 *Similiter aliquando fuerunt conceſſa Canonicis Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarum.*
8 *Abbas Congregationis Montis Virginis privilegium Pontificalium obtinuit ab Urbano IV.*
9 *Idemque privilegium obtinent nonnulli Abbates Regulares, qui referuntur.*
10 *Pontificalium uſus non competit Abbatibus jure eorum dignitatis, quamvis privilegium eis conceſſum, ſit clauſum in Corpore Juris.*
11 *Privilegium inſertum in Corpore Juris per modum privilegii, non facit jus.*
12 *Pontificalia conceduntur Abbatibus non ad faſtum propriæ perſonæ, ſed ob Eccleſiarum decus.*

13 *Ultra*

Digitized by Google

13 *Ultra uſum Pontificalium Abbati Montis Virginis in hac Conſtitutione conceditur poſſe benedicere Populum, & Veſtes Sacras, Minores Ordines conferre, & indulgentiam concedere, & num. 25.*

14 *Abbas habens uſum Pontificalium, non poteſt alios actus Pontificales exercere abſque ſpeciali privilegio.*

15 *Benedictio quid ſit, & an differat à Conſecratione.*

16 *Conſecratio propriè eſt, in qua adhibetur unctio Olei.*

17 *Mos dicandi Deo res per unctionem, eſt antiquiſſimus.*

18 *Benedictio rerum cultui Divino dicandarum refertur ad poteſtatem Ordinis Sacerdotalis.*
Quamvis ſolis Epiſcopis competat ex uſu Eccleſiæ, non quidem ex Divino, aut humano Jure. Ibidem.

19 *Verum undique non eſt, faciendas eſſe ab Epiſcopo benedictiones omnes, in quibus adhiberi ſolet unctio.*

20 *Papa poteſt committere ſimplici Presbytero benedictiones, etiam eas, in quibus adhibetur unctio.*

21 *Simplex Presbyter illicitè, ſed validè benedicit etiam ea, in quibus requiritur unctio.*

22 *Abbates poſſunt facere omnes benedictiones, in quibus non requiritur unctio Eccleſiaſtica, idque ſecundùm aliquos ratione conſuetudinis, & præſcriptionis contra Epiſcopos.*

23 *Requiritur tamen, ut Abbas ſit benedictus, quamvis quoad hoc alia conceſſio non adſit.*

24 *Verius eſt Abbates non poſſe præſcribere jus faciendi has benedictiones contra Epiſcopum.*

25 *Abbas Congregationis Montis Virginis poteſt benedicere Calices, & alia ornamenta ſacra.*
In benedictione Calicis requiritur Sacra Unctio. Ibidem.

26 *Abbates abſque ſpeciali privilegio nequeunt benedicere ea, in quibus requiritur Sacra Unctio.*

27 *Abbas Montis Virginis, aliique habentes privilegium benedicendi Calices, & Sacras Veſtes, non poſſunt eo uti, niſi pro uſu ſuarum Eccleſiarum.*

28 *Quod procedit etiam ſi privilegium eſſet indefinitum, & generale.*

29 *Limitatur niſi privilegium exprimat etiam benedicere poſſe ornamenta aliarum Eccleſiarum.*

30 *De benedictionibus, quæ fieri ſolent in perſonas.*

31 *Solus Sacerdos poteſt benedicere perſonas.*

32 *Quod intellige de benedictionibus ſimplicibus, nam ſolemniter ſolus Epiſcopus benedicere poteſt Populum.*

33 *Abbates non poſſunt ſolemniter Populum benedicere, niſi tribus anni diebus, dum pontificaliter celebrant.*

34 *Et tunc nonniſi poſt Miſſarum, Veſperarum, aut Matutinorum ſolemnia.*

35 *Abbas præſente Epiſcopo, aut alio Superiore, pontificaliter benedicere non poteſt, niſi ex ſpeciali privilegio.*

36 *Abbas extra proprium Monaſterium Pontificalia exercere non poteſt, nec quidem de licentia Epiſcopi, & num. 42.*

37 *Quod ſi privilegium ſit illimitatum, poſſet ea exercere tantum in locis ſibi pleno jure ſubjectis.*

38 *Idemque procedit quoad Archimandritam Meſſanenſem.*

39 *Eccleſiæ quatenus cenſeantur plenè ſubjectæ Abbatibus, ad hoc ut in iis Pontificalia exercere queant.*

40 *Referuntur loca, in quibus Abbas Montis Virginis facultatem habet exercendi Pontificalia.*

41 *Uſus Pontificalium connotat juriſdictionem in loco, in quo exercentur.*

42 *Abbas habens privilegium illimitatum, poteſt ubilibet, accedente Ordinarii licentia, uti Pontificalibus.*

43 *Abbas habens uſum Pontificalium poteſt ſecundùm aliquos ea exercere in Eccleſia exempta cum licentia Superioris ejuſdem.*

44 *Sed contrarium eſt dicendum ex Decretis S. Congregationis Rituum.*

45 *Affertur ratio hujus contrariæ Sententiæ.*

46 *Idemque etiam procedit in Epiſcopo exercere volente Pontificalia in Eccleſia exempta.*

47 *Epiſcopus, cui fuit delegatum regimen Monaſterii Monialium exemptarum in aliena Diœceſi exiſtentium, non poteſt in eo Pontificalia exercere.*

48 *Abbas, vel Epiſcopus poteſt exercere Pontificalia in Eccleſia verè Nullius cum licentia ejus Abbatis.*

49 *Decreta generalia ſuper uſu Pontificalium edita à Sacr. Congregatione Rituum, ubique ſervanda ſunt, non obſtante immemorabili, vel non uſu.*

50 *Lex quatenus obliget antequàm ſit à Populo acceptata, vel moribus uſu recepta.*

51 *Leges Eccleſiaſticæ obligant, quamvis non ſint acceptatæ, vel uſu receptæ.*
Poteſtas Papæ nullam habet dependentiam à Populo. Ibidem.

52 *Leges Eccleſiaſticæ non obligant, ſi ad non uſum accedat tacita patientia Summi Pontificis.*

53 *Afferuntur Decreta generalia edita à Sacra Congregatione Rituum de Privilegiis Abbatum quoad uſum Pontificalium.*

FActæ ſunt Veſtes Sanctæ Summis Sacerdotibus 1
in gloriam, & decorem, *Exod. cap.* 28. 2. quò
ſcilicet ex eorum ornamento gloria Domini præfulgeat, *Can. pulchra diſt.* 86. & majoritas appareat eorum dignitatis, & præeminentiæ, *cap. ut Apoſtolicæ de privil. in* 6. inſignia enim ſunt Dignitatis, Poteſtatis, & virtutum, quibus ipſi potiuntur, ſecundùm Ivon. Carnot. *in libell. myſter. Miſſæ*. Hinc ad eximiam præſignandam dignitatem, juriſdictionem, & curam Epiſcopalis gradus, in quo ſummum Sacerdotii veneratur, *cap.* 1. §. *per fontis de Sacram. unct. can. ult.* 3. *quæſt.* 1. *can. videntes* 12. *quæſt.* 1. optimè 2
conducunt ſacra ornamenta, quibus inſtituente S. Clemente Papa, ut refert D. Philippus Rondaninus *in vita ejuſdem Sancti lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 5. ab Eccleſia Epiſcopus condecoratur, dum Sacerdotio fungitur; Mitra ſcilicet, Baculus, Sandalia, Chyrothecæ, Tunica, Dalmatica, & Crux pectoralis, in quibus communiter inſignia Pontificalia præſcribuntur, aliquibus tamen addentibus, vel minuentibus, Moſcon. *de magnitudine milit. Eccleſ. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 8. Duran. *in ration. Divin. Offic. libr.* 3. *à cap.* 13. Pegas *de compet. inter Archiep. part.* 1. *cap.* 23. *cum ſeq.* Tamburrin. *de jur. Abbat. tom.* 1. *diſput.* 20. *quæſ.* 1. *num.* 2. *cum ſeq.* Ricc. *in prax. Eccleſ. tom.* 4. *reſolut.* 433. *numer.* 3. Campanil. *in diverſ. jur. canon. rubr.* 9. *cap.* 5. An verò inter Pontificalia ornamenta comprehendatur Baldachinum, Circulus, aliæque ſolemnitates aſſiſtentiæ, noviſſimè addit D. Pitonius *tom.* 2. *diſcept.* 43. & 44. & nos alibi dicemus

Coronatur itaque Epiſcopus bicorni galea, ſeu mi- 3
tra, quæ corona gloriæ nuncupatur ab Euſeb. *lib.* 10. *Hiſtor. cap.* 4. in notam ſuæ excelſæ dignitatis, Murga *ad Conſtit. Benedict. Conſtitut.* 1. *Cæleſtin. II.* §. 2. *ſect.* 1. Buleng. *de Veſtib. Pontific. libr.* 1. *cap.* 6. Annulo ornatur ejuſdem dextera in pignus ſpiritualis matrimonii, quo vincitur ſuæ Eccleſiæ, Abbas *in cap. Clerici il* 2. *de vita, & honeſtate Clericor. numer.* 6. Tamburrin. *citat. diſput.* 20. *numer.* 5. & manus operiuntur chyrothecis, quæ exempla Sanctorum ſignificant, in manibus, ideſt operibus demonſtranda, ut utar ſenſibus Hugon. à S. Victore *in Specul. Eccleſ. cap.* 6. Murga *d.* §. 2. *ſect.* 7. *num.* 54. Baculum tenet in ſignum juriſdictionis Paſtoralis, ut eruditè

ſcripſit

Digitized by Google

ſcripſit Hugo *loc. cit. cap.* 6. ibi : *Baculus Paſtoralis*
rectitudine ſui rectum regimen ſignificat ; quod autem
una pars curva eſt , & altera acuta , monſtrat præ-
eſſe ſubjectis , & debellare rubelles . Unde paſſim cir-
cumfertur verſus ex Innoc. III. *lib.* 1. *Myſter. Miſſæ*
cap. 6. deſumptus :
Collige , ſuſtenta , ſtimula : vaga , morbida ,
lenta .
Dum calceatur ſandaliis , exhibetur ſuum Apo-
ſtolicum munus ; hoc namque calceamenti genus
ex Inſtitutione Chriſti Domini , *Marci cap.* 69. pro-
4 prium eſt Apoſtolorum , ibi : *Sed calceatis Sanda-*
liis , ad id alludente Propheta cùm dixit : *Quàm*
ſpecioſi pedes Evangelizantium . Induitur denique
Tunica , & Dalmatica , immaculatæ vitæ , & inte-
gritatis perfectionem denotantibus , ut eruditè de-
monſtrat Gavant. *in Theſaur. Sac. Rituum par.* 2.
tit. 1. Durand. *in ration. Divinor. Offic. lib.* 4. *cap.*
11. Præter has myſticas ſignificationes , aliæ plures ex
his Pontificalibus ornamentis capi poſſunt , quas
uberrimè collegerunt Pegas , Murge , Durand.
Tamburin. Gavant. *citati* , & Barboſ. *de Epiſcopo par.*
1. *tit.* 1. *cap.* 5. *à num.* 7.
His autem Pontificalibus Infulis , & Ornamentis
5 ad allegoricè , & myſticè repræſentandum Epiſco-
pum principaliter contextis , *DD. in cap. ut Apoſto-*
licæ de privil. in 6. Bullenger. *de veſt. Pontif. lib.* 1.
cap. 5. *ad finem. & cap.* 6. ut infigatur in vulgus ex
his , quæ extrinſecè oſtentantur , ejuſdem Virtutum ,
Dignitatis , & Poteſtatis admiratio , & reverentia ;
in pompam dumtaxat acceptis , nonnulli à Summis
Pontificibus condecorati , & venerabiliores facti
fuerunt , quaſi quòd exæquati Epiſcopis ; & non
tantùm , qui in inferiori gradu , vel Ordine Eccle-
6 ſiaſtico conſtituti erant , quin etiam , licèt rarò ,
merè ſæculares Principes ; fertur enim , quòd Ale-
xander II. anno 1068. deſideratam Mitram Uratiſ-
lao Duci Bohemiæ conceſſit in teſtimonium bene-
volentiæ , ſic referente Gregorio VII. *lib.* 1. *epiſt.*
38. ibi : *Ad ſignum intimæ dilectionis , quod laicæ*
perſonæ tribui non conſuevit , Mitram , quam poſtu-
laſti , direxi ; & Thomaſſin. adnotat in *tom.* 1. *Di-*
ſciplinæ Eccleſ. par. 1. *lib.* 2. *cap.* 52. *num.* 2. & 8.
quod Otho Friſigen. *in geſtis Friderici lib.* 1. *cap.*
28. de concordia inita anno 1144. inter Papam ,
& Principem Siculum memoriæ commendat , ibi :
Concordiam inter Siculum , & Papam hujuſmodi
eſſe accepimus : Papa conceſſit Siculo Virgam , &
Annulum , & Dalmaticam , & Mitram , atque San-
dalia .
7 Porrò autem inferioribus Eccleſiaſticis Dignita-
tibus paſſim à Sede Apoſtolica hujuſmodi indultum
utendi Pontificalibus inſigniis reperitur conceſſum ;
id enim obtinuit à Gregorio XIII. Corrector pro
tempore Hoſpitalis Incurabilium Neapolis ; & ultra
ea , quæ plurium Cathedralium , & Collegiatarum
Canonicis potiſſimè in actu erectionis ad preces
Fundatoris , & extra dictum caſum ad inſtantiam
alicujus Principis , vel aliqua concurrente rationa-
bili cauſa , conceſſa recenſet Corrad. *in praxi benefi-*
8 *ciar. lib.* 2. *cap.* 14. *à numer.* 1. *ad* 36. hoc privile-
gio potitur Abbas Congregationis Monachorum S.
Benedicti Montis Virginis ex benigna conceſſione
Urbani IV. in præſenti Conſtitutione edita apud Ur-
bem Veterem 2. Idus Septembris anno 1263. ibi :
Nos itaque ob devotionem B. Mariæ , veſtris ſuppli-
cationibus inclinati , uſum Mitræ , Baculi , Annuli ,
Sandalium , Chyrothecarum , Tunicæ , Dalmaticæ ,
& infra : *Auctoritate præſentium concedimus de gratia*
ſpeciali .
9 Paribus itidem privilegiis decorantur Abbates Ca-
nonicorum Regularium ex conceſſione Gregorii IX.
Caſſinenſes ab Urbano II. Camaldulenſes à Leone
X. Abbates Vallis Umbroſæ à Clemente VI. Ciſter-
cienſes ex Conſtitutione Innocentii VIII. Cœleſtini
per Bullam Cœleſtini V. Abbates Montis Oliveti à
Julio II. Præmonſtratenſes , & alii innumeri , quos
refert Tambur. *de jur. Abb. diſp.* 20. *quæſt.* 1. *à num.*
13. *tom.* 1. adeout ex hac generalitate aliqui per- 10
peram arbitrati ſint , hujuſmodi Pontificalium uſum
eiſdem competere jure eorum dignitatis , contra expreſ-
ſam declarationem Text. *in cit. cap. ut Apoſtolicæ de*
privil. in 6. ibi : *Quibus non competit ex propria di-*
gnitate , Abbas *in cap. Clerici il* 2. *num.* 6. *de vi-*
ta , & honeſtate Clericor. & Tambur. *de jur. Ab-*
bat. diſp. 21. *quæſt.* 1. *num.* 1. *tom.* 1. rectè inferens
num. 3. quòd hinc eſt , ut non omnes Abbates om-
nibus inſigniis potiantur , ſed aliqui dumtaxat bacu-
lo , alii aliis ſecundùm varium tenorem conceſſio-
num ; nec quia hujuſmodi privilegium inſertum eſt
in corpore juris communis , facit jus quoad nomi-
natos , ut notant Jo: Andr. *in cap. ex parte il* 1.
num. 3. *de Decimis* , & Fagnan. *cap. his quæ num.*
35. *de majorit. & obed.* cùm hæc illatio fallat , ſi 11
privilegium clauſum ſit in jure per modum privile-
gii , ut in caſu , ex toto contextu *cit. cap. ut Apo-*
ſtolicæ apparet , Cardin. Albit. *diſcept.* 2. *num.* 31.
& 34. poſt *diſc.* 95. Card. de Luca *de juriſdict.*
Barboſa *de clauſulis clauſ.* 83. *num.* 5.
Hoc autem Sacrarum Veſtium ſolemne apparatum 12
non utique ad faſtum propriæ perſonæ , vel digni-
tatis ; ſed ad decus , & honorem Eccleſiarum fuit
ipſis Abbatibus elargitum , Geminian. *cap. ut Apoſto-*
licæ de privileg. in 6. *gloſ.* 2. alioſque refert Tambur.
dict. diſp. 20. *quæſt.* 1. *num.* 1. Ad cujus quidem in-
tentum hujuſmodi privilegium dirigit Abbati Montis
Virginis Urbanus IV. in præſenti Conſtitutione , cùm
præludat , quòd *Eccleſia Romana velut circumſpecta*
Mater & provida nonnullas Eccleſias tanquam fi-
lias prædilectas majoribus effert honoribus , munere
prævenit gratiæ potioris , & gratioribus inſignit titu-
lis dignitatum , &c. & infra : *Nos itaque ob devo-*
tionem B. Mariæ &c. Quantò enim eaſdem decet ,
& convenit , tantò Monachos dedecet ; cùm decus
Religioſum , quod in ſimplicitate conſiſtit , his e-
tiam ſacris ornamentis videatur quodammodo infu-
cari . Quocircà D. Bernardus *in Epiſtola ad Henri-*
cum Senonenſem Archiepiſcopum meritò invehit in
Abbates , qui hujuſce ornamenta animi faſtu am-
biunt , his verbis : *Verùm apertè indicant quidam ho-*
rum quid cogitent , dum multo labore , ac pretio Apo-
ſtolicis adeptis privilegiis , per ipſa ſibi vindicant
inſignia Pontificalia , utentes & ipſi more Pontificum
Mitra , Annulo , atque Sandaliis : ſanè ſi attenditur
rerum dignitas , hanc Monachi abhorret profeſſio ; ſi
miniſterium , ſolis liquet congruere Pontificibus ; &
paulò ante : *Quid eſt hoc præſumptionis ò Mona-*
chi ? neque enim , quia Prælati Monachi , ideò non
Monachi , quia Monachum facit profeſſio , Prælatum
neceſſitas : ut autem non præjudicet neceſſitas profeſ-
ſioni , accedat Prælatio Monacatui . Similiter *Petrus*
Bleſenſis in adhortatione ad Guillelmum Abbatem
fratrem ſuum , ſcripſit : *Mitra , & Annulus , atque*
Sandalia in alio quàm in Epiſcopo quædam ſuperba
elatio eſt , & præſumptuoſa oſtentatio libertatis . Ta-
lium uſus eſt in Eccleſiis dedicandis , in conſecran-
dis Virginibus , in Ordinibus celebrandis . Quare igi-
tur his utitur , aut potius abutitur , qui uti talibus pro-
hibetur ? Homini hæc habenti , & non utenti ſunt po-
tius oneri , & ludibrio , quàm honori . Per ſalutem
itaque Patris , qui nos genuit , per ubera , quæ ſuxi-
mus in eadem Matre , Frater unice , vos adjuro , &
deprecor , ut in ſignum plenæ humilitatis Pontificalia
reſignetis inſignia , & ſi ſine ſcandalo fieri nequit ,
renuncietis in manibus Domini Papæ Monaſterii ad-
miniſtrationem , & ſubſtituto ibi ad inſtantiam ve-
ſtram Paſtore idoneo , vos ad clauſtrale otium , &
ſalubrem militiam convertatis .
Sic autem condecorata Eccleſia S. Mariæ Mon- 13
tis Virginis Pontificalibus ornamentis , inſignita e-
tiam fuit ab eodem Pontifice Pontificalibus hono-
ribus , dum ipſius Abbati nonnulla , quæ ſolis E-
piſcopis principaliter competunt , exercenda conceſ-
ſit , ibi : *Nos itaque &c. Benedictione ſolemni ad Po-*
pulum ,

Digitized by Google

pulum, ordinatione Minorum Ordinum, Indulgentia
quadraginta dierum, benedicere etiam Calices, & om-
nia alia ornamenta Eccleſiaſtica, tibi fili Abbas, &
Succeſſoribus tuis : & infra : *Dummodò more, ac modo*
debito munus benedictionis impenſum, ac te, & eos
conſtet exiſtere Sacerdotes, auctoritate præſentium con-
14 *cedimus de gratia ſpeciali*. Non quia eiſdem ſignis
Pontificalibus neceſſariò conſequatur ſignificatum,
cùm ex ſupradictis ſatis ſit oſtenſum, quòd ad ſimpli-
cem oſtentationem dumtaxat concedantur, ideoque
nil, quod amplitudinis officii ſapiat, conferunt, ex
Jo: Andrea, & Gemin. *in d. cap. ut Apoſtolica de pri-*
vil. in 6. ſub gloſſ. 2. quem ſequitur Pax Jordan. *de re*
ſac. libr. 5. tit. 3. num. 38. ubi pulchrum dictum ipſius
Auctoris refert. Ex his itaque declaraſſe videtur Sa-
cra Congregat. Concilii, quòd Abbas Mitra, & aliis
ornamentis Pontificalibus decoratus, indiget ſpeciali
privilegio pro benedicendo Populo, in *Pennen.* 25.
Martii 1658.

15 Hìc tamen quatuor ex his quinque Pontificalibus
poſthabitis, quia alibi perpenſis, nobis tantummodò
materia dilucidanda affertur de benedictione tam ſo-
lemni ad Populum, quàm Eccleſiaſticorum ornamen-
torum, inter alia Pontificalia noſtro Abbati conceſſa.
Quæcunque igitur benedictio, ut notat Barboſa *de*
Jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 3. num. 53. cum ſeqq. principa-
liter dirigitur ad profanitatem rei detergendam, & ad
nequitiam immundorum ſpirituum depellendam, ex
quo ſanctitas in rebus benedictis infunditur, vel ad
benefaciendum hominibus, *can. aquam 19. de conſecr.*
diſt. 3. ut ſunt benedictio Palmarum, Candelarum,
novæ Navis, Domus, Agni Paſchalis, Panis, qua-
rum diſcurſus utpotè à propoſito themate alienus omit-
titur; vel ad eaſdem res ea, qua decet, ſanctimonia
applicandas Divino Cultui, ſive conſecrandas, cùm
conſecrare nil aliud importet, quàm Deo dicare cer-
tis verbis ſuper re dedicanda prolatis, Barboſ. *citat.*
libr. 2. cap. 3. num. 2. omnis enim Creatura ſanctifi-
catur verbo Dei, & oratione, ex *Apoſt. 1. Timoth. ca-*
pit. 4. 5. unde in *can. detrahe prima quæſt.* 1. dicitur:
Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum.
16 Hoc autem vel fit ſimpliciter, & ſic largè; vel oleo
perfuſo ad gratiam Spiritus Sancti deſignandam, &
ſtrictè, ſeu propriè conſecratio dicitur.

17 Antiquiſſimus quippè mos eſt, Deo res unctione
dedicare; à tempore enim primæ legis Jacob hanc
conſecrationem perfecit, dum *tulit lapidem, quem*
ſuppoſuerat Capiti ſuo, erexit in titulum fundens oleum
deſuper, *Geneſ.* 28. 18. & in ſecunda lege Moyſes Ta-
bernaculum, & Salomon Templum Deo dicantes,
precibus, & unctione ſacrarunt, *Exod.* 40. 9. *& can.*
1. *diſt.* 1. *de Conſecrat.* ex quibus in lege Gratiæ ri-
tum dedicandi Domino loca, res, & perſonas de-
rivavit, ut expreſsè in *citat. can.* 1. & primùm à B.
Silveſtro olei unctione Templa fuerunt conſecrata,
teſte Barboſa *de jur. Eccleſ. tom. 2. de ædific. & conſecr.*
Eccleſ. num. 27.

18 Hoc autem benedicendi munus res cultui divino
dicandas, cùm conſiſtat in certa forma verborum, ad
poteſtatem Ordinis Sacerdotalis eſt referendum, Abb.
in capit. aqua de conſecr. Eccleſ. ex communi tamen
Eccleſiæ uſu ſolis Epiſcopis competit; non quia hæ
ſanctificationes actus ſint Epiſcopalis Ordinis, vel
quòd aliquo divino, vel humano jure eiſdem ſint ap-
plicatæ, ſeclusis ſaltem his, quæ enumerantur in *cap.*
quamvis diſt. 68. nempe Presbyterorum, Diacono-
rum, Virginum, Eccleſiarum, & Altarium conſecra-
tio, Chriſma conficere, nec non confirmare, quæ
actiones videntur expreſsè Ordini Epiſcopali reſervatæ
per ea, quæ dicunt DD. in *cap. aqua de conſecr. Ec-*
cleſ. & in cap. quanto de conſuet. & inter alios Abbas
num. 3. Fagnan. *num.* 13. Cæterum quoad alias bene-
dictiones, præſertim in quibus unctio non requiritur,
nullo Canone, nullaque canonica doctrina id ſanci-
tur; ideoque tantùm Epiſcopo competunt, quia lau-
dabilis conſuetudo ab Eccleſia approbata id obtinuit,
utpotè qui eminentiori jure hæc ſibi officia vindicare
potuit, Sauſay *in panopl. Sacerdotal. part. 1. libr. 8.*
cap. 10. art. 1. & part. 2. libr. 2. cap. 6. art. 22. §. for-
ma hujus.

Rejecta igitur opinione illorum, qui nullo jure 19
ſuffulti dixerunt, eas benedictiones, in quibus unctio
requiritur, proprium officium eſſe Epiſcopi perfice-
re; at in quibus non ingreditur Chriſma, poſſe quem-
cunque Presbyterum jure ſuo exequi; nam contra-
rium ex ſtylo Eccleſiæ docemur, Sacerdos enim in
Vigilia Paſchatis aquam Baptiſmalem infundendo Sa-
crum Chriſma benedicit; & Eccleſiaſticas Veſtes, in
quibus unctio non requiritur, benedicere nequit; di-
cimus autem, has dedicationes, ſeu conſecrationes 20
poſſe per Papam ab Ordine Epiſcopali ſejungi, ſim-
plici Sacerdoti eas committendo, cùm eidem Ordini
non per inſtitutum Divinum, ſed ex approbatione
Eccleſiæ ratione dignitatis Epiſcopalis ſint ſolummo-
do addictæ, ex *cit. cap. aqua, ibique* Fagnan. *num.* 5.
Abbas *num.* 8. Barboſ. *de poteſtate Epiſcopi part. 2. al-*
leg. 28. num. 56. Murga *diſquiſ. forenſ. tom. 1. tract. 2.*
diſqu. 11. num. 2. Tamburrin. *loc. cit. diſp. 22. quæſ. 1.*
num. 2. Sauſay *loco proximè citat.* Azor. *part. 2. lib. 9.*
capit. 5. quæſ. 5. & quoad ipſius Conſecrationis effe- 21
ctum, ſi Sacerdos abſque hujuſmodi facultate id at-
tenterit, quamvis graviter peccet, non eſt irritum,
quod fecit; ſed re vera conſecrat quod benedixit,
dum ad id poteſtatem accepit, cùm in ordinatione
Epiſcopus ejuſdem manus his verbis perunxit : *Conſe-*
crare, & ſanctificare Domine manus iſtas per iſtam
unctionem, & noſtram benedictionem, Amen. Ut quæ-
cunque benedixerint benedicantur, & quæ conſecrave-
rint conſecrentur in nomine D. Jeſu Chriſti Amen : fa-
cit Gloſſ. *in capit. 1. de Sacram. Unctione verb. conſe-*
crare, Gonzalez *in cap. aqua de conſecr. Eccleſ. num. 5.*
in medio, Sauſay *cit. art. 1. & art.* 22.

Autumant verò DD. quòd ſicut per conſuetudinem 22
Epiſcopi ſibi has benedictiones vindicarunt, ita va-
leant per inferiores Prælatos contra Epiſcopum præ-
ſcribi, *cap. Abbates de privil. in 6. & in Clement. at-*
tendentes de ſtatu Monachorum; qua quidem præſcri-
ptione, & conſuetudine ſe confovere ajunt omnes fe-
rè Abbates in poteſtate benedicendi omnia Eccleſia-
ſtica, in quibus unctio non requiritur, Sylveſter *verb.*
benedictio, alioſque refert Tamburrin. *citat. diſp.* 22.
quæſ. 1. num. 3. Sauſay *in panopl. Sacerd. part. 1. lib. 8.*
cap. 10. artic. 1. §. cui opinioni; itaut ſuppoſita benedi- 23
ctione, abſque alia conceſſione poſſe has benedictio-
nes perficere declaraverit Sacr. Congregatio Concilii
in *Siracuſana 5. Julii* 1607. *tom. 11. decret. pag.* 10.
his verbis : *Abbas benedictus poteſt Primam Tonſu-*
ram, & pariter Minores Ordines ſubditis Regularibus
conferre, & omnia ornamenta ſacra benedicere, ex-
ceptis his, quæ unctionem requirunt, & hæc habet ſo-
lemniter benedicere abſque alia conceſſione; & in *Tor-*
nacen. die 8. Februarii 1608. cit. tom. 11. pag. 27. ad-
ditur: *Quamvis in privilegio mitræ, & baculi non fiat*
mentio.

Hæc porrò generalis conſuetudo videtur omninò 24
fundata in privilegiis particularibus, vel, ut aliqui
DD. dicunt, generaliter ipſis Abbatibus à S. Sede
conceſſis, cùm eiſdem ſeclusis, Abbates hac conſue-
tudine in poteſtate benedicendi juvari non poſſe, be-
nè defendant Barboſa *de Jur. Eccleſ. libr. 1. capit.* 17.
num. 62. & 63. & de poteſtate Epiſc. part. 2. alleg. 27.
num. 36. & pluribus citatis Suarez *tom. 4. de relig. tra-*
ctat. 8. libr. 2. cap. ult. num. 2. cum ſeqq. Azor. *inſtit.*
moral. part. 1. libr. 10. cap. 28. quæſ. 2. Lezana *in ſum-*
ma cap. 18. num. 58. Ratio enim potiſſima eſt, quòd
cùm hæ benedictiones referantur ad Ordinem Epiſco-
palem ſaltem ex deſtinatione Eccleſiæ, ut diximus,
ideoque juxta notam regulam *in cap. quanto de conſuet.*
ſunt ab inferioribus impræſcriptibiles, & quælibet lon-
gæva conſuetudo ſuper his introducta dicitur corru-
ptela, ex mente Innocentii III. in *citat. capit. aqua de*
conſecr. Eccleſiar. & latè exornant Fagnan. *in cit. cap.*
quanto num. 32. cum pluribus ſeqq. & Abbas *numer.* 2.
& ſic hæc conſuetudo dici poteſt potiùs ſignum
con-

Digitized by Google

conceſſionis à Summo Pontifice ſuper hoc Abbatibus factæ, quàm quòd per talem conſuetudinem hujuſmodi poteſtas tribui valeat, cùm nullum ſit expreſſum jus, in quo dicantur poſſe conſuetudine acquiri, Tamburrin. *de jur. Abbat. tom.* 1. *diſput.* 22. *quæſt.* 1. *num.* 5. *verb. hæc autem*; & quatenus conſuetudo ſit immemorabilis, eo caſu privilegium præſumeretur ſpeciale, etiam ſi adeſſet reſiſtentia juris vehemens, ad tradita per Rotam *in dec.* 734. *per totam* coram Emerix jun. & dixi pluries, præſertim *Conſtitut.* 1. *hujus Pontificis ſect. un. num.* 34.

25 Hoc itaque privilegium conſecrandi, & benedicendi res Cultui Divino addicendas, expreſsè obtinuit Abbas Montis Virginis ab Urbano IV. in præſenti Conſtitutione his verbis: *Benedicere etiam Calices, & omnia alia ornamenta ſacra*. Conſultò quidem de Calicis conſecratione fuit facta mentio, cùm enim ſit de his, in quibus unctio Sacri Chriſmatis requiritur, *cap. unico* §. *ungitur præterea*, *de Sacra Unctione*; non tantùm quocunque jure, vel conſuetudine benedicendi generaliter Abbates ſunt deſtituti, ut Sacra Congregatio Concilii expreſsè declaravit die 2. *Octo-*
26 *bris* 1610. *tom.* 11. *Decret. pag.* 86. ſub dubio Regularium, quòd ſcilicet *Abbates utcunque benedicti benedicere nequeunt ea, in quibus unctio requiritur; niſi ſpecialibus privilegiis Sedis Apoſtolicæ fuerint muniti*: Illuſtrant Barboſa *de jure Eccleſiaſtico lib.* 1. *cap.* 17. *à num.* 64. Novarius *in Lucerna Regular. verbo Benedicere num.* 4. Sed nec etiam tacitè comprehenduntur in ſimplici benedicendi ſacra ornamenta conceſſione; ſic enim cenſuit Sacra Congregatio Rituum 3. *Martii* 1632. ibi: *Abbates, Priores, & alii Religionum Prælati, etiam ex Societate Jeſu, habentes privilegia benedicendi Veſtes Sacras, dicto privilegio uti non poſſunt, niſi in iis rebus, in quibus Sacra Unctio non adhibetur*, teſtibus Barboſa, *in ſumma Apoſtolicarum deciſ. collect.* 1. *num.* 14. Lezana *tom.* 2. *part.* 3. *ver. Altare num.* 3. Murga *ad Conſtit. Benedictin. Conſtit.* 4. *& unica Gregorii IX.* §. 2. *num.* 7.

27 Num verò noſter Abbas, aliique habentes hoc privilegium valeant ornamenta ſacra, Calices, aliaque non ſolùm pro ſuarum Eccleſiarum uſu, ſed etiam pro extraneis undecunque tranſmiſſa, licitè, & liberè benedicere? Quidquid dicant nonnulli Regulares ſuarum, vel aliarum Religionum privilegiorum recenſores, qui ad propenſionem animi pro eorumdem extenſione rationes accomodant, verior, & communis opinio videtur, ne quidem Abbates hujuſmodi privilegia obtinentes poſſe, niſi pro ſuarum Eccleſiarum uſu & exigentia eadem Eccleſiaſtica ſanctificare, ut in puncto Abbatis Montis Virginis conſuluit Riccius *in praxi part.* 1. *reſolut.* 471. *num.* 2. & quoad alios ſimilia privilegia obtinentes ex *can. conſulto*, & ibi Gloſſ. *de conſecr. diſt.* 1. firmant Geminian. *in cap. Abbates de privil. in* 6. Azor. *cit. libr.* 10. *inſtit. moral. cap.* 28. *queſ.* 2. Gavant. *in rubr. Miſſal. part.* 2. *tit.* 1. *ſect.* 4. *dub.* 3. *diff.* 1. Barboſa *de jur. Eccleſ. part.* 1. *libr.* 1. *capit.* 18. *num.* 61. *& libr.* 3. *cap.* 2. *num.* 32. & multos refert Murga *ad citat. Conſtit.* 4. *& unica Gregor. IX. numer.* 4. cui etiam opinioni conſonant plures Sacr. Congreg. Rituum reſolutiones relatæ à Barboſa *Apoſt. deciſ. collect.* 1. *num.* 14. & Lezana *verb. Altare num.* 2.

28 Quæcunque enim interpretatio extenſiva, quæ datur hujuſmodi generis privilegiis concedentibus, quod in jus habent Epiſcopi, Prælatis inferioribus, exorbitans, & odioſa in jure eſſet, ideoque neque in eiſdem veniunt actus connexi, ſed quidquid non eſt expreſſum, non cenſetur elargitum, cùm etſi indefinitè abſque reſtrictione loci ſint conceſſa, attamen ejuſdem litera in terminis ſuis eſt intelligenda, & ſtrictiùs quo fieri poteſt interpretanda, ut in noſtris terminis ſtatuitur per Decreta generalia Sacræ Congregationis Rituum infra recenſenda. Et reducendo concluſionem ad jus commune, eſt text. *in cap. ut Apoſtolicæ*, *& cap. Abbates cum gloſſ. de privil. in* 6. & ibi ferè omnes Scribentes, & in ſpecie Geminian. & Jo:
29 Andreas fusè; & ad evidentiam noſtra concluſio demonſtratur, ex quo dum Summis Pontificibus placuit hujuſmodi indulta cum hac extenſione concedere, in eiſdem hoc expreſſerunt, prout habent in privilegiis Innocentii VIII. Abbates Caſſinenſes, ibi: *Quod poſſint benedicere corporalia, veſtimenta, cæteraque ornamenta tàm ſui Monaſterii, quàm undecunque ſint*; & Ciſtercienſes ex Conſtitutione ejuſdem Papæ, ut benedicere poſſint omnia indumenta Eccleſiaſtica, aliaque, *tàm de dicto Ordine, quàm ſi ad vos aliunde deferantur*.

Nunc autem à conſecratione, ſeu benedictione re- 30
rum progredimur ad benedictiones, quæ perſonis auſpicantur, nimirum benè eiſdem ominando, fauſta precando, ſeu laudando, vel glorificando; ſic autem David his benedictionibus perpetuò dignum decantavit Deum in *Pſalm.* 33. *Benedicam Dominum omni tempore, ſemper laus ejus in ore meo*, & in *Pſalm.* 127. homini, qui timet Dominum, hæc benè dixit: *Benedicat tibi Dominus ex Syon, & videas bona Hieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ, & videas filios filiorum tuorum, pacem ſuper Iſrael*. Harum verò benedictio- 31
num, quæ per meritum Jeſu Chriſti precantur, ſolus Sacerdos, qui os eſt Chriſti, & organum Divinæ Omnipotentiæ, alveuſque ejuſdem erga nos bonitatis, ex D. Thom. 3. *part. quæſt.* 83. *art.* 5. ex poteſtate ſui Ordinis eſt adæquatus Miniſter, *Can. ecce*, *verbo benedicere diſt.* 95. *capit. officium de offic. Archipresbyt.* & ex Archidiac. & Turrecremat. *in can. denique diſtinct.* 21. probat Pignatell. *conſult.* 117. *numero* 94. *tom.* 10. ex quo meritò in *capit.* 28. *lib.* 8. *Conſtitut. Apoſtol.* dicitur: *Diaconus non benedicit, neque benedictionem dat; accipit verò ab Epiſcopo, & Presbytero*.

Hæ verò presbyterales benedictiones denominan- 32
tur ſimplices, & privatæ, ut poſt DD. mox allegandos notat Præpoſ. *in citat. can. ecce diſt.* 95. ut diſtinguantur ab illis ſolemnioribus, quæ inter divinorum officiorum ſolemnia dantur ab Epiſcopo in ſua Diœceſi ratione Epiſcopalis Ordinis, vel Patriarcha in ſua Provincia, vel Legato in locis ſuæ legationis, & à Summo Pontifice ubique terrarum, *Clem. fin. de privil.* Fagnan. *in cap. vel non eſt compos numer.* 38. *de tempor. ordin.* Barboſa *de jure Eccleſ. tom.* 2. *libr.* 3. *capit.* 3. *num.* 58. *& ſeq. & de poteſtate Epiſcopi part.* 2. *allegat.* 27. *num.* 64. Pignatell. *citat. conſult.* 117. *numer.* 51. Ugolin. *de Epiſcopo cap.* 31. §. 2. *num.* 1. Sic itaque ſublimioribus Eccleſiaſticæ Hierarchiæ gradibus hæ ſolemnes benedictiones applicatæ, cæteris inferioribus ſunt expreſsè per Sacr. Canones interdictæ, Gloſſ. *in citat. can. ecce*, *verb. benedicere*, Gonzalez *in cap. officium num.* 2. *de officio Archiepiſc.* Barboſa *cit. cap.* 3. *num.* 59. Pignatell. *citat. conſult.* 117. *num.* 50. ad has etenim benedictiones alluſit Concilium Agathenſe relatum in *can. miniſtrare* 26. *quæſt.* 6. dum ſancivit: *Benedictionem quoque ſuper plebem in Eccleſia fundere, aut pœnitentem in Eccleſia benedicere Presbytero penitùs non licebit*, & notat Gloſſ. *ibidem ver. benedictionem*; adeout ſi contra hanc diſpoſitionem ſolemni ritu benedicere fuerit auſus, irregularitatem non effugeret, ut ex *cit. can. miniſtrare* notat Pignatell. *cit. conſult.* 117. *num.* 51. Majol. *de irregular. lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 4.

Hæc igitur privilegia benedicendi ſolemniter inter jura Epiſcopalia adſcripta, Abbatibus, aliiſque inferioribus quamvis indefinitè conceſſa, ne immoderatis uſibus vileſcerent, quin potiùs regulari guber-
natione magis fulgerent, variis Apoſtolicis, & Sacræ 33
Congregat. Rituum decretis coercita fuere, quòd ſcilicet Abbates niſi in tribus anni Feſtivitatibus Pontificaliter non celebrent, ut in *Conſtitut.* 97. *Urbani VIII.* incip. *Exponi*, *& Conſtit.* 104. *in Appendice*, quæ Apoſtolica confirmatione communiunt varia Sacræ Congreg. Rituum decreta, quæ licèt pro particularibus Abbatibus emanata fuerint, attamen omnes arctare benè probat Murga *ad Conſtit. Benedict. Conſtit.* 16. *& unica Alexand. VII. num.* 41. Card. de Luca *de Præmin. diſc.* 15. *num.* 1. In eiſdem autem Feſtivitatibus

Digitized by Google

34 tatibus ſolemniter benedicere nequeunt, niſi ad præſcriptum *cap. Abbates il 3. de privileg. in 6.* ſcilicet *poſt Miſſarum, Veſperarum, & Matutinorum ſolemnia:* Alibi verò, aut alio tempore, ſive cùm privati incedunt, ſive Pontificalibus induti, etiam per Eccleſias ſuas tranſeundo, privatè, vel ſolemniter benedicere eſt ipſis prohibitum, Azor. *inſtit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 20. queſ. 7.* ſic enim cenſuit Sacr. Congreg. Rituum in decreto per modum legis univerſalis emanato *die 27. Septembris* 1659. quod in calce hujus Conſtitutionis per extenſum dabo, in quo præ cæteris habetur: *Pontificales benedictiones cum trina Crucis productione in Miſſis tantùm Pontificalibus, necnon Veſperis, & Matutinis Pontificaliter itidem celebratis licere tantùm ſibi meminerint; privatim verò Populis, quamvis pleno jure ſubjectis, niſi expreſsè ipſis permiſſum fuerit, etiam Pontificalibus induti per Eccleſiam incedentes benedicere non præſumant*, relatum per Murgam *ad Conſtitut. 16. & unic. Alex. VII. in principio*, & probant ex *citat. cap. Abbates*, Coppin. *in Monaſt. libr. 1. tit. 2. num. 18.* Azor. *inſtitut. moral. part. 1. libr. 12. cap. 20. queſ. 7.* Barboſ. *de jur. Eccleſ. libr. 1. cap. 17. numer. 49. & 51. & Apoſtolicar. deciſ. collect. 1. numer. 23. & 24.* Tamburrin. *de jur. Abbat. tom. 3. diſp. 2. queſ. 7.*

35 Suſpenditur autem, ſive enervatur hoc jus ſolemniter benedicendi, Abbatibus ex privilegiis competens, per præſentiam Epiſcopi, alteriuſve Superioris, niſi aliter habeant expreſſum in eiſdem privilegiis, ut obtinuerunt à Sixto IV. Abbas Canonicorum Regularium Templi Pacis Romæ, aliique, quos refert Murga *infra citan.* Quæ concluſio incontroverſa eſt apud omnes, ut per Tamburrin. *de jur. Abbat. cit. diſp. 21. queſ. 9.* Murga *in cit. Conſtit. Alexand. VII. num. 156. & ſeq.* plures referens Sacræ Congregationis Rituum declarationes, Barboſa *in citat. cap. 17. num. 49.* ubi alios recenſet. Opus enim eſt expreſſa conceſſione, ut contra regulam juris minor etiam benedicendo poſſit extendere manum ſupra majorem, ut colligitur ex *Can. denique diſtinct. 21. & Can. cum ad celebrandas*, ubi Gloſſa *diſt. 1. de conſecrat.* Hinc quippe & decus Ordinis, & præcellentiam perſonæ Melchiſedech ſupra Abraham Apoſtolus ad Hebræos inſinuat *cap. 7.* ex facto Geneſis *cap. 14. 19. Hic enim Melchiſedech* (inquit) *Rex Salem Sacerdos Dei Summi, qui obviavit Abrahæ regreſſo à cæde Regum, & benedixit ei*; & infra: *Intuemini quantus ſit iſte &c. ſine ulla autem contradictione, quod minus eſt à meliore benedicitur.*

Dum aliquid diximus de uſu Pontificalium Abbatibus conceſſo, & quoad tempus, & quoad modum: nunc tandem quoad locum non abs re erit nonnulla
36 diſſerere. Si itaque ſpecificè Abbatibus pro eorum Monaſteriis dumtaxat uſus Pontificalium in privilegiis conceditur, extra illud etiam de Ordinariorum licentia, & in locis ipſis Abbatibus pleno jure ſubjectis protrahi non poteſt, Jo: Andreas *in capit. cum contingat de ætat. & qualitat.* Tamburrin. *alleg. tom. 1. diſput. 21. queſ. 3. num. 4. & 7.* Murga *dicta Conſtitut. unica Alex. VII. num. 50. cum ſeq. & num. 197.* ubi de habentibus hujuſmodi privilegium determinatè concedens uſum Pontificalium in ſuis Eccleſiis, interpretatur declarationem Sacræ Congregat. Rituum videndam apud Barboſ. *in collect. 1. Apoſtolicar. deciſ. num. 30.* in qua ſancitur, quòd Abbati etiam juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habenti cum uſu Mitræ, & Baculi, non licet deferre Mitram extra propriam Eccleſiam per Diœceſes Ordinariorum, nec ſine, nec cum eorundem licentia; & meritò quidem, cùm Epiſcopus nequeat privilegium à Papa limitatè conceſſum, propria auctoritate extendere, & ampliare.

37 Quòd ſi eadem privilegia indefinitè, ideſt abſque ulla reſtrictione loci Abbatibus concedantur; attamen non ubilibet abſque Ordinariorum licentia poſſunt iis uti, ſed dumtaxat in Eccleſiis, & Monaſteriis eorundem juriſdictioni pleno jure ſubjectis, aliiſque locis eiſdem annexis, & unitis, vel quomodolibet cum eadem qualitate pertinentibus, ad Textum *in capit. Abbates de privilegiis in 6.* Cochier. *de juriſdiction. Ordinar. in exemp. part. 1. quæſt. 1. num. 9.* Tamburrin. *cit. diſp. 21. queſ. 2.* Murga *ad Conſtitut. Benedictin. Conſtitut. 16. & 1. Clem. VII. num. 1. cum ſeq. & tom. 1. diſquiſ. moral. tractat. 1. diſquiſ. 3. dub. 1. §. 2.* Pignatell. *conſult. 369. tom. 1.* Si etenim ab eorum indefinita conceſſione argueretur indefinitum exercitium, etiam in alienis Eccleſiis, & Diœceſibus, nimis quidem abuſiva & exorbitans confoveretur interpretatio, cùm ſub involucro verborum tàm lata quoad hoc eſſet conceſſa præeminentia, qua nullus Epiſcoporum ſimili potitur, utpotè qui abſque Epiſcopi loci licentia Pontificalia in aliena Diœceſi exercere nequeunt, ex *cap. 5. ſeſſ. 6. de reformat.* Ideoque corroborando diſpoſitionem dictorum jurium, Sacra Congregatio Rituum per Decreta generalia conſentaneè ſancivit, omnia ſimilia privilegia, ex quibus inferiores uſum Pontificalium obtinent, reſtricta intelligi ad Eccleſias ipſis pleno jure ſubjectas, extra quas quælibet indefinita locutio privilegii vires non ſumat, ut refert Rota *in Calagurritana Pontificalium 16. Novembris* 1696. coram Urſino §. *his probabitis*, & tandem ad hoc conducit declaratio Sacræ Congre- 38
gationis Concilii in *Meſſanen. 11. Maji* 1592. ibi: *Archimandrita Meſſanen. non poteſt benedictionem ſolemnem impartiri, niſi id fuerit à Sede Apoſtolica conceſſum, tuncque in Eccleſiis, & locis ſibi pleno jure ſubjectis, niſi aliter in privilegio cautum ſit, libr. 7. Decret. pag. 44. à tergo.*

Cæterùm tunc Eccleſiæ quoad uſum Pontificalium 39
dicuntur pleno jure ſubjectæ Abbatibus, cùm eiſdem ſubſunt in temporalibus, & ſpiritualibus, Gloſſ. *in cap. cum & plantare verbo pleno jure de privil.* ibi: *Pleno jure, ideſt utroque jure quo ad ſpiritualia, & temporalia:* quam in caſu exornant Pax Jordan. *de re Sac. lib. 5. art. 15. num. 21.* aliique, quos refert Murga *tom. 1. diſquiſ. moral. tract. 1. diſquiſ. 3. dub. 1. §. 1. num. 1.* vel magis propriè in ſubjecta materia, in quibus ipſis competit juriſdictio quaſi Epiſcopalis, ex Gloſſ. *in Clem. 1. verbo proprii de reb. Eccleſ. non alienan.* ibi: *Abbates habentes Eccleſias pleno jure ſubjectas, quod videtur fieri poſſe, ex quo habent juriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi*; quam ſanè non ſortiuntur inferiores, niſi potiantur juriſdictione territoriali; ut enim concludit Geminian. habere jus quaſi Epiſcopale, ſeu territorium proprium, idem connotat, quàm illud habere pleno jure ſubjectum, in *cap. animarum §. ſtatutum de conſtitut. in 6.* Cardin. Albit. *diſcept. 2. qu. 8. num. 1.* penes Card. de Luca *de Juriſdict.* Rota *in dec. 165. num. 2. part. 4. rec. & in dec. 361. num. 2.* coram Mantica, *& in dec. 43. n. 4. poſt tom. 3.* Tamburr. *de Jur. Abbat.* In terminis autem noſtri Ab- 40
batis Montis Virginis dicendum eſt, quòd non tantùm Pontificalibus uti valeat in Monaſterio Montis Virginis, de cujus qualitate Nullius, & Juriſdictione ordinaria ejuſdem dixi *tom. 2. ad Conſt. 3. Cæleſtini III.* verùm etiam exercet in Abbatia S. Vvillelmi in Caſtris quoque S. Martini, & Terræ novæ, Mercuriani, & Hoſpitaletti, & tandem in omnibus ſuæ Congregationis Monaſteriis, in quibus plenam juriſdictionem in ſpiritualibus, & temporalibus, ſive quaſi Epiſcopalem eidem competere, plenè teſtatur Rota *in dec. 12. num. 22. & deciſ. 25.* coram Peutinger. *& dec. 82.* coram Otthob. *& deciſ. 988. & 1001.* coram Dunozet. Jun. *& deciſ. 80. part. 9. & deciſ. 203. part. 7. recent.*

Pontificalia igitur legitimè ab Abbatibus obtenta, 41
licitè dumtaxat exercentur in loco, in quo ipſi obtinent omnem juriſdictionem dependentem à lege territoriali; cùm etenim eorumdem uſus connotet exercitium juriſdictionis in loco, *cap. 1. & c. cum ſit*, ubi Gloſſ. *de author. & uſu Pallii*; ideò meritò interdicitur in aliena Diœceſi exerceri. Ex ſimplici itaque juriſdictione in perſonas, Abbatibus non competit uſus Pontificalium, cùm locus, & Territorium, de cujus appendicibus ſunt, remaneat liberum Ordinario,

Abbas

Digitized by Google

Abbas *in cap. tuarum de auctor. & uſu Pallii*, Cardin. *in citat. Clem.* 1. *num.* 11. *de foro compet.* ſed tantùm in alio Monaſterio exempto, Lapus *allegat.* 19. *ad finem*, ubi Adden. quod intelligendum de exemptione omnimoda, & extra fines Diœceſis, Rota *in cit. Calaguritana* §. *ideoque*.

42 Non ſunt autem pariformiter regulanda quoad exercitium Pontificalium hujuſmodi privilegia, quæ illimitatè, & quæ reſtrictivè aliquibus Eccleſiis conceduntur; nam in primis terminis conceſſa operantur, quòd ubilibet, accedente Ordinariorum licentia, exerceri valeant; è contrà verò ſuprà *num.* 36. probavimus, ſi in ultimo dicto caſu verſantur; præſens autem concluſio nullum habet contradictorem, & probatur ex Sacr. Concil. Trident. *cap.* 5. *ſeſſ.* 6. *de refor.* Murga *citat. diſquiſ.* 3. *dub.* 2. *per tot.* Tamburr. *dicta diſp.* 21. *quæſit.* 3. *num.* 5. Rodriquez *quæſt. regul.* 28. *artic.* 2. quam etiam probavit S. Congreg. Rituum in *Cameracen.* 6. *Decembris* 1631. relata à Barboſa *citata collect.* 1. *num.* 28. nempe: *Abbas licèt exemptus habens privilegium Pontificalium non poteſt illis extra Monaſterium uti, niſi de licentia Ordinarii.*

43 Nomine autem Ordinarii in caſu, ex communi DD. placito comprehenditur etiam Superior Eccleſiæ exemptæ, dum volunt, quòd Abbas cum licentia dumtaxat ejuſdem Superioris queat ibi Pontificalia exercere, ut antiquioribus omiſſis tenent Tamburr. *citat. diſp.* 21. *quæſ.* 3. *num.* 9. *& ſeq.* Murga *cit. diſq.* 9. *dub.* 2. *num.* 1. *& ad Conſtitution. Benedictin. cit. Conſtitution.* 16. *& unica Alex. VII. num.* 55. *cum ſeqq.* ibique alii, Barboſ. *de jur. Eccleſ. part.* 1. *libr.* 1. *cap.* 17. *numer.* 58. Pignatell. *conſult.* 106. *tom.* 4. Pacian. *de probat. libr.* 2. *cap.* 28. *num.* 6. *cum ſeqq.* Omnes autem ad ſic concludendum ea ratione ducuntur, quòd cùm privilegium non reſtringat quoad locum, Pontificalium uſus in omnibus locis, in quibus Abbates plenam juriſdictionem obtinent, in aliis autem ex licentia Superiorum legitimè permittitur; quam quidem rationem tam quoad primam, quàm quoad ſecundam partem veris inniti fundamentis ſuperiùs probavimus.

44 Cæterùm his non obſtantibus firmata concluſio exprobrata fuit à Sacr. Congreg. Rituum in ſæpedicto Decreto generali emanato ſub *die* 27. *Septembris* 1659. §. 10. in quo Abbatibus invitatis ad Eccleſiam exemptam, in eadem Pontificalibus uti prohibetur; quæ ſanè declaratio cùm nullam interpretationem recipiat, reverenter amplexa fuit à Rota, etiam recedendo ab aliter deciſis ſub *die* 26. *Junii* 1662. *in Lucen. Juriſdictionis* 28. *Maji* 1663. coram Cerro, quæ habetur inter impreſſas in ordine la 744.

45 Hujuſmodi ſiquidem concluſionis ratio contra communem curſum DD. non eſt deſumenda, ut contra eorundem motivum, & firmatam regulam, Abbates indefinitè privilegiati nequeant cum legitima facultate in alieno loco Pontificalia munia exercere; verùm quia in hoc caſu concurrit quidem inſufficiens facultas, cùm non ſint veri Ordinarii. Ex præmiſſis namque ad exercitium Pontificalium requiritur qualitas territorialis, cùm ſit de ejuſdem appendicibus, qua juriſdictione non potiuntur omnes Superiores Eccleſiarum exemptarum. Exemptio enim ſecundùm vulgata principia non eximit locum à ſituatione; ſive non efficit, quòd locus non ſit in Diœceſi, ſed tantùm ut non ſit de Diœceſi; videlicet integrum relinquit Epiſcopo ejuſdem jus territoriale, quamvis ipſius exercitium remaneat per exemptiva privilegia impeditum, Fagnan. *in capit. cùm contingat numer.* 32. *&* 33. *de for. competent.* & benè ratiocinatur Cardin. de Luca *de Regul. diſcurſ.* 65. *numer.* 10. Rota *in deciſ.* 70. *numer.* 30. *&* 31. *& deciſ.* 97. *numer.* 6. *& ſeq. part.* 13. *recent. & deciſ.* 483. *num.* 12. *part.* 14. *recent. & deciſ.* 220. *num.* 23. *part.* 9. *recent.* Quocirca iidem Superiores cùm jus territoriale ſuarum Eccleſiarum, quod non habent, Abbatibus conferre non poſſint, legitimam facultatem exercendi Pontificalia eiſdem

46 facere nequeunt. Qua quidem ratione nec Epiſcopus invitatus in Eccleſiam exemptam extra ſuam Diœceſim, Pontificalia etiam annuente Superiore exercet abſque licentia Ordinarii, quia ſcilicet in alieno Territorio abſque legitima facultate juriſdictionem exerceret, ut innuunt Cardin. de Luca *annot. ad Sac. Concil. Trid. diſc.* 6. *numer.* 6. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.* 2. *allegat.* 4. *numer.* 12. ex doctrina Molleſ. *in ſumma Theolog. moral. tractat.* 2. *capit.* 2. Ricc. *in praxi For. Eccleſ. poſt reſolut.* 495. *in notab. de materia Epiſcoporum*, & adeſt diſpoſitio Sacri Concilii Tridentini, quòd Pontificalia nequeunt exerceri in aliena Diœceſi ſine expreſſa licentia Epiſcopi, etiam prætextu cujuſcunque privilegii, *ſeſſ.* 6. *capit.* 5. *de reformat.* de quo aliqua dixi *tom.* 1. *ad Conſtitut. unic. Urbani II.* Juxta quam diſpoſitionem Sacra Congre- 47
gat. Concilii cenſuit in *Torcellen.* 24. *Januarii* 1660. quòd Epiſcopus, cui per indultum Sedis Apoſtolicæ fuit delegatum regimen Monaſterii Monialium exemptarum exiſtentis extra ſuam Diœceſim, non poteſt in illius Monaſterii Eccleſia Pontificalia exercere, abſque licentia Ordinarii loci, *libr.* 22. *Decretor. pag.* 20.

Si verò agatur de Eccleſia Nullius, etiam id procedit, ſi ſit impropriè talis. Quòd ſi agatur de Eccleſia habente veram & propriam qualitatem Nullius, 48
juxta pluries adductam diſtinctionem, præſertim *tom.* 2. *ad Conſtit.* 6. *Alexan. III. ſect.* 1. eo caſu certum eſt, poſſe Abbatem, ſeu Epiſcopum alienum exercere in ea Pontificalia cum ſola licentia ejuſdem Abbatis, qui dicitur Ordinarius etiam territorialis, & ſemiepiſcopus in ſuo territorio abſtracto à quacunque alia Diœceſi.

Pro coronide tandem, ad dictorum comprobatio- 49
nem animadvertendum eſt, quòd ſupradicta Decreta Generalia Sacræ Congregationis Rituum indiſtinctè ubique ſunt ſervanda. Nec eorum vis eludi poteſt, vel prætextu juris quæſiti per immemorabilem ante promulgationem dictorum Decretorum, vel quòd in uſu non ſint recepta. Siquidem cùm eadem Decreta edita fuerint pro eliminandis abuſibus, qui irrepſerant circa uſum Pontificalium, ut dicitur in §. 1. ideoque quæcumque contrariæ conſuetudines tanquam corruptelæ cenſentur ſublatæ, ut in noſtris terminis firmavit Rota *in Calaguritana Pontificalium* 4. *Maji* 1699. coram Eminentiſſimo D. Cardin. Caprara. Cùmque pariter Alexander VII. confirmando prædicta Decreta mandaverit, poſt ſex menſes à die publicationis afficere, & arctare omnes Abbates uſum Pontificalium habentes, & commiſerit Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Nunciis, ut tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati compellant Abbates ad eorum obſervantiam: ſatis ſuperque apparet, quòd ulteriori acceptatione non indigent, ut dixit Rota *in citat. Calaguritana Pontificalium ſuper executione Decretorum* 4. *Maji* 1699. *coram eodem*, in qua firmatum fuit, quòd in Hiſpania, etiamſi uſu non eſſent recepta, obſervari deberent.

Perperam enim in legibus Eccleſiaſticis nonnulli 50
Doctores procedunt cum terminis Textus in *l. de quibus* §. *nam ff. de legibus*, ubi ſancitur, quòd ut lex obliget requiritur, quòd ſit acceptata, vel quòd moribus & uſu ſit à Populo recepta. Nam quidquid ſit an dicta lex indiſtinctè intelligi debeat, ſive magis conſentaneè de Plebiſcitis, & Senatus Conſultis tantùm, quæ à Populo potiorem auctoritatem ſumebant, ut animadvertit Faber *in Juriſprudentia Papinianea titul.* 2. *de Jur. Natur. Gent. & Civil.* itaut hodie dumtaxat locum ſibi vindicet, ubi viget Gubernium Democraticum, in quo tota juriſdictio eſt penes Populum; non verò ubi lata eſt lex Regia, per quam omnis poteſtas in Principem translata eſt, ut conſiderat Angel. *in Colleg. Jur. Can. tit. de Conſtitut.* §. 4. *numer.* 68. Certum tamen eſt, quòd 51
ſecundùm veriorem ſententiam, ut Eccleſiaſticæ Conſtitutiones obligent, non requiritur, quòd ſint uſu receptæ, adeout imponant neceſſitatem parendi, præſcindendo à quacumque acceptatione, ut pro-

Digitized by Google

ſequitur Rota *in cit. Calaguritana ſuper exequut. Decretor. §. inſuper*. De Fide enim eſt, quòd Apoſtolicæ Sedis poteſtas eſt immediatè à Deo, nec ullam dependentiam habet à Populo; unde militat in his terminis regula, quòd dum in legibus condendis concurrit voluntas, & poteſtas Legislatoris, omnimodè obligantur ſubditi ad acceptandam legem, ut deſumitur ex *leg. 1. ff. de conſtit. leg. leges ff. de legibus, capit. cum ſuper de offic. Jud. deleg. can. cuncta per mundum 9. quæſt.* 3. & aliis quamplurimis evidentiſſimis rationibus hanc ſententiam illuſtrant Fagnan. *in capit. treguas numer. 48. & ſeq. de Tregua, & Pace*, Card. *in proœm. clement. verb. univerſitas quæſt. 2. per tot.* Suarez *de legibus libr. 4. capit. 16. per tot.* Sperell. *deciſ. 15. num. 23. cum ſeq.* Rota *deciſ. 61. numer. 2.* coram Priolo, Merlin. *deciſ. 814. numer. 4. cum ſeq.*

52 Si quæ autem contrariæ auctoritates Canoniſtarum inveniuntur, loquuntur quoties ultra non uſum concurreret patientia, & conſenſus Summi Pontificis, qui tunc à lege lata tacitè recedere cenſetur, juxta Theoricam *Præpoſiti in can. in iſtis §. leges num. 1. & ſeqq. diſt. 4.* & optimè advertit Card. de Luca *de Feudis diſc. 4. numer. 6. & ſeqq.* Gratian. *diſcept. 559. numer. 42. cum ſeq.* Rota *in deciſ. 365. numer. 16. cum ſeq.* poſt Cenç. *de cenſibus*, Adden. ad Buratt. *deciſ. 795. num. 9.*

53 Quæ hactenus de privilegiis Abbatum quoad uſum Pontificalium diximus, comprobantur præſertim ex Decretis Generalibus hac de re à Sacra Congregatione Rituum editis. Unde non leve operis pretium eſſe duximus, eadem Decreta hìc per extenſum inſerere.

D E C R E T U M

Circa uſum Pontificalium Prælatis Epiſcopo inferioribus conceſſorum, à Sacra Rituum Congregatione ordinaria habita coram Sanctiſſimo Domino Noſtro Alexandro Papa VII. emanatum. Die xxvii. Septembris MDC. LIX.

SAcrorum Rituum Congregatio tollendis, ac eliminandis circa Eccleſiaſticos Ritus, qui irrepſerunt abuſibus ſedulò intenta, poſt Epiſcoporum Cæremoniale evulgatum (quo quidquid ad ipſos in Sacris Cæremoniis pertinet abundè præſcripſit) idem quoad inferiores Prælatos, qui Pontificalium uſu fruuntur, præſtandum curare neceſſarium exiſtimavit, ut exceſſus aboleantur, uniformiſque inducatur Sacrorum Ritus in omnibus, eo præſertim tempore, quo privilegia ipſi perperam interpretantes, obtendenteſque, parum obſequi ſtudent decretis pluries ab eadem Sacra Congregatione hac in remet evulgatis, aut ipſa ignorare prætendant. Quamobrem omnia ſimul, ut unico conſpiciantur obtutu, cogere, perque capita digerere conſtituit, quò faciliùs obſerventur.

I. Super Altari, in quo Sacra erunt facturi, ſeptimum nequaquam apponant Candelabrum.

II. Cathedram, ſeu Sedem fixam, & permanentem in eorum Eccleſiis ne detineant, ſed tribus ipſis diebus, quibus ex antiquis decretis tantummodo Pontificaliter celebrare eſt iis permiſſum, mobili Sede, ſeu Cathedra utantur, quam nihilominus ſimplici ſericeo panno coloris Feſtivitati congruentis obducere poterunt, non auro contexto, aut phrygio, ſive baſilico opere exornato.

III. Baldachinum adhibere ſupra Sedem poterunt non pretioſum, aut aureum, ſed ſimplex, & eo, quod Altari ſuperimponitur, materia, & opere inferius. Ad ipſam autem per duos tantùm gradus in Presbyterii ſuperficie ſtratos aſcendatur.

IV. Non Abacum alium præter parvam menſam, & in cornu Epiſtolæ parare faciant, in qua duo candelabra cum candelis, necnon Mitra, Calix, Miſſale, Thuribulum, Navicula, & reliqua ad celebrationem neceſſaria collocentur. Propè verò menſam eamdem, parieti hærens Baculus Paſtoralis aptetur.

V. Dies verò, in quibus ſolemniter ipſis operari conceditur, ſint de præcepto feſtivi, vel aliis, in quibus ipſos Pontificaliter celebrare, Feſtivitatis ratio exigat, nempè Patroni loci, Fundatoris Ordinis, Tituli, & Dedicationis Eccleſiæ. Abſtineant autem ab hujuſmodi Pontificalium uſu in Officiis, & Miſſis Defunctorum quocumque die etiam feſtivo, & de præcepto.

VI. Ad Eccleſiam accedentes licet Pontificaliter Divina peracturi, iiſdemque abſolutis ab Altari receſſuri, à ſuis Canonicis, vel Monachis (ut mos eſt Epiſcoporum) ne aſſociari ſe ſinant.

VII. Præter duos Sacrificii Miniſtros, Diaconum nempe Evangelii, & Subdiaconum Epiſtolæ, duo alii tantùm Diaconi cum Dalmaticis, & unicus Presbyter cum Pluviali eis aſſiſtant. Duo inſuper Capellani, qui de Mitra, & Baculo, ac totidem Acolyti pro candelabris inſerviant. Præterea ſex alii Canonici, vel Monachi, duo ſcilicet pluvialibus, duo planetis, totidemque tunicellis induti divinis hujuſmodi intereſſe valeant, qui tamen non in ſedibus, ſeu ſtallis choralibus, ſed in ſcamnis abſque poſtergalibus, panno viridi laneo coopertis, ſitu congruo accommodatis, moxque illinc removendis conſideant.

VIII. Mitram pretioſam, niſi illis expreſsè à S. Sede indultam, non adhibeant. Sub Mitra pileolum nigri tantum coloris induant. Baculum Paſtoralem albo velo appenſo deferant, ab iiſque, & aliis Pontificalibus etiam de Ordinariorum licentia extra Eccleſias ſibi ſubjectas prorsùs abſtineant, & neque in Proceſſionibus, quæ ab eorum Eccleſiis per vias extra ambitum, vel Parochiam ducuntur, inſigniis prædictis utantur, vel penes ſe perferri faciant.

IX. Regulares Rocchettum non deferant, niſi ex tali Ordine fuerint, cui indumentum hujuſmodi competat.

X. Invitati ad Eccleſiam exemptam, nec in illa Pontificalibus uti valeant, nec ii, qui non fuerint Abbates perpetui, vel benedicti, in propriis Eccleſiis uti poſſint privilegio perpetuis Abbatibus, vel alias benedictis indulto.

XI. Sacras veſtes ex Altari non ſumant, niſi Pontificaliter Divinis vacaturi.

XII. Indulgentias impartiri, vel publicare non audeant, abſque expreſſo S. Sedis indulto.

XIII. Pontificales benedictiones cum trina Crucis productione in Miſſis tantùm Pontificalibus, necnon Veſperis, & Matutinis Pontificaliter itidem celebratis licere ſibi tantum meminerint. Privatim verò Populis, quamvis pleno jure ſubjectis, niſi expreſsè ipſis permiſſum fuerit, etiam Pontificalibus induti per Eccleſiam incedentes, benedicere non præſumant.

XIV. Præſente Epiſcopo ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ permiſſu, etiam Pontificaliter celebrantes, à benedictionibus ceſſent.

XV. Si Epiſcopus aderit, ipſius ſedes in cornu Evangelii uno ſaltem gradu eminentior Abbatiali eſt erigenda, hæcque altero gradu humilior, ut dictum eſt, in cornu Epiſtolæ collocetur. A latere Epiſcopi Canonici Cathedralis, propè Abbatem Canonici, vel Monachi Monaſterii, & Abbatialis Eccleſiæ conſideant. Confeſſionem cum Celebrante Epiſcopus faciat, iſque thus thuribulo imponat, Evangeliorum textum oſculetur, & populo ſolemniter (quamvis Abbas ipſe Pontificaliter celebret) benedicat. Epiſcopus præterea trino ductu, & immediatè Canonici Cathedralis duplici; moxque Abbas (niſi celebret) pariter duplici, ac ſubinde Canonici, vel Monachi Abbatialis Eccleſiæ unico tantùm ductu thurificentur.

XVI. Abſtineant tamen Epiſcopi, ubi conſuetudo contraria non viget, à frequenti hujuſmodi acceſſu ad Eccleſias exemptas in ſimilibus actibus, ut liberiùs Abbates valeant ſuis uti privilegiis.

XVII. In Ordinationibus Canonicorum, Clericorum, Monachorum, necnon in veſtitionibus Monialium, & emiſſione profeſſionis earumdem etiam pleno ſibi jure ſubjectarum, in benedictionibus ſacræ ſupellectilis,

Digitized by Google

ſtilis, cæteriſque actibus (Miſſarum, Veſperarum, & Matutinarum ſolemniis ter tantùm in anno, ut præfertur, exceptis) neque in Eccleſiis, Oratoriis, aliiſque locis, tam publicis, quàm privatis quantumvis exemptis, eiſdemque Abbatibus pleno jure ſubjectis mitram, baculum, & quævis alia Pontificalia inſignia, niſi de expreſſa Sedis Apoſtolicæ conceſſione adhibeant.

XVIII. Eccleſiaſticam ſupellectilem pro ſervitio duntaxat ſuarum Eccleſiarum, vel Monaſteriorum benedicant.

XIX. Reliqua Pontificalia extra loca ipſis Abbatibus ſubjecta, vel pro ſervitio alienæ Eccleſiæ, aut in ſubditos pariter alienos, etiam de licentia Ordinariorum exercere non valeant, puta Campanarum benedictiones, Calicum, & ſimilium, in quibus ſacra adhibetur unctio, necnon Minorum Ordinum collationes.

XX. Concionatoribus, qui eorum ſubditis Verbum Dei prædicandi onus acceperint, benedictionem elargiri non præſumant; ſed Epiſcopis, quibus jus hujuſmodi privative competit, omninò dimittant.

XXI. In Miſſis privatis quoad indumenta, cæremonias, miniſtros, Altaris ornatum, & benedictionis largitionem, à ſimplici Sacerdote non diſcrepent; ac proinde ſacras veſtes induant in Sacriſtia, neque utantur Cruce pectorali: unico ſint contenti miniſtro: aquam cum pelui, & urceolo argenteis ſibi miniſtrari non ſinant, duaſque tantùm candelas ſuper Altari adhibeant.

His autem Sanctiſſimo relatis, & in Congregatione Sacrorum Rituum ordinaria habita coram Sanctitate Sua per Eminentiſſimum, & Reverendiſſimum D. Cardinalem Brancaccium accuratè perlectis, & maturè diſcuſſis, Sanctitas Sua ea approbavit, & pro omnimoda eorumdem obſervatione typis mandavit imprimi, ad valvas affigi, & publicari, ut elapſo termino ſex menſium à die publicationis eorumdem, omnes, & ſingulos uſu Pontificalium gaudentes, tum Sæculares, tum Regulares quantumvis exemptos, & ſpeciali expreſſione indigentes afficiant, & arctent, ac ſi omnibus, & ſingulis eadem exhibita, vel perſonaliter præſentata, intimata, ſeu notificata fuiſſent. Indulſitque præterea Locorum Ordinariis, ut auctoritate Sedis Apoſtolicæ poſſint, imò debeant præfatos, etiam per Cenſuras compellere.

Cùmque nonnulli ex dictis Abbatibus, & Prælatis proprium habere poſſint territorium, juraque Epiſcopalia, nulliſque ſubdantur Epiſcopis, qui eos coercere, ſi exceſſerint, valeant: eo caſu à Sedis Apoſtolicæ Nunciis, ſi aderint; ſin minùs ab Archiepiſcopis, in quorum Provinciis, vel ab Epiſcopis Romano tantùm Pontifici ſubjectis, intra, vel propè quorum Diœceſis limites eorum Eccleſia, vel Monaſteria ſita fuerint, tanquam à S. Sede delegatis, ad hujuſmodi Decretorum obſervationem prædicti omninò cogantur.

Die xxvii. *Septembris MDC.LIX.*

Declaratio Decreti Sacræ Rituum Congregationis emanati die 27. Septembris 1659. circa uſum Pontificalium, pro Congregatione Caſſinenſium.

P*Rocurator Generalis Congregationis Caſſinenſium Sanctiſſimo humiliter ſupplicavit, ut dignaretur præcipere Congregationi Sacr. Rituum, ut quæ Abbatibus Caſſinenſibus particulari Apoſtolicæ Sedis Indulto ex vetitis, ac præter expreſſa in Decreto noviſſimè ſuper uſu Pontificalium edito, adhibere liceat, prævia diſcuſſione declaret. Sanctiſſimus autem Oratoris preces ad eandem Congregationem tranſmiſit, reſcripſitque per Eminentiſſ. D. Cardinal. Franciottum notulam dubiorum ſupplici libello ſubnexam in ipſa Congregatione referri, quæ*

Ad §. quartum Decreti, quo prohibetur uſus, præterquàm unius Abaci: aſſerentibus Monachis hactenus ab immemorabili tempore eorum Abbates adhibere conſueviſſe ſecundum Abacum ad pelues, & urceolos exponendos: cenſuit ſervandum eſſe Decretum.

Ad §. quintum, quo tribus diebus tantum de præcepto, &c. Pontificalis celebratio permittitur: exponentibus Monachis taxativam hujuſmodi non extendi ad uſum Pontificalium ſine Baldacchino, ac præterea ex Indulto Alexandri II. ſibi competere Pontificalium uſum in exequiis nobilium Virorum: Sacr. Congregatio cenſuit hujuſmodi privilegium tantummodo ſuffragari Monaſterio Cavenſi, nec ad alia Monaſteria extendi.

Ad §. Sextum, quo in acceſſu Abbatis divina peracturi, & receſſu ejuſdem poſt divina abſoluta, prohibetur aſſociatio more Epiſcoporum: affirmantibus Monachis, ſe ab immemorabili tempore ſimili aſſociatione uſos eſſe, atque indecorum videri, ut Abbas Pontificaliter peracturus Divina, ſolus Eccleſiam petat: Sacr. Congregatio cenſuit, annuendum eſſe petitis, modò non extra, ſed intra ſepta Monaſterii ſeſe ad Eccleſiam conferat.

Ad §. Septimum, quo taxatur numerus Miniſtrorum: exponentibus Monachis, Abbates indigere Miniſtris ad librum, ad Candelam, ad Intortitia elevationis, & ad Candelabra Evangelii, ad Mitram, & Baculum: Sacr. Congregatio cenſuit, indulgendos fore alios quatuor Miniſtros Cotta indutos, præter expreſſos in Decreto.

Ad §. Octavum, quo uſus Mitræ pretioſæ, & Baculi ſine velo appenſo vetitus eſt: aſſerentibus Monachis, Mitram pretioſam ipſis de jure competere, velum quoque nunquam eos conſueviſſe baculo appenſum adhibere, nec eſſe de ritibus Romanæ Eccleſiæ, ſed Ambroſianæ tantùm: Sacr. Congregatio cenſuit, quoad Mitram, ſervandam eſſe diſpoſitionem capit. ut Apoſtolicæ de privil. in 6. *quoad Baculum verò ſervandum eſſe Decretum.*

Ad §. Decimum, quo prohibetur uſus Pontificalium in aliena Eccleſia, licèt exempta, quamvis Abbas ad ipſam fuerit invitatus: exponentibus Monachis eos inibi Pontificalibus Inſigniis hactenus uſos eſse, idque à jure ipſis permiſſum præſumere: Sacr. Congregatio cenſuit, ſervandum eſse Decretum.

Ad §. Undecimum, quo ſacras veſtes ex Altari ſumere Abbates privatim celebraturi prohibentur: aſſerentibus Monachis, ſe hactenus tali privilegio gaviſos eſse: Sacr. Congregatio cenſuit, ſervandum eſse Decretum.

Ad §. Decimumtertium, quo diſponitur ne Abbates extra Pontificalia, Pontificali more, ac trina Crucis productione, nec non privatim occurrenti Populo, tum Pontificaliter induti, etiam per Eccleſiam incedentes benedicant: aſserentibus Monachis, Abbates in Miſſis privatis hactenus Epiſcopali more benedixiſse, & Pontificalibus præſertim indutos, per Eccleſiam tranſeuntes occurrenti Populo benedictionem elargiri conſueviſse: Sacr. Congregatio cenſuit, ſervandum eſse Decretum.

Ad §. Decimumquartum, quo in præſentia Epiſcopi Abbatibus denegatur facultas benedicendi ſolemniter, etiam in Pontificalibus: aſserentibus Monachis, ex privilegio ipſis, etiam præſente Epiſcopo, benedictiones hujuſmodi competere: Sacr. Congregatio cenſuit, ſervandum eſse Decretum.

Ad §. Decimumquintum, quo traditur ordo inferioribus Prælatis Divina Pontificaliter peragendi, præſenteque Epiſcopo Loci Ordinario: exponentibus Monachis, Epiſcopo vetitum reperiri ingreſſum in eorum Eccleſias ipſis invitis: Sac. Congregatio cenſuit, ſervandum eſse Decretum.

Ad §. Decimumſeptimum, quo uſus Mitræ, & reliquorum inſignium Pontificalium, præterquàm tribus anni diebus abrogatus eſt: ſuggerentibus Monachis, indecorum videri, ut in Ordinibus conferendis, in Conſecrationibus, in receptionibus, & profeſſione Monachorum, & Monialium, Abbates Mitram non adhibeant: Sacr. Congregatio cenſuit, indulgendum fore, ut ea tantùm utantur in actu Ordinationum, & benedictionum cum Sacro Oleo.

Digitized by Google

Ad §. Decimum[illegible]*, quo vetita eſt Abbatibus Benedictio Sacræ Supellectilis pro uſu alienarum Eccleſiarum: aſſerentibus Monachis, etiam pro aliena Eccleſia ex Apoſtolico indulto eis licitum eſſe Eccleſiaſticam ſupellectilem benedicere: Sacr. Congregatio mandavit exhiberi indultum authenticum ex Archivio Apoſtolico deſumptum, ac interim abſtineri.*

Ad §. Vigeſimumprimum, quo in Miſſis privatis prohibentur Abbatibus quivis ritus, & prærogativæ ad Epiſcopos privativè ſpectantes: exponentibus Monachis, Abbates Caſſinenſes hactenus in Miſſis privatis adhibuiſſe quatuor Candelas, Miniſtros ad lotionem manuum, & duos Aſſiſtentes cum Cotta, &c. Sac. Congregatio cenſuit, ſervandum eſſe Decretum, præſentiſque declarationis Decretum Typis imprimi poſſe conceſſit. Die 12. Junii 1660.

Prædictis autem Sanctiſſimo relatis, Sanctitas Sua ea approbavit, & Decretum editum die 27. Septembris 1659. omninò exequi, & ſervari mandavit. Verum quoad §§. quintum, ſextum, ſeptimum, octavum, & decimumſeptimum, ad limites tantùm præſentis declarationis, & non aliàs, ſalva quavis contraria verbaliter expreſſa diſpoſitione privilegiorum particularibus Monaſteriis Congregationis Caſſinenſium conceſſorum.

Die 20. Julii 1660.

CONSTITUTIO VII.

URBANI IV.

incipiens (*Beata Clara.*)

EPITOME BULLÆ.

URBANUS DILECTIS IN CHRISTO Filiabus univerſis Abbatiſſis, & ſororibus incluſis Ordinis S. Claræ.

Monialibus viventibus ſub Inſtituto à B. Franciſco B. Claræ, ejuſque Sororibus tradito, certam Regulam in poſterum obſervandam hic Papa conſtituit, eaſque nominari mandat Moniales de Ordine S. Claræ, nec non privilegia eiſdem ſub quocumque nomine à ſuis Prædeceſſoribus conceſſa approbat, ac plura circa Abbatiſſæ munus & auctoritatem in Moniales, alioſque extra Monaſterium ad illam ſpectantes recenſet.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Moniales S. Claræ ante hanc Conſtitutionem diverſa habebant nomina, & in Congregationes iverant diverſas.*
2 *Eis unicam vivendi normam, ac nomen uniforme præſcripſit Urbanus IV.*
3 *Proponuntur tractanda in hoc Commentario.*
4 *Abbatiſſæ nomen quid ſignificet, ejuſque variæ acceptiones indicantur.*
5 *Abbatiſſa ſi ſit perpetua, cenſetur habere dignitatem.*
6 *Idemque aſſeritur quoad Abbatiſſam temporalem.*
7 *Fœmina eſt incapax juriſdictionis, & arcetur à muneribus publicis.*
8 *Hæc tamen incapacitas eſt juris poſitivi, & poteſt per contrarium jus tolli.*
9 *Abbatiſſæ qua ratione juriſdictionem obtinuerint.*
10 *Abbatiſſarum juriſdictio reſpectu ad tria conſideratur, & quænam ſint.*
11 *Abbatiſſa non poteſt reſpectu Monialium uti juriſdictione ſpirituali proveniente à poteſtate Ordinis.*
12 *Nec item poteſt uti cenſuris etiam contra Clericos ſæculares ſuæ juriſdictioni ſubjectos, & numero 49.*
13 *Poteſt tamen tàm Moniales quàm alios ſubditos inobedientes ſuſpendere ab officio, & beneficio.*
14 *Juriſdictio Abbatiſſæ in Moniales non eſt ſimpliciter œconomica, ſed etiam ſpiritualis.*
15 *Moniales ratione voti Obedientiæ tenentur ſub peccato obedire Abbatiſſæ tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus.*
16 *Abbatiſſa non poteſt imponere obligationes ultra Regulam, nec in votis diſpenſare.*
17 *Abbatiſſa quatenus habeat adminiſtrationem bonorum Monaſterii.*
18 *Abbatiſſa poteſt exercere juriſdictionem in aliud Monaſterium ſibi ſubjectum, eumque poteſt per alium viſitare.*
19 *Monaſterium Monialium Caſtri Veteris Diœceſis Hieracenſis eſt ſubjectum Abbatiſſæ Meſſanenſi.*
20 *Officia per Moniales exercenda providentur ab Abbatiſſa, vel ab aliis, juxta diverſas Conſtitutiones.*
21 *Abbatiſſa eſt capax providendi Capellanias, & Beneficia manualia, ac eligendi Miniſtros laicos pro ſervitio Monaſterii.*
22 *Abbatiſſa poteſt habere jus præſentandi ad Beneficia ſuæ Eccleſiæ.*
23 *Non tamen poteſt habere jus inſtituendi abſque indulto Apoſtolico.*
24 *Præſentatio, & nominatio quatenus differant ab inſtitutione, & collatione quoad Beneficia.*
25 *Jus inſtituendi, & conferendi Beneficia acquiri poteſt abſque Indulto Apoſtolico, præterquam quoad Abbatiſſas, & laicos.*
26 *Abbatiſſa eſt capax eorum, quæ non pendent ab Ordine, aut quæ ex privilegio & præſcriptione ei acquiri poſſunt.*
27 *In Eccleſiis unitis pleno jure ſubjectis Monaſterio poteſt Abbatiſſa nominare Vicarios amovibiles ab Epiſcopo inſtituendos.*
28 *Non tamen ex tali unione, quamvis plenaria, cenſetur ei conceſſa juriſdictio in Clerum, & Populum, niſi ſpecialiter exprimatur.*
29 *Abbatiſſa poteſt acquirere jus tum præſentandi, tum conferendi Beneficia.*
30 *Nec tale jus habentibus ante Concilium Tridentinum, fuit eis ſublatum per idem Concilium.*
31 *Referuntur quædam Abbatiſſæ, quæ habent jus conferendi Beneficia.*
32 *Abbatiſſa in Beneficiis Curatis non habet inſtitutionem auctorizabilem, quæ competit Epiſcopo. Quod etiam procedit in aliis Collatoribus inferioribus. Ibidem.*
33 *Inſtitutio auctorizabilis quatenus differat à ſimplici inſtitutione.*
34 *Abbatiſſa eſt incapax habitualis curæ Animarum.*
35 *Affertur ad hoc reſolutio Sacræ Congregationis Epiſcoporum in caſu Abbatiſſæ S. Benedicti Converſanenſis.*
36 *Poteſt tamen nominare Curatos, in quos totum jus curæ animarum tranſeat; & quatenus iſti ſint amovibiles, vel perpetui.*
37 *Abbatiſſa poteſt acquirere Territorium ſeparatum cum qualitate Nullius.*
38 *Prælatus inferior habens Territorium omninò ſeparatum, poteſt inſtituere etiam ad curam animarum.*
39 *Quamvis concurſus faciendus ſit coram Epiſcopo viciniore, niſi idem Prælatus habeat jus convocandi Synodum.*
40 *Abbatiſſa habens Territorium omnino ſeparatum, obtinet eandem juriſdictionem, quæ competit Prælato inferiori.*

41 *De-*

Digitized by Google

41 *Debet tamen per alium explere ea, quæ ſtatui muliebri non congruunt.*

42 *Abbatiſſa Converſani quam juriſdictionem habeat in Clerum, & Populum.*

43 *Referuntur nonnulla Decreta Sacr. Congregationis Epiſcoporum ſuper ejuſdem juriſdictione, nuper edita.*

44 *Fœmina ratione dignitatis, quam obtinet, poteſt aliis exercenda committere, quæ per ſe exercere non poteſt.*

45 *Id exemplificatur in Clerico Prima Tonſura, qui eſt Vicarius Generalis, & in Regina.*

46 *Vicarius Abbatiſſæ ſumit juriſdictionem à Papa.*

In Abbatiſſa non poteſt conſiderari verum ſponſalitium cum ſua Eccleſia. Ibidem.

47 *Abbatiſſa poteſt ex privilegio vero vel præſumpto acquirere juriſdictionem Eccleſiaſticam exercendam per Vicarium.*

Id etiam per Vicarium Eccleſiaſticum obtinere ex privilegio poteſt laicus. Ibid.

48 *Abbatiſſa habens jus conferendi Beneficia, non poteſt Beneficiatos, & Clericos punire, niſi juriſdictionem obtineat.*

49 *Abbatiſſæ debetur obedientia, & reverentia, nedum à Monialibus, ſed etiam à Clericis, ſi in eis juriſdictionem habeat.*

50 *Eadem reverentia per quos actus exhibenda ſit à Clericis.*

51 *Abbatiſſa non poteſt uti cenſuris contra Moniales, aut alios ſibi ſubditos.*

52 *Aliqui aſſerunt poſſe uti interdicto, & ſuſpenſione, de facto, non de jure; ſed declarantur.*

53 *Poteſtas ferendi cenſuras pendet ab Ordine.*

54 *Laicus eſt incapax poteſtatis ferendi cenſuras.*

55 *Poteſt tamen eam ex privilegio obtinere, & per Vicarium Eccleſiaſticum exercere.*

56 *Abbatiſſa an poſſit ex privilegio Papæ reddi capax ferendi cenſuras per ſe ipſam.*

Afferuntur rationes aſſerentium, illam eſſe omninò hac poteſtate incapacem. Ibidem.

57 *Contraria opinio eſt verior, ejuſque fundamenta adducuntur.*

58 *Hæc opinio ſumenda eſt quoad poteſtatem abſolutam Papæ, non autem quoad ordinariam.*

59 *Papa poteſt concedere laico poteſtatem ferendi cenſuras.*

60 *Quæ poteſtas per ſe ipſum exercenda nunquam laico concedi ſolet.*

61 *Poteſtas ferendi cenſuras non acquiritur à laico per immemorabilem, niſi ſimul concurrat fama privilegii.*

62 *Et an id procedat poſt Bullam Urbani VIII. de præjudicialibus Eccleſiarum.*

63 *Poteſtas ferendi cenſuras non per ſe, ſed per Vicarium exercenda, poteſt præſcribi per Abbatiſſam.*

64 *Abbatiſſa poteſt habere juriſdictionem in laicos vaſſallos.*

65 *Abbatiſſa adſtringitur legibus Clauſuræ, adeout non poſſit eam violare pro præſtando juramento fidelitatis Domino feudi, aut pro intereſſendo in Synodo Provinciali.*

1 CUm multifariè Regulam, quam B. Clara à D. Franciſco acceperat, ac Innocentius IV. in ejus *Conſtit.* 12. confirmaverat, Moniales hujus temporis ſervarent, juxta notitiam plenè datam in Commentario ad dictam Conſtitutionem: ortum habuit, ut eædem Moniales varia ſortirentur nomina, & ſenſim in diverſas Congregationes irent; inde enim aliæ Dominæ, aliæ Sorores, aut Pauperes incluſæ, nonnullæ Damianitæ nuncupabantur, ut recenſet Urbanus IV. in hac Conſtitutione. Hinc idem Pontifex eas ſub unica Regula univit, ut ſicuti unicam Matrem recognoſcebant, ita ſub unico militarent vexillo, & unum obtinerent modum vivendi, perfectè eam imitantes; quod maximoperè pro quiete dictarum Monialium expediens putavit. Ideò opera Simeonis Cardinalis S. Cæciliæ præſentem edidit Conſtitutionem
15. Kal. Novembris anno 1263. apud Urbem Vete- 2
rem, in qua omnibus ejuſdem Ordinis Monialibus uniformem præſcripſit methodum vivendi, mitigato tamen in aliquibus primario Inſtituto, & juxta hanc mitigationem eas profiteri juſſit; & rursùs ut nedum vita, ſed etiam nomine in unam coaleſcerent Congregationem, ſub denominatione Ordinis S. Claræ omnes appellari injunxit, ut idem Ordo, qui in B. Clara, fælicia ſuæ inſtitutionis ſumpſit auſpicia, ejuſdem apud Deum meritis & interceſſione protegatur, ut ſunt verba ejuſdem Pontificis §. 3. *hujus Con-*
ſtitutionis; & ex hujus Bullæ Conditore hæ Monia- 3
les Urbaniſtæ fuerunt aliquando dictæ, ut notat Tamburrin. *de jure Abbatiſſ. diſp.* 18. *quæſ.* 7. *num.* 2. Sed quia de his Monialibus plura notavimus in *cit. Conſtitut.* 12. *Innocentii IV.* & alia dicemus in pleriſque Conſtitutionibus de illis agentibus; ideò juxta proprium hujus operis inſtitutum, aliqua dicere curavimus de munere, & auctoritate Abbatiſſarum, de qua fit mentio in §. 22. hujus Regulæ S. Claræ, tam quoad Moniales, quàm quoad juriſdictionem extra Monaſterium.

Abbatiſſa itaque ſecundùm vocis Syriacæ, à qua 4
procedit, ſignificatum, importat idem, ac Mater Monialium, ex Concilio Pariſienſi *ſub Ludovico lib.* 1. *capit.* 39. ſeu Mater ſpiritualis eſt, & Præfecta Religioſarum, ex Concilio Turonenſi 2. *can.* 3. & antiquo more Romani Veſtalium Virginum Superiorem maximam dicebant, apud Sigonium *de antiq. jure Roman. cap.* 19. & eruditè Gonzalez *cap. dilecta numer.* 2. *de majorit. & obedient.* Hinc benè hoc nomen Abbatiſſæ uſurpant Præfectæ Monialium, nedum Militantium ſub Inſtituto Monachali, ſed etiam ſub aliis Regulis, ut ſunt Moniales iſtæ D. Claræ, quamvis apud alias Moniales uſurpari etiam ſoleant nomina Prioriſſæ, Præpoſitæ, ac hujuſmodi, ut fit mentio in Concilio Tridentino *cap.* 7. *ſeſſ.* 25. *de regularib.* ibi: *Abbatiſſa, Prioriſſa, & quocumque alio nomine Præfecta, vel*
Præpoſita. Diſputant ſanè Doctores, an iſtud Abba- 5
tiſſæ nomen importet dignitatem. Et quoad Abbatiſſas perpetuas videtur poſſe certiùs affirmari, cùm hæ habeant requiſita veræ dignitatis, uti ſunt adminiſtratio perpetua rerum Eccleſiaſticarum cum præeminentia in gradu, Fagnan. *cap. ad hæc num.* 21. *de præbend.* quæque habet Abbatiſſa perpetua, ut ex textu in *cap. indemnitatibus*, §. *verum de elect. in* 6. docent Canoniſtæ, & proſequitur Fagnan. *cit. num.* 38. Quò verò ad Abbatiſſas temporales, uti præſertim ſunt in Italia, in qua debent eſſe triennales, ex *Conſtit.* 80. *Gregorii XIII.* incip. *Expoſcit*, quam ſuo loco Deo favente commentabimur; cùm deficiat qualitas perpetuitatis, videtur non poſſe in eis conſiderari dignitas Eccleſiaſtica, ut idem Fagnan. innuit *citat. cap. ad hæc numer.* 21. & *cap.* 1. *num.* 27. *de filiis Presbyt.*
Tamen contrarium eſt verius, cùm etiam hujuſmodi 6
temporales Abbatiſſæ dicantur habere aliqualem dignitatem; nam etſi dicantur illam non habere, ut ſubſint diſpoſitioni *cap. quia propter de elect.* ut alio loco dicam, & latè Paſſerin. *in tract. de elect. Abbatiſſ.* cùm non videatur Eccleſia Monaſterialis vacare, niſi quis intitulatus in ea ſit perpetuò, & obierit; tamen hujuſmodi Abbatiſſæ temporales dici poſſunt habere dignitatem ad alios effectus, cum verè prælationem, & adminiſtrationem in Moniales, & aliquando etiam in extraneos habeant; hinc Gloſſ. *in Clem. attendentes ver. alia*, nominat Abbatiſſam Prælatam, *de ſtatu Monachor.* & ita ſentit poſt plures idem Fagnan. *citat. capit.* 1. *numer.* 38.
56. & 57. *de filiis Presbyter.* Quamvis enim fœmina 7
uti talis dignitatem habere nequeat, cùm incapax ſit juriſdictionis, & exinde excludatur à muneribus publicis ratione fragilitatis ſexus, *l. fœmina ff. de reg. jur. leg. cum Prætor in fine ff. de judic.* juxta Ariſtotil. *libr.* 1. *politic. capit. ult.* & notat Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 2. *cap.* 4. immò neque arbitra valeat eſſe, *cap.*

dilecti de arbitris, Rota *dec.* 204. coram Ludoviſio, ubi de diſtinctione inter arbitrii qualitatem, & arbitramentum, ut primum mulieri non ſit permiſſum, ſecùs ſecundum; & de pluribus, quæ fœminis à jure prohibentur, videndus eſt Lambert. *de jurepatr.* 2. *art.* 7. *quæſt. princip.* 1. *part.* 1. *lib. pag.* 61. Gonzal. *in cit. cap. dilecta de major. & obed.* Nihilomi-
8 nùs quia hæc ſexus muliebris inhabilitas jure poſitivo inducta eſt, cùm jure naturali, aut Divino id non videatur conſtitutum; ideò nulla naturæ lex pervertitur, nec eſſentialis eſt incompatibilitas, ſi fœminis aliàs ſubeſſe aſſuetis, ob particularem rationem præeſſe, & dominari ſit permiſſum; unde diſpoſitio juris Civilis ceſſare videtur, ſi ratione alicujus dignitatis, ſeu officii ob neceſſitatem, vel privilegium, aut conſuetudinem fœmina non ratione ſui, ſed ratione ipſius dignitatis juriſdictionem exercere valeat, Abbas *cit. cap. dilecta num.* 1. *de major. & obed.* Gonzal. *citat. cap. dilecti num.* 7. *de arbitris*, ubi concordantes, Felin. *cit. cap. dilecta num.* 1. & latè Cyriac. *controv.* 401. *num.* 30. *cum ſeqq.* & ſic quod ordinariè vir exercet, extraordinariè mulier habere poteſt; & ut ait
9 D. Thom. *diſt.* 25. *quæſt.* 1. *art.* 1. hujuſmodi dignitas fuit inſtituta ob neceſſitatem, ne viri Prælati cum mulieribus converſentur, & ſic potiùs dici poteſt quædam præeminentia in gradu, permiſſivè à Superiore in certis caſibus communicata facultate, & nomine illius auctoritatem uſurpans, Miranda *de Sacris Monialibus quæſt.* 6. *artic.* 5. *concluſ.* 1. Porrò varii juriſdictionis gradus poſſunt in Abbatiſſis conſiderari, & in quibuſdam adeſt major juriſdictio, quàm in aliis, ut infra videbimus, adeout non ſit omnibus indiſtinctè eadem dignitas tribuenda; nec defectus perpetuitatis eſt conſiderabilis, cùm etiam Vicarius Generalis dicatur habere dignitatem, & tamen non eſt perpetuus, ut ad rem animadvertit Gonzal. *cit. num.* 7.

Dividendo igitur juriſdictionem, ſeu auctoritatem
10 Abbatiſſarum, eam in triplici ſpecie, ſeu reſpectu ad tria conſiderare libet; nempe vel reſpectu Monialium ſubjectarum, vel reſpectu ad Beneficia, vel demum
11 reſpectu ad Clericos, & laicos. Quoad Moniales certum eſt, Abbatiſſas quaſcumque non poſſe in eas uti juriſdictione ſpirituali proveniente ab Ordine, cujus fœmina eſt incapax, itaut nequeant adminiſtrare Sacramenta, niſi ea, quæ à laicis conferri ſolent, nec proinde à Papa ad prædicta elevari poſſunt. Hinc Innoc. III. in *cap. nova de pœnit. & remiſ.* nimis miratus, quòd Abbatiſſæ Burgenſis, & Palentinæ Diœceſum Moniales proprias benedicerent, ipſarumque criminum Confeſſiones audirent, & legentes Evangelium præſumerent publicè prædicare, reſcripſit: *Cum igitur abſonum ſit pariter, & abſurdum, nec à nobis aliqualiter ſuſtinendum, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ne id de cetero fiat, auctoritate curetis Apoſtolica firmiter inhibere, quia licèt B. Virgo Maria dignior univerſis fuerit Apoſtolis, non tamen illi, ſed iſtis Dominus claves Regni Cœlorum commiſit*; & conſonat Gloſſ. *in cap. de Monialibus ver. per Epiſcopum de ſent. excommunicationis*: Proinde nequit Abbatiſſa ordinare, recipere Confeſſiones Sacramentales, caſus ſibi reſervare, benedicere Moniales ſolemniter, ſimiliter nec paramenta ſacra benedicere, ac prædicare ſolemniter, quamvis valeat, & debeat Moniales monere, & hortari, *Can. ſtatuimus* 20. *qu.* 2. Lambertin. *de jurepatron. cit. loco num.* 23. *pag.* 61. *à ter.* Barboſ. & alii Canoniſtæ *in cap. dilecta num.* 3. *de major. & obed. & de jur. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 45. *num.* 42. Pax Jordan. *de re Sacra tom.* 1. *lib.* 5. *tit.* 4. *num.* 22. §. *quamvis & ſeq.* Ita neque poteſt Abbatiſſa exercere in Moniales ea, quæ prove-
12 niunt à poteſtate Clavium, quæ viris fuerunt commiſſa, & proinde nequit excommunicare, ſuſpendere, & interdicere Moniales, *cit. cap. de Monialibus de ſentent. excomm. cap. dilecta de major. & obed.* ubi cùm Abbatiſſa de Bubrigen. ſuas Canonicas, & Clericos ſuæ juriſdictioni ſubjectos ab officiis, & beneficiis ſuſpendiſſet: Papa demandavit Abbati, ut contra ſubditos prædictos Abbatiſſæ inobedientes procederet. Unde ex hoc textu Abbatiſſa pro cenſuris ferendis recurrere debet ad eum, qui poteſtatem Clavium habet; non autem ipſa procedere,
quamvis ſi iidem ſubditi obedientiam, & reveren- 13
tiam ei non præſtent, poſſit ab officio, & beneficio illos ſuſpendere, ut docent paſſim Canoniſtæ in *cit. cap. Abbas num.* 3. Felin. *num.* 4. & 5. Gonzal. *num.* 5. *cum ſeqq.* Pax Jordan. & Barboſ. *cit. loco*, Tamburin. *de jur. Abbatiſſæ diſp.* 32. *quæſt.* 1. *num.* 1. & *ſeq.* & *quæſt.* 2. *numer.* 1. cum aliis plenè citatis à Rota *in Barchinonen. juriſdictionis dec.* 267. *numer.* 16. coram Bichio. Permiſſa tamen ſecundùm aliquos impropria tantùm ſuſpenſione, & de facto, quatenus Abbatiſſa ſubtrahat per aliquod tempus adminiſtrationem officii, vel Sacramentorum; non verò utendo vera Eccleſiaſtica cenſura, ut apud *cit. DD.* & meliùs dicam infra. Ita nec poſſunt Abbatiſſæ diſpenſare in votis, aliaque facere, quæ deſcendunt à præfata poteſtate juriſdictionis Eccleſiaſticæ Clavium. Sed an poſſit talis facultas ex ſpeciali poteſtate Papæ eis communicari, mox dicam.

His poſitis dicendum eſt, quoad reliqua verè in
Abbatiſſis erga Moniales conſiderari aliquam juriſ- 14
dictionem, & quidem ſpiritualem, non ſcilicet plenariam, ut eſſet in Abbate, prout aliqui erroneè dicunt apud Barboſam *cit. cap. dilecta num.* 3. *verſ. unde*; nec etiam eſt vera concluſio in aliud extremum vergens, ut nulla juriſdictio in Abbatiſſa conſiderari valeat, ſed tantùm quædam poteſtas œconomica, & domeſtica ad inſtar Matrumfamilias, Sotus *in* 4. *diſt.* 20. *quæſt.* 1. *artic.* 4. Suar. *to.* 5. *diſp.* 2. *ſect.* 3. *num.* 5. Manuel. Rodriq. *tom.* 1. *qu.* 15. *artic.* 3. Ita etſi ſecundùm aliquos nequeat dici Prælata, Pellizar. *de Monialibus cap.* 4. *ſect.* 3. *nu.* 115. Sanchez *in precept. Decalog. lib.* 6. *cap.* 1. *nu.* 30. Tamen contrarium habetur ex *cit. tex. in cap. dilecta*. Et verè poteſtas illa, licèt ſit diminuta ex pluribus ratione ſexus ſibi prohibitis, tamen ſemper eſt in ſphæra juriſdictionis ſpiritualis, Sylv. *ver. Abbatiſſa nu.* 6. Marcus Antonius Cucch. *inſtit. lib.* 3. *tit.* 3. *de Abbatiſſ.* Rodriq. *in quæſt. regul. tom.* 2. *tit. de Abbatiſſ. num.* 25. Rota *deciſ.* 504. *num.* 7. coram Dunozet. jun. Nec par eſt ratio Matrisfamilias, cùm in 15
Monialibus conſideretur ſpecialis obligatio ſpiritualis in vim Voti obedientiæ, itaut teneantur ei parere tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus ſub peccato, ut ſunt verba *cit. cap.* 22. *hujus regulæ*, ibi: *Non ſit præceps in præcipiendo, ne ex indiſcretione præcepti ponat peccati laqueum animabus*; & in formula benedictionis, quæ impartitur Abbatiſſis, habetur: *Accipe plenam & liberam poteſtatem regendi hoc Monaſterium, & omnia, quæ ad illius regimen interius, & exterius ſpiritualiter, & temporaliter pertinere noſcuntur*. Hinc Abbatiſſa poteſt imponere præceptum Monialibus in virtute Sanctæ Obedientiæ, Azot. *inſtit. moral. tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 10. *quæſt.* 7. Gonzal. *cit. cap. dilecta num.* 8. & obedientiales actus ab iis exigere, Rota *deciſ.* 827. & 840. coram Buratto, prout diſpenſare in jejuniis, aliiſque; idque tamen magis, vel minùs, juxta ſpeciales Regulæ, vel Monaſterii Conſtitutiones, prout his Abbatiſſis S. Claræ conceſſit Paulus III. apud Barb. *citat. cap.* 45. *num.* 39. & 40. & idem dixerunt Miranda *de Monialib. quæſt.* 7. *artic.* 4. *concluſ.* 3. Rodriquez, recedendo à contraria ſententia aliàs firmata *tom.* 1. *quæſt. regul.* 12. *art.* 2. & *quæſt.* 25. *artic.* 1. ſequutus ſententiam Suarez *tom.* 4. *de relig. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 12. ubi docet, Abbatiſſam habere uſum ſpiritualis juriſdictionis permiſſum ratione neceſſitatis, cùm inter mulieres vir honeſtatis cauſa verſari nequeat; non tamen habere veram, & rigoroſam juriſdictionem. Sed hoc in re coincidit, cum poſſit exercere actus quoſdam ſpiritualis juriſdictinnis, & ſic habet limitatam juriſdictionem, ut ſupra probavi, ſicuti non ex eo, quod Vica-

Digitized by Google

Vicarius Generalis, vel Superior localis habeant limitatam facultatem, elicitur, quòd nullam habeant juriſdictionem.

16 Non tamen poteſt Abbatiſſa imponere novas obligationes, & auſteritates ultra regulam, Pelizar. *de monialibus cap.4. ſect.* 3. *num.* 106. nec vota commutare, ſed tantùm irritare facta poſt profeſſionem, prout poſſet vir pro uxore, aut Pater pro filio, Tamburrin. *cit. diſp.* 32. *quæſ.* 6. Navar. *in manual. cap.* 12. *nu-*
17 *mer.* 63. prout habet poteſtatem adminiſtrandi bona Monaſterii, quæ priùs ei ſatis libera erat, *cap. quanto de tranſlat. Prælat.* Pelizar. *de Monialibus capit.* 10. *ſect.* 2. *ſubſect.* 2. *num.* 143. Abbas *in cap. continebatur num.* 4. *& 5. de his, quæ fiunt à Prælat.* Navar. *de monialibus Comment.* 3. *num.* 4. Hodie tamen hujuſmodi adminiſtratio eſt modificata, ut fiat cum conſenſu Monialium in pluribus, & teneatur ad redditionem rationis, & requirere conſenſum Epiſcopi, ſeu aliorum Superiorum, ut innuitur in *cap. cit.* 22. *hujus Regulæ*, & generaliter notat Tamburrin. *cit. diſp.* 32. *quæſ.* 13. *num.* 3. de quibus alibi, præcipuè quoad Monaſteria exempta dicemus, prout quomodo eligenda ſit Abbatiſſa, & de ejus confirmatione, & benedictione tam quoad perpetuas, quæ benedicuntur, quàm quoad triennales, juxta *citat. Conſtit.* 80. *Gregorii XIII.* quæ aliquando etiam benedici ſolent cum conceſſione Sedis Apoſtolicæ, Pax Jordan. *cit. libr.* 5. *tit.* 4. *num.* 7. *& ſeq.* hujuſmodi tamen benedictio non parit latum effectum, prout in Abbate, Lambertin. *de Jurepatron.* 5. *art.* 5. *quæſt. principal. prima part.* 2. *libr. numer.* 4. *pag.* 41. *à tergo*.

18 Poterit quippe Abbatiſſa exercere juriſdictionem in alio Monaſterio Monialium ſubjecto proprio Monaſterio; imò poterat per ſeipſam viſitare antequàm Clauſura Monialibus indiceretur, & dicebatur in tali caſu major Prælata; ſed in præſenti poſt leges Clauſuræ poterit tantùm per alium viſitare, ut benè notat Gloſſ. *in Clem. attendentes ver. alia de ſtatu Monachor.* Barboſ. *de jur. Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 45. *num.* 38.
19 Rota *deciſ.* 44. *num. final. part.* 10. *recent.* cujus rei exemplum habemus in Monialium Monaſterio exiſtente in Oppido Caſtri Veteris Diœceſis Hieracenſis ſub titulo B. Mariæ Vallis Viridis, quod eſt ſub juriſdictione Prioriſſæ Meſſanenſis, de qua ſubjectione adeſt reſolutio S. Congreg. Concilii anni 1599. & noviſſimè 26. *Septembris* 1692. *in Hieracen. Viſitationis*, in qua propoſitis pluribus dubiis, fuit quoad præfatum Monaſterium canonizata facultas Epiſcopi circa concernentia Clauſuram, & jus delegatum.

20 Deveniendo ad ſecundam ſpeciem juriſdictionis Abbatiſſæ, nempè quoad Beneficia: hæc conſiderari poteſt, primò quoad Beneficia impropria, ſeu quoad officia ipſarum Monialium, & hæc providentur ab Abbatiſſa, vel ab ipſis Monialibus juxta ſingulas Conſtitutiones, de quibus loquitur Lambertin. *citat. loco*
21 *num.* 6. *pag.* 41. *à tergo*. Similiter conſiderari poteſt quoad Capellanias, ſeu Beneficia manualia, quæ poſſidentur à Clericis Sæcularibus in Eccleſiis Monialium; & cùm in iſtis non poſſit conſiderari verus titulus perpetuus, ſed purus ſervitorius, & manualis; ideò capax eſt Abbatiſſa providendi, prout eligere poteſt alios Miniſtros laicos pro ſervitio Monaſterii, & innuitur in *cit. capit.* 22. *hujus regulæ* ibi: *Familia exterior diligenter ei obediat*. Vel demùm agitur de Beneficiis Eccleſiaſticis, quæ dantur in titulum perpetuum Clericis Sæcularibus; & circa hæc poſſet dici, quòd Abbatiſſa ſit capax inſtituendi, ſeu conferendi quoad exiſtentia in propriis Eccleſiis, Gloſſ. *in capit. dilecta ver. Juriſdictionis de major. & obed.* ubi Abbas *num.* 5. Gonzal. *numer.* 8. *verſus finem*, & alii apud Barboſ. *num.* 2. Rota *deciſ.* 504. *num.* 4. cor. Dunoz. jun. Verùm diſtinguendum puto; nam aut agitur de pura præſentatione ad hujuſmodi Beneficia, reſervata inſtitutione neceſſaria pro poſſeſſione, ac titulo Ordinario; & certè quòd Abbatiſſa eſt capax hujuſmodi præſentationis, cùm ejus ſit capax quæcumque fœmina, ex quo non importat quidquam ſpiri-
tualis juriſdictionis, Lambertin. *cit.* 2. *artic.* 7. *quæſt. princip.* 1. *parte* 1. *lib. pag.* 61. Hinc videmus paſſim 22
Abbatiſſas habere jus præſentandi in pluribus Beneficiis, ut in famigerata cauſa *Januen. Abbatiæ* 27. *Junii* 1689. cor. Manuel. *& in ejus confirmatoriis*. Si
verò non agatur de mera præſentatione, ſed de inſti- 23
tutione, ſeu collatione Benefici quoad titulum, & poſſeſſionem; & tunc requiritur Apoſtolicum Indultum, quia de jure Abbatiſſa id non habet; & Gloſſ. *in cit. cap. dilecta* ſe fundat in *cap. ea noſcitur de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſ. capit.* quod literaliter pro- 24
cedit in pura præſentatione facienda Epiſcopo; licèt enim hujuſmodi termini præſentare, nominare, inſtituere, & conferre, aliquando confundi ſoleant, Rota *deciſ.* 163. *num.* 6. cor. Emer. jun. & in terminis Abbatiſſæ Rota *in Leodien. Juriſdictionis* 11. *Aprilis* 1698. §. *pariter* coram D. Molines Decano, *&* 4. *Februarii* 1699. §. *nec in comprobationem* coram D. Priolo, & generaliter dixi *tom.* 1. *Conſtitut. unic. Calliſti II. ſect.* 1. *num.* 79. *pag.* 243. tamen ſatis differunt inter ſe, quia præſentatio, & nominatio non dat titulum, ſeu poſſeſſionem, prout inſtitutio, & collatio, à quibus tandem differt inſtitutio auctorizabilis quoad populi curam, ut diſtinguunt DD. poſt Gloſſ. *in capit. unic. de Capell. Monachor. in figurat. caſus circa fin.* ubi Franch. *numer.* 5. *& in cap. cum ſatis de offic. Archid.* Lotter. *de re benef. libr.* 1. *quæſt.* 33. *num.* 99. & latè Rota *in Burgen. Juriſdictionis ſuper Commiſſione Curæ* 11. *Junii* 1706. §. *tandem* cor. D. Anſaldo, & proinde in dicta ſecunda inſtitutione collativa tituli requiritur in Abbatiſſa Privilegium Apoſtolicum. Cæ-
teri autem Collatores ſunt capaces, ut ad favorem ip- 25
ſorum validè reſervatum dicatur jus conferendi, ſeu inſtituendi abſque alia auctoritate Eccleſiaſtica, ut advertit Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 23. *num.* 13. quod non procedit in Abbatiſſis, niſi id obtineant ex privilegio, ut docent cit. Gonzal. *num.* 12. *&* 13. Lambert. *cit.* 5. *art.* 5. *quæſt. principal. primæ partis* 2. *libr. num.* 3. Barboſ. *cit. cap. dilecta num.* 2. Miranda *de Sacris Monialibus quæſt.* 6. *art.* 5. *concluſ.* 1. Corrad. *in prax. benef. libr.* 1. *cap.* 4. *num.* 9. *& num.* 97. *&* 99. ubi adducit exemplum privilegii conceſſi Abbatiſſæ S. Benedicti de Cuperſano, ſeu Converſano, Boer. *deciſ.* 32. *num.* 10. *verſ. quia etiam*; & tunc cenſetur conferre Papa, qui privilegium conceſſit, ut dixit Corrad. *cit. num.* 83. Quod etiam dicendum eſt, ſi idem privilegium obtineat laicus, Card. de Luca *de Benef. diſc.* 9. *num.* 12. & ſic non eſt qualitas naturalis, ſed ſuperinducta ex privilegio, ut innuit Rota *deciſ.* 44.
num. 13. *& ſeq. part.* 10. *recent.* ubi de jure Abbatiſ- 26
ſæ reſultante ex confirmatione Apoſtolica, vel ad jus præſentandi. Sicque in hunc ſenſum Abbatiſſa poſſet dici capax juris conferendi, & inſtituendi, quemadmodum etiam ſentiendum eſt de iis, quæ non pendent ab Ordine, ſive quæ aliàs præſcriptibilia ſunt, aut privilegio acquiſibilia, adeout Abbatiſſa ſoleat, aut poſſit his fieri actu capax mediante privilegio; vel quatenus agatur de Eccleſiis pleno jure ſubjectis Monaſterio, itaut extinguatur titulus Beneficii, & fiat membrum ejuſdem Monaſterii, & tunc poterit providere ad inſtar manualium, & ſervitoriorum officiorum, quia per dictam unionem cenſetur Papa omnia jura in Monaſterium tranſtuliſſe, & ſic poterit Ab-
batiſſa nominare Vicarios amovibiles, inſtituendos 27
tamen ab Epiſcopo Diœceſano inſtitutione tantùm auctorizabili, quæ non importat titulum, & poſſeſſionem, ſed approbationem reſpectu populi, ut generaliter de Abbate, cui fuit facta unio Eccleſiæ, Rota *deciſ.* 93. *num.* 6. *& ſequ. part.* 16. *recent.* & de Abbatiſſa in *Leodien. Juriſdictionis* 11. *Aprilis* 1698. coram D. Molines Decano, *&* 4. *Februarii* 1699. §. *nec ad probandum* coram D. Priolo, ubi quòd unio etiam
plenaria non importat juriſdictionem in Clerum & 28
Populum, niſi fuerit facta cum tali juriſdictione. Unde malè ſentiunt ii, qui generaliter confundunt hos terminos plenariæ unionis cum juriſdictione activa, quia illa intelligitur de temporalibus, & ſpiritualibus benefi-

Digitized by Google

beneficii, ad differentiam ſimplicis unionis de tempo-
ralibus tantùm, itaut fiat membrum Eccleſiæ princi-
29 palis quoad inſtitutionem, & collationem; quamvis
neutra ex his unionibus importet juriſdictionem ordi-
nariam in Populum dictæ Eccleſiæ, niſi exprimatur.
Remanet igitur firmum, Abbatiſſas poſſe eſſe nedum
patronas beneficiorum, ſed veras collatrices, Lotter.
de re beneſic. quæſt. 12. *num.* 33. *&* 34. *libr.* 2. Barboſ.
de poteſt. Epiſcop. alleg. 72. *num.* 185. Pariſ. *conſ.* 13.
num. 516. *& ſeq. volum.* 4. Miranda *in manual. Prælator. de Sacris Monialibus quæſt.* 6. *artic.* 5. *concluſ.* 4.
Tamburrin. *de jur. Abbatiſſ. diſp.* 32. *quæſ.* 12. *num.* 1.
Lambertin. *cit.* 5. *art.* 5. *quæſt. princip.* 1. *part.* 2. *libr.*
pag. 41. *num.* 3. Paſqualig. ad Lauret. de Franch. *tit.*
de Abbatiſſ. quæſt. 14. *num.* 740. *fol.* 217. & in Regu-
la 8. Cancellariæ, aliàs 9. conſiderantur fœminæ col-
latrices, ubi Gonzal. *cit. gloſſ.* 22. *num.* 12. *& ſequ. &*
30 *num. fin.* Nec Sacr. Concil. Trident. *ſeſſ.* 14. *cap.* 12.
& 13. tale jus ſubſtulit, quia nihil derogat juri eorum,
qui illud legitimè habuerant, *Maceraten. reſolut.* 12.
num. 4. Barb. *ad Concilium cit. cap.* 12. *num.* 2. Cardin.
de Luca *ibid. diſc.* 11. *num.* 29. & in terminis Corrad.
in praxi benef. libr. 1. *cap.* 4. *num.* 96. *& ſeq.* Ex quo
eſt, ut plures adſint Abbatiſſæ habentes jus conferen-
di, quod acquirere poſſunt vel privilegio, vel legiti-
ma præſcriptione quadraginta annorum cum titulo
putativo, vel immemorabili, quod æquiparatur pri-
31 vilegio. Ita in Germania adeſt Abbatiſſa Eſſendien.
de qua quoad hujuſmodi jus collationis nuper propo-
ſita fuit cauſa in Signatura Juſtitiæ in *Colonien. attentatorum* 22. *Septembris* 1694. Ponente D. Marician.
& de Abbatiſſa S. Benedicti de Converſano meminit
cit. Lambert. & Corradus, & infra dicam, & etiam
de aliis *in Barchinonen. juriſdictionis citat. deciſ.* 504.
coram Dunozett. jun. & coram Bichio *deciſ.* 194. *&*
in Monaſterien. Vicariæ 2. *Julii* 1706. §. *fin.* coram D.
Scotto, & priùs 12. *Martii* 1706. *&* 18. *Martii* 1707.
coram D. Omanna, ubi de Abbatiſſa Collegiatæ Ec-
cleſiæ de Frekenhorſt, in qua Canonici, & Canoniſ-
ſæ ſimul divina explent, in qua cauſa agebatur de be-
neficio dictæ Eccleſiæ conferendo per Abbatiſſam,
& cadente proinde ſub dicta reſervatione regulæ Can-
cellariæ; & de his Canoniſſis dixi ſupra *Conſtitut.* 14.
Innoc. IV. ſect. unica num. 26. *& ſeq.*
32 Quod procedit etiam in Eccleſia Curata ſubjecta
Monaſterio, cum hac tamen differentia, quòd in Ec-
cleſia non curata benè poterit inferior collatrix Ab-
batiſſa privilegio ſuffulta inſtitutionem dare; ſecùs
autem in Eccleſia Curata quoad inſtitutionem aucto-
rizabilem, tendentem ſcilicet ad curam populi; quam-
vis hæc circumſtantia non ſit ſpecialis Abbatiſſæ, ſed
cujuſcumque inferioris collatoris; cùm talis juriſdi-
ctio ſit merè ſpiritualis, quæ competit tantùm Epiſ-
copo ratione ſui Paſtoralis muneris erga populum,
qui ei ſubeſt; nec poteſt talis juriſdictio præſcribi,
cùm reſpiciat animarum regimen à Deo Epiſcopis
commiſſum, & ſic nequit acquiri privilegio, con-
ſuetudine, aut præſcriptione, ut diſtinguendo docent
Gonzal. *in cap. cum ſatis num.* 4. *de offic. Archid.* Bar-
bol. *de poteſtate Epiſcopi allegat.* 72. *num.* 176. §. *duplex*, Lotter. *de re benef. quæſt.* 25. *num.* 11. *& ſeq. &*
quæſt. 33. *num.* 99. *& ſeq. lib.* 1. Murga *de benef. qu.* 2.
num. 183. *& quæſt.* 3. *num.* 100. *& ſeq.* Fagnan. *capit.*
cum Eccleſia num. 32. *de cauſ. poſſ. & propriet.* latè Ro-
ta *in Burgen. juris conferendi, ſeu inſtituendi* 23. *Junii* 1690. coram D. Molines, *& in Fanen. Juriſdictionis* 16. *Junii* 1704. §. *& præſuppoſita*, coram D. Scot-
to; & noviſſimè in *Burgen. Juriſdictionis ſuper commiſſione Curæ* 11. *Junii* 1706. §. *neque videbatur*, co-
33 ram D. Anſaldo; hæc enim auctorizabilis inſtitutio
differt à prima, quæ tantùm verſatur circa poſſeſſio-
nem Beneficii, non autem circa poteſtatem ſpiritua-
lem, Thomaſſin. *de benef. part.* 2. *libr.* 1. *cap.* 55. *numer.* 10. & in terminis Abbatiſſarum docent ultra ci-
tatos Barboſ. Gonzal. & alii ad *cap. dilecta de major.*
& obed. Sylveſter *in ſumma verb. Abbatiſſa numer.* 5.
Miranda *de Monialibus cit. quæſt.* 6. *art.* 5. *concluſ.* 4.
Rota *deciſ.* 504. *numer.* 7. coram Dunoz. jun. *& deciſ.* 194. *num.* 16. coram Bichio, & Sacra Congrega-
tio Concilii in una *Mediolanen. Juris conferendi* 17.
Decembris 1701. propoſito dubio: *An Abbatiſſæ Monaſterii majoris Monialium S. Mauritii Mediolani Ordinis S. Benedicti ſpectet jus conferendi Parochialem*
Curam S. Mariæ ad Circulum ei, quem Ordinarius ad
regimen animarum idoneum approbaverit. Reſpon-
ſum fuit: *Affirmativè, libr. decret.* 51. *fol.* 587. Hinc
ex eadem ratione nequit in Abbatiſſa eſſe cura verè 34
habitualis exercenda per Curatos amovibiles, uti ejus
Miniſtros, ut poſſet facere Abbas, qui poteſt reaſſu-
mere curam, ut firmatum fuit in *cit. Burgen. Juriſdictionis ſuper exercitio functionum Parochialium* 11.
Junii 1706. coram D. Anſaldo, quia cùm Abbatiſſa
uti fœmina ſit incapax hujuſmodi juriſdictionis ſpiri- 35
tualis, non poteſt neque per alium facere dictos actus,
ut docet Rota *deciſ.* 21. *de præbendis in antiqu.* & in
his terminis Sacra Congregatio Epiſcoporum in *Nullius Caſtellana, ſeu Converſanen.* Ponente Emin. D.
Cardin. S. Clementis, propoſitis dubiis. *III. An dicta Abbatiſſæ liceat proponere ad curam animarum perſonas amovibiles ad nutum, eaſque amovere, & quatenus Affirmativè. IV. An perſonæ ſic electæ debeant approbari, & per quos examinatores Synodales ſint approbandæ. Die* 11. *Maji* 1703. reſponſum fuit. *Ad III.*
Negativè, & interim uſque ad exitum cauſæ exerceatur per deputandos à Capitulo, approbandos à Vicario
Abbatiſſæ, & per Examinatores ſibi benè viſos. Ad IV.
ſatis proviſum in 3. Poterit tamen nominare ad libitum 36
Curatos prævia approbatione, ita tamen ut in illos
transfundatur totum jus curæ animarum, ut dicantur
nominati, etſi removibiles, ut in ſimili Cardin. de
Luca *diſc.* 17. *num.* 5. *de Parochis*, Rota *deciſ.* 10. *numer.* 8. *part.* 14. *recent. dec.* 5. *num.* 20. poſt Murgam
ad Conſtit. Benedict. & dec. 93. *num.* 6. *part.* 18. *recent.*
quòd ſi detur inſtitutio quoad titulum, & poſſeſſio-
nem ab Epiſcopo, tunc importat perpetuitatem; ſi
tamen detur inſtitutio auctorizabilis, quæ reſolvitur
in approbationem, poteſt removeri; & in fortioribus
terminis, ut etiam laicus habeat jus deputandi ma-
nuales Curatos, Rota *in Hiſpalen. juris deputandi*
Vicarium infra citanda.
Poterit nihilominùs Abbatiſſa acquirere Territo- 37
rium ſeparatum cum vera qualitate Nullius, idque vel
per privilegium Apoſtolicum, vel per legitimam præ-
ſcriptionem, juxta ea, quæ in terminis Abbatum dixi
tom. 2. *ad Conſtit.* 6. *Alex. III. ſect.* 1. quo caſu conſi-
deratur in Abbatiſſa juriſdictio in Clerum, & Popu-
lum ſubjectum, quemadmodum eſſe prætenditur in
Abbatiſſa Converſani; & de Abbatiſſa hanc juriſdi-
ctionem habente eſt Textus in *cap. dilecta de major.*
& obed. quod etiam admiſit Rota *in Leodien. juriſdictionis* 11. *April.* 1698. coram D. Molines, ubi pro
certo habuit, Abbatiſſam Monaſterii utriuſque ſexus
Ordinis S. Benedicti in Oppido Thoren. potuiſſe ac-
quirere plenariam juriſdictionem cum qualitate Nul-
lius in Clerum, & Populum; ſed ibi eam excluſit, ac
reſolvit ad favorem Epiſcopi Leodien. Ordinarii, quia
non docebatur de privilegio Apoſtolico, aut de im-
memorabili; quibus deficientibus, quamvis proba-
rentur actus nominandi Vicarios in Eccleſiis unitis,
& corrigendi exceſſus Capitularium Eccleſiæ Col-
legiatæ ſibi ſubjectæ; nihilominùs Rota exemptio-
nem activam excluſit, præſervata ſolùm exemptione
paſſiva.
Cùm autem Prælatus inferior obtinens hujuſmo- 38
di Territorium omninò ſeparatum, dicatur habere in
eo, perinde ac ſi eſſet propria Diœceſis, plenam ju-
riſdictionem in Clerum, & Populum, ut dixi *cit. Conſtit.* 6. *Alexand. III. ſect.* 1. *& Conſtit.* 5. *Innoc. IV. ſect.*
unic. numer. 29. ideò eo caſu præfata inſtitutio aucto-
rizabilis quoad curam animarum etiam concedi poſ-
ſet à tali Prælato, nec eſſet neceſſaria auctoritas Epiſ-
copi, ut latè quoad Abbatem firmatum fuit in *citat.*
Burgen. ſuper commiſſione curæ 11. *Junii* 1706. coram D.
Anſaldo; itaut requiratur ſolùm concurſus, & appro- 39
batio,

Digitized by Google

batio, per Epiſcopum viciniorem facienda, juxta
diſpoſitionem S. Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 1. *&*
ſeſſ. 24. *cap.* 18. *de reform.* ut etiam fuit reſolutum
in *cit. Burgen. ſuper approbatione Vicariorum coram*
eodem; niſi tamen hujuſmodi Prælatus inferior ultra
præfatas qualitates, haberet etiam facultatem convo-
candi Synodum, & ſibi Examinatores Synodales
conſtituendi; quia tunc nec requiritur approbatio
Epiſcopi vicinioris, ſed eam facere poteſt per pro-
prios Examinatores, ut apud Card. de Luca *de Pa-*
roch. diſc. 37. *num.* 55. *&* 56. Fagnan. *cap. cum con-*
tingat num. 38. *de foro compet.* & plenè Rota *in No-*
nantulana Juriſdictionis die 22. *Junii* 1693. coram
Eminentiſſ. D. Cardinali Caprara, & de his latiùs
alibi.
40 His præhabitis, poterit Abbatiſſa obtinens Terri-
torium ſeparatum, aliaſque enunciatas qualitates,
prædicta exercere, cum hac tamen notabili differen-
tia, ut Abbas poſſit per ſe omnia exercere, præter
ea quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, pro quibus accerſe-
re debet vel Epiſcopum viciniorem, vel quemcum-
que maluerit Antiſtitem, juxta diſtinctionem indica-
tam in *cit. Conſt.* 5. *Innoc. IV. ſoll. un. num.* 25. *cum*
41 *ſeqq.* Abbatiſſa verò ea, quæ conditioni muliebri
non congruunt, neceſſariò per alium explere debet,
Gloſſ. *in cit. cap. dilecta ver. Juriſdictionis*, & ibi
Barboſ. *num.* 2. & Gonzal. *num.* 8. *circa fin.* ubi de
Abbatiſſa Regalis Monaſterii de las Guelgas de Bur-
gos, Emanuel. Rodriq. *tom.* 2. *qu. regul.* 44. *art.* 3.
Flores de Mena *lib.* 1. *variar. qu.* 20. Rota *deciſ.* 21.
num. 4. *de preben. in antiquis*, quod etiam admitti-
tur in *cit. Barchinonen. Juriſdictionis*, in qua ideò ex-
cluduntur actus plenariæ juriſdictionis, ac prohibe-
tur retentio Tribunalis, ac deputatio Vicarii, alia-
que hujuſmodi juriſdictionalia, quia non aderat vera
qualitas Territorii ſeparati, ut exprimitur in deciſio-
ne edita *die* 12. *Junii* 1682. coram Card. Matthejo
ibi: *Et ulteriùs ipſa Abbatiſſa non poteſt retinere fa-*
miliam armatam, deputare Vicarium Generalem, &
Promotorem fiſcalem, nec detinere aliquem locum no-
mine Curiæ Abbatialis; ex quo iſti actus juriſdictiona-
les de jure non ſunt permiſſi, niſi habenti juriſdictio-
nem omnimodam, & ordinariam, unà cum proprio
42 *Territorio omninò diſtincto, & ſeparato.* Hujus etiam
amplæ juriſdictionis exemplum habemus in Abbatiſſa
Monaſterii S. Benedicti Ordinis Ciſtercienſis Civita-
tis Converſanienſis, de qua meminerunt Lambert.
cit. 5. *art.* 5. *qu. princip.* 1. *p.* 2. *lib. num.* 3. *pag.* 41.
à ter. ubi de ejus juriſdictione in Clericos, & laicos
Terræ Caſtellanæ, Victorell. ad Ciaccon. *in vita In-*
noc. VIII. pagina 1319. §. *idem, & in vita B. Pii V.*
pag. 1723. §. *Abbatiſſa, & in vita Gregor. XIII. pag.*
1779. *verſ. anno*, Graff. *in praxi caſuum reſervat.*
cap. 10. *num.* 8. *& cap.* 13. *num.* 27. Ughell. *in Ital.*
Sacra in Provinc. Baren. Epiſcop. Converſ. pag. 951.
43 *col.* 2. *lit. C.* Quamvis nuperrimè plures ſuper ejuſ-
dem Abbatiſſæ juriſdictione excitatæ ſint controver-
ſiæ; ipſa tamen plura obtinuit mandata de manute-
nendo in hujuſmodi juriſdictione, & Sacr. Congreg.
Epiſcoporum in *cit. Nullius Caſtellana, ſeu Conver-*
ſanen. 11. *Maii* 1708. viſa eſt canonizare plenum jus
Abbatiſſæ exercendum per Vicarium, cùm in primo
dubio in eadem cauſa propoſito demandaverit, eli-
gendum eſſe Vicarium exterum; & in tertio, ac
quarto dubio reſcripſerit, quòd exercentes curam
animarum approbandi ſint per Vicarium ipſius Abba-
tiſſæ, quemadmodum etiam Confeſſarii, ut in octa-
vo dubio; quæ ſanè reſolutiones proceſſerunt ſuppo-
ſita in Abbatiſſa qualitate Nullius, quemadmodum
ab Auditore Sanctiſſimi cauſa remiſſa fuerat ad ean-
dem Sac. Congregationem, dum principaliter quoad
juriſdictionem eam remiſit ad Rotam.
Hactenus dictis non obſtat, quòd fœmina videa-
tur incapax hujus plenariæ juriſdictionis, eo præſer-
tim quia licèt ejus ſtatui incompatibilia poſſit per
idoneos Miniſtros exercere; ſemper tamen refragetur
regula, ut per alios facere nequeat, quæ per ſe face-
re prohibetur, *cap. qui per alium de regul. juris in* 6.
Quibus accedit, quòd quemadmodum Prælatus infe-
rior dicitur Sponſus Eccleſiæ, ita etiam Abbatiſſa ra-
tione ejuſdem juriſdictionis ſuæ Eccleſiæ Sponſus di-
cenda eſſet; quod ſatis incongruum videtur. Siqui- 44
dem, ut ſupra dixi, licèt fœmina ratione ſui horum
actuum ſit incapax; ratione tamen dignitatis, quam
obtinet, non prohibetur poſſe deputare Miniſtros ha-
biles ad eadem exercenda. Unde eſt, ut etiam Cleri-
cus Primæ Tonſuræ ratione dignitatis Vicarii Gene-
ralis poſſit ad Confeſſiones audiendas approbare, di- 45
miſſorias ad Ordines concedere, aliaque ſimilia, li-
cèt ipſe ex ſe hæc exercere non valeat. Ita etiam Re-
gina, licèt inhabilis ſit ad jus dicendum, aut bellum
adminiſtrandum; nihil tamen obſtat, quin hæc aliis
committere poſſit; prout ſimilia exempla eorum,
qui per ſe juriſdictionem exercere non valent, & ta-
men id agere poſſunt per alium capacem, adducit
Gonzal. *cap. dilecti num.* 7. *de arbitris*. Nec valet 46
objectum, quòd dicatur Vicarius gerere vices Abba-
tiſſæ deputantis; quia licèt iſte nominetur ab Abba-
tiſſa, tamen juriſdictionem recipit à Papa, qui facul-
tatem tantùm deputandi Abbatiſſæ dedit, *cap. ut fa-*
mæ de ſentent. excommunicat. ibi: *Cum non ipſi, ſed*
illi, quorum auctoritate id faciunt, facere videntur;
& in his terminis Card. de Luca *diſcur.* 9. *de benef.*
num. 11. *&* 12. Pignatell. *conſult.* 46. *num.* 7. *verſic.*
& non iſ, tom. 2. Rota *deciſ.* 267. *num.* 19. coram
Bichio, & in ſimili *deciſ.* 584. *num.* 17. *part.* 5. *tom.*
2. *recen.* & verè talis juriſdictio eſt in Monaſterio,
cujus caput repræſentat Abbatiſſa, & uti talis Vica-
rium eligit; hinc non mirum ſi nequeat conſiderari
qualitas ſponſalitii, ut eſt in Epiſcopo cum propria
Eccleſia, cùm iſte exerceat omnia jure pleno, ut ad
rem innuit Lambert. *de jurepatr.* 6. *artic.* 7. *quæſt.*
princip. 1. *part.* 3. *lib. numero* 3. *verſ. ſi verò pag.*
61. *à tergo.*
Quare firmum remanet, Abbatiſſam eſſe capacem 47
obtinendi juriſdictionem Eccleſiaſticam per verum
Privilegium Apoſtolicum, vel legitimè præſumptum,
dummodò tamen eam exerceat per Vicarium Eccle-
ſiaſticum, prout etiam poſſunt laici, recepta capaci-
tate, non ſecundùm jus, ſed ut valeant ex privilegio
Apoſtolico id facere, Abbas *in cap. decernimus num.*
6. *de judiciis, & cap. quanto num.* 3. *eodem titulo*,
Germon. *de Indult. Cardinalium* §. *in quibuſcunque nu.*
5. Tamburin. *de jur. Abbatiſſ. cit. diſp.* 32. *quæſit.* 4.
num. 2. Sanchez *in præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 29.
nu. 190. *in fin.* Aufrer. *de poteſt. ſecul. in Eccleſ. reg.*
1. Faller. in Suarez *lib.* 4. *de Immunit. ad Reg. Angl.*
cap. 2. *num.* 2. Grat. *conſil.* 61. *numero* 12. *&* 23. Pi-
gnatell. *cit. conſult.* 45. *num.* 7. *tom.* 2. Card. de Luca
de benef. cit. diſc. 9. *num.* 10. *& ſeq. & diſc.* 73. *nu.*
6. *&* 13. *& in cit. deciſ. Barchinonen. Juriſdictionis*
coram Bichio, & Cardin. Taja, & quoad laicum
noviſſimè Rota *in Nullius Provinciæ Hiſpalen. juris*
amovendi Vicarium 21. *Februarii* 1707. *per tot.* §. *non*
obſtare, & in confirmatoria *die* 10. *Junii d. anni* cor.
D. Molines Decano, in quibus deciſionibus firma-
tum fuit, competere Duci Eſtepenſi, in quem alie-
natus fuit Status hujuſmodi, competens olim Militiæ
S. Jacobi de Spatha, unà cum juriſdictione ſpirituali
prævio Apoſtolico Indulto, poſſe exercere dictam ju-
riſdictionem in Clerum, & Populum, mediante Vi-
cario Generali per eundem Ducem laicum deputan-
dum, & removendum ad libitum, dummodo non
ſit ex odio, prout facere poſſunt quicunque Ordina-
rii cum eorum Vicariis; & talem juriſdictionem
quoad Vicarium etiam tacitè approbavit Sacr. Con-
gregatio Concilii in *Nullius Provincia Hiſpalen.* 11.
Septembris, 20. *Novembris*, 4. *&* 18. *Decembris*
1706. ubi plura dubia fuerunt reſoluta contra dictum
Vicarium circa plures exceſſus.
Tandem eſt animadvertendum, quòd præciſa qua- 48
litate dictæ plenariæ juriſdictionis, nequit Abbatiſſa
ex eo, quòd habeat jus conferendi Beneficia, habere
etiam jus deſtituendi, & mulctandi Clericos, & Be-
neficia.

Digitized by Google

neficiatos, ut firmatur in *deciſ.* 504. cor. Dunoz. jun. & ideò ab ea fuit receſſum in *dec.* 194. *&* 267. cor. Bichio, *& dec.* 44. *part.* 10. *recen.* quia probatum fuit, Abbatiſſam habere Concordiam munitam Privilegio Apoſtolico, cum facultate non ſolùm conferendi, ſed etiam præfata exercendi in Clericos, necnon viſitandi Eccleſias, quod utique facere poteſt per alium, ut dixi ſupra de Eccleſiis Monialium; quodque procedit etiam in Eccleſiis ſæcularium, ſi privilegium hanc juriſdictionem concedat, Gloſ. *in cit. clem. attendentes, ver. alia de ſtat. Monach.* Fuſcus *de viſit. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 14. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 13. *cap.* 40. *quæſit.* 9. *verſ. ſi quaris*, Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi alleg.* 73. *num.* 23. Rodriquez *qu. regul. tom.* 4. *tit.* 4. *de viſit. cap.* 2. *num.* 21. & quidem in excluſionem Epiſcopi, Rota *deciſ.* 194. *&* 267. cor. Bichio, *& dec.* 44. *part.* 10. *recent. & in cit. Barchinonen. juriſdictionis* 12. *Junii* 1682. coram Card. Matthejo, ubi reſervatur Viſitatio Epiſcopo quoad curam animarum, & jure delegato in Eccleſiis ſubjectis Viſitationi Abbatiſſæ; quod tamen non procedit in caſibus, in quibus Eccleſiæ eſſent ſub veta qualitate nullius, ut innuitur in *cit. deciſ. in fine*, & alibi dicemus quoad Eccleſias Abbatum in qualitate verè nullius.

49 Ex eadem juriſdictione Abbatiſſa poteſt habere juris aſſiſtentiam recipiendi obedientiam, & reverentiam etiam per actus externos, nedum à Monialibus, ſed etiam à Clericis ſibi ſubditis, quod proprium eſt ſubditorum erga Superiorem, Abb. *in cap. bis quæ* 11. *de major. & obed.* & Rota *deciſ.* 236. *per tot.* coram Emerix jun. & in terminis Abbatiſſæ *deciſ.* 827. cor. Buratto; ſed talis reverentia, & obedientia per actus externos, debet eſſe decens, & accomoda-
50 ta ſexui muliebri. Non enim deceret, ut Clerici eos actus gerant erga fœminam, quas valerent exhibere Superioribus Viris, & Ordinibus inſignitis. Hinc in eadem *Caſtellana* in Sacra Congregatione Epiſcoporum optimè reſponſum fuit ad dubium quintum: *An ſuppoſita juriſdictione Abbatiſſa, & conſuetudine, Clerus Terra Caſtellana quoties creatur nova Abbatiſſa, teneatur ſe transferre ad Monaſterium S. Benedicti Converſani, & indutus habitu Clericali accedere ad januam interiorem dicti Monaſterii, ibique flexis genibus deoſculari manum ipſius Abbatiſſa ſedentis in baldachino cum Paſtorali, & Mitra.* Reſpondit: *Negative, ſed praſtanda eſſe alia obſequia à Sacra Congreg. declaranda*; quia verè omnis actus debet eſſe proportionatus rei, & quæcumque conſuetudo quando ſit contra bonos mores, corruptela dici debet, & extirpanda.

51 Sed nunquid ipſa Abbatiſſa poſſit ſuſpendere, excommunicare, & interdicere. Et certè, quòd jure communi non poteſt tam quoad ipſas Moniales, quàm quoad alios, ſi quos haberet ſubjectos, idque elicitur ex Textu in *citato capit. dilecta de majoritat. & obedient.* cùm etenim Abbatiſſa plerumque Moniales, vel Clericos ſubditos ab officio, & beneficio ſuſpendat, & iidem confiſi, quòd eadem Abbatiſſa eos excommunicare non poteſt, ſuſpenſionem non obſervent, propter quod eorum exceſſus remanent incorrecti: ideò Honorius III. ſcribit Abbati de Lapide S. Michaelis Abricenſis Diœceſis, ut notat Gonzalez *ibid. ver. Abbati*; quatenus dictas Canoniciſſas, & Clericos, ut Abbatiſſæ præfatæ obedientiam, & reverentiam debitam impendentes, ejus ſalubria monita, & mandata obſervent, monitione præmiſſa per cenſuras Eccleſiaſticas appellatione re-
52 mota compelleret. Ex quo Doctores docent, non poſſe Abbatiſſam cenſuris plectere, ſed permittunt, ut valeat ſuſpenſione quadam, & interdicto de facto ſubditos punire, ſcilicet prohibere in ſuis Beneficiis, & Capellaniis ad tempus non deſervire, ut doctè proſequitur *cit.* Gonzal. *num.* 9. *in fine*, & alii relati à Barboſa *ibid. num.* 5. Tamburrin. *de jur. Abbatiſ. diſp.* 32. *qu.* 5. Diana *part.* 8. *tract.* 1. *reſol.* 39. quæ ſuſpenſio, ſive interdictum improprium non paris ir-regularitatem, quia cenſura non eſt, Abb. *in cit. cap. dilecta num.* 5. Miranda *in manual. Prælat. tract. de Sacr. Monialib. qu.* 6. *art.* 5. *concl.* 1. *&* 4. Bonacin. *de cenſur. in comm. diſp.* 1. *qu.* 1. *punct.* 2. *nu.* 4. Caſtropal. *oper. moral. part.* 3. *diſp.* 4. *punct.* 14. *num.* 4. Tamburrin. *de jur. Abbatiſſ. diſp.* 32. *qu.* 5. *nu.* 3. & plenè Rota *deciſ.* 267. *nu.* 16. *& ſeq.* coram Bichio. Verùm mihi magis placet id, quod dicit Barboſ. *cit. cap. dilecta num. fin.* quòd Papa ibi nullo modo factum Abbatiſſæ ſuſtineri voluit; ſed ſolùm, quòd ei reverentiam, & obedientiam ſubditi exhiberent, atque ad id cogerentur per cenſuras à legitimo Superiore, & ſic nullo modo ſuſpenſio, & interdictum Abbatiſſæ valuit; & omni caſu certum eſt, cenſuras uti tales nunquam ſuſtineri, quia Abbatiſſa utpotè fœmina hujus juriſdictionis ſpiritualis expers eſt, *cap. Monialibus* 33. *de ſentent. excommunicat.* ubi quòd neque poteſt abſolvere à cenſura juris, Gloſ. *in cit. cap. dilecta*; omnia enim iſta pertinent ad poteſtatem Clavium, *c. tanta de exceſſ. Prælat.* quæ poteſtas Viris à Chriſto Domino data fuit, *cap. nova de pænit. & remiſſ.* Barbat. *in repet. jur. Civil. & Can. ver. Abbatiſſa*, Bonacin. *citat. loco*, Tamburin. *cit. diſp.* 32. *qu.* 2. *num.* 5. Pax Jordan. *cit. tom.* 1. *lib.* 5. *tit.* 5. *num.* 24. quia hæc poteſtas ferendi Cenſuras dependet
ab Ordine, vel ſaltem requiritur diſpoſitio ad Ordi- 53
nes, hoc eſt Clericatus, ut ita fiat ſatis opinioni Theologorum aſſerentium, Primam Tonſuram non eſſe Ordinem, quamvis contrarium doceant Canoniſtæ, ut plenè apud Rotam *deciſ.* 95. *num.* 6. *&* 7.
poſt Vivian. Nec talis poteſtas Eccleſiaſtica poteſt 54
eſſe in laico, etſi fuerit perſona religioſa, Abbas, Innoc. & alii *in cit. c. dilecta*, & fœmina incapax eſt Ordinis, ad latè tradita per DD. *in cap. nova de pænit. & remiſſ.* laicis enim prohibitum eſt ſe immiſcere in meſſe Domini, & in diſtrictione gladii, ſeu juriſdictionis ſpiritualis, reſiſtente perpetuo Eccleſiæ interdicto, *Can. per Laicos, & Can. Laicis* 16. *qu.* 7. Garzias *de Beneſ. par.* 1. *cap.* 2. *n.* 35. Rota *deciſ.* 957. *num.* 4. cor. Seraph. *& in Leodien. Juriſdictionis* 11. *Aprilis* 1698. §. *Ulterius* cor. D. Molines Decano, *& in Nullius, ſeu Leodien. Juriſdictionis ſuper bono jure* 23. *Martii* 1703. §. *Siquidem* cor. D. Anſaldo, *& in citat. Nullius Provincia Hiſpalen. juris removendi Vicarium* 21. *Febr.* 1707. §. *non obſtant* cor. D. Molines
Decano; reſervata tamen facultate, ut exiſtente Pri- 55
vilegio Apoſtolico poſſit ea exercere per Vicarium, & ſubſtitutum Eccleſiaſticum, ut ſupra dixi, quibus addo Abbat. *in cap. decernimus* 2. *numer.* 6. ubi Ripa *num.* 34. 40. *&* 73. *de judiciis*, Monachus *capit.* 2. *de Prabendis in* 6. Rebuff. *in prax. beneſ. libr.* 1. *cap.* 15. *numer.* 9. Bellug. *in Specul. Princip. rubr.* 11. §. *Videndum num.* 17. *in fine*.

An autem ex privilegio Papæ poſſit Abbatiſſa per 56
ſeipſam excommunicare, variant DD. Aliqui dicunt, Fœminam eſſe prorſus incapacem poteſtatis ferendi cenſuras: Tum quia poteſtas ferendi cenſuras pertinet ſaltem mediatè, & remotè ad clavem Ordinis; ea enim utitur Eccleſia ad compellendos fideles ad peccatorum emendationem & remiſſionem obtinendam; ac proinde ſolùm in illis eſſe poteſt, qui vel habent clavem Ordinis, vel ſaltem poſſunt illam habere: Fœminæ autem ſunt omninò incapaces Ordinis jure Divino, in quo Papa diſpenſare non poteſt. Tum quia poteſtas ferendi cenſuras pertinet ad claves Eccleſiæ, quas Chriſtus Apoſtolis, & Succeſſoribus, non autem fœminæ, nec etiam B. Virgini commiſit, ut advertit Innocent. III. *in cap. nova de pænit. & remiſſ.* ibi: *Quia licèt B. Virgo Maria dignior, & excellentior fuerit Apoſtolis univerſis, non tamen illi, ſed iſtis Dominus claves Regni Cælorum commiſit.* Tum tandem, quia *Apoſtol.* 1. *ad Corint. cap.* 14. præcipit, ne mulieres in Eccleſia doceant, quia indecens eſt: ergo à fortiori indecens erit juriſdictione Eccleſiaſtica uti; unde nunquam legimus à Sede Apoſtolica talem poteſtatem fœminæ commiſſam. Sic diſcurrunt Avila *prima part. dub.* 6. *cap.* 1. Ledeſma *tom.* 1. *cap.* 4.

Digitized by Google

cap. 4. *concl.* 1. *& 2. quæſt.* 21. *art.* 3. Sylveſter *verbo Abbatiſſa num.* 1. Sotus *diſtin.* 20. *quæſt.* 1. *art.* 4. *ad* 4. Victoria *relect. de poteſt. Papæ qu.* 2. *num.* 5. Ægidius *diſp.* 13. *dub.* 4. *num.* 83. Cornejo *diſp.* 2. *dub.* 5. Auſonius *in Summa verbo Abbatiſſa*, Diana *par.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 16. Caſpenſis *tom.* 2. *tract.* 25. *cap.* 1. *ſect.* 2. *num.* 14. Coninckius *diſp.* 13. *dub.* 4. *num.* 33. & latè Gabriel. à S. Vinc. *de cenſur. quæſt.* 4. §. 2. *à num.* 31. ubi aſſerit, eſſe communem ſententiam Thomiſtarum, & pro ea adducit D. Thomam *quæſt.* 19. *ſupplem. art.* 3. *&* 4.

57 In contrarium tamen, fœminas jure Divino non eſſe incapaces hujus poteſtatis, ac proinde poſſe ex privilegio Summi Pontificis ferre cenſuras, magis communiter aſſeritur à Juriſtis, Canoniſtis, & Theologis, ut poſt Paludan. *in* 4. *diſt.* 19. *qu.* 2. *art.* 1. docent Suarez *diſp.* 2. *ſect.* 3. *num.* 7. Leſſius *de excom. tract.* 3. *dub.* 2. Maſtrius *diſp.* 13. *quæſt.* 1. *art.* 2. *num.* 12. Caſtropalaus *diſp.* 1. *punct.* 4. *num.* 5. Leander *diſp.* 11. *qu.* 31. Sotus à contrariis citatus *diſt.* 20. *quæſt.* 1. *art.* 4. Silojus *quæſt.* 19. *art.* 3. Candidus *diſp.* 22. *art.* 6. *dub.* 1. Diana ſibi contrarius *part.* 8. *tract.* 1. *reſol.* 39. & latè apud Bonacin. *cit. num.* 4. Tambur. *cit. diſp.* 32. *quæſ.* 5. *num.* 5. Ugolin. *de Cenſ. Eccleſiaſt. cap.* 2. *punct.* 7. *num.* 5. Navar. *conſ.* 73. Covar. *in cap. alma Mater part.* 1. §. 11. *num.* 2. Barboſ. *cit. cap. in nova num.* 5. ubi niſi ex Papæ commiſſione, ſeu privilegio, Gonzal. *cit. cap. dilecta num.* 7. *in fine*. Ratio horum eſt, quia nullum jus divinum id prohibet, & ſicuti poteſt delegari laico, ita & fœminæ, Gloſſ. *in cap.* 3. *de judic.* & colligitur ex D. Thoma *in* 4. *diſt.* 19. *qu.* 1. *art.* 1. *& quæſt.* 3. *ad* 4. admittente, fœminis communicari poſſe aliquem Clavium uſum, tametſi nec Ordinis, nec Juriſdictionis Clavem habeant. Ita nedum poſſunt jus dicere in Clericos, ſed etiam excommunicare, & abſolvere ab excommunicatione, accedente indulto Summi Pontificis, ut ultra citatos Gloſ. *in extrav. ſuſcepti Jo: XXII. ver. vel perſonis de elect.* Fagn. *cap. cum contingat. nu.* 9. *de foro comp.*

58 Sed Alterius *de cenſuris tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. *diſp.* 7. *lit. E.* benè advertit, aliud eſſe loqui de abſoluta poteſtate Summi Pontificis, aliud de ordinaria ſecundùm communem legem, & uſum generalem Eccleſiæ. Priori modo non repugnat, Summum Pontificem pro aliquo caſu indirectè, & per accidens concedere poteſtatem alicui fœminæ; non obſtante, quòd fœminæ non ſint Apoſtolorum ſucceſſores; nam etiam merè Laicus, imò & non baptizatus,

59 non cenſetur Apoſtolorum ſucceſſor, dum extra Clerum, vel Eccleſiam exiſtit, & tamen ei poteſt à Pontifice poteſtas ferendi cenſuras committi una, vel altera vice, ut docet Layman. *libr.* 1. *tract.* 5. *quæſt.* 1. *cap.* 3. *num.* 4. & Gaſpar Urtado *diffic.* 4. *num.* 3. At ſecundùm communem legem, & uſum Eccleſiæ, hoc nunquam fit, nec fieri debet, & ideò nec conſuetudine introduci poteſt, neque à Summo Pontifice aliquando factum eſſe legimus, quia id non decet; & licèt non ſit ſimpliciter contra jus divinum, aut naturæ; eſt tamen illis minùs conſentaneum, ut firmant Suarez *cit. num.* 7. *in fine*, Caſtro Pal. *citat. num.* 6. & verè talis juriſdictio per ſe exercenda nunquam conceſſa reperitur, cùm *citatæ deci-*

60 *ſiones* loquantur, ut exerceatur per Vicarium capacem, & quoad laicos hujuſmodi facultatem in Papa adeſſe communicandi iis talem poteſtatem, docuerunt ultra citatos Sbroz. *de offic. Vicarii lib.* 1. *q.* 31. *num.* 15. Card. de Luca *de benef. cit. diſc.* 9. *nu.* 10. & Rota *deciſ.* 542. coram Card. Cerro; tamen idem Card. de Luca animadvertit *cit. num.* 10. §. *eſt benè verum*, quòd id tanquam rarum, & inſolitum, non debet præſumi, ſed quatenus concurrat clara poteſtas, ut dicit fuiſſe in caſu ibi per eum adducto communicatam facultatem ferendi Cenſuras, tunc non debet dubitari, & de inſolito hujuſmodi conceſſionis, Rota *deciſ.* 167. *num.* 10. *par.* 16. *recen. & deciſ.* 119. *verſic. nec enim* cor. Merlino.

Prædicta tamen non poſſunt acquiri præſcriptione 61
quacumque; cùm etenim concurrat incapacitas in laico, & fœmina, nulla temporis præſcriptio poteſt dare hoc jus, niſi ipſum privilegium, vel immemorabilis cum fama talis privilegii Apoſtolici, ut tollatur jus proprium poſſidentis in laico impoſſibile, & incompatibile; nam ſimplex immemorabilis licèt importare valeat meliorem titulum de mundo, & ſic allegari poſſit titulus Apoſtolicus; tamen, ut benè innuit Jo: Andr. *in capit.* 2. *de præbend. in* 6. quantumcumque longo tempore laicus exercuerit actum ſpiritualem, nunquam tamen illum poteſt præſcribere; nam diuturnitas temporis, cujus initii non eſt memoria, habet vim tituli, quando datur capacitas in exercente, Abbas *in cit. cap. quanto num.* 2. *de Conſuet.* & in his terminis Fagnan. *citat. capit. cum contingat numer.* 9. *& ſeq. de foro compet.* nam licèt verum ſit, poſſe immemorabilem importare privilegium, tamen talis præſumptio ceſſat, ſi jure prohibeatur aliquid habere, niſi ex ſolo privilegio, Fagnan. *loc. cit. numero* 11. *& cap.* 1. *num.* 51. *de conſuetud. can. per Laicos, & can. Laicos* 16. *quæſt.* 7. ubi Gloſſ. *ver. Laicis, & Can. ſi quis ibidem*; prout in ſimili nequit Laicus præſcribere decimas ſpirituales, niſi ultra tempus immemorabile concurrat etiam fama privilegii Apoſtolici, Card. de Luca *de decim. diſcurſ.* 6. *numer.* 24. & alibi

dicemus; poſt tamen *Conſtit.* 157. *Urbani VIII.* de præ- 62
judicialibus Eccleſiæ, videtur non poſſe immemorabilem ſuffragari etiam cum fama privilegii quoad poteſtatem in Laico ferendi Cenſuras, quia dicta Bulla derogat præcisè conſuetudinibus immemorabilibus cum fama privilegii in iis, quæ repugnant Eccleſiaſticæ libertati, & Immunitati, ut in §. *nec non reliqua*, & advertit Fagnan. *in citat. cap.* 1. *num.* 53. *& ſeq. de Conſuet.* & licèt *in* §. *finali* præſervèt conſuetudines immemorabiles; tamen loquitur de iis, quæ Canonibus, ſeu Conſtitutionibus Apoſtolicus non reprobantur, ſeu derogantur, ut literaliter ibi dicitur, & proſequitur citat. Fagnan. eoque magis cùm in quolibet anno publicari ſoleat Bulla in Cœna Domini, hujuſmodi occupationum apud Laicos deſtructiva.

Cæterùm ſi agatur de juriſdictione Eccleſiaſtica pe- 63
nes Monaſterium Monialium, itaut juriſdictio exerceatur per Vicarium capacem, non videtur adeſſe talis reſiſtentia, ut non valeat præſumi Beneplacitum Apoſtolicum per lapſum temporis legitimum, cùm verè non valeant conſiderari rationes uſurpationis contra libertatem Eccleſiaſticam, prout conſideratur in puro Laico, quibus obeſſe voluit Conſtitutio Urbana, dum præjudicialia tantùm Eccleſiæ evitare intendit, ut aliàs ſuo loco dicemus.

Tandem poteſt conſiderari in Abbatiſſa etiam ju- 64
riſdictio in Laicos quoad temporalia, quia poteſt habere Vaſallos, & Caſtra, ut eſt *tex. in cap.* 1. §. *Verum de Stat. Regul. in* 6. & id etiam ratione ſuæ dignitatis, ſeu officii; in quo Textu permittebatur poſſe exire à Monaſterio pro præſtando juramento fidelitatis Domino Feudi, quod per Conc. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de regul.* non videtur in totum derogatum, cùm fuerit permiſſum cum debita licentia, & quando per Procuratores fieri non poſſit. Verùm per B. Pium V. id in totum fuit revocatum, conſulens Clauſuræ Monialium ob earum decus, itaut nullo modo pro dicta cauſa exire valeant, ut in ejus *Conſt.* 8. incip. *Circa*, & dixi *tom.* 1. *ad Conſt. unicam Caliſti II. ſect.* 3. *num.* 22. & quamvis Abbatiſſa habens 65
juriſdictionem Eccleſiaſticam cum qualitate Nullius teneatur accedere ad Synodum Provincialem, tamen hodie ſtante hac inviolabili lege Clauſuræ, id facere debet per Procuratorem, ut practicari in Belgio refert Van. Eſpen. *in jus Eccleſ. univ. part.* 1. *tit.* 33. *cap.* 2. *num.* 31. & dixi *tom.* 1. *ad Conſt. unica Honorii II. ſect.* 1. *num.* 29. *verſ. & quod etiam Abbatiſſa*.

CON-

Digitized by Google

CONSTITUTIO VIII.

URBANI IV.
incipiens (*Ut Negotium.*)

EPITOME BULLÆ.

URBANUS FRATRIBUS ORDINIS Prædicatorum, Inquiſitoribus in Regno, & Dominio Regis Arragonum, à Sede Apoſtolica deputatis, & in poſterum deputandis.

INquiſitores, eorumque Sociis Regularibus facultatem concedit ſeſe mutuò ab Excommunicatione abſolvendi, & diſpenſandi ab Irregularitate, in iis caſibus, in quibus ab eorum Prælatis Regularibus abſolvi, & diſpenſari poſſent.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Afferuntur motiva, ex quibus Pontifices plura privilegia Inquiſitoribus conceſſerunt.*

2 *Inquiſitores, eorumque Socii poſſunt ſe mutuò abſolvere ab excommunicationibus, & irregularitatibus.*

3 *Superiores Regulares poſſunt in certis caſibus abſolvere ſuos ſubditos ab excommunicatione, & irregularitate.*

4 *Et in iis caſibus poſſunt Inquiſitores, eorumque Socii ſeſe abſolvere.*

5 *Limita in caſu, quo facilis ſit acceſſus ad Superiores Regulares.*

6 *Non tamen poſſunt ſe abſolvere à cenſuris Sedi Apoſtolicæ reſervatis.*

1 EX eodem motivo, quo provida Summorum Pontificum vigilantia ad plurima hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus, eorumque Miniſtris privilegia concedendum impulſa fuit, nempe ne in adeò pio munere obeundo, aliquo præpedirentur obſtaculo, neve retaculo ullo retardarentur, ut dixi ſupra ad *Conſtit.* 4. *Urbani IV.* conceſſum pariter eſt Inquiſitoribus Regularibus, eorundemque Sociis hujuſmodi privilegium in præſenti Conſtitutione anno 1261. edita, ibi : *Ut negotium Fidei valeatis liberiùs promovere, vobis auctoritate præſentium indulgemus, ut ſi vos, & Fratres veſtri Ordinis Socios veſtros excommunicationis ſententiam, & irregularitatem incurrere aliquibus caſibus ex humana fragilitate contingat, vel recolatis etiam incurriſſe : quia propter injunctum vobis officium ad Priores veſtros de levi ſuper hoc recurrere non poteſtis, mutuò vos ſuper his abſolvere, juxta formam Eccleſiæ, & vobis cum auctoritate noſtra diſpenſare poſſitis, in caſibus, in quibus dictis Prioribus, ut dicitur, eſt ab Apoſtolica Sede conceſſum.*

2 Unde Doctores communiter firmant, poſſe Inquiſitores, eorumque Socios ſe mutuò abſolvere, vel reſpectivè diſpenſare ab excommunicationibus, & irregularitatibus, ſuper quibus ab eorum Superioribus Regularibus abſolvi, & diſpenſari poſſent. Ita Repertor. Inquiſit. *verbo irregularitas verſ. ſi tamen*, Zanard. *in ſumma Divin. Precept. part.* 1. *cap.* 6. *qu.* 46. *verſ. tertiò nota*, Campeg. ad Zanchin. *cap.* 31. *in princip.* Eymeric. *in director. part.* 3. *queſt.* 23. ubi Pegna *comm.* 72. Royas *de heret. part.* 2. *num.* 423. Carena *de Offic. Inquiſ. par.* 1. *tit.* 5. §. 13. *num.* 92. Bordon. *in Tribunal. cap.* 40. *num.* 47. Cherubin. junior *ad Conſtit.* 4. *Urbani IV. ſchol.* 1.

3 Superiores enim Regulares tum ex jure communi, tum ex ſpecialibus privilegiis facultatem habent abſolvendi in aliquibus caſibus ſuos ſubditos ab excommunicatione, & irregularitate; nam licèt ex *Clem.* 1. *de privil.* prohibeantur abſolvere ſubditos ab excommunicationibus incurſis, quæ in jure reperiuntur ſtatutæ, etiam ſi Papa eas ſibi non reſervaverit, ut docet Gonzalez *in cap. Monachi num.* 2. *de ſent. excomm.* tamen quandoque jure communi eis abſolutio permittitur, ut conſtat ex *cit. cap. Monachi*, *cap. cum illorum*, *cap. canonica eodem tit. cap. quoniam de vita, & honeſtate Clericor.* Itidemque ex ſpecialibus indultis Apoſtolicis, de quibus in *Compen. privil. Mendicant. verbo abſolutio ordinaria* §. 13. & 38. & ſimiliter ex iiſdem privilegiis diſpenſare in quibuſdam caſibus poſſunt ab irregularitate, ex adductis per Tamburrin. *de jur. Abbat. tom.* 2. *diſp.* 17. *qu.* 2. Giballin. *de irregularit. cap.* 6. *qu.* 5. ſed de hac facul- 4
tate Regularium alibi dicam; & idcircò in his caſibus, in quibus à ſuis Prælatis Regularibus ab excommunicatione, & irregularitate Inquiſitores, eorumque Socii abſolvi, & diſpenſari poſſunt, Pontifex concedit, ut ſe mutuò abſolvere, & diſpenſare auctoritate Apoſtolica poſſint; idque ne per acceſſum ad eorum Superiores, munus Inquiſitionis retardari contingat, ibi : *Quia propter injunctum vobis officium ad Priores veſtros de levi ſuper hoc recurrere non*
poteſtis : Unde ſequitur, quòd hac facultate uti non 5
poſſint, ſi abſque retardatione officii eorum Superiores adire poſſint; nam tunc ceſſaret cauſa privilegii.

Ex his igitur conſtat, præſens privilegium reſtri- 6
ctum eſſe ad illas excommunicationes, à quibus Inquiſitores, & ipſorum Socii poſſent abſolvi per ſuos Prælatos Regulares; non autem eis ſuffragatur pro cenſuris Sedi Apoſtolicæ reſervatis, præſertim iis, quas ob exceſſus in eorum officio commiſſos incurrunt, de quibus videri poteſt Gibalin. *in Synopſi cenſurar. verbo Inquiſitionis Officium à numero* 1. *cum ſeq.*

CONSTITUTIO PRIMA

CLEMENTIS IV.
incipiens (*Obtentu.*)

EPITOME BULLÆ.

CLEMENS MINISTRO, ET FRATRIBUS Ordinis Prædicatorum, necnon Miniſtro Generali Ordinis Fratrum Minorum.

DEclarat, Fratres Ordinum Prædicatorum, & Minorum, licitè poſſe ſuccedere in bonis temporalibus, in quibus ſucceſſiſſent, ſi extitiſſent, in ſæculo; ac ea vendere, & pretium in eorum utilitatem convertere.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Clemens IV. per compromiſſum Summus Pontifex elicitur, ejuſque Natales, & Patria recenſentur.*

2 *Junior militiæ applicuit, Uxorem duxit, ac Advocati munus exercuit.*

3 *Mortua ejus Uxore, Militiæ Sacræ adſcribitur, & creatur Cardinalis ab Urbano IV. indeque Legatus in Angliam mittitur.*

4 *Viterbii Pontificatus inſignia aſſumit.*

5 *Carolum Andegavenſem Hieruſalem & Siciliæ Regem declarat, nonnullis appoſitis conditionibus, quæ referuntur.*

6 *Pauperes apprimè dilexit, ac cum ſuis Conſanguineis moderatiſſimè ſe gerit.*

7 *In hac Conſtitutione declarat, Patres Prædicatores, &*

Digitized by Google

res, & Minores habere jus ſuccedendi ex perſona Profeſſorum.

8 *Poſt Concilium Tridentinum omnes Regulares ſunt capaces acquirendi, & retinendi ſtabilia, exceptis Obſervantibus, & Capuccinis.*

9 *Proponuntur tractanda in præſenti Commentario.*

1 POſt Urbani IV. obitum revixere contentiones inter Cardinales in electione Succeſſoris. Omnium autem conſenſu, facto compromiſſo in ſex Cardinales, eorundem plenis ſuffragiis, Nonis Februarii 1265. eligitur Summus Pontifex Guido Groſſus, tunc abſens in Legatione Angliæ, non minùs genere, quàm ſanctitate, & doctrina præſtantiſſimus, qui Clemens IV. nuncupari voluit. Ortum habuit in Gallia Narbonenſi ad Rhodani Ripam.
2 Prioris ætatis annos militiæ applicuit, qua tamen relicta, utrique Juri ſedulam operam navavit. Ducta Uxore nobili virgine, ex qua duas ſuſcepit filias, Advocati munus in quibuſdam Galliæ Prætoriis ſumma cum laude exercuit. Uxore mortua, Militiæ Eccleſiaſticæ adſcribitur, ac primùm Archidiaconus Podienſis, deinde Epiſcopus Avicienſis, & poſtmodum
3 Archiepiſcopus Narbonenſis inſtituitur. Mox verò ab Urbano IV. Cardinalis Epiſcopus Sabinus creatur, & Apoſtolicæ Sedis Legatus in Angliam fuit miſſus, ubi accepto ſuæ electionis Nuncio, itineri accinctus, timens inſidias Manfredi, quem vocat Platina Eccleſiæ Romanæ contemptorem, ſub habitu mercatoris inde diſceſſit, & Peruſiam pervenit; ſed mox
4 exinde profectus, Viterbium adiit cum Cardinalibus, ubi Coronationis Inſignia ſuſcepit. Quatuor Cardinales Romam Pontifex miſit, ubi reciperent Carolum Andegavenſem, qui illuc cum triginta triremi-
5 bus per Tyberim ſubvectus advenit, quemque iidem Cardinales Pontificis nomine in Lateranenſi Baſilica Hieruſalem & Siciliæ Regem declararunt, necnon & Urbis Senatorem, quæ non aliis, quàm Regibus, & Principibus tum conferri conſueverat, ac cum eo fœderis conditiones firmarunt; quæ porrò fuerunt præcipuæ, ut quotannis feudi nomine quadraginta millia nummorum aureorum, ut ait Platina, & octomillia auri unciarum, & equum album, ut refert Ciacconius, Eccleſiæ Romanæ penderet; ne Romanum Imperium etiam ultrò oblatum ſuſciperet; ut fœminæ maſculorum defectu ſuccederent, quæ non aliàs quàm Apoſtolicæ Sedis auctoritate nuberent, Beneventum liberè Eccleſiæ relinqueret, novorum Prælatorum literas, & electiones non impediret, nec Clericos aliquibus indictionibus vexaret, ac tandem Appellationes ad Sedem Apoſtolicam permitteret. Nunquam Clemens Viterbio diſceſſit, illius aeris cle-
6 mentiam ſibi proficuam expertus. Pauperes apprimè dilexit, & bona Eccleſiaſtica tanta juſtitia diſpenſavit, ut longè plus Deo, quàm propriæ cognationi tribuerit. Unicum Nepotem Clericum cùm comperiiſſet tres Canonicales Præbendas obtinere, unam dumtaxat retinere, reliquaſque duas dimittere coegit, ſæpè illud repetens effatum, indignum eſſe, ut plus cognationi, quàm pietati, & Chriſto tribuatur. Poſt multos exantlatos labores, ſenio tandem confectus, obiit Viterbii Anno 1268. ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Mariæ ad Gradus PP. Prædicatorum.
7 In præſenti autem Conſtitutione edita Peruſii 2. Idus Februarii 1265. declarat, Fratres Ordinum Prædicatorum, & Minorum licitè poſſe ſuccedere in bonis temporalibus, in quibus ſuccederent, ſi in ſæculo exiſterent, ac eorundem bonorum poſſeſſionem apprehendere, eaque liberè vendere, ac pretium in Conventuum utilitatem convertere, prout magis expedire putaverint. Opportuna etenim fuit hujus Conſtitutionis editio; nonnulli enim aſſerentes, eoſdem Fratres Mundo eſſe mortuos, & proprium poſſidendi incapaces, à debitis ſucceſſionibus eos excludere moliebantur; quemadmodum ex eadem ratione jus ſuccedendi ex perſona Profeſſorum Ciſtercienſibus competere declaravit Innocentius IV. *Conſt.* 4. incip. *Devotionis*. Ideò Pontifex in præſenti idem declaravit quoad PP. Prædicatores, & Minores; qualitas enim Mendicantium non excludit jus ſuccedendi, & acquirendi, ſed tantùm retinendi ſtabilia; quamvis Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *de regular. cap.* 3. exceptis Mi- 8
noribus Obſervantibus, & Capuccinis, quibuſcunque aliis Regularibus jus etiam ſtabilia retinendi conceſſerit, ut latè dixi *tom.* 2. *ad Conſt.* 5. *Honor. III. ſect.* 4. *& in hoc tomo ad cit. Conſt.* 4. *Innoc. IV. in princip. num.* 10. *& ad Conſt.* 12. *ejuſdem ſect.* 1. *numero* 3. Ideò Minores Conventuales non ſolùm ſunt capaces acquirendi ſtabilia, prout in hac Conſtitutione declaratur; ſed etiam ea retinendi ex præfato decreto Concilii.

Porrò de hujuſmodi jure Monaſteriorum ſuccedendi ex perſona Profeſſorum, latè egimus in *cit. Conſt.* 9
4. *Innoc. IV.* ubi de ſucceſſione quoad bona libera, & ex perſona Profeſſi gravati ſub conditione, ſi ſine liberis. Idcircò quo hanc materiam abſolvamus, juxta partitionem propoſitam in *cit. Conſtitut.* 4. *Innoc. IV. in princip. numer.* 12. tractandum hìc remanet de ſucceſſione Monaſteriorum ex perſona Profeſſorum ad fideicommiſſa agnatitia.

SECTIO PRIMA.

De ſucceſſione Monaſteriorum ex perſona Profeſſorum ad fideicommiſſa agnatitia.

SUMMARIUM.

1 *Monaſterium incapax acquirendi, & retinendi non poteſt ſuccedere ex perſona Profeſſorum.*
2 *Quod procedit etiam ſi ſolùm ſit incapax acquirendi, uti eſt Societas Jeſu, ex perſona Profeſſorum quarti Voti.*
3 *Societas Jeſu quoad Domos Profeſſas eſt capax ſuccedendi, & acquirendi ad effectum tantùm vendendi.*
4 *Theatini ſunt capaces acquirendi, & ſuccedendi in relictis ab extraneis, vel ex perſona Profeſſorum.*
5 *Et quatenus ſint capaces etiam retinendi bona ſtabilia.*
6 *Beneplacitum Apoſtolicum an requiratur in alienatione ſtabilium facienda per Theatinos?*
7 *Theatini ſunt capaces retinendi ſtabilia relicta cum oneribus Miſſarum.*
8 *Monaſterium non admittitur ad ſucceſſionem fideicommiſſi ex perſona Profeſſi, expreſſè à Teſtatore excluſi.*
9 *Teſtator poteſt à fideicommiſſo excludere Monaſterium, dummodo non fiat in odium Religionis.*
10 *Idque etiam ſi excluſio fiat favore extraneorum.*
11 *Refertur reſolutio caſus, in quo teſtator excluſionem fecerat his verbis:* Religioſi Monaſterii.
12 *Excluſio ſi ſit abſoluta, Monaſterium cenſetur excluſum etiam in vita Profeſſi.*
Quod etiam dicendum eſt quoad excluſionem à jurepatronatu. Ibidem.
13 *Referuntur nonnulla verba, quibus Teſtator cenſetur abſolutè excludere Monaſterium.*
14 *Excluſio Religioſorum facta favore certæ lineæ, ceſſat ceſſante linea.*
15 *Excluſio fœminarum à fideicommiſſo quatenus ſit perpetua, vel ſolùm extantibus maſculis.*
16 *Si à fideicommiſſo excludatur Monaſterium, non autem Religioſi, admittitur Monaſterium durante vita Profeſſi.*
17 *Profeſſi excludi valent à fideicommiſſis etiam tacite.*
18 *In excluſione à fideicommiſſis favorabilis facienda eſt interpretatio pro Religioſis.*

19 *Pro-*

19 *Profeſſi vita durante non excluduntur à fideicommiſſis agnatitiis.*

20 *Profeſſus in Religione capaci conſervat jura ſanguinis, & agnationis.*

21 *Fideicommiſſum agnatitium poſt mortem Profeſſi redit ad alios vocatos.*

22 *Monaſterium ex perſona Monialium eſt capax ſuccedendi in fideicommiſſis agnatitiis.*

23 *Similiter ſuccedit in jurepatronatus gentilitio.*

24 *Monaſterium ex perſona Profeſſi eſt capax ſuccedendi in fideicommiſſis agnatitiis, exceptis tribus caſibus.*

Pendente lite ſuper ſucceſſione, debentur Profeſſo alimenta, & ſumptus litis. Ibidem.

25 *Immiſſio in bonis fideicommiſſariis ex perſona Profeſſi non poteſt impediri ex eo, quòd adſit lis ſuper nullitate Profeſſionis.*

26 *Monaſterium ſuccedit in fideicommiſſo, ſive Profeſſo devolvatur ante ſive poſt Profeſſionem.*

27 *Profeſſus transfert in Monaſterium omnia jura etiam competitura, & quæ.*

28 *Profeſſus jus ſuccedendi in fideicommiſſo agnatitio poteſt alteri renunciare, vel Creditoribus cedere.*

29 *Prohibitio alienandi appoſita fideicommiſſo non operatur, ut cenſeatur excluſum Monaſterium ex perſona Profeſſi.*

30 *Monaſterium an ex perſona Profeſſi ſuccedat in fideicommiſſis factis pro conſervatione familiæ?*

31 *Succeſſio Monaſterii durante vita Profeſſi, fundatur in ipſo Profeſſo.*

Profeſſus quouſque vivit, conſervat agnationem; & familiam. Ibidem.

32 *Presbyter ſæcularis non excluditur à fideicommiſſis factis pro conſervatione agnationis, & familiæ.*

33 *Bona, in quibus ſuccedit Monaſterium ex perſona Profeſſi, ſunt penes ipſum Monaſterium, & an id impediat ſucceſſionem in fideicommiſſis agnatitiis.*

34 *Monaſterium ex perſona Profeſſi ſuccedit in fideicommiſſis, etiamſi Teſtator voluerit bona perpetuò, & cum effectu conſervari in familia.*

35 *Secùs ſi Teſtator id fecerit conſervandi fine ſplendorem, & decus familiæ, vel voluerit permanentiam bonorum in agnato uxorato.*

36 *Dum Teſtator filios Monachos excluſit, eò magis cenſetur excluſiſſe alios.*

37 *Ad fideicommiſſum, ad quod vocantur legitimi, non admittuntur illegitimi, quamvis legitimati per Profeſſionem.*

38 *Quomodo intelligendum ſit, Monachos habere jus ſuccedendi perinde ac eſſent in ſæculo.*

39 *Profeſſus quatenus cenſeatur excluſus à fideicommiſſo facto cum onere deferendi cognomen, & inſignia Teſtatoris, & num. 44.*

40 *Delatio inſignium, & cognominis, ſi ſit appoſita per modum conſilii, poſſunt Profeſſi ſuccedere ea neglecta.*

41 *Præceptum deferendi nomen, & arma, quatenus inducat fideicommiſſum.*

42 *Dubietas an delatio nominis, & armorum ſit de præcepto, vel conſilio, reſolvitur per obſervantiam.*

43 *Profeſſi non ſuccedunt in Majoratibus, & Primogenituris habentibus annexam dignitatem, & juriſdictionem.*

Secùs ſi non ſit eis annexa dignitas, & juriſdictio. Ibidem.

44 *Profeſſus non cenſetur excluſus à fideicommiſſo facto cum onere aſſumendi cognomen, & arma Teſtatoris.*

45 *Dummodò profiteatur in Religione, in qua proprium cognomen & arma retinere permittitur.*

46 *Contraria ſententia, quòd ſcilicet Profeſſi cenſeantur excluſi ab ejuſmodi fideicommiſſis, eſt verior.*

47 *Certè cenſentur excluſi, ſi adſit etiam onus nubendi, quod etiam procedit in Presbytero ſæculari.*

48 *Exponitur ſenſus* Rotæ in deciſ. 433. & 434. part. 12. recent.

49 *Excluſis Religioſis ſive tacitè, ſive expreſsè, non cenſentur excluſi Profeſſi in Religionibus non propriè talibus.*

Idemque dicendum de Mulieribus Oblatis, quæ propriè Moniales non ſunt. Ibid.

50 *Excluſis Clericis Beneficiatis non cenſentur excluſi Profeſſi,*

Equites Hieroſolymitani an cenſeantur excluſi à fideicommiſſo, à quo excluduntur Religioſi. Ibidem.

51 *Profeſſi in Religione, ſeu Congregatione non propriè Regulari, cenſentur excluſi à fideicommiſſo, ſi id ex diſponentis verbis eliciatur.*

52 *Profeſſus ſi ex voluntate Teſtatoris excludatur à fideicommiſſo, ejus Ceſſionarius, vel Creditores non poſſunt ſui vita durante ad illius commoditatem admitti.*

53 *Profeſſus ex ſe incapax fideicommiſſi, habetur pro mortuo reſpectu illius.*

54 *Quod procedit ſivè profiteatur in Religione capaci, ſive non.*

55 *Profeſſus excluſus à fideicommiſſo, nec illud retinet, quamvis ante profeſſionem acquiſierit.*

Nec ejus vita durante retineri poteſt à Renunciatario, ſed ſtatim poſt profeſſionem tranſit ab ipſo Profeſſo ad ulteriores vocatos. Ibidem.

56 *Similiter nec durante vita Profeſſi retineri poteſt ab ejus Creditoribus, & num. ſeqq.*

57 *Nemo plus juris in alium transferre poteſt, quàm in ſe habet.*

58 *Profeſſus, qui in ſæculo habens qualitates à Teſtatore requiſitas, obtinuit admitti ad fideicommiſſum, quatenus illud amittat, ſi ob profeſſionem eædem qualitates ceſſent.*

59 *Aſſeritur, per profeſſionem amittere fideicommiſſum, ſi Teſtator requiſierit qualitates nedum pro eo acquirendo, ſed etiam pro conſervando.*

60 *Adeout Creditores ipſius Profeſſi, ſive alii habentes cauſam onerоſam, aut lucrativam, nullum jus in fideicommiſſo poſt debitoris profeſſionem retineant.*

61 *Creditor domini utilis Feudi, vel Emphyteuſis amittit commoditatem eorundem bonorum, non ſolùm ob mortem naturalem, ſed etiam civilem ejuſdem domini, aut etiam ob aliam legem inveſtituræ omiſſam.*

62 *Similiter Creditor Penſionarii, ſi hic ob profeſſionem, vel aliam cauſam amittat penſionem.*

63 *Penſio per profeſſionem extinguitur, etiam in præjudicium tertii.*

Obligatio fructuum beneficii ceſſat, ſi beneficiatus amittat, aut dimittat beneficium. Ibidem.

64 *Creditores habent actionem ad intereſſe contra debitorem, qui facto proprio amittit Feudum, vel Emphyteuſim ipſis pro commoditate obligatam.*

65 *Similiter contra Penſionarium, qui ex facto proprio penſionem amittit.*

66 *Beneficium voluntariè dimittens tenetur ad intereſſe ei, cui bona beneficii locaverat.*

67 *Fideicommiſſarius amittens facto proprio fideicommiſſum, tenetur ad intereſſe iis, quibus fideicommiſſum ex cauſa oneroſa obſtrinxerat.*

68 *Quod procedit etiam ſi fideicommiſſum amittat ob ingreſſum Religionis.*

69 *Limita, niſi in obligatione fuerit conſideratus caſus ingreſſus in Religionem, & de eo ſit habita ratio.*

70 *Indicatur cautela, qua Creditores in his caſibus uti poſſunt.*

Digitized by Google

71 *Profeſſus in Religione incapaci poteſt ſe ſe expere fideicommiſſo, non autem in præjudicium Creditorum.*

72 *Quod non procedit, ſi agatur de fideicommiſſo qualificato, à quo tacite, vel expreſsè excluduntur Profeſſi.*

1 IN hac re recurrunt ea, quæ dixi *cit. Conſtit. 4. Innocentii IV.* quòd ſcilicet ſi agatur de Monaſterio incapaci acquirendi, & poſſidendi etiam in communi, nulla poteſt conſiderari qualitas ſucceſſionis, non quidem ad favorem Monachi uti incapacis ob votum paupertatis, nec etiam in favorem ipſius Monaſterii inhabilis ad ſuccedendum, & ſic mors civilis profeſſi æquiparatur naturali ad effectum, ut vocati cenſeantur alii, perinde ac ſi ipſe naturaliter obiiſſet, Bartol. *in tract. minorit. lib. 4. diſt. 3. cap. 1. num.* 8. Pancirol. *conſil.* 114. *num.* 3. Honded. *conſil.* 62. *numero* 18. *& ſeq.* Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 69. *&* 70. Franch. *deciſ.* 14. *num.* 7. latè P. Cirillus Rubeus Minorita *in opuſculo de morientium eleemoſynis*, Card. de Lugo *reſponſ. moral. lib.* 4. *dub.* 4. *&* 5. Card. de Luca *de fideicom. diſc.* 63. *num.* 7. *&* 9. Adden. ad Buratt. *deciſ.* 461. *numero* 14. Rota *deciſ.* 6. *num.* 1. *&* 2. *par.* 5. *recent.* & ſupponit Rota *in Romana fideicommiſſorum* 20. *Junii* 1707. §. *minimè adverſante* cor. D. Aldrovando, & dixi ad *cit. Conſtit. 4. Innoc. IV. ſect.* 2. Quod procedit ſi ſint incapaces acquirendi, & retinendi, ut ſunt Minores Obſervantes, & Capuccini in Concilio Tridentino
2 præſervati, ſub quibus veniunt Reformati, ac alii viventes ſub arctiſſima paupertate Seraphica; vel etiam ſi ſint incapaces acquirendi tantùm hæreditates ex perſona Profeſſorum, uti eſt Societas Jeſu, quæ ex perſona Profeſſorum, etiam quarti voti, eſt incapax ſuccedendi; etenim ſola prohibitio retinendi bona, quam habent Domus Profeſſæ, non ſufficeret, cùm quis poſſet acquirere, licèt ad effectum vendendi; hinc Societas prædicta quoad Domos Profeſſas non poteſt retinere, ſed benè poteſt acquirere etiam hæreditates extraneas; ut occaſione controverſiæ Neapoli de hac re agitatæ, fuit reſolutum in Sacra Congregatione Concilii in *Neapolitana* 12. *Junii* 1677. in qua propoſito dubio: *An Domus Profeſſa Societatis Jeſu ſit capax hæreditatis?* Reſpondit: *Affirmati-*
3 *vè ad effectum vendendi*. Nunquam tamen eſt capax dicta Societas acquirendi hæreditates, & fideicommiſſa ex perſona profeſſorum, etiam quarti voti, ut ex ejus Inſtituto *part. 4. Conſt. cap. 4. & Conſt.* 89. *Gregorii XIII.* incip. *Aſcendente* §. 11. *& ſeqq.* Ricciul. *de jur. perſonar. extra grem. Eccleſ. lib.* 8. *cap.* 9. *num.* 3. Giovagn. *conſ.* 85. *num.* 4. *l.* 1. Grat. *conſ.* 68. *num.* 13. *lib.* 1. Cutell. *de donat. tom.* 1. *diſc.* 2. *partic.* 4. *num.* 5. *pag.* 114. Card. de Luca *ad Conc.*
4 *Trid. diſc.* 35. *num.* 11. *verſ. poſtquam verò*. Ita in Theatinis, licèt ſint incapaces retinendi bona ſtabilia ob eorum Inſtitutum, tamen non prohibentur, ſi velint recipere legata, & hæreditates extraneas, & ex perſona profeſſorum, ut in *Romana Legati* 12. *Junii* 1690. coram D. Priolo *impreſſ. poſt votum* 96. Bertachini, cùm dicta abſtinentia à recipiendis ſtabilibus fuerit voluntaria in Inſtituto; unde ſi rebus ſic exigentibus pro tenuitate eleemoſynarum id facere velint, non prohibentur, ut ex Decreto ſ. m. Clementis X. & dixi *cit. Conſtit. 4. Innocentii IV. ſect.* 1. *num.* 9. & nuperrimè Rota *in Neapolitana Prælationis* 11. *Maji* 1708. §. *Hinc conſequenter, & ſequenti*, coram D. Molines Decano; ſolùm cadente difficultate, an valeant etiam retinere ſtabilia, quod
5 negat Rota *in citat. deciſion.* cùm ex capacitate acquirendi non debeat tolli ſaltem laudabile inſtitutum non retinendi, ſeu vendendi, & pretio tantùm conſulendi neceſſitatibus, ut firmum remaneat fundamentale, & laudabile inſtitutum per D. Cajetanum Thienæum mirabiliter in Orbe inductum, ſoli Divinæ Providentiæ innixum, Del Bene *ejuſdem Religionis alumnus in tract. de Immunit. tom.* 2. *cap.* 13. *dubit.* 22. *num.* 18. ubi de ſupplicatione P. Generalis
Theatinorum porrecta Sacræ Congr. ad effectum alie- 6
nandi bona ſtabilia ſibi obvenienda, utpotè incapacium retinendi, & quidem ſine beneplacito Apoſtolico, Corrad. *in praxi diſpenſ. libr.* 9. *cap.* 1. *ante numer.* 13. Capon. *diſceptat.* 38. *tom.* 4. & innui quoad alienationem ſine beneplacito Apoſtolico ex Decreto Sacr. Congreg. Concilii *tom.* 1. *ad Conſt.* 1. *D. Leonis ſect.* 4. *num.* 41. *& ſeq.* & me citato Rota *in cit. Neapolitana Prælationis*, §. *nec obſtat, & ſeq.* Tamen Patres ipſi talem neceſſitatem vendendi voluntariam eſſe autumant, & ſic fuiſſe declaratum à Capitulo Generali, in cujus plenaria poteſtate adeſt immutatio eorum Conſtitutionum; unde valent ex vi dictarum poſteriorum Capitularium reſolutionum bona nedum acquirere, ſed etiam retinere, ut praxis docet in quibuſcumque ferè eorum Domibus, Card. de Luca *adnot. ad Sacr. Concil. Trid. diſc.* 35. *num.* 11. *verſ.*
quin imò; & quoad capacitatem retinendi ſtabilia 7
cum onere celebrandi Miſſas, elicitur clarè ex dictis Conſtitutionibus typis editis Romæ anno 1698. *part.* 1. *cap.* 7. *pag.* 15. *in Capitulo Generali anni* 1641. & id fuit canonizatum nuperrimè in Sac Congr. Concilii in cauſa *Romana Capellaniæ*; cùm etenim Carolus de Baldis legaverit quædam Loca Montium cum onere Miſſarum perpetuo in Capella quadam S. Andreæ de Valle: prætendens hæres ſibi ſpectare jus nominandi Capellanum, oppoſita rurſus incapacitate Patrum retinendi ſtabilia; ſub die 5. Maii 1707. fuerunt propoſita dubia. *I. An legatum Locorum viginti quatuor Montium Cameralium relictum Eccleſiæ S. Andreæ de Valle per Carolum de Baldis cum onere unius Miſſæ quotidianæ, ſpectet ad PP. dictæ Eccleſiæ, ſeu potius erigi debeat in Beneficium collativum auctoritate Ordinarii, & quatenus affirmativè ad ſecundam partem. II. Ad quorum favorem ſpectabit nominatio Capellani ad dictum beneficium collativum.* Reſpondit: *Affirmativè quoad primam, & negativè quoad ſecundam partem*, & proinde ſecundum dubium non indiguiſſe reſponſione, & ſub *die* 23. *Junii, &* 18. *Auguſti dicti anni* reſponſum fuit: *In deciſis*. Imò Sac. Rota *in cit. Neapolitana Prælationis* dedit novam Audientiam ſub eo motivo capacitatis prætenſæ retinendi ſtabilia, etiam tempore, quo fuit facta alienatio; nam poſita tunc capacitate, fuiſſet neceſſarium beneplacitum Apoſtolicum; procedente concluſione contraria tempore, quo aderat neceſſitas vendendi, ſuper qua neceſſitate alienandi ex Inſtituto fundata eſt ratio, ut non requiratur dictum beneplacitum, ut latè dixi *tom.* 1. *cit. loco*: ſed de hac materia alio loco congruentiori de PP. Theatinis dicam; interim firmum remanet, quòd ſint capaces ſaltem acquirendi, ut capaces remaneant etiam fideicommiſſi agnatitii ex perſona profeſſorum; quia ſi habeant capacitatem retinendi, benè procedit concluſio; ſi autem denegetur, non implicat, quòd acquirat Monaſterium, ex perſona Profeſſi, & deinde bona ipſa in alium contractu licito transferat, recepta pecunia pro propriis neceſſitatibus conſulendis, ut permittitur in hac Bulla, & præcisè de Theatinis dixit Rota *in cit. Neapolitana Prælationis* §. *neque oppoſitum*, & priùs in *cit. Romana Legati* coram D. Priolo.

Poſita autem capacitate Monaſterii acquirendi, 8
tunc erit videndum, an Monaſteria, ſeu ipſi Profeſſi ſint à fideicommiſſis excluſi. Et quatenus talis excluſio ſit expreſſa, tunc nulla cadit difficultas, ut habeatur Profeſſus etiam pro naturaliter mortuo, itaut ſit locus ulterioribus vocatis, Bartol. *in l. Deo nobis num.* 1. *verſic. item ingreſſus C. de Epiſc. & Cleric.* Sanchez *in præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 15. *num.* 31. Covar. *var. cap.* 19. *num.* 11. Simeon. de Pret. *de interpretat. ultim. volunt. reſol.* 5. *num.* 26. *lib.* 2. Rodolph. *alleg.* 120. *num.* 1. Rota *deciſ.* 135. *numer.* 15. *part.* 7. *& deciſ.* 313. *num.* 15. *part.* 10. *repetit. in deciſ.* 55. *poſt* Salgad. *in Laberint. Credit. deciſ.* 278. *nu.* 12. *part.* 11. *deciſ.* 207. *nu.* 2. *par.* 16. *recent. & dec.* 347.

Digitized by Google

9 *dec.* 347. *num.* 17. cor. Bichio. De poteſtate enim fideicommittentis excludendi Monaſteria, & Religioſos, nulla cadit in jure difficultas, cùm unuſquiſque ſit ſuæ rei moderator, & arbiter, ita tamen ut id non fiat odio Religionis, ſed ex aliqua ratione, ut ob bona conſervanda in familia pro propagatione deſcendentium, vel ne in manus mortuas deveniant, aut hujuſmodi; quod ſanè odium nunquam debet præſumi, Card. de Luca *in ſumma de fideicommiſſ. num.* 248. *& ſeq.* Sanchez *ad precept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 15. *num.* 19. Manſus *conſultat.* 107. *num.* 20. Ro-
10 ta *deciſ.* 135. *num.* 15. *& ſeq. part.* 7. *rec.* Nec etiam ſi fiat excluſio, nedum ad favorem propinquorum, ſed quoque extraneorum, dici poteſt in odium, ut in terminis Juriſpatronatus dixit Rota *in Januen. Abbatiæ* 11. *Decem.* 1690. §. *in nihilo refragante*, coram Manuel. Nec ſunt criticanda verba, ſed debent intelligi juxta magis frequentem ſenſum, & præ aliis conſideranda eſt voluntas Teſtatoris.

11 Hinc in quodam fideicommiſſo, in quo excludebantur *Religioſi Monaſterii*, prætendebatur excluſa eſſe tantùm Monaſteria, non autem ipſos Religioſos, adeout iſti, ſive pro eis Monaſterium ſuccedere valeret eorum vita durante. Nihilominùs ego, uti A. C. Locumtenens, contrarium judicavi, quia dicta verba *Religioſi Monaſteri*, intelligi debuerant disjunctivè, uti ſubſtantiva ſegregata, alterum explicans perſonas Religioſas, & alterum ipſa loca Regularia, ponderato præſertim toto contextu voluntatis Teſtatoris, quæ in hac materia ſolet eſſe norma, & via difficultates tollendi; dum etenim Teſtator conſideravit permanentiam bonorum in familia pro ejus honorificentia, verba prædicta potiùs disjunctivè, quàm continuatè recipi debent; verba enim in hujuſmodi diſpoſitionibus debent ſervire menti, non autem è contra; proinde ad favorem ulteriorum vocatorum in fideicommiſſo ſententiam tuli, excludendo creditores ipſius Profeſſi, qui ex hujus perſona durante ejus vita, bona fideicommiſſaria occupare prætendebant in vim obligationis, & ceſſionis ipſius profeſſi ante ingreſſum in Religionem, quod judicatum comprobatum fuit à S. Rota *in cit. Romana Fideicommiſſorum* 20. *Junii* 1707. coram D. Aldrovando, imò à partibus per concordiam acceptatum.

12 Hæc tamen excluſio etiam debet conſiderari, an percutiat tantùm ſucceſſionem perpetuam Monaſterii, ita ut ea etiam exiſtente, iſtud admitti valeat durante vita profeſſi tantùm, vel potiùs excluſio ſit etiam pro tempore vitæ naturalis Profeſſi. Et quatenus excluſio ſit abſoluta, & per viam regulæ, tunc certum eſt nunquam poſſe Monaſterium admitti ad ſucceſſionem, Gabriel. *conſ.* 132. *num.* 55. *verſ. tamen puto contrarium*, *& ſeq. lib.* 1. Mantica *de conject. lib.* 11. *tit.* 15. *num.* 1. Peregrin. *de fideicomm. art.* 27. *num.* 20. Card. de Luca *de fideicommiſſ. in ſum. num.* 252. *& ſeq.* Rota *deciſ.* 454. *num.* 2. *& deciſ.* 742. *per tot.* cor. Durano, & in terminis juriſpatronatus, quod in hac materia æquiparatur fideicommiſſis, Card. de Luca *diſc.* 22. *num.* 13. *& ſeq. de jurepatron. & in ſumma num.* 34. *verſ. adeſt quoque*, Rota *deciſ.* 89. *num.* 19. *&* 20. & plenè in *Januen. Abbatiæ* 5. *Decembris* 1689. §. *jungendo*, *&* 11. *Decembris* 1690. §. *nec ſubſiſtit* coram Manuel. Et licèt fuerint hæ deciſiones deinde revocatæ, tamen fuit ex alio motivo, quòd ſcilicet non deberet attendi fundatio, ex qua Moniales excludebantur; ſed obſer-
13 vantia, ex qua non reſultabat talis excluſio. Ita ſi adſint verba denotantia perpetuam excluſionem Religioſorum, ſeu Monialium, & fiat per modum regulæ, ut de verbo *in qualſivoglia modo* dixit Rota *deciſ.* 339. *num.* 9. cor. Card. Celſo, *& in cit. Romana Fideicommiſſorum*, §. *multoque minus*, & de verbo *nunquam*, *deciſ.* 174. *num.* 4. *part.* 13. *& deciſ.* 324. *num.* 1. *part.* 17. *recent.* & cùm quidam Teſtator fecerit fideicommiſſum ad favorem deſcendentium, & extincta linea filii vocaverit ſibi proximiores; prætendentes Moniales filiæ fideicommittentis vocationem in excluſionem remotioris collateralis, fuerunt excluſæ ex eo, quòd teſtator illis reliquerat uſumfructum Locorum Montium fideicommiſſariorum, itaut nullo unquam tempore acquirere valerent jus aliquod ſuper uſufructu, & proprietate dictorum Locorum Montium fideicommiſſariorum poſt earum obitum, ſed devolvantur ad hæredem; & ita ego judicavi uti A. C. Locumtenens, ex ea ratione, quia licèt ex verbis viderentur Moniales excluſæ poſt obitum, & ad favorem hæredis, quod non evenit, quia priùs obiit hæres, quàm illæ; tamen totus contextus diſpoſitionis fuit, ut nullum jus acquireretur Monaſterio in bonis fideicommiſſi, niſi purus uſusfructus Locorum Montium fideicommiſſariorum, & ſic excluſio viſa fuit realis, & perpetua; & in hunc ſenſum etiam fuit Rota in eadem cauſa in *Romana Fideicommiſſi de Colleonibus* 28. *Februarii* 1707. coram D. Lancetta, confirmata 23. *Martii* 1708. *coram eodem*, & idem reſultat ex *Faventina Fideicommiſſi*, quæ eſt *deciſ.* 48. poſt Card. de Luca *de fideicomm. & deciſ.* 830. *&* 850. coram Emerix jun. & benè diſtinxit inter excluſionem Monaſterii poſt obitum ſecutum Profeſſi, & ſic progreſſivam; vel etiam temporalem vita durante Profeſſi, Ciarlin. *contr.* 225. *num.* 8. *& ſeq.* Mazancd. *dec.* 360. *num.* 4. Carill. *deciſ.* 341. *nu.* 9. *deciſ.* 65. poſt Torre, *de pact. fut. ſucceſſ. & in Cortonen. Beneficii num.* 13. *&* 14. coram D. Anſaldo, quæ eſt inter ſuas *la* 4.

Si autem fuerit facta excluſio Religioſorum ob fa- 14
vorem certæ lineæ, tunc non prohibetur, quin veniant Religioſi, & pro eis Monaſterium evacuata tali linea contemplata, Rota *deciſ.* 266. *num.* 9. coram Carillo, & latè Card. de Luca *de fideicommiſſ. in ſumma num.* 252. *& ſeq. & diſc.* 63. *num.* 10. & fuit firmatum in *Romana Fideicommiſſi de Tito* 21. *Junii* 1683. coram Benincaſa, quæ eſt *deciſ.* 671. *part.* 19. *tom.* 2. *recent.* & in ejus confirmatoria 23. *Junii* 1684. §. *nec relevat*, *coram eodem*, *& in Bononien. Fideicommiſſi de Ghiſellis* 17. *Maii* 1686. §. *verum*, coram Hervault. *impreſſ. apud* Palm. *alleg.* 224. *numero*
14. *& in confirmatoriis*. Hæc enim materia ſolet re- 15
gulari ex eadem theorica, qua utuntur Doctores, ut excluſæ dicantur fœminæ à fideicommiſſo, ut ſcilicèt ſi excluſio ſit perpetua, & per viam regulæ, nunquam fœminæ admittantur, etiam in ſubſidium maſculorum. Secùs autem ſi excluſio fuerit famulatoria vocationi maſculorum, quia tunc poſt defectum ipſorum admitti debent in ſubſidium, Card. de Luca *de fideicomm. in ſumma num.* 132. *& ſeq. & diſc.* 46. *nu.* 8. 9. *& diſc.* 49. Rota *deciſ.* 72. *& deciſ.* 90. coram Royas, *deciſ.* 235. *par.* 6. *deciſ.* 34. poſt Ceníal. ad Peregrin. & latè R. P. Anſald. *in addit. ad ejus dec.* 47. *n.* 19. Rota *in Romana*, *ſeu Reatina fideicommiſſi de Vicentinis* 6. *Februarii* 1702. §. *etenim*, coram D. Scotto, *& in Balneoregien. Beneficii* 21. *Januarii* 1707. §. *ratio autem* coram D. Kaunitz, & in terminis Monialium profeſſarum, ut obtinere valeant ſucceſſionem, etſi fœminæ ſint excluſæ, dummodo excluſio non fuerit per modum regulæ, Rota *in Bononien. Fideicommiſſi* 28. *Januarii* 1707. coram eodem D. Kaunitz.

In hac tamen materia excluſionis Religioſorum eſt 16
quoque conſiderandum, quòd aliquoties poteſt dari caſus, ut admittantur à teſtatoribus Religioſi ipſi, ſeu Moniales, non autem Monaſterium, quod excluditur; & tunc iſtud admitti poteſt tantùm durante vita Profeſſi, ſeu Profeſſæ, cùm iſtæ perſonæ poſſidere non valeant, ſed poſt obitum illorum remanet Monaſterium excluſum, ut dixi *cit. Conſtit.* 4. *Innocentii IV. ſect.* 1. & innuitur in *cit. Romana Fideicommiſſorum*, coram D. Aldrovando, ubi prætendebatur, quòd excluſio expreſſa eſſet Religioſorum Monaſteriorum, & proinde non arcebantur Religioſi eorum vita durante, ut dixi ſuprà *n.* 11. quod tamen non fuit tam in prima inſtantia coram me, quàm in Rota admiſſum, cùm ex verbis, & mente diſponentis excluſio nedum Monaſteriorum, ſed Religioſo-

rum re-

num reſultare viſa fuit, & ad rem ratiocinatur juxta
morem Cardin. de Luca *in ſumm. de fideicommiſſis*
a num. 248. *& diſc.* 63. *eod. titulo*, quòd ſcilicet de-
beat conſiderari excluſio, cujus ſit naturæ, an per-
petua Monaſteriorum tantùm, vel etiam temporalis
in vita Profeſſorum, nec certam regulam poſſe in
hoc aſſignari, cùm dependeat à diverſis facti circum-
ſtantiis.

17 Ultra excluſionem expreſſam, admittitur etiam in
hujuſmodi fideicommiſſis agnatitiis excluſio tacita;
reſultans ex conjecturis, vel ex proprietate conditio-
num inapplicabilium ſtatui profeſſorum, ut latè ra-
tiocinatur *cit.* Card. de Luca *in ſumma de fideicomm.*
nu. 254. *& ſeq.* tamen debent eſſe concludentes men-
tem teſtatoris, ut docent Rodolph. *alleg.* 124. *nu.* 9.
cit. Card. de Luca *diſc.* 63. *nu.* 9. *&* 13. *de fideicom.*
Marta *de ſucceſſ. legal. par.* 1. *art.* 4. *num.* 19. Rode-
ric. *queſt. canon. tom.* 2. *queſt.* 68. *art.* 13. Sanchez *ad*
prec. Decal. lib. 7. *cap.* 15. *nu.* 25. Rota *deciſ.* 434.
part. 12. & in *cit. Faventina* impreſſa poſt Card. de
Luca *de Fideicom. dec.* 48. *n.* 1. *& ſeq. deciſ.* 392. *nu.*
9. *par.* 14. *rec. & in Romana Caſalis Aguzani* 19. *Ju-*
nii 1705. §. *nec rationes verſ. voluntas*, coram D.
Omanna, *& in cit. Romana Fideicommiſſorum* 20.
Junii 1707. §. *& licet*, coram D. Aldrovando. Ve-
rùm ex duplici motivo in hac materia cautè eſt pro-
cedendum; tum quia ſi Teſtator voluiſſet excludere,
id expreſſiſſet, prout lex hoc permittit, ut dixi, &
id faciunt paſſim Teſtatores; tum etiam quia cùm
18 agatur de excluſione Religioſorum, omnis favorabi-
lis interpretatio ſumenda eſt, Aldobrandin. *conſ.* 3.
num. 2. *lib.* 3. Rodolphin. *allegat.* 124. *num.* 7. Rota
coram Carillo *deciſ.* 266. *num.* 16. Quod tamen eſt
recipiendum, quatenus non concurrat major præ-
ponderantia vocationis verè agnatorum in ſæculo,
ſed ſolùm extraneorum; hinc eſt quòd eædem conje-
cturæ quandoque ſufficientes, quandoque inutiles re-
putatæ fuerunt, prout evenire ſolet in quacumque
materia conjecturali, in quibus conjecturæ modò
magis, modò minùs enixam Teſtatoris voluntatem
præſeferunt, ut ad rem dixit Card. de Luca *in Sum-*
ma de Fideicom. num. 254. *& ſeq.*

19 Hinc etſi aliqui dixerint, in fideicommiſſis agna-
titiis, ubi fuit contemplata agnatio, vel familia, ex-
cludi Monaſteria ex perſona Profeſſorum, ex ea ra-
tione, quòd cùm iſti dicantur mortui mundo, non
videantur poſſe conſervare jura agnationis inducta
potiùs pro ſplendore familiarum in ſæculo; nam in
contrarium ſtat firma regula Doctorum, Tribuna-
lium placitis munita, ut in ſimplici fideicommiſſo
agnatitio, etiam concepto cum verbis connotanti-
bus jura ſanguinis, progeniei, ac deſcendentiæ, aliiſ-
que denotantibus naturales qualitates reſpectu om-
nium, venire Profeſſos vita eorum durante, quate-
nus ſint vocati ulteriores agnati, non autem Mona-
ſterium, niſi, ut dicam, occaſionaliter durante vita
Profeſſi, cùm ipſum ſuccedat ex perſona Profeſſo-
rum, ut docet cit. Card. de Luca *in ſumma de Fidei-*
20 *commiſſ. num.* 256. Profeſſus enim in Religione capa-
ci non dicitur naturaliter mortuus, ſed verè vivit
non quidem ſæculo, ſed ad effectum conſervandi ju-
ra Sanguinis, & Agnationis, quæ per Profeſſionem
non amittuntur, & proinde ſuccedere valet modo,
quo lex permittit, nempe per Monaſterium, Bald.
in l. 1. *num.* 5. *C. de Summa Trinit.* Barboſ. *de jure*
Eccleſ. cap. 31. *nu.* 9. *lib.* 3. Spada *conſil.* 254. *nu.* 9.
lib. 3. Capyc. Galeota *lib.* 2. *controv.* 49. *nu.* 7. Argel.
de acquir. poſſeſſ. queſt. 8. *art.* 29. *nu.* 775. Card. de
Luca *de fideicom. diſc.* 63. *num.* 9. Torre *de Primog.*
part. 2. *queſt.* 11. Tondut. *reſol. Benef. part.* 3. *cap.*
142. Triſtan. *deciſ. Cathalon.* 31. *à num.* 170. *& ſeq.*
Cabed. *deciſ. Luſitaniæ* 96. *part.* 1. Rota *Bononien.*
apud Rodolph. *alleg.* 124. *num.* 19. *&* 38. & optimè
Rota *deciſ.* 135. *num.* 15. *& ſequ. part.* 7. *recent.* ubi
quòd quoties excluſio non eſt expreſſa, Monaſte-
rium ſemper ſuccedit, *deciſ.* 675. *nu.* 9. coram Merli-
no; Carill. *deciſ.* 266. *nu.* 1. *& ſeq. & deciſ.* 956. *nu.*

7. cor. Card. Cerr. ubi quòd venit Religioſus ſub no-
mine lineæ maſculinæ, *dec.* 938. *&* 945. cor. Dunoz.
Jun. *dec.* 341. *n.* 9. *& ſeq.* cor. Card. Celſo, *deciſ.* 64.
poſt Torr. *de pact. futur. ſucceſſ. n.* 31. *&* 32. *&* 434.
n. 8. *par.* 12. *rec. & dec.* 57. *n.* 2. *& ſeq. par.* 13. & in
terminis Statuti Urbis; quòd Monachus conſervet
jura Sanguinis quouſque vivit, ad excluſionem fœmi-
narum, *deciſ.* 272. *nu.* 6. *par.* 5. *recent. dec.* 392. *nu.*
4. *& ſeq. par.* 14. *& dec.* 23. *nu.* 31. *par.* 15. *deciſ.* 72.
poſt Tambur. *de jur. Abbatiſ. & in Reatina manuten-*
tionis, ſeu fideicom. 31. *Martii* 1702. §. *prout*, coram
D. Scotto, *& in Bonon. tranſactionis* 25. *Junii* 1706.
coram D. Omanna, *& in cit. Romana fideicommiſſo-*
rum §. *quod locum obtinet*, ubi de Regulari Profeſſo
in Religione Carmelitarum Diſcalceatorum, quæ eſt
Religio in communi capax, juxta *dec.* 756. *num.* 11.
ubi Adden. *n.* 12. cor. Buratt. & dixi in *cit. Conſt.* 4.
Innoc. IV. ſect. 1. *num.* 7. Hinc etſi fideicommiſſa fue- 21
rint facta ad favorem deſcendentium, agnatorum, il-
lorum de Familia, pro conſervatione Familiæ, aut
majore natu proximiore, & hujuſmodi, ſemper ſuc-
cedere debent Monaſteria durante vita Profeſſorum,
& ſic temporaliter, non autem perpetuò poſt obitum
eorundem; quia tunc debent bona ad ulteriores vo-
catos procedere ex ea valida ratione, quòd cùm Pro-
feſſi venire valeant ſub diſpoſitione vocativa Teſtato-
ris, debeant ſuccedere, compatibiliter tamen cum
tali diſpoſitione, quæ eſt, ut bona perpetuentur in
Familia, & aliis vocatis; non autem ut incidant in
manus mortuas Monaſteriorum, quæ licèt in primo
caſu ſuccedant, & juxta opinionem Canoniſtarum à
nobis amplexam etiam immediatè; tamen ſemper ve-
rum eſt, quòd talis ſucceſſio defertur ex Perſona Pro-
feſſorum, qui dum vivunt, & habent qualitates à
Teſtatore requiſitas, benè influere id poſſunt, ut
Monaſterium loco ipſorum ſuccedat miniſterio Pro-
feſſionis, per quam quæcumque jura in Monaſterium
transfuſa dicuntur; & in terminis Fideicommiſſi
agnatitii ordinati pro conſervatione familiæ venire
Profeſſos; eſt caſus in *cit. Romana Fideicommiſſo-*
rum, ita quoad Moniales, quæ pari paſſu procedunt 22
cum Profeſſis, ſi Monaſterium ſit capax ſuccedendi;
ut in Fideicommiſſo agnatitio vocationis proximio-
ris agnati de Familia de Roſſenis dixit Rota *in Bono-*
nien. Fideicommiſſi 28. *Januarii* 1707. licèt enim age-
retur de Fœmina, & Moniali, tamen uti agnata,
& de Familia cenſetur vocata, Altograd. *conſ.* 96. *nu.*
13. *lib.* 1. Rota *deciſ.* 40. *num.* 7. *& ſeq.* poſt Cenſal.
ad Peregrin. *& deciſ.* 556. *nu.* 8. *& ſeq.* cor. Bichio,
& deciſ. 433. *num.* 22. *par.* 12. *& dec.* 392. *num.* 5.
part. 14. *recen. & in cit. Bononien. tranſactionis* co-
ram Omanna: eo ipſo enim, quòd poteſt venire fœ-
mina agnata, ſuper qua fuit tota controverſia in *cit.*
Cauſa Bononien. certum eſt ut veniat Monialis ſub no-
mine agnationis, & familiæ, non ſolùm temporali-
ter, ut dixi ſupra, ſed etiam ut ſuccedat Monaſterium
in perpetuam excluſionem extranei hæredis ultimi gra-
vati. Et in terminis Juriſpatronatus gentilitii venire 23
fœminam Monialem in Monaſterio capaci, juxta *cap.*
cum ad Monaſterium de Stat. Monach. Vivian. *de Ju-*
repatr. part. 1. *lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 61. *& ſeq.* Rota
in Romana Beneficiatus S. Laurentii in Damaſo 6. *Fe-*
bruarii 1688. cor. Cardinali Caccia, *& in Jamen.*
Abbatiæ 27. *Junii* 1689. §. *admiſſa in fine*, coram
Manuel, pluries confirmata in diverſis inſtantiis.
Hinc regula eſt, ut ſemper ſuccedant Profeſſi, & 24
pro eis Monaſterium, trina limitatione adhibita:
Primò quatenus voluntas Teſtatoris expreſſa, vel
tacita id clarè prohibeat, ut neque de tempore vitæ
Profeſſi Monaſterium quidquam poſſit habere. Vel
ſi agatur de perpetua Monaſterii ſucceſſione, etiam
poſt obitum Profeſſi. Vel demum ſi ſucceſſio ſit in
bonis qualificatis, ex quorum natura incapax ſit Mo-
naſterium ea poſſidere, ut recollegit Cabed. *deciſ.*
Luſitan. 113. *part.* 1. qui latè Doctores pro utra-
que opinione cumulat, & declarat, Rota *cit. dec.*
433. *numer.* 26. *part.* 12. *recent.* Imò pendente lite

Digitized by Google

debentur Profeſſo alimenta, & ſumptus litis, Rota
deciſ. 750. *num.* 1. *& ſeq.* coram Buratto. Et ſi adeſ-
ſet lis ſuper nullitate Profeſſionis, nequit impediri
immiſſio Monaſterio ad bona, cùm tunc Profeſſio
25 ſit in implicito ſtatu validitatis, & ſolùm poſt de-
claratam nullitatem bona reſtituere debet egreſſu-
ro, & non aliis, ut in terminis dixit Rota *in Ti-
burtina Immiſſionis* 23. *Martii* 1703. §. *fin.* coram
D. Priolo.

26 Prædictaque ſucceſſio ad favorem Monaſterii pro-
cedit tam ſi fideicommiſſum agnatitium devolvatur
Profeſſo poſt emiſſam profeſſionem, quàm ſi illud
jam obtinuerit, dum Religionem ingreditur, cùm
in utroque caſu eadem ſit ratio, ut ſunt caſus in di-
ctis auctoritatibus adductis, ex eo quia in primo ca-
ſu certum eſt bona, quæ habet Profeſſus, transferri
in Monaſterium ipſo jure per actum profeſſionis, &
plenè apud Rotam *cit. deciſ.* 433. *numero* 3. *& ſequ.
part.* 12. *recent.* & quoad ſecundum caſum transfer-
tur ſpes illa, quam habet Profeſſus ſuccedendi ad tale
fideicommiſſum, uti firma, & certa, ac non depen-
dens ab aliena voluntate, ut de utroque caſu plenè
27 Sanchez *cit. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 15. *nu.* 16. cùm om-
nia jura etiam competitura transeant in ipſum Mona-
ſterium, Abb. *in cap. in præſentia num.* 76. Burr. *nu-
mero* 28. Berous *num.* 556. *de probat.* & Rota *cit. de-
ciſ.* 434. *nu.* 15. *ad finem par.* 12. *recent.* ubi quòd ſi
aliquid debeat impleri, per ipſum Monachum fieri
poteſt, cùm in perſona Monachi tale jus Monaſterii
fundetur, & in *Romana Fideicommiſſi de Griſonibus*
4. *Junii* 1704. coram D. Omanna; & nuperrimè de
tali jure ſucceſſionis poſt profeſſionem dixit Rota *in
cit. Romana Fideicommiſſorum* 20. *Junii* 1707. §. *di-
ſtinctè*, *&* §. *demum*, coram Aldrovando, eoque
magis cùm Papa expreſsè privilegiaverit, ut in hac
Bulla, debere ſuccedere, ac ſi in ſæculo eſſent, &
28 tale jus eventuale nedum in Monaſterium, ſed etiam
in Renunciatarium, ac Creditores tranſit, ſi fiat re-
nunciatio ante ingreſſum in Religionem, excluſo ip-
ſo Monaſterio, ad quorum favorem ritè fuerint à
Profeſſuro jura tranſlata per renunciationem, ceſſio-
nem, aut obligationem, Palma nepos *alleg.* 153. *nu.*
76. *& ſeq.* Rota coram Merlino *deciſ.* 645. *num.* 9.
& in Reatina manutentionis, ſeu fideicommiſſi 31.
Martii 1702. §. *juſtitia* cor. D. Scotto, *& in Piſau-
ren. fideicommiſſorum* 27. *Aprilis* 1703. §. *exordiendo*,
cor. D. Lancetta, *& in cit. Romana fideicommiſſorum*
§. *diſtinctè*, *&* §. *demum*.

29 Sed nunquid prohibitio alienationis inducat taci-
tam excluſionem Monaſterii, ut Profeſſi, & ex eo-
rum perſona Monaſterium excludatur? Et certè quo-
ad prohibitionem ſimplicem hoc non importat, cùm
nil dicat ultra fideicommiſſi quidditatem, Card. de
Luca *cit. diſc.* 63. *nu.* 14. *de fideicomm. & in ſumma*
30 *nu.* 254. *&* 257. Si verò agatur de prohibitione alie-
nationis veſtita ratione, ut bona conſerventur in ejus
familia ſemper, & in perpetuum; & tunc omninò
Monaſterium excludi voluerunt, Manſus *conſ.* 107.
nu. 20. Altograd. *ſen. conſ.* 96. *num.* 14. *lib.* 1. & Al-
tograd. jun. *controv.* 70. *num.* 45. Balduc. ad Ramon.
conſ. 15. *nu.* 45. *lib.* 1. & apertè Rota *deciſ.* 339. co-
ram Celſo, *deciſ.* 135. *nu.* 21. *par.* 7. *recent.*

31 Verùm ſi inſpiciamus, quòd hæc ſucceſſio tempo-
ranea durante vita Profeſſi fundata eſt in perſona ejuſ-
dem Profeſſi, adeout ipſe ſuccedere cenſeatur perinde
ac ſi in ſæculo eſſet, adhuc dici poteſt, quòd ex
ejus ſucceſſione fideicommiſſum ſemper conſervetur
in familia; quandoquidem ipſe eſt de familia, &
agnatione, eamque conſervat quouſque vivit, adeo-
que per ejus ſucceſſionem bona non egrediuntur è fa-
milia, ut disertè Rota *deciſ.* 57. *num.* 9. *part.* 13. *de-*
32 *ciſ.* 392. *par.* 14. & licèt ipſe ſit impotens ad genera-
tionem, id tamen eſt accidentale, quemadmodum in
Presbytero ſæculari, qui non exinde à tali fideicom-
miſſo excluditur, ut benè conſiderat Rota *deciſ.* 433.
num. 23. *& ſeqq. & deciſ.* 434. *num.* 8. *&* 9. *par.* 12.
rec. Porrò aliud eſt habere qualitatem propagationis,
aliud conſervationis agnationis: primum non habent
neque Presbyteri ſæculares, neque Profeſſi; ſecùs ſe-
cundum. Quòd ſi dicas, bona non penes profeſſum, 33
ſed penes Monaſterium eſſe, præſertim inſpecta opi-
nione Canoniſtarum, de qua dixi in *cit. Conſt.* 4. *In-
noc. IV. ſect.* 1. *nu.* 20. quòd ſcilicet bona delata pro-
feſſo, directè, & immediatè acquirantur Monaſte-
rio; ex quo ſequeretur bona non eſſe perpetuò in fa-
milia. Reſpondetur quòd licèt hæc objectio fortiſſi-
ma eſſet, ſi ageretur de ſucceſſione Monaſterii ex
perſona propria in perpetuam excluſionem ſubſtituti;
non tamen eandem ſortiri vim, dum ſucceſſio eſt
temporanea fundata in perſona ipſius profeſſi, quaſi
quòd ipſe videatur ſuccedere perinde ac in ſæculo eſ-
ſet, ut conſideravit Rota *deciſ.* 392. *num.* 12. *p.* 14.
recent. ultraquàm quòd licèt bona poſſideantur per
Monaſterium ob incapacitatem profeſſi, adhuc ta-
men ipſe eiſdem bonis in communi fruitur, præſer-
tim quòd in hac ſucceſſione principaliter ejus perſo-
na conſideratur, Decian. *conſ.* 31. *numero* 14. *libr.* 1.
Gallus *de except. in ſucceſſion. except.* 9. *num.* 24. *tit.*
3. *part.* 2. Rota *deciſ.* 152. *numero* 8. *part.* 3. *& cit.
deciſ.* 392. *num.* 12. *par.* 14. *recent.* & licèt juxta Ca-
noniſtas bona profeſſo devoluta, immediatè Mona-
ſterio acquirantur; id tamen utpotè in ejus favorem
inductum, non eſt in odium retorquendum, præſer-
tim cùm liberum ſit Monaſterio quoad hoc uti etiam
opinione Civiliſtarum, ſi hæc magis ei proficua ſit,
ut dixi *cit. ſect.* 1. *num.* 22.

Atque ex his apparet verius eſſe, quòd Monaſte- 34
rium non cenſeatur excluſum à ſuccedendo ex perſo-
na profeſſi in fideicommiſſis agnatitiis, cum prohibi-
tione alienationis, etiam ſi Teſtator dixerit, quòd
velit ejus bona omninò, & cum effectu ſemper, &
perpetuò eſſe in ejus familia, & agnatione, ut præ-
ciſè in his terminis reſpondit Rota *deciſ.* 392. *num.* 9.
part. 14. *recent.* in qua revocata fuit *citat. deciſ.* 339.
coram Celſo, & priùs *dec.* 433. *num.* 22. *part.* 12. *de-
ciſ.* 57. *num.* 9. *part.* 13. *recent.* ubi concordantes, &
fusè Rota *Bononien.* apud Rodolphin. *alleg.* 124. *nu-
mer.* 40. *cum ſeqq.* & priùs *allegat.* 123. *num.* 4. *&* 5.
& in cit. Faventina fideicommiſſi 17. *Junii* 1695. co-
ram Urſino §. *& etiam*.

Cæterùm ſi Teſtator ejus voluntatem conſervandi 35
perpetuò bona in familia prægnantibus expreſſerit
verbis, addens cauſam, ut ſcilicet ita cum decore
conſervetur ſplendor, & honorificentia familiæ; vel
ea ſint verba, ut importent permanentiam de facto
bonorum in agnato uxorato, vel laico, aut agnatio-
nis propagationem; tunc cùm ejus voluntas adim-
pleri non poſſit per profeſſum, dicendum eſt ipſum ex-
cludi; nam verè quantumvis Monachus agnationem
conſervet, ejuſque jura retineat dum vivit, non tamen
ipſe poteſt oſtentare, & facere illam figuram, quam
pro honorificentia & ſplendore familiæ Teſtator de-
ſideravit, cùm id omninò repugnet paupertati Reli-
gioſæ, nec niſi à manentibus in Sæculo præſtari poteſt,
ut pariter conſideravit Roxas *de incompatibil. part.* 7.
cap. 5. *numer.* 79. Torre *de ſucceſſ. tom.* 1. *cap.* 30. §.
4. *numero* 88. Cardin. de Luca *de fideicomm. diſc.* 63.
num. 15. *diſc.* 64. *nu.* 7. *& in ſumma nu.* 257. Quo-
ties enim ex cæteris teſtamenti partibus, & ex conje-
cturata mente Teſtatoris conſtet, numquam voluiſſe
ad ſucceſſionem admittere Monaſteria; quia tunc re-
ſiſtente diſponentis voluntate, cenſentur excluſa Mo-
naſteria, Caſtill. *quotid. contr. t.* 6. *cap.* 162. *n.* 20. *&
ſeq.* Carena *reſol.* 153. *n.* 5. *&* 6. Rodolph. *alleg.* 127.
nu. 1. Maſtrill. *deciſ.* 65. *num.* 2. *&* 3. Rota *dec.* 207.
num. 2. *par.* 16. *rec. & in cit. Faventina fideicommiſ-
ſi* §. *& ſi*, ſemper tamen urget contemplatio agna-
tionis, licèt ex ſe non ſufficiens pro dicta excluſio-
ne, Carena *cit. reſol.* 155. *nu.* 14. & Rota *in cit. Fa-
ventina* §. *in themate*.

Hinc ſi Teſtator contemplata agnatione, filios 36
proprios quatenus ingrederentur Religionem exclu-
deret, eò magis alios excluſiſſe dicendum eſt, De-
cian. *conſ.* 61. *num.* 4. *verſ. addo etiam cum ſequ.
lib.* 5.

Digitized by Google

lib. 5. Carena *cit. reſol.* 153. *num.* 10. *& per tot.* Mie-
rez *de majoratu part.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 215. Rota *de-
ciſ.* 313. *num.* 18. *p.* 10. *rec.* & latè in *cit. Faventina*
37 *fideicommiſſi* §. *in themate* , *& ſeq.* prout ſi legiti-
mos, & naturales vocaverit, & Profeſſus fuerit ille-
gitimus, etſi macula illa abluta remanſerit per pro-
feſſionem, tamen non exinde ſuccedere firmavit Ro-
ta *deciſ.* 480. *par.* 18. *tom.* 2. *recent.*

38 Porrò in iis caſibus, in quibus à fideicommiſſo
agnatitio Monachus excluditur, obſtare non poteſt,
quòd quemadmodum ipſe, ſi eſſet in ſæculo, non ex-
cluderetur, ita nec debeat excludi ex eo quòd ſit
Monachus, cùm in præſenti Conſtitutione ſtatuatur,
Monachos ſuccedere poſſe perinde ac eſſent in ſæcu-
lo. Quandoquidem quòd ipſi ſuccedere poſſint eo-
dem modo, ac ſi eſſent in Sæculo, admittendum
eſt, vel in ſucceſſione legitima, & inteſtata, vel
etiam in teſtamentaria, dummodo ad eam ſint voca-
ti, atque præſtare poſſint, quod teſtator à vocatis
exigere voluit, adeoque rebus in eodem ſtatu manen-
tibus, ut in terminis hujus Conſtitutionis quoad PP.
Prædicatores reſpondit Mantica *de conject. lib.* 8. *tit.*
12. *nu.* 34. & ex eo Manſus *conſ.* 107. *nu.* 21. Suarez
cit. lib. 7. *cap.* 15. *nu.* 19.

39 Aliam etiam conjecturam adducere ſolent Docto-
res, ut excludatur Monaſterium, etiam in vita Pro-
feſſi, ſi ſcilicet teſtator injunxerit onus deferendi ar-
ma, ſeu inſignia, & cognomen, quam efficaciſſi-
mam rationem excluſionis appellant, ex ea ratione,
quia Profeſſus eſt incapax hoc præceptum exequendi,
cùm ipſe familiam, & inſignia Monaſterii tantùm re-
tinere valeat, Molin. *de Primogen. Hiſpan. lib.* 1.
cap. 13. *num.* 91. Mierez *de major. par.* 2. *qu.* 3. *nu.*
18. *&* 22. Mantic. *de conject. lib.* 8. *tit.* 12. *à nu.* 20.
Sanchez *ad precept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 15. *nu.* 22.
& 23. Roxas *de incompat. lib.* 7. *cap.* 5. *num.* 93. De
Luca *de linea legal. libr.* 2. *artic.* 65. *num.* 9. Caſtill.
contr. jur. libr. 3. *cap.* 12. *num.* 54. Ramon. *tom.* 1.
conſ. 15. Hieronym. Leo *deciſ. Valent.* 31. *à num.* 12.
lib. 3. Franch. *deciſ.* 29. *nu.* 7. *&* 8. Adden. ad Pam-
ph. *deciſ.* 156. §. *ubi verò*, ubi diſtinguit, quòd ſi
onus ſit reſpectu aſſumptionis cognominis, ſeu fami-
liæ, poſſit profeſſus ſuccedere; ſecùs autem ſi con-
currat etiam præceptum aſſumendi arma, & inſignia,
Rota *deciſ.* 433. *nu.* 16. *& deciſ.* 434. *nu.* 3. *par.* 12.
40 *recent.* In hac re primò erit videndum, an onus hu-
juſmodi per Teſtatorem impoſitum ſit tantùm per
modum conſilii, uti eſſe autumant Doctores, quate-
nus non veſtiatur aliqua cauſa, vel pœna, ſeu cadu-
citate contra non parentes tali præcepto, ut in pun-
cto, quòd vim non faciat conjectura hujus oneris
contra ſucceſſionem prætenſam à Monaſterio ex per-
ſona Profeſſi in hujuſmodi fideicommiſſis, dixit Rota
in Romana Caſalis Aguzzani 19. *Junii* 1705. §. *mi-
nuſque in fine*, coram D. Omanna, *& in cit. Romana
fideicommiſſorum* 20. *Junii* 1707. §. *placuit*, coram
41 Aldrovando. Quemadmodum enim dilationem inſi-
gnium & cognominis per modum conſilii in fidei-
commiſſo appoſitam negligere poſſunt ſæculares vo-
cati, ita etiam & Profeſſi. Verùm hoc indiſtinctè
non eſt ſumendum, nam præceptum aſſumendi no-
men & arma factum pluribus ſucceſſivè vocatis, in-
ducere valet fideicommiſſum, ſi eliciatur voluntas
Teſtatoris enixa, vel concurrat ſaltem minima conje-
ctura, ut latè dixi *tom.* 2. *ad Conſtit.* 1. *Cœleſtini III.
ſect. un. nu.* 27. *& ſequ.* & verè in *cit. Romana fidei-
commiſſorum*, in qua cauſa, ut dixi, Rota confirma-
vit meum judicatum; motivum fuit ex eo, quòd ob-
ſervantia in ipſis laicis, & actoribus ita aderat, ut
nunquam dicto oneri ſatisfeciſſent, ut innuit *cit. de-
42 ciſio* §. *potiſſimum*; cùm enim dum onus ſolùm eſt
poſitum, dubitari valeat, an importet conſilium tan-
tùm, reſolvitur quæcumque dubietas ex ipſa obſer-
vantia hæredum gravatorum, nec diverſum jus præ-
tendere potuerant actores ab eo, quo ipſi uſi fue-
rant, quæque obſervantia in hoc onere declarando
magnam vim parit, ad tradita per Rotam *deciſ.* 127.

num. 20. *&* 21. *par.* 12. Celſ. *deciſ.* 341. *nu.* 8. *& in
Bononien. fideicommiſſi de Mariculis* 10. *Januarii*
1698. §. *quod quidem*, coram Urſino, & in ſpecie in
cit. Romana Caſalis Aguzzani §. *id quod*, *& in cit.
Romana fideicommiſſorum* §. *potiſſimum*.

Rurſus eſt conſideranda qualitas bonorum fidei- 43
commiſſariorum; nam ſi agatur de primogenituris,
ſeu majoratibus cum aliqua dignitate, ſeu juriſdictio-
ne incompatibili ſtatui Regulari, ut ſunt Majoratus
Hiſpaniæ, de quibus intelligendi ſunt Doctores aſſe-
rentes, Profeſſos eſſe incapaces quoad Majoratus, &
Primogenituras, & ab his excluduntur Profeſſi, Ro-
ta *deciſ.* 434. *nu.* 6. *part.* 12. *recent.* quemadmodum
etiam quoad bona, quæ aliàs in Monaſterium tranſi-
re nequeunt, Sanchez *loc. cit. numer.* 57. alioqui au-
tem non exiſtente juriſdictione, & dignitate annexa,
ſucceſſio etiam defertur ad Monaſterium ex perſona
profeſſorum in Majoratibus, & Primogenituris, du-
rante vita eorum, Card. de Luca *de fideicom. in ſum-
ma nu.* 261. Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 95.
Mantica *de conject. lib.* 8. *tit.* 12. *n.* 33. Caldas *de no-
min. emph. qu.* 6. *nu.* 13. Cevall. *comm. opin. qu.* 93.
nu. 7. Cabed. *cit. deciſ. Luſit.* 133. *nu.* 7. Gamma *deciſ.*
6. *nu.* 4. Rota *deciſ.* 434. *nu.* 7. *part.* 12. *recentior.* &
in terminis Monialis majoris natu, Rota *in cit. deci-
ſionibus Januen. Abbatiæ* coram Manuel, & de capa-
citate feudorum, ſi ſervitium ſit compatibile, Rota
deciſ. 433. *num.* 15. *par.* 12. *recent.* & dixi *tom.* 1. *ad
Conſtit. unic. Calliſti II. ſect.* 3.

Quatenus tandem agatur de bonis indifferentibus, 44
dicendum eſt, quòd etſi concurrat onus aſſumendi
cognomen familiæ Teſtatoris, imò etiam inſignia
non excludi Profeſſos ab hujuſmodi fideicommiſſis
qualificatis, niſi concurrat alia conjectura excluſiva;
unde Monaſterium ſuccedit, durante tamen vita
Profeſſi, quia dictum onus benè poterit adimpleri
per ipſum Profeſſum, tam aſſumendo cognomen Te-
ſtatoris, quàm arma geſtando in annulo proprio ſi-
gnatorio; ut docent Rodriq. *qu. can. tom.* 2. *qu.* 78.
artic. 13. Azeved. *diſq. legal.* 35. *num.* 38. *cum ſeqq.*
Adden. ad Molin. *de primogen. libr.* 1. *cap.* 13. *num.*
95. *verſ. meo quidem*, Baron. *de citat. tom.* 3. *in ad-
not. ad ſingular.* 73. *num.* 29. *cum ſeqq.* Rota Bono-
nien. apud Rodolph. *allegat.* 124. *num.* 18. & plenè
in *cit. deciſ.* 433. *& dec.* 434. *par.* 12. *recent. per tot.*
ita tamen ut agatur de Profeſſo in Religione, in qua 45
permittitur retentio cognominis, & armorum pro-
priorum, ut erat caſus *citatæ deciſionis* in Profeſſo ſub
Regula D. Auguſtini, & innuit Rota *in cit. Romana
fideicommiſſorum* §. *quorum ſententia*, coram D. Al-
drovando; & cùm hæc ſententia videatur judicio S.
Rotæ confirmata, debet attendi, præſertim in ſtatu
Eccleſiaſtico, ut in *Voto* 7. *num.* 72. poſt Rembold.
Rota *in Savonen. Aggregationis ſuper declaratoria* 6.
Junii 1703. §. *quandoquidem*, coram D. Molines
Decano.

Verùm ſi Doctorum numerum attendamus, qui 46
oppoſitæ ſententiæ aſtipulantur, quoſque citavimus
ſupra *numer.* 39. ea communior videtur, & probabi-
lior; ſive autem ejus rationes perpendamus, etiam
ſatis poſſet dubitari; cùm etenim hujuſmodi onus im-
poni ſoleat ob magnificentiam familiarum, hic finis
in Religioſo minùs aptè haberi poteſt, cùm ſub jugo
humilitatis, & Evangelicæ perfectionis vivere de-
beat. Unde Teſtator in tali caſu eos admiſiſſe cenſe-
ri non debet; non enim ipſius operis materialitas de-
bet conſiderari, ſed potius cauſa animativa illius;
parum enim referre poteſt Teſtatori, ut ſimplex Pro-
feſſus cognomen familiæ uſurpet, ſi proprium no-
men ob humilitatem relinquere ſoleat; & arma oc-
culto quodam modo aſſumat in annulis ſignatoriis,
quæ neque permittuntur in omnibus Religionibus,
ut etiam diſtinxit Rota *in cit. deciſ.* Unde in dicta
cauſa *Romana fideicommiſſorum*, in qua agebatur,
ut dixi, de Profeſſo in Religione Carmelitarum Di-
ſcalceatorum, fuit quidem tam per me, quàm
per Rotam decisum, eſſe admittendum Monaſte-

O 3 rium

Digitized by Google

tium ad fideicommiſſum ex perſona Profeſſi; excluſo
tamen objecto oneris aſſumendi cognomen, & inſi-
gnia, ex eo, quòd onus non videbatur inducere ne-
ceſſitatem, ſed conſilium tantùm, ut dixi ſupra *num.*
40. nec Rota dictam ſententiam capacitatis Profeſ-
ſorum ſuccedendi in fideicommiſſis hujuſmodi onus
habentibus, voluit decidere; & verè unica eſt deci-
ſio in id ſpecialiter ſe fundans, quæ eſt *cit. deciſ.* 433.
47 *&* 434. Sed in eo caſu agebatur, quòd Teſtator nul-
lo modo in appoſitione dicti oneris reſpexit ad ſplen-
dorem domus; nec fuerant vocati extranei in defe-
ctum vocatorum, nec in vocatione deſcendentium,
ut ſint legitimi, & naturales ex proprio corpore pro-
creati, in quibus terminis admittit contrarium in *cit.*
deciſ. 434. *num.* 6. & fortiùs ſi unà cum præcepto aſ-
ſumptionis nominis, & armorum adſit conditio nu-
bendi, imò ex ſe ſola ſufficeret ad excluſionem Mo-
naſterii, ut in fortioribus terminis in excluſionem
Sacerdotis ſæcularis in fideicommiſſo jam obtento
ante Sacerdotium, Rota *deciſ.* 996. *num.* 12. *& ſeq.*
& per totam, coram Dunozzet. junior. Sed *in cit.*
48 *deciſ.* 433. *&* 434. agebatur de vocatione facta per
Teſtatorem, conſiderata etiam qualitate deſcenden-
tiæ ex ſorore ipſius Teſtatoris, ut animadvertit *cit.*
dec. 434. *nu.* 11. & cum ſimplici onere materiali de-
ferendi nomen, & arma; cùm itaque Religioſus eſ-
ſet deſcendens ſororis, nec impediretur parere præ-
cepto teſtatoris, non veniebat repellendus. Unde
quotieſcumque vel minima conjectura adeſſet, ut fi-
nis Teſtatoris ſit imponere dictum onus ob ſplendo-
rem familiæ in ſæculo, non dubitarem, ut potiùs
per excluſionem eſſet judicandum, ſi concurrat alter
vocatus, qui voluntatem Teſtatoris explere valeret,
prout citra difficultatem remanet etiam juxta quam-
cumque opinionem, ut Monaſterium poſt obitum
Profeſſi nullum jus retineat in dictis bonis, ut admit-
tunt *citati DD.* & Rota *cit. deciſ.* 433. *&* 434. *parte*
12. *recent.*

49 Hujuſmodi rurſus excluſio Religioſorum etiam ad-
mittit conſiderationem diſcretivam tam in excluſione
expreſſa, quàm tacita in ponderatione conjectura-
rum, an ſcilicet agatur de Profeſſis in veris Religio-
nibus, vel potiùs in Militaribus, vel aliis Inſtitutis
non verè Religionibus, etſi cum beneplacito Papæ
erectis; prout quoad Moniales, an agatur de Obla-
tis, uti ſunt in Monaſterio Turris Speculorum, de
quibus agitur in *Romana reſtitutionis dotis* 16. *Janu.*
1696. *&* 22. *Aprilis* 1697. coram D. Scotto, & in
Monaſterio Septem Dolorum, ac hujuſmodi, ut la-
tè fuit dictum in *Romana Majoratus*, *& Primogeni-*
tura de Cæſarinis 23. *Junii* 1694. coram D. Molines.
In his enim non verificatur vera qualitas Religioſa,
itaut non ſufficiat excluſio Religioſorum, cùm in
hac materia non debeat fieri extenſio de uno ad alium
caſum, ut in his terminis dixit Rota *deciſ.* 57. *num.*
50 6. *par.* 13. *recent.* ubi quòd ob excluſionem Clerico-
rum Beneficiatorum non dicatur à ſucceſſione exclu-
ſus Profeſſus in Religione Auguſtiniana, & generali-
ter Card. de Luca *in ſumma de fideicomm. num.* 260.
ubi etiam debere procedi cum aliqua majore facilitate
quoad Profeſſos in Religione D. Joannis Hieroſoly-
mitani, quæ etſi verè Religio ſit, ut ad hunc effe-
ctum dixit Rota *in Cortonen. Beneficii* 18. *Martii*
1697. §. *potiſſimum*, coram D. Anſaldo, quæ inter
ejus impreſſas eſt la 4. & dixi *tom.* 2. *ad Conſtitut.* 2.
Anaſtaſii IV. ſect. 2. tamen communiter conſiderari
ſolent à Teſtatoribus Profeſſi viventes in ſæculo faci-
liùs eos admittendo, & ſic ad ſucceſſionem vita du-
rante, cùm domum, & familiam honorificentiùs
quàm laici ſoleant conſervare, licèt non poſſint eam
propagare; & ad rem facit cit. Card. de Luca *diſc.*
64. *de fideicommiſſis.*

51 Si autem excluſio nedum ſit quoad Religiones,
ſed etiam verbis prægnantioribus, quæ valeant in-
cludere etiam exiſtentes in aliqua Congregatione,
etſi non ſit vera Religio, tunc etiam mens teſta-
toris eſt ſervanda, ut in *deciſ.* 2181. coram Coc-
cino *numero* 1. *& fin.* ubi aderat excluſio Religio-
ſorum, etiam exiſtentium in Congregatione, & fuit
excluſus exiſtens in Congregatione Oratorii Divi
Philippi Nerii.

Ulteriùs dubitandum occurrit, an quatenus exclu- 52
datur profeſſus ab hujuſmodi fideicommiſſis, ſtatim
fiat locus ad favorem alterius vocati, vel ſaltem vita
durante profeſſi ſit locus fruitioni commoditatis di-
cti fideicommiſſi ad favorem renunciatarii, vel credi-
torum ipſius profeſſi. Et diſtinguendi ſunt caſus,
nam ſi excludatur profeſſus, quia eo ipſo, quòd in-
greditur Religionem, ex voluntate expreſſa, vel ta-
cita fideicommittentis excluſus remanet; & tunc vi-
detur excluſus tam ceſſionarius, & renunciatarius,
quàm Creditor ipſius Religioſi; quia cùm incapax
ſit cedens, & renuncians, ſeu debitor acquirendi,
& ſuccedendi, habetur pro non exiſtente, & fit lo-
cus ſequenti vocato, perinde ac ſi ille naturaliter eſ- 53
ſet mortuus, vel vocatus non fuiſſet, *l.* 1. §. *quibus ff.*
de ſucceſſor. edicto, Surd. *conſil.* 416. *n.* 14. Altograd.
conſil. 82. *n.* 7. *& ſeq. l.* 1. quia ceſſionarius, & renun-
ciatarius etſi dicatur obtinere nedum jura præſentia,
& vitalitia, ſed etiam in ſpe, ac in futurum obvenien-
da renuncianti, ac cedenti; tamen intelligi debet con-
currente capacitate iſtius in tempore, quo ſpes redu-
citur ad actum, ac aperitur ſucceſſio, Card. de Luca
de regul. diſc. 63. *n.* 5. ſi enim talis renuncians, ac ce-
dens obiiſſet naturaliter, certum eſt ſpem renuncia-
tam ad nihilum deſervire; ita ſi per Religionem ſuſ-
ceptam fiat inhabilis ad ſuccedendum, quia tunc res
deveniret ad ſtatum, à quo incipere non poſſet, nem-
pe ad non vocationem ex voluntate ipſius fideicom-
mittentis, & quidem mortuus naturaliter venit repu-
tandus ad effectum talis ſucceſſionis, Bart. *in leg. Deo*
nobis n. 1. *verſ. item ingreſſus Cod. de Epiſc. & Cler.*
Sanchez *cit. cap.* 15. *n.* 31. Rodolphin. *alleg.* 120. *nu.*
1. & pluribus adductis Rota *deciſ.* 135. *nu.* 15. *par.* 7.
deciſ. 313. *n.* 15. *par.* 13. *recent.* repetita *deciſ.* 55. poſt
Salgad. *in Labyr. Cred. dec.* 278. *n.* 12. *par.* 11. *recen.*
& dec. 207. *nu.* 2. *par.* 16. & coram Bichio *dec.* 343.
num. 17. Unde ſicuti excluditur Monaſterium, ita ex-
cluditur renunciatarius, ceſſionarius, & ipſi credi-
tores, itaut ſtatim tranſeat ad ſucceſſivè ſubſtitutum;
idem enim operatur incapacitas ſuperveniens poſſeſ-
ſori fideicommiſſi, ac mors naturalis, *leg.* 1. §. *ſed ſi*
patronus ff. de conjung. cum emancip. liber. & latè
Honded. *conſ.* 62. *lib.* 1. *à nu.* 18. *ad* 28. nemo enim
plus juris transferre poteſt in alium, quàm ipſe habet,
leg. nemo plus juris ff. de reg. jur. & reſoluto jure in
ſpe datoris, quod tranſtulit Monachus, reſolvitur jus
acceptoris, *leg. peto* §. *prædium ff. de leg.* 2. *leg. lex*
vectigali, ubi Gloſſ. *ver. evanuiſſe ff. de pign. cap. un-*
per de donat. inter vir. & uxor. Et in hac materia 54
parum refert, an ſit Religio capax acquirendi, vel
non, cùm in utroque caſu habeatur Profeſſus pro
mortuo, uti non vocatus; unde ceſſat differentia
conſideranda in alio caſu, ut infra, cùm neque Mo-
naſterium capax ſuccedere poſſit, deficiente jure Pro-
feſſi ad hujuſmodi bona fideicommiſſaria, & optimè
declarat Rota *in cit. Romana fideicommiſſorum* 20.
Junii 1707. §. *punctus autem* coram D. Aldrovan-
do.

Sed quid dicendum de fideicommiſſo, quod Pro- 55
feſſus agnoverat in ſtatu laicali, an ſcilicet poſt Pro-
feſſionem jus exigendi fructus vita ejus durante, tran-
ſeat ad Monaſterium, ſive ad renunciatarium, vel cre-
ditores. Et quoad Monaſterium, certum eſt nullum
jus transferri; quia cùm per profeſſionem, ut dixi,
annihiletur jus vocationis profeſſi, remanet ſtatim fi-
deicommiſſum devolutum ad ulteriorem vocatum,
dummodo agatur de ſimilibus fideicommiſſis qualifi-
catis, in quibus conſideratur incapacitas in ipſo Mo-
nacho ob ejus excluſionem tacitam, vel expreſſam;
nam in reliquis poſita ejus capacitate, intrant ea,
quæ dixi ſupra, ut ſuccedat Monaſterium vita ejus du-
rante. In primo autem caſu ſemper obſtat, quòd re-
ſoluto jure Profeſſi, conſequenter nullum jus acquirit
Mona-

Digitized by Google

Monaſterium, & in his terminis fideicommiſſi obventi ante profeſſionem loquuntur plures ex citatis, & benè Caſtill. *quotid. contr. lib.* 3. *cap.* 12. *nu.* 110. *&* 121. Pancirol. *conſ.* 114. *nu.* 3. *& ſeq.* Rota *deciſ.* 6. *nu.* 7. *part.* 5. *& cit. deciſ.* 135. *nu.* 17. *part.* 7. *recent. deciſ.* 461. ubi Adden. coram Buratto; & de utroque caſu tam fideicommiſſi retenti tempore profeſſionis, quàm obventi, & purificati ad favorem Profeſſi poſt illam, excludi Monaſterium à fideicommiſſo ut ſupra qualificato, dixit Rota *in cit. Romana fideicommiſſorum* §. *etenim*, *& ſequent.* Idque procedit in renunciatario, cùm non poſſit habere majus jus eo, quod habet ipſe Profeſſus, ut in terminis Rota *deciſ.* 956. *numero* 9. *&* 10. coram Cardin. Cerro.

56 Major tamen difficultas poſſet eſſe quoad Creditores, cùm ipſi foveant cauſam oneroſam, nec debitori fas eſt facto proprio, hoc eſt Religionem ingrediendo præjudicare ejus Creditoribus. Nihilominùs eadem urget ratio, quia fideicommiſſum devolvitur ad ulteriorem vocatum ex ipſa natura fideicommiſſi qualificati, & ex mente ipſius fideicommittentis; & obligatio Profeſſi in ſtatu habili, intelligi debet facta, & recepta juxta indolem talis fideicommiſſi, & ſic ſub tali caſu, ut eveniente ejus profeſſione, devolvatur ad ſubſtitutum, aliàs obligatio caderet in re non propria; unde ſibi imputent creditores, ſi obligationem receperunt bonorum ſubjectorum tali legi, quam ſciebant, vel ſcire debebant, & proinde reſoluto jure datoris, reſolvitur etiam jus acceptoris,
57 aliàs ſequeretur, quòd plus juris ſit translatum in Creditorem, quàm ſit in ipſo transferente, contra textum in *leg. nemo plus juris ff. de regul. jur.* Adden. ad Pamphil. *deciſ.* 537. *num.* 6. *& deciſ.* 576. *num.* 7. *part.* 19. *tom.* 2. *recent.* Nec poſſunt prætendere durationem hypothecæ in bonis fideicommiſſariis, quæ ex voluntate Teſtatoris ad alios vocatos pervenire debent, quibus non poteſt irrogari pœna ex voluntate gravati, cùm ea non debeat innoxios vexare, ſed tantùm ſequatur ſuos auctores, *leg. Paterfamilias* 44. *ff. de hæredib. inſtituen.* cum concordantibus, & in terminis, ut ſubſtitutus in excluſionem creditorum admittatur ſtatim in hujuſmodi qualificatis fideicommiſſis poſt emiſſam profeſſionem à debitore, non expectata morte naturali, Caſtill. *cit. cap.* 12. *nu.* 110. *verſ. ſi verum eſt*, *& num.* 121. *verſ. præterea*, & optimè ad rem Paſqualig. *deciſ.* 206. *num.* 2. *&* 8. ubi quòd obligatio poſſet reſpicere exactionem fructuum, non autem jus diſponendi de ſe ipſo, & ſic juxta formam contractus dicitur reſolutum jus acceptoris, dum poterant Creditores prævidere talem ſtatum religioſum, & ſic reſolutionem juris obligati, Rota *deciſ.* 6. *num.* 6. *&* 7. *part.* 5. *tom.* 2. *recent.* & optimè in terminis Rota *in cit. Romana fideicommiſſorum*, §. *punctus autem*, *& ſeq.* in confirmationem mei judicati, quo excluſi fuerunt Creditores Profeſſi in Religione capaci Carmelitarum Diſcalceatorum, & conceſſa bona fideicommiſſi ulteriori gravato, non obſtante quòd ageretur de fideicommiſſo poſſeſſo tempore, quo debitor erat laicus.

58 Nec obſtat, quòd ſufficiat debitorem tempore ſucceſſionis habuiſſe capacitatem ſuccedendi, & qualitates à Teſtatore requiſitas, quas exuere in præjudicium eorum, qui fovent cauſam oneroſam, non poterat; quidquid ſit quoad renunciatarios, & foventes cauſam lucrativam; cùm alioqui ſola exiſtentia perſonæ de genere vocato ſufficiens ſit ad occludendam viam ſubſtituto in ulteriori gradu. Siquidem id procedere rectè poteſt, ſi fideicommittens, qualitates expreſſas voluerit ſemel in ingreſſu à vocato haberi, ut conſiderant Peregrin. *conſ.* 28. *num.* 5. Mantica *de conject. lib.* 11. *tit.* 7. *num.* 23. Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 11. Rodolphin. *alleg.* 12. *numero* 2. *&* 7. Rota apud Cardin. de Luca *de fideicomm. deciſ.* 109. *num.* 6. *& deciſ.* 717. *num.* 4. *&*
59 *ſeq. part.* 4. *tom.* 3. *recent.* Secùs autem ſi fuerit volita permanentia qualitatum in vocato, nedum pro

acquirendo, ſed etiam pro retinendo fideicommiſſo, ſeu, ut ajunt, in fieri & eſſe; tunc enim vocatus reputatur perinde ac ſi nunquam habuiſſet qualitates à Teſtatore requiſitas, ut benè in his terminis Sanchez *cit. cap.* 15. *num.* 31. *verſ. inſuper ea*, & reſpondit Rota *in cit. deciſ.* 996. *nu.* 12. *& ſeq.* coram Dunoz. jun. *& in cit. Romana fideicommiſſorum* §. *hæc enim*, quo caſu neque obſtat exiſtentia materialis, cùm deficiat vocatio in radice, ut proſequitur Rota *in cit. Romana fideicommiſſorum* §. *fin. in fine*, *& deciſ.* 207.
num. 3. *par.* 16. *recent.* Nulla conſiderata differentia 60
inter cauſam oneroſam, & lucrativam, cùm quoad utramque eadem ſit ratio, ut ſcilicet corruente jure debitoris, corruat etiam jus creditoris; quod item evenit in quacumque re, & bonis, quorum jus non conſiſtit ſolùm in pura naturali poſſeſſoris vita per viam nudi facti, ſeu materialiter, abſtrahendo ab ejus capacitate, vel incapacitate ſucceſſivè poſſibili; ſed talis ſunt quidditatis, & naturæ, ut deficiente capacitate, ceſſet jus poſſidendi, & facultas percipiendi fructus, & ſic eorum obligatio tranſit cum ſua cauſa, ſcilicet cum periculo revocabilitatis, ſeu reſolutionis juris accedente incapacitate.

Hinc videmus in obligatione tam oneroſa, quàm 61
gratuita commoditatis bonorum feudalium, ſeu emphyteuticorum, extingui jus acceptoris, nedum per mortem naturalem feudatarii obligati, ſeu emphyteutæ, ſed etiam civilem ob privationem feudi, vel emphyteuſis, aut ob caducitatem, vel ob aliam legem ſpretam inveſtituræ, & devolvitur feudum, ac emphyteuſis ad dominum in præjudicium ceſſionarii, vel creditorum, Gloſ. *in cap.* 1. *ver. ad dominum tit.* 1. *quib. modis feud. amitt.* ubi Bald. Card. de Luca
diſc. 44. *de feud. & diſc.* 69. *numer.* 3. *de penſion.* Ita 62
in penſione, cujus commoditas cedi, ac obligari poteſt, ſi penſionarius contrahat matrimonium, vel profiteatur Religionem, ex quibus cauſis evadit penſionis incapax, expirat ceſſio commoditatis, etiam in præjudicium foventium cauſam oneroſam, conſolidaturque ſtatim in favorem Eccleſiæ, ſeu Rectoris, ut liber evadat à penſione, non expectata morte naturali, cùm hoc caſu cenſeatur extincta penſio ex ſui natura, licèt interveniente facto penſionarii, Salgad. *in labyrint. cred. par.* 1. *cap.* 43. *nu.* 14. *&* 15. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *qu.* 42. *num.* 32. *&* 45. Rota *in Mediolanen. penſionis deciſ.* 129. *part.* 1. *recent. &*
deciſ. 397. *num.* 16. *ad finem part.* 12. & quòd extin- 63
guatur penſio ob ingreſſum in Religionem, etiam in præjudicium tertii, Paſqualig. *citat. deciſ.* 206. Card. de Luca *de penſionib. diſc.* 68. *numer.* 29. *& diſc.* 69. *num.* 10. Ita ſi beneficiatus obliget fructus Beneficii, ceſſat obligatio in beneficium tertii, qui obligationem recepit, ſi Beneficium ille amittat, aut dimittat, Rota *cit. deciſ.* 129. *numero* 4. *part. prima*, *recent.*

An autem dum quis facto proprio privatur bonis fideicommiſſi, ſaltem competat creditoribus, aliiſque cauſam oneroſam habentibus evictio, aut actio
ad damna, & intereſſe, quemadmodum in terminis 64
feudi, & emphyteuſis affirmarunt poſt Gloſſ. *in cit. cap.* 1. *ver. ad Dominum tit. quibus modis feud. amit.* ubi Bald. §. *rurſus num.* 3. Alvarot. *ad med. verſ. quod admittit*, Schenck *num.* 10. Sonsbec *ad uſus feud. p.* 12. *num.* 127. *&* 129. latè Roſental. *de feud. cap.* 9. *concl.* 99. *num.* 12. *& in gloſ. lit. L.* Mangil. *de evict. qu.* 118. *num.* 36. *& ſeq.* Card. de Luca *de penſion. cit. diſc.* 69. *nu.* 6. *&* 7. De Luca *in addit. ad Oleam qu.* 9. *num.* 6. *&* 7. & in terminis penſionis extinctæ facto proprio penſionarii, qui commoditatem ceſſe-
rat, ac ad mortem damnatus penſionem amiſerat, ut 65
in caſu relato apud Card. de Luca *de penſion. cit. diſc.* 69. ubi de noto caſu Franciſci Canonici, ſeu Maſcambruni à regimine publico, & apud Summum Pontificem tunc Innocentium X. favoribus, ad mortem ſubeundam manu Carnificis translatus fuit, & firmant in terminis profeſſionis emiſſæ per Penſionarium, aut per dimiſſionem Clericatus, matrimo-

O 3 nium,

nium, aliamque cauſam, & dimiſſionis voluntariæ, D. Carolus Antonius de Luca *in Spicil. de ceſſ. jur. qu. 9. num. 6. & 7.* Tondut. *de penſ. c. 21. num. 45.* Amiden. *de ſtylo Datariæ l. 1. c. 27. num. 15.* Lotter. *cit. lib. 1. qu. 42. num. 19. in fine, & nu. 30.* Salgad. *in Labyr. Cred. cit. par. 1. c. 43. nu. 48.* Rota *deciſ. 101. num. 19. & deciſ. 265. n. 18. verſ. hinc non relevat, & ſeq.* coram Priolo, & noviſſimè Rota *in Romana, ſeu Bononien. penſionis 24. Junii* 1687. coram Rondinino, quidquid dixerit Paſqualig. *cit. deciſ.* 206. idque ex ea valida ratione, quòd in cauſa oneroſa cedens nequit præjudicare ceſſionario, cùm diſpar ſit ratio in lucro, & damno, Menoch. *conſil. 157. num. 34.* cùm enim debitor procuratorem irrevocabilem conſtituerit ceſſionarium, nequit eum revocare, & revocando, debet relevare illum à damnis, Corrad. *in praxi benef. l. 5. cap. 6. num. 69. in fine,* Torre *de pactis fut. ſucceſſ. l. 3. capit. 8. à num. 40. cum ſeqq. & num. 80.* Urceol. *de tranſact. quæſt. 31. à num. 36. cum ſeqq.* Rota *cit. deciſ.* 101. coram
66 Priolo, & 265. *per tot.* & beneficiatus locans bona Eccleſiæ ad certum tempus, tenetur ad damna, & intereſſe, ſi voluntariè dimittat Beneficium, Tond. *de penſ. cap. 21. nu. 45.* Card. de Luca *ibid. diſc. 69. num. 8.* Gob. *conſult. 60. num. 111. & ſeqq.*

67 Hinc idem dicendum eſt, ſi quis cedat, vel obliget uſumfructum bonorum, quem habet, vel commoditatem rei fideicommiſſariæ, dum nequit præjudicare nec tacitè, neque expreſsè ceſſionario, aliàs tenetur ad damna, & intereſſe, *l. 3. ff. quæ in fraudem Cred.* Lotter. *cit. lib. 1. qu. 42. num. 29. & ſeq.* Salgad. *cit. cap. 43. nu. 20. & ſequen.* Corrad. *cit. lib. 5. cap. 6. nu. 69. in fine,* Card. de Luca *cit. diſc. 68. nu. 29. de penſ.* Rota *cit. deciſ. 101. nu. 8. & 27. & deciſ. 265. nu. 16. & ſeq.* coram Priolo, repetita *dec. 8. par. 15. recent.* ſatis enim repugnat naturali æquitati, ut quis locupletetur cum aliena jactura, & facto proprio ſibi lucrum, damnum verò alteri inferat; unde etſi contractus reſolvatur quoad hypothecam, quæ permanere nequit in ſtatu incapacitatis gravati ob ingreſſum in Religionem ex natura ipſius fidei-
68 commiſſi; tamen quia tali incapacitati motivum dedit ipſe obligatus, tenetur iſte ad damna & intereſſe in aliis bonis, ut in terminis fideicommiſſarii amittentis fideicommiſſum ob ingreſſum in Religionem, admittit Rota *in cit. Romana fideicommiſſorum §. hiſ-*
69 *que retentis principiis* coram D. Aldrovando. Hæc tamen non admitterem, ſi in ceſſione, vel obligatione expreſsè fuerit deductum jus obligati ſub reſolubilitate ob ingreſſum in Religionem, vel de ea in pretio fuerit habita ratio; quia ceſſat locupletatio cum aliena jactura, nam contrahens tunc videtur emiſſe jactum retis; & licèt agatur de facto voluntario gravati ingredientis in Religionem, tamen non eſt directum ad privandum contrahentem fructibus, ſed ad profitendam Religionem, quam ingredi nemo prohiberi poteſt; nec tenet promiſſio facta de non ingrediendo, Rota *deciſ. 129. num. 2. & 3. par. 1. recent.* quiſque enim conſulere poteſt animæ ſuæ, ut fit per ingreſſum in Religionem, etſi indirectè oriatur damnum alterius, ut ad rem ponderat Paſqual. *loc. cit.*
70 *num. 3. & num. 9.* Unde in hujuſmodi contractibus opportuna eſt cautela, qua caveatur expreſsè de damnis & intereſſe in hujuſmodi caſibus, Paſqualig. *cit. deciſ. 206. num. 9.* & Card. de Luca *cit. diſc. 69. nu. fin. de penſ.* ubi quòd ipſo auctore in formulario ceſſionis penſionis adeſt cautela, quòd ſcilicet cedens promittat non feciſſe, neque in futurum facere aliquid, ob quod penſio extinguenda ſit, vel aliàs ceſſatura, quàm per ſolam mortem naturalem à Deo provenientem, quæ cautela etiam in hoc caſu obligationis fideicommiſſi poſſet practicari, ut eo certiùs teneatur ad damna, & intereſſe, ſi gravatus ante mortem naturalem privetur fideicommiſſo ob ingreſſum in Religionem.

71 Demum eſt animadvertendum, quòd etſi non deſint DD. qui aſſerant, profitentem in Religione incapaci poſſe quidem ſibi præjudicare exuendo ſe bonis; non tamen alteri, in quem bona, & jura tranſlata fuerunt, qui proinde habet jus fruendi bonis, donec profeſſus vivit naturaliter, etiam in Religione incapaci exiſtens, ob quod profeſſio etiam in Religione incapaci reſpectu tertii non importat effectum mortis naturalis, ſed tantùm reſpectu ſui, & Monaſterii incapacis, ut docent poſt Bald. *conſ. 280. lib. 1.* Peregr. *de jure fiſc. l. 3. tit. 5. nu. 23. & de fideicom. art. 28. nu. 63.* Sanchez *in præcept. Decal. l. 7. cap. 3. nu. 80. & cap. 14. nu. 6.* Torre *de primog. par. 2. qu. 14. n. 3. & ſeq.* ubi de præcedenti donatione Juriſpatronatus facta ante ingreſſum in Religionem incapacem Capuccinorum, Fuſar. *conſ. 88. & de ſubſtit. qu. 430. nu. 10. & 21.* Tambur. *qu. moral. par. 2. tract. 1. punct. 1. num. 8.* Caſtropal. *oper. moral. p. 3. diſp. 1. punct. 14. n. 5.* Gratian. *diſcept. 102. nu. 10.* Capicius Latro *conſult. 63. nu. 31.* De Marinis ad Reverter. *deciſ. 492. nu. 7.* & de profeſſis quarti voti in Societate Jeſu, Card. de Lugo *in ejus reſp. lib. 4. dub. 4. & 5.* Cardin. de Luca *de regular. diſc. 63. num. 4. & 5.* & de Capuccino, qui habebat in ejus perſona ſocietatem officii cum reſervatione ad favorem tertii, ut debeat expectari mors naturalis, nec per profeſſionem extingui ſocietatem, dixit Rota *deciſ. 543. part. 2. recent.* Alii etiam dicunt, ſubſtitutum excludi nedum à tertio habente cauſam oneroſam, ſed ab hærede ab inteſtato, qui interim vita durante obtinet bona; licèt contrarium alii teneant, ut apud cit. Torre *nu. 7. & 8.* Caſtill. *contr. jur. l. 3. cap. 12. num. 110. 117. & 121.* Tamen de hac re quoad bona indifferentia, & fideicommiſſa ſimplicia in caſu profeſſionis in Religione incapaci, in quibus diſputatio poteſt cadere,
ſtrictiùs agemus ſuo loco, ubi etiam an teſtamentum 72
profeſſi in Religione incapaci habeat vires à die profeſſionis, vel obitus naturalis, juxta ea, quæ adducit Card. de Luca *de teſtam. diſcur. 35. & diſcur. 63. de regular.* Sed quod attinet ad hujuſmodi fideicommiſſa qualificata, ſtatim ac profeſſus in Religione tam incapaci quàm capaci profitetur, fit locus ulteriori ſubſtituto, cùm caducetur vocatio in ipſo actu ingreſſus, quia in illis nequit habere jus, nec profeſſus poſt profeſſionem, nec Monaſterium, ex dictis; ita nec hæres ab inteſtato, aut ceſſionarius, ſeu donatarius; ſed ſtatim admitti debent ulteriores vocati, cùm ob profeſſionem ſtatim reſolvatur jus ipſius Profeſſi, & conſequenter aliorum ab eo cauſam habentium, ut ſuperiùs dixi; quidquid ſit in ſimplici fideicommiſſo, cujus abdicatio pendet à ſolo facto Profeſſi; in fideicommiſſo autem qualificato abdicatio non tam pendet à facto Profeſſi, quàm à voluntate fideicommittentis, ut ſuprà firmavi, & dixit Rota *cit. deciſ. 6. num. 5. & 6. part. 5. tom. 1. recent.* ubi reſpondet præfatæ *deciſ.* 543.

SECTIO SECUNDA.

De Renunciationibus à Regularibus & Monialibus fieri ſolitis ante ingreſſum in Religionem.

SUMMARIUM.

1 *Referuntur cauſæ, ex quibus Monaſteria arceantur à ſucceſſione ex perſona Profeſſorum. Remiſſivè.*
2 *Una ex cauſis eſt renunciatio, quæ fit à Novitiis.*
3 *Enumerantur plura, quæ in renunciationibus à Novitiis fieri ſolitis conſideranda occurrunt.*
4 *In renunciationibus Novitiorum ſervanda eſt diſpoſitio Concilii Tridentini.*
5 *Renunciatio facienda eſt à Novitiis intra duos menſes proximos ante profeſſionem.*
6 *Et ſi aliter fiat, renunciatio eſt nulla.*

7 *Duo*

Digitized by Google

7 *Duo menſes, intra quos facienda eſt renunciatio, an currant de momento in momentum.*

8 *Non valet renunciatio facta per unum diem ante duos menſes.*

Annus novitiatus currit de momento in momentum. Ibidem.

9 *Renunciatio validè fit etiam in fine duorum menſium.*

10 *Renunciatio facta poſt decem menſes Novitiatus quatenus ſit valida, ſi profeſſio non emittatur poſt reliquos duos menſes.*

11 *Aſſeritur eſſe validam, ex mente Sacræ Congregationis Concilii.*

12 *Novitius poſt annum an poſſit differre profeſſionem.*

13 *Renuntiatio validè fit poſt decem menſes, etiam in iis Religionibus, in quibus novitiatus ſit per biennium.*

14 *Profeſſio ſi ex diſpenſatione Papæ emittatur ante annum novitiatus, an renunciatio validè fieri poſſit ante decem menſes.*

15 *Renunciatio eodem modo facienda eſt, ſi quis profiteatur tacitè; nec valida eſt, ſi poſt profeſſionem tacitam fiat, quamvis poſtea ſequatur profeſſio expreſſa.*

16 *Solemnitates in renunciationibus per Concilium inductæ, ſervandæ ſunt etiam à Monialibus.*

Similiter comprehendit tam majores, quàm minores ſexdecim annorum. Ibidem.

17 *Eædem ſolemnitates ſervandæ ſunt tam in renunciatione bonorum præſentium, quàm futurorum.*

18 *An renunciatio Beneficii facienda ſit cum dictis ſolemnitatibus, plenè diſſeritur.*

19 *Aſſeruntur Auctores pro utraque ſententia ſtantes.*

20 *Rota amplexa eſt ſententiam, ut in renunciatione Beneficiorum requirantur ſolemnitates Concilii.*

21 *Beneficium Novitii quatenus conferri poſſit, quouſque hic profeſſionem emittat.*

22 *Collatio Beneficii incompatibilis habet tacitam conditionem, ſi primum dimittatur.*

23 *Profeſſus, qui ob nullitatem profeſſionis egreditur è Religione, recuperat beneficia etiam ab aliis poſſeſſa.*

Secùs ſi ex diſpenſatione, vel alia cauſa Religionem relinquat. Ibidem.

24 *Renunciationes, quæ fiunt ante ingreſſum non intuitu ingreſſus, non ſubjacent diſpoſitioni Concilii.*

25 *Quòd ſi fiant intuitu, & cum mentione ingreſſus, verius eſt nec ſubjacere eidem diſpoſitioni.*

26 *Hanc pariter ſententiam ſequuta eſt Sacra Congregatio Concilii.*

27 *Puellæ educandæ non tenentur ſervare diſpoſitionem Concilii in renunciationibus.*

28 *Renunciatio an ſit facienda ad formam Concilii, ab iis, qui non adhuc aſſumpto habitu Novitiorum, manent in aliquali ſtatu probationis, etiam cum Corona Monachali.*

29 *Aſſertur opinio affirmativa, ejuſque rationes.*

30 *Verius eſt non intrare decretum Concilii, niſi quoad eos, qui habitum Novitiorum aſſumpſerint, quamvis Tonſura donati fuerint.*

31 *Decretum Concilii non comprehendit renunciationes factas etiam per momentum ante aſſumptionem habitus.*

Secùs in renunciationibus, quæ fiunt in ipſa habitus aſſumptione. Ibidem.

32 *Interpretare verba Concilii pertinet ad Congregationem ejuſdem Concilii interpretem, ejuſque ſenſus eſt ſequendus ab aliis Tribunalibus.*

34 *Exponitur* Rota, *quæ contrariam ſententiam tenere viſa eſt in* Ferrarien. Canonicatus.

34 *Renunciatio Beneficii ſive in Sæculo, ſive in Novitiatu, & ejus proviſio per Papam facta, valida eſt, non obſtante diſpoſitione Concilii Tridentini.*

35 *Et an in ſupplicatione facta pro obtinendo hoc Beneficio exponendum ſit, renunciantem eſſe in Novitiatu.*

35 *Renunciatio à Novitio facienda eſt cum licentia Ordinarii loci, ubi eſt Monaſterium.*

36 *Renunciatio facta cum licentia Ordinarii originis non eſt valida.*

37 *Provicarius generalis quatenus poſſit dare hujuſmodi licentiam.*

38 *Et an eam concedere poſſit Vicarius Monialium, aut Vicarius foraneus.*

39 *Sede vacante concedenda eſt hæc licentia à Vicario Capituli.*

40 *Eadem licentia in Monaſteriis exemptis, aut in loco impropriè Nullius, petenda eſt ab Epiſcopo loci.*

41 *Quod etiam procedit quoad explorationem voluntatis.*

42 *Similiter requiritur licentia Epiſcopi in renunciationibus, quæ fiunt in Monaſteriis etiam exemptis in fundatione.*

43 *Sufficit tamen licentia Abbatis in Monaſteriis exiſtentibus in locis verè Nullius.*

44 *Licentia Epiſcopi in renunciationibus an poſſit ex deſuetudine omitti.*

45 *Hanc licentiam præſente Novitio ab Epiſcopo, vel ejus Vicario concedendam eſſe aliqui aſſerunt.*

46 *Verius eſt non requiri præſentiam Novitii, quamvis adhibenda ſit aliqualis cauſæ cognitio.*

47 *In eadem licentia concedenda non eſt neceſſaria ſcriptura, nec in ea adhibendus eſt Notarius Epiſcopi.*

48 *Renunciatio eſt nulla, ſi fiat ſine dicta licentia Epiſcopi.*

49 *Licentia Superioris Regularis non eſt neceſſaria in hoc actu renunciationis.*

50 *Monaſterium ante emiſſam profeſſionem poteſt renunciare juri ſuccedendi, vel promittere quòd Profeſſus renunciet.*

51 *Non autem poteſt renunciare poſt emiſſam profeſſionem, niſi cum ſolemnitatibus* Extravag. Ambitioſæ.

52 *Renunciatio facienda poſt profeſſionem, ex quibus cauſis ſoleat quandoque permitti.*

53 *Renunciatio facta ſine licentia Epiſcopi, ex quibus cauſis ſoleat ſanari.*

54 *Licentia Epiſcopi in renunciationibus quatenus præſumatur, ſi de ea non conſtet.*

55 *Decretum Concilii comprehendit quoſcumque actus, quibus Novitius ſe obligare poteſt, tam favore Monaſterii, quàm cujuſcunque.*

56 *Non tamen comprehendit Teſtamenta, alioſque actus ultimæ voluntatis.*

57 *Idem decretum comprehendit omnes Regulares emittentes tria vota, prout ſunt Milites Hieroſolymitani.*

58 *Quod non procedit in viris aut mulieribus viventibus in Conſervatorio abſque vera qualitate Religioſa.*

59 *In Renuntiationibus, quæ fiunt à Novitiis juxta formam Concilii, ſervandæ non ſunt ſolemnitates juris, aut ſtatuti laicalis.*

60 *Novitius in renunciatione poteſt apponere quæcunque pacta etiam præjudicialia Monaſterio.*

61 *Decretum Concilii quoad formam renunciationis non comprehendit Societatem Jeſu, & qua ratione.*

62 *Laicus renuncians ante, & ob ingreſſum Religionis, an teneatur ſervare ſolemnitates ſtatutarias, ſeu juris communis.*

63 *Aſſertur opinio affirmativa, ejuſque præcipuæ rationes.*

64 *Opinio negativa eſt communior, eamque amplexa eſt Rota.*

Quæ procedit etiam ſi fuerit conventum de adhibendis ſolemnitatibus ſtatutariis. Ibidem.

65 *Afferuntur fundamenta, & rationes opinionis negativæ.*

66 *Poteſt quis eſſe privilegiatus ratione cauſæ, quamvis non ſit talis ratione perſonæ, uti eſt in Militibus.*

67 *Novitius, quantumvis majoris ætatis, tenetur ſervare formam Concilii in renunciationibus.*

Renunciatio facta à laico intuitu ingreſſus revocatur, ſi profeſſionem non emittat. Ibidem.

68 *Auctor amplectitur opinionem negativam, ſi renunciatio fiat per laicum majoris ætatis.*

69 *Quid tamen in renunciationibus, quæ fiunt à Minoribus, ſive à Fœminis.*

70 *Exponitur mens Rotæ, quæ ſententiam negativam indiſtinctè tenere videtur.*

71 *Certè laicus ſubditur ſolemnitatibus ſtatutariis, ſi renunciatio non fiat cauſa ingreſſus, quamvis hic poſtea caſu ſequatur.*

72 *Renunciatio multipliciter fieri poteſt, ejuſque differentiæ indicantur.*

73 *Renuntiatio facta intuitu ingreſſus Religionis, præſumitur realis; ſecus ſi fiat pro matrimonio carnali.*

74 *Hæc præſumptio ceſſat, ſi aliàs de mente diſponentis conſtet.*

75 *Renunciationem eſſe realem, aut perſonalem, ex quibus præſertim deſumatur.*

76 *Renunciatio cenſetur realis, ſi reſervetur certa annua præſtatio.*

77 *Faciliùs inducitur renunciatio realis, quàm perſonalis, & qua ratione.*

78 *Renunciatio poteſt quandoque eſſe abdicativa non ſimpliciter, ſed reſpectu certarum perſonarum.*

79 *Similiter poteſt eſſe abdicativa quoad aliqua bona, non quoad omnia.*

80 *Renunciatio perſonalis eſt reſolubilis, nec comprehendit bona omni tempore.*

81 *Renunciatio eſt reſolubilis ratione pacti, vel conditionis non ſervatæ.*

82 *Renunciatio facta ad formam Concilii, reſolvitur non ſequuta profeſſione.*

83 *Renunciatio facta à laico non intuitu ingreſſus, non reſolvitur ob profeſſionem non ſequutam.*

84 *Secus ſi fiat quidem à laico, ſed intuitu ingreſſus.*

85 *Quamvis etiam in hoc caſu poſſit eſſe irreſolubilis non ſequuta profeſſione, ſi principaliter ob aliam cauſam fiat.*

86 *Renunciatio quatenus cenſeatur facta à laico principaliter ob ingreſſum potius, quàm ob aliam cauſam.*

87 *Renunciatio facta à laico cauſa ingreſſus, quatenus ſit reſolubilis, ſi in ea exprimatur, ut reſolvi non poſſit etiam profeſſione non ſequuta.*

88 *Non minus ob profeſſionem non ſequutam reſolvitur renunciatio, quàm donatio inter vivos facta cauſa ingreſſus.*

89 *Reſolutio renunciationis ob profeſſionem non ſequutam procedit tum in propriis Religionibus, tum in Congregationibus, quæ propriè Religiones non ſunt.*

90 *Donatio facta intuitu ingreſſus an ſit revocabilis ante emiſſionem profeſſionis.*

91 *Donatio facta intuitu ingreſſus Religionis quatenus conveniat, aut differat à donatione cauſa mortis.*

92 *Conditio ingreſſus Religionis non eſt purè poteſtativa.*

93 *Donatio, ſeu renunciatio facta cum clauſulis importantibus irrevocabilitatem, etiam cum ſolemnitate Conciliari, eſt irrevocabilis, ſed ſolum reſolubilis non ſequuta profeſſione.*

94 *De revocabilitate Teſtamenti Novitii, & de reſolubilitate renunciationum ob aſſumptionem ad Epiſcopatum, vel per apoſtaſiam, ejectionem, translationem ad Religionem capacem. Remiſſivè.*

95 *In renunciationibus, quæ fiunt pro ingreſſu, regulariter non intrat læſio.*

JUs ſuccedendi, quod ex perſona Profeſſorum de jure Monaſteriis competit, pluribus ex cauſis corruit; eæ quidem ſunt, quæ vel ex incapacitate Monaſterii, vel ex bonorum natura, vel ex Teſtatoris excluſione, vel demum ex ipſius Profeſſi renunciatione oriuntur. De excluſione oriente ex incapacitate Monaſterii, dixi *tom. 2. ad Conſtit. 5. Honorii III. ſect. 4. & in hoc tomo ad Conſt. 4. Innoc. IV. ſect. 1. in princip.* De ſecundo excluſionis genere oriente ex natura bonorum, veluti ſunt feuda, dixi *tom. 1. ad Conſtit. unic. Calliſti II. ſect. 3.* De excluſione oriente ex voluntate Teſtatoris, dixi ad *cit. Conſtit. 4. Innocent. IV. ſect. 1. & 2. & in præſenti Conſtit. ſect. 1.* 1
Explicandum exinde remanet ultimum, ac magis apud nos uſitatum excluſionis genus, quod Renunciationem dicimus, dum nititur voluntariæ bonorum abdicationi, quæ per Profeſſum fit. Profectò hæc materia quàm frequens, tàm ardua eſt, & involuta; quod ſanè non Juris apices, aut anfractus effecerunt, dum ex hac parte plana eſt, & abſoluta; ſed ſolita perplexitas ex renunciantium voluntate, & diverſa renunciandi forma oriens. Hinc cùm ſingulorum caſuum circumſtantiæ brevi methodo ſupponi minimè valeant, regulas certas cum ſolitis limitationibus proponam, & caſus diverſitates præ viribus in compendium adducam, ut prudentis Judicis ſit, ſcripta applicare cuilibet facto; ad inſtar militaris vexilli, ſub quo unuſquiſque miles, abſque ſpeciali interpellatione, ſtatuto die ad pugnam progreditur. 2

Quò autem hujuſmodi renunciatio ſit verè, & cùm effectu talis, adeout ad bona renunciata ampliùs non ſit regreſſus, plura occurrunt conſideranda, quæ præſertim ad quatuor reducuntur, eaque ſingillatim exponemus. Primum eſt, quænam ſolemnitates pro renunciationis validitate requirantur. Secundum an eadem renunciatio comprehendat omnia jura renuncianti competentia. Tertium quatenus renunciatio aliquo caſu ſit reſolubilis. Quartum an ſubjaceat reſciſſioni, quæ per viam læſionis intrare poſſit. Habet autem hæc renunciatio non parum affinitatis cum renunciationibus, quæ fiunt à nubentibus in ſæculo; ideò pro corroboratione eorum, quæ dicemus, nonnullis generalibus ex eis excerptis opportunè utemur. 3

Primò igitur in renunciationibus, quæ à Novitiis profiteri volentibus fiunt, conſiderantur ſolemnitates requiſitæ pro ejus validitate. Et in his attendendum eſt decretum Concilii Tridentini *ſeſſ. 25. cap. 16. de Regular.* ibi: *Nulla quoque renunciatio, aut obligatio antea facta etiam cum juramento, vel in favorem cujuſcunque Cauſæ piæ valeat, niſi cum licentia Epiſcopi, ſive ejus Vicarii fiat intra duos menſes proximos ante profeſſionem, & non aliàs intelligatur effectum ſuum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione; aliter vero facta, etiamſi cum hujus favore, & expreſſa renunciatione etiam jurata, ſit irrita, & nullius effectus.* Hæc enim diſpoſitio Conciliaris fuit inducta ex rationabili motivo, quod animum eximiorum PP. movit; etenim hujuſmodi ingreſſuri, ut plurimum in tenera ætate id agentes, primo fervore ducti, Parentum, aut Conſanguineorum bona temporalia renunciabant; unde bonis ſpoliati, inviti ut plurimum profitebantur. 4
Ideò ut eorum firma vocatio magis comprobaretur, ſicque renunciatio ſerio fieret animo, ſtatutum fuit tempus experientiæ factæ in Religionis noviciatu, quod moraliter per decem menſes fuit judicatum, duos nempe ante profeſſionem, ut docent paſſim Canoniſtæ, & Doctores latè videndi apud Barboſ. *ad Concil. cit. cap. 16. nu. 1.* Panimoll. *dec. 53. annot. 4.* Card. de Luca *diſc. 40. annot. ad Concil. num. 1. & ſeq. & diſc. 1. de renunciat. n. 15.* ubi non reputat conſi- 5

conſiderabilem talem temporis præſcriptionem, ex
ea ratione, quòd cùm hujuſmodi actus à profeſſuro
facti reſolvantur, ſi profeſſionem non emittat, pa-
rum poſſit videri neceſſaria talis proviſio; verùm ſem-
per poſſet dubitari, vel quòd actus fiant independen-
ter à profeſſione, vel ſaltem non facilis ſit recupera-
tio bonorum, & egreſſi multa paterentur incommo-
da, & propterea terminus, ut per decem menſes de-
beat ſtare in novitiatu, opportunum fuit, ut benè
Navar. *conſ. 7. de donationibus lib. 3.* Capyc. Latr. *de-
ciſ. 29.* & Rota *deciſ. 869. num. 5.* cor. Merlino, *&
in Tiburtina Immiſſionis 23. Martii 1703. §. & ratio*
6 coram D. Priolo; itaut non ſervata dicta forma,
actus dicatur invalidus ad quoſcunque effectus, &
ſuccedat Monaſterium, ſi ſit capax, vel alii ſucceſſu-
ri; cùm enim Concilium contineat decretum irri-
tans, inficit quemcumque titulum, & poſſeſſionem,
& reducit actum ad non actum, ut de hujuſmodi clau-
ſula annullativa actus dixerunt Paſſerin. *de elect. ca-
pit. 10. quæſt. 7. num. 40.* poſt Gloſſ. *in cap. quia pro-
pter ver. Vice de elect.*, ubi DD. Rota *deciſ. 312. nu-
mer. 1. part. 4. tom. 2. & deciſ. 574. part. 4. tom. 3.* &
communiter tenent Doctores apud Gallerat. *de renun-
ciat. libr. 3. cap. 8. numer. 4. & ſeq.* Barboſ. *de poteſtat.
Epiſcop. part. 3. allegat. 99. num. 1.* Sanchez *ad præ-
cept. Decal. tom. 2. libr. 7. cap. 5. num. 1.* Sperell. *de-
ciſ. 16. num. 48.* Panimoll. *cit. deciſ. 53. annot. 4. nu-
mer. 6.* Capyc. Latr. *deciſ. 29. num. 2.* ubi Adden. *nu-
mer. 1. & ſeq. deciſ. 869. num. 5. & deciſ. 894. in princ.*
cor. Merlino, *deciſ. 91. numer. 23.* cor. Roxas, *& in
Tiburtina Immiſſionis 21. Februarii 1701. §. Nullitas,
& 23. Martii 1703.* cor. Priolo.

7 Porrò tota difficultas eſt circa interpretationem
plurium concernentium dictum decretum. Hinc
diſputatum fuit apud aliquos, an dictum tempus duo-
rùm menſium ſit computandum de momento in mo-
mentum, vel potiùs intret aliqua epycheja, ut tem-
pus breve, & modicum non debeat haberi in conſi-
derationem, cùm quod ſit in continenti, cenſeatur in
eſſe, *leg. lecta verſ. dicebam ff. ſi cert. petat.* ubi Ja-
ſon, Gabriel *comm. concl. tit. de præſumpt. concl. 13.*
& incontinenti dicitur fieri, quod ſit intra paucum
tempus, quod aliqui dicunt infra triginta dies, alii
infra tres, alii remittunt arbitrio Judicis, latè Capyc.
Latro *conſult. 30. num. 12. libr. 1.* & in terminis Giz-
zius *ad citat. deciſ. 29.* Capyc. Latro *numer. 4. & ſeq.*
Zacch. *de republ. Eccleſ. tit. de regul. cap. 3. num. 14.
limit. 8.* Zerola *in praxi Epiſcopor. part. 1. verbo Mo-
nachi in fine*, Capon. *de pact. & ſtipulation. capit. 60.
num. 43.* Bottiglier *de ſucceſſ. ab inteſtat. theor. 64. ca-
pit. 2. num. 20.* Verùm contrarium eſt tenendum, quia
tempus illud debet recipi de momento ad momentum,
& ſecundùm quod occurrit menſis in Kalendario;
cùm verba Concilii importent formam, & ſubſtan-
tiam actus, ibi, *Nulla renunciatio antea facta valeat*;
proinde dicta forma in minimo non ſervata, corruit
actus, quia deficit anima informativa ipſius actus, &
quoties tempus datum eſt à lege pro forma, debet
computari de momento ad momentum, ut in termi-
nis, pluribus relatis, firmant Sanchez *ad præcept. De-
cal. libr. 7. cap. 5. num. 81. & de Matrim. libr. 2. diſ-
put. 24. num. 15.* Barboſ. *ad Concil. cit. cap. 16. num. 36.*
Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 3. diſput. 6. quæſt. 10.*
8 *num. 10.* qui referunt deciſum à Sacr. Congregatione
Concilii, renunciationem factam à moniali per diem
ante tempus præfixum à Concilio, non valere, ſub
die 21. Januarii 1627. apud Aldan. *in comp. Canon.
reſolut. libr. 4. titul. 3. num. 8.* Barboſ. *in ſumma verb.
Renunciatio num. 4. & de poteſtat. Epiſcop. allegat. 99.
num. 11.* & dixit Rota *in citat. Tiburtina immiſſionis
21. Februarii 1701. §. fin.* coram D. Priolo, & in de-
fectu quindecim dierum docent Navar. *quæſt. forenſ.
part. 1. quæſt. 78. num. 6. & ſeq.* Rota *deciſ. 91. nume-
ro 23.* coram Royas, ubi de diebus tredecim, & in
citat. Tiburtina, ubi ſuprà, *& in ejus confirmatoria
23. Martii 1703. §. altera coram eodem.* Prout ex ea-
dem ratione annus noviciatus debet currere de mo-
mento ad momentum, ut docent Doctores apud Paſ-
ſerin. *de Stat. homin. tom. 3. quæſt. 189. inſpect. 4. nu-
mer. 44.* & Sacr. Congreg. Concilii apud Barboſ. *in
Summ. Apoſtol. deciſ. v. Novitius num. 9.* ſed de hoc
dixi *tom. 2. Conſtitut. 5. Gregor. IX. num. 19.* Si autem 9
renunciatio fuerit facta quidem poſt decimum men-
ſem novitiatus, ſed in fine bimeſtris ante profeſſio-
nem, tunc validum eſſe actum, elicitur ex verbis ejuſ-
dem Concilii, quia hoc tantùm voluit hujuſmodi
actus non priùs quàm poſt decimum menſem novi-
tiatus fieri, ut ita perſeverante novitio per tantum
temporis in Religionis probatione, ſufficiens reſultet
argumentum veræ ejus vocationis, & actus expro-
priationis remaneat illæſus à quacunque coactione,
ut pluribus relatis dixerunt Sanchez *citat. cap. 5. nu-
mer. 80.* Barboſ. *ad Concil. cit. loco num. 35.* Paſſerin.
cit. num. 165. & in praxi ita ſervari tradit Cardin. de
Luca *ad Conc. diſc. 40. num. 3. & ſeq.* ubi, quòd hu-
juſmodi actus poteſt fieri etiam unico die ante profeſ-
ſionem, *& de regul. diſc. 58. num. 5.* Barboſ. *cit. alle-
gat. 99. numer. 6.* Rota *deciſ. 869. numer. 6.* coram
Merlino.

Major tamen difficultas videtur ineſſe, an facta 10
renunciatione poſt decimum menſem novitiatus va-
leat, ſi profeſſio non emittatur intra reliquum bime-
ſtre anni, ſed prorogetur poſt annum. Et videtur eſſe
invalidam ex verbis Concilii, ubi dicitur, debere fieri
intra duos menſes proximos ante profeſſionem, &
ſic videtur reſpexiſſe ad tempus profeſſionis, non au-
tem ad tempus decem menſium novitiatus; imò ut
ſuper iſto textu diſſerit Cardinal Pallavicin. *in hiſtor.
Concil. Trident. tom. 2. libr. 24. capit. 6. num. 4.* finis
Concilii fuit invalidare omnes renunciationes, quæ
ultra bimeſtre ante profeſſionem emittebantur, ob
quod exemit PP. Societatis Jeſu emittentes profeſſio-
nem poſt plures annos, ne tamdiù poſſeſſionem bo-
norum neceſſariò retinere deberent. Verùm etſi ver-
ba importent dubietatem, ut verè fatendum eſt ex iis,
quæ narrat doctiſſimus Fagnanus Sacr. Congregatio-
nis Concilii Secretarius, ob varietatem votorum ſu-
per hac re, Cardinalium Sacræ Congreg. Concilii,
in *cap. Statuimus num. 19. de regul.* tamen fuit decla- 11
ratum, validam eſſe renunciationem prædictam,
etiamſi fuiſſet prorogata profeſſio, ita approbante
Sanctiſſimo, ut ibi refert *verſic. licèt Sanctitas*, &
communiter tenent Doctores, Sanchez *citat. cap. 5.
num. 64. & ſeq.* aliique apud Barboſ. *ad Concil. loc. ci-
tat. numer. 37.* Paſqualig. ad Lauret. *part. 1. num. 26.*
Nicol. *libr. 1. Inſtit. Canon. tit. 9. num. 6.* Paſſerin. *cit.
num. 166.* Card. de Luca *de regul. cit. diſc. 58. num. 5.*
Capyc. Latr. *deciſ. 29. num. 10. verſic. prædicta*, Gal-
lerat. *de renunc. lib. 3. cap. 7. num. 8.* Maranta *reſp. 3.
num. 5. & ſeq.* Rota *dec. 369. num. 5. & ſeq.* cor. Mer-
lin. *deciſ. 10. num. 52. & 53.* cor. Otthob. *deciſ. 85.
num. 14. part. 17. recent.* & reſolvit Sacr. Congregatio
Concilii his verbis: *Renunciatio facta cum licentia
Epiſcopi, ſive ejus Vicarii intra duos menſes proximos
tempore, quo profeſſio emitti legitimè potuiſſet, non
cenſetur invalida ex eo, quod actualis profeſſio per ali-
quos menſes dilata fuerit*; quam referunt citati Docto-
res, & Franciſ. Leo *in theſaur. for. Eccleſ. cap. 16. de
Juriſdictione Ordinarii num. 38. part. 2.* Cancer. *var.
reſolut. libr. 3. cap. 15. tit. de renunciat.* idemque reſ-
pondit in una *Cremonen. libr. 2. Decret. pag. 249. à
tergo*, ibi: *Secundò quæritur: Si Novitius in ætate le-
gitima conſtitutus, qui ſperabat lapſo tempore Novi-
tiatus, ſe habilem ad profeſſionem emittendam fore,
donationem, vel renunciationem fecerit infra duos men-
ſes ante finem anni probationis, & temporis novitia-
tus, ſi contingat profeſſionem expreſſam à Superioribus
forſan etiam malitioſè per tres vel quatuor menſes
poſt annum probationis differri, itaut donatio, vel re-
nunciatio non reperiatur facta infra duos menſes ante
profeſſionem expreſsè emiſſam, cenſenda ſit donatio
valida, vel nulla, ita ut bona nulliter donata, vel ju-
ra renunciata acquirantur Monaſterio, non autem do-
natario, vel ceſſionario. Congregatio Concilii cenſuit,*

validam

Digitized by Google

validam eſſe renunciationem, *niſi aliud obſtet*. *Sicut*
aliàs Sanctiſſimus Dominus Noſter, *audita ſententia*
Sacr. Congreg. Concilii declaravit, *verba decreti Con-*
cilii cap. 16. *ſeſſ.* 25. *de regul.* intra duos menſes ante
profeſſionem, *verificari etiam ſi ultra plures menſes*
anni probationis profeſſio fiat. Ex quibus ſequitur, ut
renunciatio, vel donatio ſit valida etiamſi ultra tres,
vel quatuor menſes poſt annum probationis profeſſio
fiat, cùm verba Concilii, *infra duos menſes*, verifi-
centur etiamſi ultra pluros menſes anni probationis
profeſſio emittatur. Unde verba Concilii interpretan-
da ſunt de bimeſtri ante tempus profeſſionis de jure,
non autem de facto, hoc eſt poſt annum, quo elapſo
regulariter emitti ſolet; & ſic non de profeſſione exer-
citè facta; quia verè finis fuit, ut ingreſſus ſteterit
per decem menſes in novitiatu, quod benè adimple-
tur in dicto caſu; & verè ſermo in *citat. cap.* 16. eſt
continuativus cum dictis in *cap.* 15. in quo annus no-
vitiatus imponitur; imò in *capit.* 16. dicitur, quòd
12 poſt annum quis vel dimittatur, vel faciat profeſſio-
nem, & ſic ſupponit annum tantùm novitiatus, ſed
circa dimiſſionem ſolet tolerari retentio, cùm nulla
pœna adjiciatur, ut dixit Barboſ. *ad citat. cap.* 16. *nu-*
mer. 39. cum pluribus ibi citatis, & dicam alibi; &
ſic profeſſio aliquando differtur, præſertim in Monia-
13 libus, ut proſequitur cit. Barboſ. *numer.* 10. Si autem
agatur de profeſſuro in religione, in qua novitiatus
ſolet eſſe per biennium, ut eſt in aliquibus religioni-
bus, diceremus adimpleri diſpoſitionem Conciliarem,
ſi fiat actus hujuſmodi poſt decimum menſem novi-
tiatus, ex dictis rationibus; ultra quòd tempus pro-
feſſionis à Concilio intentum, fuit illud poſt annum
probationis in *cap.* 15. antecedenti expreſſum, itaut
ſi verè emittatur profeſſio non expectato biennio in
Religionibus, in quibus ex peculiaribus Conſtitutio-
nibus requiritur, valida erit, niſi adſit decretum irri-
tans, ut dixi ad *cit. Conſtitut.* 5. *Gregor. IX. num.* 22.
14 & ſic Concilium debet intelligi juxta regularem ordi-
nationem ab ipſo factam circa novitiatum. Si verò
concurrat diſpenſatio Summi Pontificis, ut fiat pro-
feſſio ante completum annum novitiatus, vel ætatem,
an renunciatio valida ſit intra bimeſtre à die ſtatuto in
diſpenſatione pro emittenda profeſſione, etſi non fue-
rint completi decem menſes novitiatus. Et affirmant
Diana *part.* 8. *tract.* 3. *reſolut.* 23. Caſtropal. *tract.* 16.
diſp. 1. *punct.* 17. *num.* 9. Paſſerin. *cit. num.* 167. *verſus*
medium. Contrarium tamen docent Sanchez *cit. nu-*
mer. 83. Coton. *libr.* 4. *cap.* 3. *num.* 99. Et mihi placet
ſecunda opinio, quia cùm ex firmatis Concilium prin-
cipaliter reſpexerit ad tempus decem menſium, non
autem ad tempus profeſſionis, niſi correlativè ad præ-
fatum tempus, per diſpenſationem benè habilitatur
profeſſurus ad profeſſionem, non tamen ut habilis
reddatur ad renunciandum ultra tempus Concilii;
nam ſicuti ſi prorogetur profeſſio, valet renunciatio
facta poſt decem menſes, ut dixi; ita è contra, ſi
reſtringatur tempus profeſſionis, non debet percutere
reſciſſionem temporis præfixi ad renunciandum, niſi
diſpenſatio etiam percutiat, ut profeſſio fiat ante de-
15 cimum menſem novitiatus. Verùm ſi quis profitere-
tur tacitè tantùm, per geſtationem habitus juxta ju-
ris requiſita, etiam ut ſuſtineatur, debet fieri renun-
ciatio poſt decem menſes novitiatus, & ante profeſ-
ſionem tacitam; ita ut ſi fiat poſt tacitam, & ante
expreſſam deinde factam, nulla erit, ut declaravit
Sacr. Congreg. Concilii in *Cremonen. libr.* 3. *Decret.*
pag. 82. ut renunciatio facta poſt tacitam profeſſio-
nem fuerit irrita, licèt renunciaſſet deinde ante pro-
feſſionem expreſſam, cùm non potuerit præjudicare
monaſterio, cui per profeſſionem tacitam bona pro-
feſſi erant devoluta, & idem docet Fagnan. *cap. quia*
ingredientibus num. 15. & 16. *de teſtament.*

16 Hujuſmodi Conciliaris diſpoſitio percutit tam re-
nunciationem virorum, quàm mulierum profiten-
tium, ut extra controverſiam nunc eſt, Fagnan. *cit.*
cap. ſtatuimus num. 19. *verſ. Sacra*. Comprehendit-
que talis diſpoſitio nedum majores 16. annorum, ſed
etiam minores, Barboſ. *ad Concil. loc. citat. num.* 37.
Paſſerin. *num.* 139. & 162. aliique ſupracitati, & de-
claravit Sacr. Congreg. ibi: *Diſpoſitio cap.* 16. *ſeſſ.* 25.
habet locum etiam in his, *qui excedunt annum* 16. &
illa verba, antea facta, *non referri ad ætatem renun-*
ciantis, *ſed ad duos menſes proximos ante profeſſionem*.
Die 5. *Januarii* 1601. *libr.* 9. *Decret. pag.* 119. *à tergo*,
& *in N. primà Aprilis* 1651. ibi: *Forma à Tridenti-*
no præſcripta ſervanda eſt tam à Novitiis minoribus 16.
annorum, *quàm à majoribus*.

Similiter eadem diſpoſitio Conciliaris percutit om- 17
nes, & quaſcunque renunciationes, ſeu obligatio-
nes, quæ fiunt à Novitiis quorumcunque bonorum,
non ſolùm quoad Jura de præſenti, ſed etiam in fu-
turum. An autem requiratur talis ſolemnitas in renun- 18
ciatione Beneficiorum, ſatis fuit dubitatum inter Do-
ctores, adeout aliàs propoſito dubio: *An dictum ca-*
pit. 16. *comprehendat etiam reſignationem Beneficii*?
Sacr. Congregatio Concilii reſpondit: *Comprehende-*
re. Sed relata Sanctiſſimo ſententia Sacræ Congre-
gationis, tunc Eccleſiam Univerſalem regente B.
Pio V. Sanctitas Sua dixit, ſe credere *d. cap.* 16. non
procedere in reſignatione Beneficiorum; & licèt aliàs
Congregatio ita cenſuerit, tamen cogitandum eſſe
ſuper hoc; & ſic deberi in caſu conſuli Sanctiſſimum
cenſet Fagnan. *cit. cap. ſtatuimus num.* 19. Igitur mi- 19
rum non eſt, ſi in diverſas claſſes abierint DD. alii
enim dicunt, quòd reſignatio Beneficii non debeat
fieri cum ſolemnitate Conciliari, itaut ſic non facta,
non cenſeatur nulla, nec debeatur regreſſus renun-
cianti ad Beneficium, Garzias *de Benefic. part.* 11. *ca-*
pit. 9. *num.* 12. & *ſeq.* Caſtropal. *tom.* 2. *tract.* 13. *diſpu-*
tat. 6. §. 3. *numer.* 15. Barboſ. *cit. allegat.* 99. *num.* 19.
Murga *de Benefic. quæſt.* 3. *numer.* 1062. Antonell. *de*
regim. Eccleſ. libr. 7. *cap.* 8. *num.* 6. Corrad. *in prax.*
diſpen. Apoſt. libr. 6. *cap.* 2. *num.* 22. Contrarium ta-
men ſentientibus Pariſ. *de reſignat. libr.* 3. *quæſt.* 13.
num. 5. Lezan. *in ſumm. verbo Novitii num.* 31. Ven-
trigl. *in prax. part.* 1. *annot.* 46. §. 11. *numer.* 8. Ricc.
in prax. part. 3. *reſolut.* 365. *num.* 3. qui plures addu-
cunt reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii, &
etiam Fagnan. *loc. citat.* Panimol. *cit. loco*, ubi diſtin-
guit, ſed non benè, & plures alii adducti in famige-
rata *Ferrarien. Canonicatus*, in qua ſcripſit D. Pito-
nius *tom.* 1. *diſcept.* 6. & hanc ſententiam amplexa 20
fuit Rota *in citat. cauſa* 1. *Aprilis* 1697. & 10. *Janua-*
rii 1698. & 5. *Martii ejuſdem anni* coram Pio, &
in ſecunda Inſtantia 3. *Aprilis* 1699. coram Eminen-
tiſſimo della Tremoille, & *in tertia Inſtantia* 11. *De-*
cembris 1699. cor. D. Scotto, quæ deciſiones ſunt
regiſtratæ apud Piton. *loc. cit.* In dictis enim deciſio-
nibus plenè firmatur ex cumulo majoris numeri DD.
& ex rationibus, Concilium Tridentinum habere lo-
cum in hujuſmodi renunciationibus Beneficii, & pro-
inde factam abſque dictis ſolemnitatibus, fuiſſe nul-
lam, ac reintegrationem deberi renuncianti ad Ca-
nonicatum reſignatum, non obſtante quòd in vim
dictæ renunciationis obtinuerit literas Apoſtolicas,
in vim quarum reſignatarius poſſeſſionem habuit; &
verè ſi attendatur numerus DD. hæc opinio videtur
communior, & etiam urget ratio, cùm Concilii ver-
ba ſint indefinita, ibi: *Nulla quoque renunciatio*, &
obligatio; & ſic non eſt reſtricta ad bona temporalia, 21
ut ſupponitur. Nec item implicat, quòd Beneficium
ſit in ſuſpenſo, cùm reſignans poſſit non profiteri,
quod videtur repugnare naturæ ipſius Beneficii. Ete-
nim plures ſunt caſus, in quibus proviſio Beneficii
remanet in ſuſpenſo, ut innuit Textus in *cap. Benefi-*
cium de Regul. trans. ad Relig. in 6. ubi dicitur, quòd
non poſſit provideri Beneficium ingredientis Reli-
gionem, niſi poſt profeſſionem, ſed interim debeat
dari ſubſtitutus; unde talis proviſio videtur aliquo
modo facta tanquam per viam ſubſtitutionis à Papa,
hoc eſt quatenus Novitius profiteatur; & ſic quo-
tieſcunque adſit qualitas Novitii, videtur Papam ſe
conformaſſe hujuſmodi reſolubilitati: ſic videmus in
collatione Beneficii Curati facta non Sacerdoti adeſſe
condi-

Digitized by Google

conditionem juris tacitam, ſi intra annum promo-
veatur, ut ad rem animadvertunt Pelizar. *in manual.*
tom. 1. tract. 2. cap. 9. numer. 20. Sanchez *ad præcept.*
Decalog. lib. 7. cap. 5. num. 38. Donat. *in prax. tom. 2.*
tract. 7. quæſt. 18. num. 10. & firmatur in *citat. deciſio-*
22 *nibus*; ita ſi conferatur Beneficium incompatibile, ha-
bet tacitam conditionem, ſi primum dimittatur, *Ex-*
travag. execrabilis §. qui verò de probat. Paſſerin. *tom. 3.*
quæſt. 189. artic. 10. inſp. 8. num. 155. Nec obſtaret,
quòd in ſupplicatione non fuerit facta mentio novi-
tiatus, quia vis ſtat, quòd Concilium adimit faculta-
tem renunciandi, niſi cum forma ab eo inducta, dum
vult, quòd fiat modo præſcripto. Hinc ſi quis renun-
ciet Beneficium, ad cujus titulum fuerit ordinatus,
non facta de hoc expreſſione, nulla dicitur renuncia-
tio juxta decretum Concil. Trident. *cap. 2. ſeſſ. 21. de*
reform. Pariſ. *de reſignat. libr. 2. quæſt. 6.* Barboſ. *ad*
Concil. loc. citat. num. 21. Cardin. de Luca *de Benefic.*
diſput. 37. num. 14. & quòd detur reintegratio ad Ca-
nonicatum reſignatum abſque forma præſcripta à Con-
cilio, tenet Rota *deciſ. 441. per tot.* coram Ludovi-
ſio. Demum pro dicta opinione adſunt reſolutiones
Sacr. Congregationis, ut ſupra relatæ per Fagnan.
alioſque; & verè ultra illam, de cujus ſententia du-
bitavit ſan. mem. B. Pius V. ſemper tamen Congre-
gatio fuit in eodem ſenſu, dum Papa ejus ſententiam
non damnavit; imò in regeſto Cardin. Alciati ultra
dictam reſolutionem, adeſt ſubſequens, his verbis:
An cap. 16. loquens de renunciationibus, comprehendat
etiam reſignationem Beneficii, Sacr. Congreg. reſolvit,
comprehendi.

23 Si verò agatur de caſu, quo profeſſus poſt plures
annos nullitatem profeſſionis canonizari obtinuerit,
recuperat Beneficia etiam ab aliis poſſeſſa, prout eſt
in bonis temporalibus, de quibus alibi dicam; non
verò recuperat, ſi ex alia cauſa exierit, vel diſpenſa-
tivè habitu Clericali ſe induerit, licèt fiat capax alio-
rum Beneficiorum, Corrad. *in praxi benefic. libr. 5.*
cap. 1. num. 3. verſ. & eſt hic notandum, Pariſ. *de re-*
ſign. libr. 3. quæſt. 13. num. 15. quia in primo caſu re-
ducitur profeſſio ad non eſſe ex ſui initio, ſecus in
ſecundo, ut etiam innuit idem Corrad. *in praxi diſ-*
penſ. libr. 6. cap. 3. num. 20. §. cæterum.

24 Dubitatur itidem, an renunciationes, quæ fiunt
ante ingreſſum, ſubjaceant eidem diſpoſitioni Conci-
liari. Et quidem ſi agatur de renunciationibus factis
abſque mentione ingreſſus, nulloque habito ad illum
reſpectu, certum eſt non ſubjacere, ut communiter
tenent DD. apud Sanchez *in ſumma libr. 7. capit. 5.*
num. 2. Cevall. *commun. contra commun. quæſt. 806. nu-*
25 *mer. 14.* Capyc. Latro *deciſ. 31. num. 2. libr. 1.* Quòd
ſi intuitu ingreſſus, aut facta ejus mentione fiant,
actus extitit controverſia inter DD. quos pro utraque
ſententia adducit Capyc. Latro *citat. deciſ. 31. num. 3.*
cum ſeqq. Rota *deciſ. 91. num. 3. cum ſeqq.* coram Ro-
yas. Negativa tamen opinio ſemper verior viſa eſt,
cùm ex præfato decreto Concilii corrigatur jus com-
mune, adeoque intelligendum eſt in terminis, qui-
bus loquitur, de eo ſcilicet, qui ingreſſus Novitia-
tum, vult facere renunciationem, nec extendendum
eſt ad ſæculares; eoque magis quia Concilium in *cit.*
cap. 6. continuat ſermonem, de quo in antecedenti
capit. 15. ubi loquitur de Novitio; quam ſententiam
magis communiter ſequuntur DD. quos referunt, &
ſequuntur Garzias *de benefic. part. 11. cap. 9. num. 15.*
Sanchez *citat. cap. 5.* Barboſ. *de Jur. Eccleſ. libr. 1. ca-*
pit. 42. num. 235. Manſ. *conſult. 302. per tot.* Torr. *de*
pact. libr. 2. cap. 25. num. 147. Fagnan. *citat. num. 42.*
Card. de Luca *de regul. diſc. 58. num. 7. & 59. num. 5.*
& de donat. diſc. 15. num. 3. Altograd. *conſ. 35. lib. 1.*
Paſqualig. *reſolut. 273. in princip.* & ſæpè reſolvit ita
Rota, præſertim *cit. deciſ. 91. num. 6. & ſequen.* co-
ram Royas, ubi benè reſpondet contrariis rationibus,
& eſſe communiter id amplexum, *deciſ. 370. num. 5.*
cor. eodem, deciſ. 676. num. 33. & ſeq. & 698. nu-
mer. 7. coram Dunoz. Jun. *deciſ. 537. num. 9. part. 4.*
tom. 2. & deciſ. 85. num. 9. part. 17. recent. & in Ro-
mana hæreditatis de Scariniis 20. Martii 1674. coram
Hervault. *& in cit. Ferrarien. Canonicatus* poſt Piton.
præſertim *5. Maji 1698. §. negativam*, ubi plures DD.
cumulat pro hac opinione, & magis veram, & am-
plexam à S. Rota profitetur; & prius Rota *in Bonon.*
renunciationis 10. Martii 1692. §. neque plus, & 3.
Aprilis 1693. coram eodem Priolo.

Et quamvis pro affirmativa ſententia adducatur re- 26
ſolutio Sacr. Congregationis Concilii, ut apud Ro-
tam *citat. deciſ. 91. num. 3. in fine*; tamen certum eſt
eandem Sacram Congregationem pro negativa ſen-
tentia conſtanter ſtetiſſe, ut ultra caſus adductos à
Fagnan. *cit. num. 42. & ſeqq.* reſpondit in *Panormi-*
tana 16. Decembris 1634. libr. 15. Decret. pag. 141.
à tergo, Peruſina libr. 11. pag. 97. Aſculana 23. Fe-
bruarii 1606. libr. 10. pag. 145. ubi non habere locum
Concilium in renunciationibus factis ante ingreſſum,
Romana 4. Maji, 21. Junii 1613. libr. 11. pag. 131.
Neapolitana 18. Januarii 1614. ibidem pag. 138. à
tergo, & 7. Februarii 1602. libr. 10. pag. 22. & in
fortioribus terminis, ut non habeat locum in puella 27
exiſtente in educatione, tenet Paſſerin. *de ſtat. ho-*
min. tom. 3. quæſt. 189. art. 10. inſpect. 8. numer. 138.
ubi antea benè reſpondet contrariis reſolutionibus Sa-
cræ Congregationis ab aliquibus adductis; idque,
ut dicebam, procedit etſi fiant actus contemplatio-
ne, vel facta mentione ipſius ingreſſus, ut docent
Paſſerin. *cit. inſpect. 8. num. 139.* Fagnan. *cit. cap. ſta-*
tuimus num. 42. & 46. Gratian. *diſcept. 568. num. 18.*
& ſeq. Barboſa *de Jur. Eccleſ. libr. 1. cap. 42. num. 235.*
Adden. *ad deciſ. 586. num. 22. part. 5. & deciſ. 85. nu-*
mer. 11. part. 17. recent.

An autem ad hoc ut renunciatio fieri validè ne- 28
queat abſque dictis ſolemnitatibus à Concilio indu-
ctis, ſufficiat renunciantem ingreſſum fuiſſe Mona-
ſterium, non tamen aſſumpto habitu Novitiorum, ſed
tantùm manente in ſtatu probationis fieri ſolitæ ante
ſuſceptionem habitus, præſertim ſi à Patribus Mona-
ſterii fuerit admiſſus pro ingreſſu, & monacalem co-
ronam aſſumpſerit. Et dici poſſet, hoc caſu verificari 29
ingreſſum in Novitiatum, & cenſeri eſſe in ſtatu veri
Novitii, dum per capillorum abraſionem viſus eſt
velle tranſire in familiam Domini, ut notat Benedict.
Haeften. *diſquiſ. Monaſt. lib. 5. tract. 9. diſq. 4. num. 6.*
raſio enim capitis eſt temporalium omnium abdica-
tio, ut apud Hebrid. à Mandelheim. *antiquar. Mo-*
naſt. epiſt. 60. §. habes ergo, Bivar. *de veter. monach.*
libr. 2. cap. 10. num. 6. Thomaſſin. *de benefic. tom. 1.*
libr. 3. cap. 48. num. 8. Unde quamvis quis habitum
Regularem non aſſumpſerit, non ideò ſequitur non
eſſe in ſtatu Novitiatus, cùm Novitii probari priùs
poſſint in habitu ſæculari, quamvis tonſuram, & ha-
bitum Monaſticum non aſſumpſerint, Pelizz. *in ma-*
nual. tom. 1. tractat. 2. cap. 1. num. 2. Gonzal. *cap. ſu-*
per eo 9. numer. 5. de regul. Thomaſſin. *citat. cap. 48.*
num. 9. Hug. Menard. *in concord. Reg. S. Benedicti ca-*
pit. 65. §. mox ergo fol. 943. Suar. *de relig. tract. 3. l. 5.*
cap. 14. num. 10. Introductio enim ad Monaſterium di-
cta forma, importat admiſſionem ad experientiam Re-
ligionis, & ſic ad Novitiatum, Bordon. *var. reſol. 54.*
num. 2. tom. 2. & in terminis, quòd ingreſſus hoc mo-
dò ſubdatur Conciliari huic diſpoſitioni etiam non aſ-
ſumpto habitu regulari, dixit Rota *in cit. Ferrarien.*
§. & ſanè, & eadem 3. Aprilis 1699. §. non proinde
coram Eminentiſſimo Tremoille, *& die 11. Decem-*
bris 1696. coram Domino Scotto.

Verùm conſtanter contrarium amplector, quòd 30
ſcilicet requiratur realis aſſumptio habitus regularis
Novitiis competens, ut intret præfata diſpoſitio con-
ciliaris, quia cùm certum ſit Concilium loquutum
fuiſſe de Novitiis, qui certè tales non reputantur,
niſi poſt ingreſſum, & receptum habitum animo
experiendi Religionem, ut eam profiteantur; unde
ſicuti ſi quis pro devotione habitum aſſumpſerit in
Monaſterio ex indulgentia Superiorum, non tamen
fecit Novitiatum, nec Profeſſionem emiſit, nec ha-
buit animum ingrediendi Religionem, non requiritur,
ut fiat

Digitized by Google

ut fiat renunciatio ad formam Concilii *capit.* 16.
ſeſſ. 25. ut declaravit Sacr. Congregat. Concilii in
Ordinis Miniſtrantium Infirmis 12. *Auguſti* 1651.
ex ea ratione, quia deficiunt qualitates veri No-
vitii. Ita etſi concurrant alia, quæ ponunt ali-
quem lato modo Novitium, ad hujuſmodi tamen
effectum requiritur aſſumptio habitus, qui eſt ne-
ceſſarius prò vera qualitate Novitii: hinc in *auth.*
de Monachis §. *illud igitur*, dicitur, quòd Novitius
debeat habere tonſuram, & veſtem eorum, qui lai-
ci vocantur, hoc eſt probationis veſtem, & poſt
profeſſionem habere tonſuram, & veſtem Monaſti-
cam; & in utroque caſu *Gloſſ. ver. Tonſura* expo-
nit coronam, ſed quoad veſtem Profeſſi explicat
varietatem ab illa Novitii, & ſic per veſtem Novi-
tium à Profeſſo diverſificat, non per coronam, &
in terminis dixit Fagnan. *cit. cap. ſtatuimus num.*
42. *verſ. tales autem dici non poſſunt antequam re*
ipſa habitum probationis ſuſceperint, & alii apud Ven-
trigl. *cit. ann.* 47. *num.* 3. *&* 4. & ſicuti in *cap.* 15.
antecedenti explicans Concilium qualitatem Novi-
tii, dicit eum eſſe, qui per annum poſt ſuſceptum
habitum in probatione ſteterit; ita de hac qualitate
Novitii intellexit in ſequenti *cap.* 16. & ſicuti ante
habitum ſuſceptum, etſi concurrat capillorum ra-
ſio, ingreſſus, aliaque ſupra conſiderata, nequit cur-
rere tempus Novitiatus ad emittendam profeſſionem
poſt annum, ut demandat Concilium; ita ante habi-
tus ſuſceptionem impoſſibile eſt annum probationis
peragere, quia deeſt principium, à quo voluit Con-
cilium anno initium dare, ibi: *Nec qui minori tem-*
pore, quàm per annum poſt ſuſceptum habitum in pro-
batione ſteterit, ad profeſſionem admittatur. Et ſolemni-
tates illæ præambulæ ingreſſorum potuerant ſuffra-
gari juxta jus antiquum, *cap. quia ingredientibus de*
teſtam. & benè notat ad rem Fagnan. *ibid. num.* 8.
& ſeq. & num. 22. Rota *deciſ.* 91. *num.* 8. *verſ. pro-*
pterea coram Royas, *& deciſ.* 81. *num.* 11. *& ſeq.*
part. 17. *recent.* Imò quemadmodum nec ſola habitus
aſſumptio ſufficeret, niſi concurrant alia ad Novi-
tiatum requiſita, Card. de Luca *de regular. diſcur.*
58. *num.* 10. *& diſc.* 59. *num.* 11. ita etiam ſi con-
currente corona Monachali, & acceptatione ad No-
vitiatum, deficiant alia requiſita, Paſqualig. *quæſt.*
moral. reſol. 274. ubi quòd non ſufficiat tonſura,
Riccius *deciſ.* 295. Gratian. *deciſ. Marchia* 37. *num.*
2. *&* 3. *& in addit. num.* 2. ubi alii. Et verè ſi quis
poſt decimum menſem à die ingreſſus, & educa-
tionis, modo quo ſupra fecerit renunciationem, non
erit valida, quia Concilium voluit permanentiam in
vero Novitiatu, qui ſupponit poſt bimeſtre poſſe
profiteri, ut ſupra dixi, & ille non poſſet metiri
tempus anni à die prædicto, ſed debet computari à
die ſuſcepti habitus ſubſequuto. Nec obſtat, quòd
dicatur adeſſe id, quod in continenti fit, vel con-
currere eandem rationem, ne ſpolietur bonis in-
greſſus; quia cùm Concilium præſcribat novam
formam, & imponat pœnam nullitatis actus, eſt
diſpoſitio exorbitans à jure communi, & proinde
uti pœnalis extendi non debet ad alios caſus, etiam
ex identitate, vel majoritate rationis, ut ad rem di-
cit idem Fagnan. *cit. cap. ſtatuimus num.* 44. Rota
cit. deciſ. 91. *num.* 7. coram Royas; & licèt reſolu-
tiones Sacr. Congregationis loquantur cum termino
ingreſſus, tamen intelliguntur de ingreſſu ad Novi-
31 tiatum, qui verificatur in habitus probationis ſuſce-
ptione, & clariùs declaravit Sac. Congregatio Con-
cilii in *Romana* 22. *Junii* 1613. *lib.* 11. *decr. pag.* 131.
ubi cenſuit, dictum *cap.* 16. non vindicare ſibi lo-
cum in renunciationibus factis ante actum, ſeu mo-
mentum ſuſceptionis habitus, & proindè renuncia-
tionem non eſſe nullam, ut refert Fagnan. *cit. cap.*
num. 46. *in fine*, & ejuſdem tenoris ſunt aliæ reſolu-
tiones, nempe *die* 4. *Maji* 1613. *ibid. pag.* 130. *à*
tergo, *Neapolitana* 18. *Januarii* 1614. *ibidem pag.*
128. *à ter. & Venetiarum* 26. *Junii* 1601. *lib.* 10.
pag. 8. *à ter.* ubi cenſuit, dictum *cap.* 16. habere lo-
cum etiam in donationibus, & renunciationibus, quæ
in ipſo Religionis ingreſſu factæ fuerunt, videlicet in
ipſa habitus ſuſceptione.

Nec prædictis obſtant Doctores aliter aſſerentes,
quia debet attendi ſenſus Sacræ Congregationis Con-
cilii, præſertim fulcitus tot rationibus, ad eamque
ſpectat privativè quoad alia Tribunalia interpretari 32
verba Concilii ex inſtitutione ejuſdem Congregatio-
nis, ut in terminis hujus *cap.* 16. dixit Rota *cit.*
deciſ. 91. *num.* 10. coram Royas, *& deciſ.* 37. *num.*
3. coram Durano, ejuſque oracula omnia Tribuna-
lia ſequi, & venerari debent; ut aliàs latè dicemus.
Nec Rota in *cit. Ferrarien. Canonicatus* contrarium 33
firmavit expunctis dictis rationibus, ſeu viſis his de-
clarationibus, ſed tantùm incidenter, cùm verè ra-
tionem motivam reſolutionis expreſſit, quòd cùm
renunciatio fuerit facta contemplatione ingreſſus in
Religionem, reſoluta dicebatur ob ingreſſum non
ſequutum, quæ eſt ratio vigens, etſi renunciatio il-
la uti Decreto Conciliari non comprehenſa, valida
dici potuiſſet, juxta doctrinam Ventrigl. *in prax.*
part. 1. *annot.* 46. §. *un. num.* 13. & ſe fundant dictæ
deciſiones in eo, quòd licèt mandatum ad reſignan-
dum fuerit in dicto ſtatu ante habitus aſſumptionem;
tamen conſenſus per Procuratorem fuit præſtitus poſt
indutum habitum Novitii, & quòd hoc tempus de-
beat attendi.

Si verò fuerit aſſertum Summo Pontifici, quem re-
ſignare Beneficium, etſi cum pacto, ut valeat etiam 34
profeſſione non ſecuta, tunc valida, & irrevocabi-
lis eſt renunciatio; quia vel fit in ſæculo, & tunc
unuſquiſque eſt bonorum ſuorum arbiter, ut in ſi-
mili Rota *deciſ.* 370. *num.* 6. *&* 7. coram Royas,
vel poſt ingreſſum in Novitiatum, & tunc licèt
Concilium reſolvat quaſcumque renunciationes, ta-
men Papa cenſetur derogare tacitè diſpoſitioni Con-
cilii Tridentini, cui Papa abſque ſpeciali mentione
derogare valet, ut dixi ad *Conſt.* 18. *Innoc. IV. num.*
30. & quatenus ſit ingreſſus, aut ingreſſurus, &
ad titulum illius Beneficii ſit ordinatus, ſolet appo-
ni clauſula: *dummodo habeat aliundè, ſi exire con-*
tigat, Corrad. *in praxi diſp. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 3.
verſ. quòd ſi reſignans. Verùm cùm hujuſmodi re- 35
nunciationes fieri poſſent in fraudem Datariæ, ut
Beneficium acquiratur certæ perſonæ; & è contra
ſit tutus renuncians in caſu egreſſus, & ut etiam
omiſſa qualitate Novitii, vel ingreſſuri, Papa faci-
liùs renunciationem acceptet, quod non feciſſet, ſi
ſciviſſet poſſeſſorem brevi per profeſſionem Benefi-
cium fuiſſe amiſſurum; ideò dicerem, quòd debet
fieri mentio de tali ſtatu, ut etiam innuit Pariſ. *cit.*
lib. 3. *quæſt.* 13. *num.* 1. *in fine*, aliàs hæc videretur
fraus, nec præjudicare poteſt reſignatio admiſſa,
juxta regulam 3. *Cancellariæ*, *& Conſtit.* 62. *Pauli V.*
quam exornat Rota noviſſimè in *Tarraconen. Paro-*
chialis 15. *Junii* 1703. coram D. Omanna, ubi de
renunciationibus factis in fraudem futuræ vocationis,
de qua materia ſuo loco dicam.

Cùm autem hujuſmodi renunciationes juxta for-
mam Conciliarem, fieri debeant cum licentia Epi- 35
ſcopi, ſive ejus Vicarii: revocari poteſt in dubium,
cujuſnam Epiſcopi debet eſſe talis licentia, originis
nempe, vel loci ubi profeſſionem quis emittit. Et
verè verba Concilii intelligi debent de Ordinario lo-
ci, in quo Monaſterium exiſtit, cùm verba dirigan-
tur conſecutivè ad locum, in quo quis profitetur;
& eſſet ſatis oneroſum, ut ab Epiſcopo originis ab-
ſente poſſint ſcrutari ea, quæ ſunt neceſſaria pro tali
licentia concedenda, Barboſa *de offic. Epiſcopi alleg.*
99. *num.* 4. *cum ſeqq.* prout in ſimili quoad Ordines
conferendos attenditur locus, in quo Monaſterium
eſt ſitum, Nicol. *in floſc. ver. Regulares num.* 35. &
dixi *tom.* 1. *Conſtit. un. Urb. II. ſect.* 2. *num.* 8. *&* 9.
ubi quòd Regulares fiunt ad hujuſmodi effectus Do- 36
miciliares loci, ubi adeſt Monaſterium. Hinc pro-
poſito dubio in Sacra Congregatione Concilii 23.
Januarii 1677. *in Gadicen.* I. *An licentia dicti Ordi-*
narii

Digitized by Google

narii originis fuerit ſufficiens , & quatenus negativè ,
II. Supplicant talem renunciationem quoad hunc effe-
ctum ſanari , & convalidari . Reſponſum fuit : *Ad*
I. Negativè . Ad II. Audiantur intereſſe habentes .
37 Sed nunquid hujuſmodi renunciationes fieri poſſint
cum licentia Provicarii Generalis . Et quatenus iſte
unicus adſit in defectum Vicarii Generalis , tunc ceſ-
ſat omnis difficultas; ipſe enim dicitur verè Vicarius
Generalis, quia hujuſmodi actus ſpectat ad juriſdictio-
nem; itaut illos exercere valeat etiam Epiſcopus non
conſecratus . Si verò adſit alter Vicarius Generalis ,
tunc poſſet dubitari ; ſed dependet deciſio à faculta-
te , quam habet ab Epiſcopo ; nam ſi non ſit depen-
dens à Vicario Generali, vel exiſtente hoc impedito,
& certè tunc niſi concurrat cauſa impedimenti, Pro-
vicarius nequit hos actus facere; ſi autem facultas ſit
indefinita , cùm non impediatur Epiſcopus habere
duos Vicários Generales, Campanil. *in div. jur. can.*
rubr. 11, *cap.* 23. *num.* 150. ubi latè quatenus dican-
tur duo Vicarii Generales , vel potiùs unus habens
alium ſub ſe, parum refert an nominetur Provicarius;
ideò primo caſu valida erit auctoritas interpoſita per
hujuſmodi Provicarium, ut in his terminis declaravit
validam renunciationem Sacr. Congreg. Concilii in
Mantuana renunciationis 12. *Februarii* 1699. & 19.
38 *Auguſti* 1690. Hinc aliquando in praxi Vicarius Mo-
nialium validè concedit has licentias, ut latè Paſqua-
lig. *qu. moral.* 35. Torre *de pactis futur. ſucceſſ. lib.* 2.
cap. 25. *num.* 112. Nunquam verò ſufficit licentia Vi-
carii Foranei, niſi concurrat ſpecialis commiſſio Epiſ-
copi, Barboſ. *ad citat. cap.* 16. *Concil. num.* 54. & de-
claravit Sacr. Congreg. Concilii apud Pignatell. *con-*
ſult. 281. *tom.* 1. dictaque facultas durante Sede va-
cante pertinet ad Capitulum , cùm ſuccedat in om-
nem juriſdictionem ordinariam Epiſcopi , ut in ter-
minis hujuſmodi licentiæ dixerunt Ventrigl. *loc. cit.*
num. 22. Barboſ. *jur. Eccleſ. libr.* 1. *cap.* 42. *num.* 248.
39 & ſic eam concedere debet Vicarius Capitularis ,
Rota *deciſ.* 84. coram Merlino ; & ex eadem ratio-
ne Archiepiſcopus poteſt illam concedere in Diœ-
ceſi ſuffraganei, quando fuit appellatum à denegatio-
ne illius ,
40 In Monaſteriis autem exemptis tàm ſimpliciter ta-
libus , quàm cum qualitate Nullius impropria , hoc
eſt quòd verè ſint in Diœceſi alterius Epiſcopi, licèt
cum qualitate exemptionis, pertinet etiam hic actus
ad Epiſcopum, ut docent Barboſ. *cit. num.* 250. Ven-
trigl. *num.* 22. *in fine* , Torr. *cit. num.* 116. De Mari-
nis *alleg.* 45. *per tot. libr.* 3. ubi de Monaſterio exem-
pto in Civitate Neapolis, Gallerat. *libr.* 3. *de renun-*
ciat. cap. 7. *numer.* 11. *tom.* 1. quidquid dicant aliqui
apud Capon. *de pact. quæſt.* 60. *num.* 41. Sanfelic. *de-*
41 *ciſ.* 192. *num.* 11. contra quam opinionem declaravit
Sacr. Congreg. Concil. in *Hiſpalen.* 24. *Martii* 1604.
libr. 10. *pag.* 80. *à tergo* ibi : *Epiſcopus debet explora-*
re voluntatem Puellæ profiteri volentis , & licentiam
renunciationis , ſeu obligationis ante profeſſionem facien-
dæ impartiri etiam quoad Monaſteria Monialium exem-
pta , & Juriſdictioni Militiæ Hieroſolymitanæ ſubje-
cta ; & Sacra Congreg. Epiſcoporum *die* 4. *Februa-*
rii , & 14. *Aprilis* 1707. & noviſſimè eadem Sacra
Congreg. Concilii *in Firmana , ſeu N. Farfen. Juriſ-*
dictionis , in qua propoſitio dubio : *An renunciatio-*
nes faciendæ à Puellis Novitiis in Monaſterio S. Ca-
tharinæ Terræ S. Victoriæ fieri debeant cum licentia
Archiepiſcopi Firmani , ſive potius Abbatis Farfen.
die 23. Julii 1707. reſponſum fuit ; *Affirmativè quoad*
primam , & negativè quoad ſecundam partem ; quia
agebatur quidem de Monaſterio exempto , & ſubje-
cto Eminentiſſimo Abbati Farfen. qui habet qualita-
tem verè Nullius ; tamen quia tale Monaſterium erat
in Diœceſi Firmana , & in illud tantùm exemptio-
nem ſimplicem habebat dictus Abbas, ut præventivè
fuit declaratum à Rota *in Firmana Juriſd.* 10. *Maji*
1700. §. 17. & *ſeq.* & 15. *Aprilis* 1701. *num.* 5. cor.
42 D. Molines ; ideò non ſufficit quòd habeat quis juriſ-
dictionem Epiſcopalem, niſi habeat eam in Territorio,
in quo Monaſterium extat ; hinc eadem Sacr. Con-
greg. in fortioribus terminis cenſuit , licentiam Epiſ-
copi, ſeu ejus Vicarii, quæ ex Decreto Concilii *ca-*
pit. 16. *ſeſſ.* 25. *de regul.* requiritur in renunciationi-
bus , & obligationibus , tàm virorum , quàm mulie-
rum volentium emittere profeſſionem , eſſe neceſſa-
riam etiam cùm Monaſterium ſit exemptum à juriſ-
dictione Epiſcopi etiam in limine fundationis, *tom.* 11.
decret. pag. 45. Si verò agatur de habente juriſdictio- 43
nem quaſi Epiſcopalem cum qualitate verè Nullius
in Populum, & Clerum , quique quaſi Epiſcopus di-
citur, ut latè dixi *tom.* 2. *ad Conſtit.* 6. *Alexand. III.*
ſect. 1. & *in hoc tom. ad Conſtitut.* 5. *Innoc. IV. ſect. un.*
num. 25. *cum ſeqq.* tunc certè quòd uti verus Ordi-
narius poterit concedere has licentias, quia nulli Epiſ-
copo ſubſunt Monaſteria , niſi dicto Prælato , Ca-
pon. *citat. num.* 39. Barboſ. *citat. cap.* 42. *num.* 251.
Torr. *cit. num.* 114. Tamburr. *de Jur. Abbatiſſ. diſp.* 4.
quæſ. 10. *num.* 3. Barboſ. *ad Concil. citat. cap.* 16. *nu-*
mer. 33. ubi Concordantes ; quod extenditur ad ejus
Vicarios Generales .
Nunquid autem per deſuetudinem in aliquibus Re- 44
ligionibus poſſit talis licentia omitti . Et affirmant
aliqui apud Capon. *loc. cit. num.* 42. & Torr. *cit. nu-*
mer. 117. Tamen contrarium latè tuetur De Marinis
citat. allegat. 45. optimis rationibus, & præſertim ea,
quòd cùm non ſolùm in omnibus contentis in Con-
cilio per Bullam confirmationis Pii IV. adſit Decre-
tum irritans, quod inficit quemcunque uſum in con-
trarium, & præciſè hoc idem adeſt in ipſo Decreto
cap. 16. ut in terminis conſuetudinis contra Conci-
lium dixit Rota *in Legionen. Parochialis* 3. *Junii* 1702.
& 15. *Januar.* 1703. cor. Pio , & alibi dicam ; imò
in fine dictæ ſeſſionis Concilium revocat quaſcun-
que exemptiones , & privilegia quamvis in funda-
tione obtenta , etiam Hieroſolymitanæ Religionis ,
non obſtantibus conſuetudinibus etiam immemora-
bilibus .
Ulteriùs aliqui volunt , licentiam Epiſcopi , vel 45
Vicarii concedendam eſſe per modum Decreti judi-
cialis, & in præſentiam ipſius renunciantis, cum ali-
quali cauſæ cognitione , & voluntatis profitentis ex-
ploratione, Molpheſius *ad Conſuetud. Neapol. tit. de*
renunciat. quæſt. 16. *num.* 17. & *ſeq.* Ventrigl. *citat. nu-*
mer. 23. Sperell. *deciſ.* 16. *num.* 55. ubi ita fieri debe-
re, & ſic ſervari in tota ferè Italia, cùm mens Con-
cilii fuerit, ut Epiſcopus , vel Vicarius ſuppleat præ-
ſentiam Judicis , ut cum illa quemcunque metum ,
& concuſſionem tollat, & facit Rota *deciſ.* 535. *nu-*
mer. 10. coram Remboldo , & ita reſolvit Sacr. Con-
greg. Concilii *in Prænestina renunciationis* ad inſtan-
tiam PP. Carmelitarum Reformatorum Terræ S. Vi-
ti, quorum Novitiatus octo circiter milliaribus diſtat
ab Eccleſia Cathedrali , apud quam reſidet Vicarius
Generalis Eminentiſſimi Epiſcopi ; hinc propoſito
dubio : *An pro validitate renunciationis faciendæ à*
Novitiis, iſti teneantur ſe perſonaliter conferre ad Epiſ-
copum , vel ejus Vicarium Generalem , qui in actu ip-
ſius renunciationis præſtet licentiam renunciandi ; vel
ſatis ſit obtinere licentiam hujuſmodi ante renunciatio-
nem mediante reſcripto faciendo , ſupplici libello ad
Epiſcopum , vel Vicarium Generalem ad hunc effectum
mittendo ? Sacr. Congreg. die 19. Januar. 1686. reſpon-
dit : *Teneri perſonaliter coram Epiſcopo , vel Vicario ,*
vel alio deputando .
Verùm contrarium verius puto , tum quia DD. 46
præter Sperellum, non concludunt neceſſariam iſtam
præſentiam, ſed tantùm, quòd licentia debeat eſſe in
ipſo actu , & non tempore , quo erat laicus , & ſic
non ante , nec poſt celebratum contractum , ut lo-
quitur *citat. deciſ.* coram Remboldo *à num.* 9. & *ſeq.*
alii verò dicunt requiri aliqualem cognitionem in
concedenda licentia ; quod verum eſt , cùm oſcitan-
ter non debeat dari , ne diſpoſitio Conciliaris redda-
tur fruſtratoria ; & denique cit. Sperell. ſe fundat in
ſolito Italiæ , quando contrarium in pluribus locis
ſervatur in praxi , ut dixit Rota *in citat. Bononien.*
Uſuſ-

Digitized by Google

Uſusfructus, ſeu Renunciationis num. 2. & ſeq. coram Hervault, quæ eſt deciſ. 27. poſt Cardin. de Luca de legat. Hinc in terminis Sacr. Congreg. Concilii reſolvit in una Barnabitarum : *Novitios pro hujuſmodi licentia obtinenda non teneri perſonaliter ad Epiſcopos vel eorum Vicarios accedere, ſed ſatis eſſe, ut renunciandi voluntatem aliis legitimis documentis teſtatam faciant*, libr. 11. decret. pag. 153. à terg. & in Mantuana 12. Februarii 1689. & licèt in præfata Praneſtina contrarium ſenſerit; tamen animadvertendum, quòd diſputato dubio de renunciatione facta mediante licentia in ſcriptis tradita Notario ſtipulanti: *An renunciatio ſuſtineretur*, non fuit Cauſa reſoluta, imò in citat. Mantuana repropoſita ſub die 16. Julii 1689. fuit reſponſum, quòd videretur an in actu renunciationis requiratur præſentia Epiſcopi, ſeu ejus Vicarii, & habeatur informatio circa Stylum Diœceſis Mantuanæ, & conterminarum Diœceſum; & cùm fuerit deductus uſus Diœceſis Mantuanæ, & Bergomen. faciendi dictos actus abſque interventu Epiſcopi, ſive ejus Vicarii, & in Diœceſibus Cremonen. & Parmen. fieri ſolere in eorum præſentia, Sacr. Congregat. non obſtante aſſerta nullitate ex defectu perſonalis interventus Epiſcopi, vel Vicarii Generalis, ſtetit in deciſis pro validitate renunciationis ſub die 19. Auguſti 1690. & verè cùm Concilium tantùm velit licentiam, non video quare debeat extendi ad præſentiam; quod etiam elicitur ex diſcretivo modo, quod Concilium adhibuit in cap. 17. ubi voluit, quòd exploretur voluntas Puellæ profeſſuræ diligenter per Epiſcopum, vel eo impedito per Vicarium, aut ali-
47 quem ab eis deputatum. Cognitio verò in hujuſmodi renunciationibus poteſt etiam fieri alio modo, quàm per præſentiam; imò neque eſt neceſſaria ſcriptura, ut latè apud Merlin. Pignatell. centur. 1. controv. forenſ. cap. 18. num. 7. & ſeq. Bottiglier. citat. num. 13. & 14. Demum nec tenetur quis adhibere in hoc actu renunciationis Notarium Epiſcopi, ut declaravit Sacr. Congregat. Concilii, ibi: *Quæritur, an liberum ſit Novitiis adhibere in ipſa renunciatione quemcunque voluerint Notarium; an vero teneantur, & cogi poſſint adhibere Notarium ipſius Epiſcopi*. Sacr. Congregat. cenſuit: *In hujuſmodi renunciationibus licere Novitiis adhibere Notarium quem maluerint*, libr. 12. Decret. pag. 233. à tergo.

48 Proinde dicta licentia, & forma ejus debet ad unguem ſervari, aliàs renunciatio eſt nulla, quia idem eſſet ac formam non ſervare, cap. cum dilecta 22. ubi gloſſ. verb. irritum, de reſcript. Rota deciſ. 604. numer. 11. cor. Dunoz. Jun. & in deciſ. 153. num. 3. & ſeq. part. 19. recent. imò renunciatio non poteſt excedere hæreditates, & bona, quæ continet ipſa licentia, Rota deciſ. 27. num. 3. poſt Cardin. de Luca de
49 legatis. An verò requiratur etiam licentia Superioris Regularis; & negativè eſt tenendum, ut apud Merlin. Pignatell. citat. controv. 6. Capon. citat. num. 46. Galletat. cit. num. 2. ſed conſultius eſſet illam adhibe-
50 re, Gratian. diſcept. 568. num. 55. Non autem levis eſt difficultas, an ipſum Monaſterium poſſit renunciare ſuo juri ſuccedendi ex perſona Profeſſi, vel promittere ſe facturum, ut Profeſſus renunciet. Et affirmativè videtur dicendum, ex latè deductis per Gratian. citat. diſcept. 568. Merlin. Pignatell. cit. cap. 4.
51 & 6. Quod tamen habet locum antequam quis emittat profeſſionem, quia tunc agitur de jure quærendo; non tamen poſt emiſſam profeſſionem, quia tunc Monaſterium non poteſt quidquam renunciare abſque ſolemnitate Extravag. Ambitioſæ, ut etiam idem Gratian. num. 66. diſtinguit, quòd ſi non agatur de actu ſupponente priorem acquiſitionem, non ſint neceſſariæ ſolemnitates; ſecus è contra; hinc cùm quidam Superior Ordinis D. Auguſtini ſubſcripſerit renunciationi a jam profeſſo emiſſæ abſque beneplacito Apoſtolico, ſupplicavit pro abſolutione in Sacr. Congregat. Concilii, quæ eam conceſſit à Cenſuris, & pœnis arbitrio Confeſſarii; voluit tamen, ut orator quantùm fieri poteſt incumbat pro reintegratione Conventus, libr. decret. 28. pag. 246. Aliquando etenim per-
mittitur renunciatio poſt profeſſionem ad favorem 52
conſanguineorum à Sacr. Congreg. Concilii, dummodo ſint pauperes, & bona non ſint incorporata Monaſterio, & cum clauſula, accedente conſenſu Religionis, & Conventus, in quo profeſſionem emiſit, ut in Senogallien. 22. Julii 1674. & in Mantuana 16. Martii 1669. fuit dictum, quòd videatur an Monaſterium ſit in poſſeſſione, & in Januen. 22. Septem-
bris 1663. & quatenus agatur de renunciatione facta 53
à Novitio ſine licentia Epiſcopi, ſolet etiam ſanari cum præſtatione certæ ſummæ Conventui, ut in Aſculana 2. Auguſti 1670. & Sacr. Congregatio in hoc ſolet conſiderare circumſtantias patrimonii, & qualitates renunciatarii, & juxta varios caſus arbitrium concedere. Hinc cùm in ingreſſu cujuſdam Monialis Pater promiſerit dotem, & certam annuam præſtationem, & ipſa renunciare ad ejus favorem; imò Monaſterium id promiſit non ſervata forma decreti Vicarii Generalis; S. Rota dixit, teneri Patrem ad annuam præſtationem, utpotè partem dotis neceſſariò à Patre dandam Filiæ; verùm Monaſterium, & profeſſam non teneri ad renunciationem, utpotè promiſſam contra formam Decreti Vicarii Generalis, ut in
deciſ. 153. part. 19. recent. Tandem hæc licentia Epiſ- 54
copi, ſeu Vicarii poteſt præſumi, quatenus probetur Inſtrumentum, ſed non reperiatur, concurrente tamen obſervantia per 30. annos; ſecus autem ſi in ipſo Inſtrumento non appareat talis licentia, ut diſtinxit Rota citat. deciſ. 535. num. 8. cor. Rembold. ubi n. 3. quòd ſe fundans in renunciatione, debet eam valida licentia factam probare.

Comprehendit itaque hoc Decretum Conciliare 55
quaſcunque renunciationes, & quoſcunque contractus, quibus Novitius ſe obligare poteſt, ut de fidejuſſione, donatione, aliiſque, non autem correſpectivis contractibus, de quibus latè vide cit. DD. & præſertim Tamburrin. de jur. Abbat. diſput. 4. & 6. Paſſerin. Barboſa, Ventriglia, Torre, alioſque, tam ſi fiant ad favorem Monaſterii, quàm propinquorum, vel alterius tertii, Sacra Congregatio Concilii in Volaterrana menſe Auguſti 1589. libr. 6. pag. 32. cùm
verba Concilii ſint univerſalia comprehenſiva omnium 56
actuum, etiam cum juramento geſtorum in favorem cujuſcunque cauſæ piæ; ſolùmque excipiuntur nedum Teſtamenta, ſed quæcunque aliæ obligationes, ſeu diſpoſitiones cauſa mortis, ut docent citat. DD. Campanil. in diverſ. jur. Can. rubr. 12. capit. 13. numer. 12. & pluries declaravit Sacr. Congregatio, non habere locum in donationibus cauſa mortis, neque in aliis ultimis voluntatibus, ut in Urbinaten. 15. Junii 1702. libr. 10. Decret. pag. 35.

Porrò hujuſmodi Decreto Conciliari ſubduntur 57
omnes Regulares, ii ſcilicet, qui emittunt tria vota ſubſtantialia, quique verè dicuntur Regulares, prout etiam ſunt Milites Hieroſolymitani, qui eadem vota emittunt, Barboſ. ad Concil. citat. cap. 16. numer. 22. Pignatell. conſult. 13. num. 3. tom. 5. & quòd ſubjiciantur Decretis Sacr. Concilii Tridentini, dixi tom. 2. ad Conſtitut. 2. Anaſtaſii IV. ſect. 2. Hinc non procedit Concilium quoad alias Militias, cùm in ipſis non conſideretur vera qualitas religioſa, ut ibi dixi, & cit. tom. 2. ad Conſtitut. 5. Alexand. IV. ſect. un. numer. 8.
Unde eadem ratione non comprehenduntur viri, aut 58
mulieres viventes ſub aliquo Inſtituto, vel Conſervatorio, in quo vera qualitas religioſa ob defectum dictorum votorum conſiderari non valet, & alioqui Concilium procedit in iis, qui emittunt profeſſionem, ut in his terminis docuerunt DD. citati, & Rocca diſp. juris cap. 194. num. 3. & ſeq. tom. 2. Nec obſtant deciſiones in Romana Primogenituræ de Caſarinis infra citandæ, & præſertim deciſ. 726. cor. Emerix jun. quia in iis expreſsè ſupponitur, Oblatas in Monaſterio Turris Speculorum Urbis non emittere veram profeſſionem, nec ſubjici diſpoſitioni Conciliari, ut num. 10. & ſeq. licèt donatio, ſeu renunciatio fuerit declarata reſoluta, quia ceſſavit cauſa finalis illius

Digitized by Google

illius ingreſſus ſcilicet, & permanentiæ in Conſervatorio, ut infra dicam.

59 Quæri etiam poteſt, an Novitii in renunciationibus, aut aliis obligationibus, ultra formam præſcriptam à Concilio, teneantur ſervare ſolemnitates juris, vel ſtatutarias, præſertim in donationibus circa inſinuationem, vel in contractibus, qui fiunt per minores, aut mulieres ratione imbecillitatis ſexus? Et negativè eſt dicendum, cùm ſufficiat ſervare formam Conciliarem, tum quia fruſtratoria fuiſſet tam ſalubris diſpoſitio certis ſolemnitatibus vallata, ſi laicalibus ordinationibus deberent hujuſmodi diſpoſitiones ligari; tum etiam quia Novitii cenſentur de foro Eccleſiæ, & proinde exempti à lege laicali; & cùm ſupponantur habere ætatem quindecim annorum juxta Concilium, hoc ſufficit, ut naturaliter ſint apti ad contrahendum, & in his terminis communiter docent Fagnan. *citat. cap. ſtatuimus num.* 45. *verſ. hinc de Regular.* Barboſ. *ad citat. cap.* 16. *num.* 31. Card. de Luca *de donat. diſcurſ.* 15. *de Regul. diſcurſ.* 58. *&* 59. *& ad Concil. Trident. diſc.* 40. *num.* 6. D. Conſtantinus *ad Stat. Urb. tom.* 2. *annot.* 45. *ad tit.* 6. *num.* 657. §. *hoc idem*, Rocca *loc. citat. diſp.* 194. *num.* 6. *& ſeq.* Sperell. *deciſ.* 16. *num.* 42. *& ſeq.* Rota *deciſ.* 535. *num.* 4. 5. *&* 14. coram Remboldo, *& deciſ.* 461. coram Buratto, *deciſ.* 121. *num.* 37. coram Durano, *deciſ.* 161. *part.* 10. *& dec.* 143. *num.* 18. *part.* 17. *recent.* & Sacr. Congreg. Concilii in *Ferrarien.* 2. *Martii* 1606. cenſuit: *Renunciationes, quæ à profeſſionem emiſſuris factæ fuerint, non ſubjacent formæ laicali Statuto præſcriptæ, nec ejus omiſſio tales renunciationes invalidat, utpotè ab his perſonis, ſcilicet Novitiis facta, quæ ſecundùm præſentem ſtatum tanquam Eccleſiaſtici cenſentur, & legibus laicorum non ſubjacent*, *libr.* 10. *De-*
60 *cret. pag.* 146. *à terg.* Porrò poterit Novitius in renunciatione apponere quæcunque pacta, & conditiones ſibi beneviſas, etiam in præjudicium Monaſterii, dummodo non ſint turpis conditionis, ut declaravit Sacra Congreg. Concilii in *Romana renunciationis* 3. *Decembris* 1678.

61 Excluduntur verò ab hac diſpoſitione Conciliari PP. Societatis Jeſu, ut in *cit. cap.* 16. expreſsè enunciatur; & licèt olim fuerint, qui dixerint, limitationem à Concilio factam ad favorem dictorum Patrum procedere tantùm circa diſpoſitionem immediatam ante limitationem, in qua ſtatutum fuit, ut Novitii poſt annum probationis, vel ad profeſſionem admittantur, vel ejiciantur: quod erat incompatibile cum Inſtituto Societatis retinentis Alumnos per plures annos ante formalem profeſſionem; nihilominùs fuit reſolutum, dictos PP. non ſolùm exceptos eſſe quoad hoc, ſed quoad omnia contenta in *citat. cap.* 16. & ſic non ſubjacere formæ Conciliari quoad obligationes, & renunciationes, quæ aliter factæ, non ſunt nullæ: quod fuit approbatum à Papa prævio ſenſu Sacr. Congregationis Concilii, ut apud Fagnan. *citat. cap. ſtatuimus num.* 39. & alii apud Barboſ. *cit. cap.* 16. *numer.* 40. Rota *in Avenionen. Pecuniaria* 17. *Martii* 1692. §. *Hinc colligitur* cor. Card. Caccia; quod nititur rationi, quia quamvis dicti Patres ex eorum Inſtituto emittant tria Vota poſt biennium Novitiatus, tamen profeſſionem irrevocabilem ex parte Religionis non emittunt, niſi poſt plures annos, adeout poſſint dimitti, & interim retinent bona ſub diſpoſitione Superiorum, ut ponderat Card. de Luca *diſc.* 62. *&* 63. *de regul.* & contra Paulum Suave hujuſmodi limitationem Conciliarem artificio Generalis dictæ Societatis attribuentem, optimè tuetur Card. Pallavicin. *in hiſtor. Concil. Trident. tom.* 2. *libr.* 24. *cap.* 6. *num.* 4. quòdque flagitioſè aſſeratur, Societatem per dictam limitationem voluiſſe eſſe exemptam ab omnibus Decretis Conciliaribus dictæ Seſſionis; ſed optima ratione Societatem fuiſſe exemptam à dicto decreto quoad renunciationem bonorum, ne ſcilicet ejus Sodales diuturniori tempore, uſque ſcilicet ad emiſſionem quarti voti, bonorum dominium retinere cogerentur, dum ex Decreto Concilii nonniſi intra duos menſes profeſſioni proximos validè bonis renunciare poſſent; imò ſi rem meliùs inſpiciamus, apparebit profectò, eò magis hoc pacto eſſe proviſum libertati renunciantium, quò conſultiùs ob diuturnitatem temporis de ſuis bonis favore propinquorum, aliorumque diſponere ad libitum poſſunt.

Quid autem erit dicendum, ſi quis laicus ob in- 62
greſſum Religionis faciat præfatas obligationes, ſeu renunciationes, an ſcilicet requirantur ſolemnitates ſtatutariæ, ſeu juris communis, cùm ex ſuperiùs dictis non teneantur ſervare ſolemnitates à Concilio ſta-
tutas. Profectò in hac re non levis eſt controverſia 63
inter Doctores; quòd enim teneantur ſervare prædictas ſolemnitates laicales, plures docent, & ſe fundant in eo, quòd Jura Civilia plures ſolemnitates præſcripſerint, præſertim in alienationibus voluntariis, & donationibus, ut minores eas non faciant, niſi certo modo; ſed cùm ob juramentum in contractibus quibuſcunque ferè adhibitum, tales juris ſolemnitates ſupplerentur, juxta *Auth. Sacramenta puberum Cod. ſi advers. vendit.* ideò ferè in toto Orbe jura municipalia ſucceſſerunt ejuſdem juramenti efficaciam enervando, præſumendo tamen illud metu, & dolo extortum à minoribus, & mulieribus; quibus ob imbecillitatem ætatis, & ſexus, neceſſariò eſt conſulendum, ne propriam jacturam faciant; & ſicuti Sacr. Concil. Trident. voluit providere Novitiis ob minorem ætatem, quam ſupponit in illa quindecim annorum, eò magis creditur voluiſſe conſulere exiſtentibus in ſæculo, in quo magis præſumi debent machinationes propinquorum, & etiam extraneorum ad propriam utilitatem inhiantium; & cùm neceſſitas ſervandi ſtatuta excludatur in Novitiis, quia ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ ex dictis; ideò cùm tales non ſint laici ante ingreſſum, eos non afficit forma Conciliaris; ergo à contrario ſenſu, iſti quia non ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, & non ſubjiciuntur formæ Concilii, debent ſubjici ſtatutis laicalibus, & ita docent plures apud Cardin. de Luca *de donat. diſc.* 15. *& in conflictu obſerv.* 254. ubi contrariam opinionem irrationabilem aſſerit, Paſqualig. *centur.* 3. *quæſt. moral.* 233. Torre *de pact. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 13. *& ſeq.* R. P. D. Anſaldus *deciſ.* 76. *in addit. num.* 21. Rota *deciſ.* 121. coram Durando.

Contrarium tamen communius eſt, & amplexum 64
à S. Rota, & ita tenet Bartol. *in l.* 1. *num.* 40. *verſ. ſed per auth. Cod. de SS. Eccleſ.* Simeon. de Pret. *Conſil.* 72. *num.* 8. Decius *conſil.* 31. *num.* 3. *& ſeq.* Berous *in cap. in præſentia num.* 154. *de probat.* Manent. *conſil.* 58. *per tot.* Sanchez *in Decalog. libr.* 7. *cap.* 6. *numer.* 19. Rocca *cit. diſp.* 194. *num.* 5. *&* 8. Conſtantin. *ad Stat. Urbis annot.* 43. *num.* 83. *& annot.* 44. *artic.* 6. *num.* 657. Rota *dec.* 461. cor. Buratto, ubi Adden. *lit. B. deciſ.* 321. *num.* 4. cor. Celſo, *deciſ.* 10. *num.* 48. cor. Otthobono, *deciſ.* 140. *n.* 3. *&* 4. cor. Royas, *deciſ.* 365. *part.* 13. *recen. deciſ.* 269. *numer.* 7. *&* 8. *part.* 17. & latiùs in *deciſ.* 143. *numero* 10. *& ſeq. part.* 16. *recent.* & noviſſimè in *Romana Donationum* 1. *Decembris* 1704. §. *Prout nec adduci* cor. D. Omanna, *& in Apren. Donationis* 15. *Martii* 1706. §. *ſi enim*, cor. D. Caffarello *Almæ Urbis Gubernatore*, adeout quamvis fuerint conventæ ſolemnitates, non exinde omiſſæ vitiant actum, niſi tamen fuerint volitæ uti cauſa ſine qua non, Rota *citat. deciſ.* 10. *num.* 48. *& ſeq.* cor. Otthobon. *& deciſ.* 641. cor. Dunoz. Jun. & idem Card. de Luca fatetur, in foro ita ſervari, in *citat. diſc.* 15. *de donat. num.* 3. *& de Regul. diſc.* 58. *& adnot. ad Concil. diſc.*
40. *& de renunciat. diſcurſ.* 1. *num.* 13. *& ſequent.* hoc 65
enim probant Doctores citati ex §. *illud quoque*, *auth. de Monachis*, ubi quòd valeant ingreſſuri Religionem, uti rebus ſuis modo, quo voluerint, & *cap. de his de ſepult.* ubi, liberum eſſe ingredientibus Religionem, ad favorem etiam privatorum bona conferre; ex quibus elicitur plena libertas in hujuſmodi ingreſſuris diſponendi de bonis tam circa modum, quàm circa perſonas; aliàs fruſtratoria eſſet talis indulgentia,

cùm

Digitized by Google

cùm quilibet habeat ex ſe facultatem diſponendi, &
ſic intelligi debet indulgentia quoad exemptionem à
forma inducta à jure. Nec obſtat, quòd *citat. auth.*
procedit juxta Gloſſ. *v. modo*, circa facultatem diſpo-
nendi in uſufructu, vel proprietate, quia modus com-
prehendit etiam ſolemnitates; prout nec obſtat, quòd
cit. cap. de his loquitur, ut ingrediens in Religionem
in ſanitate, non teneatur quidquam relinquere ejus
Eccleſiæ Parochiali, prout teneretur, ſi ingrederetur
in infirmitate; unde dicta libertas eſt comparativa ad
hunc primum caſum poſitum in textu, quia etſi textus
contineat dictos caſus, tamen ratio adducta eſt per
viam regulæ generalis, ibi: *Cùm liberum ſit tunc bona
ſua non ſolùm Religioſis, ſed etiam quibuslibet priva-
tis conferre perſonis:* ubi gloſſ. *v. privatis* excludit per-
ſonas inhoneſtas, & hæreticos; ergo libertas in om-
nibus aliis remanet. Ulteriùs probatur ex *cap. in præ-
ſentia de probation.* ubi Papa nil curat, ſi quis ſit mi-
nor de jure communi in hujuſmodi ingreſſuris. De-
mum non officit, quòd iſti ſint laici, & ſic non mi-
litat eadem ratio, ut in Novitiis, qui perſonæ Ec-
cleſiaſticæ cenſentur; quia quamvis ex hac ratione
ſolùm, non debeant ſubjici formæ Conciliari, non
66 tamen ſequitur, ut non valeant excludi etiam à ſta-
tutis laicis, non quidem ratione perſonæ, ſed ratio-
ne cauſæ, ob quam quis etiam privilegiatus poteſt
eſſe, ut optimè explicat in terminis Rota *in citat. de-
ciſ.* 143. *numer.* 20. *& ſeq. part.* 16. *& deciſ.* 953. *nu-
mer.* 6. *& 7.* coram Dunoz. jun. ubi alii, recedendo à
deciſ. 121. coram Durano; hinc videmus, Milites eſ-
ſe in pluribus privilegiatos ratione pugnæ, in qua
adſunt; licèt in ſe ratione perſonæ non ſint tales, ſi
in ſtationibus permaneant, ut latè in famigerata *Ur-
binaten. Immiſſionis* 8. *Februarii*, *&* 14. *Maji* 1706.
coram D. Scotto, & in ejus antecedentibus; ita ra-
tione cauſæ videmus, Teſtamenta facta favore cauſæ
piæ eſſe privilegiata, etiam eorum, qui tales non
ſunt reſpectu perſonæ, juxta *cap. relatum de Teſtam.*
quid enim magis congruit, quàm ut properanti ad
Religionem, facilis ſit modus diſponendi de bonis
abſque pluribus difficultatibus, quas ponunt ſtatuta
vocationum proximiorum, & hujuſmodi, per quæ
vel retrahi poſſunt à Divina inſpiratione, vel machi-
nationibus induci ad actum irrationabilem; hinc in
citat. auth. de Monachis, §. *illud*, dicitur, *non inquie-
tari debere hujuſmodi, etſi ſervos, utpotè ad commu-
nem omnium Dominum euntes, & arripiantur in li-
bertatem; nam ſi in multis caſibus etiam ex lege hoc
fit, & talis quadam libertas datur; quomodo non præ-
valebit Divina gratia talibus eos abſolvere vinculis?*
& ſi per juramentum in *cit. auth. Sacramenta pube-
rum*, ſupplentur quæcunque ſolemnitates, ita videtur
etiam poſſe ſuppleri in actu exhibitionis ſui ipſius er-
ga Deum. Nec obſtat, quòd ſicuti Concilium voluit
ſolemnitates tempore Novitiatus, ergo ex majori ra-
tione cenſeri debet voluiſſe ſolemnitates ante ingreſ-
ſum; nam Concilium procedit in Novitiis, ut dixi,
& maxima ratione, ne in illo ſtatu fervore ducti, ſub
obedientia Superiorum facilis eſſet expoliatio ad fa-
vorem Religionis, ad quem finem voluit quoque, ut
habeantur pro nullis actus geſti, & omnia reſtituan-
tur Novitio, ſi egrediatur; & ſic non habuit reſpe-
ctum ad ſolemnitates inductas à jure; aliàs ſequere-
67 tur, quòd Novitius in ætate 50. annorum non eſſet
comprehenſus ſub tali forma; quia habet plenum uſum
rationis, nec ſubditur ſtatutis circa contractus, &
tamen etiam iſte tenetur ad formam Conciliarem; ul-
teriùs debet conſiderari, quòd hujuſmodi actus à laico
ingreſſuro faciendi, nequeunt præjudicare renuncian-
ti, nec important gravamen irreparabile, cùm ſint
revocabiles per non profeſſionem, & ſic ceſſat ratio
ſolemnitatum inductarum in contractibus hujuſmodi,
ne quis depauperetur, ut benè ponderat Caſtropal.
oper. moral. tom. 3. *tract.* 16. *diſp.* 1. *punct.* 14. *num.* 2.
in fine, Rota *deciſ.* 954. *num.* 13. cor. Dunoz. jun.
68 Verùm reflectendo ad veritatem, etſi mihi placeant
rationes ſupra ponderatæ pro ſecunda opinione, ta-
men omnes procedunt in tali privilegio ratione li-
bertatis ipſorum ingredientium; hinc ſi agatur de ali-
quo majore, concluſio eſt magis tenenda, ne legu-
leico ligamine quis teneatur habens plenum uſum ra-
tionis. Si verò agatur de minore, aut fœmina, quo- 69
rum imbecillitati ſolent jura Civilia, & Municipalia
conſulere certis ſolemnitatibus, tunc non video qua-
re eædem ſolemnitates non ſint ſervandæ, ſi actus
non fuerit laudabilis, & poſſit ſupponi dolus, & ma-
chinatio; etenim in tali caſu id, quod in favorem hu-
juſmodi ingredientium eſſet conceſſum, in damnum
eorum verteretur, *leg. nulla* 34. *de legib. leg. quod fa-
vore Cod. eodem*, *capit. quod ob gratiam de regul. jur.
in* 6. cùm actus non ultroneus dicatur contra pro-
priam libertatem, & defectus ſolemnitatum importa- 70
ret propriæ voluntatis circumventionem; hinc in ci-
tatis deciſionibus ſemper Rota fixit pedes in actus lau-
dabilitate, & ſine fraudis ſuſpicione geſto, ut in *cit.
deciſ.* 143. *num.* 21. *part.* 16. *rec.* ubi agebatur ad favo-
rem proximiorum, in *deciſ.* 462. *num.* 2. coram Peu-
tinger. *deciſ.* 155. *num.* 10. *& ſeq.* coram Priolo, ubi
quòd ſtatutum non comprehendebat actum, & *de-
ciſ* 954. *num.* 8. coram Dunoz. jun. vel quatenus mi-
nor adhibuerit juramentum non comprehenſum ſub
ſtatuto laicali, ut in *cit. deciſ.* 954. *num.* 10. cor. Du-
noz. jun. vel ſi agatur de donante erga Cauſam Piam,
quia tunc hujuſmodi donationes certè non compre-
henduntur ex ſui natura, ut in *dec.* 370. cor. Royas,
vel agebatur de minore ingrediente Religionem, fa-
ciente actum hujuſmodi, cum ſolemnitatibus ſtatuta-
riis, ut in *deciſ.* 365. *part.* 13. *recent.* & benè ad rem
ponderat Card. de Luca *de donation. cit. diſc.* 15. *nu-
mer.* 6. *& ſequen. & diſc.* 1. *de renunciat. num.* 20. *&* 21.
& alii locis citatis ſupra, Gratian. *diſcept.* 975. *n.* 43.
ubi de Luca *num.* 12. Paſqualig. *centur.* 3. *quæſt.* 283.
Debet enim actus eſſe quidem juxta naturalem proba- 71
tionem exemptam à Juris Civilis diſpoſitione, non ta-
men contra naturalem libertatem; hinc ſi quis fuerit
non pubes, non valebit actus; quia in hoc non eſt
privilegiata cauſa pia, & ſic neque cauſa ingreſſus in
Religionem, ut in terminis cit. Card. de Luca *diſc.* 15.
num. 9. *de donation.* & habetur in *cit. cap. in præſentia
de probat.* ubi diſtinguit inter minorem 14. annorum,
& majorem, & dixi latè quoad teſtamentum ad pias
cauſas *tom.* 2. *ad Conſtit.* 10. *Innoc. III. ſect.* 3. Animad-
vertendum tamen, quòd ſi agatur de renunciatione
facta non cauſa ingreſſus, & quidem proximi ad Re-
ligionem, tunc non procedit dicta exemptio à ſo-
lemnitatibus, licèt talis ingreſſus deinde caſu eveniat,
ut apud De Luca ad Gratian. *diſcept.* 975. *numer.* 14.
Cardin. de Luca *de regul. diſc.* 59. *num.* 4.

Deveniendo nunc ad qualitatem renunciationis, 72
hæc conſiderari poteſt vel certarum rerum, & jurium,
vel eorum tantùm de præſenti, vel demum omnium
de futuro: ulteriùs vel eſt abdicativa, quæ quodcun-
que jus adimit tollendo renunciantem de medio, ita-
ut neque ſuccedat ipſi renunciatario, ſi decedat; vel
eſt perſonalis, quæ dicitur facta contemplatione cer-
tarum perſonarum, itaut iis defectis poſſit regreſſum
habere ad bona renunciata, & eò fortiùs ſuccedere
ipſi renunciatario, & latè de iſta diſtinctione Cardin.
de Luca *de renunc. diſc.* 1. Maſtrill. *deciſ.* 65. *num.* 11.
Rota *deciſ.* 10. *num.* 4. *& in Romana hæreditatis* 3. *Ju-
lii* 1684. §. *Quoniam* coram Hervault, *& in Bononien.
Trebellianicæ, & melioramentorum* 15. *Martii* 1688.
§. *Altera* coram Benincaſa, & latè *in deciſionibus Ro-
mana hæreditatis de Lanuviis infra citan.*

Pro regula in hac re datur à DD. ut hujuſmodi re- 73
nunciationes factæ pro ingreſſu in Religionem præſu-
mantur reales, & abdicativæ; cenſeantur verò perſo-
nales, ſi emittantur pro nuptiis in ſæculo, Gratian.
diſcept. 96. *num.* 40. *& ſequen.* Merlin. Pignatell. *con-
trov.* 5. *num.* 4. *lib.* 1. De Marinis *quotid. reſolut. lib.* 2.
cap. 139. *num.* 22. Conciol. *alleg.* 50. *num.* 40. *& ſequ.*
Rota *dec.* 956. *num.* 8. coram Card. Cerro, *deciſ.* 207.
num. 6. *part.* 16. *recent.* & in famigeratis deciſionibus
Romana hæreditatis de Lanuviis, quæ in hac re pro
norma

Digitized by Google

norma citari ſolent, 18. *Junii* 1685. coram Hervault, & in confirmatoriis adductis per Dominum meum Anſaldum *in adnot. ad deciſ.* 15. *num.* 10. qui tamen ſcripſit contra deciſiones in *Bononien. uſusfructus, ſeu renunciationis num.* 7. coram Hervault, quæ eſt *deciſio* 27. poſt Card. de Luca *de legatis*, *& in Romana legitimæ* 17. *Junii* 1701. §. *Quibus tamen*, coram Eminentiſſimo Domino meo Caprara, & priùs in *Mantuana manutentionis* 15. *Junii* 1693. coram Benincaſa, & noviſſimè in *Romana immiſſionis* 22. *Junii* 1707. §. *Abſque eo* coram D. Lancetta.

74 Cæterùm iſta præſumptio legalis elidi valet à veritate; nam ſi ex actu ipſo renunciationis appareat perſonalis in renunciatione facta ob ingreſſum in religionem, vel è contra in renunciatione ob matrimonium; & tunc eam qualitatem aſſumit, quam mens, & voluntas renunciantis ei tribuit, non curata contraria præſumptione, quæ tantùm urget, ſi dubium emergat, aliàs debet attendi veritas, cui quicunque titulus, & verba famulantur, ut in terminis docuerunt De Marinis *reſolut. Juris libr.* 2. *cap.* 189. *per tot.* Rota *deciſ.* 253. *num.* 16. *verſ. hoc denique part.* 14. *& dec.* 153. *num.* 9. *part.* 18. *recent. & in Firmana ſucceſſionis* 1. *Julii* 1697. §. *Nec renunciationis* cor. Urſino, *deciſ.* 35. *num.* 6. poſt Card. de Luca *de legatis*.

75 Cùm autem hæc materia quoad hanc partem vel maximè à diverſa renunciandi forma pendeat, non ſatis tutè quoad eam pronunciare licet, loquentibus ut plurimum Renunciatariis ex ore Notariorum, quorum imperitia potiſſimùm in fideicommiſſis, teſtamentis, & renunciationibus cauſantur litigia, quibus quotidiè communi malo forum reſonat omne; ideò certa regula in quocumque caſu dari nequit, ſed potiùs debet attendi cauſa animativa legis, non autem ſimplex doctrinarum aſſertio, quæ in ſuis caſibus, non autem generaliter veræ ſunt. Hinc pro qualitate abdicativa, & reali, ultra dictam præſumptionem adduci ſolent clauſulæ prægnantes, & verba, ut comprehendant totalem abdicationem, & jura nedum præſentia, ſed etiam de futuro, ut apud Gallerat. *de renunciat. libr.* 1. *cap.* 4. *num.* 1. *in fine*, Cardin. de Luca *de renunciat. diſc.* 8. *numer.* 6. *& de legit. diſc.* 53. *num.* 13. Rota *dec.* 631. *num.* 8. coram Bichio,
76 prout ſi fuerit facta reſervatio certæ annuæ præſtationis, Rota *deciſ.* 356. *num.* 14. *&* 15. *part.* 13. *recent.* & facta renunciatio pro hæredibus quibuſcumque, Rocca *diſp. jur. cap.* 56. *n.* 18. *& ſeq.* Rota *dec.* 269. *numer.* 4. *&* 5. *part.* 17. *recent.* & latè *in citat. deciſionibus*, præſertim in *Mantuana manutentionis*, *&*
77 *in Romana Immiſſionis*, ubi quatenus conſideretur etiam comprehenſa in renunciatione ipſa hæreditas renunciatarii. Addo tamen, quòd minùs requiritur pro inducenda in renunciatione qualitate abdicativa, & reali; majora verò concurrere debent pro inducenda qualitate perſonali in hujuſmodi renunciationibus, quæ fiunt ab ingreſſuris religionem; hæc enim eſt vis præſumptionis legalis, ut ad inſtar validi propugnaculi refundat onus in oppugnantem, ita ut pro ejus defenſione minores ſufficiant vires; imò ſi unà cum legali præſumptione concurrant alia inducentia realitatem, & abdicationem, tunc eò magis redditur difficilior expugnatio. Hinc non ſufficit, quòd renunciatio fuerit facta intuitu agnationis, quia poteſt eſſe reſpectu certarum perſonarum de agnatione, vel ſaltem ut revertantur poſt extinctos omnes agnatos, ut in *deciſ.* 556. cor. Cardinali Cerro *dec.* 40. *part.* 12.
78 *recent. deciſ.* 10. coram Otthob. quia verè poteſt renunciatio eſſe abdicativa reſpectu certarum perſonarum tantùm, & non indefinitè, ut apud Tamburrin. *de jur. Abbatiſſ. diſp.* 4. *quæſt.* 10. *& deciſ.* 6. *&* 77. *poſt eundem*, & contrarium in alia renunciatione Monialis eſt in *deciſ.* 56. *&* 57. *poſt eundem*, ubi quòd renunciatio dicatur etiam quoad hæreditates omnes ab inteſtato; & quòd poſſit eſſe realis, & abdicativa reſpectu certarum perſonarum, & iis defectis fiat perſonalis, ac redeat ad ſua jura, tradunt Sammiat. *controv.* 100. *num.* 9. *&* 47. Rota *dec.* 48. *n.* 11. poſt Merlin. *de legit.*

& in Piſauren. fideicommiſſorum 27. *Aprilis* 1703. §. *hæc ſubſiſtit* coram Domino Lancetta; potuit enim intelligi libertas diſponendi de bonis reſpectu certæ perſonæ tantùm, & non aliorum. Ita poteſt eſſe abdicativa reſpectu certæ hæreditatis, & non quoad 79
alia, cùm renunciatio ſit reſtricta ad quædam tantùm, ut in terminis renunciationis ob profeſſionem, firmavit plenè Rota *in cit. Peruſina Immiſſionis* 15. *Maji* 1705. *&* 15. *Januarii* 1706. coram D. Scotto; nam latitudo, qua interpretari debent hujuſmodi renunciationes, nequit egredi ipſarum naturam, & bonorum, quibus renunciatur; nec renunciatio hæreditatis aſcendentium importare poteſt hæreditates tranſverſalium, quia id non eſſet interpretari, ſed novam diſpoſitionem facere, quam, utpotè religioſus, facere non poſſet, ſi velit; prout eſt etiam veroſimile, voluiſſe conſulere Monaſterio in aliis hæreditatibus, non ut ipſe poſſideat, ſed illud, quod prædilexiſſe etiam preſumi debet, ut cum minori incommodo ei neceſſaria ſuppeditet, Rota *dec.* 48. *num.* 15. *&* 16. poſt Merl. *de legit. dec.* 641. *nu.* 34. cor. Dunozz. jun. & *dec.* 543. *num.* 9. *&* 31. *par.* 5. *rec. & in cit. Peruſina* §. *Non relevante*, *& ſequ.* ubi quòd renunciatio abdicativa omnium bonorum non inducatur ex verbis proœmialibus renunciationis, in quibus fatetur novitius ſe renunciare ex fine ſe à mundo alienandi, & bona dimittendi, ut liberiùs Deo ſervire poſſit: quia debent attendi verba diſpoſitiva, quæ etiam compatiuntur cum dicta ratione, nec etiam obſervantia contraria ſuffragatur in claris, prout ſimiliter poteſt reintegrari ipſe profeſſus renuncians realiter, & abdicativè ad bona ab ipſo renunciatario, ſi eum inſtituat hæredem; quod non procedit, ſi renunciatio ſit ad favorem aliorum vocatorum, vel concurrat incompatibilitas, ut benè diſtinxit Rota *in cit. Faventina fideicommiſſi* 17. *Junii* 1695. coram Urſino, quæ eſt *dec.* 48. poſt Card. de Luca *de fideic. & in Bononien. Uſusfructus, ſeu renunciationis* 3. *Decembris* 1685. coram Hervault, quæ eſt *dec.* 27. poſt cit. Card. de Luca *de fideicommiſſis num.* 9.

Si autem renunciatio ſit perſonalis, tunc certè reſolvitur, & non comprehendit omnia jura omni tem- 80
pore, ut in caſu apud Card. de Luca *diſc.* 15. *nu.* 9. *de donat. & de renunciat. diſc.* 1. *& ſeq.* Dunozz. *jun. dec.* 346. repetita *dec.* 543. *par.* 5. *recent.* non attento quòd agatur de renunciatione facta ob ingreſſum in Religionem, ut in *Firmana ſucceſſionis* 1. *Julii* 1697. cor. Urſino, quæ eſt *deciſ.* 35. poſt Card. de Luca *de leg.* etſi adſit Clauſula tacita, vel expreſſa pro hæredibus quibuſcumque, quando non adeſt in diſpoſitiva, ſed in periodo diverſo pro alio effectu. Hinc non poteſt ipſe profeſſus præjudicare cum ſui declaratione, quod tamen procedit in claris, ut in *cit. Mantuana manutentionis*, & nequit excedi licentia obtenta ab Epiſcopo, quæ ſi contineat certa bona, non valet ulteriùs renunciatio progredi; ſi autem contineat omnia, vel fuerit data in calce ſupplicis libelli dati à profeſſuro continente velle renunciare omnibus bonis, tunc cenſetur fuiſſe quorumcumque jurium, ut in *dec.* 27. poſt Card. de Luc. *de leg. nu.* 3. *& dec.* 153. *par.* 19. *rec.*

Tertiò eſt hìc agendum de reſolubilitate renunciationis ex natura ipſius actus, vel pacti: Et in caſu 81
pacti certa eſt reſolutio etiam in actu in ſe irrevocabili, & inter vivos, cùm unuſquiſque poſſit rei ſuæ imponere conditiones, & pacta; & in terminis profeſſuri dixi ſupra, dummodo non ſint conditiones turpes. Hinc poterit Novitius imponere onus fideicommiſſi; & præſcribere, ut renunciatio reſolvatur in caſu præcepti non ſervati, vel alicujus præſtationis non exhibitæ, itaut bona tunc revertantur ad alios vocatos ab ipſo profeſſuro, ſive ad Monaſterium ex ejus perſona. Ita ſi apponeretur pactum, ut redeant bona ad ipſum renunciantem in caſu non ſequutæ profeſſionis, vel egreſſus, Canoniſtæ in *cap. Statuimus*, ubi Jo. Andreas *num.* 2. Fagn.

Digitized by Google

Fagnan. *num.* 25. *de regular.* Rota *in Apten. donationis* 14. *Martii* 1706. §. *Attentis* cor. D. Caffarello *Al-*
82 *ma Urbis Gubernatore*; difficultate ſolùm cadente in actu in ſe irrevocabili, & inter vivos abſque tali pacto reverſivo expreſſo, an inducatur ſi profeſſio non ſequatur, aut declaretur nulla; & quoad hujuſmodi actus, ſeu renunciationes, ac donationes factas in Novitiatu juxta formam præfati decreti Concilii, certè quòd reſolvuntur, cùm in eodem Concilio id expreſsè caveatur, etſi adſit contrarium pactum, quòd non reſolvantur, ut in *citat. cap.* 16. *ſeſſ.* 25. *de Regular.* ibi: *Ac non aliàs intelligatur effectum ſuum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione; aliter verò facta, etiamſi cum hujus favoris expreſſa renunciatione etiam jurata ſit irrita, & nullius effectus*; & ita docent extra controverſiam Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 101. *numer.* 36. & 37. Sanchez *in præcept. Decalog. lib.* 7. *capit.* 5. *numer.* 30. & 32. Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annot.* 46. §. *Unica num.* 11. & *ſequent.* Rocca *diſp. juris* 194. *num.* 3. & *ſeq. tom.* 2. Rota *deciſ.* 155. *num.* 3. & *ſeq.* cor. Priolo, ubi concordantes, & plenè in *Ferrarien. Canonicatus ſupra cit.* poſt Piton. *diſcept. Ec-*
83 *cleſ.* 6. Si autem agatur de actu facto ante ingreſſum ex ſe irrevocabili, & non contemplatione ingreſſus, licèt accidentaliter deinde ille eveniat; & tunc etiam certum eſt non reſolvi ob profeſſionem non ſecutam, vel legitimum egreſſum, ut innui ſupra, & docet Card. de Luca *de reg. diſc.* 59. *num.* 4. & de Luca ad Gratian. *diſcept.* 975. *num.* 14.

84 Quòd ſi à laico ex cauſa ingreſſus in Religionem fiant hujuſmodi donationes, vel renunciationes cum clauſulis importantibus irrevocabilitatem, etiam ſubeſſe reſolutioni in caſu non ſecutæ profeſſionis, docent Cutellus *de donationibus tractat.* 1. *diſc.* 2. *art.* 3. *num.* 12. De Marinis *reſol. jur. libr.* 2. *cap.* 195. *à n.* 2. Torre *de pact. futur. ſucceſſ. libr.* 2. *capit.* 25. *num.* 13. & 14. Gratian. *diſcept.* 96. *num.* 40. & *ſeq.* Fagnan. *citat. cap. ſtatuimus num.* 26. & *ſeq.* ubi quòd hujuſmodi donationes dicantur fieri ob cauſam, etiam ſi non fiat proteſtatio, latè Rota *in cit. Ferrarien. Canonicatus*, & *in Romana Donationum* 1. *Decembris* 1704. §. *non rectè* cor. D. Omanna, & *in cit. Apten. Donationis* §. *Etenim*, & *ſequ.* cor. D. Caffarello, & *in Romana Primogenituræ de Caſarinis* 17. *Junii* 1686. §. *Ideoque* cor. Albergato, & 13. *Junii* 1687. *num.* 14. & *ſeq.* cor. Emer. Jun. inter impreſſas *deciſ.* 726. & *cit. deciſ.* 155. *num.* 5. coram Priolo, ubi idem eſſe in ſtatu laicali ob ingreſſum, & in ſtatu Novitii; hinc licèt in laico non intret reſolubilitas impoſita à Concilio, intrat tamen ratio defectus voluntatis ob ceſſantem cauſam finalem, quæ regulat diſpoſitionem; & ſicuti ſine ea ad donandum non fuiſſet impulſus, ita ea ampliùs non exiſtente reducitur ad non eſſe, ut latè ad rem ponderant citati DD. & deciſiones; verum tamen eſt, quòd in vim Concilii facilior eſt
85 reſolutio, cùm quæcunque obligationes factæ à Novitiis ceſſent, etſi fuiſſent factæ ob aliam cauſam, quàm ingreſſus; in laico verò non eſt ita, quia obligationes, ſeu donationes factæ etiam occaſione ingreſſus in Religionem, ſi habeant quoque aliam cauſam finalem, & principalem, etſi exprimatur cauſa ingreſſus, ſemper donatio remanet irreſolubilis etiam non facta profeſſione, Rota *deciſ.* 530. *num. fin.* cor. Cerro, *deciſ.* 229. *numer.* 15. cor. Merlino, *deciſ.* 10. *num.* 45. & 46. coram Otthobono, quibus facit Gloſſ. *in authentica de Monachis* §. *ſiquis autem verſ. & nihil*, ubi quòd recuperat bona non profeſſus, quando oblatio bonorum eſt conſequenter, ſecus ſi fuerit prin-
86 cipaliter. Hinc tota difficultas eſt in inſpiciendo, an ingreſſus in Religionem ſit tantùm cauſa finalis, ut præſumi debet, cùm aliæ ſoleant eſſe cauſæ impulſivæ; certè enim id reſultat ex verbis, ſed meliùs ex intentione, cum quis bonis mundanis exuere ſe non ſoleat, niſi quia paupertatem in Religione ſervare vult, ut ponderat De Luca ad Gratian. *diſcept.* 975. *num.* 14. & Rota *in citat. Ferrarien. Canonicatus*, & *Apten. Donationis*; ita ſi ingreſſus fuiſſet poſt paucos dies, cit. de Luca *num.* 14. Torre *de pactis cit. libr.* 2. *cap.* 25. *numer.* 31. Maranta *reſponſ. juris* 64. *num.* 8. *verſic. factis tom.* 3. ita ſi minimam annuam præſtationem ſibi reſervaſſet, præſumendum eſt cauſam finalem fuiſſe ingreſſum, quia in Religione ob paupertatem, & alimenta, quæ recipit à Monaſterio, hæ parvæ præſtationes ſolent reſervari; & demum præ omnibus prævalet, ſi hujuſmodi donationes ſint factæ abſque ſolemnitatibus neceſſariis, quia tunc intrat optimum dilemma, quòd aut cauſa finalis fuit ingreſſus in Religionem, & tunc actus ſubjacet revocabilitati, hoc non ſequuto; ſin minùs, actus erit nullus ob non ſervatas ſolemnitates, ut arguit Rota *in citat. Romana Donationum* 1. *Decembr.* 1704. §. *Prout* cor. D. Omanna, & *in Apten. Donationis* §. *Si enim*, & §. *fin.*

Sed quid dicendum, ſi exprimatur, ut renunciatio 87
valeat, etſi profeſſio legitima non ſequatur, vel fiat locus egreſſui? Et adhuc actum eſſe reſolubilem cenſuit Rota *in citat. Apten. Donationis* §. *neque obſtat*. Verùm quamvis id rectè procedat in renunciationibus factis à Novitio ad formam Concilii, non tamen idem poteſt firmari quoad actus geſtos in ſtatu laicali ante ingreſſum; nam DD. ibi citati vel procedunt, ut id faciens abſque proteſtatione ſibi præjudicet, ut ex Fagnan. *cit. num.* 25. cum antiquis Canoniſtis; ſed hoc hodie non procedit in vim Concilii, ut ipſe dicit *loc. cit. num. ſeq.* & ſic non loquitur de caſu, quo in ſtatu laicali quis donationem fecerit cum pacto non reſolubilitatis in caſu non profeſſionis, & ita intelligendus etiam eſt Torre *citat. libr.* 2. *cap.* 25. *num.* 25. & 29. & alii citati à Rota, quia procedunt in actu facto juxta formam Conciliarem, & in ſtatu Novitii. Secùs autem in ſtatu laicali, quia benè pactum valet, cùm non obſtet Concilium, procedens tantùm in actibus factis in Novitiatu, & certè quoad renunciatarios nulla cadit difficultas, ut eſt caſus, in quo ſcripſit Card. de Luca *diſc.* 25. *de Donation.* & reſolvit Rota *deciſ.* 370. coram Royas, & in ejus confirmatoriis ab eodem Card. de Luca adductis, cùm abſit quæcunque fraus, ut erat in illo caſu, in quo reſervatus fuit uſusfructus bonorum vita durante, & præſertim ſi fuerint ſervatæ ſolemnitates ſtatutariæ, ut ipſe Card. de Luca fatetur; aliàs quis non debet uti privilegio cauſæ ingreſſus, ut eximatur à ſolemnitatibus, & ſibi præjudicare per tale pactum.

Diſputatum etiam quandoque fuit, an talis reſolu- 88
bilitas, quemadmodum in renunciationibus, procedat etiam in donationibus inter vivos. Et affirmativè reſpondit Rota *in citat. Apten. Donationis* §. *neque etiam*, ex ea ratione, quòd non debet attendi qualitas actus, quo quis ſe bonis exuit, ſed cauſa finalis, & motiva ad id agendum, quæ in utroque caſu eſt ingreſſus in Religionem, Scoppa ad Gratian. *deciſ.* 42. *numer.* 1. & *ſeq.* Rota *deciſ.* 726. *num.* 21. & *ſeq.* cor. Emer. jun. ubi quòd non dicatur hæc exceptio requirens altiorem indaginem contra inſtrumentum donationis, quia oritur ex ventre ipſius. Ita pariter præ- 89
dicta procedunt in caſu non ſequutæ profeſſionis, ne dum in veris Religionibus, ſed etiam in impropriis, ut de Monaſterio Septem Dolorum Urbis ſunt deciſiones in *Romana Primogenituræ de Caſarinis*, impreſſæ apud Torr. *de majorat. deciſ.* 74. & *deciſ.* 726. cor. Emer. & poſt Card. de Luca *de fideicom. dec.* 110. & *in eadem* 26. *Junii* 1698. coram D. Lancetta, & in terminis Monaſterii Turris Speculorum quoad Dotem datam, in *Romana reſtitutionis Dotis die* 16. *Januarii* 1696. coram D. Scotto, & 27. *Aprilis* 1697. cor. D. Olmo, & in terminis Congregationis Oratorii D. Philippi Nerii ob egreſſum, in *cit. Apten. Donationis*, quia licèt ex ſupradictis non ſubjaceant iſti non veri Religioſi diſpoſitioni Conciliari; tamen regulari debent eorum actus à cauſa finali, quæ conſideratur uti anima diſpoſitionum, & ſic ea ceſſante, ceſſat diſpoſitio, ut contra Rocc. *diſp. juris citat. capit.* 194. deciſum fuit in *citatis deciſ.* Nec obſtat, quòd in his caſibus non veræ profeſſionis conſiderari poteſt egreſſus voluntarius quandocunque; quia ſemper occur-

Digitized by Google

occurrit eadem ratio; ut cauſa finalis ſit ingreſſus in Religionem, à qua quis voluntariè poteſt exire ante profeſſionem, & ſic conſiderata fuit permanentia, ut notat Maranta *reſponſ. 64. & 65. per tot.* & Rota *in citat. deciſ.* Ita ex dicta ratione nulliter profeſſus recuperat bona renunciata, Gratian. *diſcept. 975. n. 15. & ſeq.* Torr. *loc. cit.* Honded. *conſ. 73. num. 10. & 11. libr. 2.* & Rot. *deciſ. 143. num. 29. & ſeq. part. 16. recent. & deciſ. 530. num. 6.* cor. Card. Cerro.

90 Maxima demum eſt difficultas; an hujuſmodi donationes factæ intuitu ingreſſus in Religionem poſſint revocari ante emiſſionem profeſſionis. Et pro revocabilitate ſtant, nedum Doctores plurimi poſt Menoch. *conſ. 288.* ſed etiam S. Rota *deciſ. 581.* coram Buratto, *deciſ. 29.* coram Carillo, ex ea præſertim ratione, quòd donatio facta intuitu ingreſſus exæquatur donationi cauſa mortis, quæ ſicuti revocari poteſt, quouſque eum effectu non ſequatur mors naturalis donantis: ita etiam iſta reſolubilis eſt, quouſque non ſequatur mors civilis, ſeu profeſſio. Nihilominùs hæc ſententia recipienda non eſt, eamque pluries rejecit ipſamet Rota priores deciſiones revocando, & in hoc ſenſu hodie procedit Curia juxta ſenſum aliorum Doctorum, Gratian. *diſcept. 975. numer. 15. & ſeq.* ubi de Luca *numer. 13. & deciſ. Marchia 42.* D. Conſtantin. *ad ſtat. Urbis adnot. 43. n. 83.* Rota *deciſ. 122. num. 12. & ſeq. deciſ. 133. num. 6. & 7. & deciſ. 140. num. 4.* coram Royas, *deciſ. 321. numer. 1.* coram Celſo, *deciſ. 56. part. 9. recent. dec. 365. part. 13.* dummodo tamen ſit acceptata, vel à Notario pro abſente, ſi non ſit oneroſa, & quæ talis dicatur, *deciſ. 143. num. 22. & ſequent. part. 16.* & noviſſimè in *Romana Donationum 27. Junii, & prima Decembris* 1704. coram D. Omanna, confirmata *die 21. Junii* 1706. coram D. Scotto. Iſtæ enim donationes non ſubjacent revocationi, niſi ceſſante cauſa finali, ob quam fuerunt factæ, nempè profeſſionis in Religione; & licèt dicantur actus geſti cauſa mortis civilis, quæ dicitur contingere per profeſſionem; tamen id non importat revocabilitatem, ſed tantùm ſuſpenſionem in effectu, donec ſequatur profeſſio; quæ conditio non efficit ut actus non ſit firmus, & validus, ob jus donatario acquiſitum, Caſtropal. *citat. diſp. 1. punct. 16. num. 12.* Sanchez *in ſumm. libr. 6.*
91 *cap. 5. num. 37.* Manenc. *conſil. 58.* Hinc donatio facta pro ingreſſu Religionis, ad plures effectus dicitur, ſeu æquiparatur donationi cauſa mortis, ut quoad hypothecam firmat Rota *deciſ. 31. numer. 2. part. 19.* & in pluribus differt à tali donatione, prout profeſſus dicitur mortuus, ſed non eſt talis ad omnes effectus, ut benè declarat Rota *cit. deciſ. 143. num. 29.*
92 *& ſeq. part. 16. recent.* Hinc poteſt Profeſſus redire ad bona renunciata, & valet aliqua bona reſervare, quæ non poteſt facere verè mortuus. Nec obſtat, quòd conditio ingrediendi Religionem ſit purè poteſtativa, nam verè talis non eſt, cùm dependeat ab acceptatione, ut ponderat Rota *deciſ. 56. num. 18. part. 9. tom. 1. recent.* & in terminis dixerunt Gratian. *deciſ. Marchia 42. num. 9. & 10. deciſ. 122. num. 13.* coram Royas, *& in cit. Romana Donationum §. Reſ-*
93 *ponſione*, coram Domino Scotto. Hæc demum majorem vim obtinent in donatione, ſeu renunciatione facta etiam cum clauſulis importantibus irrevocabilitatem cum ſolemnitate Conciliari per Novitios, cùm concurrat ſolemnitas tam ſpecialis, ut latè Capon. *diſcept. 197. tom. 3.* Molpheſius *part. 3. quæſt. 8. num. 12.* Sanchez *citat. num. 58.* Bordon. *tom. 2. reſolut. 60. numer. 15.* & indiſtinctè procedunt citatæ deciſiones. Nec obſiſtit, quòd Concilium in *citat. capit.* annullet iſtos actus in caſu non profeſſionis; quia aliud eſt, ut reſolvantur ob non factam profeſſionem, & hoc verum eſt; aliud quòd interim actus dicatur irrevocabilis, quando contineat clauſulas, vel naturam irrevocabilem; imò ſi eſſent revocabiles ex ſe, fruſtratoria eſſet diſpoſitio Conciliaris illos revo-
94 cans, ſi profeſſio non ſequatur. An autem Teſtamentum Novitii revocari poſſit per aliud ante profeſſionem, dicam alibi; prout quatenus ſit locus reſolubilitati hujuſmodi donationum, ſeu renunciationum ob egreſſum à Religione cauſa Epiſcopatus, dicam infra ad *Conſt. 11. Clementis IV.* prout alibi dicam, ſi egrediatur quis ob apoſtaſiam, ejectionem, translationem de Religione incapaci ad capacem, vel ſuppreſſionem Religionis, de quibus apud Rotam *deciſ. 530.* coram Card. Cerro.

Denique in hujuſmodi renunciationibus non ſolet 95
cadere controverſia quoad læſionem, cùm nequeat in his caſibus regulariter conſiderari, nam hi actus fiunt ob ſervandam paupertatem in Religione, juxta verba D. Petri, *Matth. capit. 19. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te;* & mos univerſalis ferè ita docet in hujuſmodi renunciationibus, quæ expropriationes dicuntur, nec Monaſterium poteſt agere pro læſione, aut conqueri, quia ingrediens habet liberam poteſtatem de bonis ſuis diſponendi favore cauſarum piarum, ſive conſanguineorum, imò etiam extraneorum, ut latè apud Gratian. *dec. Marchia 40.* ubi in Additione, *& diſcept. 567. num. 14.* Trentac. *conſ. 13. num. 18. lib. 2.* & alii apud Rotam *dec. 321. num. 2.* coram Card. Celſo, *& deciſ. 953. num. 13.* coram Dunoz. jun. & ſic Viri ſolent retinere aliquas annuas præſtationes pro vitalitio, & Moniales habere dotem congruam pro Monaſterio, in quo ingrediuntur, cum ſolito acconcio, & etiam annuo vitalitio pro Religioſis neceſſitatibus, Rota *deciſ. 11.* poſt Tamburr. *de jur. Abbatiſſ.* & dixi latè ſupra ad *Conſtit. 12. Innoc. IV. sect. 1. & 2.*

CONSTITUTIO II.

CLEMENTIS IV.

incipiens (*Cum Dilectis.*)

EPITOME BULLÆ.

CLEMENS VENERABILIBUS Fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus &c.

MAgiſtro, & Fratribus Militiæ Hoſpitalis S. Lazari Hieroſolymitani nonnulla privilegia concedit. Præ cæteris, omnibus Eccleſiarum Prælatis præcipit, ne à Fratribus, & Perſonis Religionis hujuſmodi, aut ab aliis pro ſepultura quidquam exigant, vel accipiant, niſi ſpontanea decedentium liberalitas, vel parentum devotio eis contulerit.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De pluribus privilegiis conceſſis Ordini S. Lazari. Remiſſive.*
2 *Proponuntur tractanda in præſenti Commentario.*
3 *Prohibitio exigendi pretium pro ſepultura, dupliciter ſumi poteſt.*
4 *Simoniacum eſt exigere pretium pro loco ſepulturæ.*
5 *Pretium exigi poteſt pro extruenda ſepultura in loco profano.*
6 *Similiter pro concedendo loco ſepulturæ privativè quoad alios.*
7 *Sepulchrum propriis ſumptibus extructum, poteſt vendi, non habito reſpectu ad ſpiritualitatem.*
8 *Sepulchra quoad uſum tantùm acquiri poſſunt, non quoad proprietatem.*
9 *Juſpatronatus vendi non poteſt, niſi cum univerſitate bonorum.*

10. *Jus ſepulchri tranſit ad creditores cum univerſitate bonorum.*

11 *Sepultura quatenus ex ſe poſſit ſubhaſtari quoad cæmenta.*

12 *Jus non cadens ſub commercio, alienari non poteſt, niſi ſub univerſitate bonorum.*

13 *Pro ſepultura aliquid recipi poteſt ſtante conſuetudine.*

14 *Dummodo conſuetudo introducta ſit ex ſpontanea fidelium largitione.*

15 *Pro Defunctorum exequiis pretium exigere, ſimoniacum eſt,*

16 *Poſſunt tamen recipi ea, quæ pro iiſdem exequiis ſponte offeruntur.*

17 *Conſuetudo dandi aliquid pro exequiis, laudabilis eſt, & ſervanda.*

18 *Quod procedit quoad conſuetudinem habentem principium voluntarium, non coactivum.*

19 *Ad hanc conſuetudinem ſervandam quatenus poſſint fideles cogi.*

20 *Taxa pro exequiis qualis eſſe debeat, & quæ attendenda ſint in ea conficienda:*

21 *Si non adſit certa taxa pro exequiis, à quo, & qualiter ſit conficienda.*

22 *In aſſociatione funeris non eſt neceſſariò convocandum totum Capitulum,*

23 *Sed ſufficit convocare ſolum Parochum,*

24 *Quod procedit etiam ſi cura ſit penes Capitulum.* *Capitulum habens curam animarum, tenetur deputare unum, qui illam exerceat. Ibidem.*

25 *Conſuetudo convocandi totum Capitulum in funeribus quatenus ſit ſervanda.*

26 *Capitulum non poteſt uti jure componendi in funeribus, etiam eorum, qui morte repentina decedunt.*

27 *Capitulum quid exigere poſſit pro jure campanæ, & an poſſit retinere culcitram, qua cooperitur cadaver, & num. 33. & 34.*

28 *Capitulum præter taxam pro funeribus, non poteſt aliud exigere pro jure componendi.*

29 *Taxa funerum non poteſt ad libitum augeri à Capitulo,* *Quod procedit etiam in iis, qui obeunt morte repentina, Ibidem,*

30 *Similiter non poteſt taxari in majori quantitate funus exterorum, & quid ſi adſit conſuetudo.*

31 *Funerum taxa augeri non poteſt ex prætextu non ſolutionis decimarum.*

32 *Hæredes negligentes inſtruere funus defuncto, quatenus compelli valeant. Remiſſivè.*

33 *Emolumentum pro pulſatione campanæ debet eſſe juxta taxam.*

34 *Culcitra, quæ defertur ſupra cadaver in Eccleſia, acquiritur Capitulo, etiam ſi ſit aurea.*

35 *Solet tamen admitti compoſitio cum hæredibus pro certa ſumma.*

1 QUamvis nullas hactenus in noſtro Bullario habuerimus Conſtitutiones, quibus Ordini Militari S. Lazari privilegia irrogentur, dum Alexander IV. in ejus *Conſtitut.* 1. incip. *Cum à nobis*, eundem Ordinem, nullis conceſſis privilegiis, ſub D. Auguſtini Regula ſolùm confirmavit; nihilominùs dubio procul eſt, præcedentes Pontifices, nempe Innocentium III. Honorium III. Gregorium IX. Innocentium IV. & Alexandrum IV. quamplurimis illum privilegiis donaſſe, quæ ſingillatim referuntur in *Conſtitution.* 95. *Pii IV.* incip. *Inter aſſiduas à* §. 1. *ad* 12. Unde credere eſt, Cherubinum Bullarii Compilatorem Conſtitutiones, quibus hæc privilegia irrogabantur, neglexiſſe, aut veriùs compertas non habuiſſe. Porrò in hac Conſtitutione edita Peruſii 5. Kalendas Maji anni 1265. Clemens IV. nonnulla huic Ordini concedit privilegia, quæ vel ſunt communia aliis Regularibus, & de his juxta nobis propoſitam rerum partitionem opportunè alibi diximus, aut infrà exponemus; vel ſunt hujus Ordinis propria, & quoad hæc attendenda eſt *Conſtitut.* 28. *B. Pii V.* incip. *Sicut*, in qua privilegia præſertim à Pio IV. ei conceſſa in *cit. Conſtit.* 95. declarantur, modificantur, aut revocantur. Unde de his in ſequentibus Conſtitutionibus de eodem Ordine diſponentibus agemus, uti ſunt *Conſtit.* 5. *hujus Pontificis*, *cit. Conſtit.* 95. *Pii IV.* & *Conſtit.* 28. *B. Pii V. Conſtit.* 6. & 7. *Gregor. XIII.* & *Conſtitut.* 102. *Clem. VIII.*

In præſenti autem Commentario nobis exponendum proponimus §. 4. hujus Conſtitutionis, in quo Pontifex inquit: *Illud etiam non mediocriter movet nos, nec modicum Eccleſiæ derogat honeſtati, quòd quidam veſtrum contra inſtitutiones Sanctorum Patrum in Bodanenſi Concilio editas, Fratrum Militum, ac Donatorum ipſorum corpora, cùm decedunt, nolunt ſine pretio ſepeliri. Unde quia tam prava exactio & iniqua non eſt aliquatenus toleranda, in obedientia vobis virtute præcipimus, ut nullo modo à Fratribus, & perſonis prædictis, vel aliis, pro ſepultura quidquam exigere, vel accipere, niſi ipſa ſpontanea decedentium liberalitas, vel parentum devotio vobis contulerit, attentetis; ſed abſque ullo pretio ſepeliatis corpora Mortuorum; & ſi quis ulteriùs hoc attentaverit, taliter advertatis in eum, quòd ſimilia non præſumat.* Ex quibus conſtat, hic non concedi Ordini S. Lazari aliquod ſpeciale privilegium; ſed generaliter declarari pravam & iniquam exactionem pretii pro humatione cadaverum tam Fratrum ejuſdem Ordinis, quàm aliarum perſonarum. 2

Ad hæc ſanè illuſtranda ſciendum eſt, prohibitionem exigendi pretium, aut quicquid aliud pro defunctorum ſepultura, dupliciter intelligi poſſe: nempe vel pro ipſa ſepultura, hoc eſt pro loco ipſo, ubi Cadaver tumulatur; vel pro ipſius defuncti exequiis, officiiſque ſepulturæ, ut notat Gloſſ. *in cap. abolenda verb. ſepultura de ſepultur.* 3

Quoad primum, nempe ut non liceat pro loco ſepulturæ aliquid recipi, eſt Textus *in cit. cap. abolendæ de ſepult.* & alia jura relata per Card. de Lauræa *in Epitom. Can. ver. ſepultura* §. *pro loco ſepulturæ nihil ſolvatur*, *cap. cum in Eccleſiæ de ſimonia*, *can. poſtquam*, & *can. in Eccleſiaſtico* 13. *quæſt.* 2. itaut ſi aliquid reciperetur, ſimonia committatur, ut docent DD. *ad cit. cap. abolendæ de ſepulturis*, præcipuè Gonzal. Barboſ. & plenè Gratian. *diſcept.* 110. & 210. ubi Concordantes; ratio enim ſatis urget, cùm etenim ſepultura ſit locus Religioſus, nequit pretium pro ea exigi abſque labe ſimoniæ; hinc meritò Honorius III. in *citat. capit. abolendæ* improbavit conſuetudinem Montis Peſſulani, non ſinendi effodere ſepulturam ſine pretio, ut latè docent Gibalin. *de Simon. qu.* 10. *conſect.* 7. Spondan. *de Cæmet. Sac. part.* 1. *libr.* 1. *capit.* 6. plenè Murga *tom.* 1. *diſquiſ. moral. tract.* 4. *diſquiſ.* 4. *concluſ.* 2. 4

Hæc autem diſpoſitio plures habet limitationes, & primò ſub hac prohibitione non cadit locus profanus adhuc pro ſepultura non habitus, quia tunc non conſideratur religioſitas, ut notat Gloſſ. *in citat. cap. abolendæ ver. ſepultura*, ubi quòd quia Cœmeterium eſt locus religioſus, etſi ibi aliquis non fuerit ſepultus, nequit pretio vendi; prout eſt dicendum de ſepultura, quæ eſt intra Eccleſiam. 5 Si tamen agatur de aliquo loco nobiliori dando jure privato pro aliquibus, tunc poſſe pretium recipi, docent præfati Doctores, ut tale pretium cedat ad ſumptus fabricæ, & miniſtrorum ſuſtentationem, quia tunc non exigitur pro ſolo ſacro ſepulturæ, vel pro jure ſepulturæ, quod debet eſſe commune omnibus Chriſtianis; ſed tale pretium recipitur pro loco quaſi in proprietatem aſſignato, privativè ad quoſcunque, & ſic pretium cadit in re temporali, ut latè docent DD. apud Barboſ. *citat. cap. abolendæ num.* 2. & *ſeq.* Frances *de Eccleſ. Cathol. capit.* 16. *numer.* 89. Suarez *de relig. tom.* 3. *de ſimon. libr.* 4. *cap.* 14. *num.* 7. & *ſeq.* Garzias *de Benefic.* 5. *part. cap.* 9. *num.* 137. Layman. *lib.* 4. *tract.* 10. *cap. ultimo*, Lara *de Anniv. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 17. Card. de Luca *de jurepatr. diſc.* 53. *num.* 5. 6

Lotter.

Digitized by Google

Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 13. Rodriqu.
quæſt. regul. 58. *art.* 2. Diana *part.* 1. *tract.* 15. *reſol.* 57.
Adden. *ad deciſ.* 145. *num.* 10. coram Ludoviſio, &
deciſ. 561. *per tot. part.* 4. *tom.* 1. *recent.* & permittitur in *Stat. Cleri Romani* §. *emolumenti per la ſepoltura*, ubi dicitur, quòd poſſit recipi pro loco particulari ſepulturæ pro uno, aut familia, certa eleemoſyna
pro Eccleſia, ſecus autem pro ſepeliendo potiùs in
una, quàm alia publica ſepultura; & eleemoſyna ducatorum ſex tolerata fuit pro particulari ſepultura à
Sacr. Congreg. Concilii in *Fundana* 19. *Maji* 1708.
ita tamen, ut non valeat Epiſcopus dictam taxam
7 augere, diminuere, vel in totum tollere. Hinc ex
eadem ratione non conſideratæ ſpiritualitatis licet
vendere ſepulchrum proprium ſuis ſumptibus fabricatum, non habito reſpectu ad ſepulturam, ſed ad
jus proprium juxta valorem fundi, prout tale jus
transfertur jure hæreditario, & fideicomiſſi, ut paſſim videmus, & notant citati Doctores, & Cardin.
de Luca *in Miſcell. Eccleſ. diſcurſ.* 28. & *diſc.* 52. &
53. *de Jurepatron.* itaut dicatur aliquando familiare
pro illis tantùm de familia, aliquando hæreditarium,
tranſitorium ſcilicet ad quoſcunque hæredes extraneos, ad Textum in *leg. jus Sepulcbri Cod. de relig. & ſumptib. funer. leg.* 6. *ff. eod. titul. leg. fundus ff. famil. erciſcun.* Guter. *de jure manium libr.* 3. *capit.* 9.
8 Ita tamen hæc procedunt, ut non exinde cenſeantur
ſepulchra acquiri poſſe, eaque in proprietatem habere; ſed permiſſo tantùm eorum uſu, ſeu, ut alii
loquuntur, dominio uſuali, ut notant DD. præfati,
& alii adducti per Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 10.
num. 12. Rota *deciſ.* 145. cor. Ludoviſ. ubi Adden.
num. 2.

Numquid autem tale jus ſepulchri tranſeat in creditores, ita ut poſſit ſubhaſtari? Et in hoc certum eſt,
quòd in hujuſmodi jure procedi ſolet eo modo,
quo fit in jurepatronatu, ut animadvertit citat. Car-
9 dinal. de Luca *diſc.* 28. *num.* 3. *miſcell. Eccleſ.* unde
ſicuti juſpatronatus vendi tantùm poteſt cùm univerſitate bonorum, ut habetur in *capit. ex literis*, ubi
Abbas *num.* 13. *de jurepatr.* Fagnan. *ibid. numer.* 53.
& 54. Mareſcott. *variar. libr.* 2. *cap.* 55. *num.* 9. Barboſ. *de jure Eccleſiaſt. libr.* 3. *cap.* 12. *num.* 227. Capon. *diſcept.* 72. *num.* 30. Rota *dec.* 621. *num.* 16. cor.
Cerro, & *in Lunen. Sarzanen. beneficii* 13. *Martii*
1680. §. *præmittebant* coram Rondinino, & latè alios
citando in *Aſculana ſubhaſtationis hereditatis die* 6.
10 *Junii* 1704. §. *Etenim* coram Muto; ita ex eodem
principio dici debet, quòd tale jus honorificum tranſit in creditores, ut etiam illis adjudicari poſſit, non
quidem ſingulariter, ſed cum univerſitate bonorum,
quia tali caſu non venditur, aut adjudicatur, ſeu
ſubhaſtatur illud jus in commercio non exiſtens, ſed
univerſum corpus, in quo cùm ſit tale jus, conſequenter, & acceſſoriè cum aliis bonis tranſitum facit, ut latè reaſſumendo materiam fuit dictum in dicta *Aſculana ſubhaſtationis hereditatis*, & priùs in
Melevitana Juriſpatronatus 4. *Julii* 1696. & 5. *Junii* 1697. cor. D. Molines Decano, & 4. *Julii* 1698.
coram D. Lancetta, & 29. *Aprilis* 1701. & 20. *Februarii* 1702. coram Eminentiſſimo D. Tremoille,
& in *Tuden. Parochial.* 9. *Junii* 1700. cor. D. Olmo,
& etiam docent quoad dationem in ſolutum Rocch.
de jurepatr. verb. ipſe, vel is numer. 70. *in fine*, Noguerol. *alleg.* 36. *num.* 26. Salgad. *in labyrint. credit. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 11. & *ſeqq.* & *num.* 27. & *ſeqq.* &
in terminis ſubhaſtationis *num.* 31. & *ſeqq.* Niger. *de ſubhaſt. lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 20. Maſin. *de confiſc. quæſt.* 37. *numer.* 15. & *ſeqq.* & in terminis ſepulchri dixit
Card. de Luca *diſc.* 52. *num.* 10. *de jurepatr.* Gonzalez
plenè *in cit. capit. abolendæ num.* 7. §. *nec obſtat*, ubi
11 plures concordantes. Unde non videtur vera aſſertio, quòd ſepultura poſſit quidem ſubhaſtari quoad
cæmenta per ſe, & non cum univerſitate bonorum,
ut dixit citat. Cardin. de Luca *diſcurſ.* 28. *miſcellan. Eccleſ. num.* 8. qui intelligi debet de ipſis cæmentis,
quatenus non conſideratur translatio juris ſepulturæ;
quod non eſt in commercio per ſe ſingulariter ſtans,
ut dixi, & tantùm permiſſivè non ſervatur ille rigor,
qui adhibetur in jurepatronatu, quòd ſcilicet requiratur conſenſus Epiſcopi in quacumque translatione
particulari, quia permittitur quoad ſepulturas abſque illo, aut beneplacito Apoſtolico, ut docent
Novar. *de ſepult. conſ.* 1. Lotter. *lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 10. *cum ſeqq.* Card. de Luc. *cit. diſc.* 53. *de jurepatr. num.* 5. & alibi dicam, ubi de beneplacito Apoſtolico. Hoc tamen eſt animadvertendum, quòd pro 12
ſubhaſtatione, ſeu alienatione jurium, quæ non cadunt ſub commercio, debet procedere alienatio ſub
univerſitate bonorum; nec ſufficiet expreſſio aliquorum tantùm, ſed ipſum corpus univerſale, quod
non limitetur per expreſſionem aliquorum corporum taxativè factam, quidquid ſecùs eſſet, ſi expreſſio fuiſſet tantùm demonſtrativa, ut latè hanc materiam explanavit Rota *in cit. deciſ. Aſculana ſubhaſtationis hereditatis confirmata* 10. *Decembris* 1704. coram eodem Muto, me in prima inſtantia judicante,
uti A. C. Locumtenente.

Non rejicitur tamen, ut poſſit pro loco ſepulturæ
aliquid recipi, ſi conſuetudo inoleverit, ut notat 13
Gloſſ. *in cit. cap. abolendæ verſ. exigere*; ubi quòd
quemadmodum prohibitum eſt Clericis, ne quidquam
omninò præſumant exigere hac de cauſa; ita injunctum eſt Laicis, ut laudabilem conſuetudinem erga
Dei Eccleſiam pia devotione Fidelium introductam
obſervent, prout notant DD. ad citat. Textum, &
ad *cap. ad Apoſtolicam de ſimonia*, ut ſcilicet ſpontè oblatum poſſit recipi, non autem peti, Genuenſ. *cit. cap.* 76. *num.* 9. Gratian. *cit. diſcept.* 210.
num. 9. & *ſeqq.* ubi benè declarat, ut ſit prohibitum 14
exigere aliquid, etiam ſtante conſuetudine habente
initium coactivum; ſecùs autem ſi ſpontè conſuetudo fuerit introducta, quia tunc debet ſervari, ut
paſſim videmus etiam in Urbe; quæ tamen taxa,
prout in ſuperiori caſu pro loco nobiliori, & ſejuncto
debet eſſe moderata, ne importet avaritiam, ut benè
admonuit Concilium Triburienſe relatum in *can.* 14.
& 15. 13. *quæſt.* 2. nam ſi daretur pretium pro ſepultura, auri ſacra fames mortalium Sacerdotum pectora
cogeret, fas omne abrumperet, & denegaretur ſepultura illis, qui pretium unde ſolverent, non haberent.

Pariformiter in jure eſt etiam ſimilis prohibitio, de
qua ſupra dixi, ut nequeat nedum pro loco ſepul- 15
turæ, ſed nec etiam pro exequiis ipſius defuncti,
aliiſque ſepulturæ officiis aliquid exigi, ut decernitur clarè in *cap. Quia non ſatis, cap. Cum in Eccleſia, cap. Suam nobis, cap. Ad Apoſtolicam de ſimonia*. Ex quibus juribus tria colliguntur: primum eſt,
ſimoniacum eſſe aliquod pro ſepulturæ officiis exigere: alterum eſt, licitè recipi poſſe, quæ ſpontè à fi- 16
delibus offeruntur, multa enim honeſtè recipiuntur,
quæ inhoneſtè petuntur, *leg.* 1. *ff. de extraord. cognit. can. non ſane* 14. *quæſt.* 5. Gloſſ. *cit. cap. abolendæ ver. exigere*. Tertium eſt, uti piam, & honeſtam ſervandam eſſe conſuetudinem, ex qua funerum nomine aliquid offerri conſuevit, ut diſponitur
in *cit. cap. ad Apoſtolicam, Concil. Exonienſe can.* 29. & aliis juribus relatis à Thomaſſin. *de benefic. tom.* 3. *lib.* 1. *cap.* 68. *num.* 2. & 3. Nec obſtat, quòd
conſuetudo aliquid exigendi pro rebus ſacris operari
non valeat, ut actus non ſit ſimoniacus, ut notat
Gibalin. *de ſimon. quæſt.* 18. *conſect.* 13. & *ſeq.* unde eſt 17
ut conſuetudo aliquid exigendi pro exequiis defunctorum tamquam ſimoniaca improbetur in *cit. cap. quia non ſatis*, & *cap. cùm in Eccleſia*. Siquidem, ut ſupe- 18
riùs dixi *num.* 3. diſtinguendum eſt inter conſuetudinem, quæ ex mera fidelium liberalitate originem traxit; & eam, quæ per exactionem, & coactionem introducta eſt; hæc enim uti corruptela & turpe lucrum continens, meritò damnatur in *cit. c. non ſatis*; prima verò
uti laudabilis ſervanda eſt, cùm in ea conſiderari non
valeat ſimonia, dum pretium pro re ſpirituali non ſolvitur; & de hac conſuetudine intelligendus eſt Textus in
P 3 *citat.*

Digitized by Google

citat. cap. ad Apoſtolicam §. qua propter. Et ita communiter diſtinguunt DD. Gonzal. *cit. cap. cum in Eccleſia num.* 8. Abbas *in cap. Abolenda*, *aliique Canoniſtæ*, Coſta *de portione rata quæſt.* 14. *num.* 3. Lara *de anniverſ. libr.* 1. *cap.* 27. *num.* 17. Gratian. *diſcept.* 110. *num.* 10. *& deciſ. March.* 26. *num.* 15. Paſſerin. *de ſtat. Hom. quæſt.* 187. *artic.* 4. *num.* 498. *&* 503. Antonell. *de regim. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 12. *numer.* 55. Amoſtaz *de cauſ. piis lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 27. & plenè Rota *in Romana funeralium* 15. *Junii* 1699. *num.* 3. *& ſeqq.* coram D. Molines Decano, regiſtrata poſt *Statuta Cleri Romani typis impreſſa in Urbe anno* 1707.

19 ita ut etſi non jure actionis, ſaltem officio Judicis ad hujuſmodi conſuetudinem voluntariè ab initio introductam, ſervandam Fideles cogi poſſint, Gloſs. *in cit. c. ad Apoſtolicam verbo nituntur de ſimon.* & in *cit. cap. abolenda verb. exigere de ſepultur.* & comprobat *cap. ex parte de cenſibus*, *& authent. de SS. Epiſc.* §. *pro conſuetudine*, Abbas *in cit. cap. ad Apoſtolicam*, Caſtrenſ. *conſ.* 663. *lib. primo*, Gratian. *diſcept.* 210. *num.* 24. Lavor. *variar. lucubrat. tit.* 2. *cap.* 10. *num.* 23. Siquidem, ut mox dixi, Innocentius III. in *cit. cap. ad Apoſtolicam*, conſuetudines hujuſmodi uti laudabiles præcipit ſervari, imò per Epiſcopum inobſervantes compelli, ut benè notat Rota *in cit. Romana Funeralium*.

20 Iſta tamen taxa debet eſſe moderata, & proinde benè præſcribitur in *Rituali Romano tit. de exequiis verſic. caveant*, ibi: *Iis eleemoſynis contenti ſint, quæ aut probata conſuetudine dari ſolent, aut Ordinarii conſtituerint*; & conſonat D. Carolus *in actis Eccleſ. Mediolan. par.* 4. *inſtruct. tit. de exequ. & eleemoſ.* §. *exequiarum*, ibi: *Quæ aut conſuetudine probata, aut Archiepiſcopi auctoritate probatæ fuerint*; & docet Rota *deciſ.* 448. *num.* 1. *& ſeqq. part.* 13. *rec.* ubi etiam innuitur, quòd in hujuſmodi Taxa præſcribenda conſiderari debeat longitudo, aliaque incommoda, adeoque non indeterminatè efformari debet, ſed variè ſecundùm majorem, & minorem reſpectivè laborem, ut videre eſt in *cit. ſtatutis Cleri Romani cap.* 6. §. 11. ubi unius, duorum, & trium juliorum merces ſuis aſſociantibus taxata fuit; ſiquidem tempore nocturno & pluvio aliquod plus non immeritò taxari poteſt, dummodo tamen non excedat duplum illius, quod extra dicta tempora præſtatur, ut ibidem dicitur in *Addit.* Sic verò hujuſmodi taxa moderata, ad literam obſervari debet, nec quacumque de cauſa aliquid ultra eſt exigendum, Murga *de Benef. quæſt.* 3. *n.* 413. & facit Rota *in cit. deciſ.* 448.

21 Quando autem non adeſt aliquod decretum generale, vel alio modo legitimo taxa præſcripta non ſit, ſolet demandari à Sacr. Congreg. Concilii, ut fiat ab Epiſcopo partibus auditis, Clero ſcilicet, & Populo, adeout relinquendum non ſit in facultate Cleri, funeralia ad ſui libitum taxare; unde in caſu, quo certa taxa non adſit, hæc conficienda eſt per Epiſcopum, quam ad ſe pro recognitione, & confirmatione remitti injungere ſolet eadem Sacr. Congregatio, prout ſervatum fuit in *Lavellen. die* 16. *Julii* 1668. apud D. Piton. *diſcept.* 50. & priùs in *Materanen.* 16. *Novembris* 1660. *& in Potentina funerum*, *& decimarum* 20. *Januarii* 1680. in qua fuit reſolutum, conficiendam eſſe taxam ab Epiſcopo ſimul cum Metropolitano, quia proprius Epiſcopus videbatur favere Capitulo; & noviſſimè in *Cotronen. Juris funerandi* 3. *Septembris* 1707. in qua propoſito dubio. *II. An, & quæ ſumma debeatur Sacerdotibus*, *& Capitularibus invitatis*. Reſpondit; *Epiſcopus conficiat taxam auditis intereſſe habentibus, & tranſmittat*. Hinc ſui ſolita ſedulitate utens Sanctiſſimus D. N. Clemens XI. noviſſimè ſtatuta Cleri Romani reformari mandavit, in quibus certum emolumentum in quocumque caſu ſpeciali taxatur.

22 Similiter in aſſociatione funeris non eſt neceſſarius acceſſus totius Capituli, ſed eſt in facultate hæredum eum Capitularium numerum convocare, quem maluerint, ut latè docent Barboſ. *de offic. Parochi part.* 3. *cap.* 26. *num.* 57. *& ad Concil. Trid. cap.* 13. *num.* 10. *ſeſſ.* 25. *de reformat.* Paſqualig. ad Lauret. de Franch. *de controverſ. inter Epiſc. & Regular. part.* 1. *n.* 1592. *& part.* 2. *in addit. ad quæſt.* 65. *num.* 2. Pignatell. *conſult.* 205. *num.* 26. *tom.* 4. D. Piton. *citat. diſcept.* 50. *num.* 2. cùm ſolus Parochus de jure ſit vocandus, ut 23 reſolvit eadem Sacr. Congreg. in *Ebredunen.* 25. *Julii* 1695. & in *Varden.* 2. *Auguſti* 1698. apud Piton. & alias adducit Nicol. *in floſc. verbo Sepultura n.* 12. & in *citat. Materanen.* *& Lavellen.* & noviſſimè in *citat. Cotronen.* in qua propoſito dubio. *I. An hæredes defunctorum teneantur invitare Capitulum in exequiis*. Reſpondit, *Negativè*.

Idque non obſtante, quòd cura fuerit penes Capi- 24
tulum; nam adhuc non eſt evocandum ad funus, ſed ſolus Curatus, is nempè, qui curam actu exercet, ut in terminis docuerunt Pignatell. *citat. conſult.* 205. *num.* 33. *tom.* 3. Card. de Luc. *de Paroch. diſc.* 36. *numer.* 4. Piton. *citat. num.* 4. *&* 8. ex ea ratione, quia Capitulum tenetur deputare unum certum pro actuali exercitio Curæ, ut fuit dictum in *Aprutina* 16. *Februarii* 1595. *libr.* 8. *pag.* 105. *decret.* Nec etiam ha- 25
bita fuit conſideratio de conſuetudine contraria in *cit. Materanen. & Cotronen.* quia non ſufficit, quòd Capitulum fuerit crebrò vocatum ad funera, ſed requiritur, ut hæredes nolentes illud vocare fuerint coacti; unde ſicuti totum Capitulum non poſſet cogi ad interveniendum funeri, ita è converſo nequeunt cogi hæredes ad illud vocandum. Sequitur ex dictis, quòd Capitulum in funeribus uti nequeat jure, ut alicubi 26
dicitur, componendi pro certa ſumma ſibi viſa, præſertim pro ſepeliendis iis, qui decedunt abſque Sacramentis, ut declaravit eadem Sacr. Congregatio in *cit. Cotronen.* ibi: *III. An, & quæ ſumma debeatur Capitulo ex titulo prætenſi juris componendi tam pro iis, qui moriuntur cum Sacramentis, quàm pro iis, qui obeunt repentina morte*. *IV. An & quæ ſumma debea-* 27
tur ex jure Campanæ. *V. An retineri poſſit Serica Culcitra, cum qua tranſportatur Cadaver, ſeu ſit locus reſtitutioni*. *VI. An ſuſtineantur Cenſuræ contra Mirtillum Syndicum, & depoſitarium*. *VII. An ſit locus Teſtamento ad pias cauſas*. Sacra Congregat. *die* 3. *Septembr.* 1707. reſpondit: *Ad III. nihil deberi*. *Ad IV. ut ad ſecundam*, ideſt quòd Epiſcopus conficiat taxam auditis intereſſe habentibus, & tranſmittat ad Sacr. Congregationem. *Ad V. Affirmativè quoad primam, & negativè quoad ſecundam partem, ſalva tamen conſuetudine legitimè probanda*. *Ad VI. Negativè*. *Ad VII. Affirmativè ad formam literarum Sacr. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, & Taxæ Innocentianæ*. Quoad enim jus 28
taxandi, ſive componendi per Capitulum, innixa fuit reſolutio rationi, quòd præter taxam ſolitam pro Sepultura non videtur aliquod exigendum à Capitulo ratione alterius juris, cùm non debeat dari duplex ſtipendium; & quidem talis taxa non poteſt augeri à Capitulo ad proprium libitum, quia ſufficit, ut fuerit facta à Superiore conſiderata qualitate, & fa- 29
cultate Perſonarum, & locorum, quibuſcumque caſibus applicatam, ut fieri debet, & declaravit Sacr. Congreg. Concil. in *citat. Materanen. ad* 1. nempè, *non licere Capitulo taxam ad ſui libitum facere, ſed fieri debere à Superiore perpetuam pro ſingulis caſibus*; idque ad evitanda ſcandala, quæ faciliter evenire ſolent. Nec talis taxa ad libitum fieri debet occaſione obeuntium repentina morte, cùm debeat exigi idem emolumentum, ut declaravit eadem Sacr. Congregatio in *Murana funerum* 24. *Auguſti* 1669. *ad primum*.

Itemque Parochi neque plus exigere poſſunt pro 30
funeralibus exterorum, quàm Civium, eo ſub prætextu, quòd exteri decimas non ſolvant, proindeque majorem ſummam arbitrari poſſe etiam non obſtante quaſi poſſeſſione, & ſtylo, ut declaratum fuit in *Theleſina funeralium* 28. *Januarii* 1673. *lib.* 28. *decret. pag.* 18. *& in dubio funeralium* 22. *Julii* 1673. ubi fuit tantùm præſervata immemorabilis, ibi propoſito dubio:

Digitized by Google

dubio: *An Parocho liceat plus exigere pro tumulandis cadaveribus exterorum, quàm Civium?* Sacr. Congregatio reſpondit: *Negativè non obſtante conſuetudine, niſi doceatur eſſe immemorabilem, eodem lib. pag.* 137.
31 *à tergo*. Quinimò nec ſub eodem prætextu non ſolutionis decimarum poterit Capitulum funerum taxam ad libitum augere quoad ipſos cives; quemadmodum in *cit. Potentina funerum, & decimarum*, cùm Capitulum prætenderet funerum taxam ad libitum facere, eò præſertim quia cives ei decimas ex immemorabili conſuetudine non ſolverent, fuerunt propoſita dubia: *I. An, & quomodo funerum taxa ſervanda ſit. III. An Populus cogendus ſit ad decimas, & in qua quantitate*. Sacr. Congr. *die* 20. *Jan.* 1680. reſpondit: *Ad I. conficiatur taxa per Metropolitanum, & Epiſcopum auditis partibus, & tranſmittatur. Ad III. non indigere alia reſponſione*. Nec his obſtat compoſitio permiſſa in *cap. ex parte* 5. *de ſepultur.* ubi Gonzalez *num.* 5. ait, quòd licèt in rebus ſpiritualibus, aut illis annexis non admittatur pactio, non rejicitur tamen amicabilis compoſitio; quia id intelligi quidem debet de taxa moderata, quæque uti talis fuerit agnita à Superiore, prout taxa facta fuit in Statuto Cleri Romani *capit.* 4. & 6. in quo taxatum fuit funus conſideratis diverſis qualitatibus perſonarum, judicio Viceſgerentis,
32 non tamen excedendo moderatam ſummam. Quatenus autem funerale à Defuncti hæredibus nullo modo fiat, quomodo poſſint cogi hæredes illud integrum Eccleſiæ Parochiali præſtare, ſtatuitur in *citat. cap.* 4. & latè Rota *in cit. Romana Funeralium* 15. *Junii* 1699. coram D. Molines Decano; ſed cùm prædicta reſpiciant canonicam portionem Parocho debitam, de illa
33 alibi dicam. Ita etiam taxa fixa juxta varios caſus debet fieri, & ſervari quoad pulſationem Campanæ, prout fuit diverſimodè injuncta ſolutio in citatis Statutis Cleri Romani, cùm ea ſit pars funeralium, Corziad. *deciſ.* 160. *num.* 13. Hodier. ad Surd. *deciſ.* 112. *num.* 1. Gama *deciſ. Luſitan.* 308. *num.* 12. Samuel *de ſepulturis concluſ.* 1. *fol.* 387. Gavant. *in manual. Epiſcoporum verbo exequiæ num.* 38. Ventrigl. *in praxi tit. de funer. & exequiis annot.* 31. §. *unico num.* 31. Lavor. *var. lucubr. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 80. *& ſeqq.* & dixi ſuprà *n.* 27.
34 Quoad culcitram autem, aliaque, quæ deferuntur cum cadavere in Eccleſia, acquiruntur illicò poſt funus, ut dixi *cit. num.* 27. & habetur in Concil. Provinc. Mediolan. I. *part.* 1. *tit. de fun. & exeq. pag.* 35. Samuel. *cit. tract.* 1. *controv.* 10. *concl.* 7. *n.* 16. *fol.* 121. Paſſerin. *de ſtatu homin. cit. quæſt.* 187. *art.* 4. *n.* 489. *cum ſeqq. tom.* 2. Petrus de Ubald. *de Canonica portione cap.* 3. *numer.* 4. Laurentius Cutell. apud Jacobum Mancin. *in praxi de viſit. infirm. tract. de quarta funerali*, Antonell. *de regim. Eccleſiæ libr.* 1. *capit.* 13. *num.* 4. Barboſa *de Paroch. cap.* 25. *num.* 44. Panimolſ. *dec.* 5. *adnot.* 4. *num.* 29. Imò ut ait Oltrad. *conſ.* 212. *num.* 7. ibi: *Parva enim res, vel magna in jure diſcretionem non facit; ſi ergo mutato more hodiè pannus aureus deferatur, debet funeralibus annumerari*; & de antiquo ornamento aureo, quo operiebantur cadavera, meminit D. Hieron. *libr.* 1. *epiſt.* 35. apud Durand. *de ritibus Eccleſ. libr.* 1. *cap.* 23. Marta *de juriſdict. part.* 4. *caſ.* 54. *num.* 9. & Neapoli paſſim videmus culcitras aureas, præſertim in Eccleſia S. Claræ appenſas, quæ ibi delatæ fuerunt ſuper corpora Regum, & aliorum Domicellorum, ut etiam notat Amoſtaz. *de cauſis piis libr.* 6. *cap.* 4. *num.* 36. & de aliis, nempe libris, anulis, enſe, ſtendardis, D. Canon. Rainald. *in obſerv. crim.* 3. *cap.* 32. §. 4. & 5. *nu-*
35 *mer.* 503. Solet tamen concurrere in hoc conſuetudo, ut loco culcitræ detur certa moderata ſumma, prout habetur in *cit. ſtatut. Cleri Romani pag.* 73. *cap.* 4. §. 1. in hoc enim debet attendi talis conſuetudo, Barboſa *cit. cap.* 25. *num.* 16. Panimoll. *deciſ.* 5. *annot.* 4. *n.* 27. Bonacin. *tom.* 2. *de contract. diſt.* 3. *quæſt.* 21. *punct.* 4. *num.* 6. Paſſerin. *cit. num.* 495.

CONSTITUTIO III.

CLEMENTIS IV.
incipiens (*Parvus fons.*)

EPITOME BULLÆ.

CLEMENS EPISCOPUS
ad perpetuam rei memoriam.

Plura hic Pontifex declarat quoad Statuta Ordinis Ciſtercienſis, contenta in Charta Charitatis, aliaſque ordinationes promulgat, præſertim quoad electionem Abbatum per Monachos faciendam, pro qua remittit ſolemnitates, ſeu formas contentas in Concilio Generali.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De privilegiis conceſſis Ordini Ciſtercienſium, & de contentis in Charta Charitatis. Remiſſivè.*
2 *Proponuntur tractanda in præſenti Commentario.*
3 *Ciſtercienſes in electionibus non tenentur ſervare formam Concilii Generalis in* cap. quia propter de electione.
4 *Abbates perpetui eligendi ſunt ad formam* capit. quia propter.
5 *Secùs quoad Abbates, alioſque Prælatos temporales.*
6 *Similiter in Generalibus Religionum, etiam perpetuis, niſi ſint inſimul Abbates alicujus Monaſterii, & num.* 15.
7 *Generales Ciſtercienſium & Cluniacenſium eligendi ſunt ad formam* cap. quia propter.
8 *Eadem forma eligendi ſunt omnes Abbates perpetui Ordinis Ciſtercienſis.*
9 *Exemptio conceſſa Ciſtercienſibus in* §. 6. *hujus Bullæ de non ſervanda in electionibus forma* capit. quia propter, *procedit quoad accidentalia, non quoad ſubſtantialia.*
10 *Nulla eſt electio juxta* capit. quia propter, *ſi ejus publicatio fiat abſque ſpeciali mentione numeri.*
11 *Exponitur ſenſus Rotæ in* Leodien. Monaſterii.
12 *Ciſtercienſes, aliique exempti à forma* cap. quia propter, *non cenſentur exempti à diſpoſitis in* cap. unic. de poſtulat. in 6.
13 *Confirmatio privilegii non comprehendit jura edita poſt primam conceſſionem, niſi id fiat per viam novæ conceſſionis.*
14 *Concilio Generali non derogatur abſque ſpeciali mentione.*
15 *Forma* cap. quia propter *non eſt ſervanda in electione Superiorum, per quorum obitum non viduatur Eccleſia, uti ſunt Abbates temporales, Priores, & Generales Religionum.*
16 *Similiter nec in electionibus, quæ fiunt à Superiore, ſeu unico eligente.*
17 *In electione Officialium ſubalternorum quatenus ſit ſervanda forma Concilii Tridentini quoad vota ſecreta.*
18 *In majoribus Abbatiis Ciſtercienſium facienda eſt electio infra quindecim dies.*
In reliquis ſervanda eſt diſpoſitio cap. ne pro defectu de elect. *vel ſtatuta propria Religionis. Ibidem.*
19 *Tempus trium menſium, intra quod facienda eſt Superiorum electio, quatenus coarctari poſſit.*

Digitized by Google

20 *Et quatenus idem tempus trimeſtre poſſit proro-gari.*

21 *Minores Conventuales poſſunt prorogare tempus trimeſtre in electione Miniſtri Generalis, & Provincialis.*

22 *An idem procedat in aliis Religionibus ex communicatione privilegiorum.*

23 *Aſſeritur non procedere in Abbatiis perpetuis, in quibus ſervanda eſſet forma Concilii Generalis.*

24 *Communicatio privilegiorum non intrat in iis, quæ difficilè conceduntur.*

25 *Tempus electionis prorogari poteſt ſtante legitima cauſa.*

26 *Abbatiæ, ſeu Monaſteria excedentia annuam ſummam florenorum 200. ſunt reſervata Sedi Apoſtolicæ.*

27 *Quod procedit etiam quoad Abbatias, & Monaſteria electiva, ubi eſt Conventus, ſeu Collegium.*

28 *Limitatur in locis exemptis ex privilegio, vel ex concordatis.*

29 *De reliquis, quæ in præſenti Conſtitutione continentur. Remiſſivè.*

1 SAcer Ciſtercienſium Ordo in Eccleſiæ Militantis
firmamento, quaſi matutinum ſydus perpetuò
coruſcans, aſſiduis favoribus & privilegiis decorari
meruit à Summis Pontificibus: quos imitatus Cle-
mens IV. in præſenti Conſtitutione edita Peruſii 5.
Idus Junii 1264. ejus Statuta, Charta Charitatis di-
cta, in pluribus declarat, aliaque privilegia conce-
dit, quod ſucceſſivè luculentiùs præſtiterunt alii
Summi Pontifices, ut in *Conſtit.* 3. *Benedicti XII.*
incip. *Fulgens*, *Conſtit.* 70. *Pii IV.* incip. *Imminenti*,
Conſtit. 102. *B. Pii V.* incip. *Ex innumeris*, *Conſtit.*
18. *Gregorii XIII.* incip. *Superna*, *& in Conſtit.* 34.
Sixti V. incip. *Pontifex*, in qua confirmantur privi-
legia, & ordinationes aliis pro eodem Ordine fa-
ctæ. Sanè de hujuſmodi Chartæ Charitatis origine,
aliiſque in ea contentis, latè diximus *tom.* 1. *ad Conſt.*
2. *Eugenii III.* ubi plura expoſuimus quoad electio-
nem, & confirmationem Abbatum tam hujus, quàm
aliorum Ordinum, & de qualitate eligendorum, ac
forma electionis per Monachos, ejuſque Superiores
2 ſervanda. Unde cohærenter ad ibi dicta, hic ad præ-
ſentis Conſtitutionis exigentiam nonnulla diſcutienda
ſunt ad electionem Abbatum, præſertim Ciſtercien-
ſium, pertinentia.

3 Quippè in §. 6. hujus Conſtitutionis diſponitur,
quòd, *Quia præfatus Ordo in multa ſimplicitate fun-
datus, profecit laudabiliter in eadem, Nos circa ele-
ctiones in Monaſteriis ejuſdem Ordinis faciendas, ſic
perſonas ipſius Ordinis procedere toleramus, ſicut ha-
ctenus proceſſerunt, neceſſitatem ſervando, ſolemnita-
tes, ſeu formas contentas in Concilio Generali eis de gra-
tia remittentes.* Ex quibus elicitur, Ciſtercienſes quo-
ad electiones non ſubjacere diſpoſitioni Concilii Ge-
neralis, quod fuit Lateranenſe IV. longè ante hanc
Bullam editum, & refertur in *cap. quia propter de ele-*
4 *ctione*. Quicquid enim ſit, an hujuſmodi privilegium
procedat in electione ad Abbatias perpetuas, quibus
annexa eſt juriſdictio, & aſſumptus ad eas cenſetur
inire quaſi matrimonium ſpirituale cum ſua Eccleſia,
quæ exinde per ejus obitum dicitur viduata, ex quo,
ſecluſo alio privilegio, intraret ratio *citat. capit. quia
propter*, ut eſt caſus *deciſ.* 312. *part.* 4. *tom.* 2. *& de-
ciſ.* 574. *part.* 4. *tom.* 3. & plenè Fagnan. *cit. cap. quia
propter numer.* 12. *& ſeq.* Paſſerin. *de elect. capit.* 10.
quæſt. 8. *num.* 51. Barboſ. *de Jure Eccleſ. cap.* 19. *num.*
153. *cum ſeq.* & dixi ad *citat. Conſtitut.* 2. *Eugenii III.*
5 *ſect. un.* Tamen quoad Abbates temporales non eſt ne-
ceſſaria hujuſmodi forma, tàm ſi fiat electio à Mona-
chis, quàm à Superiore, ſeu Generali; quemadmo-
dum etiam in ſimilibus Prælaturis Regularibus aliud
nomen habentibus, ut plenè apud Fagnan. *loc. citat.
num.* 14. *& ſeq.* cùm in his ſervanda ſit lex cujuslibet
Religionis, & forma inducta per *Concil. Trident.
ſeſſ.* 25. *cap.* 6. *de regular.* ut ſcilicet fiant per vota ſe-
creta, quod non erat de jure communi, Card. de Lu-
ca *ad Concil. diſc.* 37. *num.* 2. *& ſeqq.* Etenim Con-
cilium ibi loquitur de quibuſcumque Superioribus,
& Abbatibus temporalibus, in quorum electione ſer-
vanda eſt forma ejuſdem Concilii, quemadmodum 6
pariter in Generalibus Religionum etiam perpetuis,
in quibus Concilium conſultò omiſit verbum *tempo-
ralium*, ut animadvertit Fagnan. *loc. citat.* Rota *de-
ciſ.* 574. *num.* 55. *part.* 4. *tom.* 3. *recent.* quia iſti non
ſunt inſtallati in aliqua Eccleſia, uti ſunt Abbates per-
petui in proprio Monaſterio. Hinc quia Generalis
Ciſtercienſium eſt inſimul Abbas perpetuus Abbatiæ
Ciſtercii, ut fit mentio in hac Bulla, & in *Cabilo-
nen.*, *ſeu Ordinis Ciſtercienſis Juriſdictionis* 19. *Junii*
1702. 4. *Maji* 1706. *&* 8. *Aprilis* 1707. coram D.
Molines Decano; & ſimiliter Generalis Cluniacen- 7
ſium, qui eſt etiam perpetuus Abbas Monaſterii Clu-
niacenſis, eligi debent ad formam *cap. quia propter*;
unde perpetuitas, vel temporalitas debet accipi non
reſpectu dignitatis, quia Abbas ſemper Abbas; ſed
reſpectu conjugii cum Monaſterio, ut ita intret ra-
tio Textus, quòd per obitum viduetur Eccleſia. Ita
Abbates perpetui Ciſtercienſes, quorum primus eſt
Abbas Ciſtercii, & alii quatuor Abbatiarum, quæ in
hac Bulla dicuntur generationem habentes, hoc eſt
Matres aliarum, & primæ filiæ Abbatiæ Ciſtercii, de
quibus dixi ad *cit. Conſtit.* 2. *Eugenii III. ſect. un. nu-
mer.* 52. & in aliis Abbatibus perpetuis ejuſdem Or- 8
dinis fieri debet electio juxta formam *cit. cap. quia pro-
pter*; ſecùs autem in temporalibus, prout ſunt aliæ
Abbatiæ, ut ibi notavi.

Nec obſtat privilegium obtentum in hac Bulla *ci-* 9
tat. §. 6. ex quo videtur diſpenſatum formæ præſcri-
ptæ à Concilio Generali relato in *cit. cap. quia propter*;
tum quia verba Bullæ important tantùm remiſſionem
aliquarum ſolemnitatum, non autem eas, quæ im-
portant neceſſitatem electionis, imò nunquam cenſe-
tur remiſſum, niſi ſpecificè diſpenſetur id, quod per-
tinet ad ſubſtantiam actus; ſed potiùs intelligi debet
relaxatio Bullæ in accidentalibus, ut generaliter diſtin-
guendo firmant Paſſerin. *de elect. c.* 10. *quæſt.* 3. *n.* 35.
& quæſt. 5. *num.* 44. & verè in *cit.* §. 6. dicitur *neceſ-
ſitatem ſervando*; & ſic præſupponit eligentes neceſ-
ſaria ſervare requiſita *in dict. cap. quia propter*, con-
donatis tantùm aliis, quæ non pertinent ad ſubſtan-
tiam actus; etenim diſpoſita in *citat. capit.* alia ſunt
ſubſtantialia, alia verò accidentalia ad actum electio-
nis, ut benè advertit Rota *deciſ.* 574. *num.* 31. *part.* 4.
tom. 3. *recentior.* ubi, quòd ſubſtantialia incipiant à
verbo *aſſumuntur*. Et in terminis electionis Abbatis
Ciſtercienſis, declarando verba *cit.* §. 6. hujus Bullæ,
reſpondet Rota *in Gneſnen. Abbatiæ Landenſis* 10.
Martii 1692. §. *Sed neque*, coram D. Priolo, confir-
mata 20. *Junii ejuſdem anni coram eodem*, in quibus
fuit firmatum fuiſſe nullam electionem Abbatis à Mo- 10
nachis factam non ſervata dicta forma *cit. capit. quia
propter*, in publicatione electionis abſque ſpeciali men-
tione numeri, ut ita dignoſci poſſet an in electo con-
veniſſet major & ſanior pars eligentium, habita col-
latione numeri ad numerum, meriti ad meritum, &
zeli ad zelum, ob quem finem Concilium Generale
voluit publicationem fieri in actu electionis, juxta no-
tata per Canoniſtas apud Fagnan. *ibidem n.* 23. *verſ.
demum*, *& num.* 55. Paſſerin. *de election. cap.* 19. *qu.* 2.
num. 4. Rota *deciſ.* 43. coram Dunoz. Jun. aliaque ad
hujuſmodi materiam formæ electionis juxta *cit. capit.
quia propter*, vide DD. latè apud Murgam *ad Conſtit.
Benedict. Conſtitut.* 6. *&* 2. *Alexandri IV.*

Hinc licèt Rota *in Leodien. Monaſterii* 4. *Junii* 1698. 11
regiſtrata in *deciſ.* 61. *inter impreſſas* coram D. Anſal-
do *num.* 9. *in fine*, nihil voluerit firmare, utpotè citra
neceſſitatem, an Ordo Ciſtercienſis tanquam in mul-
ta ſimplicitate fundatus, ut dicitur in hac Bulla §. 6.
cenſeatur ex hoc privilegio exemptus à tempore ſtatu-
to in dicto Concilio Lateranen. ad faciendam electio-
nem;

Digitized by Google

nem; tamen *num.* 10. citat pro ſententia negativa li-
teram ejuſdem privilegii, & deciſiones prædictas in
Gneſnen. & ſic potiùs dubitavit quoad tempus ob
communicationem privilegiorum Fratrum Minorum;
non autem dubitavit de eo, quod fuerat deciſum in
cit. Gneſnen. & verè ſenſus etiam eſt, ut dicta ele-
ctio fiat juxta *cit. cap. quia propter*, in iis tamen,
quæ ſunt compatibilia cum præcisè diſpoſitis per Pa-
pam in hac Bulla, in quibus tantùm derogatio Con-
cilii expreſſa ſuffragari poteſt. Hujuſmodi autem pri-
vilegium aliàs conceſſum etiam fuit, ut fit mentio in
dec. 36. *num.* 9. poſt Tamburin. *de jure Abbatiſſ.* ha-
bentque aliæ Religiones; ſed ſemper retineri debet di-
ſtinctio inter compatibilia, & eſſentialia, & incom-
patibilia, & accidentalia, ut in primis habeat effe-
ctum relaxatio, non autem in ſecundis.
12 Ita non videtur per dictum privilegium derogatum
formæ inductæ à lege poſteriori, ut in terminis diſ-
poſitionis in *cap. unico de poſtul. in* 6. ubi voluit Pa-
pa, quòd diſtinguantur vota eligentium, & poſtu-
lantium, & quòd debeat promotus declarare, an ve-
lit ſe habere pro electo, vel pro poſtulato, de quo
Paſſerin. *citat. cap.* 24. *quæſt.* 12. *numero* 26. Pyring.
lib. 1. *decretal. tit.* 5. *num.* 36. quia derogatio intelli-
genda eſt quoad præterita, Rota *deciſ. cit.* 574. *num.*
52. *par.* 4. *tom.* 3. ubi de Regula S. Benedicti ante-
riore *cit. cap. quia propter*, & in terminis hujuſmodi
privilegii Ciſtercienſium, ut non poſſit comprehen-
dere poſteriorem diſpoſitionem Bonifacii in *cit. c. uni-
co*, firmavit Rota *in prima cit. Gneſnen.* §. *final.* & *in*
13 *ſecunda* §. 2. in qua animadvertitur, quòd licèt hu-
juſmodi privilegium fuerit confirmatum à Sixto V. ta-
men talis confirmatio non poteſt egredi naturam pri-
mi indulti, nec ullum majus jus tribuit, quàm con-
tineat prima conceſſio; & ſicut indultum in hac Bul-
la non potuit abrogare ſubſequentem Conſtitutio-
nem, ita dicendum eſt, quòd Sixtus illam noluerit
comprehendere ſub ejus generali confirmatione,
quod ſecus eſſet ſi proceſſiſſet per viam novæ conceſ-
ſionis, quia tunc cenſeretur derogatum omnibus an-
tecedentibus ad dictam novam conceſſionem, prout
14 etiam *cit. cap. unic.* non autem Concilio Generali ſu-
pradicto, pro quo requiritur ſpecialis mentio, ut ei
derogetur, Tambur. *de Jure Abb. tom.* 1. *diſp.* 15.
qu. 15. *num.* 3. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 26.
num. 7. & *lib.* 8. *diſp.* 35. *num.* 17. & in præciſis ter-
minis citati Concilii Generalis, ut requiratur ſpecia-
lis derogatio in privilegiis, cit. Tambur. *diſp.* 5. *qu.*
5. *num.* 6. Rota *dec.* 279. *num.* 6. cor. Coccino, &
dec. 122. *num.* 1. *cum ſequentib. par.* 1. *diverſ.* & paſ-
ſim alibi, & facit Rota *deciſ.* 36. *num.* 9. poſt Tam-
burin. *de Jure Abbatiſſ.* ubi per errorem dicit privile-
gium Clem. VIII. quando debebat dicere hujus Pon-
tif. Clem. IV.
15 Cæterùm talis diſpoſitio *cap. quia propter* non eſt
ſervanda in cæteris Superioribus, per quorum obi-
tum non viduatur Monaſterium; & ſic nedum in
Abbatibus temporalibus, ut dixi, ſed etiam in Prio-
ribus, aliiſque Officialibus, ut latè Rota *in Adrien.
Canonicatus* 3. *Aprilis* 1699. coram Domino Laneet-
ta; imò nec in Generalibus, ut dixi, niſi adſit ali-
16 qua lex ſpecialis id demandans; ita ſi fiat electio à
Superiore, ut fieri ſolet in aliquibus Religionibus,
& dixi *cit. Conſt.* 2. *Eugenii III. tom.* 1. *ſect. un.* tunc
non eſt poſſibile uti dicta forma, quia hæc ſervatur
in Collegio, non in unico eligere, Paſſerin. *cit. qu.*
8. *num.* 53. prout ex eadem cauſa non tenetur ſerva-
re formam Concilii circa vota ſecreta, ut ibi dixi *nu.*
47. & tandem debent ſervari leges, & Conſtitutio-
nes propriæ Religionis à Papa approbatæ, aliàs irri-
tari debent, Lezana *oper. moral. tom.* 2. *tit. de elect.
ex numero* 56. *fol.* 201. Miranda *in manual. Prælat.
Reg. part.* 2. *qu.* 16. *art.* 3. *concl.* 5. Tondut. *qu. be-
nef. part.* 3. *cap.* 125. *num.* 8. latè R. P. D. Anſaldus
in addit. ad deciſ. 61. *num.* 19. & 20. Cardin. de Lu-
17 ca *adnot. ad Concil. diſc.* 37. ubi concordantes diſcur-
ſus notat. Prout etſi in Officialibus ſubalternis non
requiratur forma inducta à S. Concilio Tridentino
circa vota ſecreta, tamen poterit id ſtatui in ſtatutis,
ſeu legibus peculiaribus Religionis, ut eſt in electio-
ne Diffinitorum, aliorumque in Ordine Prædicato-
rum, quod non importat neceſſitatem, ut fiat ad
formam *cap. quia propter*, ut benè animadvertit Paſ-
ſerin. *cit. num.* 60. *in fine*; & ſic propria ſtatuta in
hoc debent attendi, itaut compatibilia tantùm ſint
ſervanda, ut in *cit. deciſ.* 574. *nu.* 51. ſemper tamen
eſt ſervanda diſpoſitio Sacri Concilii Tridentini in
Superioribus ibi expreſſis quoad vota ſecreta, cùm
etiam juxta *cap. quia propter* ſecretum ſervandum ſit;
ſed magis robur in hoc præbet Concilium, Paſſerin.
de elect. cap. 10. *q.* 6. *num.* 48. & *in cit. deciſ.* 312.
num. fin. part. 4. *tom.* 2. & *cit. deciſ.* 574. *num.* 56.
& *ſeq. part.* 4. *tom.* 3. Verùm quatenus debeat ſervari
forma *cap. quia propter*, tunc videtur aliquo modo
incompatibilis forma conciliaris, ut benè conſiderat
Fagnan. *cit. num.* 21. & *ſequentib.* & prædictæ formæ
non fuit derogatum per Concilium, ubi ſervari de-
bet, prout in Abbatibus perpetuis ſervatur; ſed de hac
compatibilitate alibi forſan occurret ſermo.
Rurſus in §. 7. hujus Conſtitutionis præfigitur ter- 18
minus quindecim dierum, intra quos deveniendum
ſit ad electionem quoad majores Abbatias ejuſdem
Ordinis, de quibus dixi ſupra *num.* 7. in reliquis ni-
hil ſancitur, & certè in his procedere deberet diſpo-
ſitio *cap. ne pro defectu de electione*, quæ eſt diſpoſi-
tio ejuſdem Generalis Concilii Lateranenſis, ut de-
beat provideri de Prælato in quacumque Eccleſia Ca-
thedrali, & Regulari infra tres menſes, aliàs devol-
vitur electio ad Superiorem. Verùm in Religioni-
bus, quælibet ſua ſtatuta ſervare debet, habentque
privilegia ſpecialia, quo caſu generalis diſpoſitio de-
rogatur per ſpecialem, ut plenè ad materiam docet
Paſſerin. *de elect. cap.* 13. *quæſit.* 4. *numer.* 19. & *ſeq.*
Donat. *rer. regul. tract.* 3. *qu.* 1. *num.* 3. & de Ordi-
ne Prædicatorum plura dixerunt Caſtellin. *de elect.
cap.* 6. Paſſerin. *cit. num.* 21. & *ſeq.* Sed id certiùs 19
procedit in coarctatione temporis, quæ fieri poteſt,
nam in *cit. cap. ne pro defectu* ſtatuitur, ut non poſ-
ſit vacare Eccleſia ultra tres menſes, quod tempus
nequit Præſes electionis coarctare, niſi de conſenſu
totius Capituli, ut latè apud *cit.* Paſſerin. *numer.* 34.
& an ſufficiat major pars Capituli, vel requirantur
duæ partes, ibi diſcutitur; ſed ceſſat omnis difficultas,
ſi tale tempus coarctetur per Conſtitutionem Ordi-
nis, vel Capitulum Generale, Peyrin. *tom.* 3. *de Re-
ligioſo ſubdito cap.* 13. *num.* 6. Murga *ad Conſtit. Be-
nedict. Conſtit.* 6. *Alexan. IV. num.* 650. & *ſeq.* Sed 20
quoad dilationem ultra tempus juris trium menſium
in *cit. cap.* videtur urgere difficultas, quia eſt contra
cit. textum; ſed verè etiam adſunt plures Conſtitutio-
nes Religionum id permittentes in Generalis, Pro-
vincialis, aliorumque electionibus, ut quoad Ordi-
nem Prædicatorum refert idem Paſſerin. *nu.* 36. quæ
tamen ſunt confirmatæ à Papa, necnon habent pri-
vilegium, quòd in electionibus tempus ſuper hoc à
jure ſtatutum ipſis non currat, nec in hac parte ju-
ris hujuſmodi regulis coarctantur, & conceſſit Cle-
mens VI. Ordini Minorum, ut refert Tambur. *de
jur. Abb. tom.* 1. *diſp.* 5. *quæſit.* 7. *num. final.* Peyrin.
cit. qu. 1. *cap.* 31. *not.* 9. *in fin.* Miranda *in Manual.
Prælat. tom.* 2. *qu.* 23. *art.* 10. Rota *cit. dec.* 61. *num.*
12. *inter impreſſ.* D. Anſaldi.
Verùm quoad Generalem, & Provincialem Mino- 21
rum Conventualium, conceſſit noſter Clemens IV. in
ſeq. Conſt. §. 3. ibi: *In electionibus quoque Generalis,
& Provincialium Miniſtrorum ipſius Ordinis, Fra-
tribus, qui debent electionem hujuſmodi celebrare,
cùm eos frequenter de remotis partibus oporteat conve-
nire, tempus ſuper hoc à jure ſtatutum non currat, nec
ipſi in hac parte juris hujuſmodi regulis coarctentur.*
Sed an hujuſmodi privilegia proſint aliis Regularibus 22
fruentibus communicatione privilegiorum, dubitat
Rota, præcipuè quoad Ciſtercienſes *cit. deciſ. ubi ſu-
pra*. Affirmat tamen Paſſerin. *cit. loc. num.* 7. & ve-

rè ſi

rè ſi agatur de illis Prælaturis, quæ potiùs dicuntur munera, & officia temporalia, quo caſu non conſideratur, ut dixi, verum conjugium, & ſic non remaneret Eccleſia viduata; certum eſt, quòd rigorosè non debet procedi cum dicto Concilio Generali, & tunc eò magis debet attendi Conſtitutio Ordinis, vel communicatio Privilegiorum, cùm agatur de re concernente gubernium Religionis, nec ullum præjudicium ſit Sedi Apoſtolicæ, ad quam non devolverentur iſtæ electiones, ſed potiùs ad Superiorem Re-
23 gularem gradatim. Si verò agatur de illis Abbatiis perpetuis, in quibus conſideratur dictum ſpirituale conjugium; & tunc cùm debeat ſervari forma Concilii Generalis, ut ſupra dixi, & notat Paſſerin. *cit. c.* 13. *qu.* 5. *num.* 9. & non poteſt illi derogari, niſi per ſpecialem mentionem, ut dixi ſupra; & cùm agatur de materia præjudiciali ob devolutionem, quæ
24 fieret ad Papam, non debet dari communicatio, quæ non intrat in his, quæ cum magna difficultate conceduntur, Tambur. *de jur. Abbat. diſp.* 15. *qu.* 17. *num.* 36. & Rota *poſt eum deciſ.* 89. repetita poſt Marcheſan. *de commiſſ. tom.* 1. *fol.* 639. præſertim, quia conſiderari poteſt diverſa ratio in una, quàm in altera Religione, quia nempe in electionibus requiratur tempus, ut electores abſentes accedere valeant ex remotis partibus, ut fuit conſideratum ſupra quoad Minores, & in caſu ſpecialis electionis Abbatis ipſius Monaſterii tantùm, cujus devolutio ad Sedem Apoſtolicam pertineret; & in *cit. deciſ.* 61. cor. D. Anſaldo, ideò fuit dictum ſuſtineri electionem factam poſt tres menſes, non quidem ex ratione privilegii communicati, ſed ex eo quòd aderat juſta cauſa, ut infra dicam, & in his terminis conſonat Rota *in Virdunen. Abbatiæ* 26. *Junii* 1699. §. *præterea* coram D. Molines Decano, ubi quòd ſimilia privilegia intelligi debent quoad Abbatias temporales, quæ ſolent adminiſtrari, & conferri per eandem Religionem; non autem in perpetuis, in quibus adſit jus Sedis Apoſtolicæ, & ſemper in caſu deberent inſpici privilegia, non autem ex fide aliorum illis credere.

25 Si autem electores habuerint juſtam cauſam differendi electionem, tunc remanet firmum, quòd ſit permiſſum eligere ultra terminum juris, ut reſultat ex ipſo text. *in cap. ne pro defectu* ibi: *juſto impedimento ceſſante*, *cap. quia diverſitatis*, ibique Gloſ. *ver. ſuſpenſionis*, & Abb. *num.* 3. *de conceſſ. præbendæ*, Garzias *de benef. part.* 10. *cap.* 2. *num.* 17. Murga *de Beneficiis quæſt.* 3. *numer.* 403. Guttierez *Can. quæſtion. quæſt.* 1. *lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 11. Lavor. *var. lucubrat. lib.* 10. *tit.* 12. *num.* 26. *cum ſeqq.* & de impedimento belli, Bald. *conſ.* 469. *per tot. vol.* 4. Rocca *de Jurepatr. ver. honorificum quæſt.* 28. Rebuff. *in prax. benef. tit. de devolut. nu.* 10. Guttierez *cit. cap.* 28. *num.* 12. & de impedimento, ut non poſſit denunciari vocatio Superiori pro præſidendo in electione, Pignatel. *conſult.* 11. *num.* 22. *tom.* 10. Rota *in Leodien. Coadjutoriæ* 17. *Maii* 1680. §. *neque locus* cor. Cardinali Vicecomite, & in terminis Abbatiæ Ciſterciensis, in citata *Leodien. Monaſterii deciſ.* 61. cor. D. Anſaldo, confirmata coram eodem cum ſucceſſiva expeditione.

Sunt enim aliquæ Abbatiæ Ciſtercienſes, quæ ſolent dari in Commendam Clericis Secularibus, ut di-
26 xi *cit. Conſtit.* 2. *Eugenii III. Sect. Unica*; ſed etiam aliquando conferuntur à Sede Apoſtolica in titulum, & tunc dantur Regularibus ipſis abſque neceſſaria electione, & ſunt illæ Abbatiæ, quæ annuam ſummam florenorum 200. excedunt juxta reſervationem in *regul.* 2. *Cancell*, ubi omnia Monaſteria Virorum dicti valoris quandocunque vacantia Papa ſibi reſervat, reperiunturque taxata in libris Cameræ, quæ etiam Abbatiæ Conciſtoriales dicuntur, licèt extra
27 Conciſtorium etiam provideri ſoleant. Et quamvis fuerit dubitatum, an hujuſmodi reſervatio procedat in Monaſteriis electivis, ubi ſunt Conventus, ſeu Collegia; vel ſolùm in iis, in quibus Conventus deficit, ex ea ratione, quòd electio ſpectat illis de Conventu, utpotè connaturalis Collegio; tamen hæc ratio optimo jure non ſubſiſtit, quia ut notavi in *cit. Sect. Unica num.* 38. jus eligendi Abbates antiquitus erat penes Epiſcopos, & præcisè tempore D. Bernardi conſtat, Epiſcopos hoc jus exercuiſſe in Abbatias Ciſtercienſes, & tale jus eligendi in Monachos derivavit vel ex privilegiis particularibus Summorum Pontificum, vel ex ipſis Conſtitutionibus approbatis à Papa; mirum idcircò non eſt, ſi Papa ad tollenda inconvenientia, & diſcordias, quæ ex tali jure eligendi inter Monachos confovebantur, ſibi reſervaverit proviſionem hujuſmodi Abbatiarum, quæ aliquo modo æquiparari poſſunt Eccleſiis Cathedralibus ob amplum gubernium, & redditus, quos habent; unde erat, ut magno ambitu captarentur, eaque inde orirentur mala, quæ juſtam, & neceſſariam cauſam reſervationibus Apoſtolicis dedere, ut refert Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 26. *num.* 41. *& ſequen.* & ſic certum eſt, poſſe provideri à Papa, dummodo non 28
agatur de locis, ubi adſunt concordata contraria, vel adſit aliquod ſpeciale privilegium, quod non ſit revocatum per Regulas Cancellariæ, ut latè fuit dictum *in deciſ.* 2245. *&* 2252. cor. Coccino, & prævia remiſſione cauſæ facta à S. Congregatione Conciſtoriali fuit pleniſſimè firmatum in *Virdunen. Abbatiæ* 26. *Junii* 1699. *&* 2. *Junii* 1700. *&* 3. *Aprilis* 1702. & in alia cauſa *Tullen. Monaſterii iiſdem diebus* cor. D. Molines, quas deciſiones incidenter hìc innuere curavi, ut diverſitatem electionis, ſeu proviſionis Abbatiarum, præſertim Ciſterciensium indicarem. Cæterùm alio loco opportuniori ſtrictè quoad Abbatias reſervatas in dicta regula loquar, & fundamenta dictarum deciſionum latiùs explanabo; prout aliqua dicam in Conſtitutione ſequenti quoad confirmationem non requiſitam in electione Miniſtri Generalis per §. 5. hujus Bullæ in Ordine Ciſtercienſi antequam adminiſtrationem habeat, & alibi occurret ſermò quoad cætera, quæ in hac Conſtitutione continentur, præſertim quoad remotionem Abbatum, quam indicat hæc Bulla in §. 26.

CONSTITUTIO IV.

CLEMENTIS IV.

incipiens (*Virtute conſpicuos.*)

EPITOME BULLÆ.

CLEMENS GENERALI, ET Provincialibus Miniſtris, ac Fratribus Ordinis Minorum.

Plura decernit circa auctoritatem Generalis, aliorumque Prælatorum, ſeu Officialium Ordinis Minorum; & præſertim ut Generalis Miniſter, ſtatim ac electus eſt, plenè, & liberè adminiſtrare valeat; Guardiani verò, & Cuſtodes, qui non eliguntur, poſtquam inſtituti fuerint à Superiore.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Enunciantur motiva, ex quibus Summi Pontifices plura privilegia Ordini Minorum conceſſere.*

2 *Miniſter Generalis Ordinis Minorum poſt ejus electionem poteſt ſtatim adminiſtrare, nec indiget confirmatione.*

3 *De jure nemo electus adminiſtrare poteſt ante confirmationem, etiam ſtante contraria conſuetudine.*

4 *Ele-*

4 *Electus non confirmatus adminiſtrans, nulliter agit, & amittit jus ex electione quæſitum.*
5 *Electus per confirmationem acquirit plenam adminiſtrationem.*
6 *Electio tribuit tantùm jus ad rem, non autem jus in re.*
7 *Electores non transferunt dominium Prælaturæ, ſed jus tantùm illud obtinendi à Confirmatore.*
8 *Aliqui aſſerunt, per electionem acquiri etiam jus adminiſtrandi, & per confirmationem ſolum exercitium.*
9 *Electus non confirmatus, non eſt Prælatus, nec per ejus obitum viduatur Eccleſia.*
10 *Per obitum in Curia Electi non confirmati Beneficium non cenſetur vacare in Curia.*
Electus ante confirmationem poteſt in manibus non ſui Superioris renunciare. Ibidem.
11 *Enumerantur ea, quæ conſequuntur habentem jus plenum in Prælatura.*
12 *Exponitur Gloſſa, & Rota, quæ videntur aſſerere, per electionem acquiri jus plenum in Prælatura.*
13 *Innuitur differentia inter electionem, poſtulationem, & confirmationem.*
14 *Epiſcopus Regularis non eximitur ab obedientia Superioris per electionem ad Epiſcopatum, ſed per confirmationem.*
15 *Electionis confirmatio ab immediato Electi Superiore obtinenda eſt.*
16 *Papa poteſt quemlibet electum, etiam mediatè ſibi ſubjectum confirmare.*
17 *Epiſcoporum inſtitutio pertinet ad Sedem Apoſtolicam.*
18 *Nominatio, aut Electio Epiſcoporum ex privilegio aliis competens, confirmanda eſt à Papa.*
19 *Superior electionem ritè factam confirmare debet.*
20 *Papa poteſt ad libitum non confirmare Epiſcopum electum, aut nominatum ab alio.*
21 *Abbates Regulares non exempti, confirmandi ſunt ab Epiſcopo, & non exempti, à Sede Apoſtolica.*
22 *Idemque dicendum quoad confirmationem electionis Abbatiſſæ.*
23 *Abbatiſſa Monaſterii ſubjecti Regularibus, confirmanda eſt à Superiore Regulari.*
24 *Generales Religionum de jure confirmari debent à Sede Apoſtolica.*
25 *Sed hodie ex privilegiis, vel eorum communicatione, non indigent confirmatione.*
26 *Hoc privilegium obtinent Minores Conventuales, aliique, qui referuntur.*
27 *In Regularibus habentibus hujuſmodi privilegium, electio habet vim confirmationis.*
28 *Electio Superiorum Regularium ſubalternorum confirmanda eſt ab immediato Superiore.*
29 *Iidem Superiores ſubalterni non indigent confirmatione, ſi inſtituantur ab eo, à quo, ſi eligerentur, eſſent confirmandi.*

1 QUàm erga Seraphicum D. Franciſci inſtitutum Summi Pontifices munificè ſe geſſerint, plenè teſtantur tot Conſtitutiones, quæ in præſenti opere no is gratam occaſionem præbent de iiſdem privilegiis memorandis: Privilegia quippe, quæ non tantùm ad ejuſdem decorem collimant; verùm opportunè provident, etiam juris rigore relaxato, ne Fratres ejuſdem Ordinis ab eorum tam ſpirituali, quàm temporali progreſſu retineantur. Hujuſmodi quidem ſunt plura indulta, quibus Clemens IV. in præſenti Conſtitutione edita Peruſii 12. Kal. Septembris 1265. ad hujuſmodi intentum eiſdem Apoſtolicæ circumſpectionis auxilium elargitur; & cùm de aliis privilegiis hìc contentis, vel uti communibus aliis Regularibus, alibi diximus, vel de ſpecialibus alio loco dice-
2 mus; ideò dum præcipuè §. 1. & 4. indulget, quòd Generalis Ordinis Miniſter, aliique Superiores ſubalterni liberè, & plenè adminiſtrare valeant, ſtatim ac fuerint juxta Ordinis ſtatuta electi, vel inſtituti, itaut nullius extra Monaſterium cum Religioſæ pacis excidio, & laborioſis diſcurſibus confirmationem quærere debeant.

Summa equidem eum ratione maximum hoc eſſe 3
privilegium dixit Rodriquez *quæſt. regular. tom. 2. qu. 52. art. 2.* cùm pro comperto ſit, quòd de jure communi electus ad qualcumque dignitates, vel Prælaturas ſive Sæculares, ſive Regulares, ante electionis confirmationem adminiſtrare non valet tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, ſive per ſe, ſive per alios quocumque titulo, ſive quæſito colore, etiam non obſtante contraria conſuetudine, quæ tanquam Sacris Canonibus inimica, meritò corruptela dici debet, ut ait Textus in *cap. cum venerabilis de conſuet.* Principalis autem concluſio probatur ex *cap. noſtri, & cap. qualiter de elect. cap. cum jam dudum de preb. & cap. avaritiæ de elect. in 6. Extravag. injunctæ de electione inter commun. can. quanto diſt.* 63. & ibi Gloſſ. & diſpoſitionem horum Jurium innovavit Leo X. & Julius III. in ſua Conſtitutione, ſive motu proprio relato à Thoma de Roſa *de executione lit. Apoſtolicar. part. 1. cap. 2. num. 7.* ibi: *Quod nullus ex tunc de cætero adminiſtrationem dignitatis, ad quam electus eſſet, priuſquam celebrata de ipſo electio confirmaretur, ſub œconomatus, vel procurationis nomine, aut alio de novo quæſito colore in ſpiritualibus, & temporalibus per ſe, vel per alium immiſcere præſumeret;* & firmant ultra antiquos, Fagnan. Gonzalez, & Barboſa *in cit. cap.* Paſſerin. *de elect. cap.* 30. Sigiſmundus *eodem tract. dub.* 46. Tamburin. *de Jur. Abbat. diſput. 6. tom.* 1. Murga *ad Conſt. Benedict. Conſtit. 6. Alexandri IV. num.* 746. Bordon. *controv. 5. numero* 42. Rota *deciſ. 29. numero* 4. coram Peutinger.

Si verò electus contra diſpoſitionem Sacr. Canonum ante confirmationem auſus fuerit ſe in realem 4
adminiſtrationem ingerere, tamquam intruſus nulliter adminiſtrat, *cap. qualiter 17. de elect.* & in pœnam ſuæ contraventionis ipſo facto privatus eſt jure ex electione quæſito, *cap. avaritiæ de elect. in 6.* & latè concluſionem declarando firmant Fagnan. & Barboſa *in cit. cap. qualiter,* Tamburin. *cit. diſp. 6. quæſ. 1. num. 2.* Murga *ad cit. Conſtit. 6. numer.* 774. *cum ſeqq.* Paſſerin. *loco cit. num.* 3. Lotter. *de re benef. lib. 2. qu. 12. à num. 1.* Rota *in deciſ.* 353. *part. 14. rec. Creſcen. deciſ. 6. per tot. de Jurepatr.* Mantica *deciſ.* 261. *num.* 3.

Jure inquam merito; nam ut ait Gloſſ. *in dicto* 5
cap. noſtri verbo confirmato: Per confirmationem acquirit electus plenam adminiſtrationem, & vinculum conjugale contractum eſt; & proſequitur Abbas *ibid. num. 2.* ibi, *Non enim ex electione, ſed ex confirmatione deſcendit poteſtas adminiſtrandi:* Itaque confirmatio eſt titulus Canonicus, quo electus plenum jus in Prælatura, ſive dignitate acquirit, & quo mediante inter Prælatum electum, & communitatem eligentem indiſſolubile vinculum contrahitur, ut colligitur ex Sigiſmun. Paſſerin. & Tambur. *loc. cit.* & facit Abbas *in cap. inter corporalia numero 8. & 9. de tranſlatione.*

Sola etenim electio non tribuit Electo jus in re, 6
ſed tantummodò jus ad rem, ad proſequendam ſcilicet electionem, & inſtallationem in Prælatura ſibi ab Electoribus oblata; & quidem jus incertum, tanquam revocabile, & confirmabile per Superiorem confirmatorem, *cap. ſi eo tempore 45. de elect. cap. ut quis duas eodem tit. in* 6. & præter DD. citatos, docent Lavor. *var. lucubr. tom. 1. tit. 4. cap. 25. numer.* 66. Barboſa *voto 4. num. 33. & 41.* & plenè Rota *in deciſ. 6. de elect. in novis, & dec. 518. num. 9. part. 19. rec. & in Novarien. præpoſituræ poſt* Tamburin. *de jur. Abbat. dec. 25. num. 7. & 13.* Siquidem juxta opinionem Innoc. & Hoſtienſis, quam literaliter refert Fagnan. *in cap. bonæ memoriæ num. 77. in fine de poſtul.*

Digitized by Google

7 *poſtul. prælat.* Electores nunquam dicuntur transferre
dominium Prælaturæ, quam non habent; dant au-
tem electo jus, per quod eandem poſſit petere à
Confirmatore, qui ipſi electo confert plenitudinem
ſui officii, *cap. cum in cunctis*, *cap. transmiſſam*, *&*
cap. nihil eſt de election. Patet enim, quòd Electi ple-
rumque, imò ſemper majori juriſdictione, & pote-
ſtate potiri debent, quàm Electores non habent; ne-
mo autem dat quod non habet, ut in paribus termi-
nis, quòd Electores non habeant Juriſdictionem Ec-
cleſiaſticam, in ſolo Papa, ut in fonte reſidentem,
facit Paſſerin. *loco cit. num.* 7.
8 Perperam itaque autumant nonnulli Doctores ex
Rota *in deciſ.* 240. *num.* 17. coram Ludoviſ. *& deciſ.*
444. *num.* 15. *par.* 5. *rec.* quòd per ſolam electionem
validum, & plenum jus adminiſtrandi, & in Præla-
tura electo acquiritur; per confirmationem verò ni-
hil novi juris tribuitur, ſed acquiſitum ſolummodo
laudatur, & approbatur, ut exinde in exercitium li-
berè deduci valeat, ex theorica Gloſſ. *in canon. quan-*
do 10. *diſt.* 63. ibi: *Si quæras quale jus acquiratur*
electo per electionem, dico quod jus Prælaturæ, & jus
adminiſtrandi, ſed non exercitium Prælaturæ, & ad-
miniſtrationis; per confirmationem nihil acquiritur,
ſed tantum exercitium. Siquidem hæc opinio expreſ-
sè adverſatur receptiſſimis regulis Juris Canonici,
quòd ſcilicet electus non confirmatus neque eſt Præ-
9 latus, neque dicitur habere Prælaturam, ut apertè
elicitur ex *cit. cap. noſti*, *& cap. generaliter de elect.*
& facit *cap. cum in illis §. illis de præb. in* 6. Ob
mortem electi non confirmati non viduatur Eccleſia,
neque vacat Prælatura; ſive per ſimplicem electio-
nem non conſummatur vocatio, nec per mortem ele-
cti non confirmati nova inducitur, ſed ſemper durat
prima uſque ad confirmationem, ut ex *Clem.* 1. *ver-*
bo collatio ut lite pend. dicit Lotter. *de re benef. lib.* 2.
10 *quæſt.* 18. *num.* 38. Paſſerin. *loco cit. num.* 8. Item per
obitum electi in Curia, qui non eſt confirmatus,
Beneficium non vacat in Curia, Garzias *de Benefic.*
par. 4. *cap.* 3. *num.* 6. Tambur. *de Jur. Abbat. in cit.*
diſp. 6. *quæſt.* 1. *num.* 21. & Rota *in cit. dec.* 6. *num.*
2. Et tandem electus ante confirmationem poteſt in
manibus non ſui ſuperioris renunciare, ut mirificè
probatur ex *cap. inter corporalia de translat.* & ibi
Gloſſ. *verbo confirmatus*, *& verbo poſt*, & firmatur
in cit. deciſ. 6. *numero* 1. *& deciſ.* 8. *numero* 3. *de Ju-*
repatr. in novis.
11 Certum autem eſt, quòd ſi electio conferret jus
plenum in Prælatura, quod idem eſt ac dicere, tri-
bueret Prælaturam ipſam, electus contra adducta ju-
ra propriè dici poſſet Prælatus, per ejuſdem mortem
viduaretur Eccleſia, & vacaret Beneficium, & tan-
dem juri ſuo nonniſi in manibus Superioris, qui eun-
dem poſſet invitum deſtituere, validè renunciaret,
ut notat Gloſ. *in Clem. unica de renunc. verbo mani-*
bus in fine; Gloſſa autem allegata in *cit. cap. quanto*,
& Rota *in cit. deciſ.* 240. *coram ſan. mem. Gregorii*
XV. ubi firmat, quòd electio eſt potentior confirma-
tione, & per ipſam plenum jus acquiritur, benignè
interpretari debent, juxta ſenſus ſæpè *cit. deciſ.* 6. *nu-*
12 *mero* 2. ibi: *Nec obſtat Gloſſ. ordinaria in cap. quan-*
to, ubi tenet, quòd per ſolam electionem canonicam
ante confirmationem acquiritur electo jus in re in dicto
Beneficio, quod intelligo in re jus acquiri, ſcilicet jus
proſequendi electionem, & non tale jus, quale acqui-
reretur poſt confirmationem: Et quòd in noſtris ter-
minis procedat præfata *dec.* 240. firmavit Rota *in de-*
ciſ. 518. *num.* 9. *par.* 19. *rec.* ibi: *Et electus acquirit*
jus ad Prælaturam ex ipſa ſola electione, in quibus
terminis loquuntur Textus in cap. cum inter il 3. *de*
elect. & Rota coram ſan. mem. Gregorio XV. *deciſ.*
240. & id dixit Card. de Luca *de benefic. diſc.* 71. *nu.*
16. *&* 17. ubi quòd tantùm electus habeat jus ad
rem, cùm poſſit ex juſta cauſa confirmatio denega-
ri, non autem jus in re; & verè *cit. deciſ.* 240. co-
ram Ludoviſio, *&* 444. *par.* 5. *recent.* procedunt fir-
mando concluſionem, quòd per regulam Cancella-
riæ reſervatoriam Beneficiorum non ſolùm cadant
ſimplices confirmationes, quæ fierent ab Epiſcopis,
ſed etiam ipſæ electiones, ut declarat ultima *deciſio*
numero 20. *&* 21. Hæc enim eſt differentia inter ele- 13
ctionem, poſtulationem, & confirmationem, quòd
prima dat jus ad rem, ut ex quadam juſtitia confir-
mator, juſta non exiſtente cauſa contraria, eam con-
firmare debeat, imò poteſt appellare electus; ſecun-
da verò nullum jus tribuit, cùm tantùm contineat
preces pro proviſione factas Superiori; tertia autem
jus ad rem deducit ad eſſe in re, ut bene Card. de
Luca *de regul. diſc.* 13. *numer.* 7. *& ſeq.* Barboſa *voto*
deciſ. 15. *num.* 42. *& cap. ſi electio* 26. *numero* 3.
de elect. in 6. Hinc Epiſcopus Regularis liberatur ab 14
obedientia Superioris Regularis non à die electionis,
ſed confirmationis, quia tunc dicitur Prælatus, Paſ-
ſerin. *de ſtatu hom. tom.* 1. *quæſt.* 185. *artic.* 8. *nume-*
ro 277.
Hujuſmodi autem electionis confirmatio ab imme- 15
diato Superiore electi peti, & impartiri debet, niſi
ſpeciali jure, vel conſuetudine aliter cautum ſit ex-
preſsè ex *capit. nihil §. cæterum de elect.* adeout jure
communi inſpecto, in ſerie Prælatorum Epiſcopus
electus confirmari debeat à Metropolitano, Metro-
politanus à Primate, Primas à Patriarcha, hic verò
à Summo Pontifice, qui immediatè confirmatur à
Deo, ut colligitur ex *can. in nomine Domini diſt.* 24.
can. quoniam diſt. 100. *cap. cum dilectus* 32. *de elect.*
cap. cupientes in princip. de elect. in 6. Huic tantùm 16
regulæ non ſubjacet Summus Pontifex, qui quem-
cumque electum ſive mediatè ſive immediatè ſibi
ſubjectum confirmare poteſt, cùm ob pleniſſimam
poteſtatem, quam in beneficialibus habet, concurrat
in juriſdictione cum quolibet inferiori, *can. ad Ro-*
manam 2. *quæſt.* 6. *can. cuncta per mundum* 9. *qu.* 3.
Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 1. *à n.* 32. *&* §. 2. *&*
per tot. & in noſtris terminis firmant Tamburin. *cit.*
diſp. 6. *quæſt.* 2. *nu.* 1. *cum ſeqq.* Murga *ad cit. Conſt.*
6. *num.* 745.
Non eſt autem prætereundum, quòd hodie pror- 17
ſus ceſſant, quæ de confirmatione Epiſcoporum,
Archiepiſcoporum, Patriarcharum ex Jure Decreta-
lium dicunt DD. nam ex regula 2. aliàs 3. Cancella-
riæ earundem inſtitutio ad Sedem Apoſtolicam fuit
generaliter reſervata. Si quæ autem privilegia nomi-
nandi Epiſcopos à Pontificibus fuerunt aliquibus Re-
gibus, & Principibus conceſſa; ſive per concordata
Nicolai V. ut in ejus *Conſtitutione* 1. in Germania an-
tiqua forma Juris Canonici in eligendis ejuſdem Præ-
ſulibus à Capitulo, & Canonicis ſervatur, tunc qui- 18
dem ex particularibus reſervationibus in eiſdem privi-
legiis, & concordatis expreſſis, ad Sedem Apoſtoli-
cam pertinet hujuſmodi nominatos, aut electos con-
firmare, & inſtituere, ut notant Barboſa *de Epiſcop.*
part. 1. *tit.* 1. *cap.* 4. *numer.* 6. Paſſerin. *de elect. cap.*
32. *numer.* 70. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.*
39. *quæſ.* 1. Quapropter licèt attenta diſpoſitione ju- 19
ris communis, confirmatio electionis reſpectu ad
confirmatorem ſit actus juſtitiæ, & neceſſitatis,
adeout concurrente validitate electionis, & nihil ſit
quod electum impediat, non poteſt eundem non
confirmare, cùm electus ex jure valido ad Prælatu-
ram ex electione acquiſitum, ut diximus, judiciali-
ter eam proſequi poſſit, ex Textu in *cap. cum inter*,
& cap. poſtquam de elect. & ultra DD. ſupracitatos
firmat Barboſa *in dicto Voto* 4. Rota *in dec.* 240. *num.*
10. *& ſeq.* coram Ludoviſ. *& in deciſ.* 615. *numer.* 1.
coram Seraphino, & latè *in dec.* 530. *&* 546. co-
ram Pamphil. Attamen hujuſmodi Pontificiæ confir- 20
mationes in vim concordatorum ſunt prorsùs inde-
pendentes ab electione, adeout Papa ſi nolit electum
confirmare, poſſit aliam digniorem perſonam ad Epiſ-
copatum vacantem aſſumere, quo ſtante patet ſatis
debile ac infirmum jus ex hujuſmodi electionibus ele-
cto acquiri, ut advertit Rota *in Salisburgen. Canoni-*
catus, quæ eſt *dec.* 518. *nu.* 9. *cum ſeq. par.* 19. *tom.*
2. *recent.*

In om-

Digitized by Google

In omnibus verò electionibus non comprehenſis
in ſpecialibus regulis, & conſuetudinibus, militant
inconcuſsè, quæ ex diſpoſitione Juris communis ſu-
21 pra firmavimus. Unde benè diximus *tomo 1. ad Con-
ſtit. 2. Eugenii III. ſect. unica nu. 53. cum ſeqq.* quòd
Abbates Regulares, dummodo non fuerint exempti
tanquam Prælati inferiores, ab Epiſcopo confirmari
debent; quòd ſi ab ejuſdem juriſdictione exempti
fuerint, & immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubjiciantur,
à Summo Pontifice, ſive ejus Legato privativè quoad
22 alios ſunt confirmandi. Eodem ſiquidem themate re-
tento, dici debet de Abbatiſſis; cùm etenim Conci-
lium Tridentinum nihil de earundem confirmatione
decernat, eandem reliquiſſe cenſetur faciendam juxta
diſpoſitionem *cap. indemnitatibus §. 2. de elect. in 6.*
Quapropter ſi Monaſterium Monialium non fuerit
exemptum, ejuſdem Abbatiſſa ab Ordinario confir-
mari debet; quòd ſi exemptum fuerit, à Summo
Pontifice, ſive ejus Legato eſt confirmanda; & tan-
23 dem ſi Monaſterium Regularibus ſit ſubjectum, ad
Superiorem Regularem ejuſdem confirmatio ſpectat,
ut diſtinguendo firmant ex *cap. Monachi de ſtatu
Monachor. Abbas ibid. nu.* 10. Miranda *de Sac. Mo-
nialibus tom. 2. quæſt. 23. artic. 32. concl.* 3. Paſſerin.
de elect. cap. 40. num. 93. Azor. *inſtit. moral. par.* 1.
lib. 13. *cap.* 10. *quaſ.* 2. Tamburin. *de jur. Abbatiſſ.
diſp.* 29. *qu.* 1. ubi refert Sacram Congregationem Con-
cilii declaraſſe, Conſtitutionem Greg. XV. de exem-
ptorum privilegiis, per illa verba: *Poſſit Epiſcopus
una cum Superioribus Regularibus Abbatiſſarum, &
Prioriſſarum electionibus per ſe, vel per alium intereſ-
ſe, ac præſidere,* jus confirmandi Abbatiſſas minimè
fuiſſe Epiſcopis per ſupradictam Conſtitutionem at-
tributum.

24 Propiùs autem ad terminos noſtræ Conſtitutionis
deſcendendo, certum eſt, quòd Generales Ordinum
exemptorum, cùm immediatè Sanctæ Sedi ſubjician-
tur, à Summo Pontifice, vel ejus Legato à Latere
confirmari deberent, ad terminos Textus in *cap. ſi
Abbates, & cap. cupientes de elect. in 6.* & probant
Paſſerin. *de elect. cap. 33. num. 71. & cap. 35. num.*
41. Tamburin. *cit. diſp. 6. qu. 2. numer.* 3. Cherubin.
jun. *ad hanc Bullam ſchol.* 1. Cucch. *inſtit. Canon.
lib. 4. tit. de confir. num.* 13. Samuel *de elect. tract.* 1.
25 *diſp. 8. controv. 2. concluſ. 1. &* 6. Verùm ex cauſis,
quarum ſupra meminimus, hodie indiſtinctè ferè om-
nes Generales, vel ex tacita permiſſione Summi Pon-
tificis, vel ex ſpecialibus privilegiis, aut tandem his
deficientibus per generales communicationes privile-
giorum, ſtatim atque ſunt canonicè electi, confir-
mati cenſentur, & illicò pleniſſima auctoritate, ju-
riſdictione, & adminiſtratione, ſupra totum Ordi-
nem potiuntur, ut advertunt Murga *ad citat. Conſt.*
6. *num.* 746. Tamburin. *loco citat. num.* 3. Paſſer. *cit.
cap. 33. nu. 71. & cap. 36. num.* 40. Lezana *part. 1.
cap. 15. nu.* 35. Rodriquez *tom. 2. quæſt. regul. quæſt.*
52. *art.* 3. Samuel *de elect. loc. cit.*

26 His quidem ſpecialibus privilegiis inter alios po-
tiuntur Fratres Min. Conventuales S. Franciſci ex
Brevi Alexandr. IV. ſub datum 4. Nonas Octobris
1255. confirmato à Clemente IV. in præſenti Conſti-
tutione §. 1. ibi: *Ut ſucceſſoribus tuis fili Generalis
Miniſter, qui erunt pro tempore, ſtatim poſtquam
electi ſecundum Regulam, & Conſtitutiones fuerint,
ſupradicti eo ipſo veri ipſius Ordinis Generales Mini-
ſtri effecti curam animarum Fratrum ipſius Ordinis
plenè habeant, & liberè gerant, ipſoſque Fratres au-
ctoritate propria ligare, ac ſolvere, necnon in eodem
Ordine agere valeant;* & refert P. de Gubernatis *in
ſuo Orbe Seraphico tom. 1. cap. 3. de elect. Miniſtri
Generalis pag. mihi 5. col.* 2. Similibus item privile-
giis fruuntur Generalis Ordinis Prædicatorum ex
conceſſione Gregorii XI. *in Conſtit.* 7. Generalis Ere-
mitarum S. Auguſtini ex Conſtitutione Sixti IV. Ge-
neralis Ordinis Carmelitarum ab Alexandro IV. &
Sixto IV. Miniſter Generalis Ordinis Minimorum
ex *Conſt. 2. Julii II.* & Generalis Societatis Jeſu ex
Privilegio Pauli III. & Generalis Ordinis Capuccino-
rum ex Bulla Pauli V. Item & Miniſter Generalis Or-
dinis Monachorum Ciſtercienſium ex Privilegio Eu-
genii IV. Generalis Congregationis Vallis-Umbroſæ
à Paulo III. & tandem aliis poſthabitis, Generalis
Monachorum Congregationis Cœleſtinorum, à S.
Cœleſtino V. & Benedicto XI. ut referunt Lezana
tom. primo par. 1. cap. 15. num. 35. Paſſerin. *de elect.
dicto cap. 36. nu.* 40. Tamburin. *loco cit. nu.* 3. Mur-
ga *ad cit. conſt. 6. num.* 746. Rodriquez *cit. quæſt.* 52.
artic. 2.

Quamvis autem in ſequelam ſententiæ ſupra firma- 27
tæ, confirmatio in electionibus undequaque ſit ne-
ceſſaria, cùm per ipſam tribuatur electo jus validum
in re, & ſine ipſa electi nulliter procedant tamquam
abſque juriſdictione; attamen Summi Pontifices ſu-
pradictis Generalibus Miniſtris benè concedere potue-
runt, quòd ſtatim atque electi fuerint, conſequantur
juriſdictionem, & adminiſtrationem, & quidem ex
vi meræ electionis, ſeu ſanciendo, quòd electio ipſa
ſit confirmatio, vel quòd habeat vim confirmationis,
ut advertunt Paſſerin. *in cit. cap. 33. num.* 10. Rodri-
quez *cit. quæſt. 52. art.* 3.

Quò verò ad confirmationem aliarum electionum 28
Superiorum Regularium quamvis exemptorum ſer-
vanda eſt forma inducta ex *cit. cap. nimis*, quòd ſci-
licet electi confirmari debeant ab immediato Supe-
riore. Hinc eſt quòd Priores Conventuales, ſive
Clauſtrales electi confirmantur à Provincialibus,
Provinciales verò à Generalibus, ut memorant Paſſe-
rin. *dict. cap. 33. n.* 73. Donatus *in praxi regul. par.
3. tract. 7. quæſt.* 1. Sylveſter *verbo confirmatio numer.*
4. Rodriquez *cit. loco*, Cardin. de Luca *adnot. ad
Conc. Trid. diſc. 37. num. 5. & ſequ.* ubi alii diſcur-
ſus notantur, & *diſc. 13. de regul.* ubi quòd in Reli-
gione Prædicatorum confirmatio per Generalem quo-
ad alios Miniſtros non eſt neceſſariò danda, ſed ad
ſui libitum; quod eſt ſpeciale, cùm regulariter, ut
dixi, ſit actus juſtitiæ, ſi non adſit cauſa. Cùm verò 29
Superiores Regulares ſubalterni, juxta Ordinis ſtatu-
ta, aliter quàm per electionem provideantur, ſed à
Provinciali, vel Generali inſtituantur in officio,
tunc nulla confirmatione indigent, ut de Cuſtodi-
bus, & Guardianis Ordinis Minorum S. Franciſci
ſtatuit Clemens IV. in præſenti *Conſtit.* §. 4. & me-
minit Rodriquez *loco citat.* & quidem ſummo jure,
nam cùm electio fiat à Superiore, ad quem pertinet
jus confirmandi, tunc eo ipſo, quòd eligit, ſeu in-
ſtituit, confirmare cenſetur; unde communiter dici-
tur, quòd inſtitutio habet vim confirmationis, ex
Gloſ. *in cap. 1. verbo proviſionem, cap. ut circa ver-
bo electiones de elect. in 6.* & latè firmant Abbas *in
cap. poſt electionem num. 3. de conceſſ. præbendæ*, Si-
giſmund. à Bononia *de elect. dub. 119. num.* 6. Tam-
burin. *in cit. diſp. 6. numero 4. cum ſeq.* & Rota *poſt
eundem* Tamburin. *deciſ. 25. num.* 12. ubi etiamſi ju-
re devoluto electio à Superiore fieri contigerit.

CONSTITUTIO V.

CLEMENTIS IV.
incipiens (*Venerabilibus Fratribus.*)

EPITOME BULLÆ.

CLEMENS MINISTRO, ET FRATRIBUS Hoſpitalis S. Lazari.

PRælatis quibuſcumque ſub pœna excom-
municationis præcipit hìc Papa, quòd
Fratribus Militibus S. Lazari Leproſos col-
ligere,

Digitized by Google

ligere, & ad eorum habitationes unà cum eorundem bonis aſportare permittant.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Fratres Hoſpitalis S. Lazari prohiberi non poſſunt à collectione Leproſorum.*
2 *Inſtitutum curandi Leproſos quàm ſit pium, & charitativum.*
3 *Leproſi omnium morborum maximo laborant, & perpetuò fuerunt abominabiles.*
4 *Apud omnes Gentes Leproſi arcentur ab humano commercio.*
5 *Idemque jure Divino ſancitum extat.*
6 *Similiter idem ſervavit Eccleſia Catholica, præſertim quoad eos, qui lepram ex peccato contraxerant.*
7 *Vicini poſſunt licitè Leproſos expellere.*
8 *Leproſi expulſi à Civitate, manere non poſſunt in ſuburbiis.*
Nomine Civitatis regulariter veniunt ſuburbia. Ibidem.
9 *Moniales lepra laborantes an poſſint expelli à Monaſterio. Remiſſivè.*
10 *Leproſi humari debent in ſepulturis ſeparatis.*
11 *Leproſi arcentur ab Ordinibus, & ſunt irregulares.*
12 *Lepra ſuperveniens quatenus ſit cauſa ſuſpendendi ab exercitio Ordinum.*
13 *Epiſcopus, vel Parochus non privantur cura habituali ob Lepram, ſed eis dandus eſt Coadjutor.*
14 *Leproſi poſſunt ſibi conſtruere Eccleſiam, nec tenentur Parocho ad decimas.*
15 *Eleemoſynas voce quærere cur Leproſis prohibitum.*
16 *Cura Leproſorum, antequam inſtitueretur Ordo Fratrum S. Lazari, erat penes Epiſcopum.*
17 *Leproſis proprias Eccleſias, & Cœmeterium habere permittitur, nec ad decimas tenentur.*
18 *Exemptio à ſolutione decimarum cur Leproſis conceſſa.*
19 *Exemptio à decimis non competit Hoſpitali, in quo non ſolùm Leproſi, ſed etiam alii curantur.*
20 *Matrimonium contrahere Leproſis permiſſum eſt.*
21 *Pro contrahendo Matrimonio, non corporis, ſed mentis ſanitas requiritur.*
22 *Matrimonium ob lepram non ſeparatur, & Conjux ſanus Conjugi leproſo debitum reddere tenetur, & num. ſeqq.*
23 *Conjux non tenetur cohabitare cum vita & ſalutis periculo.*
Mulier ob luem veneream divertere poteſt à viro. Ibidem.
24 *Lepra eſt morbus contagioſus, & peſti ſimilitis.*
25 *Lepra poteſt eſſe cauſa divortii, aut ſeparationis thori, ſed non ſemper.*
26 *Sponſalia etiam jurata diſſolvuntur per lepram ſupervenientem.*
27 *Juramentum ſortitur naturam contractus, cui accedit.*

1 UT expeditiùs Milites S. Lazari proprium munus
Hoſpitalitatis, & curationis Leproſorum ex-
plere valeant, ſuam fert opem Clemens IV. in præ-
ſenti Conſtitutione edita Viterbii nonis Auguſti 1265,
in qua ſub pœna excommunicationis præcipit ne à
2 Collectione Leproſorum præpediantur: munus ſanè
dignum, quod omni favore proſequatur, cùm in
miſeram hominum conditionem charitativè vacet,
qui ab omnibus deſtituti, quocunque humano con-
ſortio & conſolatione orbantur, & ut ita dicam,
quibus omne charitatis, & miſerationis officium Di-
vinis, & humanis legibus contribuere impeditur.
Leproſi namque omnium morborum maximo la- 3
borantes, ut lepidè dicitur:

Eſt lepra ſpecies Elephantiaſiſque vocatur,
Quæ cunctis morbis major ſic eſſe videtur,
Ut major cunctis Elephas animalibus extat.

Nedum miſerabiles, ut eorum fert conditio, haben-
tur, verùm opprobrium abominationis apud omnes
Gentes ſemper fuerunt; cœlitus enim percuſſi, &
Deo inviſi, & maledicti credebantur, teſte Herodo-
to *lib.* 1. & Grammat. *in deciſ.* 56. *num.* 6. ubi ait,
quòd lepra maledictio Dei cenſeri debet; unde eſt,
quòd moribus, & legibus omnium Populorum Le- 4
proſi extra Civitates projiciuntur, & ab omni huma-
no conſortio arcentur, adeo quòd plerumque tranſ-
portari appellantur apud Caſſiod. *lib.* 10. *epiſt.* 30. ſic
in ſacra pagina legitur Job, quia leprà percuſſus erat,
in ſterquilinium extra Civitatem ejectum fuiſſe, & de
Judæorum, Idumæorum, & Babiloniorum moribus
in expellendis Leproſis, plenè ſcribit Beyerlinch. *in
Theatro verbo Lepra*, Philippus Camerarius *horar.
ſucceſiv. cent.* 2. *cap.* 74.
Verùm non tantùm legibus hominum afflictio af- 5
flictis Leproſis adjicitur, ſed etiam jure Divino tan-
quam deteſtabiles habiti ſunt; legitur enim *cap.* 13.
Levitici, quòd Leproſus inter immundos, & conta-
minatos reputandus eſt, & à converſatione homi-
num ſeparatus extra Caſtra ſolus habitare debet. Un-
de *Num. cap.* 12. Maria cùm lepra percuſſa fuiſſet,
quia contra Moyſem murmuravit, à Populo ſeparata
fuit, & extra Caſtra ejecta; & *Paralipom. cap.* 26.
cùm Ozias præſumpſiſſet incenſum adolere, ſtatim
orta eſt lepra in fronte ejus ſuper Altare Thimiama-
tis, & Sacerdotes feſtinanter expulerunt eum de Tem-
plo, & habitavit in domo ſeparata, relicta admini-
ſtratione Regni Joatham filio ſuo.
Nec quidem in Eccleſia Catholica, alioqui pia 6
Matre, & in qua miſerabiliores majorem conſequun-
tur miſericordiam, Leproſi meliori conditione effecti
fuerunt; ex generali enim conſuetudine in primitiva
Eccleſia ab hominum conſortio extra Urbes ſegrega-
bantur, *Conc. Lugdun. II. can.* 6. nec cum cæteris fi-
delibus orabant, & convivia celebrabant, ex *Concil.
Vormat. can.* 31. & Carolus Magnus in *Capitul. cap.*
20. expreſsè Leproſis interdixit cum Populo Chriſtia-
no ſe immiſcere: ulteriùs inter Energumenos, &
excommunicatos referebantur, ex *Can.* 17. *Conc. An-
cyran.* quod tamen intellige de his, qui lepram per
peccatum contraxerunt, ut optimè ſentit Gonzalez
in cap. cum dicat numero 2. *verſ. nec obſtat de Ec-
cleſ. ædif.*
Quinimò etiam in noſtra tempeſtate ex generali 7
conſuetudine Jure Canonico approbata, Leproſi à
communione hominum ſeparantur, adeout à vicinis
poſſint licitè expelli, *cap.* 1. *de conjug. Leproſi*, &
ibi Gloſ. *verbo ſeparentur, & in cap.* 1. *verſ. expel-
lant de uſuris in* 6. Abbas *in eodem cap.* 1. *de conjug.
Leproſ. num.* 2. Fagnan. *in cit. cap. de rectoribus num.*
2. & ex Cæpolla *de ſervitut. ruſtic. præd. cap.* 9. *nu.*
21. firmat Campanil. *in diverſor. Jur. Can. rubr.* 11.
cap. 17. *numero* 153. Leproſi autem extra Civitatem 8
ejecti nec quidem in ſuburbiis habitare poſſunt, no-
mine enim Civitatis etiam ſuburbia veniunt *in cap. ſi
Civitas* 17. *de ſent. excomm. in* 6. ubi ſancitur, quòd
in interdicto Civitatis ſuburbia comprehenduntur, &
in terminis Leproſorum firmant Bald. *in cap. ſignifi-
cavit* 36. *de reſcriptis*, Brun. *de Heret. cap.* 2. *num.*
12. *lib.* 6. & ex his Cherubin. Junior. *ad hanc Bullam
ſchol.* 2. Nunquid verò Moniales hoc morbo infectæ 9
expelli poſſint à Monaſterio, adeout Lepra ſit juſta
cauſa Monialibus vincula clauſuræ rumpendi, dicam
infra, ubi de legibus clauſuræ diſſeram, & ſpeciali-
ter *in Conſt. declaratoria Conſt.* 8. *Pii V.* incip. *Deco-
ri*, ubi expreſsè, & principaliter de lepra fit men-
tio, cujus Conſtitutionis ad hunc effectum memine-
runt Gonzalez *in cap. literas num.* 5. *de conjug. Le-*

proſ. &

Digitized by Google

proſ. & Fagnan. *in cap. de rectoribus num.* 3. *de Clerico ægrot.* & interim ad materiam vide Gibalin. *de Clauſura diſq. prima* §. *numero* 30. Sebaſt. Sotum *in tract. de Inſtr. ob quas Moniales exire poſſ. à Clauſtris*, Zacchiam *quæſt. Medico legal. lib.* 8. *tit.* 3. *qu.* 1. *cum ſequen.*

Quia igitur cum Leproſis in vita communicare eſt
prohibitum, ita nec eſt communicandum in morte,
ut deducit Abbas *antiqu. in cap. Sacris de ſepult.*
10 quamobrem Leproſi ſepeliri non debent in ſepulturis,
ſive Cœmeteriis, in quibus alii Chriſtiani ſepeliuntur, ut firmat Abbas Panormit. *ibid. numero* 6. & *in cap. cùm dicat num.* 2. *de Eccleſ. ædif.* Quamvis enim ratio prohibitionis communicandi cum Leproſis ceſſare videatur, ex quo non ſit timendum, quòd eorundem contactu corpora mortuorum inficiantur; attamen, ut idem Panormit. proſequitur, ab hac opinione non eſt recedendum, cùm ſemper ſit timor infectionis aeris, & quia optimè probatur ex *cap. cum dicat de Eccleſ. ædific.* ubi permittitur Leproſis habere ſeparatas Eccleſias, & Cœmeteria, ut infrà dicam; fruſtrà enim propria permitterentur, ſi in communibus ſepeliri poſſent.

11 Hinc tandem jus quoque Canonicum Leproſos valdè abhorret, eiſdem enim propter abominationem Sacris Ordinibus initiari interdicit in *cap.* 3. *de corpore vitiatis, cap. de rectoribus, & cap. tua nos de Cleric. ægrot.* ubi Gloſ. unde ait Zacchias *cit. lib.* 8. *tit. primo quæſt.* 21. *numero* 3. quòd lepra nunquam tam levis morbus eſt, quin & turpitudine, & contagio, & incurabilitate, & incommodo ſanitatis non ſit adeò inſignis, ut ea infectus ab irregularitate poſſit dici immunis, vel ut probat Campanil. *in cit. cap.* 17. *numer.* 163. leproſum irregularitatem incurrere, tum quia dicitur corpore vitiatus ex *can.* 2. *diſt.* 49. & firmat Archid. *ibidem num.* 14. tum etiam quia ſcabioſus ad luxuriam proclivis jure præſumitur, adeout nequeat eſſe hortator virginitatis, ut dicit Specul. *tit. de diſpenſ.* §. *juxta num.* 4. & 5. Majol. *de Irregul. cap.* 18. *verſ. ad lepram*, & mirificè proſequitur idem Gregorius *in cit. can.* 2. *verſ. Jugem vero ſcabiem.* Quibus itaque ſtantibus, leproſos proculdubio irregulares eſſe, nec cum eiſdem niſi ex magna cauſa diſpenſandum eſſe, concludunt Campanil. *in cit. cap.* 17. *num.* 163. Majol. *de Irregularitate lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 1. Gibalin. *eodem tract. cap.* 3. *conſect.* 7. *num.* 20. Bellet. *diſq. Cleric. part.* 1. §. 7. *numero* 34. Barboſa *de poteſt. Epiſc. par.* 2. *alleg.* 42. *numero* 49.

12 Quinimò ſi jam Sacris Ordinibus initiatus lepra maculatus fuerit, tunc propter ſcandalum ad Sac. Miniſterium peragendum admitti non debet, potiſſimè ſi inſigni laboret deformitate; cùm ſi non ita invaluerit, & manus aliaque membra impedita ad celebrandum non habeat, occultè, vel etiam publicè, aliis dumtaxat leproſis præſentibus celebrare non prohibetur, ut utar ſenſibus præcit. DD. quibus adde Raguſ. *de celeb. Miſſ. quæſt.* 18. *num.* 1. Silveſt. *ver. corpore vitiatus num.* 5. *verſ.* 7. Henriquez *in ſumma libr.* 14. *cap.* 8. §. 8. Sayr. *de Cenſur. libr.* 6. *cap.* 9. *num.* 9. Itemque Clerico leproſo interdici poteſt ingreſſus Eccleſiæ, cùm abſque ſcandalo ingredi non poteſt, ut dicunt Abbas *in cit. cap. de Rectoribus nu.* 3. & 4. Fagnan. *ibidem num.* 3.

13 Epiſcopus verò, vel Parochus lepra percuſſi provideri debent de Coadjutore, qui de facultatibus Eccleſiæ ſuſtentari debet, ut eſt Textus *in cap. tua nos, & cap. de Rectoribus de Clerico ægrot.* Itaque privari, ſive removeri non debent à Prælatione, verùm penes ipſos habitualis Cura, vel juriſdictio remanet, exercitium verò penes Coadjutorem, quod latè probant Abbas, Fagnan. & Barboſa *in cit. cap. de Rectoribus*, Pariſ. *de reſignat. lib.* 5. *quæſt.* 6. *num.* 17. *cum ſeq.* Gibalin. *loc. cit.* Garzias *de benef. part.* 4. *cap.* 5. *num.* 6. Campanil. *loco cit. numero* 154. *cum ſeqq.* ubi etiam aſſerit, Parochum leproſum poſſe, attenta diſpoſitione *Bullæ* 58. *B. Pii V.* incip. *Quanta Eccleſia*, coram Ordinario liberè reſignare, quamvis non debeat cogi invitus; & nos latiùs de hujuſmodi Coadjutoribus dandis Parochis ſenio vel morbo confectis, in propria ſede opportunè dicemus.

His itaque in abominationem lepræ à jure Cano-
nico diſpoſitis, non eſt verum, quòd in afflictione ſua
leproſos conſolari deſinat; hujus quidem pietatis ſpe-
cimen habetur in *cap. cum dicat de Eccleſ. ædif.* de-
ſumpto ex *Conc. Lateran. ſub Alexand. III. cap.* 23.
in quo præmiſſo ex *Apoſtolo* 1. *ad Corinth. cap.* 7.
abundantiorem honorem membris infirmioribus de- 14
ferendum, quia leproſis, ut ſupra diximus, etiam
in ſpiritualibus converſatio hominum eſt interdicta;
ideò de benignitate Sedis Apoſtolicæ conſtituitur,
ut ubicumque tot ſimul leproſi ſub communi vita
fuerint congregati, quòd Eccleſiam ſibi conſtruere,
& proprio gaudere valeant Sacerdote abſque præjudi-
cio jurium Parochialium; & ulteriùs ibidem ſtatui-
tur, quòd de hortis, & nutrimentis animalium ſuo-
rum decimas tribuere non cogantur. Patet itaque,
quòd leproſi in eorum neceſſitatibus Chriſtiana pieta-
te ſuccurri debent. Eiſdem verò voce eleemoſynas 15
quærere fuit prohibitum, forſan quia aerem infici eo-
rum alitu timebatur; conſtat autem crepitaculo li-
gneo eoſdem mendicare ſolviſſe, ut ſcripſit Gerbran-
dus *in Chron. Belg. lib.* 4. *cap.* 11. ibi: *Ante Comitis*
Amelii Curiam cum tabulis leproſorum percuteret, Co-
mes audiens, dixit cuidam ſervo ſuo: panem, & car-
nes accipe, & Romanum ſciphum optimo vino imple,
& defer illi infirmo; ex quo notat Gonzalez *in cit.*
cap. cum dicat in fine, inde derivatum probabiliter eſ-
ſe, quòd eleemoſynarii Hoſpitalium noſtrorum Mili-
tum S. Lazari, & S. Antonii, tabula, vel campanula
eleemoſynam quæritent.

Quia verò leproſi plerumque inhabiles erant ad 16
mendicandum, vel etiam quia, ut diximus, eorum miſera conditio ab hominibus abominabatur; ideò antequam noſtri Milites S. Lazari eorundem curam ſibi aſſumerent, & privilegiis Apoſtolicis privativè quoad alios eiſdem fuiſſet adjudicata, providè quamplurimis Conciliis ſtatutum erat, quòd Epiſcopi hujuſmodi charitativo officio ſuccumberent. In Concilio enim Aureliano V. *can.* 21. ſancitum fuit: *Et licèt propitio Deo, omnium Domini Sacerdotum, vel quorumcumque hæc cura poſſit eſſe fidelium, ut egenis neceſſaria debeant miniſtrare; ſpecialiter tamen de leproſis id pietatis cauſa convenit, ut unuſquiſque Epiſcoporum, quem incolam infirmitatem incurriſſe tam Territorii ſui, quàm Civitatis agnoverit, de domo Eccleſiæ juxta poſſibilitatem victui, & veſtitui neceſſaria ſubminiſtret, ut non eis deſit miſericordiæ cura, quos per duram infirmitatem intolerabilis contingit inopia*; & in Conc. Lugdun. ſub Pelagio II. *can.* 6. cautum eſt: *Placuit univerſo Concilio, ut uniuſcujuſque Civitatis leproſi, qui intra Territorium Civitatis ipſius, aut naſcuntur, aut videntur conſiſtere, ab Epiſcopo Eccleſiæ ipſis ſufficientia alimenta, & veſtimenta accipiant, ut illis per alias Civitates vagandi licentia denegetur.*

Et ſicut in temporalibus, ita in ſpiritualibus le- 17
proſi à Sac. Canonibus proviſi fuerunt, eiſdem permittendo, dum unà convenire vellent, ut proprias Eccleſias, & Cœmeteria cum proprio Sacerdote habere poſſint, ut in *cit. cap. cum dicat*; nunquam enim prohibitum, imò præceptum fuit, quòd Leproſis Sacramenta miniſtrentur, ut habetur in *epiſt.* 4. *Gregorii III. ad Bonifacium Mogunt. Epiſcopum*, ibi: *Leproſis, ſi Chriſtiani fideles fuerint, Dominici corporis, & ſanguinis participatio tribuatur.* Ulteriùs in *cit. cap. cum dicat*, Lepra infecti gratificati fuerunt, quòd de ſuis hortis, & animalibus ad eorum uſum deſtinatis decimas ſolvere non teneantur. Quinimò in Concilio Auxitano anno 1300. ſtatutum fuit: *Excommunicamus, & excommunicatos Provinciæ denunciari præcipimus Barones, Conſules, Bajulos, & quoſcumque, qui recluſos Leproſos ratione perſonarum, vel Patrimonii ipſorum auſi fuerint talliare,*

Digitized by Google

liare, vel aliquid pro tallia exigere ab eiſdem, quod refert *Gonzalez loco cit.*

18 Hujuſmodi autem exemptiones potiſſimè non ſolvendi decimas Leproſis recluſis, ſive coadunatis fuerunt conceſſæ, non quia Collegium Religioſorum faciant, ut dixit Innocen. *in cap. cum dicat*, vel quòd proprio Presbytero hujuſmodi præſtationes ſolvere teneantur, ut opinata fuit Gloſ. *ibidem*; ſed ſola pietatis, & miſericordiæ cauſa, ut in eodem Textu innuitur, & firmant Abbas *ibidem num. 6. &* Gonzalez *circa medium*, *&* Barboſa *in princip.* ut autem hujuſmodi privilegia Leproſis competant, de-

19 bent à quibuſcumque ſeparati communiter vivere, ut expreſsè dicitur in *cit. cap. cum dicat*. Quamobrem firmavit Rota *in Corduben. Decimarum in fine* cor. Manzanedo, quæ in ordine eſt *deciſ.* 519. replicata in *deciſ.* 493. *par.* 4. *tom.* 1. *recen.* quòd privilegium exemptionis à decimis non ſit extendendum ad Hoſpitale, in quo licèt curentur Leproſi ad illud accedentes, alii etiam Infirmi cæteris laborantes malis recipiuntur, adeoque ſit commune Leproſis cum aliis infirmis, etiam ſi Leproſi ob periculum contagii retineantur ſeparati ab aliis, cùm non per hoc videantur conſtituere corpus ſeparatum, & diſtinctum.

Hic tandem ad ornatum *tit.* 8. *lib.* 4. *Decretal. de Conjugio Leproſorum* differere non incongruit: primò, an Leproſi poſſint nubere: ſecundò, an lepra ſit cauſa ſeparationis thori, vel potiùs Conjux ſanus teneatur reddere debitum Leproſo: tertiò, an ſpon-

20 ſalia per lepram ſupervenientem diſſolvantur. Primum autem quæſitum apertè deciditur in *cap. quoniam*, *eodem tit.* ibi: *Leproſi autem, ſi continere nolunt, & aliquas, quæ ſibi nubere velint, invenerint, liberum eſt eis ad matrimonium convolare*, & firmant Abbas, & Barboſa *ibidem*; liberum ſiquidem, cùm nullo jure prohibeantur; matrimonii enim edictum eſt prohibitorium, ut quicumque non prohibentur, per conſequentiam admittantur, ut dicitur in *cap. cum apud de ſponſ.* & notat Gloſ. *in cit. cap. quo-*

21 *niam*; ſana etenim mens, non item ſanum corpus requiritur ad validè contrahendum matrimonium, ut innuitur in *cit. cap. cum apud*; quapropter licèt mentecaptus, furioſus, aliique inſanientes ex conſenſus, & deliberationis defectu nubere nequeant, ut ex *cap. dilectus de ſponſalib.* probat Præpoſitus *ibidem*, Henriquez *lib.* 11. *de matrim. cap.* 4. *num.* 3. & communiter Doctores; attamen cæcus, mutus, aliique ægrotantes licitè matrimonium contrahunt, ut eſt principalis caſus in *cit. cap. cum apud*, & ita docet latè Sanchez *de matrim. tom.* 1. *lib.* 1. *diſput.* 8. *num.* 12. *cum ſeqq.* & fusè Brunellus *de ſponſal. concluſ.* 14. *numero* 5. *&* 8. Coſtanus *eodem tract. tit. qui poſſunt contrahere ſponſalia num.* 2. qui habentur inter *tract. magn. tom.* 9. Quinimò ſi verum eſt, quod communiter dicitur, Leproſos ad luxuriam proclives eſſe, non tantùm poſſunt, ſed debent ad matrimonium confugere, juxta monitum Apoſtoli 1. *ad Corin. cap.* 7. *Melius eſt nubere, quàm uri.*

22 Ad ſecundam autem quæſtionem deveniendo, firmanda eſt regula, quòd non ſolùm lepra non præbet legitimam cauſam faciendi divortium, ſive ſeparationem Thori; verùm conjux ſanus tenetur conjugem leproſum ſequi, eique conjugali affectione miniſtrare, & exactum debitum reddere, utpotè deciditur in *cit. cap. pervenit*, *& cap. quoniam eodem tit. & in cap. quemadmodum de jurejur.*

23 Verùm quia non minùs certum eſt, quòd cum propriæ vitæ periculo, & ſaluris detrimento conjux non tenetur cum altero cohabitare, eique debitum reddere, ex D. Tho. *quæſt.* 32. *artic.* 1. Sanchez *de matrim. lib.* 9. *diſp.* 24. Pontius *eodem tract. lib.* 10. *cap.* 14. *num.* 3. Leſſius *de Juſtitia lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 13. *numero* 89. Bonacina *de Sacr. Matrim. quæſt.* 4. *num.* 6. & admiſit Rota *in deciſ.* 801. *num.* 10. *part.* 18. *tom.* 2. *& deciſ.* 49. *par.* 4. *tom.* 1. *rec.* ubi, quòd mulier divertere poteſt à Viro lue gallica infecto; Lepra autem eſt inter morbos maximus, & contagioſus, aliiſque facilè communicabilis, adeout æqui- 24
pararetur peſti, & inter alios promptiſſimè infici poſſe conjuges, ajunt Zacch. *quæſt. medico legal. lib.* 7. *tit.* 3. *quæſt.* 5. *num.* 1. Francaſtor. *lib.* 2. *de morbo contag. cap. ult.* Unde ne ex elicita regula, antinomia in hac hypotheſi efformetur, declaranda eſt cum ſenſibus Rotæ *in cit. deciſ.* 49. *num.* 4. *& deciſ.* 815. *num.* 15. coram Buratto, quòd ſcilicet, licèt regulariter ſit vera, non tamen procedit, ſi Lepra in magnum vergeret morbum, & contagioſum admodùm, ubi periculum vitæ eſſet.

Hac itaque explicatione retenta, conciliando opiniones Doctorum, qui ad extrema vergunt, omninò dicendum eſt, quòd ſecundùm varia morbi ſymptomata, aliquando Lepra erit ſufficientiſſima cauſa 25
non cohabitandi, aliquando autem ſolius ſeparationis Thori, & quandoque etiam, cùm modicæ ejuſdem malignitati lex juſtitiæ conjugalis præponderare videatur, nec ſeparationem domus, neque Thori inducere valet: quinimò, nec ad redditionem debiti impediendam ſufficiens videtur, juxta Textus ſupra allatos: & pro hac diſtinctione facere videntur Hoſtien. Abbas, & Barboſa *in eodem textu*, Sanchez *cit. lib.* 9. *diſp.* 24. *num.* 17. *cum ſeqq.* Zacchia *cit. lib.* 7. *tit.* 3. *qu.* 5. *& lib.* 9. *tit.* 10. *qu.* 4. *num.* 8. *& lib.* 3. *tit.* 3. *quæſt.* 6. ubi doctè probat, quòd ad judicandum, an lepra infici poſſit conjux ſanus, non ſolùm gravitas morbi inſpicienda eſt in infirmo, verùm principaliter attendi debet cujuſnam temperamenti conjux ſanus exiſtat; nam ſecundùm varias ejuſdem diſpoſitiones aliquando facili negotio infici poteſt, & etiam ex parvo morbo contrahere magnum; aliquando vel difficiliter, vel modicè etiam ex magno morbo inficitur.

Tertiam tandem quæſtionem pertingendo, dicendum eſt, quòd per ſupervenientem Lepram ſponſalia 26
de futuro etiam jurata diſſolvantur, ex Text. *in cap. literas de conjug. Leproſ.* & probant Abbas, & Barboſa *ibidem* multis citatis. Sponſalia enim, ſive mutua promiſſio Matrimonii tacitam hanc conditionem ad hunc effectum habent, rebus ſcilicet in eodem ſtatu permanentibus, *cap. quemadmodum de jurejur.* Unde ſi aliqua notabilis mutatio poſt factum interveniat, abſque relaxatione juramenti ipſo facto ſolvuntur; juramentum enim cùm ſortiatur naturam contractus, 27
cui accedit, *l. fin. C. de non num. pec.* in ſponſalibus ut ſupra conditionarum dicitur, & probant ex cit. Textu Molina *de juſtit. tit. de contractibus tract.* 2. *diſp.* 272. *num.* 4. *&* 5. Sanchez *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 67. Ex Lepra autem plures mutationes in Sponſo interveniunt, quarum quæque habilis eſſet ad diſſolvenda ſponſalia, ibi enim fœditas maxima ex ipſa, & turpitudo notabilis gignitur, & tandem contagium non improbabiliter urget, cujus quidem ſola ſuſpicio videtur ſufficiens ad diſſolutionem ſponſalium, etiamſi morbus levis admodum eſſet, & de facile curabilis, ut de lue gallica firmat Zacchia *loc. cit. lib.* 9. *tit.* 10. *quæſt.* 5. *num.* 13. & probavit Rota *in deciſ.* 1112. *num.* 8. *&* 9. coram Card. Seraphino, ubi concluditur, quòd ad hunc effectum ſatis videtur, quòd mulier vehementi ſuſpicione morbi gallici affecta virum abhorreat.

CON-

Digitized by Google

CONSTITUTIO VI.

CLEMENTIS IV.
incipiens (*Ad extirpanda.*)

EPITOME BULLÆ.

CLEMENS POTESTATIBUS, SIVE Rectoribus, Conſulibus &c. & Communitatibus Civitatum, aliorumque Locorum per Italiam conſtitutis.

INjungit præfatis perſonis, ut Conſtitutiones contra Hæreticos ab Innocentio IV. editas, atque ab Alexandro IV. ipſoquemet Pontifice modificatas, in eorum Capitularibus deſcribi faciant: alioquin renuentes ab Inquiſitoribus per Excommunicationem & Interdictum cogendi.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Referuntur diſpoſita in hac Conſtitutione.*
2 *Officialibus Inquiſitionis plena fides adhibetur in his, quæ ad eorum officium pertinent.*
3 *Nomine Officialium Inquiſitionis veniunt ejus Miniſtri, ſeu Satellites.*
4 *Curſoribus publicis de pertinentibus ad eorum officium deponentibus, quatenus plena fides ſit adhibenda.*
5 *Verius eſt id relinqui debere arbitrio Judicis.*
6 *Curſoribus Inquiſitionis adhibetur plena fides, dummodo non unus, ſed duo, vel tres deponant de pertinentibus ad eorum officium.*
7 *Quod procedit in cauſis levibus, non autem in gravioribus, niſi accedant alia adminicula.*
8 *Iiſdem Curſoribus adhibenda non eſt plena fides in iis, quæ ex eorum officio ſequuntur.*
9 *Similiter nec credendum eſt aliis Curſoribus publicis, niſi ad effectum torquendi reum.*

1 COnſtitutiones pro hæretica pravitate evellenda ab Innocentio IV. ordinatæ, de quibus in præſenti fit mentio, habentur in *Conſtit.* 9. ejuſdem Innocentii; & ſimiliter earundem Conſtitutionum adjectiones, modificationes, & declarationes ab Alexandro IV. factæ, habentur in *Conſtitut.* 2. ipſiuſmet Alexandri; quemadmodum & noſter Pontifex Clemens IV. præfatas Conſtitutiones, aliquibus immutatis, confirmavit in ejus *Conſtitut.* 13. Has autem Conſtitutiones ſalubriter tunc temporis pro hæreticis perſequendis ordinatas, ipſarum primus auctor Innocentius IV. in Capitularibus Civitatum, aliorumque Locorum deſcribendas eſſe juſſerat in *citat. Conſtitut.* 9. §. 39. ad hoc ut ſecundùm eorum præſcripta facilius ac vehementiùs hæreſeos labes extirparetur. Verùm quia *citat. Conſtitut.* 9. edita fuit ſolummodo pro Communitatibus Locorum Status Eccleſiaſtici, ut conſtat ex ejus inſcriptione; ideò Clemens per præſentem Conſtitutionem, anno 1265. editam, eandem ordinationem extendit ad omnes Civitates, & Loca Italiæ, jubens, ut præfatas Conſtitutiones cum ſuis modificationibus in eorum Capitularibus deſcriberent; idemque ſtatuitur infrà in *Conſtit.* 8. ejuſdem.

2 Cùm autem nullum ſpeciale, Commentario indigens, præſens Conſtitutio præſeferat, opportunè hic exponemus aliquas ex præfatis legibus, ſeu Conſtitutionibus contentis in *cit. Conſtit.* 9. *Innoc. IV.* idemque ſervabimus in ſequenti *Conſtitut.* 8. & 13. quæ ejuſdem, ſeu ſimilis argumenti ſunt cum præſenti. Et primò occurrit *lex* 5. quæ eſt in §. 7. *cit. Conſtit.* 9. *Innoc.* 4. ibi: *Officialibus verò prædictis plena fides de his omnibus adhibeatur, quæ ad eorum officium pertinere noſcuntur, ſine aliquo ſpecialiter præſtito juramento, ubi duo, vel tres, ſeu plures præſentes fuerint ex eiſdem:* Idemque iiſdem verbis repetit Clemens IV. *cit. Conſtit.* 13. §. 7. Quinam autem ſint ejuſmodi Officiales, conſtat ex eadem *Conſtitut.* 9. §. 4. ubi injungitur Poteſtatibus, & Magiſtratibus Locorum, ut duodecim viros probos, & Catholicos, & duos Notarios, & duos Servitores, vel quotquot fuerint neceſſarii, inſtituere teneantur, quos Diœceſanus, & Inquiſitores eligendos duxiſſent, de qua re, & an hodie ſervetur, vide quæ dixi ad *Conſtitut.* 2. *Alex. IV.* Munus autem hujuſmodi Officialium ſubnectitur 3 ibidem §. 5. ubi quòd poſſint, & debeant hæreticos capere, & eorum bona illis auferre, & auferri facere, eoſque ducere in poteſtatem Epiſcopi, & Inquiſitorum. Unde patet, quòd Officiales prædicti ſunt Miniſtri, ſeu Satellites S. Officii, & de his in adducto §. 7. dicitur, quòd eis plena fides ſit adhibenda in iis, quæ pertinent ad eorum officium. Super qua re duo emergere poſſunt diſcutienda: Primum, an hodie iiſdem Officialibus, ſeu Satellitibus Inquiſitionis adhibenda ſit fides in pertinentibus ad eorum officium: Secundum, an eadem fides eis ſit adhibenda in iis, quæ pendent, & ſequuntur ex eorum officio.

Quoad primum, præſciendum eſt, antiquam eſſe 4 controverſiam inter Doctores, an ſcilicet Nuncio, ſeu Curſori publico deponenti de his, quæ ad ſuum officium pertinent, fides plena adhibenda ſit, veluti ſi referat, reùm citaſſe, eumque perſonaliter inveniſſe, vel aliquem juxta Judicis pronunciatum in poſſeſſionem miſiſſe. Et licèt aliqui veriùs affirmaverint ex Textu in *cap. cum parati de appellat.* ubi Gloſ. *verb. Nuncius*, ex eo præſertim, quia Nuncio creditur non uti perſona privata, ſed uti perſona publica, & à jure probata, Bartol. *in l. divus, ff. de cuſtod. reor.* Salycet. *in leg. ea quidem, Cod. de accuſat.* Decius *in cit. cap. cum parati num.* 10. Gonzalez *cap. in omni num.* 5. *de teſtibus*, Boſſ. *in prax. crim. tit. de Nuncio num.* 12. Tiraquell. *de retract. conſangu.* §. 8. *gloſſ.* 9. *num.* 10. Alii autem negaverint, ex eo præſertim, quòd ſint perſonæ viles, ex adductis per Farinacc. *de teſtibus qu.* 56. *num.* 370. *cum ſeqq.* Com- 5 muniter tamen id Judicis arbitrio relinquitur, qui inſpecta gravitate negotii, & qualitate perſonarum, judicare poterit quanta fides his Nunciis adhibenda ſit, ut ex pluribus tenet Menoch. *de arbitr. caſu* 112. *nu.* 8. Sperell. *deciſ.* 149. *nu.* 22. Maſcard. *de probat. concluſ.* 189. *num.* 11.

Verùm hæ ambiguitates ceſſant in Officialibus, 6 ſeu Satellitibus Inquiſitionis, quibus plena fides adhibetur in pertinentibus ad eorum officium, ut in terminis *cit. Conſtit. Innoc. IV.* dixit Farinacc. *de hæreſi qu.* 188. *num.* 70. Bordon. *in Tribunali cap.* 32. *num.* 9. & faciunt adducta per Genuenſ. *in praxi cap.* 47. *num.* 2. Advertendum tamen, quòd in adducta Conſtitutione Innocentiana non ſtatuitur indiſtinctè eis adhibendam eſſe fidem, ſed *ubi duo, vel tres, vel plures præſentes fuerint ex eiſdem*. Unde ſi unus ſolus deponeret de concernentibus ad ejus officium, res eſſet judicanda juxta jus commune, præſertim quia una ex rationibus, quibus Doctores moventur ad dubitandum, an Nuncio publico adhibenda ſit fides, eſt quòd regulariter Nuncius eſt ſolus in deponendo, ut notat Menoch. *cit. caſu* 112. *num.* 3. Ulteriùs adductam Conſtitutionem Innocentianam non 7 eſſe indiſtinctè recipiendam in quibuſcumque cauſis, cenſet Farinacc. *cit. qu.* 188. *nu.* 72. quem ſequuntur Cardin. Albit. *de inconſtant. in fide cap.* 28. *num.* 50. & Carena *de offic. Inquiſit. par.* 2. *tit.* 13. §. 18. *num.* 68. ſed ſolummodo in cauſis levibus, non autem in gravioribus, in quibus eadem Conſtitutio recipere debet interpretationem à jure communi; niſi forſan

Digitized by Google

eorum depoſitionibus accedant alia adminicula, & conjecturæ, ut aliquando practicatum fuiſſe refert Farinacc. *cit. num.* 73. quemadmodum etiam Nuncio publico in actibus magni præjudicii non eſſe adhibendam plenam fidem dixerunt Doctores, quos refert Petra Genitor *ad Ritus Magnæ Curiæ ritu* 38. *num.* 6. *tom.* 1. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1115. *numero* 9. *tom.* 2.

8 Quod verò ad ſecundum, an ſcilicet iiſdem Officialibus habenda ſit plena fides in his, quæ pendent, & ſequuntur ex eorum officio, quæ dubitatio paſſim contingit circa *Conſtit.* 82. *B. Pii V.* incip. *Si de protegendis*, nempe ſi quis eximat captum è manibus Officialium Inquiſitionis, an convincatur ex dicto ipſorum Officialium ad incurrendas pœnas ejuſdem Bullæ; ſeu etiam ſi deponant ſuper alio impedimento executionis, vel injuriis eis illatis. Et eis in hoc caſu non eſſe credendum, docet poſt Farinacc. *cit. qu.* 188. *num.* 71. Cardin. Albit. *cap.* 28. *num.* 43. præſertim in cauſis, in quibus imponenda eſſet pœna gravis, Carena *cit.* §. 13. *numer.* 68. Siquidem adducta Conſtitutio Innocentiana ſolummodò ſtatuit, eis eſſe adhibendam fidem in pertinentibus ad eorum officium; nihil autem diſponit, an eis ſit credendum ſi deponant de iis, quæ conſequuntur ad officium, ut
9 notat Farinac. *cit. num.* 71. adeoque res regulanda eſt cum terminis generalibus, ut ſcilicet Nunciis, ſeu Birruariis deponentibus, non de iis, quæ ad eorum officium pertinent, ſed de his, quæ conſequuntur, credendum non ſit, niſi ad effectum torquendi reum, Farinac. *de teſtibus quæſt.* 56. *numer.* 376. Joſeph. Ludovic. *deciſ. Lucenſ.* 1. *nu.* 3. De Franchis *deciſ.* 379. ubi De Luca *num.* 2. Cartar. *deciſ.* 87. *num.* 13. Imò Nuncius deponens fuiſſe impeditum in ſuo munere exequendo, aut fuiſſe injuriis affectum, non ſolùm deponit de his tantùm, quæ conſequuntur; ſed hæc omninò extra ejus officium eſſe, aſſerit Menoch. *cit. caſu* 122. *num.* 13.

CONSTITUTIO VII.

CLEMENTIS IV.

incipiens (*Ad conſequendam.*)

EPITOME BULLÆ.

CLEMENS GENERALI, ET Provincialibus Miniſtris, ac univerſis Fratribus Ordinis Minorum.

INdulget hic Papa, quòd prope Eccleſias Ordinis Fratrum Minorum non valeat ab aliis Regularibus in paupertate fundatis, aut à Monialibus cujuſcunque Ordinis novum Monaſterium, Eccleſia, vel Oratorium intra ſpatium tercentum cannarum conſtrui, vel acquiri.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Prope Eccleſias Fratrum Minorum per ſpatium 300. cannarum non poſſunt ab aliis Mendicantibus, vel Monialibus cujuſcunque Ordinis, conſtrui Monaſteria, vel Eccleſiæ.*

2 *Idem privilegium habent Fratres Prædicatores, & Auguſtiniani reſtrictum ad 140. cannas.*

3 *Minores Obſervantes Familiæ Ultramontanæ non poſſunt per quatuor leucas fundare Conventus prope Eccleſias aliorum Regularium, aut ejuſdem Ordinis.*

4 *De requiſitis in fundatione Conventuum Regularium. Remiſſivè.*

5 *Eccleſia de jure poteſt ædificari prope aliam Eccleſiam.*

Immunitas quoad hoc conceſſa Cathedrali per 40. & aliis Eccleſiis per 30. paſſus, quomodo ſit intelligenda. Ibidem.

6 *Eccleſia non poteſt ædificari prope aliam cum hujus præjudicio.*

7 *Indicantur motiva præſcribendi diſtantiam inter Eccleſias Regularium.*

8 *Speciale eſt privilegium Ordinis Minorum, ut aliorum Mendicantium Eccleſiæ ab ejus Conventibus diſtent per 300. cannas.*

9 *Hoc privilegium quoad 300. cannas fuit revocatum, ſeu abiit in deſuetudinem.*

Privilegium diſtantiæ 140. cannarum habent Fratres Minores, aliique Mendicantes. Ibidem.

10 *Id privilegium olim erat contra alios Mendicantes, ſed hodie procedit contra Regulares cujuſcunque Ordinis.*

11 *Idem privilegium obtinent nonnulli alii Regulares non Mendicantes, qui referuntur.*

12 *Indicatur ratio concedendi hujuſmodi privilegium, quæ procedit etiam quoad Presbyteros Sæculares in communi viventes.*

13 *Idem privilegium habet Societas Jeſu, quamvis illud ſervare non teneatur paſſivè, ſeu quoad alias Religiones; & quatenus idem privilegium competat PP. Minimis.*

14 *Diſtantia 140. cannarum eſt uſu recepta, nec tollitur per non uſum in aliquibus caſibus.*

15 *Hoc privilegium abrogatum non eſt per Conſtitutionem Clementis VIII.*

16 *Locum non habet in Domibus Regularium, quæ non habent Eccleſiam publicam, aut in Seminariis.*

17 *Niſi adſit ſpeciale privilegium, etiam quoad Seminaria, & Domos religioſas quaſcunque.*

18 *An eadem diſtantia ſervanda ſit in domibus conductis, in quibus novi Regulares introducuntur.*

19 *Hoc privilegium competit aliis per communicationem, exceptis iis, quæ aliquibus ſpecialiter competunt.*

20 *Per hoc privilegium impediri non poteſt ampliatio Monaſterii, ſi jam fuerit legitimè erectum.*

21 *Secus ſi erectio non fuerit legitimè facta, vel fuit tantùm permiſſa conſtructio parvæ Eccleſiæ.*

22 *An in translatione, aut reſtauratione Conventus attendendum ſit hujuſmodi privilegium.*

23 *Diſtantia inter unum Conventum, & alterum quomodo debeat menſurari.*

24 *An eadem diſtantia competat Regularibus contra Eccleſias Sæculares.*

An idem privilegium procedat in Eccleſiis Monialium. Remiſſivè.

SEdes Apoſtolica, quæ Religionum propagationi & conſervationi tam ſedulò incumbit, omnes diſſentionum cauſas inter eas evitare ſatagit. Hinc optimo jure Clemens IV. in præſenti Conſtitutione edita Peruſii 12. Kal. Decembris anni 1265. ſtatuit, ut nulli Ordinum Prædicatorum, Pœnitentiæ Jeſu 1
Chriſti, B. Mariæ de Monte Carmelo, Eremitarum S. Auguſtini, S. Claræ, aliorumque in paupertate fundatorum, nullique Mulierum de prædictis, ſeu quibuſcumque aliis Ordinibus, liceat prope Eccleſias Fratrum Minorum aliquod Monaſterium, Eccleſiam, ſeu Oratorium ædificare, ſive acquirere, adeo ut inter eas adeſſe debeat ſpatium tercentum cannarum menſurandum per aerem, etiam ubi aliàs rectè menſurari loci diſpoſitio non permittit, non obſtantibus conſuetudinibus, aut privilegiis

quibuſ-

Digitized by Google

quibuſcunque à Sede Apoſtolica conceſſis; declarando ſub hujuſmodi prohibitione comprehendi illos Ordines in paupertate fundatos, qui ex Regula, vel Conſtitutionibus ſuis, extra ſepta Eccleſiarum, Monaſteriorum, vel officinarum nullas debent poſſeſſiones habere: quòd ſi aliquis de Ordinibus ipſis poſſeſſiones in aliquibus membris ſuis habere, & in aliis non habere noſcatur, etiam ſub eadem prohibitione comprehenſus cenſeatur.

2 Cùm autem idem privilegium, reſtrictum tamen ad diſtantiam centum quadraginta cannarum, ab eodem Clemente IV. Fratres Prædicatores obtinuiſſent, ut refertur in *Conſt.* 21. *Julii II.* §. 2. ideò occaſione communicationis privilegiorum, quæ inter utrumque Ordinem intercedit, dubitatum quandoque fuit, an pariter ad eandem diſtantiam reſtrictum cenſeretur privilegium Fratribus Minoribus in hac Bulla conceſſum: quod dubium ſubſtulit Julius II. in *cit. Conſt.* 21. ubi non obſtante communicatione privilegiorum cum Fratribus Prædicatoribus, privilegium integrum, quemadmodum in hac Conſtitutione conceſſum eſt, Fratribus Minoribus competere declaravit; quamvis hodie id non procedat, ut dicam infrà *num.* 9. Idem pariter privilegium obtinet Ordo Eremitarum S. Auguſtini, reſtrictum tamen ad 140. cannas, ut in *Conſt.* 2. *Bonif. VIII.* incip. *Ad conſequendam*. Porrò Alexander VII. in *Conſt.* 142. incip. *Alias tom.*
3 6. *Bullar.* prohibuit fundationes Conventuum Familiæ Ultramontanæ Ordinis Minorum de Obſervantia intra ſpatium quatuor, vel quinque leucarum ab jam erectis, etiam aliorum Regularium abſque licentia ſpeciali Sedis Apoſtolicæ. Similiter idem privilegium obtinent alii Regulares, etiam ex non Mendicantibus, de quibus etiam infrà dicam.

4 Pro illuſtranda hac Conſtitutione, ommiſſis iis, quæ pro fundatione Conventus Regularium præſcribuntur in *cap.* 1. *de exceſſ. Prælat.* & noviſſimè in *Conſt.* 99. *Clem. VIII.* incip. *Quoniam*, ubi de his agemus, hìc nonnulla dicenda ſunt quoad privilegium diſtantiæ, quam Regulares, vel alii inter ipſos ſervare debent; & quia, ut dixi, plures Conſtitutiones in noſtro Bullario adſunt de hac re diſponentes; ideò juxta ſtylum, eam partiemur in ſingulas.

5 Eccleſia enim quæcunque de jure ædificari poteſt prope aliam, quia etſi jure communi videatur conceſſa Eccleſiæ Cathedrali immunitas per 40. paſſus, & aliis Eccleſiis per 30. *Can. Sicuti antiquitus*, *Can. definivit* 17. *quæſt.* 4. Del Bene *de Imm. Eccleſ. cap.* 16. *dub.* 7. *ſect.* 9. id tamen non ſervari in praxi in magnis Civitatibus, dixerunt Del Bene *cit. nu.* 10. & alii apud Pacichel. *de diſtantiis cap.* 6. *membr.* 2. *n.* 17. de qua re forſan alibi; hoc certum eſt non exinde vetitum eſſe, ut ædificetur alia Eccleſia intra dictum ambitum, ut in terminis dixit Rota *dec.* 847. *nu.* 5. coram Seraphino, ubi firmatur, quòd ſolùm intelligi poſſit, ut non valeat id fieri in atrio Eccleſiæ antiquioris; & ſicuti non prohibetur à Sacr. Canonibus ut poſſit ædificari Domus pro Clericis, Butrius *in cap. inter alia nu.* 9. *de Immun. Eccleſ.* ita non vide-
6 tur deneganda ædificatio Eccleſiæ; hæc tamen libertas à jure tunc ſolùm limitatur, cùm concurrit præjudicium antiquioris Eccleſiæ, cui ſatis bene debet conſuli à Superiore, juxta *Can. quicunque*, *Can. Eccleſiæ*, 16. *qu.* 1. *cap.* 2. *de Eccleſ. ædifican.* & *cap. ad audientiam il primo eodem titulo*, & obſervat *cit. dec. nu.* 1. & de hujuſmodi præjudicio quoad Eccleſiam Parochialem, latè dixi *tom.* 1. *ad Conſt.* 2. *Paſchalis II. Sect.* 1. *per tot.*

7 Verùm cùm inter Regulares, ſpeciales rationes conſiderari valeant, tum ex eleemoſynis in Mendicantibus, tum ex facilioribus contentionibus inter ipſos, quàm inter Clericos Sæculares, tum demum quia cùm obtineant exemptionem ab Ordinariis, non poſſunt facilè coerceri ab his; ideò Summi Pontifices ad hujuſmodi evitanda, plura conceſſerunt privilegia, prout quoad Fratres Minores conceſſit Clemens IV. in hac Conſtitutione; quod tamen fuit reſtrictum, ut non valeant ædificari Conventus, Eccleſiæ, & Oratoria Mendicantium, declarando, qui tales ſint, ut ſuprà notavi, ſpatium deſignando cannarum 300. octo palmorum pro qualibet. Hoc pri- 8
vilegium quoad quantitatem cannarum fuit ſpeciale quoad Fratres Minores, eo modo quo ſupra notavi, & Julius II. *cit. Conſtit.* 21. declaravit, quòd reſtrictio facta ad cannas 140. quoad PP. Prædicatores, non intelligatur quoad PP. Minores: verùm hodie contrarium eſt dicendum; quia ex Bullis poſterioribus indefinitè hujuſmodi privilegia fuerunt reducta ad 140. cannas, quod probatur præſertim ex *Conſt.* 39. *Gregorii XIII.* incip. *Salvatoris*, ubi Papa enunciat omnes Ordines Mendicantes habere tantùm privilegium quoad 140. cannas, vel ſaltem ſubſequuta poſt has Bullas Clementis, & Julii multiplicitate Religionum, impoſſibile fuit reddita obſervantia privilegii quoad 300. cannas, quia in pleriſque locis vix ædificari unicum Monaſterium poſſet, & proinde in deſuetudinem abiiſſe notant DD. Sorb. *in Comp. Privil.* 9
verb. ædificare, Paſſerin. *in cap. Cum ex eo num.* 84. *verſic. Sed tamen*, *de exceſſ. Prælat. in* 6. Rota *deciſ.* 56. *numero* 6. & 8. coram Royas, ubi *numero* 5. refert Sac. Congregationem Epiſcoporum declaraſſe, hujuſmodi privilegium 300. cannarum non eſſe in uſu:

Privilegium verò 140. cannarum habent quidem 10
nedum Minores, ſed omnes Mendicantes, ut ultra ſupra adductas Conſtitutiones referunt alias Paſſerin. *cit. num.* 82. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 12. *numero* 72. & *ſeq.* Lezana *in Summ. ver. regularia Monaſteria n.* 19. Rodriquez *quæſt. regul. tract.* 2. *quæſt.* 49. *art.* 5. *tom.* 2. Rota *dec.* 337. *nu.* 1. *par.* 10. *rec.* quòd privilegium licèt fuerit reſtrictum contra Mendicantes; nam in hac Bulla fuit tantùm conſideratus caſus tranſlationis Eccleſiæ Sæcularis, vel Monaſterii jam ædificati in Eccleſiam Regularem Mendicantem in §. *Nullique Sæculari*, *vel Religioſo*, & clarè reſtrictum dicitur privilegium in nova ædificatione quoad Mendicantes tantùm; tamen hodie vel ex peculiaribus privilegiis, vel ex communicatione omnes Mendicantes eo utuntur contra omnes cujuſcunque Ordinis, ut notant cit. DD. & Rota *in Januen. privilegiorum cit. dec.* coram Royas, & præſertim *dec.* 337. *nu.* 1. *par.* 10. *recent.* quæ deciſiones in *Januen.* ſunt regiſtratæ apud Pignatell. *conſult.* 12. *tom.* 10. & ſupponitur tale privilegium contra Eccleſiam Congregationis Laicorum in PP. Theatinis, Rot. *in Neapolitana Ampliationis Eccleſiæ*, & *Sacriſtiæ* 11. *Maii* 1708. coram D. Molines Decano; ſed evitatur ex alio motivo; nam etſi ceſſet præjudicium eleemoſynarum in non Mendicantibus, ſaltem vigent aliæ rationes diſſentionis evitandæ, ac diminutionis concurſus, ut præcisè conſiderarunt Summi Pontifices, ac expreſſerunt in exordio hujuſmodi Conſtitutionum; quæ rationes, quòd ſint motivum hujus privilegii, docent alii apud Pignatel. *cit. conſult.* 12. *n.* 4. & ex hac cau- 11
ſa moti fuerunt ad concedenda ſimilia privilegia aliis non Mendicantibus, ut quoad Ciſtercienſes indulſit Urbanus IV. per ſpatium unius milliarii, apud Barboſ. *cit. n.* 72. quoad Carthuſianos per dimidiam leucam, ut refert Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 3. *diſp.* 5. *qu.* 3. Pacichel. *cit. num.* 12. Lezana *loc. cit.* & fit mentio in *Conſtit.* 7. *Alexandri III. tom.* 1. *Bullar.* ultra quòd habent communicationem privilegiorum Mendicantium in *Conſtit.* 42. *Julii II.* & quoad PP. Theatinos latè Rota *deciſ.* 327. & 356. cor. Royas, & *in cit. deciſ.* 337. *par.* 10. *recent.* & fit mentio noviſſimè in *cit. Neapolitana Ampliationis Eccleſiæ*, & *Sacriſtiæ* 11. *Maii* 1708. §. *ea ratione verſic. non eliminarunt*, ubi §. *fin.* fit mentio de ſpeciali Brevi ſan. mem. Urbani VIII. anno 1638. pro PP. Theatinis SS. Apoſtolorum Neapolis, & quoad PP. Congregationis Oratorii Neapolis, *deciſ. cit.* 337. *numero* 26. §. *poſtremo*, ubi de ſimili Brevi Urbani VIII. & de PP. Carmelitis ob ſpeciale etiam privilegium ul-

Digitized by Google

tra illud Mendicantium, in *cit. deciſ.* 337. *num.* 1.
& quoad PP. Dominicanos fit mentio *in citat. Conſtitut.* 21. *Julii II.* Panimoll. *deciſ.* 11. *num.* 1. *verſic.*
eoque fortius, ubi de Auguſtinianis, pro quibus eſt
ſpecialis Bulla 2. Bonifacii VIII. de qua infra, & de
Carmelitis Diſcalceatis loquitur Rota *deciſ.* 163. cor.
Mantica, & de Presbyteris S. Caroli Neapolis, in
cit. dec. cor. Royas, & *dec.* 136. *par.* 10. Lezan. *in*
Sum. par. 4. *ver. Privil. regul. n.* 17. Pacichel. *cit. n.*
12 14. ubi quòd hujuſmodi privilegia fuerunt conceſſa
ex cauſa, ne deveniatur ad diſſentiones, & jurgia,
ac rixas, quæ ob vicinitatem poſſunt oriri, quod verificatur
etiam in ædificatione aliarum Eccleſiarum,
etſi ſint Presbyterorum Sæcularium; quod intelligi
debet de his, qui communiter vivunt, nam de Eccleſiis
ſimplicibus dicam infra. Nec obſtat quòd juxta
Conſtitut. Clem. VIII. circa erectionem Conventuum,
non includantur hujuſmodi Presbyteri Sæculares,
ut apud Paſſerin. *cit. num.* 35. & alibi dicam,
quia non procedit eadem cauſa circa hujuſmodi privilegia
innixa alteri rationi, ut infra dicam. Ita etiam
PP. Societatis Jeſu habent privilegium aliorum Men-
13 dicantium circa diſtantiam 140. cannarum; imò
quoad Eccleſiam Montisſerrati in Cathalaunia per tres
leucas, ut in *Conſtitut.* 130. *Urbanii VIII.* eſt tamen
eadem Societas magis in hoc privilegiata, dum ei licitum
eſt ædificare intra ſpatium etiam 140. cannarum
propè quemcumque locum, ſeu Eccleſiam, ut
enunciatur in *cit. Conſtit.* 39. *Gregorii XIII.* incip.
Salvatoris; & licèt Pius IV. iiſdem conceſſit privilegium
quoad hoc, tamen pinguior fuit illud Gregorii,
ut ubique locorum fabricare poſſent, ut notat Cherub.
Jun. *ad dictam Bullam Schol.* 2. & contra Fratres
Minores Obſervantiæ editum fuit Decretum Sac.
Congregationis Epiſcoporum & Regularium ad favorem
Collegii Januenſis in *Conſt.* 87. *Alexand. VII.*
quidquid ſit de præſcriptis in Bullis quoad alia in fundationibus
Conventuum, de quibus ſuo loco. Et PP.
Minimi habent conſimile privilegium, ſed modificatum
cum conditione, requiſito ſcilicet eorum conſenſu,
quorum intereſt, & ſic diſſentientibus Conventibus
vicinis privilegium conceſſum à Julio II. in
Conſtit. 7. apud Peyrin. non ſuffragatur, ut notat Paſſerin.
cit. nu. 88. *verſic. Sed advertendum*.
14 Sed nunquid hujuſmodi privilegium cannarum 140.
ſit uſu receptum. Et negativè aliqui dicunt, Sorb. *in*
Compend. privileg. verb. ædificare num. 20. *in annot.*
verſic. quoad diſpoſitionem, Tamburin. *de Jure Abbat.
tom.* 3. *diſp.* 5. *quæſt.* 4. *num.* 2. & 3. Panimol.
deciſ. 11. *num.* 12. Contrarium tamen eſt dicendum,
prout dixerunt Confect. *de privil. Mendicantium tit.*
3. *cap.* 3. latè Rota *deciſ.* 337. *num.* 17. *part.* 10. *recent.*
ubi alios citat; privilegium enim conceſſum Ordini
nequit amitti per non uſum aliquorum Conventuum;
non enim ex eo quòd fuerit permiſſa ædificatio
in uno loco, poteſt induci præjudicium in alio loco,
cùm agatur de actu facultativo, quod poteſt in uno
caſu admitti, & in alio denegari; & niſi concurrat
prohibitio, & acquieſcentia, nequit induci aliquod
præjudicium, ut relatis concordantibus, ut in terminis
dixit Paſſerin. *cit. num.* 84. & 85. & Rota *in deciſ.*
327. *num.* 5. & *ſeq.* coram Royas, ubi de Civitate
ampla Januæ, & *dec.* 337. *par.* 10. ubi referuntur
exempla in Civitate Neapolis quoad reclamationes in
ſimilibus caſibus; proinde poſſet contrarium dici in
privilegio 300. cannarum, ut ſupra notavi, & bene
ait Card. de Luca *diſc.* 33. *nu.* 4. *de Regul.* ubi quòd
non uſus in Civitatibus magnis procedit in dicta diſtantia,
non autem in illa 140. cannarum; & quoties
de hoc in Curia reclamatur, attenduntur dicta privilegia,
quæ etiam ſupponuntur in omnibus deciſionibus
citatis, licèt aliquando excludantur ob alias rationes,
de quibus infrà, & reſolutiones Sacræ Congregationis,
quæ adducuntur etiam à *cit.* Paſſerin.
nu. 84. procedunt quoad diſtantiam 300. cannarum,
vel ſi non agatur de vero Conventu, ut dicam, in
quibus poſſunt ceſſare rationes talis privilegii; vel
demum quatenus Sacra Congregatio id indulgeat,
conſiderata amplitudine Civitatis, & aliis circumſtantiis
in caſu loci particularis, & facit Card. de Luca
diſc. 31. *num.* 16. *de Regular.* Hinc non licet Ordinario
contra hujuſmodi privilegia aliquid innovare,
ut reſcripſit Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium
in *Albingen.* 12. *Januar.* 1604. apud Paſſerin.
cit. num. 85. *in fine*.
Numquid autem hujuſmodi privilegia, abrogata 15
cenſeantur ſaltem per Bullas Clementis VIII. aliorumque,
præſcribentes formam in erectione novorum
Conventuum. Sanè omiſſis iis, quæ latè adducuntur
per Rotam *in cit. deciſ.* 327. 356. cor. Royas, & *deciſ.*
337. *part.* 10. *rec.* & reaſſumit Paſſerin. *cit. num.*
83. ac innuit Pignatell. *cit. conſult.* 12. *num.* 4. & *per
tot. tom.* 10. dicendum eſt, abrogata non eſſe, quia
ſunt inter ſe compatibiles, atque procedentes à diverſis
rationibus, ut ſupra etiam innui; hinc ceſſante
præjudicio prioris Eccleſiæ, ſeu Conventus, ob eleemoſynas,
ac alia, non exinde eſt locus derogationi
hujuſmodi privilegiorum, quia quoad quæſtuationem,
& hujuſmodi, conſultum fuit per dictas Bullas
Apoſtolicas præſcribentes formam noviſſimam pro
novis Conventibus ad effugienda hujuſmodi præjudicia,
quæ ſanè non parum eſſent conſiderabilia inter
Monaſteria Mendicantium; hæc verò privilegia ad
aliud reſpiciunt, ut ponderat Rota *loco cit.* adeout
præſertim attendi debeat, an per conſtructionem novi
Conventus oriatur diſſentio, vel aliud præjudicium
anterioribus, Lezana *cit. verbo Monaſteria n.* 6. Paſſerin.
cit. nu. 89. Si verò non adſit aliqua ratio conſi- 16
derata in hujuſmodi privilegiis, non debent ſuffragari,
quia ceſſat cauſa conceſſionis, ut notat bene Card.
de Luca *de regul. diſc.* 33. *nu.* 5. *ad fin.* ut non obtineant
locum in domibus Regularium, qui non habent
Eccleſiam publicam, nec Sacramenta adminiſtrant,
aut alia exercent, in quibus poſſunt conſiderari
prædicta, ut de Hoſpitio, Seminario, & hujuſmodi,
Ceſpedes *de exempt. Regul. cap.* 1. *dub.* 6. *n.* 1.
& *ſeq.* Card. de Luca *diſc.* 1. *nu.* 67. & *cit. diſc.* 33.
de regul. Rota *deciſ.* 676. *nu.* 10. *verſ. cum in Collegii
par.* 1. *recen.* & *in Neapolitana Seminarii dec.* 82. *nu.*
1. & *ſeq.* coram Dunoz. Jun. ubi fuit dictum, ut liceret
Seminarium Nobilium erigi, dummodo non
haberet Eccleſiam publicam, nec Campanas, aut Sepulturas,
neque Conciones publicas, nec pro Miſſis
eleemoſyna reciperetur, quod Seminarium fuit erectum
ſub gubernio PP. Soc. Jeſu, & in *Tarentina
fabricæ deciſ.* 3. poſt Card. de Luca *de Regularibus* §.
ceſſat. Imò in *cit. dec. Januen.* cor. Royas, & *in cit.
part.* 10. ſemper Rota ſe fundavit in præjudicio PP.
Theatinorum, ut haberent locum dicta privilegia. Si 17
tamen concurrat ſpeciale privilegium etiam quoad iſta
Seminaria, & domos, tunc debet ſervari, ut habent
PP. Oratorii, vulgò Hierolomini Civitatis Neapolis,
ut enunciatur in *cit. deciſ.* & habent PP. Theatini SS.
Apoſtolorum dictæ Civitatis, ut non valeant erigi
neque Seminaria puerorum, apud Card. de Luca *cit.
num.* 13. quæ tamen Brevia, & gratiæ ſingulares ſunt
novi juris inductivæ, & communium privilegiorum
ampliativæ, indicantque ut prioribus privilegiis talis
conceſſio non comprehendatur, ut firmatur apud
eundem Card. de Luca *num.* 13. & *ſeq.* & *cit. deciſ.*
cor. Dunoz.
Si verò domus ſit conducta, ubi novi Regulares 18
introducuntur, an procedant hujuſmodi privilegia.
Et affirmativè eſt dicendum, prout dixit Rota *deciſ.*
87. *nu.* 5. *par.* 4. *tom.* 1. *recen.* quæ eſt in *Januen. Domorum*,
cor. Manzanedo, quam ſequitur Adden. ad
Buratt. *dec.* 691. *n.* 14. Card. de Luca *cit. diſc.* 33. *n.*
11. ex ea valida ratione, quòd cauſa hujuſmodi privilegii
non conſiſtit in domo, vel in habitatione materiali;
ſed in fine, vel effectu prædicto diſſentionis,
& præjudicii evitandi, quod etiam poteſt eſſe in domo
conductitia, prout habemus quòd Seminaria
dicuntur erecta, licèt ſint in domo conductitia pueri;
prout è contra non conſtat de erectione, ſi
adſit

Digitized by Google

adſit Domus ſine pueris, Card. de Luca *cit. num.* 12. & bene Rota *cit. dec.* 982. *num.* 8. & 9. cor. Dunozz. Jun. Si verò agatur de Domo conducta ad inſtar Hoſpitii, tunc ceſſante præfata ratione, ceſſat diſpoſitio.

19 Poſſet etiam quæri, an in hac materia procedat communicatio privilegiorum; & verius eſt dari, prout docent Barboſa *de Jure Eccleſ. lib. 2. cap. 12. n. 72. in fine*, Campanil. *cit. Rubr. 12. cap. 13. n. 81. verſic. quia*, Card. de Luca *de regul. diſc. 33. num. 2. verſic. vel per communicationem*, Rota *deciſ. cit. 982. num. 5. & 6.* ubi dari iſtam communicationem inter Mendicantes, Rota *cit. deciſ. 327. num. 2.* coram Royas, & *cit. dec. 337. num. 1. & ſeq. par. 10.* Si verò agatur de ſpeciali gratia, ut tale Privilegium comprehendat etiam Seminaria, vel illud ſpeciale PP. Soc. Jeſu, de quo ſupra dixi, tunc intrat concluſio, quòd communicatio non adeſt, in quibus gratia eſt ſpecialis, ut benè ad rem animadvertit Paſſerin. *cit. num.* 88. & facit Rota *cit. dec. 982. num. 6.* cor. Dunoz. Jun.

Dubitari quoque poteſt, an privilegia prædicta procedant in caſu ædificii jam cœpti; & tunc hæc non procedere, videtur ſentire Rota *deciſ.* 163. coram Mantica, *cit. deciſ. 337. num. 6. & ſeq. par. 10. & in Tarentina fabricæ 15. Junii 1696. §. Ceſſat* cor. Pio, quæ eſt *deciſ.* 3. poſt Card. Luca *de regul. & in cit. Neap. Ampliationis Eccleſiæ, & Sacriſtiæ §. Ea ratione, & ſequen.*

20 Nihilominùs debet procedi cum diſtinctione, nam aut agitur de Monaſterio jam erecto legitimè, & tunc procedit concluſio, ut poſſit illud ampliari, & dilatari; ex ea ratione, quòd ſuppoſita erectione legitimè facta, parum refert, quòd dilatetur, cùm non materialis fabrica, ſed formalis erectio pro divinis Officiis, aliiſque ſupra conſideratis in hac materia debeat attendi, quia illæ rationes formales tam ſunt in Monaſterio majori, quàm in minori, prout docent eſſe permiſſam dilatationem, ſeu ampliationem, Roderic. *quæſt. regul. tom. 2. quæſt. 49. art. 9. verſic. hanc quæſtionem*, Suarez *de Cenſuris diſput. 23. ſect. 5. num. 34.* Ceſpedes *de exempt. regul. cap. 1. dub. 10. num. 2.* Lezana *loc. cit.* Tambur. *cit. diſp. 5. quæſt. 1. num. 9.* Bertacchin. *Vot. 124. num. 4.* Panimoll. *deciſ. 11. in fin.* & Rot. *cit. deciſ. 131. & deciſ. 163.* coram Mantica, *deciſ. 327. num. 1.* coram Royas, & *dec. 377. num. 9.* cor. Emerix Jun. & *Tarentina Fabricæ deciſ.* 3. poſt Card. de Luca *de Regular. & in cit. Neapolitana Ampliationis Eccleſiæ, & Sacriſtiæ*, ubi agebatur de ampliatione, & ſupponitur *in Neapolitana fabricæ 22. Januarii* 1700. coram Muto, inter PP. Minimos D. Aloyſii Neapolis, & PP. Dominicanos S. Spiritus, ubi tantùm pro ratione difficultatis opponebatur aliud impedimentum aeris, aut decentia, quæ etiam conſiderari poteſt in Monaſteriis Monialium vicinis; ſed de hoc dicam ad *Conſtit. 2. Bonifacii VIII.* cùm firmum ſit, rationem hujuſmodi privilegii diſtantiæ 140. cannarum non obſtare in dicto caſu ampliationis, & dilatationis; idque procedit non ſolùm ex regula generali, quòd in odioſis non detur extentio, prout in terminis conſtructionis Eccleſiarum, Domorum Regularium, Seminariorum, & Collegiorum, dicitur in dd. deciſionibus, ſed fortiùs quia ceſſat præfata ratio in Ec-
21 cleſia jam conſtructa; ſi verò agatur de Eccleſia conſtructa non legitimè, quo caſu non concurrit defectus rationis finalis, ob quam fuerunt conceſſa hujuſmodi privilegia, & tunc etſi fuerit permiſſa aliqua parva Eccleſia, ſeu locus, non videtur talis permiſſio poſſe protrahi, ut poſſit fieri Eccleſia magna
22 cum majori præjudicio primæ Eccleſiæ. Quid autem dicendum de translatione; & affirmandum videtur, quòd ſi Eccleſia, vel Conventus adſit extra 140. cannas, nequit transferri intra dictum ſpatium, ut expreſsè in hac Conſtitutione habetur; ſi verò adſit intra ſpatium 140. cannarum, licèt ceſſet idem præjudicium in genere, non tamen ceſſat in ſpecie, ut ſi transferatur ad locum viciniorem, quàm priùs aderat; nam tunc translatio nequit fieri, quia forſan

potuerat concedi licentia in ſpatio 100. cannarum, & non in viciniori, eò fortiùs ſi non conſtet tantùm de permiſſione tacita, quæ non deberet extendi, & ſic translatio libera non eſt permiſſa, & debet Judex conſiderare motivum diſcretivum in uno, vel alio loco, Paſqualig. ad Lauret. *par. 1. numer.* 410. Pacichel. *cit. num.* 15. Paſſerin. *cit. num.* 87. ubi adducit reſolutionem S. C. Epiſcoporum, & Regul. 14. *Decembris* 1635. in qua fuit dictum, non licere PP. Carmelitis Diſcalceatis in Civitate Savonæ transferre Conventum in locum propinquum PP. Dominicanis. Nec obſtat reſolutio Sac. Cong. 9. *Maii* 1642. relata ab ipſo Paſſerino *num.* 86. quia procedit quoad diſtantiam præſcriptam à Conſtitutionibus Clem. VIII. aliiſque circa erectionem novorum Conventuum, quæ intelligi non debent quoad hujuſmodi diſtantiam privilegiativam. Ita in reſtauratione cum dicta regula eſt procedendum, ut ſi reſtauretur ex integro, & ad novam formam, non ſit permiſſum, quia eſſet nova conſtructio; liceret tamen, ſi exiſtente in eadem forma præjudiciali, reſtauretur locus, & facit Fagnan. *in cap. non ampliùs numero 57. de Inſtitut.*

Demum notandnm eſt, quòd menſuratio hujuſmo- 23
di diſtantiæ debet fieri per aerem, non autem per terram, ut fuit præſcriptum in hac Bulla §. 2. & quidem ab Eccleſia ad Eccleſiam, ut ſunt verba hujus Conſtitutionis, quæ eſt originaria quoad hujuſmodi privilegium, dum per eam fuit primò inductum; & de hujuſmodi menſuratione per aerem facienda, dixit Card. de Luca *cit. diſc. 33. num. 15. de regul.* licèt erroneè dicat, hoc privilegium Clementis IV. fuiſſe originarium pro Carmelitis. Cannæ autem intelligi debent cum menſura octo palmorum, ut expreſsè dicitur in hac Bulla §. 3. cùm canna non ſit apud omnes ejuſdem longitudinis, quemadmodum in Hiſpania eſt quatuor palmorum; ac latè de iſta varietate cannæ, milliarii, leucæ, vide Pacichel. *de diſtantiis loc. cit.* & in terminis cannæ palmorum octo dixerunt Lezan. *tom. 4. ver. Monaſt. Regularium numero* 20. Barboſ. *cit. cap. 12. num.* 72. Poſſet quoque 24
in hac materia diſputari, an hæc privilegia poſſint ſuffragari contra Eccleſias ſæculares ſimplices, præſertim volente Parocho eam ædificare; & regulariter juxta privilegium hujus Bullæ, aliaque hujuſmodi non includuntur, ut etiam ſupra notavi ex verbis Bullæ, ſed poſſunt eſſe aliqua privilegia ſpecialia, de quibus dixi *tom. 1. ad Conſtit. 2. Paſchalis II. ſect. 1. num.* 60. Prout quoque poſſet quæri, an habeant locum hæc privilegia quoad Eccleſias Monialium ædificandas, ſed de hoc dicam in *Conſtitut. 2. Bonifacii VIII.*

CONSTITUTIO VIII.

CLEMENTIS IV.
incipiens (*Ad extirpanda.*)

EPITOME BULLÆ.

CLEMENS FRATRIBUS PRÆDICATORUM, & Minorum Ordinum Inquiſitoribus per Italiam.

PRæcipit, ut Inquiſitores compellant Sæculares Magiſtratus quarumlibet Civitatum & Locorum Italiæ per excommunicationem in perſonas, & interdictum in Terras, quo faciant conſcribi in ſuis Capitularibus, & inviolabiliter cuſtodiri Conſtitutiones contra Hæreticos ab Innocentio IV. latas, atque ab Alexandro IV. ipſoquemet Pontifice modificatas: non obſtantibus quibuſcumque indultis, ex quibus excommunica-

Digitized by Google

municari, vel eorum Terræ interdici nequeant.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De contentis in præſenti Conſtitutione.*

2 *Fautores hæreticorum ſunt tantùm ſuſpecti de hæreſi, ſed graviùs quàm illi puniuntur.*

3 *Fautores incurrunt excommunicationem ipſo jure.*

Incurrunt infamiam poſt permanentiam in excommunicatione per annum. Ibid.

4 *Similiter poſt annum poſſunt condemnari tanquam hæretici.*

Pœnæ fautorum locum non habent contra eos, niſi poſt permanentiam per annum in excommunicatione. Ibidem.

5 *Fautores privantur officiis publicis, & redduntur inhabiles ad eadem obtinenda.*

6 *Item ſunt inhabiles ad Beneficia, & an ipſo jure priventur jam obtentis.*

7 *Dictio* vel *quandoque ſtat expoſitivè.*

8 *Fautores non admittuntur ad teſtimonium dicendum.*

9 *Hæretici, & eorum Fautores admittuntur ad teſtimonium dicendum in cauſa hæreſis, & an poſſint eſſe teſtes in actibus extrajudicialibus.*

10 *Fautores ſunt inteſtabiles, nec hæreditatem ex Teſtamento, aut ab inteſtato capere poſſunt.*

11 *In jus vocare alios nequeunt, ipſi autem vocari poſſunt.*

12 *Judicis, Arbitri, aut Advocati munus eis interdicitur.*

13 *Inſtrumenta ab eis utpotè Notariis facta, ſunt nulla, & quid de Inſtrumentis factis ante fautoriam.*

14 *De aliis fautorum pœnis. Remiſſivè.*

1 PRæſens Conſtitutio edita Peruſii 15. Kal. Februarii 1266. ejuſdem eſt argumenti cum præcedenti *Conſtitut.* 6. ad quam pro hujus intelligentia recurras. Conſtitutiones autem contra hæreticos ab Innoc. IV. latas, quarum obſervantia hìc injungitur, continentur in *Conſtitut.* 9. ejuſdem. Idcircò opportunè hìc exponemus unam ex præfatis Conſtitutionibus, quæ habentur in §. 28. *cit. Conſt.* 9., ibi: *Quicunque verò deprehenſus fuerit dare alicui hæretico conſilium, vel auxilium, ſeu favorem, præter aliam pœnam ſuperius, & inferius prætaxatam, tunc ipſo jure in perpetuum ſit factus infamis: nec ad publica officia, ſeu conſilia, vel ad eligendos aliquos ad hujuſmodi, nec ad teſtimonium admittatur: ſit etiam inteſtabilis, ut nec teſtamenti liberam habeat factionem, nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedat. Nullus præterea ſuper quocunque negotio, ſed ipſe aliis reſpondere cogatur; quod ſi fortè judex extiterit, ejus ſententia nullam obtineat firmitatem, nec cauſa aliquæ ad ejus audientiam perferantur: ſi fuerit Advocatus, ejus patrocinium nullatenus admittatur: ſi Tabellio, inſtrumenta confecta per ipſum nullius penitùs ſint momenti.* Concordant iiſdem ferè verbis *Conſt.* 18. *Innoc. IV.* incip. *Noverit* §. 4. *Conſt.* 2. *Nicol.* 3. incip. *Noverit* §. 4. *Conſt.* 19. *Pauli IV.* incip. *Cum ex Apoſtolatus* §. 5. *cap. excommunicamus il* 1. §. *credentes de hæreticis, authent. credentes Cod. de hæretic. Conſtit. Frider. Imper.* incip. *Catharos* §. 3. quæ habetur *in Conſt.* 1. *Innoc. IV.* Qui autem ſint fautores, receptatores, & defenſores hæreticorum, & quomodo inter ſe differant, dixi ſupra *ad Conſt.* 15. *Alex. IV.*

2 Sanè etſi fautores, defenſores, & receptatores hæreticorum non æquiparentur omninò hæreticis quoad pœnas, cùm leviùs quàm ipſi deliquerint, & tantùm ſint, ſive præſumantur ſuſpecti de hæreſi, & ſint præſumpti inconſtantes in fide; tamen majores pœnas contra ipſos ſtatui opportuit, quàm contra alios ſuſpectos de hæreſi; etenim licèt ipſi verè hæretici non ſint, dant tamen maximam cauſam hæreſi, cùm perſpectum ſit nunquam hæreticos ſubſiſtentiam habuiſſe, niſi accedentibus fautoribus, defenſoribus, receptatoribus; & idcircò contra ipſos majores pœnas ſtatui oportuit, quarum plurimæ continentur in adducta Conſtitutione, eaſque hìc breviter percurrimus.

Et quidem incurrunt primò pœnam excommuni- 3
cationis, eamque ipſo jure, & ſtatim ac in fautoriam incidunt, ut dixi ſupra ad *Conſt.* 18. *Innoc. IV.*, quòd ſi per annum in excommunicatione permanſerint, tunc ipſo jure fiunt infames, ut conſtat ex *cit. Conſtit.*, & in hoc differunt fautores ab hæreticis, quòd iſti ſunt ſtatim infames, illi verò elapſo anno
excommunicationis, ut advertunt Gonzal. *cit. cap.* 4
excommunicamus §. *Credentes num.* 3. Eymeric. *in direct. par.* 3. *quæſt.* 123. *numer.* 3. Farinacc. *de hæreſi quæſt.* 182. §. 3. *num.* 39. Del Bene *de offic. inquiſ. par.* 1. *dub.* 26. *corroll.* 3. *num.* 36., & 37., ex eo ſcilicet, quia fautores (idemque dicas de receptatoribus, & defenſoribus) perſiſtentes per annum animo pertinaci in excommunicatione, poſſunt velut hæretici condemnari, *cap. ut inquiſitionis* §. *Prohibemus de hæret. in* 6. ex quo fit, ut nedum infamia, ſed nec aliæ pœnæ locum habeant contra fautores, niſi poſt annum pertinacis permanentiæ in excommunicatione, quod etiam colligitur *ex cit.* §. *Credentes in princip.* & advertunt Eymeric. *cit. q.* 123. *num.* 1. Suarez *de fide diſp.* 24. *ſect.* 1. *num.* 15. Card. de Lugo *de virtut. fidei divinæ diſp.* 25. *ſect.* 1. *num.* 21. Cardin. Albit. *de inconſt. in fide cap.* 30. *num.* 77. Del Bene *cit. par.* 1. *corollar.* 3. *ſect.* 33. *num.* 3.

Atque ex pœna infamiæ conſequitur, ut ſint in- 5
habiles ad publica officia, ſeu conſilia, nec poſſint alios ad eadem munera eligere, ut patet ex cit. Conſtitutionibus; imò etiam privantur officiis, & honoribus publicis priùs obtentis, *capit. ut commiſſi* §. *privandi*, *capit. quicunque* §. *hæretici de hæret. in* 6. Itidemque ſi Clerici fuerint, inhabiles fiunt in futurum ad obtinenda beneficia, *cap. ſtatutum il* 1. *eodem in* 6., & beneficiis jam priùs obtentis privantur, *cit. cap. ut commiſſi* §. *Privandi*; licèt in hoc aliqui dubitent, an beneficiis priventur ipſo jure, an verò potiùs privandi ſint per ſententiam; & motivum dubitandi ſumitur ex mox *cit.* §. *Privandi*, ubi Bonifacius loquens de hæreticis, eorumque fautoribus, & filiis, concedit Inquiſitoribus facultatem, eos *privandi, vel privatos nunciandi Dignitatibus, ac aliis Beneficiis Eccleſiaſticis*; quæ verba aliqui ita accipiunt, ut ſcilicet Inquiſitores poſſint denunciare privatos beneficiis hæreticos, utpotè qui privantur ipſo jure; fautores verò eorum privare per ſententiam, cùm ipſo jure privati non ſint, idque ob vim dictionis *vel*, quam ibi ſtare disjunctivè voluere Covarr. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 4. Pegna *in director. par.* 3. *comm.* 162. *verſ. de hæreticorum*, ubi certò ſupponit, fautores non privari beneficiis ipſo jure, Sanchez *ad præcept. decalog. lib.* 2. *cap.* 36. *num.* 16. Duard. *ad Bullam Cœnæ lib.* 2. *can.* 1. *quæſt.* 27. *num.* 21. Paſſerin. *cit. cap. ut commiſſi num.* 64. Verùm quòd fautores ipſo jure priventur beneficiis, perſpicuè probatur *ex Conſtitut.* 18. *Innoc. IV. & Conſtit.* 2. *Nicol. III.* incip. *Noverit* §. 21. ibi: *Hæretici autem, & receptatores, defenſores, & fautores eorum, ipſorumque filii uſque ad ſecundam generationem ad nullum Eccleſiaſticum beneficium, ſeu officium admittantur, quòd ſi ſecus actum fuerit, decernimus irritum, & inane. Nos enim prædictos ex nunc privamus beneficiis acquiſitis, volentes, ut tales & habitis perpetuò careant, & ad alia ſimilia nequaquam impoſterum admittantur*: unde meritò dixit Cardinal. Albit. *citat. capit.* 30. *numero* 69. quòd DD. non iviſſent in contrariam ſententiam, ſi ad hanc Conſtitutionem advertiſſent; idemque ſentit Lotter. *de re beneficiar. part.* 3.

quæſt.

Digitized by Google

quæſt. 28. *num.* 28. *&* 36. Unde dictio *vel* poſita in *cit.* §. *privandi* accipienda eſt non diſjunctivè, ſed expoſitivè, quaſi dixiſſet: concedimus Inquiſitoribus facultatem privandi, hoc eſt privatos nunciandi Beneficiis hæreticos, eorumque fautores, quemadmodum ita eam ſumpſerunt Jo. Andr. *ad cit.* §. *Privandi num.* 4. Franc. *num.* 2. *Domin. nu.* 4. quæ interpretatio recipienda eſt, nam ita conciliatur textus cum citatis Conſtitutionibus *Innoc. IV. & Nicolai III.* imò in hoc omne prorſus dubium adimitur per *cit. Conſt.* 19. *Pauli IV.* §. 5. ubi expreſsè fautores hæreticorum ipſo jure privantur Beneficiis Eccleſiaſticis, & dignitatibus, ſeu officiis laicalibus.

8 Inſuper ad teſtimonium dicendum non admittuntur, ex adductis juribus, & habetur in *can. ſi hæreticus* 11. *quæſt.* 7. ut notant Hoſtienſ. *in ſumma tit. de hæret.* §. *quæ pœna imponatur numer.* 13. Calderin. *de hæret. rubr. de pœnis recept. numero* 1. Decian. *tract. crim. libr.* 5. *cap.* 51. *num.* 79. idque tum quia ſunt infames, qui teſtimonii dictione interdicuntur, *l. Sejo ff. de teſtibus*, *leg.* 3. §. *lege juria ff. eodem*, *cap. licèt de probationibus*; tum etiam quia indigni ſunt omni dignitate, & honore: dicere autem teſtimonium eſt quædam dignitas, imò generoſa dignitas, *can. præceptum* 3. *quæſt.* 5. teſtis enim facit fidem judici, qui ejus dictis credere tenetur; meritò hæreticorum fautores, qui à jure inuruntur nota infamiæ, tanquam homines nullius dignitatis, nulliuſque exiſtimationis, admittendi non ſunt ad teſtimonium.

9 Quia tamen ipſi hæretici admittuntur in teſtes contra hæreticos, ut ex *cap. in fidei favorem de hæret. in* 6. docet Pegna *part.* 3. *commen.* 117. *verſ. ergo*, quem communiter ſequuntur relati à Diana *part.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 107. Farinacc. *de hæreſi qu.* 188. *num.* 116. Carena *de Offic. Inquiſit. part.* 3. *tit.* 5. §. 5. *nu.* 26. idem majori jure dicendum eſt de fautoribus, ut ſcilicet eorum teſtimonium in cauſa hæreſis admittatur: quanta autem fides eis adhibenda ſit, Inquiſitorum judicio eſt relinquendum, qui id magis ſcire poſſunt, & regulariter non ſufficiunt, niſi ad inquirendum. In contractibus tamen, & teſtamentis, aliiſque actibus extrajudicialibus teſtes eſſe poſſe, reſolvitur in *l. quoniam* §. *finali Cod. de hæret.* Id autem quatenus ſit admittendum, & an Jure Canonico ſubſiſtat, vide Farinac. *de hæreſi quæſt.* 188. *numero* 131. quem ſequitur Barboſ. *in cit. l. quoniam num.* 9. Eadem pariter prohibitio teſtimonium dicendi quatenus procedat contra Judæos, dicam infrà ad *Conſtitut.* 1. *Nicolai IV.*

10 Similiter ex iiſdem Conſtitutionibus, ſunt inteſtabiles tam activè, quàm paſſivè, adeout nec teſtamentum condere, nec hæredes in eo ſcribi poſſint; imò non ſolùm ex teſtamento, ſed etiam ab inteſtato incapaces ſunt hæreditatis, Farinac. *citata quæſt.* 182. *num.* 45. *&* 46. Salell. *de Mater. Tribunal. Fidei lib.* 6. *cap.* 6. *regula* 482. *cum ſequent.* Paſſerin. *in cap. ut officium num.* 65. *eodem in* 6. Cardin. Albit. *cit. cap.*

11 30. *num.* 73. Ex iiſdem pariter Conſtitutionibus, nemo eis ſuper quocunque negotio reſpondere cogitur, ſed ipſi aliis reſpondere debent, quod idem eſt, ut neminem in jus vocare poſſint, ipſi autem vocari, & conveniri valeant, Decian. *cit. cap.* 51. *n.* 79. Salell. *cit. lib.* 6. *cap.* 3. *regul.* 457. *num.* 217. Farinacc. *de hæreſi qu.* 189. *nu.* 48. adeout etiam ſi ſint ſpoliati, nec eis competat poſſeſſorium recuperandæ, Gloſſ. *in can. quo jure verbo nam jure* 8. *diſt.* Decian. *cit. lib.* 5. *cap.* 20. *num.* 35.

12 Ulteriùs ſtatuitur in præfatis Conſtitutionibus, ut fautores non poſſint eſſe Judices, idque quia privantur officiis publicis, ex quo fit ut ſententiæ ab eis latæ, ſint nullæ ipſo jure, Hoſtienſ. *cit. cap. excommunicamus num.* 19. Socin. *ibidem numero* 39. Simanchas *de cathol. inſtit. tit.* 46. *nu.* 58. Zanchin. *de hæret. cap.* 18. *num.* 3. & proceſſus coram ipſis agitati, ſunt pariter ipſo jure nulli, Sanctarell. *de hæreſi cap.* 25. *nu.* 11. Royas *ſingul.* 88. *num.* 3. Imò quòd nec etiam poſſint eſſe arbitri, poſt Royas *ſingul.* 20. aſſerit Farinac. *cit. quæſt.* 189. *nu.* 49. Quòd ſi iidem fautores fuerint Advocati, tali munere fungi prohibentur, nec eorum patrocinium admittitur, ut ultra cit. Conſtitutiones eſt textus in *l. quæ Samaritis Cod. de hæreticis*, & notant Decian. *cit. cap.* 51. *n.* 9. Calderin. *de hæret. rubr. de pœnis Receptatorum n.* 2. & alii apud Farinacc. *cit. qu.* 182. *num.* 52.

Poſtremò ſi fautores fuerint Notarii, inſtrumenta 13
ab eis confecta nullius ſunt momenti; idque quia munus Notarii eſt publicum; hæretici verò, eorumque fautores publicis officiis privantur, ut in præfatis Conſtitutionibus ſtatuitur, & docent Hoſtienſ. *cit. num.* 19. Calderin. *loc. cit. nu.* 1. Carrer. *de hæret. nu.* 151. Sanctarell. *cit. cap.* 25. *numer.* 11. Farinacc. *cit. quæſt.* 189. *num.* 50. Id verò intelligendum non eſt de inſtrumentis factis antequam in fautoriam inciderent, quemadmodum verius eſt, inſtrumenta facta ab hæretico, non ſolùm antequam in hæreſim incideret, verùm etiam ante judicialem declaratoriam valida eſſe, ut poſt Abbat. *antiq. in cit. cap. excommunicamus num.* 2. tenuerunt Royas *ſingul.* 98. *num.* 2. Scaccia *de judic. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 98. *nu.* 19. Salell. *cit. cap.* 3. *regul.* 457. *num.* 224.

Ultra has pœnas contra hæreticorum fautores in 14
ſuperiùs adducta Conſtitutione ſtatutas, adſunt & aliæ pœnæ, quas proſequuntur præfati Auctores, quemadmodum etiam eſt confiſcatio bonorum, de quà dixi ad *Conſtit.* 8. *Innocent. IV.* & *Conſtit.* 21. *Alex. IV.* & privatio Eccleſiaſticæ ſepulturæ, de qua pariter dixi ad *cit. Conſtit.* 18. *Innoc. IV. circa finem*, & item quòd eis denegetur appellatio, ut dicam infra ad *Conſtit.* 2. *Nicolai III.*

CONSTITUTIO IX.

CLEMENTIS IV.
incipiens (*Exultat.*)

EPITOME BULLÆ.

CLEMENS EPISCOPO GNESNENSI, & ejus Suffraganeis.

Sanctarum Cathalogo adſcribit Heduvigem Viduam Henrici Poloniæ Ducis, & Monialem Ordinis Ciſtercienſis, aſſignata feſtivitate pro certo die.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *B. Heduvigis Patria, natales, & vita recenſentur.*
2 *Nubit Duci Poloniæ, & qualiter in matrimonio ſe geſſerit.*
3 *Poſt viri obitum in Monaſterio ſe recipit, ubi maximam vitæ auſteritatem retinens obiit.*
4 *Refertur mirabile, quod in ejus Canonizatione contigit.*
5 *Canonizatur à Clemente IV. in hac Conſtitutione.*

Generis & Natalium ſplendorem, quo fulgens 1
in Terris nata eſt Heduvigis, longè ſuperavit virtutum præſtantia, quibus animum in toto ejus Vitæ curſu ditare ſtuduit. Genitorem habuit Bertholdum Marchionem Moraviæ, & Comitem Tyroli; Matrem verò Agnetem filiam Marchionis de Rorlechs. Quatuor habuit fratres, totidemque Sorores, quarum una Philippo Francorum Regi nupſit, altera Andreæ

Andreæ Regi Hungariæ, ex qua edita fuit glorioſa Sancta Eliſabetha Turingiæ Lantgravia; tertia tandem fuit Abbatiſſa Sanctimonialium Ordinis S. Benedicti in Monaſterio Lutzingenſi Franconiæ. Unus autem Fratrum, Bertholdus nomine, fuit Patriarcha Aquilejenſis; alter Elebertus Bambergenſis Epiſcopus; reliqui duo Otho, & Henricus ſucceſſerunt Pa-
2 tri in Principatu; Heduvigis verò, annos duodecim nata, collocata fuit Henrico Duci Sileſiæ, & Poloniæ, in quo connubio matrimonii jura inviolatè ſervavit; continentiam, quantum per mariti conſenſum licebat, ſervare non omiſit; ubi enim ſe concepiſſe ſentiebat, à thoro maritali toto puerperii tempore ſe abſtinuit. Poſt ſuſceptos tres filios Boleſlaum, Conradum, & Henricum, totidemque filias Agnetem, Sophiam, & Gertrudem, deinceps perpetuam
3 coluit continentiam. Monaſterium Trebinicienſe conſtruxit, in quo poſt obitum Viri vitam tranſegit; in eo tamen profeſſionem emittere non curavit, ut liber aliùs in pauperes divitias ſuas erogare ſibi liceret; ſed nihilominùs in tuendis Monaſticis Inſtitutis, atque vitæ aſperitate amplectenda in tantum reliquas Moniales antecelluit, ut omnibus exemplum imitandum facta fuit. Virtutum exercitia, & corporis afflictiones, quas jugiter continuabat, ſunt eam comitatæ uſque ad extremum ſui obitus diem, qui evenit Idibus Octobris Anni 1243. De cujus geſtis, ac miraculis vide Surium *to.* 5. Imò præ aliis miraculosè eventis narrat Ciaccon. *in vita Clementis IV.* qui eam ca-
4 nonizavit, quòd cùm Canonizatio iſta differretur, cuidam Procuratori eam promoventi, ob ejuſmodi dilationem triſtis per viſum apparuit, eumque de expeditionis negotiis, ac de die expeditionis certiorem reddidit; puerum rurſus demerſum, & molendini rotis alliſum, ac prorſus attritum, invocata vitæ reſtituit; ſed etiam invicta præcipuè ejus patientia, & conſtantia enituit in obitu Henrici Ducis S • ſiæ ſui filii in bello à Tartaris cæſi; hinc præclaris ejus vitæ moribus, ac miraculis probatis, devenit Papa Clemens poſt paucos annos à die obitus ad ejus ſolemnem Canonizationem hac Bulla edita Viterbii 7. Kal. Aprilis anno 1267. aſſignavitque pro ejus feſtivitate celebranda diem 15. Octobris in Polonia, ubi præcipua veneratione uti Patrona colitur, cujus Officium & Feſtum Innocentius XI. in tota Eccleſia ampliavit pro die 17. ejuſdem menſis. Cùm igitur plura de Canonizatione SS. diximus in aliis Commentariis, & alia dicemus infra in pluribus Bullis hujuſmodi, quæ ſuccedunt; ideò hoc loco aliud non addimus.

CONSTITUTIO X.

CLEMENTIS IV.

incipiens (*In Ordine veſtro.*)

EPITOME BULLÆ.

CLEMENS MINISTRO MAJORI, ET Fratribus Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum.

Plura circa Regulam Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum mitigat, & præſertim quoad diviſionem bonorum, & quotam erogandam in opus Redemptionis, veſtimenta, & electionem Generalis.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De confirmatione, & mitigatione Regulæ Ordinis SS. Trinitatis.*
2 *Hic Ordo an vivat ſub propria Regula, vel ſub illa D. Auguſtini?*
3 *Inſtitutum hujus Ordinis an ſit idem cum eo Ordinis B. Mariæ de Mercede, ubi de Bulla Alexandri VII.*
4 *Afferuntur literæ datæ ab Innocentio III. Regi Marochitarum pro Redemptione Captivorum.*
5 *De pluribus Captivorum Redemptionibus factis à Fratribus SS. Trinitatis.*
6 *Refertur legatum factum à ſ. m. Innocentio XII. pro redemptione Captivorum.*
7 *Tertia pars bonorum dicti Ordinis impendenda eſt pro Redemptione Captivorum.*
8 *Color Capparum Fratrum dicti Ordinis qualis eſſe debeat, & innuitur circa hoc controverſia cum Dominicanis.*
9 *Electio Generalis hujus Ordinis facienda eſt à Vocalibus ex toto Ordine ſelectis.*
10 *Refertur controverſia ſuper hoc exorta, & quid reſolutum fuerit.*
11 *De Generalibus hujus Ordinis SS. Trinitatis, aliiſque quoad illum Ordinem, Remiſſivè.*

ORdo iſte, cujus initium anno 1198. & alia retulimus *tom. 2. ad Conſtit. 1. & 9. Innocentii III.* 1
qui eum approbavit, plura patiebatur diſcrimina circa ejus Regulam interpretandam, ſeu obſervandam: Quare Urbanus IV. anteceſſor Clementis conditoris hujus Conſtitutionis, maturum commiſit examen omnium dubiorum Epiſcopo, & duobus Abbatibus Pariſienſibus; quorum opera Regula declarata, & mitigata fuit, eamque comprobavit Clemens poſt obitum Urbani in hac Bulla edita Viterbii 7. Idus Decembris anno 1267. cum inſertione ejuſdem Regulæ ſic declaratæ, & mitigatæ; ſimileſque mitigationes in aliis Bullis ediderunt alii Summi Pontifices, ut notat Cherub. *ad cit. Conſtit. Innoc. III.* quas prætermiſit uti ſuperfluas; eas tamen videre eſt in Bullario, ſeu Chronico dictæ Religionis, aliiſque citandis.
Hanc Regulam aliqui hujus Ordinis propriam, alii 2
ſub Divi Auguſtini Regula eos vivere aſſerunt; ſanè primum probant ex quadam antiqua inſcriptione in Eccleſia S. Thomæ de Formis in Urbe reperta, ſcilicet: *Sub Regula propria*, & fit mentio in Conſtitutione Urbani VIII. in Indulto conceſſo recitandi Officium D. Agnetis ſub die 26. Novembris 1632. Ita 3
aliqui autumant, hoc opus redimendi captivos eſſe ſolum Inſtitutum hujus Ordinis; id tamen negante alio Ordine, deinde inſtituto Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, cujus ſodales emittunt quartum votum manendi in pignore apud Infideles pro redemptione, ut dixi *tom. 2. ad Conſtit. 9. Gregorii IX. num. 5.* Nihilominùs ad tollendas ſuper hujuſmodi re, parùm Religioſis Viris convenientes rixas, & contentiones, Alexander VII. in ejus *Conſtit. 44.* incipiens *Emanavit tom. 6. Bullar.* ſub pœnis ibi contentis approbavit, & ſervari mandavit concordiam inter PP. utriuſque Ordinis factam de perpetuo ſilentio in hoc tam in Concionibus, quàm diſputationibus, aliiſque modis, & quòd conformare ſe debeant *Conſtitutioni 77. Clem. VIII.* incip. *Romana Eccleſia §. 17. & 18.* Et quidem debent iſti PP. æmulari inter ſe excellentiam operis tam eximii, & agere id, quod eorum majores tam ſedulò fecerunt, ut conſtat ex tot Redemptionibus ſecutis, & idem Innocentius III. ſodales hos primos Redemptores copioſa inſtructos ſtipe ad Miramolinum Regem Marochitanum cum litteris commendatitiis miſit, ut ſanctiſſimum hujus Redemptionis Inſtitutum executioni demandaretur, tenoris ſequentis;
Innocentius Epiſcopus Servus Servorum &c. Illuſtri Miramolino Regi Marochitano, & ſubditis ejus. 4
Inter Opera Miſericordiæ, quæ Jeſus Chriſtus D. Noſter fidelibus ſuis in Evangelio commendavit, non minimum locum obtinet Redemptio Captivorum; unde perſonis illis, quæ circa talia occupantur, favorem debe-

debemus Apoſtolicum impartiri. Sanè Viri quidam, de quorum exiſtunt numero præſentium portitores, nuper divinitùs inflammati, Regulam, & Ordinem invenerunt, per cujus inſtituta tertiam partem proventuum omnium, quos vel nunc habent, vel in futurum poterunt obtinere, in Redemptionem debent expendere captivorum; & ut meliùs valeant ſuum propoſitum adimplere, cùm ſæpè faciliùs per commutationem, quàm per Redemptionem de captivo ergaſtulo valeant liberari, ut paganos captivos à Chriſtianis redimantur, eſt conceſſum, quòd pro liberandis Chriſtianis debeant commutare. Cæterum quoniam opera, quæ præmiſimus, & Chriſtianis expediant, & paganis, hujuſmodi, vobis duximus per Apoſtolicas literas intimanda. Inſpiret autem vobis ille, qui via, veritas eſt, & vita, ut agnita veritate, quæ Chriſtus eſt, ad eam venire quantociùs feſtinetis. Datum Laterani 8. Id. Maji Pontificatus noſtri anno 3. quæ Epiſtola regiſtratur *lib.* 2. *de ret. Innocentii edit. Romana fol.* 281. *à tergo, Coloniæ pag.* 369. *Veneta ibid. & Pariſienſi ep.* 9. *pag.* 340.

5 & de pluribus, & copioſis Redemptionibus agit P. Bernardinus à S. Antonio *Provincialis dicti Ordinis anno* 1623. *in libro intitulato Epitome generalium Redemptionum*, Egidius Gonzalez de Avila *Philippi III. Regis Catholici hiſtoricus*, Petrus Altuna *dicti Ordinis Chroniſta*, ubi numerum ingentem Redemptionum Generalium ad 1241. refert, & in illis redemptos duo centena captivorum millia ex omni ſexu, & conditione, præter alias redemptiones, quæ non ponuntur; & verè maxima ratione Innocentius III. primò, deinceps alii Summi Pontifices hoc opus præcipuis gratiis, & favoribus proſecuti fuere, ut f. m. Inno-
6 centius XII. qui Pater pauperum meritò dici valet, inter eximia opera charitatis ab eo exercita, hoc monumento in ſuo ultimæ vitæ periodo teſtatum habuit erga hoc pium opus, ut ſcilicet pro eo legaverit ſcuta quadraginta millia pro Redemptione Captivorum, ablegatis executoribus quatuor Cardinalibus, nempè Albano, nunc Summo Pontifice Clemente XI. Spada, Panciaticho, & S. Clementis, cum prælatione captivorum Status Eccleſiaſtici, & deinde Regni Neapolis, prout redemptio executa fuit ope PP. Diſcalceatorum SS. Trinitatis.

7 Unde benè in Regula iſtorum Fratrum prima Conſtitutio eſt, ut bona quæcunque dividantur in tres partes, duæ pro ſuſtentatione Fratrum, & aliis operibus miſericordiæ, & tertia impendatur pro Redemptione Captivorum, ut initio dictæ Regulæ in hac Bulla comprobatæ.

8 Sed circà eandem Regulam quandoque dedit cauſam dubitandi id, quod ſtatuitur in *citat. cap.* 2. ibi: *Veſtimenta ſint lanea, & alba, excepta Cappa, quæ honeſtatis cauſa bruni coloris erit, quam etiam dum ad partes infidelium ſe contulerint mutare poſſint*; & ſic videtur horum Fratrum Cappam poſſe eſſe nigram: Verùm cùm hoc fuiſſet impugnatum à Religione Prædicatorum, excitata fuit lis, terminata deinde per deciſionem tempore Alexandri VII. in *Conſtitut.* 165. *tom.* 6. *Bullarii*, in qua aſſeritur, Regulam in hac Conſtitutione Clementis IV. inſertam in proprio originali exiſtente in Archivio Vaticano, habere hæc verba: *Veſtimenta ſint lanea, & alba:* & ita in primitiva Regula ſub Innocentio III. ſervabatur; & licèt fuerunt adductæ literæ Pœnitentiariæ ſub Pio IV. tamen ibi tantùm permiſſus fuit uſus coloris bruni Provinciæ Caſtellæ, qui dicitur *Buriel*, non autem nigri coloris; & proinde idem Papa Alexander deinceps prohibuit, quòd poſſint hi Regulares SS. Trinitatis uti cappis nigri coloris, ſed tantùm albi, excepta Provincia Caſtellæ, quæ uti poſſit Cappis coloris bruni, ejus nimirum, qui in illis partibus dicitur *Buriel*, non autem nigri coloris, & ad tenorem prædictum corrigendam eſſe Regulam, & Conſtitutiones reſpectivè in locis, & Capitulis, in quibus diſponitur de veſtimentis Fratrum, injungendo Locorum Ordinariis, ut cogere valeant Fratres ad deponendum habitus alterius coloris ſub cenſuris, & pœnis, omni appellatione remota, & implorato quatenus opus ſit brachio ſæculari.

Rurſus in §. 6. hujus Bullæ præſcribitur, ut Gene- 9
rale Capitulum quolibet anno congregetur, & ad illud pro electione Miniſtri Generalis de univerſo Ordine convocentur Patres Vocales: ſed cùm irrepſerit quædam obſervantia, ut Capitulum fieret in Gallia, & Generalis eligeretur per Vocales quatuor tantùm Provinciarum Franciæ, Piccardiæ, Campaniæ, & Normandiæ; obtenta deinde à Sede Apoſtolica confirmatione, quæ petita fuit tempore Innocentii X. anno 1652. dum oppoſuerant PP. aliarum Provinciarum, electionem Miniſtri Generalis fieri debere à Vocalibus totius Religionis tam ex jure, quàm ex ſpeciali diſpoſitione citati §. 6. in hac Bulla Clem. IV. & rationes pro toto corpore Religionis deducebat
Card. de Luca *diſc.* 2. *de Regular.* Hinc diſputata cau- 10
ſa coram Congregatione deputata S. R. E. Cardinalium, hæc potiùs ex motivis prudentialibus, ut innuit *num. final.* electionem illam confirmavit cum ſanatione cujuſcumque prætenſæ nullitatis, prout confirmavit ſpeciali Conſtitutione Innocentius X. *Conſtitut.* 58. incip. *In eminenti tom.* 5. *Bullarii*, ſine tamen præjudicio ambarum partium tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio, & lege adjecta, ut quolibet ſexennio Capitulum Generale congregaretur, deinceps loco & tempore Capitularibus immediatè præcedentibus viſo cum interventu certorum Vocalium Provinciarum totius Ordinis, & quòd in primo Capitulo Generali in Urbe faciendo, Statuta, & Conſuetudines pro recto gubernio Ordinis cum approbatione S. Sedis ederentur, prout approbatæ fuerunt in forma ſpecifica, & deinde f. m. Innocentius XI. aliam edidit Conſtitutionem, ſed cum prudentialibus motivis hæc materia fuit adhuc tractata, & de Generalibus hujus Ordinis egit uſque ad annum 1620. Claudius Robertus *in Gallia Chriſtiana*, & alii agunt de hac Religione plenè notati à Barboſa *in ſumma Apo-*
ſtolicarum deciſ. collect. 387. & alibi dicam, quibus 11
competat electio Generalis in Religione, & de his PP. SS. Trinitatis pluries recurret ſermo, præſertim in *Conſtitut.* 6. *Nicolai IV.* ubi de legatis pro Redemptione Captivorum, ac aliis privilegiis, præſertim in Hiſpania, & *Conſtitut.* 7. *Clementis VII.* ubi de facultate quæſtuandi, quam etiam innui in *citat. Conſtit. Innocentii III.*

CONSTITUTIO XI.

CLEMENTIS IV.

incipiens (*Providentia.*)

EPITOME BULLÆ.

CLEMENS DILECTIS FILIIS Miniſtro, Prioribus, & Fratribus Ordinis Prædicatorum.

PRæcipit, quòd Fratres Ordinis Prædicatorum aſſumpti ad Prælaturas extra Ordinem, Conventui reſignent omnia, quæ ab Ordine habent, idque antequam munus Conſecrationis recipiant.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Fratres Prædicatores, & Minores aſſumpti ad Dignitates extra Ordinem, tenentur relinquere Monaſterio omnia, quæ habent tempore aſſumptionis.*

2 Reſe-

Digitized by Google

2 *Referuntur diſpoſita in preſenti Conſtitutione.*
3 *Poſſunt tamen Superiores iiſdem Regularibus aliquarum rerum uſum concedere.*
4 *Hac conceſſio facienda eſt cum Beneplacito Apoſtolico, ſi fiat de rebus alienari prohibitis.*
Innuitur cautela adhibenda à Superioribus Regularibus in hac conceſſione.
5 *Hac prohibitio quatenus comprehendat quaternulos, ſeu chartulas, in quibus ipſi Regulares ad Dignitates aſſumpti aliqua notabilia ſcripſerant.*
6 *Bona acquiſita à Regulari poſt aſſumptionem ad Epiſcopatum, pertinent ad ejus Eccleſiam.*
7 *Quod primò procedit quoad bona induſtrialia.*
8 *Regularis Epiſcopus poteſt contractus facere ſuper bonis ab ipſo acquiſitis, etiam ſi ſit Religionis incapacis acquirendi, & poſſidendi.*
9 *Quo caſu proprietas bonorum ejus Eccleſie acquiritur, remanente ei adminiſtratione, & uſu.*
10 *Dictio* velut *aliquando eſt expreſſiva veritatis, ſed frequentius importat ſimilitudinem.*
11 *Stipulatio facta ab Epiſcopo cum pecunia obventa ex venditione ſtabilis ſue menſe, non poteſt fieri favore tertie perſone.*
12 *Secùs ſi ex fructibus menſe, aut aliàs ad ipſum ſpectantibus ſtipuletur etiam favore conſanguineorum, vel extraneorum.*
13 *Epiſcopus Regularis, quemadmodum Secularis, eſt uſufructuarius in vita, & in morte uſuarius fructuum bonorum ſue menſe, & num. ſeqq.*
14 *Donatio fructuum ab ipſo facta in caſu non licito, ſecundùm aliquos eſt valida, quamvis peccaret.*
15 *Referuntur DD. ſtantes pro ſententia contraria.*
16 *Nulla eſt donatio ſtabilis ab Epiſcopo Regulari empti ex fructibus menſe, vel patrimonii.*
17 *Acquiſitio ſtabilis facta favore tertii ab Epiſcopo Regulari, quatenus ſit valida.*
18 *Epiſcopus Regularis licèt ſibi acquirat fructus, eis tamen pro neceſſariis, & moderatè uti debet.*
19 *Innuitur differentia adminiſtrationis bonorum competens Epiſcopo Regulari, diverſa ab ea, que competit Epiſcopo Seculari.*
20 *Exponitur ſenſus Rote, que pro contraria ſententia adducitur.*
21 *Epiſcopus Regularis poteſt & tenetur dotare Conſanguineas pauperes.*
22 *Contractus ab Epiſcopo Regulari factus pro alio ex fructibus menſe, quatenus valeat.*
23 *Epiſcopus Regularis peccat faciendo expenſas ſuperfluas in ſupellectili, & familia.*
24 *Tacitè conceſſa cenſeri non debent, que expreſsè denegari ſolent.*
25 *Hereditas delata Epiſcopo Regulari ante ejus promotionem, debetur Monaſterio; ſecùs ſi ei poſt promotionem deferatur.*
26 *Hereditas in ſpe delata Epiſcopo Regulari ante promotionem, acquiritur ſue Eccleſie, ſi hujuſmodi ſpes poſt promotionem purificetur.*
27 *Legatum factum Regulari intuitu Monaſterii, huic acquiritur, quamvis ipſe poſtea fiat Epiſcopus.*
28 *Similiter Monaſterio acquiritur legatum pro unica vice factum, etſi fiat intuitu perſone ipſius Regularis.*
29 *Secus ſi legatum ſit annue preſtationis.*
30 *Legatum factum Regulari Societatis Jeſu, qui poſtea ad Epiſcopatum promovetur, non debetur Religioni.*
31 *Epiſcopus Regularis an recuperet bona, que ob ingreſſum Religionis renunciaverat?*
32 *Adducuntur rationes pro ſententia affirmativa.*
33 *Que procedit quoad bona renunciata, alteri non adhuc queſita.*
34 *Referuntur ad hoc reſolutiones Sacre Congregationis Concilii.*
35 *Eccleſia nomine Epiſcopi Regularis poteſt adire hereditatem eidem debitam.*
36 *Eccleſia non acquirit jus ſuccedendi ex perſona Epiſcopi Regularis, niſi à tempore ejus confirmationis.*
37 *Si Epiſcopus Regularis Epiſcopatui renunciet, ſive ſit Epiſcopus titularis, ſucceſſio ei debita defertur ad Eccleſiam Romanam.*
38 *Epiſcopus Regularis nequit per Teſtamentum diſponere de fructibus, aliiſque intuitu Eccleſie, aut aliàs acquiſitis.*
39 *Et in his bonis ſuccedit ejus Eccleſia, vel Camera, ſi adſit jus Spoliorum.*
40 *Poſt Conſtitutionem Innocentii XII. Epiſcopus etiam Regularis poteſt diſponere favore locorum piorum; & ſi non diſponit, ſuccedit ejus Eccleſia.*
41 *Epiſcopus Regularis ex diſpenſatione Pape poteſt condere teſtamentum.*
42 *Epiſcopus pro obtinenda hac diſpenſatione debet neceſſariò exprimere, quòd ſit Regularis.*
43 *Pro concedenda hac diſpenſatione an & que cauſe requirantur?*
44 *Referuntur plura exempla hujuſmodi diſpenſationis conceſſa Epiſcopis Regularibus.*
Hec diſpenſatio non expirat morte concedentis, nec extinguitur ex primo actu. Ibidem.
45 *Epiſcopus Regularis poteſt ſibi eligere ſepulturam, etiam extra Cathedralem.*
46 *Quòd ſi ſepulturam non elegerit, ſepeliendus eſt in Cathedrali.*

QUod conſulendo ſtatui Fratrum Prædicatorum 1
ſtatuit Clemens Papa in hac Conſtitutione edita Viterbii 5. Idus Junii anno 1268. præſcripſerat Alexander IV. in ejus *Conſtitut.* 5. ſupra commentata quoad Fratres Minores; & cùm plura quoad eam egerimus in dicto Commentario, alia huic reſervando, ideò ad majorem explanationem materiæ, quam obtinet utraque Bulla, ut ſcilicet teneantur Regulares ex dictis Ordinibus promoti ad Epiſcopatus, & alias Dignitates extra Religionem, libros, & omnia bona, quæ tempore promotionis haberent, Conventui reſignare, niſi aliter ad tempus fuerint diſpenſati, ſeu eis data facultas; quod concordat cum Textu in *can. ſtatutum* 18. *queſt.* 1. qui in ſubjecta materia loquitur, ibi: *Quidquid acquiſierat, vel viſus fuerat habere, Monaſterio relinquat, & canon. ſunt qui* 17. *queſt.* 4. cum aliis per Gloſſam in utroque textu allegatis, hancque concluſionem probant Barboſ. *de poteſtate Epiſcopi part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 5. *num.* 16. *& in cit. can. ſtatutum*, Tamburrin. *de jure Abbat. tom.* 3. *diſput.* 3. *queſ.* 9. *num.* 8. *&* 9. Paſſerin. *de ſtatib. homin. tom.* 1. *qu.* 185. *art.* 8. *num.* 208. *cum ſeq.* Lucarin. *de Epiſcop. Regul. cap.* 2. *num.* 221. & alii ab his allegati.

Nequidem autem hæc Conſtitutio novum jus ſancit, nam idem habetur in allegato Textu, atque id importat votum ipſum paupertatis; ut eadem Conſtitutio ſupponit, & declarat, ibi: *Cùm itaque contingat interdum, quòd illi ex vobis, qui de Ordine veſtro ad Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus, & alias Prelaturas Eccleſiaſticas aſſumuntur, non conſiderantes, quòd ex profeſſione in ipſo emiſſa Ordine, nihil habent proprium, quod ſibi ſpecialiter valeant retinere, libros, & alia, que apud eos in hujuſmodi tempore promotionis habent, uſibus propriis applicare, ſecumque portare præſumant, in propria ſalutis diſpendium; Nos &c.* Jura igitur juribus cumulando, ſic iſte Papa paterno zelo prædictorum Fratrum ſaluti ſtudet. Hujuſmet Conſtitutionis mentio fit per D. Antoninum *de ſuſpenſione cap.* 4. *num.* 20. Emanuel. Roderic. *queſt. regul. tom.* 2. *queſt.* 51. *artic.* 6. Paſſerin. *de ſtat. hom. tom.* 1. *art.* 8. *num.* 215. Ex his tamen non prohibetur 3
quòd Superiores Regulares uſus aliquarum rerum Religioſo promoto ad tempus, vel ad vitam concedere nequeant, ut proſequitur hæc Conſtitutio: *Niſi forſan iidem Priores de conſenſu ipſorum Conventuum*

uſum

Digitized by Google

uſum illorum ad certum tempus eis duxerit concedendum; & idem habetur in *cit. Conſt.* 5. *Alexand. IV.* quod tamen videtur diſtinguendum, ut ſi agatur de re ſtabili, aut pretioſa, aliaque, quæ juxta ſubſequutam deinde *Bullam*, ſeu *Extrav. Ambitioſæ Pauli II.*
4 *de rebus Eccleſ. non alien.* & Decreta ſubſequentia de prohibita regularibus alienatione abſque Beneplacito Apoſtolico, & hoc caſu certum eſt requiri idem Beneplacitum, tum quia dicta permiſſio fuit ante has poſtremas leges, tum quia dictæ Conſtitutiones, ſolemnitates tunc ſufficientes in jure, conſenſus nempe Monaſterii, demandent, & proinde cùm agatur de actu erga perſonam exiſtentem extra Monaſterium, & à jugo profeſſionis Monaſticæ abſolutum, ſubjicitur prohibitioni alienationis, ſine Apoſtolico Beneplacito non faciendæ. Si verò agatur de parvis rebus non comprehenſis ſub dictis prohibitionibus, tunc remanet diſpoſitio hujus Bullæ, quæ potiùs eſt pœnalis, cùm contineat id, quod de jure, ut dixi, ſtatutum eſt, & pœna ſuſpenſionis in hac Conſtitutione addita ab executione Pontificalis muneris, non debet extendi ad alios Regulares, cùm non detur in hoc communicatio aliis Religionibus, ut advertit Paſſerin. *citat. num.* 218. *& ſeq.* Lucarin. *cit. de Epiſc. Regul. num.* 227. ubi talem ſuſpenſionem non eſſe reſervatam, & requiri, ut incurratur, præſumptionem ex verbis hujus noſtræ Bullæ. Solent autem ea, quæ Epiſcopus dum in Monaſterio erat, acquiſivit pro proprio uſu in aliquibus Religionibus permiſſo, eidem promoto concedi, ut vidi, dum eram Locumtenens A. C. practicatum à Superioribus, in quodam Epiſcopo Ordinis Carmelitani, qui dum muneribus Religionis functus fuerat, aliqua vaſa argentea, & libri fuerunt à Religione conceſſi eidem in uſu. Sed
5 in obitu maxima controverſia fuit, cùm vellet Religio recuperare bona; ideò cautè in hoc eſt procedendum, & tantùm id permittendum ad aliquos paucos annos, ut interim Epiſcopus ſibi conſulat, & prævio legali Inventario, ut excludatur præſumptio, quòd quæcunque reperta tempore obitus Epiſcopi intelligantur acquiſita intuitu Eccleſiæ, & etiam monet Paſſerin. *citat. num.* 218. Si autem agatur de parva re, ut exemplificat hæc Bulla in quaternulis, & cartis membranis, in quibus Regularis notabilia cum aliquibus ſermonibus collegerat, tunc licitum eſt hæc deferre extra Religionem, & dixit Diana *part.* 1. *tract.* 6. *reſolut.* 25. diſtinguit tamen Paſſerin. *loc. cit. num.* 213. quòd id intelligendum ſit de uſu tantùm, ſi agatur de manuſcriptis propriis pretio æſtimabilibus, nam poſt obitum debent redire ad Religionem; & maxima ratione id tenendum eſt, cùm conſonum ſit, quòd cùm ipſi promoti ſcientiarum notitiam in Religione hauſerint, ad ejuſdem Religionis honorem, & emolumentum fructus reddant; imò Clemens in hac Bulla benè ſe explicavit, quòd non intelligantur inter libros prohibitos deferri quaternuli, cartulæ, vel membranæ, in quibus Fratres ſibi certa notabilia cum aliquibus privatis ſermonibus collegerunt, quæ verba indicant, ſcripturas hujuſmodi non æſtimabiles; itaque quod fuit conceſſum in hac Bulla, nihil differt ferè à jure communi, & ſic parum refert communicatio prætenſa ab aliis Regularibus apud Tamburr. *tom.* 3. *de Jur. Abbat. diſput.* 3. *quæſt.* 9. *numer.* 9. cùm de jure ſicuti Regularis aſſumptus ad Epiſcopatum tenetur quidquid acquiſivit, vel viſus fuerat habere, Monaſterio relinquere, ut ſunt verba Text. *in citat. Can. Statutum* 18. *quæſt.* 1. ita in parvis rebus, ut ſunt illæ membranæ, textus diſpoſitio non intrat.

6 Epiſcopus itaque Regularis tenetur ea, quæ acquiſivit, vel habebat tempore, quo erat in Religione, liberè huic relinquere; ea autem, quæ acquiſivit tempore Epiſcopatus, ad propriam Eccleſiam, in qua intitulatus fuit, pertinent; quòdque etiam poſt promotionem, paternam ſibi hæreditatem poſtea jure vindicandi poteſtatem habeat, ut diſponitur in *cit. Can. Statutum*, pro cujus rei explicatione continuando etiam ea, quæ diximus in *citat. Conſtit.* 5. *Alexand. IV.* diſtinctè procedemus, primò ſcilicet quoad acquiſitiones; ſecundò quoad hæreditates, vel donationes, ac legata; & tertiò quoad bona renunciata per ipſum Epiſcopum in ingreſſu in Religionem.

Quoad primum clara eſt diſpoſitio dicti Textus, 7
ut Monaſterio acquirantur ea bona, quæ Monachus ex induſtria acquiſivit, dum adhuc erat in Monaſterio; quæ verò poſt aſſumptionem ad Epiſcopatum acquiſivit, ejus Eccleſiæ, cujus ſponſus eſt, acquirantur, ut docent DD. in *cit. Can. Abb. in cap. quod à te numer.* 8. *de Cleric. conjugat.* cùm ſint acceſſoria perſonæ, & latè Barboſ. *de poteſt. Epiſc. part.* 3. *allegat.* 114. *& in citat. Can. Statutum num.* 14. Azor. *Inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 10. *quæſt.* 6. aliique infra citandi; itaut differenti modo valeat Epiſcopus 8
contrahere, quod non poterat in Monaſterio; nam poſt Epiſcopatum, cùm acquirat ſibi uſum, & adminiſtrationem bonorum, poterit quidem contractus facere ſuper rebus ab ipſo acquiſitis, quod non licet in Monaſterio, cùm non habeat ibi velle, & nolle, ut latè Paſſerin. *citat. quæſt.* 185. *num.* 198. *& ſequen.* Quod procedit etiam ſi Epiſcopus eſſet de Religione incapace poſſidendi, & acquirendi, quia cenſetur Papam per aſſumptionem ad Epiſcopatum neceſſariò ad hujuſmodi ſtatum liberæ adminiſtrationis bonorum eum reduxiſſe, cùm in Monaſterio ampliùs non ſit ſub obedientia Superioris, & quòd poſſit contractus facere tam lucrativos, quàm oneroſos, non 9
obſtante Voto paupertatis, ita tamen ut acquiſitio ob reſiſtentiam Voti paupertatis, non quidem relaxati, ſed modificati, non ipſi Epiſcopo indiſtinctè, ſed Eccleſiæ ſuæ loco Monaſterii ſuffectæ quoad proprietatem debeatur, reſervato ſibi uſu, ſeu uſufructu; quod procedit tam ſi ſimpliciter, & imperſonaliter, quàm ſi ſibi ſtipuletur, Abbas *cap.* 1. *num.* 6. *de teſtament.* Tamburrin. *citat. tom.* 2. *diſputat.* 21. *quæſito* 17. Barboſ. *citat. Can. Statutum num.* 14. *& Vot.* 101. *numer.* 4. *&* 5. *libr.* 3. Capon. *diſcept.* 141. *numer.* 2. *& ſeq. tom.* 3. *& diſcept.* 97. *num.* 13. *tom.* 2. Paſſerin. *de ſtatu hom. tom.* 2. *quæſt.* 185. *num.* 201. De Marin. *allegat.* 63. *num.* 7. Card. de Luca *de feud. diſc.* 67. Fagnan. *cap. quæ in Eccleſiarum num.* 57. *& ſeq. & numer.* 86. *&* 89. *de Conſtit.* ubi de Fratre Ordinis Prædicatorum ad Epiſcopatum aſſumpto; & adeſt in hac materia Epiſcopi Regularis notabilis allegatio omninò videnda poſt Fajard. *tom.* 2. *allegat. fiſcal.* & de Epiſcopo Regulari feudatario dixi *tom.* 1. *Conſtitut. unic. Calliſti II. ſect.* 3. *num.* 15. *& ſeq. pag.* 441. Rota *deciſ.* 401. *num.* 10. *&* 476. *num.* 1. cor. Ludoviſ. *& deciſ.* 115. *part.* 4. *tom.* 2. *recent. deciſ.* 606. *num.* 3. *& ſeq.* cor. Cavaler. *& in Romana Pecuniaria, ſeu locorum Montium* 15. *Januarii* 1706. §. *Idque fortius* coram Muto, & benè Rota *in Lituana Donationis* 5. *Maji* 1688. §. *Agitur, &* 1. *Junii* 1695. coram Emer. *impreſſ. in deciſ.* 1278. *ejuſdem num.* 6. *&* 7. *&* 10. *Maji* 1698. §. *Cum namque* coram Urſino, ubi diſtinguitur inter Epiſcopum Regularem poſt aſſumptionem, & ante eam. Nec videntur obſtare verba textus in *cit. can. ſtatutum*, ubi dicitur, quòd reſtituat Eccleſiæ quod acquiſivit, & ſic videtur dominium ab initio plenè ſibi obventum; quia intelligi debet acquiſiviſſe, ut reſtituat Eccleſiæ, & ſic pro ſola commoditate, ſeu uſufructu, non autem quoad proprietatem, prout in eodem textu antecedenter dicitur, quòd ille poſt aſſumptionem, *velut legitimus hæres paternam ſibi hæreditatem poſtea jure vindicandi poteſtatem habeat*; non tamen hoc intelligit Textus, ut ſibi Epiſ- 10
copus in totum acquirat, ſed quidem dicto modo compatibili, ut infra dicam; verbum enim *velut* licèt aliquando accipiatur pro expreſſione veri, ut in *l. quoties Cod. de Jure dotium*, tamen frequentiùs ſtat pro quadam ſimilitudine, ac ſi diceret *quaſi*, Barboſ. *de dictionibus dict.* 417. Card. Tuſchus *practicarum concluſ. lit. D. concluſ.* 375. *num.* 1. cùm de ſui natura ſit nota fictionis, & improprietatis, *leg. item mela* §. *Celſus*,

Digitized by Google

Celſus, & §. *quamvis ff. ad leg. aquil.* Barboſ. *de dict.*
dict. 311. *num.* 2. & ſic illud pronomen *ſibi* debet re-
ferri ad eam perſonam, ad quam magis convenit diſ-
poſitio, ut optimè ad rem Fagnan. *citat. cap. quæ in*
Eccleſiarum num. 79. *de Conſtitut.* & *cap. in præſentia*
numer. 70. *de probation. in fine*, unde intelligi debet,
Epiſcopum ipſum habere poteſtatem ſibi acquirendi,
hoc eſt Eccleſiæ ſuæ, cujus eſt Antiſtes; imò dum
dicitur in textu citato, ut dixi, quòd acquiſita Epiſ-
copus reſtituat Eccleſiæ, benè acquiſitionem domi-
nii eidem fuiſſe ab initio factam demonſtrat; quod
enim reſtituitur, ſuum factum non eſt, alienum eſt,
leg. reſtituere ff. de verbor. ſignificat.

An autem id procedat, ut acquiſitio ſit Eccleſiæ,
quatenus ſtipuletur idem Epiſcopus pro certa perſo-
na, ſive extranea, ſive conſanguinea; an verò potiùs
talis acquiſitio ſit illius, ad cujus favorem ſtipulatur.
11 Et quatenus agatur de acquiſitione facta cum pecu-
nia habita ex venditione alicujus ſtabilis, vel mobilis
ſpectantis Eccleſiæ, quod uti capitale debet reinve-
ſtiri; & tunc certum eſt, quòd acquiſitio nequit fieri
alteri, niſi ipſi Eccleſiæ, ut proſequitur cit. Paſſerin.
num. 201. *verſ. diſtingui verò debet*, & ſupponit Rota
in mox citandis deciſionibus. Aut ſtipulatio eſt cum
12 pecunia ex fructibus provenientibus à capitali Eccle-
ſiæ, qui fructus ſunt de Menſa Epiſcopi, vel ipſi ſpe-
ctantes, & talis ſtipulatio ſit etiam pro tertia perſo-
na, adeout voluntas ſtipulantis ſit talis; & tunc li-
citè poteſt ſtipulare pro tertio etiam laico, & con-
ſanguineo, prout etiam pro ſe id agere uti perſona
laica, & abſtractivè ab Eccleſia, & deinde poſt ejus
obitum ad favorem aliorum, & ſic inſtituere etiam
fideicommiſſum pro vocatis in ſtipulatione, ut benè
firmatum fuit *in deciſ. citat.* 401. & 476. coram Lu-
dovíſio, *repetit. deciſ.* 241. & 306. *part.* 2. *recent.* ubi
fuit deciſum contra Epiſcopum Uſſellenſem, qui præ-
tendebat certa bona quæſita ab Epiſcopo anteceſſore
Regulari ſtipulante pro ſe uti perſona laica, & poſt
ejus obitum in dotem pro ejus nepotibus, & dictas
deciſiones ſequuntur Paſſerin. *cit. n.* 201. aliique DD.
13 Etenim juxta hanc ſententiam firmatur, quòd Epiſ-
copus Regularis in vita habeat liberam adminiſtra-
tionem fructuum, & bonorum quorumcumque Ec-
cleſiæ, & ſit uſuarius tantùm in morte, prout eſt in
Epiſcopo ſæculari, cùm eadem debeat eſſe ratio;
nam id quod ex ſui eſſe habet Epiſcopus ſæcularis,
ut valeat ex fructibus ipſis donare, & facere quidquid
vult in vita, ſecùs autem in morte; ita etiam poterit
Regularis, cùm ob aſſumptionem ad talem ſtatum,
videatur quoque per Summum Pontificem id indul-
tum, non obſtante voto paupertatis, ut conformetur
ſtatui, quem aſſumpſit; & ita eſſe de communi con-
ſuetudine, dixit Rota *citat. deciſ.* 401. *num.* 7. coram
Ludoviſio, & *deciſ.* 115. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* quæ
citat Navarr. *conſ.* 15. & *per tot. de Regul. numer.* 8.
Sarmiento *de reddit. Eccleſ. part.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 10.
& *deciſ.* 772. *num.* 4. *part.* 1. *diverſ.* latè Barboſ. *de po-*
teſt. Epiſcopi citat. allegat. 114. *num.* 20. & proinde
poſſe quodcumque vinculum dictis fructibus in actu
inter vivos ponere, docet Sanchez *lib.* 2. *conſ. cap.* 2.
14 *dub.* 51. & ſic donando in caſu non licito, peccaret
quidem, non autem nullus dicitur actus, Barboſ. *cit.*
allegat. 114. *num.* 33. & quòd Regularis Epiſcopus ſit
uſufructuarius in vita, & uſuarius in ejus morte ad
inſtar ſæcularis, dixit etiam Rota *in Liſbuana Dona-*
tionis cit. & præſertim in *dec.* 1278. *num.* 6. cor. Emer.
jun. itaut validus ſit actus, quidquid ſit quoad illici-
tam qualitatem ob illicitam diſtributionem, quam
opinionem tenent innumeri ferè DD. latè adducti à
Diana *tom.* 3. *in antiquis tract.* 2. *reſolut.* 50. Gonzal.
in capit. cum olim il 2. *num.* 6. *in fin.* Azor. *tom.* 2. *in-*
ſtit. moral. lib. 12. *cap.* 7. *quæſt.* 2. Sanchez *in præcept.*
15 *Decalog. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 13. Contrarium ta-
men ſentiunt nonnulli, quos adducit idem Gonzal.
cit. num. 6. §. *Epiſcopus verò Regularis*, Leſſius *de ju-*
ſtit. & *jur. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 5. Cutellus *de donat. tra-*
ctat. 1. *diſp.* 2. *part.* 3. *num.* 135. Lucarin. *de Epiſcop.*
Regulari citat. plurib. in locis, & ſpecialiter *num.* 239.
& 243. Capon. *diſcept.* 138. *num.* 33. Noguerol. *alle-*
gat. 26. *num.* 169. Hurtado *libr.* 1. *reſolut.* 1. *num.* 225.
Roſa *de recta diſtrib. reddit. Eccleſiaſticor. num.* 126.
& uſque ad 42. DD. pro hac opinione adeſſe dixit
Diana *citat. reſolut.* 50. *in princip.* ubi quòd verior
eſt hæc ſecunda ſententia, quamvis probabilis ſit
prima.

Verùm in hoc diſtinguendi ſunt caſus; nam aut 16
Epiſcopus Regularis ex pecunia fructibus acquiſita,
nedum ex bonis Epiſcopatus, ſed etiam ex bonis pa-
trimonialibus, cujus proprietas ſtatim acquiritur Ec-
cleſiæ ob ejus incapacitatem acquiſitionis dominii,
ſtante paupertatis voto, acquirit aliquod ſtabile, &
deinde iſtud donat alicui, & tunc abſque ulla con-
troverſia donatio eſt invalida, quia agitur de re jam
quæſita Eccleſiæ, & in hoc ſenſu eſt deciſio Sacri
Conſilii Neapolitani apud Thorum *in compend. deciſ.*
part. 2. *verſ. bona empta fol.* 49. Genuenſ. *in practicab.*
Eccleſ. quæſt. 264. Roſa *citat. num.* 127. Aut agitur, 17
ut eſt verus caſus quæſiti propoſiti, de pecunia reſul-
tante ex dictis fructibus, an valeat ea acquirere bona
pro alio; & verior, communior, ac ſanior eſt ſervan-
da opinio negativa, quatenus agatur de donatione
abſque cauſa, & immoderata; ſecùs autem ſi ſit mo-
derata juxta ſtatum proprium, & penſatis circum-
ſtantiis, ſecundùm quam diſtinctionem ego utraſque
opiniones conciliare curabo; quòd autem negativa
ſit à pluribus DD. amplexa, & verior, etiam contra-
rii id fatentur, & ſolùm ducuntur ex quadam permiſ-
ſione univerſali Summi Pontificis; quòd autem id de
jure ſit tenendum, reſultat ex eo præſertim, quòd
cùm verè iſti Regulares Epiſcopi retineant obligatio-
nem votorum in iis, quæ compatibilia ſunt cum ſta-
tu Epiſcopali, ad quem aſſumpti, diſpenſati cenſen-
tur à Papa in incompatibilibus tantùm, ut latè dixi
ad *citat. Conſtitut.* 5. *Alex. IV.* & ad rem D. Thom.
2. 2. *quæſt.* 185. *art.* 8. *ad tertium*, ibi: *Manet tamen*
adhuc obligatio voti, proprium autem nullo modo habe-
re poſſunt, & in *citat. can. ſtatutum* 18. *quæſt.* 1. & be-
nè Barboſ. *allegat.* 114. *citat. numer.* 18. aliique DD.
Unde licèt acquirant fructus, ut poſſint eos expende- 18
re abſque licentia Superioris, & erogare in ſui alimo-
niam, & familiarium juxta ſtatum Epiſcopalem, imò
etiam donare quoad actus neceſſarios, vel ſecundùm
ſtatum proprium; non exinde poſſunt eos erogare ad
libitum, & ratio eſt, quia cùm habilitentur ad ſocie-
tatem diverſam, non debent habere limitatum uſum,
quem tantùm habebant, dum erant in Clauſtro, ut
benè notat Cardin. Cajetan. *ad citat. artic.* 8. D. Tho-
mæ *num.* 70. & *ſeq.* debent enim actus ita dici per-
miſſi, ut ad ſocietatem novæ vitæ ſecundùm digni-
tatem, & auctoritatem noviter acquiſitam confe-
rant; non etenim decet, ut Epiſcopus avarus dica-
tur, & inhabilis ad hoſpitalitatem juxta nobiliorem
formam, & ad munera præſtanda Principibus, aliiſ-
que pro ſervitio propriæ Eccleſiæ, nec non donandi
etiam conſanguineis, vel pauperibus, aut aliis juſta
exiſtente cauſa, ut dicam; & in his terminis videtur
eſſe Textus in *cap. Cum olim il* 2. §. *Præterea de pri-*
vil. ubi Epiſcopus Regularis cùm donaverit Mona-
ſterio ſummam pecuniariam, demandatum fuit, ut re-
ſtitueretur Eccleſiæ Cathedrali, quia, ut ibi dicit Gloſ-
ſa, *donare non poterat, qui nihil habet*, & tamen age-
batur de pecunia acquiſita tempore Epiſcopatus, ut
ad rem notant DD. apud Gonzal. *citat. cap. cum olim*
numer. 6. & licèt in fine dicat, textum procedere in
donatione cauſa mortis; tamen contrarium reſultat
ex verbis, ibi: *contulerat Monaſterio*, quod importat
dationem inter vivos, & dixit Abbas *ibid.* Capon. *cit.*
loco; imò Abb. ait, quòd Epiſcopus Regularis non
poſſit magnam donationem facere etiam de pecunia
numerata, & quòd poſſit repeti à donatariis, & *n.* 15.
quòd non habeat liberam adminiſtrationem indefini- 19
tam, ſed ſecundùm conſuetudinem; & verè quid-
quid ſit quoad Epiſcopos non Regulares, de quibus
ſuo loco; hoc certum eſt, quòd maxima differentia
eſt in-

Digitized by Google

eſt inter adminiſtrationem, quæ conceditur Epiſco-
po Regulari, ac Sæculari; iſte enim non habet vo-
tum paupertatis, quod impedit acquiſitionem cujuſ-
cumque dominii, quod verificatur tam in ſorte,
quàm in fructibus; imò quod eſt fortius, Epiſcopus
Sæcularis poteſt diſponere, & acquirere dominium
plenum in bonis patrimonialibus, quod nequit acqui-
rere Regularis: hinc cùm Papa concedit facultatem
teſtandi, debet exprimi qualitas regularis, quæ eſt im-
pedimentum majus, ut ſervari dixit Corrad. *in prax.
diſpenſ. lib.* 10. *cap.* 4. *num.* 1. *& ſeq.* & ſolet etiam
peti licentia quoad donationem ingentem, Nogue-
rol. *alleg.* 26. *num.* 214. Capon. *cit. num.* 30. *in fine*,
& in his noſtris terminis benè tuetur Pelliceion. *il-
luſtr. quæſt.* 21. *cap.* 10. §. *quare*, ubi quòd votum
paupertatis non tollatur in totum, ſed dilatetur, &
quòd diſpoſitio fructuum permiſſa intelligenda ſit
quoad diſpoſitionem non eo modo, quo eſt permiſſa
non Regulari Epiſcopo, & quoad dominium ipſorum
fructuum; nam cùm Regularis non ſit liberatus à
voto paupertatis, facultas illa diſponendi de fructibus
intelligi debet juxta propriam capacitatem, & habili-
tatem, & ante eum benè Card. Zabatell. *in cap. fin.
de pecul. Cler.* Rota *deciſ.* 247. coram Bellamera *de
donat.* ibi: *Frater Minor Epiſcopus de bonis Eccleſiæ
modicum, quod videlicet* 30. *florenos pro impenſo ob-
ſequio dare poteſt*, & etiam Rota *deciſ.* 115. *num.* 8.
part. 4. *tom.* 2. *recent.* ubi explicat dictam diſpoſitio-
nem, ſeu dominium fructuum, ut pauperibus ſubve-
niat, egentibus, & hujuſmodi.

Nec obſtant deciſiones adductæ, quia illæ coram
20 Ludoviſio benè explicantur à cit. Noguerol. *numer.*
169. De Luca ad Gratian. *diſcept.* 363. Capon. *cit.
num.* 33. quòd ſcilicet Rota ſe fundat quòd ageba-
tur de parva domo empta, nec non aderat cauſa
remunerationis, & agebatur ad favorem nepotum
pauperum, & quidem ob cauſam dotis, in quibus
caſibus certum eſt potuiſſe Epiſcopum Regularem
donare, cùm vel ſit donatio antidoralis, vel neceſ-
ſaria, & potuerat cogi ex redditibus Eccleſiæ con-
21 ſanguineas dotare pauperes ſecundùm proprium ſta-
tum, etiam cum reſpectu ad Prælaturam, ut expreſ-
sè docuerunt Abb. *in cap.* 1. *de arbitris*, Rėdoan. *de
rebus Eccleſ. non alien. qu.* 52. *num.* 113. & DD. ibi
adducti, latè Roſa *cit. cap.* 6. *num.* 44. *cum ſeq.* Matta
*de redditibus Eccleſ. poſt tract. de cauſis conciſtorial.
num.* 131. *& ſeq.* & fuit canonizatum mandatum exe-
cutivum contra quendam Epiſcopum in hoc ad favo-
rem ſororis, etiam contra fructus Eccleſiæ, à Signa-
tura Juſtitiæ in una *Romana* me Votante. Deciſio au-
tem in *Lithuana Donationis* coram Cardin. Caccia
§. *ſimiliter*, benè explicat concluſionem, Regularem
Epiſcopum habere liberam adminiſtrationem fru-
ctuum, & ex eis teneri dotare conſanguineas pau-
peres. Hæc tamen opinio licèt vera, quia tamen
22 poſſet parere confuſionem in commercio, cùm Epiſ-
copi Regulares ad inſtar Sæcularium in ſæculo ver-
ſentur; ideò forſan poſſet ſuſtineri prætenſa conſue-
tudo, valere nempe donationes, & emptiones factas
pro aliis ex fructibus menſæ, Navar. *conſ.* 15. *num.* 4.
& num. 8. ubi de praxi totius Orbis Chriſtiani, Sar-
miento *de redditibus Eccleſ. cap.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 10.
aliique apud Argel. *de acquiren. poſſeſſ. qu.* 3. *art.* 20.
num. 53. *&* 56. *& ſequent.* Corrad. *citat. loc. num.* 5.
& 6. Garzias *de beneſ. part.* 7. *capit.* 10. *num.* 90. Sed
hoc procedit vel in pecunia manuali, ut DD. ipſi
exemplificant, cujus uſus eſt in commercio; vel etiam
in acquiſitionibus, ut interim contractus valeant,
& non dicatur acquiſitionem factam pro tertio, Ec-
cleſiæ acquiri ex vi ſtipulationis, ſed bona empta ſint
ejus, pro quo ſtipulatur, non tamen, ut non tenea-
tur ille tertius ad reſtitutionem pecuniæ ad favorem
Eccleſiæ; ad differentiam Regularis non Epiſcopi,
qui ſi ſtipuletur pro alio, acquirit non iſti, ſed Mo-
naſterio, ut diſtinguit Rota *in citat. deciſ. Lithuana*
coram Emerix jun. Lucatin. *cit. loco*, Leſſius, alii-
que apud Roſam *citat. num.* 126. *&* 127. Et quamvis
admitti debeat, quòd conſuetudo introducta ad con-
ſulendum commercio, concedat libertatem Epiſcopo
Regulari ex ſe diſponendi de fructibus, emendo, ven-
dendo, & quomodolibet contrahendo juxta occur-
rentia negotia, quod utique facere poteſt, Bordon.
controv. moral. 15. *num.* 3. §. 2. Molin. *de juſtit. & jur.
tract.* 2. *diſput.* 140. *num.* 27. Suarez *de Relig. tom.* 2.
libr. 3. *cap.* 16. *num.* 32. Cardin. de Lugo *reſp. moral.
libr.* 5. *dub.* 12. *num.* 26. *&* 32. Campanil. *diverſ. jur.
can. rubr.* 12. *cap.* 14. *num.* 10. non exinde conſequi
poteſt, ut dominium plenum obtineat, jus quæſitum
tollendo ab Eccleſia, in qua dominium bonorum ra-
dicatur.

Tandem certum eſt ſemper in quacumque opinio- 23
ne, quòd Epiſcopus Regularis peccat, ſi non dime-
tiatur expenſas, & ſupellectilem juxta qualitatem reli-
gioſam, & eò fortiùs in donationibus, & profuſio-
nibus, ut notat Paſſerin. *cit. num.* 227. Roſa *citat.
num.* 125. & benè Suarez *tom.* 4. *de relig. tract.* 8.
lib. 3. *cap.* 16. *num.* 30. ibi: *Epiſcopum Regularem
faciliùs poſſe graviter peccare, ſi ſupellectilem ditio-
rem, vel familiam ampliorem habeat, quàm Epiſco-
pum Religioſum deceat, cùm debeat paupertatem, &
modeſtiam Religioſam ſervare in iis, quæ dignitati
Epiſcopali non repugnant.* Sicuti faciliùs etiam pote-
rit contra idem votum peccare, ſumptus magnificos,
& ſuperfluos, vel profanos faciendo, & ſic ſemper
urget, quòd ſatis differt Epiſcopus Regularis à Sæ-
culari in libera adminiſtratione fructuum ſui Epiſco-
patus, nec ex generali permiſſione diſpoſitionis fru-
ctuum à Summo Pontifice Epiſcopis Regularibus per-
miſſa eſt præſumendum, quòd votum paupertatis in
eiſdem diſpenſet, & velit per Epiſcopum Regularem
profundi bona ad inſtar Sæcularis; nam illicita, vel
à jure prohibita, vel veriſimiliter in ſpecie non con- 24
ceſſura, tacitè conceſſa nunquam intelligi debent,
*cap. ſi Epiſcopus de pœnit. & remiſſ. regula in gene-
rali de regul. juris in Sexto.*

Quoad ſecundam principalem quæſtionem, cui 25
acquirantur hæreditates, & donationes Epiſcopo Re-
gulari factæ, diſtinctio eſt, quòd ſi agatur de hære-
ditate delata Epiſcopo ante promotionem, & tunc
competit Monaſterio; ſi verò fuerit delata tempore
Præſulatus, competit Eccleſiæ, ut ſancitur in *cit. can.
ſtatutum* 18. *quæſt.* 10. & docent DD. communiter
infra citandi. Difficultas autem in hac hypotheſi
emergit, ſi hæreditas in ſpe fuiſſet Epiſcopo Regula-
ri ante promotionem delata, an eveniente caſu dela-
tionis, ſeu purificationis, ut eſt in fideicommiſſo,
tempore Epiſcopatus acquiratur Monaſterio; & licèt
poſſet dici deferri Monaſterio, cùm per profeſſionem 26
omnia jura ſint tranſlata in illud; tamen certius eſt
acquiri Eccleſiæ, quia attendi debet tempus ſpei de-
ductæ ad actum, nam ea favore Monaſterii evaneſcit,
ex quo talis perſona deſinit eſſe ejuſdem filius, ut di-
cit Gloſſ. *in citat. can. ver. reſtituat*, Paſſerin. *loc. cit.
numer.* 209. *& ſeq.* Covarr. *de teſtam. cap.* 1. *num.* 19.
Suarez *tom.* 4. *de relig. tract.* 8. *lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 22.
& 14. Lucatin. *de Epiſc. Regular. cap.* 2. *numer.* 221.
Tamburr. *de jur. Abbat. tom.* 3. *diſput.* 3. *quæſt.* 9. *nu-
mer.* 8. Barboſ. *citat. num.* 16. *& citat. capit. ſtatutum
num.* 14. Capon. *cit. diſcept.* 138. *num.* 32. *& ſeq.* Ca-
pycius Latro *deciſ.* 193. *num.* 31. Fontanell. *dec.* 226.
num. 25. De Luca ad Gratian. *diſcept.* 363. *num.* 31.
§. *controverſia*, & fuerunt in iſto ſenſu Cardinales
Sacr. Congregationis Concilii in *Neapolitana* 3. *De-
cembr.* 1639. ubi quòd Regularis Epiſcopus recupe-
rat jus ſuccedendi ad hæreditates poſt ejus electio-
nem ad Epiſcopatum pro utilitate ſuæ Eccleſiæ ſibi
delatas.

Si verò agatur de donatione, ſeu etiam legato fa- 27
cto ei tempore, quo erat in Monaſterio; tunc inſpi-
ciendum eſt an fuerint perſonalia intuitu perſonæ ip-
ſius, an autem intuitu Monaſterii, in quo erat; nam
ſi fuerint intuitu Monaſterii, tunc remanere debent
procul dubio eidem Monaſterio, ut in ſimili fuit di-
ctum *in Romana legati* 12. *Junii* 1690. §. *ex his* coram
Priolo,

Digitized by Google

Priolo, & 4. *Julii* 1692. & 24. *Novembris ejuſdem anni coram eodem*, & 27. *Novembris* 1693. cor. Urſino, & 1. *Julii* 1695. coram Eminentiſſ. Caprara, in quibus deciſionibus fuit reſolutum, legatum factum PP. Theatinis S. Silveſtri Urbis, fuiſſe intuitu Eccleſiæ, & Patrum, etſi in illa Religione adeſſet filius legantis; ibique plura diſcutiuntur quatenus legatum non dicatur factum intuitu perſonæ filii, etſi pro cau-
28 ſa motiva ille poſſet conſiderari. Si verò legatum ſit intuitu perſonæ, tunc etiam dicerem, quòd ſi quis promoveatur ad Epiſcopatum, & agatur de legato pro unica vice facto, remaneat Monaſterio, ut communiter docent DD. apud Paſſerin. *cit. num.* 209. ſublata diſtinctione adducta ab Abb. *in cap. quod de te de Cle-*
29 *ric. conjug.* quòd tranſeant indiſtinctè bona acquiſita à Monaſterio intuitu perſonæ, Barboſ. *cit. Can. Statutum num.* 14. §. *atque idem*, Pellicion. *illuſtr. qu.* 21. *cap.* 10. §. *Concordari in fine*, De Marinis *libr.* 2. *quotid. cap.* 35. *num.* 8. & benè in terminis Rota *dec.* 643. *num.* 17. & *ſequentibus*, coram Buratto. Sed ſi agatur de annuis præſtationibus, tunc videtur cauſa finalis fuiſſe, ut talis profeſſus in ſuis indigentiis ſibi conſulere valeat, ut in terminis dixit Paſſerin. *cit. num.* 210. & tunc acquiſitio conſiderari poteſt quolibet anno, & ſic reſpectivè ad ſtatum, in quo quis reperitur, Pellicion. *cit.* §. & *in caſu*; præſertim quia quidquid ſit in tranſeunte de una Religione ad aliam pro cauſa privata, de qua latè Capyc. Latro *citat. deciſ.* 193. Pignatell. *conſult.* 432. *tom.* 1. Rota *in citat. Romana legati*; certum eſt, quòd in hoc caſu concurrit utilitas publica, ut quis Regularis tranſeat ad Epiſcopatum, & proinde eò fortiùs debet procedere opinio æquior, ut ad rem dixit juxta DD. etiam contrarios Capyc. Latr. *loc. cit. num.* 7. & facit Cardin. de Luca *diſc.* 39. *de Regular. num.* 17. Sed quoad tranſitum de
30 una Religione ad aliam, latiùs loco opportuniori dicam. Hæc autem non procedunt in PP. Societatis Jeſu, qui etiam poſt primam emiſſionem Votorum, ſi ad Epiſcopatum aſſumantur, quem recipere non poſſunt ſine ſpeciali Papæ præcepto, omnia bona tempore, quo in Societate adfuerunt, ad ſtatum Epiſcopalem transferunt, quia in illo ſtatu non acquirunt Religioni, Paſſerin. *cit. num.* 206.

31 Quoad tertiam quæſtionem principalem, an Epiſcopus, qui renunciavit bonis ante profeſſionem ad formam Sacri Concil. Trident. de qua dixi ad *Conſtitut.* 1. *hujus Pontificis ſect.* 2. recuperet eadem bona in ſtatu Epiſcopali, maxima eſt controverſia inter DD. ut latè quæſtionem exornat Pellicion. *cit. Illuſtr. quæſt.* 21. qui pro negativa tenet, ac plura argumenta adducit, prout etiam negativè concludunt alii apud Annam *conſ.* 45. Cutell. *de Donat. tract.* 1. *diſc.* 2. *part.* 3. *num.* 132. Andreol. *controv.* 396. *per tot.* Rovit. *deciſ.* 10. ubi ita fuiſſe deciſum, Barboſ. *de Jur. Eccleſ. libr.* 1. *cap.* 42. *numer.* 141. Staiban. Jun. *tom.* 2. *reſolut.* 125. *num.* 42. Cardin. de Luca *de renunc. diſc.* 17. *num.* 10. & latè in ſimilibus Rota *deciſ.* 222. *num.* 1. & *ſeq. part.* 12. *recent.* Affirmativam tamen ſententiam tenent plures apud prædictos, Molſeſ. *conſ.* 1. *lib.* 3. & *conſ.* 39. *lib.* 1. Genuenſ. *pract. Eccleſ. qu.* 262. Paſchal. *de patr. poteſt. part.* 1. *cap.* 3. *numer.* 99. De Marinis *libr.* 2. *reſolut.* 46. *num.* 18. & *reſolut.* 185. *numer.* 5. & 6. ubi tamen contrarium determinaſſe Sacr. Conſilium Neapolitanum; ſed ipſe addit caſum reſolutum ad favorem cujuſdam Regularis, qui habebat locum in Collegio Doctorum in Civitate Neapolis, dum profeſſus fuit, illumque recuperavit contra poſſeſſorem talis loci poſt Epiſcopatum aſſumptum, Lucarin. *de Epiſcop. Regular. cap.* 2. *num.* 217. Ricc. *in prax. part.* 2. *reſolut.* 152. Franch. *de controverſ. inter Epiſc. & Regul. quæſt.* 118. *part.* 2. Barboſ. *cit. cap.* 42.
32 *num.* 240. Quæ opinio fulcitur ratione, quia intelligitur facta renunciatio rebus ſic ſtantibus, & proinde cùm ſtatus fuerit mutatus, cenſetur actus reſolutus; nec obſtat, quòd Epiſcopus remaneat Religioſus in compatibilibus, quia verè cùm Epiſcopus Regularis ſit capax ſuccedendi, neceſſe eſt dicere, quòd in hoc mutatio ſtatus eveniat, cùm tempore profeſſionis dicatur mortuus civiliter, & ſit incapax ſuccedendi; prout ex eadem ratione ſi eſſet profeſſus in Religione incapaci, certè quòd non ſuccedit, ſed veniunt hæredes ab inteſtato, ut aliàs dixi; ſed ſi reperiatur Epiſcopus, quia fit capax ad ſuccedendum, acquirit ſucceſſionem, quia attenditur tempus capacitatis, Barboſ. *cit. Can. ſtatutum num.* 15. Tapia *in auth. ingreſſi ver. ſua cap.* 6. *num.* 87. *Cod. de SS. Eccleſ.* aliique ibi citati, Rota *deciſ.* 115. *part.* 4. *tom.* 2. ubi de Franciſcano, & textus in *citat. can. ſtatutum* benè exprimit, ut Monachus Epiſcopus jus vindicandi hæreditatem habeat. Confirmatur autem, cùm renunciatio fiat ex cauſa ingreſſus, & contemplatione, quòd ingrediens fit incapax acquiſitionis bonorum, & ſic jure poſtliminii, & reſolutionis cauſa reducitur ad primæum ſtatum. Cæterùm hæc opinio ita approbatur à Sacr. Congregatione Concilii in utroque caſu, ut intelligi debeat de bonis, & hæreditatibus, quæ non ſunt alteri poſt adeptum Epiſcopatum quæſita, non autem in quæſitis ante talem mutationem ſtatus, Paſſerin. *cit. num.* 206. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. cap.* 42. *num.* 242. & *de poteſt. Epiſc. alleg.* 96. *num.* 15. Lauret. de Franch. *de controverſ. inter Regular. & Epiſc. quæſt.* 118. Lucarin. *de Epiſc. Regul. numer.* 217. Rota *deciſ.* 530. *num.* 1. cor. Card. Cerro; ſi tamen renunciatio eſſet ob aliam cauſam principalem, tunc remanebit ejus vis, ut in caſu fortiori de egreſſu totali à Religione dixi ſupra *ad Conſtitut.* 1. *hujus Papæ ſect.* 2. Hinc in Sacr. Congregatione Concilii in *Nullius* 11. *Januarii* 1631. *libr.* 14. *decret. pag.* 366. *à tergo*, & *pag.* 371. fuit propoſitum dubium ad inſtantiam N. Regularis profeſſi, & ad Epiſcopatum promoti; ſed Eminentiſſimi PP. pro majori parte cenſuerunt, dictum Oratorem recuperare jus ſuccedendi etiam in bonis ab eo ante emiſſam profeſſionem renunciatis, dummodo non ſint alteri acquiſita, licèt tres ex octo Cardinalibus negativam ſententiam tenuerint, qui tamen convenerunt, recuperare poſſe, quatenus Mater poſt Epiſcopatum adeptum ab inteſtato deceſſiſſet; imò cùm in extentione decreti fuerit dictum: *dummodo non ſint alteri ante adeptum Epiſcopatum acquiſita*, prædicta verba: *ante adeptum Epiſcopatum*, non fuerunt edita, ut notatur in margine dicti decreti, quia ſufficit quòd quocunque tempore non ſint quæſita; nam deberet attendi tempus, quo non ſolùm eſt Epiſcopus, ſed quòd uti voluerit reſolutione, quod potuerat evenire poſt tempus Epiſcopatus, & eadem Sacr. Congregatio in *Neapolitana* 3. *Decembris* 1639. propoſitis dubiis: *Quæritur I. an N. Regularis profeſſus incapax bonorum, ad Epiſcopatum aſſumptus recuperet jus ſuccedendi quoad hæreditates poſt aſſumptum Epiſcopatum ſibi delatas. II. An eidem obſtet ceſſio, & renunciatio hujuſmodi hæreditatum facta ad favorem fratris ad præſcriptum Sacr. Concil. Trident. cap.* 16. *ſeſſ.* 25. *de Regul.* Reſpondit: *Ad I. recuperare jus ſuccedendi ad hæreditates poſt adeptum Epiſcopatum ad utilitatem ſuæ Eccleſiæ ſibi delatas quoad proprietatem, & ad proprium commodum quoad uſumfructum. Ad II. eidem non obſtare ſupradictam ceſſionem, & renunciationem quoad hæreditates, quæ non ſint alteri ante adeptum Epiſcopatum acquiſitæ.* Hinc in hac reſolutione appoſita fuerunt verba: *poſt adeptum Epiſcopatum*, quæ verba in hac ſecunda reſolutione conſonant cum prima reſolutione, nam quoad hæreditatem tempore Epiſcopatus delatam Epiſcopo Regulari, ex eo quòd reſolvitur actus à die quo Epiſcopus, vel Eccleſia vult uti tali reſolutione, cùm Textus *in canon. Statutum* in ejus poteſtate relinquat hæreditates vindicare, ipſe eam poſſet non vindicare, & repudiare, ut notat Vaſquez *de reddit. Eccleſ. cap.* 3. *dub.* 2. *num.* 28. Rot. *citat. deciſ.* 115. *num.* 14. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* Tamen hæc patiuntur difficultatem non minimam circa repudiationem hæreditatis poſtea obventæ, cùm id importaret plenum velle, & nolle, & habilitas ad ſuccedendum eſt non reſpectu ſui, ſed Eccleſiæ, ut notat Gloſſ. *ibid. ver.*

ſibi in

Digitized by Google

ſibi in fine; & licèt ipſe poſſit adire, cùm videatur
habilitatus, ut in *citat. deciſ.* 215. tamen habet velle,
& nolle in utilibus, non verò in præjudicialibus, ut
notat ad rem Paſſerin. *cit. num.* 202. & ſic nequit præ-
judicare repudiando, quia proprietas non eſt ſua, ſed
35 Eccleſiæ. Et quoad aditionem Eccleſia ipſa poteſt
etiam adire, & agere pro immiſſione ad inſtar Mo-
naſterii, ut aliàs dixi, pro Monacho; nam etſi in
utroque caſu nec Monaſterium, nec Eccleſia ſcripti
hæredis nomen obtineat, tamen ex legis interpreta-
tione habet eundem effectum, Paſſerin. *cit. num.* 202.
& 203. Capon. *tom.* 2. *diſcept.* 97. *numer.* 14. Barboſ.
citat. allegat. 114. *num.* 28. *& ſequen.* plenè Rota *in
cit. dec.* 115. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* ubi quòd non poſ-
ſit neque repudiare poſt aditionem; ſed quid ante adi-
36 tionem, in dubio relinquit. Quoticicunque autem
Eccleſia excluſo Monaſterio ſuccedere debeat, dubi-
tari poteſt, an iſtud jus competat Eccleſiæ ſtatim ſe-
quuta electione Regularis ad Epiſcopatum, ſive po-
tiùs requiratur ejus confirmatio, & adeptio poſſeſſio-
nis Epiſcopatus. Et dicendum eſt, attendendum eſſe
tempus confirmationis, quia tunc Epiſcopus ſolvitur
à jugo Regulari, ut notant DD. apud Barboſ. *citat.
can. Statutum num.* 18. & dixi ſupra *Conſtitut.* 4. *Cle-
ment. IV. num.* 14. Ita hujuſmodi jus favore Eccleſiæ
ceſſat, ſi renunciet Epiſcopatui, uſque à tempore re-
nunciationis, Capon. *cit. diſcept.* 138. *num.* 35. Hoc
autem caſu ſubingreditur Camera Apoſtolica, ubi vi-
get jus ſpoliorum in ſucceſſionibus Epiſcoporum, ut
37 notat Fontanell. *deciſ.* 227. *num.* 18. ubi de Catalu-
nia, & Hiſpania, & latè Capon. citat. Seraphin. *de-
ciſ.* 594. Sed ſi Epiſcopus renunciaverit Epiſcopatui,
vel ſit titularis, ſuccedit Eccleſia Romana uti univer-
ſalis, Barboſ. *cit. allegat.* 114. *num.* 30. *&* 31. Capon.
cit. num. 34. *& num.* 36. de Luca *cit. diſcept.* 363. *nu-
mer.* 31. §. *proponit difficultatem*; nunquam tamen bo-
na ſpectant ad Monaſterium, cùm liberatus extitit ir-
revocabiliter ab ejus jugo quoad jus Monaſterii.
38 Denique ex dictis inſurgit inhabilitas in Epiſcopo
Regulari ad teſtandum, alioſque actus peragendos ul-
timæ voluntatis, nedum de fructibus Eccleſiæ, aliiſ-
que bonis intuitu ipſius acquiſitis, ut cæteri Epiſco-
pi nequeunt diſponere ob Sacrorum Canonum pro-
hibitionem expreſſam *in capit. cum in officiis, & cap.
ad hæc de teſtament. Can. in præſenti* 12. *quæſt.* 1. in
quo jure Eccleſiæ alicubi ſuccedit Camera Apoſtoli-
ca ratione ſpoliorum, ut alibi dicam; ſed non ſolùm
Regulari, uti Epiſcopo hujuſmodi factio activa teſta-
menti eſt interdicta, ſed uti Religioſo eſt penitùs ad-
empta, nedum in bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis,
ſed in patrimonialibus, & aliis quibuſcunque, *Can.
ſtatutum* 18. *quæſt.* 1. Barboſ. *in cap. quorundam de te-
ſtam. num.* 4. *& de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 14.
num. 20. *cum ſeq.* Azor. *Inſtit. moral. libr.* 12. *cap.* 10.
quæſit. 6. Paſſerin. *cit. loco numer.* 249. *& ſeq.* Rota
deciſ. 109. *numer.* 5. coram Ludoviſ. Quocirca viduata
39 Eccleſia ob deceſſum hujuſmodi Regularis ſponſi, jure
communi inſpecto, in omnibus, & ſingulis ſuis bonis
tam patrimonialibus, quàm aliis pleno jure ſuccedit
Eccleſia, Capon. *citat. diſcept.* 97. *num.* 13. *& citat.
diſcept.* 138. *numer.* 31. *& ſeq.* & dixi ſupra, necnon
declaravit Sac. Congregatio Concilii in excluſionem
ſucceſſoris in Epiſcopatu apud Fagnan. *in cap. quæ in
Eccleſiarum num.* 80. *de Conſtit.* Corrad. *in prax. diſ-
penſ. lib.* 10. *cap.* 4. *num.* 8. Ubi autem adeſt jus Spo-
liorum Cameralium, tunc Camera ſuccedit in quibuſ-
cumque bonis tam intuitu Eccleſiæ acquiſitis, quàm
patrimonialibus, juxta *Conſt.* 43. *incip. Officii noſtri
Greg. XIII. tom.* 2. *Bullar.* de qua ſuo loco, & in cit.
40 reſolutione Sac. Congregationis apud Fagn. benè habe-
tur, quòd in Diœceſi Goæ in Indiis non aderant ſpo-
lia. Sed in noviſſima *Conſtitutione ſan. me. Innocentii
XII.* incip. *Inſcrutabili in ejus Bullario parvo la* 23.
conceditur facultas omnibus Epiſcopis etiam Regu-
laribus Regni Neapolitani diſponendi etiam in mor-
te de bonis acquiſitis intuitu Eccleſiarum ad uſus
locorum piorum Diœceſis, & in caſu non diſpo-
ſitionis ſuccedit Eccleſia Cathedralis, & ſic vide-
tur ſecundùm hanc Bullam reintegratum jus Eccle-
ſiarum.

Cæterùm quia factio activa teſtamenti eſt dumtaxat
jure humano prohibita, Card. de Luca *de teſtam. diſc.*
35. *num.* 6. Suarez *tom.* 3. *de Relig. lib.* 8. *cap.* 16.
num. 9. Card. de Lugo *de Juſtit. diſput.* 3. *ſect.* 6. *nu.*
109. ideò Papa poteſt diſpenſare, ut Regularis Epi- 41
ſcopus valeat per ultimam voluntatem diſponere præ-
ſertim ad honeſtos, & pios uſus, D. Thom. 2. 2. *quæſt.*
185. *artic.* 8. *ad* 3. latè Barboſ. *in cap.* 2. *num.* 9. *&
ſeq. de teſtam. & de poteſt. Epiſc. cit. alleg.* 114. *num.*
23. Paſſerin. *cit. num.* 229. Sanchez *in præcept. Deca-
log. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 45. Ceval. *quæſt.* 388.
num. 63., & formulam hujus diſpenſationis tradit Cor-
rad. *in praxi. diſp. lib.* 10. *cap.* 4. *num.* 1. *& ſequen.*
quo unico actu diſpenſationis non ſolùm removetur
quodcumque impedimentum poſitivum ad diſponen-
dum cauſa mortis, ſed ulteriùs eidem conceditur, ut
de bonis non ſuis quaſi ſuis diſponat; neque ob id
Papa directè jus Eccleſiæ, ad quam de jure pertinent,
lædit, ut diſſerit Suarez *cit. num.* 18. ibi: *Quando Pon-
tifex concedit Regulari hanc facultatem, non concedit
facultatem teſtandi de bonis ſimpliciter alienis, ſed de
bonis Eccleſiaſticis, quorum ipſe eſt ſupremus admini-
ſtrator*; ideo erroneè dicunt ii, qui talem diſpenſa-
tionis facultatem negant, niſi magna, & publica in-
terveniente cauſa, ex eo quòd tolleretur votum pau-
pertatis, ut adnotavit Sanchez *ad præcept. Decalog.
tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 49. ſiquidem optimè di-
xit D. Thom. *cit. art.* 8. *ad* 3. ibi: *Si tamen Epiſco-
pus Regularis ex conceſſione Papæ teſtamentum facit,
non intelligitur ex propria facere, ſed Apoſtolica au-
ctoritate intelligitur ampliata poteſtas ſua diſpenſatio-
nis, ut ejus diſpenſatio poſſit valere poſt mortem*. Ita-
que non diſponit de rebus uti verè propriis, ſed ex
Papæ voluntate, quæ omnia compatiuntur cum vo-
to paupertatis, Navar. *de redditibus Eccleſ. monit.* 11.
num. 13. Roderic. *quæſt. regul.* 69. *artic.* 2. *tom.* 3.
Molin. *de Juſtit. tract.* 2. *diſp.* 141. *num.* 9. Card.
de Lugo *cit. num.* 118. Hinc debet exprimi neceſſariò
Papæ qualitas iſta Regularis, quia adeſt duplex ob- 42
ſtaculum, nempe uti Epiſcopi, & uti Regularis; &
ſic difficiliùs diſpenſat, Card. de Luca *de renunciat.
diſc.* 17. *num.* 11. *& de teſtam. diſc.* 9. *num.* 1. *&
ſeq.* Corrad. *in prax. cit. cap.* 4. *num.* 1. *&* 8. ubi
quòd ſi agatur de bonis patrimonialibus, & ex indu-
ſtria quæſitis, obſtat tantùm qualitas religioſa, cùm
Epiſcopus ſæcularis poſſit teſtari de illis; quæque
indulta teſtandi per Pontificem conceſſa Epiſcopis
non valent quoad non reſidentes, ex *Conſtit.* 91. *Pii
IV.* incip. *in ſuprema*, ut ſuo loco dicam.

Neque etiam ſana opinio videtur, quòd Papa ſuæ
meræ voluntatis arbitrio, ſaltem directivè loquendo, 43
abſque ulla cauſa eandem diſpenſationem elargiri va-
leat, ut apud Redoan. *de ſpol. Cleric. quæſt.* 7. *num.*
15. Paſqualig. in addit. ad Lauret. de Franch. *de con-
trov. inter Epiſc., & Regul. quæſt.* 113. *num.* 5. Pel-
lizar. *in manual. regul. tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 2. *ſect.* 1.
& 5. *num.* 358. nam ſive Pontifex ſecundùm Cano-
niſtas bonorum Eccleſiaſticorum dominus dicatur,
itaut totalis cauſa talis diſpenſationis dependeat à ſuo
placito, & certè quòd non valet abſque culpa hanc
diſpenſationem concedere non exiſtente juſta cauſa,
Can. omnes diſt. 22. Fagn. *in cap. relatum nu.* 32. *de
Cler. vel Monach. & cap. cum ad Monaſterium num.*
83. *& ſeq. de ſtat. Monach.*, ubi quòd Papa ſi diſ-
penſet ſine juſta cauſa, peccat ipſe, & is cum quo
diſpenſatur, & in caſu Sanchez *ad præcept. decalog.
cit. cap.* 8. *num.* 4. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 10.
num. 30. quod eo magis procedit, ſi cum Theolo-
gis dicatur, Papam eſſe ſupremum eorundem bo-
norum adminiſtratorem, & D. Thom. 2. 2. *quæſt.*
63. *art.* 1. *ad* 1. plenè enim hoc verificato, ſi ea-
dem bona ſuæ fidelitati commiſſa, abſque ulla cau-
ſa elargiatur, prodigè ſua adminiſtratione abuteretur,
ut apud præcitatos DD.

Idcir-

Digitized by Google

Idcircò tutiùs agendo, videtur optima praxis,
quòd Papa juſta, aut pia, vel ſaltem honeſta concur-
rente cauſa, poſſit imò valeat tuta conſcientia hujuſ-
modi licentias teſtandi concedere; nam licèt diſpoſi-
tio ad uſus non pios tenderet, ex quo aliqua hone-
ſtas interveniat, ad hunc effectum dici valet pia cau-
ſa, & licita, Paſſerin. *citat. num.* 229. *verſ. nam cum*
ſimplex, Bannes 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 5. *diſt.* 5. Suarez
44 *cit. num.* 19. ubi exemplificat, ſi concurrat ex parte
Religionis ratio alicujus beneficii recepti, vel natura-
lis erga propinquos, vel per modum gratitudinis.
Hinc plura ſunt exempla hujuſmodi diſpenſationum,
nempè anno 1677. Epiſcopo Tropien. Ordinis S. Au-
guſtini pro ſumma Duc. 1250. de Camera, ſolutis Ca-
meræ Duc. 10. pro centenario; anno 1668. Alonſo
Epiſcopo Corduben. Ordinis S. Franciſci de Obſer-
vantia pro ſumma Duc. 20000. ſolutis Cameræ duc. 10.
pro centenario; & anno 1630. Epiſcopo Celſonen.
Ordinis S. Benedicti pro cauſis piis tantùm ad ſum-
mam Duc. 2000. nec non anno 1698. Joanni de S.
Maria Ordinis S. Franciſci Reformatorum Epiſcopo
Solſonenſi, indefinitè pro quacunque ſumma ad pias
cauſas; ſoletque exprimi ut facultas ſit pro omnibus
provenientibus ex redditibus menſæ, & liberalitate
Principum, & quomodocunque, ac undecunque, li-
citè tamen, & etiam aliquando de eis diſponendi fa-
vore conſanguineorum, & amicorum; hinc tempore
Regnantis Pontificis Clementis XI. deputata Congre-
gatione Particulari in Ajacen. diſpenſationis ad diſpun-
gendum, an hujuſmodi diſpenſatio eſſet concedenda
Epiſcopo Ordinis Reformatorum S. Franciſci pro ea
ſupplicanti ad diſponendum de bonis intuitu ſuæ per-
ſonæ acquiſitis, ad commodum ſuorum conſangui-
neorum, & maximè ſororis pauperis ſobole onuſtæ;
reſolutum fuit 12. *Aprilis* 1703. *Annuendum eſſe gra-*
tiæ petitæ, ſi Sanctiſſimo placuerit, in quoſcunque uſus
pios, & etiam ad favorem Conſanguineorum, & Af-
finium; & ſic videtur in praxi indulgeri potiùs in bo-
nis intuitu perſonæ acquiſitis, quàm intuitu Eccleſiæ,
quia verè in his urget majus jus, vel ipſius Eccleſiæ,
vel Cameræ ſubrogatæ.

45 Quæ diſpenſatio ſemel conceſſa non expirat morte
concedentis etiam re integra, nec in primo actu con-
ſummatur, cùm ejuſdem vigore ſemel, & quoties Epiſ-
copo libuerit, valeat ultimam ſuam voluntatem ex-
primere, imò etiam teſtamentum ante ipſius conceſ-
ſionem exaratum convalidat, ut hæc latè probant
Barboſa *in dicto capit.* 2. *num.* 13. *& ſeq. de teſtam. &*
dicta alleg. 114. *num.* 25. *& ſeq.* Paſſerin. *cit. num.* 229.
ſed de hoc communi cum aliis Epiſcopis ſæcularibus
alibi recurret ſermo.

46 Tandem pro coronide notandum, quòd licèt Re-
ligioſus Præſul abſque Pontificis diſpenſatione teſtari
non poſſit, in ſuo tamen arbitrio repoſitum eſt ſibi
eligere ſepulturam etiam extra Cathedralem, ut latè
Murga *diſquiſ. forenſ. tom.* 1. *tract.* 7. *ſect.* 2. *diſquiſ.* 8.
§. 1. *per tot.* & dixi *tom.* 2. *pag.* 269. *num.* 30. Abſque
47 verò hac declaratione decedens, eſt ſepeliendus in Ec-
cleſia Cathedrali ad formam *Cæremon. Epiſcop. libr.* 2.
cap. 38. & cenſuit Sacr. Congr. Concil. in *Januen. ſe-*
pulturæ, in qua cùm Superior Regularis in ſuam Ec-
cleſiam transferri curaverit Cadaver Archiepiſcopi Gen-
tilis Ordinis Prædicatorum, cum motivo, quòd ore-
tenus illi fuerit ab Archiepiſcopo demandatum, habi-
tu Pontificali indutum, propoſitis duobus dubiis *die*
27. *Auguſti* 1695. *Primò. An & quomodo de prædictis*
ſit puniendus Prior dicti Conventus S. Mariæ de Ca-
ſtello. Secundò. An Pluviale, & Caſula ab eodem re-
cepta reſtituenda ſint Capitulo; ſed dilata reſolutione
ad diem 17. Septembris ejuſdem anni. *Ad primum*
reſpondit *puniendum Priorem privatione vocis activæ,*
& paſſivæ arbitrio Sacr. Congreg. Ad ſecundum Plu-
viale cum Caſula Capitulo reſtituendum.

CONSTITUTIO XII.

CLEMENTIS IV.

incipiens (*Ordinis.*)

EPITOME BULLÆ.

CLEMENS GENERALIBUS Ordinis Prædicatorum, & Minorum.

CONqueſtionibus dictorum Fratrum, quòd nonnulli Epiſcopi, & Ordinarii derogantes eorum libertatibus privilegia à Sede Apoſtolica iis conceſſa ad ſuum intellectum traherent, conſulendo Papa inhibuit, ne prædicti Ordinarii, aliique Prælati talia privilegia, ſive clara, ſive dubia interpretentur, ſed requiratur judicium Sedis Apoſtolicæ.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Legum obſervantia à prohibita earum interpretatione elicitur.*

2 *Jura prohibentia privatis legum interpretationem recenſentur, ubi quoad Regulam Ordinis Minorum, & Sacr. Concil. Trident.*

3 *Talis prohibitio majore ratione urget in interpretandis privilegiis etiam Regularium.*

4 *Papa poteſt interpretari per ſe ipſum privilegium conceſſum, ſed conſultiùs facit per alium, & quomodo.*

5 *Privilegium Piſtorum quoad potioritatem declaratum fuit à Papa.*

6 *Quomodo ſit permiſſa interpretatio legum, & privilegiorum, & num. ſequentibus.*

7 *Conceſſa juriſdictione non cenſetur data poteſtas interpretandi auctoritativè leges, & privilegia, niſi id ſpecialiter concedatur.*

8 *Judex quomodo valeat interpretari leges, & privilegia.*

9 *Principe præſente ſemper eſt ad eum recurrendum pro interpretatione.*

10 *Quomodo Epiſcopis liceat cognoſcere de privilegiis præſertim Regularium.*

11 *Privilegium conceſſum in hac Bulla quid contineat circa talem interpretationem.*

12 *Adducitur reſolutio Sacr, Congreg. Concilii quoad PP. Societatis Jeſu,*

13 *Plures caſus diſtinguuntur circa talem interpretationem prætenſam per Epiſcopos, vel Judices.*

14 *Clauſula ſublata quid importet.*

15 *Non impedit ut Judex non valeat decidere, caſum non comprehendi.*

16 *Quo caſu non requiritur aperitio oris.*

17 *Prædicta procedunt in caſu literalis non comprehenſionis, ſecus è contra in Urbe, & quid extra Curiam,*

18 *Quid Rota, & Judices Curiæ ſervent in hoc, ubi de recurſu ad Signaturam Gratiæ pro aperitione oris,*

19 *Clauſula ſublata quatenus tollat facultatem dicendi de ſubreptione, vel obreptione.*

20 *Commendatur Sanctiſſimus D. N. Clemens XI. qui revocavit ad uſum Signaturam Gratiæ.*

21 *Laudatur Reverendiſſimus Domin. Petrus Marcellinus Corradinus Auditor Sanctiſſimi. Ibidem.*

22 *Superiores Regulares an habeant facultatem interpre-*

Digitized by Google

terpretandi eorum privilegia, tam inter ipſos Regulares, quàm cum extraneis.

1 QUod primum obtinuerunt Principes, jus eſt
condendi leges; utque firma harum obſervan-
tia ſubſiſtat, eos cohibere opus fuit, qui ſpiritu am-
bitionis, vel alterius cupiditatis ducti, dum verbis
legum ſervire deberent, illas propriæ menti ſubjicere
præſumunt, aliiſque mentem propriam pandere, &
præfinire, quo nil magis ad ipſas leges conturbandas,
pervertendaſque conducit; hinc benè indixit Moyſes
in Deuter. cap. 4. 2. Populo obſervantiam mandato-
2 rum Dei in ſimplicitate ſermonis cuſtodiendam, ne
quidem addendo, vel minuendo verbum; & Impe-
rator in *leg. prima Cod. de veter. Jur. enucleando* ait:
*Nullis Juriſperitis impoſterum audentibus commentarios
illi applicare, & verboſitate ſua ſupradicti Codicis
compendium confundere, quemadmodum & antiquiori-
bus temporibus factum eſt, cùm per contrarias inter-
pretantium ſententias totum penè jus conturbatum eſt*;
& conſonant verba in *leg. tanta §. hoc etiam eodem
tit.* hocque etiam ſtatuerunt Juris Canonici Condito-
res, ut notat Gloſſ. *in cap. quoniam verbo declaramus
de conſtitut.* ibi: *Benè dicit, declaramus, quia nullus
alius eam declarare (ſcilicet legem) ſive interpretari
poſſet*; & conſonant *can. ſicut* 11. *queſt.* 1. *capit. ſuper
ſpecula ne Cler. vel Monach. cap. inter alias §. ut igitur
de ſentent. excomm.* Imò ut firma magis ſit aliqua diſ-
poſitio, adjici ſolet prohibitio expreſſa cujuſcumque
interpretationis, & gloſſationis, ut *in capit. exiit de
verb. ſignif. in* 6. ubi de Regula Fratrum Minorum;
& pœna excommunicationis ibi contenta moderata
fuit in *Extrav. quia nonnunquam de verb. ſignif.* hujuſ-
modi quoque interpretationes prohibitæ fuerunt quo-
ad Concilium Tridentinum, reſervata tantùm tali fa-
cultate Sacræ Congregationi Concilii per *Bullam ſpe-
cialem Pii IV.* incip. *Benedictus*, poſitam in fine Con-
cilii, de qua ſuo loco.
3 Id quod in legibus fuit cautum, ne interpretentur
ab inferioribus, majore ratione injunctum fuit quoad
privilegia à Sede Apoſtolica conceſſa, ut in *cap. cum
veniſſent de judiciis*, ubi Epiſcopi utpotè facilè vul-
nerantes privilegia præſertim Regularium, cohiberi
jure debuerant, ne ſub motivo interpretationis, illa
eludere viderentur; agebatur enim in illo Textu, cu-
jus facti expoſitio debet recipi *à cap. cum veniſſent de
in integ. reſtit.* quæ eſt integra decretalis Innoc. III.
ibi enim exprimitur Cauſa inter Epiſcopum, & Re-
gulares ſuper electione Abbatis, quam prætendebat
ſibi arrogare Epiſcopus Veneten. ſed Papa viſis privi-
legiis, contra ſententiam pro Epiſcopo latam in inte-
grum Monaſterium reſtituit, concludendo Decreta-
lem omiſſam in *citat. tit. de in integr. reſtitut.* & po-
ſitam ſub *tit. de judic.* his verbis: *Cùm ſuper privilegiis
Sedis Apoſtolicæ cauſa verſatur, nolumus de ipſis per
4 alios judicari*. Nec diſpoſitio hujus Textus aberrare
videtur à ſola juſtitia, & æquitate Summorum Pon-
tificum, cùm ipſi reddantur Judices eorum privile-
giorum, quia benè reſpondet Gloſſ. *in citat. cap. cum
veniſſent verb. Judicare, de judic.* Paſſerin. *tom.* 3. *de
ſtat. homin. queſt.* 189. *artic.* 10. *inſpect.* 10. *num.* 24. *&
ſeqq.* & alii communiter, de jure id facere poſſe, cùm
verè cauſa propria non ſit, ſed Eccleſiæ, prout Im-
perator cognoſcere poteſt de cauſa fiſcali; ſed conſul-
tiùs id fit per alium, prout fieri ſolet per Tribunalia
id decidentia ex Papæ commiſſione, cùm agatur de
intereſſe Cameræ, vel ejus juriſdictionis, vel etiam
aliquando Papa privilegia ipſa declarat nedum per
5 Conſtitutiones, ſed etiam in Signatura Gratiæ, ut de
privilegio Piſtorum teſtatur Cardin. de Luca *diſc.* 166.
num. 49. *de dote, & diſc.* 17. *num.* 4. *diſc.* 28. *num.* 8.
& diſc. 73. *num.* 2. *&* 11. *de credit.* R. P. D. Zaulus *ad
Statut. Faventin. tom.* 2. *libr.* 7. *rubr.* 11. *num.* 19. &
D. Conſtantinus *ad Statut. Urbis tom.* 1. *annot.* 30. *ar-
tic.* 1. *num.* 70. Æquitas verò etiam adeſt, cùm non
videatur per Epiſcopum decidi id, quod fuit conceſ-
ſum contra propriam juriſdictionem, ut notat Gonzal.
citat. cap. cum veniſſent, de Judiciis, Roderic. *queſt.
regul. tom.* 1. *queſt.* 11. *artic.* 3. *& ſeqq.* Paſſerin. *cit.
numer.* 723. *&* 724. Sed tam quoad interpretationem 6
legum, quàm quoad illam privilegiorum, quæ priva-
tæ leges ſunt, variæ irrepſerunt limitationes; nam ſi
agitur de privilegio, vel lege interpretanda per Judi-
ces, vel etiam per DD. non quidem auctoritativè,
& per modum legis, cùm id ſpectet ad ſolum Princi-
pem, ſed quaſi grammaticaliter, & ad literam, ita
ut intellectus ipſius non detorqueatur, ſed tantùm
aperiatur, cùm argumentis frequenter, latens veritas
appareat, & ſub eadem litera ſæpè latet multiplex in-
tellectus, ut benè advertitur in *citat. extravag. quia
nonnunquam*, dicendum eſt poſſe fieri; unde ſi verba
ſint clara, poteſt Inferior declarare in præjudicium
partis, non comprehendi ſcilicet talem caſum; ſi
verò caſus ſit dubius, vel verba, debet recurri ad
Principem; ſed ſi propter longam diſtantiam id fieri
non valeat, tunc erit licita interpretatio juxta ra-
tionem naturalem; ſi verò dubietas ſit circa inten-
tionem ejuſdem, ad ipſum omninò eſt recurrendum;
ſi tandem agatur de aliquo reſcripto ad inſtantiam
Partis, aliquibus ſuppoſitis uti fundamentis, benè
poterit inferior Judex ſubreptionem, vel obreptionem
cognoſcere, ut caſus prædictos enumerat Gloſſ. *in
citat. cap. cum veniſſent verbo judicare*, Panormitan.
& DD. *in eod. cap.* Gonzal. *ibid. in fine*, Felin. *nu-
mer.* 1. Joannes Andreas *num.* 5. Barboſ. *num.* 2. Fa-
gnan. *cap. cum tempore num.* 9. *de arbitris, & cap. cum
veniſſent de judiciis*, Roderic. *citat. queſt.* 11. *art.* 1.
Paſſerin. *citat. num.* 717. *& ſeq.* Cokier. *de juriſd. in
exemptos libr.* 2. *queſt.* 13. Tamburrin. *de jur. Abbat.
tom.* 1. *diſp.* 15. *queſt.* 6. *& diſp.* 16. *queſt.* 6. Mantica
de tacit. libr. 2. *tit.* 1. *num.* 55. Guttier. *pract. queſt.
libr.* 3. *queſt.* 28. *num.* 2. *& ſeqq.*
Verùm conceſſa quæcumque juriſdictione, pote- 7
ſtas interpretandi auctoritativè leges, & privilegia non
cenſetur tradita, Fagnan. *citat. cap. cum veniſſent nu-
mer.* 18. *&* 19. cùm requiratur ſpeciale mandatum, ut
juriſdictio, quæ in ſignum privilegii ſingularis tan-
tummodò eſt reſervata Principi, per inferiorem expli-
cetur, ut ſunt verba Textus in *cap. quod translatio-
nem, de offic. legati*; imò ex ſpeciali conceſſione talis
facultatis poterit quidem inferior id facere, non ſua,
ſed concedentis auctoritate, *cap. Si cui, & cap. hi qui,
de preben. in* 6. *& leg.* 1. *§. Sed neque, Cod. de vet. Jur.
enucl.* Proinde antiquitùs inter Jura publica recenſe- 8
bantur Conſtitutiones Prudentum, & Prudentes, non
autem Senatus conſulebantur ſuper dubiis; ita eſt di-
cendum, quòd ſi agitur de auctoritativa interpreta-
tione, requiratur ſpecialis auctoritas; ſi autem agatur
de re ambigua, ita ut mens Legiſlatoris ex anteceden-
tibus, vel ſubſequentibus eliciatur, tunc quidem licet
tam Judicibus, quàm DD. interpretari, ut notant ci-
tati DD. ex notabili Text. *in leg. ex facto, ff. de vul-
gar. & pupillar.* ubi ſi non exprimatur ratio, poſſu-
mus quidem attendere rationem naturalem, quæ po-
tuit movere Principem, & per illam etiam venire con-
tra verba, ſervando mentem, argumento ſumpto ex
can. ſedulò diſt. 38. *leg. ſcire, §. Sufficit, ff. de excuſat.
Tutor.* hac etenim interpretatione, leges, ſeu privi-
legia directè non vulnerantur, cùm principaliter non
de jure Conſtitutionis, ſeu privilegii agatur, ſed inci-
denter, & principaliter ſolùm de jure litigantium, ut
latè Fagnan. *cit. cap. cum veniſſent n.* 2. *& ſeqq.* cùm
tamen videatur reſervatum Legiſlatori, dubietatem
aliundè non ſubmoveri, niſi ex ſola ipſius voluntate.
Si verò Princeps ſit præſens, ad eumdem eſt ſemper 9
recurrendum pro majori ſecuritate, & reverentia,
quotieſcumque de vera voluntate dubitetur, Abbas,
Felin. aliique allegati à Fagnan. *ibidem num.* 43. Paſſe-
rin. *cit. num.* 719. aliique ſupra adducti. Cùm etenim
ultra dictos DD. explicationem circa facultatem inter- 10
pretandi leges Eccleſiaſticas, & privilegia, præter
Summum Pontificem, uſurpandam etiam ab inferio-
ribus Judicibus, & præcisè quoad Epiſcopos adſint
Textus etiam poſteriores citato *c. cum veniſſent*, ut in

capit. cum perſona de privil. in 6. ubi quòd privilegia
Regularium debeant exhiberi coram Ordinariis, ibi-
que traditur certa forma, quatenus debeat Epiſcopus
illis deferre, cognitionemque hujuſmodi privilegio-
rum aliquo modo eiſdem Ordinariis videtur attribue-
re; & licèt prædicta non procedant in privilegio in-
ſerto in corpore juris, vel aliàs notorio, ut latè apud
Fagnan. *cap. his, quæ numer. 35. de majorit. & obed.*
Paſſerin. *cit. inſpect. num. 700. & ſequen.* Barboſ. & alii
11 Repetentes *ad cit. cap. cum perſona*; ideò ad tollendas
hujuſmodi ambages Summi Pontifices meliori modo
quieti Fratrum Prædicatorum, & Minorum, alio-
rumque Regularium conſulentes: tam clara, quæ in-
terpretatione non indigent, quàm dubia privilegia iis
conceſſa, Ordinariis prohibet interpretari, volentes,
quòd cum ejus ſit interpretari, cujus eſt condere, in-
terpretatio ſuper hujuſmodi dubiis, & obſcuris, à S.
Sedis judicio requiratur, ut egit Clemens IV. in hac
Conſtitutione edita Viterbii nonis Junii anno 1268.
eamque Bullam referunt paſſim ad rem Gonzal. *in
cit. cap. cum veniſſent num. 1. de judic.* Paſſerin. *citat.
num. 723.* ex qua Conſtitutione infertur, nullo modo
licere inferioribus Judicibus, & Ordinariis, hujuſ-
modi privilegia interpretari, ſive clara, ſive dubia
12 contineant, & *num. 724.* probat ex reſolutione Sacr.
Congreg. Concil. 16. *Maji* 1648. *in Angelopolitana*
confirmata in *Conſtitut.* 31. *Innoc. X.* incip. *cum ſicut
accepimus*, ibi: *IV. An in caſu, quo Regulares quicum-
que etiam Societatis Jeſu exhibeant aliqua privilegia,
& Ordinarii judicent ea non ſuffragari caſui, de quo
agitur, & ad rem non facere, Regulares præfati poſ-
ſint, & debeant provocare ad Summum Pontificem,
vel in partibus Indiarum remotiſſimis ad Metropolita-
num, ſive Ordinarium viciniorem, vel poſſint hoc caſu
eligere Conſervatores;* Sacra Congregatio reſcripſit:
*Si verba privilegiorum ſint obſcura, & ambigua, non
licere recurrere ad Metropolitanum, vel viciniorem
Epiſcopum, nec Conſervatores eligere, ſed Summum
Pontificem pro interpretatione eſſe adeundum.* Unde
13 in hac re diſtinguendi ſunt caſus, nam aut agitur de
poteſtate Papæ concedentis; & certum eſt non licere
alicui id decernere, cùm Papa nullum recognoſcat
ſuperiorem, *Can. cuncta per mundum 9. quæſt.* 3. vel
dubium eſt de intentione Papæ, & tunc juxta regu-
las ſupradictas generales, ſi agatur per viam interpre-
tationis auctoritativæ, ſolus Papa id facit, Panor-
mit. *cit. cap. cum veniſſent num.* 3. vel eſt dubium de
ſignificatione verborum, quæ ſint obſcura, & du-
bia, licèt de jure poſſet ſuppleri per Judices inferio-
res, ſi Papa fuerit longè abſens, & in hoc videtur
conſultum ex hoc privilegio conceſſo etiam aliis Re-
gularibus quibuſcumque ſaltem per communicationem,
ut debeat ſemper conſuli Papa; ſi verò agatur de ver-
bis claris ad favorem Regularium, non poterit quis
præjudicare; ſi tandem agatur de verbis clarè exclu-
dentibus privilegium, tunc hæc Conſtitutio, ſeu pri-
vilegium non obſtat, quin poſſit Epiſcopus, vel al-
ter Judex cognoſcere, quòd privilegium non intret
in tali caſu, Fagnan. *cit. cap. cum veniſſent numer.
44. verſ. ubi vero de Novitiis*, quia tunc potiùs exe-
quitur, quàm vulnerat mentem concedentis in diver-
ſo caſu privilegium; hinc verba hujus Conſtitutionis
benè explicant duos primos caſus, hoc eſt in caſu
claritatis verborum inducentium intellectum pro Re-
gularibus, & verborum dubiorum, & ſic tertius ca-
ſus non includitur; prout reſolutio Sac. Congrega-
tionis Concilii procedit tantùm in verbis dubiis, nam
aliàs actum eſſet, ſi Ordinarii, & alii Judices inferio-
res, ſub prætextu privilegiorum, omnia pro ipſis præ-
tendentes, Regulares rejicere non valerent.
14 Hinc in ſimili, videmus in clauſula *ſublata*, quæ
ſolet apponi in Bullis, & Brevibus, quæque exten-
ditur ſic: *Sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter
judicandi, & interpretandi facultate, vel auctoritate,
judicari, & definiri debere, ac irritum, & ina-
ne, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate
ſcienter, aut ignoranter contigerit attentari*, quæ tollit
cuicumque Judici facultatem nedum aliter judicandi,
ſed interpretandi, etiam quoad Sac. Rotæ Audito-
res, qui perpetui Capellani, & Judices S. Sedis di-
cuntur, de qua clauſula latè Marcheſan. *de commiſſ.
part. 2. de commiſſ. aperitionis oris §. unico num. 2. &
ſeqq.* Corrad. *in prax. diſpenſ. lib. 10. cap. 4. num. 28.
& ſeqq.* Ruin. *conſil. 21. num. 16. libr. 1.* Pariſ. *con-
ſil. 38. num. 7. libr. 4.* Mandoſ. *in tract. de monitor.
quæſt. 60. num. 44.* latè Barboſ. *de Clauſ. Clauſul.* 175.
Adden. ad Pamph. *deciſ.* 81. *num.* 7. D. Anſald. *in ad-
not. ad deciſ.* 37. *ejuſdem num.* 30. Rota *dec.* 261. *nu-
mer.* 15. & 16. coram Bich. *deciſ.* 341. *num.* 3. *part.* 1.
deciſ. 183. *num.* 25. *part.* 12. *dec.* 49. *n.* 15. & *dec.* 681.
num. 20. *part.* 19. *rec.* & paſſim alibi; non tamen pro- 15
hibetur, quin judices valeant decidere caſum non eſſe
comprehenſum, ut docent Mareſcott. *variar. reſolut.
lib. 2. cap. 37. num. 29.* Card. de Luca *de juriſd. diſc. 8.
num. 9. & de Regul. diſc. 74. num. 7.* Rota Lucen. *in-
ter collectas per* D. Palmam Nep. *tom. 4. deciſ. 345. nu-
mer. 6. verſ. hinc dicebam*, Rota *dec.* 241. coram Mil-
lin. *dec.* 81. cor. Pamphil. ubi Adden. *num.* 8. *& ſeqq.
deciſ.* 569. *in fin. part.* 2. *rec. & dec.* 166. *num.* 7. *part.* 7.
& deciſ. 247. *num.* 7. *part.* 11. *& deciſ.* 183. *num.* 25. *&
ſeq. part.* 12. *& deciſ.* 121. *num.* 1. coram Dunoz. Ju-
niore, & noviſſimè dixit Rota *in Romana ſtatus Za-
garoli ſuper mandato de reſtituendo* 10. *Maji* 1706. §.
quibus, *nec non* 29. *Novembr. ejuſdem anni* §. *Tandem*
coram D. Lancetta, ubi non requiri aperitionem oris, 16
etiam ſi fuiſſet petita in Signatura Gratiæ, & denega-
ta, quia talis denegatio proceſſit, ex quo non requi-
rebatur aperitio. Verùm prædicta non ſunt ita uni- 17
verſaliter recipienda, quia prædicta procedere poſſent
in caſu literalis non comprehenſionis, ita ut nulla ſit
neceſſaria cognitio Judicis, niſi pura declaratio mate-
rialis, Fagnan. *cit. num.* 41. ubi alii Canoniſtæ; ſecùs
autem ſi agatur de caſu, ubi requireretur aliqua co-
gnitio neceſſaria, quia tunc poſſent etiam in tali caſu
prædicta procedere extra Curiam, ubi facilis non ſit
recurſus ad Principem; ſecùs autem dicendum eſt in
Curia, nam tunc debet recurri ad Papam, uti legem
animatam præſentem, & ſic nefas eſt recurrere ad alias
rationes interpretativas, ut in his terminis benè no-
tat Rubeus *tom. 2. ſingular.* Rotæ *part. 4. clauſ. 798.
num. 93.* ubi de ſtylo Rotæ quoad hoc, ibi: *Rota mi-
tius agendo ſolet ſemper remittere partes ad Sanctiſ-
ſimum*; necnon Rota *in Pampilonen. Archidiacona-
tus* 19. *Martii* 1593. coram Pamphilio *in fine* regiſtra-
ta poſt Marcheſan. *citat. loco pag. mihi* 424. Pænia *de-
ciſ.* 246. *num.* 2. ubi quòd ſit nullus proceſſus etiam
non facta oppoſitione dictæ Clauſulæ in terminis ca-
ſus non comprehenſionis, quæ declaratio permitti-
tur inferiori, ſic incedenter de intelligentia privilegii,
ut ſupra innui, & tamen nequit fieri in Curia, & do-
cent Canoniſtæ apud Fagnan. *citat. cap. cum veniſſent
num.* 41. 42. *& ſeqq.* ubi quòd ſi quæratur, an privi-
legia juvent cauſam, de qua agitur, poſſe Judicem
cognoſcere, & eis non obſtantibus judicare ſuper cau-
ſa principali pendente coram eo, itaut de privilegiis
non faciat mentionem; quod tamen limitat, ſi du-
bium eſſet arduum, & inexplicabile, vel quatenus Pa-
pa ſit præſens, quia tunc etiam in præmiſſis caſibus
debet recurri; *ſic etiam Papa præſente*, concludit Fa-
gnan. *etiam in caſibus, in quibus permittitur aliàs Ju-
dici, debere recurri ad illum*; huncque morem eſſe 18
ſervandum pro ſui conſueta moderatione Rota eſt in
ſenſu, & quotieſcumque fuerit habitus recurſus ad Si-
gnaturam Gratiæ, & ſic à partibus agnita dubietas,
nequit deinde Rota manum apponere, etiam ſub mo-
tivo, fuiſſe denegatam aperitionem oris, ex eo quòd
viſa non fuerit neceſſaria, cùm non obſtaret dicta
Clauſula ob non comprehenſionem; tum quia regu-
lare eſt in reverentiam Summi Pontificis manum ap-
ponentis, ut plura quæ ſui natura ſunt compoſſibi-
lia, remaneant prohibita; tum fortiùs quia eſſet in-
terpretari mentem Papæ denegantis, qui in Signatu-
ra ſua eſt unicus Motor, & dixit Rota *deciſ.* 1020.
num. fin. cor. Seraphino, *& dec.* 246. *num.* 10. §. *Juſtinus*
coram

Digitized by Google

coram Pœnia, *& in cit. Romana ſtatus Zagaroli* idem fuit ſenſus majoris partis ex DD. Votantibus, mei inter alios à Summa Beneficentia Clementis XI. Summi Pontificis adſcripti, ut ſcilicet Rota non potuiſſet cauſam prædictam cognoſcere, declarando Breve Pontificium non habere locum in tali caſu, abſque apertitione oris, nedum non obtenta, ſed denegata in eadem Signatura Sanctiſſimi, quæ cauſa fuit in ea propoſita *ſub die* 20. *Septembr.* 1707. Ponente R. P. D. De Gentilibus, licèt reſolutio data fuerat à Sanctiſſimo; *Dilata, & citentur alii Creditores*, ut ſolita maturitate tanti Principis Regnantis, omnium intereſſe habentium jura diſcuterentur ante reſolutionem; ideoque mox in futura prima Signatura reproponetur cauſa. Dignum ſanè eſt, ut Judices Romanæ Curiæ exemplo ſint exteris jus dicentibus, recurrendi ad oracula Summorum Pontificum, ne ex motivo non comprehenſionis caſus, facilior ſit aditus Brevia, ac literas Apoſtolicas ob firmam earum ſtabilitatem

19 tali clauſula munitas, paſſim abrogare. Et quòd non poſſit dici de ſubreptione, & obreptione, quatenus etiam unà cum dicta Clauſula *ſublata*, concurrat etiam ut de ſubreptionis, & obreptionis vitio non poſſit impugnari, docuerunt eit. Marcheſan. & Rota *ibid. deciſ. 6. & in Calaguritana juriſdictionis* coram Rubeo, ubi ſi ſit gratia conceſſa ad inſtantiam partis cùm Clauſula ſublata ſolùm, vel quòd non poſſit dici de obreptione, aut ſubreptione, importet firmitatem, quatenus vera ſint narrata, ſecùs ſi dictæ clauſulæ uniantur.

20 Hinc frequentia in Foro dubia ſuboriri ſolent inter Curiales ſuper facultatibus Judicum Ordinariorum, & ipſius Rotæ procedendi in ſupradictis Cauſis, adeò ut deſuper judiciales altercationes non deſint pro firmanda Judicum auctoritate. Attamen diligentiores Cauſidici, ne in periculum dejiciant futuris temporibus validitatem judicatorum, illicò ad quodcumque dubium removendum, recurſum habent ad Signaturam Sanctiſſimi, ſeu Gratiæ, quæ coram Summo Pontifice coadunari ſolet certis quibuſque temporibus, in qua pertractantur dumtaxat illæ Cauſæ, quæ indigent ſuprema, & extraordinaria Principis poteſtate. Sed ejuſmodi uſum eam habendi jam penè intermiſſum reſtituit Sanctiſſimus Dominus Noſter Clemens XI. ad binas vices in anno cum notabili commodo, & proventu Collitigantium, qui ex ſupremo Principis Oraculo juſtitiam hauriunt. At quoniam

21 interdum per tempus non licet expectare dictam Signaturam, ſolet in hoc caſu Auditor Sanctiſſimi in Cauſis particularibus remittere pro Voto Signaturæ Juſtitiæ loco Signaturæ Gratiæ, vel denegare Signaturæ audientiam, quemadmodum præſenti tempore cum non modico hujus Curiæ emolumento & plauſu præſtat Petrus Marcellinus Corradinus Archiepiſcopus Athenarum, Regnantis Pontificis meritiſſimus Auditor, qui poſt multos exantlatos labores in Advocati munere, typis edito doctiſſimo Tractatu *de Prælatione*, ad Prælaturam evectus, non minùs modò in jure ſuo unicuique reddendo, quàm olim in Cauſis agendis optimum ſuæ virtutis nomen eſt conſequutus.

22 An autem Superiores Regulares habeant facultatem interpretandi privilegia, eſt diſtinguendum; aut enim agitur contra Epiſcopum, & nullo modo id agere poſſunt, cùm Epiſcopi eis non ſubjiciantur, ut ad rem notat Paſſerin. *cit. nu.* 728. cùm neque ad arbitros ſit recurrendum, ſed ad Papam, & interim procurare ne jurgia eveniant. Si autem agatur inter ipſos ſubditos Regulares, aliqui putant ex privilegio conceſſo aliis Regularibus à Julio II. apud Peyrin. *in Conſtitut.* 13. *dicti Papæ*, & aliis communicabile, talem facultatem habere Superiores Regulares modo doctrinali tantùm, non autem judiciali, ut apud Roderic. *cit. quæſt.* 11. *art.* 5. ubi quòd tenentur Regulares hujuſmodi declarationi acquieſcere, dummodo non ſit contra literam privilegii, Peyrin. *loco citat. num.* 2. Tamburrin. *de Jur. Abbat. cit. quæſt. num.* 9. Verùm etiam in foro judiciali inter ſubditos Regulares probat Paſſerin. *cit. num.* 727. & verè meliùs, quia motivum fuit ſerenitas conſcientiarum, non ut ſit tantùm in foro interno; aliàs ſequeretur quòd contra ſenſum conſcientiæ per interpretationem Superioris ſedatæ, poſſet quis Regularis ab ipſo Superiore puniri. Verùm hujuſmodi opiniones poſſent conciliari, ut Superiores faciant interpretationem; quatenus verò ſit deducenda interpretatio ad externos, & per viam judicii, debeat recurri ad Sedem Apoſtolicam, non quidem ut qui operatur juxta interpretationem Superioris, poſſit puniri; ſed ut firma regula definiatur, ut advertit Roderic. *cit. art.* 5. §. *Verum*; prout doctrinales ſimplices declarationes quoad hujuſmodi privilegia paſſim fieri videmus à ſcribentibus de privilegiis Regularium, ut advertit Roderic. *cit.* Quoad autem interpretationem Statutorum S. Inquiſitionis dixi ſupra *Conſtitut.* 15. *Innoc. IV.*

CONSTITUTIO XIII.

CLEMENTIS IV.

incipiens (*Ad extirpanda.*)

EPITOME BULLÆ.

CLEMENS POTESTATIBUS &c. & Communitatibus Civitatum, aliorumque locorum per Italiam conſtitutis.

Nonnullas Leges ab Innocentio IV. contra hæreticos editas, & ab Alexandro IV. modificatas, hac Conſtitutione Pontifex repetit, & confirmat.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Referuntur diſpoſita in præſenti Conſtitutione.*
2 *Proponuntur tractanda in hoc Commentario.*
3 *Inquiſitores poſſunt tres, vel plures viros, aut etiam totam viciniam cogere ad jurandum de indicandis hæreticis, eorumque fautoribus.*
4 *Idemque permiſſum eſt Epiſcopo in Synodo pro evellendis erroribus.*
5 *Præſtantes hoc juramentum Inquiſitoribus, magis peccant, ſi hæreticos denunciare omittant.*
6 *Omittens denunciare hæreticos, incurrit excommunicationem, & an ipſo jure?*
7 *Ex omiſſione denunciationis hæreticorum non cenſetur quis eorum fautor, vel de hæreſi ſuſpectus, niſi ad denunciandum teneatur ex officio, vel ratione juramenti.*

Quò diligentiùs è Provinciis Lombardiæ, Romandiolæ, & Marchiæ Terviſinæ hæretica pravitas extirparetur, plures leges, ſeu ordinationes juxta illorum temporum exigentias edidit Innocentius IV. in ejus *Conſtitution.* 9. contentas; eaſque in aliquibus immutavit Alexander IV. in *Conſtitut.* 2. atque earum obſervantiam pro tota Italia indixit noſter Pontifex *Conſtitution.* 6. & 8. In præſenti verò Conſtitutione edita Peruſii 3. Non. Novembr. anno 1265. eaſdem leges cum inſerta forma confirmat, paucis immutatis. Pro notitia autem generali eorum, quæ has ordinationes reſpiciunt, vide quæ dixi in *cit. Conſtitut.* 9. *Innoc. IV.* Cæterùm & ex his plures ſunt antiquatæ, cùm ad illorum temporum exigentiam prodierint; illas autem, quæ adhuc obſervantiam retinent, opportunè expoſui in antecedentibus Conſtitutionibus, ut indicavi in *citat. Conſtitut.* 9. *in princ.* 1

Digitized by Google

Hìc autem pauca dicemus ad intellectum legis 30. quæ in §. 32. continetur, ibi: *Teneatur præterea Poteſtas, ſeu Rector, vel quivis alius hujuſmodi regimini præſidens, unum de Aſſeſſoribus ſuis, quem elegerit Diœceſanus, ſi fuerit præſens, & Inquiſitores, ſeu Inquiſitor prædicta auctoritate Sedis Apoſtolicæ deputati, mittere cum eis quandocunque voluerint, in juriſdictione Civitatis, vel loci, ac ejus diſtrictu. Qui Aſſeſſor ſecundùm quòd prædictis Inquiſitoribus, ſeu Inquiſitori viſum fuerit, ibi tres, aut plures boni teſtimonii viros, vel totam viciniam, ſi eis videbitur, jurare compellat, quòd ſi quos ibidem hæreticos ſciverint, vel bona eorum, vel aliquos occulta conventicula celebrantes, ſeu à communi converſatione fidelium vita, & moribus diſſidentes, vel credentes, aut defenſores, ſeu receptatores, vel fautores hæreticorum, eos dictis Inquiſitoribus, ſive Inquiſitori ſtudeant indicare.*

2 Ex qua Conſtitutione eruitur, hæreticæ pravitatis Inquiſitores pro diligentiori hæreticorum inveſtigatione, poſſe tres, vel plures viros probos, aut etiam totam viciniam cogere ad jurandum, ſe Inquiſitoribus indicaturos hæreticos, eorumque fautores, ſi quos ex eis inter ipſos degere notum habuerint:
3 Quæ ſanè juramenti præſtatio, etiam generaliter ab omnibus de vicinia, ſeu Parochia pro hæreticis revelandis exigenda, ſtatuta priùs fuerat in Concilio Generali Lateranenſi relato in *cap. excommunicamus il* 1. §. *adjicimus de hæreticis*, ubi injungitur Epiſcopis, ut ſuæ diœceſis loca, in quibus fama eſt hæreticos habitare, pluries in anno circumeant, & ibi tres, aut plures boni teſtimonii viros, vel totam viciniam jurare compellant de hæreticis eorumque fautoribus revelandis. Etſi enim regulariter teſtes non compellantur jurare, imò nec recipiantur, niſi præcedente accuſatione, vel inquiſitione ſuper certo delicto; ſi tamen adſit fama, quòd hæretici in aliquo loco habitent, poterit Inquiſitor quemcumque compellere ad jurandum de eis denunciandis, ut ex *cit.* §. *adjicimus* notat Eymeric. *in direct. part.* 2. *ad cit.* §. *num.* 2. *pag.* 84. Imò antiquus eſt mos Epiſcoporum, uſque
4 à temporibus Eutichiani Papæ in *can. Epiſcopus* 35. *quæſt.* 6. ubi ſtatuitur, ut Epiſcopus in Synodo ſeptem, vel plures honeſtiores viros advocet, & ab eis juramentum exigat, ut ſi in Parochia quid contra voluntatem Dei, & rectam Chriſtianitatem factum fuiſſe ſciverint, ei denuncient.

5 Illi autem, qui hujuſmodi juramentum præſtiterint, majorem contrahunt obligationem hæreticos, eorumque fautores denunciandi; adeoque denunciare omittentes, graviùs peccant, & majorem incurrunt hæreſis ſuſpicionem, ut advertunt Pegna *in director. part.* 2. *comm.* 2. *verſ. poſtremo*, Zanchin. *de hæret. capit.* 5. quiſque enim hæreticos denunciare tenetur, *cap.* 2. *de hæret.* eademque obligatio ſub pœna excommunicationis injungitur in *Conſtit. Gregorii IX.* incip. *Excommunicamus*, quæ habetur in fine *Director. Inquiſit. pag.* 3. *in Conſtitut.* 18. *Innocent. IV.* §. *Item ſi*
6 *quis*, & *Conſtit.* 2. *Nicol. III.* §. 20. & licèt in his Conſtitutionibus excommunicatio contra non denunciantes ſit ferendæ ſententiæ, ibi: *Alioquin excommunicationis ſententia percellatur*; ex edictis tamen Inquiſitorum, eadem excommunicatio eſt latæ ſententiæ, ut eſt certum, & advertit Carena *de offic. Inquiſit. parte* 2. *tit.* 9. §. 7. *numer.* 25. Lupus *ad edict. Inquiſit. part.* 1. *libr.* 4. *diſt.* 7. *artic.* 3. *difficult.* 1. Huic generali obligationi denunciandi hæreticos accedere poteſt ſpecialis obligatio ratione officii, veluti ſunt Crucеſignati, aliique Familiares S. Officii, qui ex proprio munere tenentur hæreticos inveſtigare, & denunciare, ut dixi ad *Conſtitut.* 15. *Alex. IV. circa finem*, vel etiam ratione juramenti ad id ſpecialiter præ-
7 ſtiti. Unde licèt illi, qui hæreticos denunciare tenentur tantùm ex generali obligatione, & ex vi edicti Inquiſitorum, ſi denunciare omittant, regulariter non cenſeantur fautores hæreticorum, nec de hæreſi ſuſpecti, ut dixi in *citat. Conſtitut.* 15. *num.* 40. ſi tamen denunciare omittant illi, qui ad id tenentur ex officio, uti hæreticorum fautores puniuntur, ut ibidem dixi; Idcircò illi, qui Inquiſitoribus juramento promittunt hæreticos denunciare, ob majorem quam contrahunt obligationem, magis de hæreſi ſuſpecti reputantur, ut inquit Pegna *loco cit.* & ſi conſtet hæreticos non denunciaſſe, animo eis favendi, certè fautorum pœnas ſubibunt.

CONSTITUTIO XIV.

CLEMENTIS IV.

incipiens (*Turbato corde.*)

EPITOME BULLÆ.

CLEMENS FRATRIBUS Prædicatorum, & Minorum Ordinum hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus.

IN Chriſtianos ad Judæorum ritum tranſeuntes, tanquam contra Hæreticos per Inquiſitores procedi mandat, eorum tranſitu etiam per teſtes Judæos probato, quòdque pœnis debitis puniantur Judæi Chriſtianos ad eorum ritum inducentes.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Enunciatur Summorum Pontificum vigilantia in retinendis, aut reducendis Fidelibus ad veræ Religionis obſervantiam.*

2 *Indicatur motivum edendi hanc Conſtitutionem.*

3 *Contra Chriſtianos tranſeuntes ad ritus Judæorum procedere poſſunt Inquiſitores tanquam contra hæreticos, & num. ſeqq.*

4 *Similiter contra Fautores, Defenſores, & Receptatores eorundem.*

5 *Facinus Chriſtianorum tranſeuntium ad Judæos quàm ſit execrandum.*

Judæi ſunt abominabiles, obſcæni, fœtentes, ac quacumque natione infamiores. Ibidem.

6 *Chriſtiani tranſeuntes ad Judæos, ſunt Hæretici, ſeu Apoſtatæ.*

Similiter ſi tranſeant, aut redeant ad ritus Saracenorum, Ibidem.

7 *Judæi facti Chriſtiani, ſi ad Judaiſmum redeant, tanquam hæretici puniuntur.*

Judæi raró verè convertuntur ad Fidem Chriſtianam, Ibidem.

8 *Judæi cogi non poſſunt ſuſcipere Baptiſmum; ſed poſt illum ſuſceptum, Fidem ſervare coguntur.*

9 *Judæi converſi, etiam Neophyti, puniuntur tanquam hæretici, ſi rejudaizare comperiantur.*

10 *Rejudaizare tenentur Judæi, etiam ſi coacti Baptiſmum ſuſceperint.*

11 *Niſi coactio fuerit abſoluta, & præciſa.*

12 *Quod limitatur, ſi poſt Baptiſmum per vim abſolutam ſuſceptum, non reclament, & per actus poſitivos acquieſcant.*

13 *Judæus an cenſeatur rejudaizare, ſi Baptiſmum invalidè ſuſcepit ob defectum materiæ, formæ, aut intentionis Miniſtri.*

Judæus præſumitur validè baptizatus, quouſque de invaliditate non conſtet. Ibid.

14 *Similiter ſi fictitiè ad Baptiſmum ſuſcipiendum accedat.*

Eccleſia non exercet judicium in non baptizatos. Ibidem.

15 *Judæus invalidè baptizatus, credens validè Baptiſmum ſuſcepiſſe, an cenſeatur Apoſtata, ſi ad Judaiſmum redeat.*

Affer-

Digitized by Google

Aſſertur opinio affirmativa, ejuſque rationes. Ibidem.
16 *Judeus invalidè baptizatus poteſt ſalvari, ſi ſe validè baptizatum credat.*
17 *In eadem ſententia Catechumeni à Fide recedentes, cenſentur Apoſtatæ.*
18 *Invalidè baptizatus non curans iterum baptizari, non poteſt eſſe Apoſtata.*
19 *Invalidè baptizatus non poteſt eſſe Apoſtata, quamvis Baptiſmum validè ſuſcepiſſe credat.*
Ob Baptiſmum flaminis poteſt quis eſſe Apoſtata quoad Deum, non autem quoad Eccleſiam. Ibid.
20 *Catechumeni baptizari renuentes non ſunt Apoſtatæ, nec poſſunt ad Baptiſmum cogi.*
21 *Judeus invalidè baptizatus non poteſt cogi ad Baptiſmum validè ſuſcipiendum.*
22 *Judeus conſcius, Baptiſmum invalidè ſuſcepiſſe, & ſe pro baptizato gerens, an poſſit eſſe Apoſtata.*
23 *Quiſque præſumitur talis, qualem per habitus externos ſe eſſe oſtendit.*
24 *Non poteſt puniri uti Apoſtata Judeus, quem invalidè baptizatum fuiſſe conſtat, quamvis ſe pro baptizato geſſerit.*
25 *Præſumitur baptizatus ille, qui educatus inter Chriſtianos, pro tali communiter reputatur.*
26 *Limitatur, ſi contrarium evidentiſſimè probetur.*
27 *Natus ex Chriſtianis, & inter eos educatus, eſſe baptizatum probatur per unicum teſtem, imò præſumitur baptizatus, & poteſt ad Ordines Eccleſiaſticos admitti.*
28 *Non præſumitur baptizatus ille, qui ortus eſt ex Parentibus Mauris, quamvis ſit inter Chriſtianos educatus.*
29 *Limitatur in iis locis, ubi non baptizati habitare non permittuntur, uti eſt in Luſitania.*
30 *Luſitani, qui rejudaizare comperiuntur, ſemper reputantur Apoſtatæ.*
31 *De aliis in hac Conſtitutione contentis.*

QUi ſingulari Numinis favore, è communi, quo
periclitabantur naufragio, Petri cymba erepti,
in Sacri Baptiſmatis unda feliciùs naufragarunt; id
ſanè inſigne adeò beneficium reportant, humana ope
nullo unquam conatu rependendum: quòd ſi fato ma-
lo eadem è cymba reſiliant, piaculo nullis undis, niſi
1 igne perenni expiando labefactantur. Ne tamen in
eos, qui Chriſto ſemel nomen dederunt, tàm iniqua,
ſed quidem debita ſors caderet, ea ſemper fuit Sum-
mi Paſtoris charitas, & vigilantia ad illos in Petri
caula retinendos, vel reducendos, ut nedum pater-
nis admonitionibus, ſed etiam ſeverioribus pœnis
eos cohiberet; quod præſertim oſtendunt præceden-
tes Conſtitutiones Innocentii IV. Alexandri IV. Ur-
2 bani IV. & Clementis IV. Licèt autem tempore hu-
jus noſtri Pontificis, Albigenſium hæreſis, quæ præ-
ſertim tunc graſſabatur, ferè exterminata remane-
ret: longè tamen majus exarſit malum, dum quam-
plurimi reprobi Chriſtiani, Fidei Catholicæ verita-
tem abnegantes, ſe ad Judæorum ritum damnabili-
ter transferebant. Cui malo nimis tunc excreſcenti
quò opportunè conſuleretur, præſens prodiit Con-
ſtitutio edita Viterbii 7. Kal. Auguſti anno 1267. in
3 qua mandatum fuit Inquiſitoribus: *Quatenùs termi-
nos vobis ad inquirendum contra hæreticos auctoritate
Sedis Apoſtolicæ deſignatos, ſuper præmiſſis tam per
Chriſtianos, quàm etiam per Judeos inquiſita diligen-
ter, & fideliter veritate, contra Chriſtianos, quos ta-
lia inveneritis commiſiſſe, tanquam contra hæreticos
procedatis; Judeos autem, qui Chriſtianos utriuſque
ſexus ad eorum ritum execrabilem hactenus induxere,
aut inveneritis de cætero inducentes, pœna debita pu-
niatis.* Idemque ſtatuerunt *Gregor. X. Conſtit.* 3. *Ni-
colaus IV. Conſtit.* 1. *Gregor. XI. Conſtit.* 2. incip. *Ad-
modum, Paulus III. Conſtit.* 32. incip. *Cupientes* §. 8.
& Bonifac. VIII. in cap. contra Chriſtianos de hæreticis
4 *in* 6. in quibus ultra ſtatuta in præſenti Conſtitutione,
inſuper ſancitur, ut contra fautores, receptatores,
& defenſores tranſeuntium ad ritus Judæorum proce-
datur, perinde ac ſi eſſent fautores, defenſores, & re-
ceptatores hæreticorum; & ulteriùs explicatur, quòd
non ſolùm tanquam hæretici puniendi ſint Chriſtia-
ni, qui ad ritus Judæos tranſeunt; ſed etiam ipſi Ju-
dæi, qui ad lumen Fidei Chriſtianæ converſi, ad
priorem revertuntur perfidiam. Et quidem tranſitus 5
Chriſtianorum ad Judæos, *tantò magis reprobum fore
cognoſcitur, quantò ex hoc Chriſti nomen ſanctiſſimum
quadam familiari hoſtilitate ſecuriùs blaſphematur*,
ut inquit Pontifex in præſenti; ſpernunt enim ſanctiſ-
ſimam, quam voverant Chriſti legem, ut adhæreant
ejus, & noſtris inimicis, quales adhuc ſunt Judæi,
quibus toto Terrarum Orbe nulla gens infamior,
indignior, & abominabilior eſt reperiri, ut probat
Bobadill. *in ſua politic. libr.* 1. *capit.* 4. eoſque gentem
obſcænam, ac fœtentem dicunt Rutilius *libr.* 1. *iti-
ner.* & Ammonius Marcellinus *libr.* 22. & exinde
execrandum eſt Chriſtianorum facinus tranſeuntium 6
ad ritus Judæos; ex quo meritò tanquam hæretici
puniuntur, nam tales ſunt hæretici, ſeu veriùs Apo-
ſtatæ, quæ Apoſtaſia perfidiæ appellatur, Eymeric. *in
direct. part.* 2. *qu.* 44. *num.* 1. ubi Pegna *comment.* 69.
verſ. ac de, D. Thom. 2. 2. *qu.* 10. *art.* 8. Similiter Chri-
ſtiani, aut Saraceni ad Fidem converſi, ſi tranſeant,
aut redeant ad Saracenos, tanquam hæretici puniendi
ſunt, ex *cit. Conſt.* 2. *Gregorii XI.* incip. *Admodum*:
Eodem pariter jure cenſendi ſunt redeuntes ad ritus 7
Judæos, ii ſcilicet, qui ante Baptiſmum fuerant Ju-
dæi; licèt enim Judæorum perfidia frequenter ad vo-
mitum redeat, *can. Judei de conſecrat. diſt.* 4. imò vix
ſint, qui à Judaiſmo converſi, iterum non reſiliant:
ex quo memorabile eſt, quod refert Beyerlinch. *in
theatro verbo Judei*, nempe adfuiſſe olim Coloniæ
quemdam Judæum converſum, ſacris etiam poſt fre-
quentes deteſtationes initiatum, ætate maturum, pau-
lò ante mortem, Religionem Chriſtianam execratum,
ad Judaiſmum rediiſſe. Unde tumulo ejuſdem affixum
fuiſſe emblema muris inſequentis cattum cum inſcri-
ptione: *Quando mus felem capiet, Judeus etiam con-
verſus manebit Chriſtianus*. Tamen etſi Judæi inviti, 8
& renuentes Baptiſmum ſuſcipere compelli nequeant,
cap. ſicut de Judeis; nihilò tamen minùs ſi ſemel per
ſuſceptionem Baptiſmi veram Fidem profeſſi ſint, eam
tenere jure compelluntur; *ne ſcilicet nomen Domini
blaſphemetur, & Fides, quam ſuſceperunt, vilis, &
contemptibilis habeatur*, ut inquit *Concilium Toleta-
num in can. de Judeis* 45. *diſt.* & exinde conſultò cau-
tum in *Concilio Lateranen. IV. can.* 70. ne Judæi ad Fi-
dem converſi quidquam de Judaicis ſuperſtitionibus
retinere ſinantur; atque ad idem collimaſſe videtur
Paulus III. *Conſtit.* 32. incip. *Cupientes* §. 4. dum Epiſ-
copos monuit, ut *operam dent, ne* (Judæi converſi)
*cum aliis Judeis, ſeu Infidelibus, ſaltem per longum
tempus converſentur, ne ſicut quandoque contingit ab
infirmitate curatis, modica occaſio ad priſtinam damna-
tionem recidivam efficiat.*
Ex quibus ſequitur, Judæos ad Fidem converſos, 9
ad illam ſervandam cogi poſſe, itaut ſi inveniantur
rejudaizantes, Inquiſitores contra illos, tanquam con-
tra hæreticos procedere poſſint, ut ex præfatis Con-
ſtitutionibus dixerunt communiter, Gundiſal. *de hæret.
quæſt.* 5. *num.* 8. Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.* 35. *nu-
mer.* 12. Decian. *tract. crimin. libr.* 5. *cap.* 10. *num.* 21.
Alciat. *conſ.* 29. *lib.* 7. Repert. Inquiſitor. *verbo Apo-
ſtaſia*, Locatus *in judiciali Inquiſit. verbo Apoſtata
num.* 3. Fermoſin. *tract. crimin.* 2. *in cap.* 2. *qu.* 1. *n.* 5.
de ſchiſm. quod pariter dicas, etiam ſi ſint Neophyti,
hoc eſt de recenti ad Fidem converſi; nam ſi poſt mo-
nitionem ſe corrigere neglexerint, uti hæretici pu-
niuntur per *citat. Conſtit.* 32. *Pauli III.* §. 8. Imò etſi
Judæi cogi non poſſint ad ſuſcipiendum Baptiſmum; 10
tamen ſi de facto coacti illum ſuſcipiant, adhuc ſub
pœnis hæreticorum reſilire non poſſunt, nam licèt
coactus id fecerit, coactus tamen voluit; voluntas
enim coacta, voluntas eſt, *leg. ſi patre cogente ff. de ritu
nuptiar. leg. ſi mulier* §. *ſi metu ff. quod metus cauſa, cap.*

Digitized by Google

majores §. finali de Baptiſ. capit. ſacris de his quæ vi;
11 dummodo tamen coactio non fuerit abſoluta, ſeu
præciſa, & omnimoda, *cit. cap. contra Chriſtianos*,
citat. cap. majores §. ſunt autem, & can. de Judæis 45.
diſt. Si enim quis per vim non conditionatam, ſed ab-
ſolutam, Baptiſmum ſuſcipiat, Chriſtianus dici non po-
teſt, & conſequenter uti talis ad Fidem ſervandam
cogi nequit, Paſſerin. *cit. cap. contra Chriſtianos nu-
mer.* 9. Cabrer. *de metu libr.* 1. *cap.* 17. *num.* 50. Pariſ.
libr. 4. *conſ.* 2. *num.* 21. Farinacc. *de hæreſi quæſt.* 178.
num. 141. quidquid falsò dixerint Franciſcus Hallier.
de ſacr. elect. ſect. 5. *cap.* 1. §. 4. & Feloaga *in cap.* 1. *de
his quæ vi pag.* 68. quos refellit Gonzalez *ibidem nu-*
12 *mer.* 27. Verùm ſi poſt Baptiſmum, etiam per vim ab-
ſolutam ſuſceptum, non reclamet, ſive per actus po-
ſitivos Baptiſmo acquieſcat, tunc quia per acquieſ-
centiam videtur metum purgaſſe, reſilire non poterit,
quin Apoſtatarum pœnas incurrat, Marquard. *de Ju-
dæis part.* 3. *cap.* 2. *num.* 9. Pariſ. *cit. conſ.* 2. *num.* 26.
Ricciul. *de jur. perſon. extra Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 35. *n.*
3. Fragoſ. *de regim. tom.* 1. *lib.* 1. *diſp.* 2. *num.* 203.
Card. Albit. *de inconſt. in fide cap.* 11. *num.* 44.

13 Quòd ſi Judæus Baptiſmum quidem ſuſceperit, ſed
tamen invalidè, ex defectu nempe materiæ, vel for-
mæ, aut intentionis Miniſtri, dubitari ſolet, an cenſea-
tur Apoſtata, ſi rejudaizare comperiatur. Et diſtinguen-
di ſunt plures caſus; nam primò certum eſt, quòd ſi
non conſtet de invaliditate Baptiſmi, reputabitur Apo-
ſtata, non ſolùm quoad Deum ratione Baptiſmi fla-
minis, ſed etiam quoad Eccleſiam, quæ præſumit il-
lum validè baptizatum, dum de invaliditate non con-
ſtat; idemque ex eadem ratione dicendum eſt, ſi Ju-
14 dæus fictitiè accedat ad Baptiſmum, qui præſumetur
validus, quouſque non probetur defectus intentionis
in ſuſcipiente, Card. de Lugo *de virt. fidei diſp.* 20.
ſect. 4. §. 1. *num.* 145. Salell. *de Mater. Tribun. Fidei
libr.* 1. *cap.* 12. *regul.* 100. *num.* 151. Fragoſ. *loc. citat.
num.* 224. Molfeſ. *in ſumma tract.* 11. *cap.* 3. *num.* 47.
Paſſerin. *de ſtat. homin. tom.* 2. *quæſt.* 187. *art.* 1. *nu-
mer.* 66. Etſi enim Eccleſia in neminem judicium exer-
ceat, qui prius non fuerit in eam per Baptiſmi januam
ingreſſus, ut habetur in *Concil. Trident. ſeſſ.* 14. *ca-
pit.* 2. id tamen procedit, ſi appareat aliquem num-
quam fuiſſe baptizatum, vel invalidè Baptiſmum ſuſce-
piſſe. Quatenus autem quis præſumatur baptizatus,
ut ab Eccleſia tanquam hæreticus, aut Apoſtata pu-
niri poſſit, tradit Canter. *quæſt. crim. cap.* 1. *de hære-
15 tic. num.* 5. Ceſſante autem præſumptione validitatis
Baptiſmi, ex quo conſtiterit ob defectum formæ, ma-
teriæ, aut intentionis Miniſtri, fuiſſe invalidè colla-
tum; ſi tamen Judæus, vel quivis alter Infidelis cre-
dat Baptiſmum validè ſuſcepiſſe, quia tunc ſaltem
quoad Deum eſt baptizatus ob fidem Sacramenti, ſeu
16 Baptiſmum flaminis, adeout ſalvari poſſit, & pro eo
preces, & Miſſæ Sacrificium offerri poſſe reſpondit
Innocent. III. *in capit. Apoſtolicam in fine de presbyt.
non baptiz.* & exinde ſi à Fide in partem, aut in to-
tum recedat, hæreticum, aut Apoſtatam eſſe, atque
uti talem puniri poſſe, nonnulli graves Auctores vo-
luerunt; ita Alphonſ. de Caſtro *de juſt. hæret. punit.
libr.* 1. *cap.* 8. *quæſt.* 3. *circa fin.* Ricciul. *loc. cit. lib.* 6.
cap. 3. *numer.* 2. Simanch. *de Cathol. inſtit. titul.* 31.
num. 5. quos ſequitur Gonzalez *in cap. quidam num.* 4.
de Apoſtat. Farinacc. *cit. quæſt.* 178. *num.* 135. Diana
part. 4. *tractat.* 8. *reſolut.* 78. hiſque favere videtur
D. Auguſtin. *libr. unico de Baptiſma contra Donatiſtas
cap.* 3. ubi invalidè baptizatos deficientes à Fide, hæ-
reticos vocat, dum aſſerit, nonnullos hæreticos eſſe
denuò in Eccleſia recipiendos ſine novo Baptiſmo,
nonnullos verò denuò baptizandos, & utroſque eſſe
17 veros hæreticos. Et cohærenter ad hæc dicendum pa-
riter erat, quòd Catechumenus recedens à Fide, ſit
etiam punibilis tanquam hæreticus, vel Apoſtata,
nam ratione deſiderii eſt baptizatus Baptiſmo flami-
nis, & Fidem Chriſtianam recepit, & exinde ſalvari
poteſt, imò pro eo Sacrificium offerre poſſumus, ut
colligitur *ex cit. cap. Apoſtolicam*, ubi Gonzal. *num.* 4.
& ita tenent Caſtro *cit. cap.* 8. Suarez *de fide diſp.* 19.
ſect. 5. *num.* 3. ex ea ulteriùs ratione, quia ex quo Ca-
techumenus jam credidit in Chriſtum, & ab eo rece-
dit, infidelis eſt; infidelitatis autem ſpecies tres tan-
tùm ſunt; unde cùm hic non ſit Judæus, nec Paga-
nus, ſequitur ut ſit hæreticus, ſive Apoſtata. Atque
ex eadem ratione iidem Auctores contrarium rectè 18
aſſerunt, ſi invalidè baptizatus, ſciat nullitatem Ba-
ptiſmi, nec curet juxta Eccleſiæ ritum baptizari; nam
tunc cùm nec Baptiſmum fluminis, nec flaminis re-
ceperit, non poterit reputari Apoſtata, ita Caſtro,
& Ricciul. *locis citatis*.

Contraria tamen ſententia, quòd ſcilicet invalidè
baptizatus, etiamſi credat validè Baptiſmum ſuſcepiſſe, 19
non poſſit puniri tamquam hæreticus, ſi à Fide reſi-
liat, & communis eſt, & vera, eamque omninò te-
nendam dixit Caſtropal. *tom.* 1. *oper. moral. tract.* 4.
diſp. 3. *punct.* 2. *num.* 20. Quandoquidem Baptiſmus
flaminis operatur quidem, ut quis in foro interno, &
quoad Deum ob fidem Sacramenti, per quam Chriſto
unitur, ſalvari poſſit, adeout ſi à Fide recedat, ſit pa-
riter Apoſtata, ſed ſolùm in foro animæ; in foro au-
tem Eccleſiæ, dum Baptiſmus fuit invalidus, & ca-
racterem non recepit, uti Apoſtata puniri nequit, nam
non poteſt Eccleſia juriſdictionem exercere in ali-
quem, niſi per januam Baptiſmi juxta Eccleſiæ ritum
ſuſcepti fuerit in eam ingreſſus, ut ex Tridentino *cit.
cap.* 2. docuerunt Sanchez *in ſumma tom.* 1. *lib.* 2. *cap.*
7. *num.* 34. Suarez *de fide cit. ſect.* 5. *num.* 8. Sanctarell.
de hæreſi cap. 1. *dub.* 2. *num.* 6. Carena *de Offic. Inqui-
ſit. par.* 2. *tit.* 1. §. 5. *num.* 29. Salell. *citat. cap.* 12. *regul.*
100. *num.* 149. Fragoſ. *cit. diſp.* 2. *num.* 228. Fermoſin.
tract. crim. 2. *de hæret. qu.* 2. *nu.* 10. Bonac. *de Cenſuris
diſp.* 1. *qu.* 2. *punt.* 1. *num.* 2. Card. Albit. *de inconſt. in
fide cap.* 11. *num.* 51. licèt contrarium dixiſſe videatur
in cap. 9. *num.* 6. Baldell. *de fide, & infidelit. lib.* 1.
diſp. 36. *num.* 6. Auctoritas autem D. Auguſtini *loc.
cit.* intelligenda eſt, ut tales ſint hæretici coram Deo;
non autem ut puniri ab Eccleſia poſſint, ut notat
Del Bene *de offic. Inquiſit. par.* 1. *dubit.* 2. *ſect.* 1. *coroll.*
1. *num.* 16. Atque multò minùs puniri poterunt hæ- 20
reticorum pœnis Catechumeni renuentes baptizari,
etſi ob Baptiſmum flaminis poſſint eſſe hæretici in fo-
ro animæ, ut contra Alphonſ. de Caſtr. *loc. cit.* com-
muniter tenent DD. apud Farinac. *cit. qu.* 178. *nu.* 131.
Carena *par.* 2. *tit.* 1. §. 5. *num.* 26. Del Bene *cit. dubit.* 2.
petit. 1. *num.* 5. *cum ſeqq.* Imo non ſolùm non poſſunt
puniri uti hæretici, aut Apoſtatæ; ſed etiam ſi ſint
Catechumeni jam in Fide inſtructi, vel infideles, qui
ſua ſponte baptizari petunt, ſi tandem pœniteant, &
Baptiſmum ſuſcipere renuant, ad id cogi non poſſunt,
Cardin. Albit. *de inconſtant. in fide cap.* 9. *num.* 10.
& 11. & infra *num.* 22. refert de quodam Judæo jam
inter Catechumenos inſtructo, qui dum ad Eccleſiam
duceretur pro ſuſcipiendo Baptiſmo, omniaque eſſent
magna ſolemnitate diſpoſita, in eadem Eccleſia à pro-
poſito receſſit, nec ullis ſuaſionibus ad Baptiſmum
ſuſcipiendum induci potuit; atque caſu delato ad
Supremam Inquiſitionem, hæc noluit, ut ad Baptiſ-
mum ſuſcipiendum cogeretur. Ita ſimiliter Judæus 21
invalidè baptizatus, ut dixi, nec itidem ad ſuſcipien-
dum Baptiſmum eſt cogendus, Cardin. de Lugo *cit.
ſect.* 4. §. 1. *num.* 141. ubi quòd non poſſint cogi ad
revalidandum Baptiſmum, dum quoad hoc non ſunt
ſubjecti foro Eccleſiæ; poſſe tamen extraordinariè pu-
niri, propter injuriam, quam Eccleſiæ faciunt, Paſ-
ſerin. *cit. cap. contra Chriſtianos num.* 10. Del Bene
cit. petit. 1. *coroll.* 1. *num.* 18. quicquid contra ſen-
ſerint nonnulli apud Baldell. *cit. diſp.* 36. *num.* 7.

Quamvis autem Judæus, vel alter Infidelis invali-
dè baptizatus, & conſcius nullitatis Baptiſmi, nec ba- 22
ptizari curans, ſi à Fide recedat, non cenſeatur Apo-
ſtata, cùm non poſſit dici egredi, qui numquam fuit
ingreſſus; argumento *leg. manumiſſiones ff. de juſtit. &
jure*, & dixi mox ſupra *nu.* 19. tamen ſi non obſtante
ſcientia invaliditatis Baptiſmi, Chriſtianum ſe dicat, &
uti talem ab omnibus haberi contendat, licèt quoad

Deum

Digitized by Google

Deum non ſit baptizatus, & conſequenter nec in fo-
ro interno poſſit eſſe apoſtata; nihilominùs in foro
externo, ex quo ſe gerit tamquam baptizatum, pœ-
nis apoſtatarum ſubjacere voluerunt, Ricciuli *cit. cap.* 3.
numer. 5. Azor. *tom.* 1. *libr.* 8. *cap.* 9. *quæſ.* 3. *in fine*,
Gonzal. *cit. cap. quidam num.* 4. Baldell. *cit. diſput.* 36.
num. 4. Verùm vel hæc ſententia nititur præſumptio-
ni, ut ſcilicet quis juxta Eccleſiæ Ritus baptizatus,
quamvis invalidè, tanquam Chriſtianus in omnibus
ſe gerat; & certum eſt quòd ſi à Fide recedat, puni-
23 tur tamquam apoſtata, quia ut ſuperiùs mox dixi,
Baptiſmus præſumitur validè collatus, niſi aliàs de in-
validitate conſtet; ultraquàm quòd quilibet præſumi-
tur talis, qualem ſe per habitus externos oſtendit, *leg.
item* 15. §. *ſi quis virginem ff. de injur. cap. in audien-
tia de ſentent. excomm. cap. ſi judex eodem in* 6. licèt
quoad Deum non ſit talis, dum ſciens nullitatem,
24 non curavit iterum baptizari. Nihilominùs ſi hæc præ-
ſumptio ceſſet, ex quo evidenter conſtet de nullitate
Baptiſmi, tanquam apoſtata puniri non poterit, ut
rectè tenet Cardin. de Lugo *cit. ſect.* 4. §. 1. *num.* 146.
aliàs tamen eſſet graviter puniendus ratione delicti,
quemadmodum puniuntur Judæi, dum noſtram Re-
ligionem lædunt, ex *Conſtit.* 70. *Gregor. XIII.* incip.
Antiqua Judæorum; ubi quatenus Inquiſitores valeant
contra ipſos procedere, præſertim ſi Chriſtianos à Fi-
de deviaverint, vel impediverint tranſeuntes ad no-
25 ſtram Fidem. Non abſimiliter ſentiendum de eo, qui
verè Baptiſmum nunquam recepit, ſed quia nutri-
tus, & educatus eſt inter Chriſtianos, in communi
hominum opinione pro baptizato habetur; nam
quotieſcunque non excludatur præſumptio ſuſceptio-
nis Baptiſmi per probationem contrarii, regulariter
præſumetur baptizatus, itaut ſi à Fide recedat, punia-
tur uti apoſtata, adeout non ſit recipienda indiſtinctè
opinio Caſtropal. *citat. tract.* 4. *diſp.* 9. *punct.* 16. §. 6.
numer. 3. aſſerentis, quòd ex quo quis nutritus inter
Chriſtianos, uti talis in communi hominum æſtima-
tione reputetur, ſemper puniendus ſit tanquam hæ-
reticus, ſi à Fide recedat; ad quod confirmandum,
adducit ita fuiſſe judicatum Cæſarauguſtæ anno 1619.
dum quidam Maurus, qui adverſus noſtram Fidem
deliquerat, reconciliatus fuit, etiam ſi allegaſſet ſe
baptizatum non eſſe, quemadmodum nec fuit inven-
tus deſcriptus in libro baptizatorum ſuæ Parochiæ.
Etenim, ut pariter advertit Card. de Lugo *loc. cit.* in
caſu præfati Mauri id potuit contingere, ex eo quòd
probatio non ſuſceptionis Baptiſmi remanſerit dubia,
præſertim quia non per hoc quòd Baptiſmus non eſt
deſcriptus in libro Parochi, probatur evidenter non
fuiſſe ſuſceptum, cùm potuerit ex inadvertentia non
deſcribi; vel etiam quia potuit etiam baptizari, &
26 non à Parocho. Cæterùm quotieſcunque quis ortus
eſt ex parentibus Chriſtianis, & educatus inter eoſ-
dem, ſemper baptizatus præſumitur, niſi evidentiſ-
ſimè contrarium probetur, *cap. veniens in fine de pres-
byter. non baptiz.* Barboſ. *ibidem num.* 6. Ambroſin. *de
immunit. cap.* 7. *num.* 3. Alciat. *de præſumpt. libr.* 4. *ca-
pit.* 1. & ad hunc caſum reſtringendam eſſe doctrinam
Caſtropalai, rectè cenſuit Cardin. Albit. *cit. cap.* 11.
27 *num.* 26. quo quidem caſu non ſolùm aliquem eſſe ba-
ptizatum probatur per unicum teſtem, ut colligitur
ex *can. cum itaque* 110. *de conſecr. diſt.* 4. & tenent alii
apud Maſcard. *de probat. tom.* 1. *concl.* 163. ſed etiam
ſi nullus adſit teſtis, nec in libris Parochialibus deſcri-
ptus reperiatur, præſumitur baptizatus, & poteſt ad
Ordines Eccleſiaſticos admitti, ut in Curia Archie-
piſcopali Neapolitana reſolutum refert Modernus Ni-
col. Cyrill. *Epiſcop. Neocaſtren. quæſt. juris cap.* 10.
28 Quòd ſi ex Parentibus infidelibus natus ſit, & inter
Chriſtianos educatus, etſi in communi hominum
opinione pro baptizato habeatur, non exinde talis
præſumendus eſt, niſi Baptiſmus probetur, Cantera
quæſt. crimin. de hæretic. num. 5. Sanctarell. *de hæreſi
cap.* 1. *dub.* 2. *num.* 5. Diana *part.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 113.
29 exceptis tamen iis locis, in quibus Judæi, aut alii in-
fideles habitare non permittuntur, quemadmodum eſt

in Luſitania; ubi Judæi non tolerantur, niſi fuerint
baptizati, & chriſtianè vixerint, ut tradit Cardin. Al-
bit. *cit. cap.* 11. *num.* 28. & R. P. Dandinus *de ſuſpect.
de hæreſi prælim.* 18. *num.* 10. ex quo factum fuit, ut 30
ſanctæ memoriæ Paulus IV. ſub die ultima Aprilis
1556. decreverit, quòd Luſitani, qui in Italiam ve-
nerunt, ſi judaizare comperiantur, reputentur Apo-
ſtatæ à Fide, non obſtante quòd fuerint expoſiti tor-
turæ, quam ſuſtinendo, negaverint ſe fuiſſe baptiza-
tos, vel chriſtianè vixiſſe; quod decretum refertur à
Diana *tom.* 4. *in fine pag.* 324.

Pro ulteriori præſentis Conſtitutionis intelligentia
vide, quæ dicam infra ad *Conſtit.* 3. *Gregor. X.* & *ad
Conſtitut.* 1. *Nicolai IV.*

CONSTITUTIO I.

GREGORII X.

incipiens (*Salvator.*)

EPITOME BULLÆ.

GREGORIUS PATRIARCHÆ Hieroſolymitano, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, &c. per Hieroſolymitanam Provinciam conſtitutis.

Concilium Generale Lugdunenſe II. indicit pro die certa in Bulla expreſſa.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Gregorii X. Patria, Natales, & ad Pontificatum aſſumptio referuntur.*
2 *Eius geſta, & obitus indicantur.*
3 *Referuntur nonnulla ad ſchiſma Græcorum attinentia.*
4 *Gregorius X. pro Græcorum unione peragenda, Concilium Generale Lugdunenſe convocat.*
5 *In eodem Concilio convocati fuerunt D. Thomas Aquinas, & S. Bonaventura.*
6 *Eidem Concilio præfuit Gregorius X.*
7 *Quænam perſonæ huic Concilio adfuerint.*
8 *Referuntur cauſæ convocationis ejuſdem Concilii.*

DIſſidia dum præmaximè vigebant inter Cardi- 1
nales pro electione novi Pontificis poſt obitum
Clementis IV. curarunt Rex tunc Philippus Franco-
rum, & Carolus Neapolis celerem expeditionem tan-
tæ rei, perſonaliter Viterbium accedentes; ſed re in-
fecta diſceſſere, longiùs electione protracta uſque ad
annos duos, menſeſque novem; tandem medio com-
promiſſo Viterbii Kalendis Septembris 1271. pro-
motus fuit unanimi Compromiſſariorum Voto Theo-
baldus ex prænobili Vicecomitum Familia Mediola-
nenſi, Archidiaconus Leodienſis, in Cardinalium
Senatum non adhuc adſcriptus, ut paucis exceptis,
ferè omnes tradunt, quique electus tunc reperieba-
tur apud Ptolemaidem loca ſacra inviſurus, & pro
expeditione Terræ Sanctæ; Romam itaque adiit, &
ibidem coronatus, nomen Gregorii X. aſſumpſit.
Primò itaque animum movit pro pace Italiæ ineun- 2
da inter Venetos, ac Januenſes; operaque, ac ſtudio
ejuſdem Imperium à gente Sueva ad Rodulphum Au-
ſtriacæ ſtirpis devenit, aliaque geſſit infra notanda,
& demum vita functus eſt tertio Idus Januarii 1276.
ſepultus in Civitate Aretii, dum è Concilio Lugdu-
nenſi redibat.

Etſi ob innatam inconſtantiam Græcorum plures 3

Digitized by Google

evenerint eorum diſſentiones à Romana Eccleſia, ut latè dixi in Commentario ad *Conſtitut.* 14. *Innocentii IV.* aliiſque Commentariis ibi enunciatis; tamen major diſciſſio dictæ Nationis ab Eccleſiæ unitate contigiſſe ſub Gregorio IX. narrat Matth. Pariſ. *in hiſt. Angliæ anno* 1233. & ſequitur Bayl. *in Summa Conciliorum ad Concilium Lugdunenſe II. tom. primo*. Verùm imperante Conſtantino Monomacho in Oriente, ſchiſma in totum evenit, ut refert Humbertus *in libr. contra Græcos*, latinorum ritus nedum non ſequentes, ſed contumaciter improbantes, & Spiritum Sanctum à Filio non procedere hæreticaliter aſſerentes. Nunquam tamen defuit ſumma Romanorum Pontificum ſolicitudo, illos ad priſtinam Catholicæ Eccleſiæ unitatem revocandi; ſed denuò in eandem redierc abominationem, ut narrat Vincentius Belvacenſis *libr.* 29. *cap.* 65. & latè dixi in Commentariis ſuperioribus citatis, ubi de erroribus Græcorum, de quibus etiam alibi dicam.

4 Aſſumptus verò ad Pontificatus apicem Gregorius X. dum erat in Syria, benè ſciens Chriſtianorum res inibi prolabi in deterius, miſit ad Michaelem Palæologum Græcorum Imperatorem quatuor Nuncios Ordinis Fratrum Minorum, ut eum ad Catholicam unionem reducerent, & Concilio Generali Lugdunenſi mox tum habendo, vel per ſe, vel per ſuos Oratores intereſſet, adjunctis literis invitatoriis, quæ leguntur apud Labbæum *Conciliorum tom.* 11. *part. prima Ann.* 1274. *pag.* 942. Eodemque tempore idem Oecumenicum Concilium Lugduni celebrandum indixit, quo conſtabiliretur unio Eccleſiæ Græcorum cum Latinis, & ſimul inflammarentur Principes ad recuperationem Terræ Sanctæ, & Barbarorum perniciem. Literas itaque indictionis Concilii, quæ hanc Bullam efformant, omnibus Epiſcopis, & Eccleſiarum Prælatis in Provincia Hieroſolymitana degentibus, Pontifex dedit, biennio ante Concilii convocationem, nempè ſub datum Laterani Kalendis Aprilis Ann. 1272. Scripſit quoque Regibus, & Principibus,
5 ut eorum Oratores ad Synodum mitterent. Ad eandem advocavit viros ſanctitate, & doctrina præclariſſimos, inter quos binos Theologos omni tempore celeberrimos, Divum Thomam Aquinatem ex nobiliſſima Francipanorum Familia Neapolitana Ordinis Prædicatorum, qui dum ad Concilium proficiſcitur, ad Dominum migravit morbo affectus in Abbatia Foſſæ Novæ Monachorum Ciſtercienſium; ac S. Bonaventuram Ordinis Seraphici Divi Franciſci, quem Lugduni Pontifex creavit Cardinalem, & Epiſcopum Albanenſem, quique ibidem ante finem Concilii, ſuum diem obiit.

6 Tantus ideircò fuit hujus Sanctiſſimi Pontificis ardens ſtudium Catholicæ Fidei dilatandæ, ut præſens voluerit huic Generali Synodo præeſſe; interim verò ſumptuoſo apparatu itineri ſe commiſit, ac non modicis in via perlatis incommodis, tandem Lugdunum incolumis pervenit, ubi maxima lætitia, & honore, non modò à Cardinalibus, & Prælatis, ſed & ab Oratoribus Regum, & Principum, qui illuc præiverant exceptus, Synodi celebrationi manum admovit. Philippum Galliarum Regem Sancti Ludovici filium poſt exhibitas Pontifici debitos venerationis actus, eidem tres Arces crediditſſe Lugduno finitimas, ac nonnullorum militum centurias ad ejus cuſtodiam attribuiſſe, quouſque Synodus abſolveretur, ex Gunguin. *lib.* 7. teſtatur Victorell. ad Ciaccon. *in Vita hujus Pontificis*.

7 Inter Generalia Concilia, quæ in Eccleſia Catholica fuerunt antea celebrata, hoc II. Lugdunenſe adnumeratur, non modò ratione maximi ponderis rerum, quæ in eo fuerunt peractæ, verùmetiam ob ingentem Patrum numerum, qui ad illud confluxerunt. In eo namque, ut refert Genebrard. *lib.* 4. *Chronic. poſt Chron. Hirſaug.* præter Conſtantinopolitanum, & Antiochenum Patriarcham, quingenti Epiſcopi, Abbates ſexaginta, aliique inferiores Prælati ferè mille interfuerunt. Adfuit quoque Jacobus, ſeu, ut alii volunt, Petrus Aragoniæ Rex, atque Oratores Regum Franciæ, Alemaniæ, Angliæ, & Siciliæ, aliorumque Principum, & præcipuè Nuncii præfati Palæologi Imperatoris Orientis, qui ſederunt à dextero latere ipſius Pontificis poſt Cardinales, uti adnotat Labbæus *in Brevi nota Actorum dicti Concilii*. Adfuerunt inſuper Tartarorum Oratores pro fœdere inenndo cum Chriſtianis adverſus Saracenos, ex quibus duo Chriſtianam Fidem amplexi, ab Epiſcopo Oſtienſi fuerunt baptizati. Interfuiſſe huic Synodo ipſum Palæologum Imperatorem erroneè nonnulli aſſerunt, cùm oppoſitum convincatur ex Actis ejuſdem Concilii diligenter percenſitis à Labbæo *prælaudato tom.* 11. *pagin.* 955. tum ex Nunciis, & literis ab Imperatore ad Concilium miſſis, tum ex reſponſis ipſius Pontificis, ut benè animadvertit G. Coſſartius *in ſuis notis ad idem Concilium*. Mirum eſt illud, quòd hæc Synodus, in qua permultæ, ac magni momenti res geſtæ extiterunt, tribus non pluſquam menſibus fuit abſoluta; cœpta enim fuit Kal. Maji, ac duravit uſque ad 16. Kalend. Auguſti Anni 1274.

Principaliores cauſæ, propter quas convocatum 8
fuit hoc maximum Concilium, tres extitere, quæque enunciantur in præſenti Bulla. Prima ſcilicet ſuper unione Græcorum cum Latinis: ſecunda ſuper ſubſidio indicendo pro recuperatione Terræ Sanctæ: tertia tandem ſuper morum reformatione, quæ meliùs in ſequenti Bulla indicabuntur; ſed verè duo alia præclariſſima fuerunt in hoc conſeſſu ſtabilita, unum ſpectans ad Fidem, Proceſſionem ſcilicet Spiritus Sancti à Patre Filioque, contra Græcorum errores, cum addito in Symbolo vocis *Filioque*, de quo aliqua diximus *tom.* 1. *Conſtitution.* 2. *D. Leonis Magni pag.* 125. *num.* 10. *Conſtitut.* 2. *Innoc. II. ſect. unica*. Sed denuò recurret ſermo. Alterum in hoc Concilio fuit conſiderabile, forma ſcilicet eligendi Summum Pontificem per Cardinales, prout etiam conſueverat, in quo etiam occurrent Conſtitutiones ſpeciales de materia agentes; ideò contenti tantùm in hoc Commentario de brevi hiſtoria hujus Concilii, ad alia properamus.

CONSTITUTIO II.

GREGORII X.

incipiens (*Exultat.*)

EPITOME BULLÆ.

GREGORIUS CARISSIMO in Chriſto filio Michaeli Palæologo Imperatori Græcorum illuſtri.

EXultat de reditu Imperatoris Græcorum ad unitatem Eccleſiæ Romanæ: hortatur ipſum, ac alia ſequenti Epiſtola ejus Filium ad hujuſmodi unitatis ſtudium; & in ſequenti tertia Epiſtola ſub hac eadem Conſtitutione impreſſa, habetur Profeſſio Fidei ejuſdem Imperatoris.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Michael Palæologus invitatus ad Concilium Lugdunenſe, mittit ibi Legatos.*

2 *Referuntur geſta in eodem Concilio pro unione Græcorum.*

3 *Græci fuerunt recepti in unione cum Latinis, tribus adhibitis conditionibus.*

4 *In eodem Concilio fuerunt ſtatuta nonnulla quoad electio-*

Digitized by Google

electionem Papæ, & Epiſcoporum, aliaque ad Forum pertinentia.

5 *Peracto Concilio Papa adhortatur Michaelem Palæologum ad perſeverandum in unione cum Latinis.*

6 *Papa in eodem Concilio juſſit, Rodulphum Auſtriacum Regem Romanorum nuncupari.*

7 *E contra Rodulphus jurejurando, privilegia aliàs Sedi Apoſtolicæ ab Imperatoribus conceſſa, ſe ſervaturum promiſit.*

1 POſt tranſmiſſas antecedentes Apoſtolicas literas indictionis Concilii OEcumenici Lugdunenſis II. eaſque reverenter acceptas, Michael Palæologus, auditoſque religioſos Nuncios, ſuadentes Græcæ Eccleſiæ cum Latina perpetuum fœdus, omni ſtudio connixus fuit laudabile opus à ſe antea exoptatum etiam tempore Pontificum Prædeceſſorum promovere, & ad finem perducere. Illicò ad Pontificem in Concilio præſidentem per certos Legatos literas obedientiales dedit, qui cùm advenissent Lugdunum, perhumaniter ad pacis oſculum fuerunt excepti ab ipſo Pontifice, & univerſa Synodo. Perlectæ fuerunt Imperatoris, & Græcorum Antiſtitum literæ, in qui-
2 bus Catholicam Fidem profitebantur, & Eccleſiæ Romanæ Primatum agnoſcebant; iidemque Legati, nomine Imperatoris, totiuſque Orientalis Nationis, Summo Pontifici obedientiam exhibuerunt, & publicè Catholicam Fidem profeſſi ſunt. Magni nominis
3 Græci Scriptores, quos inter Georgius Pachimeres, & Nicephorus Gregoras, uterque *lib.* 5. ſuæ cujuſque Hiſtoriæ teſtatur, Græcos fuiſſe admiſſos ad communionem Romanæ Eccleſiæ tribus prævìis conditionibus ab iiſdem acceptatis. Prima quidem, ut à Græcis in Sacris Miſſarum Myſteriis mentio Summi Romani Pontificis haberetur: ſecunda, ut omnibus Græcis liceret ad Sedem Apoſtolicam appellare: tertia tandem, ut Primatus Univerſalis Eccleſiæ agnoſceretur in Romano Pontifice. In cujus rei confirmationem, Decretum illud latum fuit, Græcis ipſis conſentientibus, quin & inſtantibus, Spiritum Sanctum, ut à Patre, ita à Filio, tanquam ab uno principio æternaliter procedere; quamobrem inter Miſſarum ſolemnia decantatum fuit Symbolum Latino, & Græco Idiomate, & articulus ille, *Qui à Patre, Filioque procedit*, ter ſolemniter, & devotè fuit repetitus.

4 Aliæ præterea ſaluberrimæ ſanctiones fuerunt promulgatæ in hac OEcumenica Synodo circa modum, & locum deligendi Summum Romanum Pontificem, ne protracta nimiùm Apoſtolicæ Sedis vacatio, Chriſtiano Orbi detrimento eſſet, quas ſanè Bonifacius VIII. Sexto Libro Decretalium affixit, & Guillelmus Durantes Commentariis ornavit; ac demum permultæ ſacræ leges, quas Canones vulgò appellant, fuerunt pariter editæ in eodem Concilio, concernentes inferiores electiones Antiſtitum, & Eccleſiarum Parochialium Rectorum, necnon Eccleſiaſticarum rerum tuitionem, Cauſidicorum in judiciis directionem, reverentiam Sacris Locis exhibendam, uſurarum damnationem, & cenſurarum venerationem, quas omnes in ipſo Sexto Decretalium Libro ſuis propriis titulis conſpiciuntur digeſtæ, quaſque Labbæus *Conciliorum tom.* 11. *ad hoc Concilium*, & Caballutius *ad idem ſecul.* 13. *Anno* 1274. *pag.* 481. per extenſum tranſcribunt.

5 Poſt abſolutum Concilium, Gregorius perhumaniter dimiſſis Legatis Palæologi, literas Apoſtolicas Imperatori reſcripſit, quæ hanc Bullam conſtituunt, ſub datum Lugduni 5. Kalend. Auguſti Anni 1274. in quibus expreſſo gaudio univerſalis Eccleſiæ propter ejus reditum ad Catholicam veritatem, eundem adhortatus fuit ad perſeverantiam, quam tamen nequaquam adhibuit fallax Imperator, ut videbimus in *Conſtitutione unica Martini IV.* eæque adhortationes ſeparatis literis à Cherubino ſub hac Bulla regiſtratæ fuerunt, prout quoque exemplar literarum dicti Imperatoris eidem Papæ inſcriptarum cum confeſſione Fidei; de aliis verò concernentibus ſchiſma Græcorum, & horum errores, alibi dixi, ut notavi ſupra, & etiam dicam alibi.

Nos abs re erit paucis attingere quid præ cæteris in hoc Concilio evenerit; ut innoteſcat Summi Romani Pontificis poteſtas in dirimendis Regnum & Principum ſæculi contentionibus. Certabant eo tempore Alphonſus Caſtellæ Rex, & Rodulphus Comes 6.
Haſpurgenſis, Inclytæ Auſtriacæ Domus prænobilis ſtipes, ut in Romanorum Regem eorum quilibet crearetur. Uterque hac de re Legatos miſit ad Gregorium tum Synodo incumbentem, ac Pontifex concurrentibus Concilii Patrum clamoribus, dimiſit Oratores Alphonſi, & Rodulphum in Regem Romanorum nuncupari juſſit, qui in obſequium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ multa promiſſa egit, atque inter alia jurejurando ſe obſtrinxit, ſeſe ſervaturum Privile- 7
gia Apoſtolicæ Sedi à veteribus Imperatoribus conceſſa, atque non occupaturum neque per ſe, neque per alios Terras Eccleſiæ Romanæ, quæ omnia Præſules omnes Germaniæ juramento pariter promiſerunt ſe curaturos, & facturos, ut Rex omnia, & ſingula promiſſa ſervaret, quemadmodum videre licet penes Odoric. Raynald. *in Annal. Eccl. ad Ann.* 1274. *nu.* 7. & *ſeqq.* ubi tranſcripta extant Regia Diplomata, & eorundem Antiſtitum monumenta, & ad *Ann.* 1275. & 1278. aliaſque plures confirmationes ejuſdem Rodulphi Imperatoris refert Civitatum, & Oppidorum ad Sedem Apoſtolicam ſpectantium, aliàs obtentorum, cum plena, libera, plenaria, & expreſſa conceſſione, ex quibus dominium temporale Eccleſiæ Romanæ ſummoperè elucet.

CONSTITUTIO III.

GREGORII X.

incipiens (*Turbato corde.*)

EPITOME BULLÆ.

GREGORIUS FRATRIBUS Prædicatorum, & Minorum Ordinum, Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis.

IN Chriſtianos ad Judæorum ritum tranſeuntes, aut redeuntes, tanquam contra hæreticos per Inquiſitores procedi mandat; itidemque contra eorum fautores, receptatores, defenſores; eorundem tranſitu, aut reditu etiam per teſtes Judæos probato; quòdque pœnis debitis puniantur Judæi, Chriſtianos ad eorum ritum inducentes.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Referuntur diſpoſita in præſenti Conſtitutione.*

2 *Proponuntur tractanda in hoc Commentario.*

3 *Quatenus quis judaizare cenſeatur.*

4 *In materia hæreſis magis ſtandum eſt factis, quàm verbis.*

5 *Enumerantur plura ſigna, ex quibus aliquem judaizare cognoſcitur.*

6 *Convictus, aut confeſſus de actibus judaicis, aut hæreticalibus, punitur uti hæreticus.*

Convictus de actibus judaicis, aut hæreticalibus, ſi intentionem neget, an ſit torquendus ſuper intentione, an verò poſſit puniri uti hæreticus. Ibidem.

7 *Affertur opinio, & rationes aſſerentium, eſſe torquendum ſuper intentione.*

In du-

Digitized by Google

In dubio magis præſumitur error, & ignorantia, quàm dolus, & malitia. Ibid.

8 *Alii aſſerunt, non eſſe torquendum ſuper intentione, & qua ratione.*

9 *Diſtinguitur inter facta hæreticalia, quæ ex ſolo errore intellectus committuntur, & ea quæ ex alio fine committi poſſunt.*

10 *Alii item diſtinguunt inter facta, & verba hæreticalia, & quatenus hæc diſtinctio ſit admittenda.*

11 *Hæreſiarca uti talis puniendus eſt, quamvis intentionem negaverit.*

12 *Similiter puniendi ſunt credentes hæreticorum erroribus, & juxta eos credendum eſſe aſſerentes.*

13 *Proferens verba hæreticalia ex joco, aut aliàs non deliberatè, non punitur uti hæreticus.*

14 *Convictus de factis, aut verbis hæreticalibus, & negans intentionem, quatenus cenſeatur verum dicere.*

15 *Abnegans Fidem coactus, non eſt Apoſtata, ſi coactio ſit abſoluta.*

16 *Nec item erit Apoſtata, ſi coactio ſit conditionata, quamvis graviter peccet.*

17 *Quod procedit quoad Deum, nam in foro externo eſſet ſuſpectus de Apoſtaſia.*

18 *Eadem ſuſpitio eſt levis, aut vehemens, ex diverſis circumſtantiis.*

19 *De aliis ad hanc Conſtitutionem pertinentibus. Remiſſivè.*

1 REpetit Pontifex hac Conſtitutione edita Lugduni Kal. Martii anno 1273. ea, quæ ferè eiſdem verbis ſtatuerat Clemens VI. in ejus *Conſtit.* 4. incip. *Turbato corde*, ubi de diſpoſitis in præſenti latè egimus; nonnulla autem ad pleniorem earundem Conſtitutionum intelligentiam pertinentia, ibi conſultò
2 omiſſa, huc fuerunt deducenda. Sanè diximus ibi de prohibitione, qua Chriſtianis, & Judæis converſis interdicitur tranſitus, & reditus ad ritum Judæorum: quatenus autem ad præfatum ritum iidem tranſire, vel redire cenſeantur, videndum adhuc eſt.

3 Et quidem tranſire, aut redire ad Judæorum ritum, eſt interiùs credere verum eſſe eorum religionem, atque cæremonias, obſoletaſque ipſorum ſolemnitates ſervare, Eymeric. *in director. part.* 2. *qu.* 44. *num.* 5. Paſſerin. *in cap. contra chriſtianos num.* 13. *de hæret. in* 6. quod procedit etiamſi quis affirmet, Evangelium pariter eſſe verum, & utrumque ſervandum, nam adhuc judaizare cenſeretur, Eymeric. *part.* 2. *ad cit. cap. contra Chriſtianos numero* 2. *pag.* 209. ſiquidem per hujuſmodi tranſitum, etſi non verbis, factis tamen religio Chriſtiana reſpuitur, dum non ſolùm verbis, ſed factis etiam Deus negatur, *can. exiſtimant, can. non ſolum* 11. *qu.* 3. Bannes *ad* 2. 2. *quæſt.* 3. *art.* 2. *dub.* 2. *concluſ.* 4. Ledeſma *in ſumma tom.* 2. *tract.* 1. *cap.* 4. Imò ad explicandum animum potentiora ſunt facta, quàm verba,
4 ut dixi ad *Conſtit.* 13. *Alexandr. IV. num.* 17. præſertim quia in materia hæreſis magis ſtandum eſt factis, quàm verbis, Albertin. *de agnoſcen. quæſt.* 8. *numero* 12. *quæſt.* 34. *num.* 53. *& quæſt.* 36. *num.* 18. Royas *de hæret. part.* 1. *numero* 276. Pegna *part.* 2. *direct. comm.* 75. *verſ. præfatum*; ex quo eſt, ut tranſeuntes, aut redeuntes ad ritum Judæorum, Apoſtatæ reputentur, & tanquam hæretici puniantur, quemadmodum ſi tranſeant, aut redeant ad ſectam Saracenorum, ex *Conſtit.* 2. *Gregor. XI.* incip. *Admodum*.
5 Signa autem ex quibus Judaizantes cognoſcuntur, pleraque referuntur in Repertor. Inquiſ. *verbo cognoſcuntur, & verbo rejudaizantes*, Decian. *tract. crim. lib.* 5. *cap.* 15. *numero* 5. Menoch. *de arbitrar. caſu* 457. Farinac. *de hæreſ. quæſt.* 178. *num.* 138. præcipua autem ſunt, ſi nati ex parentibus catholicis reperiantur circumciſi, raró Eccleſias intrent, feſtivitates, & ſolemnia Judæorum celebrent, aut eorundem errores defendant, utantur nomine, quo appellabantur dum erant Judæi, frequentent conſortium Judæorum, aut cum illis commeſſationes faciant, die veneris, & ſabbati carnes comedant, uſuras exerceant, aut Judæorum propria negotia pertractent, ad remotas regiones abſque Epiſcopi teſtimonialibus ſe transferant, maximè ſi cum tota familia ad loca, ubi plures Judæi morantur, tranſeant, præſertim ſi teneant vias inſolitas, pro Civitatibus, & Oppidis Chriſtianorum declinandis, aliaque his ſimilia, quæ habentur apud præfatos Auctores, & Suarez *de fide diſp.* 14. *ſect.* 5. ubi an cenſeatur Apoſtata, qui utitur veſtibus Judæorum, aut Gentilium propriis, & latè Card. Albit. *de inconſt. in fide cap.* 8.

Quòd ſi quis de actibus, aut cæremoniis Judaicis, 6
aut hæreticalibus convictus, aut confeſſus fuerit, certum profectò eſt, Apoſtatam, aut hæreticum reputari, & uti talem eſſe puniendum. Verùm ſi de præfatis actibus convictus, aut confeſſus, intentionem negaverit, dubitatur an ſit torquendus ſuper intentione, ſive potiùs, non obſtante quòd intentionem negaverit, damnandus ſit uti Apoſtata. Sanè aliqui 7
abſolutè voluerunt, eſſe ſuper intentione torquendum, ita Cantera *quæſt. crim. rubric. de hæret. cap.* 1. *num.* 69. Simanch. *de cathol. inſtit. tit.* 65. *num.* 52. ſibi contrarius *in tit.* 13. *num.* 16. *& in Enchirid. tit.* 29. *numer.* 8. Pegna *part.* 2. *director. comm.* 59. *verſ. quod ſi non, & part.* 3. *comm.* 110. *verſ. ad hæc*, Graff. *deciſ. aur. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 15. qui præſertim nituntur, quia nulla hæreſis eſt ſine intentione, ut dixi ad *Conſtitut.* 1. *Innoc. IV. ſect.* 1. *numero* 2. & in dubio magis præſumitur error, ſeu ignorantia, quàm dolus, & malitia, *l. quod adhibitus Cod. de his qui ſibi adſcribi in teſtam.* Alii autem aſſerunt, quòd con- 8
feſſus, aut convictus de factis hæreticalibus, ſive Judaicis, non ſit audiendus, ſi neget intentionem, ſed eſſe condemnandum uti hæreticum, vel Apoſtatam, Royas *de hæret. part.* 1. *num.* 317. *ad* 618. qui præſertim id aſſerit de iis, qui dicunt, vel faciunt ea, quæ ſoli Judæi in obſervatione legalium, aut recitatione precum facere, vel dicere ſolent, Albertin. *cit. quæſt.* 36. *numero* 18. Param. *de origin. inquiſ. libr.* 3. *quæſt.* 9. *num.* 85. quæ ſententia, ſi attendantur declarationes inferiùs adducendæ, verior eſt; nam ut inquit Lactan. Firmian. *libr.* 3. *divin. inſt. cap.* 15. *Nihil intereſt quo animo facias, quod feciſſe vitioſum eſt; quia facta cernuntur, animus non videtur*: Ex quo ſatis de mala intentione convictus cenſetur, qui de ſpontaneo facto hæreticali convincitur, *cap.* 1. *de præſumpt.*

Ad rem tamen affabrè conducit diſtinctio, de qua 9
apud Alphonſ. de Caſtro *de juſta hæret. punit. libr.* 1. *cap.* 1. *&* 7. *& lib.* 1. *adverſ. hæreſ. cap.* 1. Caren. *de offic. inquiſ. part.* 2. *tit.* 1. §. 20. *numero* 107. nempe adeſſe quædam facta hæreticalia, quæ committi poſſunt non ſolùm ob errorem intellectus, ſed etiam quia aliqui natura proni ſunt ad ea ex motivo avaritiæ, luxuriæ, ſuperbiæ, aut ſimili; atque in his non ita facilè præſumitur error intellectus; quemadmodum etiam ſi facta ſint dubia, & ambigua, quæ ſcilicet in duplici ſenſu interpretari poſſent, *leg. neq. natales Cod. de probat. cap. in præſentia eodem tit.* Alia autem ſunt facta, ad quæ natura proni non ſumus, imò potius appetitus, & voluptas eis adverſatur; & hæc claram, & manifeſtam hæreſim præſeferunt, dum non aliunde procedere poſſunt, niſi ex mala credulitate, veluti ſunt circumciſio, celebratio Paſchæ Judæorum, vel ſi receperit Conſolationem ab hæreticis, ut dixi ad *cit. Conſtit.* 13. *Alexand. IV. per tot.* & ſimilia, quæ cùm hodie ex ſua natura ſint mala, non fiunt, niſi ex animo judaizandi, vel à Fide deviandi; unde aliam interpretationem recipere non poſſunt, dum in quolibet facto attendenda eſt ejus natura, *leg. ſi unus §. pactus ff. de pactis, l. cum filius §. hæres meus ff. de legatis* 2. *can. ab exordio* 35. *diſt.* & idcireò confeſſus, aut convictus de hujuſmodi factis, quæ non niſi ex mala credulitate procedunt, aut quæ ex ſui natura ad ritum Judæorum, vel aliam ſectam ſpectant, non obſtante quòd intentionem negaverit,

Digitized by Google

gaverit, nulla præcedente tortura condemnandus eſt tanquam Apoſtata, ut ultra citatos docent Gonzal. *in cap. quidam num. 4. de Apoſtat*, Farinac. *de hæreſ. quæſt. 179. num.* 54. Caſtropal. *tom. 1. oper. moral. tract. 4. diſp.* 8. *punct.* 10. *numero* 6. Carena *citat. numer.* 107., accedente ulteriùs ratione ex abſurdo, quod ſequeretur, nam ita quiſque impunitus evadere poſſet, intentionem negando; licèt aliqui id ſolùm admittant, dum quis de factis, aut verbis hæreticalibus ſit etiam convictus; ſecùs ſi tantùm confeſſus, nam tunc negans intentionem erit torquendus, Farinac. *cit. quæſt.* 179. *numer.* 60. ubi quòd non ſit ab hac opinione recedendum, Carena *loco cit. num.* 106. Diana *tom.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 34. Salell. *de mater. tribun. fidei lib.* 5. *cap.* 7. *regul.* 418. *num.* 130.

10 Ulteriùs alii diſtinguunt inter facta, & verba hæreticalia, itaut prædicta procedant, ſi ſit convictus de factis, ſecùs ſi de verbis, nam tunc eſſet torquendus ſuper intentione, Decian. *tract. crim. lib.* 5. *cap.* 36. *numer.* 17. Albertin. *citat. quæſt.* 36. *numer.* 18., & alii apud Farinacc. *cit. quæſt.* 179. *num.* 57. Quod tamen admitterem, niſi verba eſſent certa, & clara, quæ malam credulitatem expreſsè præſeferrent; quæque interpretationem, aut duplicem ſenſum non admitterent; quis enim dubitaverit de mala credulitate illius, qui protulit verba hæreticalia, ſubdens ita eſſe

11 credendum, aut ſimiliter ſi aliquis hæreſiarcha errores contra Fidem prædicaverit? certè iſti etſi negaverint intentionem, aſſerentes id fecifſe ex aliquo motivo temporali, veluti ob vanam gloriam, lucrum, aut aliud ſimile, non idcircò torquendi ſunt ſuper intentione, ſed ſtatim condemnandi, ut ex pluribus docet Calderin. *de hæreticis rubric. de heret. credent. num.* 1., & 6. ubi adducit exemplum de Dulcino hæreſiarca, de quo dicam ad *Conſt.* 1. *Honor. IV.*, qui ex quo ſcienter, ſeriò contra Fidem plura blaterav erat, fuit traditus curiæ ſæculari, non obſtante quòd intentionem negaſſet, idemque tradit

12 Farinacc. *loc. cit. num.* 49. idque manifeſtius apparet in Credentibus hæreticorum, qui ſi ſint legitimè convicti, quòd dixerint ſe credere, atque ab aliis credendam eſſe doctrinam Calvini, ſive alterius ſectarii, nullo pacto audiuntur, ſi intentionem negaverint, Salell. *cit. regul.* 418. *numero* 127. adeoque idem dicendum eſt de convicto, quòd protulerit verba hæreticalia, quæ claram, & apertam hæreſim præſeferunt, dum excuſationem ullam, aut duplicem ſenſum non admittunt; præſertim ſi dixerit ſe ita credere, & ita ab aliis eſſe credendum, Canter. *citat. cap.* 1. *numer.* 70. Souſa *de Aphor. Inquiſitor. lib.* 2. *cap.* 48. *num.* 16. Salell. *loc. cit. num.* 128.

13 Porrò hæc procedunt, ſi quis deliberatè, & ſeriò protulit verba hæreticalia; ſecùs ſi jocosè, quod præſertim apparet, ſi ſtatim ſe corrigit, Gondiſal. *de hæret. quæſt.* 8. *numer.* 6. Squillacen. *de fide cap.* 20. *num.* 2. Zanchin. *de hæret. cap.* 7. *num.* 9. vel ſi talia verba protulit ex lubrico linguæ, ſeu aliàs inadvertenter, aut id contigerit ex ira, aut iracundia cum ſubitaneo animi motu, aut ob magnam mentis perturbationem, aut corporis dolorem; in his enim caſibus tanquam contra ſuſpectum de hæreſi procedendum eſt, attentis diverſis facti circumſtantiis, Albertin. *cit. quæſt.* 36. *num.* 11. & 18. Simanch. *de cathol. inſtit. titul.* 17. *num.* 19. & 41., & *in Enchirid. titul.* 47. *num.* 16. & 22. Pegna *par.* 3 *direct. comm.* 17. & quanquam, ut inquit Gerſon. *par.* 2. *tract. ult. Non patitur ludum fama, Fides, oculus*; non tamen exinde tales uti formales hæretici habendi ſunt. Unde ſatis

14 prudenter advertit Souſa *cit. cap.* 48. *num.* 19. quòd ad judicandum, an convictus de factis, & verbis hæreticalibus, verum dicat, dum negat intentionem, conſiderandum ſit, an adfuerit metus, ira, odium, amor, jocus, & ſimilia; itidemque inſpiciendas eſſe qualitates perſonarum, ſimplices ne ſint, an doctæ, Eccleſiaſticæ, vel ſæculares, viri, vel fœminæ, juvenes, ſive firmatæ ætatis. Nec omittendum eſt monitum Auctoris incerti *in tract. de forma procedendi contra inquiſitos de hæreſi rubr. de hæret. num.* 6. ibi: *Si verò dicit quis, quod ex levitate, vel ira, joco, & turbatione, & ſine deliberatione docuit, vel dixit aliquod contra Fidem: tunc ipſe reus debet probare prædicta, & perfectè: & Inquiſitor debet prædicta diligenter inveſtigare, & non debet eſſe facilis ad recipiendam talem excuſationem, quia quaſi omnes moderni hæretici ſic ſe excuſant. Inventa autem veritate quantum eſt poſſibile, ſi non invenitur quòd ſe non excuſet, debet Inquiſitor contra eum procedere; ſi verò invenitur quòd verè ſe excuſet, adhuc dicunt quidam, quòd Inquiſitor poteſt illum punire, & debet, quia homo ex levitate, vel joco, vel turbatione, verba hæretica non debet proferre.*

Profectò ii, qui coactè, & per vim judaizant, vel 15
aliàs Fidem Catholicam abnegant, Apoſtatæ non ſunt, nec tales præſumi poſſunt ob defectum intentionis. Sed pro majori claritate diſtinguendum eſt inter coactionem abſolutam, ſeu præciſam, & coactionem conditionalem, prout diſtinguit Gloſſ. *in can. ad ejus ver. invita diſt.* 5. & *in can. ſi quandoque ver. erroris* 15. *quæſt.* 6. Siquidem ſi coactio ſit abſoluta, quam rectè in uperabilem vocat Pegna *par.* 1. *direct. comm.* 24. *verſ. ac primum*, veluti ſi quis omninò renitens, manibus, pedibuſque ligatus circumcidatur, vel ejus genua flectantur coram Idolis, & tunc Apoſtata non eſt, imò nec peccat, cùm deficiat prorſus voluntas, *can. preſbyteros* 50. *diſtinct.*, *can. conſtat.* 1. *quæſt.* 1. *cap. majoris in fin. de baptiſ.* taliter enim coactus, videtur potiùs pati, quàm agere, ut inquit textus in *cap. ſacris de his quæ vi*, & ideò pœnam non meretur, *leg. fœdiſſimam Cod. ad leg. Jul. de adult.* Gloſſ. *in can. ita ne aliquem verb. putaverit* 32. *quæſt.*
5. Si autem coactio, ſeu vis illata non ſit præciſa, 16
ſed conditionata, quamvis alioqui gravis, veluti mortis, ſeu cruciatus, tunc verè Apoſtata non eſt, dum corde Fidem retinuit; nec dici poteſt, quòd pertinaciter adhæreat ad id, quod contra fidem dixit, aut fecit, *can. non ſolum il* 2. 11. *quæſt.* 3. ubi Gloſſ. *ver. negare*, & *in cit. can. ita ne aliquem verb. putare*: licèt enim potiùs mortem pati, quàm Fidem abnegare debuiſſet, *cit. cap. ſacris*, tamen quia hoc magnum virtutis opus, eligendi mortem pro Fide, non omnibus conceditur, & valdè difficile eſt; ideò vitam cum peccato potiùs, quàm glorioſam mortem elegit, ex quo lethaliter peccavit, nam ſaltem coactè id voluit, Ricciul. *de jure perſon. extra Eccleſ. lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 4. Tolet. *in ſumma lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 4. Sanchez *in Decal. lib.* 2. *cap.* 7.

Etſi autem ob talem coactionem quis non repu- 17
tetur Apoſtata, aut hæreticus formalis, tamen Eccleſia, quæ de occultis non judicat, *cap.* 1. *de clandeſt. deſponſ.* ipſum de hæreſi, aut de Apoſtaſia ſuſpectum habet, ut in *can.* 2. *Apoſtol.* ibi: *Si Clericus ob metum Judæi, Græci, vel hæretici negaverit nomen Chriſti, ejiciatur: ſi nomen Clerici, deponatur, ſed poſt pœnitentiam, ut Laicus ſuſcipiatur*: & clariùs in *Concil. Ancyrano can.* 3. & 4. relato à Pegna *citat. comm.* 24. *verſ. de coactis*. Quæ ſanè ſuſpicio vehemens erit, aut levis, inſpectis cauſis ſuſpicionem aggravantibus, aut minuentibus, ut monet Gerſon. *in tract. de proteſt. conſiderat.* 12. conſideratis præſertim qualitatibus metus, & perſonarum. Quandoquidem ſi metus gravis, veluti mortis, aut aliàs cadens in conſtantem virum, ſuſpicionem vel excludet, vel minuet, dummodo ceſſante metu ſtatim ad Fidem revertatur, & ingemiſcat; & hi abjurare non debent, aut aliam pœnam ſubire ſuſpectis de hæreſi imponi ſolitam, ſed benigniter recipiendi, aliiſque pœnitentiis expediendi, Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.* 17. *num.* 37. Pegna *cit. comm.* 24. *verſ. ergo*, Verricell. *de Apoſtol. miſſ. titul.* 1. *quæſt.* 8. *ſect.* 1. *num.* 13., & viceverſa ſi ceſſante metu perſiſtant in negatione Fidei, judicabuntur ſuſpecti de vehementi, dum diuturna continuatio demonſtrat, actum proceſſiſſe ex corde, vel poſtea fuiſſe approbatum, Ricciul. *cit. cap.* 5. *num.* 8. Cardin. Albit. *de inconſt. in fide cap.* 9. *num.* 25.

Quòd

Digitized by Google

Quòd ſi metus non ſit adeò gravis, veluti fuſtigationis, carceris, famis, aut ſimilis, quæ nec occidere, nec membrum mutilare poterunt, & perſonæ, quibus metus incutitur, ſunt graves, ſi ſcilicet ſint perſonæ Eccleſiaſticæ, doctæ, nobiles, aut ſimiles; & iſtæ ſi metui ſuccumbant, non effugiunt ſaltem ſuſpicionem vehementem; ſecùs ſi ſint perſonæ imbecilles, veluti fœminæ, pueri, aut idiotæ, Farinacc. *quæſt.* 183. *num.* 30. Salell. *lib.* 1. *cap.* 13. *regul.* 107. *num.* 47. Del Bene *de effic. inquiſit. par.* 1. *dubit.* 47. *petit.* 4. *num.* 3.

19 Quoad alia ad hanc Conſtitutionem pertinentia, vide, quæ dixi ſuprà ad *cit. Conſtit.* 14. *Clem.* 4. & dicam infrà ad *Conſtit.* 1. *Nicolai IV.*

CONSTITUTIO I.

NICOLAI III.
incipiens (*Vineam Soreth.*)

EPITOME BULLÆ.

NICOLAUS PRIORI PROVINCIALI Fratrum Prædicatorum Ordinis in Lombardia.

INjungit Provinciali Ordinis Prædicatorum in Lombardia, ut per ſe, ac Fratres ſui Ordinis idoneos, Evangelii veritatem Judæis prædicari curet, illoſque converſos, Fidei rudimentis inſtruat.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Nicolai III. Patria, & aſſumptio ad Pontificatum recenſentur.*

2 *Ejus mores, geſta in Pontificatu, & obitus indicantur.*

3 *In hac Conſtitutione demandat Provinciali PP. Prædicatorum in Lombardia Prædicationem Verbi Dei pro converſione Judæorum.*

4 *Hæc Conſtitutio perperam ab aliquibus tribuitur Nicolao IV.*

5 *Judæi an cogi poſſint ad intereſſendum Prædicationi Verbi Dei.*
Afferuntur rationes, quæ pro parte negativa adduci poſſent. Ibidem.

6 *Judæi, aliique infideles cogi poſſunt ad audiendam Prædicationem Evangelii.*

7 *Gregorius XIII. ſtatuit Prædicationem Evangelii pro Judæorum converſione habendam.*

8 *Fideles quatenus cogi poſſint, aut teneantur audire Prædicationem Verbi Dei.*

9 *Ante Concilium Tridentinum nulla aderat ſtricta obligatio audiendi Prædicationem.*

10 *Excepto caſu, in quo quis nonniſi ex Prædicatione inſtrui poſſet in rebus Fidei.*

11 *Expenditur, an Concilium Tridentinum in hoc præciſam obligationem audiendi Verbum Dei in propria Parochia inducere voluerit.*

12 *Affertur ſententia, & rationes aſſerentium, Concilium non inducere præceptum.*

13 *Sacra Congregatio Concilii pluries cenſuit, fideles eſſe hortandos, non autem cogendos ad audiendum Verbum Dei in Parochia.*

14 *Refertur caſus in eadem Sacra Congregatione propoſitus quoad obligationem audiendi Verbum Dei etiam extra Parochiam.*

15 *Canonici quatenus poſſint cogi ad intereſſendum Concionibus.*

16 *Canonici legitimè non impediti cogi ab Epiſcopo poſſunt ad intereſſendum Concionibus tempore Quadrageſimæ, & Adventus, & ſub quibus pœnis, & num. ſeqq.*

17 *Canonici tempore Concionis non poſſunt Miſſas celebrare, aut Confeſſiones audire.*

18 *Et quid tempore, quo Epiſcopus ſolemniter celebrat, vel concionatur.*

19 *Canonici quatenus teneantur aſſiſtere Epiſcopo concionanti in Miſſis ſolemnibus, vel extra, in Sede Epiſcopali, vel in ambone, cum Pluviali, vel cum Mozzetta, aut Cappa Magna.*
Et quatenus Epiſcopus in his caſibus poſſit ſolemniter benedicere prævia ſolemni confeſſione. Ibidem.

CUm per Gregorii X. obitum Romana Sedes vacaſſet, tres Summi Pontifices gradatim eam implevere, nempe Innocentius V. Adrianus V. & Joannes XXI. quos ferè unius anni breve curriculum omnes vita abſolvit, nullis editis Conſtitutionibus, quas in hac collectione Cherubinus noſter inſeruerit. Succeſſit Joanni Nicolaus III. cui adhuc puerulo S. 1 Franciſcus Aſſiſiates Pontificatum prædixerat, Ordinemque ſuum commendarat. Habuit hic originem ex prænobili Romana Urſinorum familia, ac Joannes Caetanus appellatus, quem & Innocentius IV. in Cardinalium Collegio ſub titulo S. Nicolai in Carcere Tulliano cooptarat. Sequuto exinde obitu Joannis XXI. Viterbii 7. Kalendas Decembris anno 1277. Summus Pontifex renunciatur, & Romæ die S. Stefano Protomartyri ſacra coronatur. Fuit ſanè vir in- 2 gentis animi, atque in rebus gerendis prudentiæ ſingularis, & qui Romanam Curiam ordinare gnarus reputabatur, ſi id per iniquas illorum temporum conditiones permiſſum fuiſſet, ut inquit Briet. *annal. tom.* 6. *annum* 1277. ſpecialiter autem enituit æquabilitate morum, ac gravitate, ex quo vulgò *Compoſitus* nuncupatus; nec minori pietate præditus extitit, utpotè qui Sacra Myſteria ſine lachrymis ferè nunquam peregit. De aliis autem præclariſſimis ejus geſtis videndi ſunt Spondanus *ad Ann.* 1277. Volater. Anthropol. *lib.* 23. *Villan. lib.* 7. *cap.* 44. Æneas Sylv. *Boem. cap.* 27. Nauclerus *in Chronic.* Natal. Alex. *hiſtor. Eccleſ. ſecul.* 13. *cap.* 1. *art.* 10. *tom.* 7. & alii alibi. Tandem poſt annos duos, & menſes ferè novem, quibus Eccleſiæ univerſalis gubernio ſapientiſſimè præfuit, 9. Kalendas Septembris anni 1280. in Caſtro Suriano obiit ex apoplexia. Plures, ac valdè utiles edidit Conſtitutiones, in Sexto Libro Decretalium inſertas.

Ex Conſtitutionibus autem ejuſdem Pontificis in 3 Bullario inſertis, prima eſt præſens edita Viterbii 2. Nonas Auguſti 1278. quæ directa fuit Priori Provinciali Ordinis Prædicatorum in Lombardia, cui Prædicationem Verbi Dei pro Judæorum converſione per ſe, ac per alios ſuos Fratres idoneos in ejus Provincia faciendam committit, ibi: *Judæos eoſdem in Terris, & locis, in quibus habitant, generaliter, & ſingulariter convocando ſemel, & pluries, ac toties repetitis inſtantiis, quoties proficere poſſe putaveris, prout melius fieri poterit, prædicationibus, ſalutaribus monitis, & diſcretis inductionibus, Evangelicis doctrinis informans ipſos, ſtudeas juxta datam tibi à Domino gratiam, fugatis tenebrarum nubibus, ad viam reducere claritatis, ut renati fonte Baptiſmatis, reluceant in lumine vultus Chriſti, & exinde Chorus Angelicus delectetur:* & ulteriùs ſubdit, ut ex Judaiſmo converſos, Prælatis, ac temporalibus Dominis ex parte ipſius Pontificis commendaret, quo humaniſſimè ab eis tractarentur, neve ab aliis moleſtias in perſonis, aut rebus paterentur, quòdque iiſdem Judæis ab antiqua perfidia recedere renuentibus, id Summo Pontifici nunciaret, ut opportunum remedium circa tales adhiberi poſſet. De hac etiam Conſtitutione mentionem faciunt Pegna *ad director. inquiſ. part.* 2. *com.* 47. *verſ. inſignem*, Ricciul. *de jure perſon.*

Digitized by Google

perſon. extra Eccleſ. lib. 2. *cap.* 37. *numero* 3. Natal. Alex. *cit. art.* 10. Et quamquam nonnulli præſentem Conſtitutionem Nicolao IV. attribuant, quos ſuppreſſo nomine citat Pegna *in fine director. pag.* 53. *in margine hujus Conſtitutionis*, & Cherubin. Junior. *ad hanc Conſtit. ſchol.* 1. veritati tamen magis proximum eſt, ipſam fuiſſe Nicolai III. tum quia huic adſcribitur ab omnibus præfatis Auctoribus, & à Petro Matthæo *in ſumma Conſtitution. Pontif. pag.* 27. Cardin. Lauræa *in Epitome Canon. ver. Prædicatores*, Barboſ. *in ſum. Apoſtol. deciſ. ver. prædicare num.* 6.
4 tum etiam quia eadem Conſtitutio edita eſt ſub datum Viterbii, ubi Nicolaum IV. unquam fuiſſe non conſtat, ut ex Ciaccon. advertit Cherubin. *cit. ſchol.* 1. & alioqui Nicolaum III. ibi fuiſſe certum eſt, dum etiam obiit in Caſtro Suriano, quod eſt in agro Viterbienſi, ſeptem milliaribus ab eadem Civitate diſtans; tum poſtremò, quia in *Conſtitutione* 92. *Gregor. XIII.* incip. *ſancta mater.* §. 1. hæc conſtitutio Nicolao III. tribuitur.

Dum autem Pontifex in præſenti, Prædicationem Verbi Dei Fratribus Ordinis Prædicatorum in Lombardia pro Judæorum converſione committit, meritò dubitabis, an ad Prædicationem Evangelii audien-
5 dam Judæi cogi poſſint? Et pro parte negativa dici poteſt, quòd Fidei profeſſio debeat eſſe libera, cùm credere ſit actus voluntarius, vim, & coactionem non patiens, ut dixi ſuprà ad *Conſt.* 1. *Innoc. IV. ſect.* 1. *num.* 6. Ex quo eſt, ut Judæi inviti, Baptiſmum ſuſcipere compelli jure canonico prohibeantur, *cap. ſicut Judæi de Judæis, cap. majores de baptiſ.* & dixi ad *Conſtit.* 14. *Clement. IV. num.* 8. Cùm autem Verbum Dei, ſeu Evangelium audire, per ſe, & directè tendat ad Fidem amplectendam, ſequitur ut Judæi qui ad fidem cogi nequeunt, nec etiam ad Evangelii Prædicationem audiendam compelli poſſint, ut præ cæteris tenet Sotus *in* 4. *diſtinct.* 5. *quæſt.* 1. *art.* 10. *concluſ.* 2. & 3.

6 Verùm poſſe Judæos, ſicut & alios Infideles, cogi ad audiendam Prædicationem Evangelii, docent communiter Canoniſtæ, & Theologi, præſertim Innoc. *in cap. quod ſuper num.* 8. *de voto*, Turrecrem. *cit. cap. ſicut Judæi circa princip.* Bannes *ad* 2. 2. *qu.* 10. *art.* 10. *dub.* 3. Azor. *inſtit. moral. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 24. *quæſ.* 3. Borgnin. *deciſ.* 21. *numer.* 18. *tit. de contractibus*, Scott. *in ſelect. Epit.* 136. *theor.* 352. Ricciul. *cit. cap.* 37. *num.* 1. Quandoquidem licèt verum ſit, Judæos, alioſque Infideles ad credendum cogi non poſſe: quod & negavit ex pluribus rationibus Jo: Scotus *in* 4. *ſenten. diſt.* 4. *quæſt.* 9. præſertim ex illo *Lucæ* 14. 23. *Exi in vias, & ſepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea:* Nihilominùs diverſa prorſus ſunt, compellere ad credendum, & compellere ad audiendum Verbum Dei; quemadmodum ſunt diverſa, audire Evangelium, & illi credere; adeoque non videntur directè compelli Infideles ad credendum præcisè per hoc, quòd compellantur audire Verbum Dei, cùm hæc potiùs ſit perſuaſio, quàm coactio ad credendum Veritati Evangelicæ; eòque magis quia paſſim videmus Hebræos in eorum perfidia obſtinatos, quamvis Prædicationi pluries interfuerint.

7 Hinc ſapientiſſimè Summi Pontifices Prædicationem Evangelii pro Judæis ſtatuerunt, eos ad illius auditionem cogendo; quemadmodum egit Gregor. XIII. *in cit. Conſt.* 92. ubi omnibus Eccleſiarum Prælatis præcipit, ut in quibuſcunque Civitatibus, & locis, in quibus competens Judæorum numerus, qui Synagogam conſtituat, commoratur, Sabbati, vel alio die unius cujuſque hebdomadæ pro eorum converſione Prædicationem haberi curent, cui ſub pœna privationis commercii cum fidelibus, aliiſque arbitrariis, tertia pars Judæorum utriuſque ſexus à duodecim annis ſupra per circuitum interſint. Idemque etiam quandoque ſervari curarunt Principes ſæculares, ut de Jacobo Rege Aragonum refert Ricciul. *cit. cap.* 37. *num.* 5.

Cohærenter autem ad hæc quæri poteſt, an Chri- 8
ſti Fideles cogi poſſint, aut aliàs teneantur Verbi Dei Prædicationem audire. Profectò pro parte affirmativa argumentum non leve exhibent hactenus dicta, poſſe ſcilicet Judæos, alioſque infideles cogi ad illud audiendum; ex quo eſt ut multò magis ad id adſtricti ſint fideles, qui dum Evangelium profitentur, præcepta in eo contenta tenentur addiſcere: quod vel maximè in auditione Sacrarum Concionum contingit. Hinc Innoc. III. *in Concil. Lateranen. can.* 10. relato in *cap. inter cætera de offic. judic. ordinar.* inquit: *Inter cætera, quæ ad ſalutem ſpectant Populi Chriſtiani, pabulum Verbi Dei permaximè ſibi noſcitur neceſſarium; quia ſicut corpus materiali, ſic anima ſpirituali cibo nutritur: eo quòd non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei:* & conſonant verba D. Auguſtini relata in *can. interrogo* 1. *quæſt.* 1. ubi inquit: *Dicite mihi, quid plus videtur vobis, Corpus Chriſti, an Verbum Chriſti? Si vultis verè reſpondere, hoc dicere debetis, quòd non ſit minus Dei Verbum, quàm Chriſti Corpus. Et ideò quanta ſollicitudine obſervamus, quando nobis Chriſti Corpus miniſtratur, ut nihil ex ipſo de manibus noſtris in terram cadat; tanta ſollicitudine obſervemus, ne Verbum Domini, quod nobis erogatur, dum aliud aut cogitamus, aut loquimur, de corde puro pereat.* Ulteriùs in *Concilio Carthagin. IV. can.* 24. quod fuiſſe Generale refert Cabaſſut. *in notit. Eccleſ. Sæculi* 4. *ad annum* 398. & refertur in *can. ſacerdote* 59. *de conſ. diſt.* 1. ſtatuitur, ut excommunicetur ille, qui Sacerdote verbum in Eccleſia faciente, egreſſus fuerit de auditorio: ex quo ſupponi videtur obligatio audiendi Verbum Dei, prout etiam ante Concilium Tridentinum docuit Petrus Paludanus *in* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 5. *art.* 2. *concl.* 2.

Verùm ut penitiùs hujuſce rei reſolutionem attingamus, inſpiciendum priùs eſt, an talis obligatio quoad Chriſti Fideles adfuerit ante Concilium Tridentinum; & poſtea expendemus quid circa hoc de
novo idem Concilium ſtatuerit. Profectò de hac re 9
ante Concilium nullum præceptum, ſtrictamve obligationem adfuiſſe tenet D. Antonin. *in ſumma part.* 2. *tit.* 9. *cap.* 11. *de neglig. circa prædicationem* §. 2. adeout Prædicationem, etiam ex negligentia audire omittentes, mortaliter non peccent; idemque aſſerunt communiter Theologi, etiam ii, qui hujuſmodi obligationem de novo inductam volunt per Tridentinum; ea præſertim ratione, quia nullibi talis obligatio invenitur, nec id præcipitur in *cit. can.* 24. *Concil. Carthag.* ubi ſtatuitur, quòd excommunicetur, qui egreſſus fuerit de auditorio, dum Sacerdos conciones habet; non quidem quòd adſit obligatio audiendi concionem, ſed quia ita egrediens vel id facit ex contemptu Concionantis, ut obſervat Gloſ. *in cit. can. Sacerdote*, & S. Antoninus *loc. cit.* vel quia aliàs exinde ſcandalum ſequeretur, ut exponit Suarez *tom.* 1. *de relig. lib.* 2. *cap.* 16. *numero* 8. Caſtropal. *tom.* 2. *oper. moral. tract.* 9. *punct.* 4. *num.* 6. Et quamvis Chriſti fidelibus onus inſit addiſcendi præcepta, & alia, quæ ad animæ ſalutem pertinent: dum tamen hæc privatim, ſive aliunde, quàm ex auditione concionum aſſequi poſſunt, jam inde inferri nequit obligatio ea addiſcendi in publicis concionibus, nec conſequenter eas audiendi; ſolùmque
adeſſe poſſet talis obligatio, etiam ſub mortali, dum 10
alicui non ſolùm neceſſaria eſt inſtructio in rebus Fidei, & morum; ſed etiam ſi commoditatem ea addiſcendi, non alibi habeat, niſi in publicis Concionibus. Unde eſt, ut talis obligatio non adſit ex vi præcepti Eccleſiaſtici, ſed potiùs ex præcepto charitatis, qua quis animæ ſuæ conſulere tenetur, & media non ſolùm neceſſaria, ſed etiam utilia adhibere; quorum præcipuum eſſe auditionem Verbi Dei, certiſſimum eſt; & ita tenent Suarez *cit. cap.* 16. *num.* 10. Trullench. *ad* 3. *præcept. Decal. cap.* 1. *dub.* 4. Arſdekin. *tom.* 2. *Theol. tripart. part.* 2. *tract.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 22. *in fine.*

Verùm

Digitized by Google

11 Verùm quamvis hæc rectè, & ſine controverſia procedant præciſo Concilio Tridentino; maximam tamen in hac re difficultatem ingeſſere ejuſdem Concilii verba in *Seſſ. 24. de refor. cap. 4.* ibi: *Moneatque Epiſcopus Populum diligenter, teneri unumquemque Parochiæ ſuæ intereſſe, ubi commodè id fieri poteſt, ad audiendum Verbum Dei:* ex quo elici videtur obligatio nedum audiendi Verbum Dei, ſed etiam de illud in propria Parochia audiendo, ubi commodè fieri poteſt. Hinc quærunt, an verbum illud *teneri* in diſpoſitione Conciliari appoſitum, importet præceptum, ſive potiùs conſilium, præſertim cùm priùs dixerit *moneat*, quod hortationem, & conſilium præſefert. Et quidem importare præceptum cenſuerunt Navar. *in ſum. cap. 21. nu. 5.* Angel. *ver. feriæ num. 44.* Sylveſter *ver. dominica num. 8. §. 6. verſ. tertium*, Natal. Alexand. *lib. 2. de Sacram. Euchar. art. 5. reg. 10.* ubi ex præfata Tridentini diſpoſitione inquit, fideles teneri diebus dominicis, & majoribus feſtis, Parochiam frequentare, & Prædicationem Verbi Dei in ea audire.

12 Contrarium tamen, nempe quòd diſpoſitio Tridentini accipienda ſit non de ſtricta obligatione præcepti, ſed vel de conſilio, vel ad terminos, in quibus talis obligatio aderat ante Concilium, docent communiter Theologi, Azor. *tom. 1. Inſtit. Moral. lib. 7. cap. 3. quæſt. 7.* Heſſel. *in decal. cap. 14.* Molan. *ibidem cap. 9.* Bonacin. *tom. 2. diſp. 5. punt. 2. num. 27.* Graſſ. *part. 1. deciſ. aur. lib. 2. cap. 32. nu. 8.* Barboſ. *ad cit. loc. Concil. num. 15.* Pax Jordan. *de re ſacra lib. 6. tit. 1. de prædicat. num. 105.* Filliuce. *tract. 27. cap. 8. quæſt. 7. num. 132.* Suarez, & Caſtropal. *loc. cit.* Arſdekin *cit. quæſt. 22.* ubi refert, hanc controverſiam Lovanii non ſemel agitatam, ſæpè ſopitam, nunquam tamen fuiſſe reſolutam, alioſque Auctores refert Leand. *part. 3. tract. 2. diſp. 2. quæſt. 73.* & ipſemet Natal. Alex. qui loco mox citato pro præcepto ſteterat, poſtmodum in *lib. 4. ad Decal. art. 6. reg. 10.* ait, tantùm conveniens eſſe, ut Verbum Dei audiant; & poſt adductas plurium Conciliorum, & Patrum auctoritates, concludit: *Quamvis ergo Concioni non adeſſe, lethale peccatum non ſit: non tamen nullum peccatum eſt deeſſe Verbi Dei auditioni.* Porrò hujus ſententiæ Auctores pluribus eam comprobant rationibus, præſertim ex contextu ejuſdem Concilii *ſeſſ. 22. in decr. de obſer. & vitan. in celebr. Miſſ.* ibi: *Moneant Epiſcopi, ut ſaltem diebus Dominicis, & majoribus feſtis Populus ad Parochiam accedat;* ubi non dixit cogant, aut jubeant; ſed moneant. Ulteriùs quia inveroſimile eſt, voluiſſe Concilium, unumquemque fidelium ad audiendam concionem in propria Parochia obſtringere, præſertim quia regulariter Eccleſiæ Parochiales non ſunt totius Populi capaces; hæc tamen ratio levis eſt, ſi advertatur, Concilium non voluiſſe abſolutè audiendam eſſe concionem in Parochiali, ſed cum moderatione, ſi ſcilicet commodè fieri poterit. Rursùs quia nec D. Carol. *in Concil. Mediolanen. IV.* in quo diſpoſitionem præfatæ Tridentinæ diſpoſitionis, monitoriis literis urget: nec Cathechiſmus Roman. *part. 3.* in explicatione tertii Præcepti, ubi de Verbi Dei prædicatione, aliiſque virtutum operibus, diebus feſtivis habendis loquitur, hujus unquam ſtrictæ obligationis meminerunt. Adhortantur quidem fideles omnes ad Verbum Dei audiendum, proponentes bona, quæ inde conſequuntur, & mala, in quibus ex negligentia incurrere poſſent, ut antea præſtiterat D. Antonin. *loc. cit.* nunquam tamen præcipiunt, aut tanquam de re ſtrictè præcepta loquuntur, ſed tanquam de meliori bono, & medio ad ſalutem utiliſſimo: *Cohortamur, & admonemus*, inquit S. Carolus, *ut hæc paterna monita amplectantur, alioſque ad illa exequenda inflamment.* Tandem hæc promoventur ex communi praxi, & conſuetudine fidelium tam diuturno uſu roborata, dum videmus viros, etiam doctos, & pios, nec in Parochia, nec alibi Verbum Dei audire, quamvis id commodè præſtare poſſent.

Ita ſanè Theologi. Quid autem circa hoc Sacra 13
Congregatio ejuſdem Concilii Interpres aliquando ſenſerit, videamus. Et quidem quantùm attinet ad auditionem Verbi Dei in Parochia, hæc ſemper ſentire viſa eſt, fideles eſſe ad id hortandos, & non cogendos. Ita in *Theatina 16. Martii 1595. tom. 8. Decret. fol. 11.* reſpondit: *Pueros, & Puellas, ut Doctrinam Chriſtianam diſcendi cauſa ad Eccleſiam ſtatis diebus accedant, Parenteſque ut eos dimittant, monendos quidem, hortandos, & omnibus Chriſtianis artibus alliciendos; ſed nullo modo compellendos eſſe;* idemque reſpondit in *Ulyſſiponen. 26. Aprilis 1602. lib. 10. Decr. fol. 29.* & noviſſimè in *Miden. Decretorum Synodalium 24. Auguſti 1686.* ubi cùm Epiſcopus in Synodo hujuſmodi decretum promulgaſſet: *Quilibet Sæcularis in foro conſcientiæ tenetur, ſi commodè fieri poteſt, intereſſe Parochiæ ſuæ ad Miſſam Parochialem diebus Dominicis, & Feſtis ſolemnioribus: Item ad audiendum Verbum Dei, Divinam Legem, Fidei Rudimenta, Morum Doctrinam, quæ ibi in Cathecheſibus, & Concionibus annunciantur, & docentur:* eadem Sacra Congregatio reſpondit: *Parochianos ad prædicta hortandos eſſe, non autem cogendos, & propterea decretum eſſe reformandum.* Ulteriùs, cùm jubente Alexandro VII. ex Congregatione S. Officii tranſmiſſa fuiſſet ad Congregationem Concilii examinanda, & qualificanda hæc propoſitio: *Nullus in foro conſcientiæ Parochiæ ſuæ intereſſe tenetur ad audiendum Verbum Dei, Divinam Legem, Fidei Rudimenta, Morumque Doctrinam, quæ ibi in Cathecheſibus annunciantur, & docentur:* eadem Sacra Congregatio die 5. Octobris 1658. re maturè examinata cenſuit: *Supraſcriptam propoſitionem, prout jacet, non eſſe admittendam; & die 11. ejuſdem menſis facta per Secretarium ejuſdem Congregationis relatione ad Sanctiſſimum, Sanctitas Sua præfatam Sac. Congregationis ſententiam probavit;* quæ reſolutio forſan prodiit ob generalitatem propoſitionis; unde in reſponſione fuit dictum: *prout jacet*.

Quò autem ad obligationem audiendi Verbum Dei 14
præſcindendo à Parochia, fuit etiam nuperrimè in eadem Sacra Congregatione dubitatum, ex quo quidam Religioſus Conciones ad Populum Neapoli habens in una ex Eccleſiis ejuſdem Civitatis, & Fideles ad eis intereſſendum incendens, aſſerere viſus fuit, unumquemque ſub gravi culpa teneri diebus Dominicis, aliiſque Feſtis ſolemnioribus Verbum Dei audire, ad id adſtruendum præfata verba Concilii adducens. Hinc nonnulli hujus propoſitionis ſtimulo perculſi, oraculum Sacr. Congregationis implorarunt, quo declararetur, an præfata diſpoſitio Conciliaris ſit obligatoria de conſilio, vel de præcepto: attento præſertim, quòd tam in Civitate, quàm in toto Regno Neapolitano nunquam de præcepto habita fuerit. Unde ſub die 4. Junii 1707. propoſitum fuit dubium: *An & ſub qua culpa teneantur fideles audire conciones.* Ego ex ſuperiùs adductis conſulebam reſpondendum eſſe, teneri ad formam Concilii, non autem poſſe cogi, ſed hortari; & quoad forum internum unumquemque conſulere debere conſcientiæ ſuæ, cùm id dependeat ex diverſis facti circumſtantiis. Nihilominùs eadem Sacra Congregatio ſatius tunc duxit ad præfatum dubium non reſpondere.

Quanquam autem Chriſti fideles ad Verbum Dei in Parochia audiendum ab Epiſcopo cogi nequeant, ut ſuperiùs diximus; non tamen abſque fundamento
dubitari poteſt, an Canonici ad id cogi poſſint, præ- 15
ſertim quia inani ferè conatu Populus ad intereſſendum Concioni hortaretur, dum Miniſtri Sanctuarii, qui aliis exemplo potiſſimùm eſſe debent, id non præſtant. Hinc quamvis aliàs Sacra Congregatio Concilii in una *Urbinaten. 14. Martii 1663.* reſponderit, Canonicos eſſe hortandos, non cogendos ad intereſſendum Concionibus, ut refert Pignatell. *tom. 4. conſ. 206. nu. 61.* tamen ibi non agebatur de Concionibus Quadrageſimæ, ſed quæ aliàs infra annum
habentur. Cæteroquin conſtans eſt ſenſus tùm Sacræ 16
Congre-

Congregat. Epiſcop. apud Nicol. *in floſc. verb. Canonicus num.* 33. tum Sacr. Congregationis Concilii, Canonicos legitimè non impeditos cogi ab Epiſcopo poſſe ad intereſſendum Concionibus tempore Quadrageſimæ, & Adventus: ita in *Nicjen.* 19. *Novembris* 1628. cenſuit: *Canonicos legitimè non impeditos, tempore Quadrageſima, quotidianis Concionibus intereſſe debere: & ideò Epiſcopum decretum edere poſſe, ut Canonicis nequaquam liceat predicto tempore ab Eccleſia abeſſe, niſi de ipſius, vel ejus Vicarii licentia*: & ſimiliter in *Civit. Caſtelli* 29. *Aprilis* 1623. *& in Tarentina*, quam refert Pignatel. *cit. numero* 61. ubi Archiepiſcopi decretum, ut Canonici non intereſſentes Concioni, punirentur ſolita punctatura, approbavit; & noviſſimè cùm Epiſcopus Melevitanus in Synodo Conſtitutionem edidiſſet:
17 *Dum prædicatur, nullus Sacerdos Miſſam celebret, aut Confeſſiones excipiat, nec ullus Clericus, aut alius Eccleſiaſticus in Sacriſtia ſe contineat, ſed ut laicis ſint exemplo, cuncti in Choro, aut alio Eccleſiæ opportuniori loco, Canonici habitu Clericali, cæteri ſuperpelliceo & bireto induti Verbum Dei attentè, ac devotè audiant*: eadem Sacra Congregatio die 9. Aprilis 1707. reſpondit: *Conſtitutionem primam impugnatam ſuſtineri, & quoad non intereſſentes tempore Adventus, & Quadrageſima in Concionibus, ſub pœnis à Sacr. Congregat. aliàs præſcriptis*, nempe punctaturæ ex dictis, & aliis reſolutionibus apud Monacel. *in formul. tom.* 1. *tit.* 2. *formula* 4. *numero* 3. *& Epiſc.* Chriſpin. *in Viſit. Paſtoral. par.* 2. §. 20. *num.* 40. & noviſſimè in Congregatione particulari in cauſa *Caſalen.* de qua memini ſupra *ad Conſtit.* 1. *Urbani IV. ſect. un. num.* 16. inter plura dubia, & reſolutiones à Sanctiſſimo per Breve confirmatas, fuerunt infra-
18 ſcripta. *XVIII. An Canonici valeant celebrare Miſſas privatas in Cathedrali tempore, quo Epiſcopus celebrat ſolemniter, vel concionatur. XIX. An Canonici legitimè non impediti, teneantur intervenire Concionibus Quadrageſima, & Adventus*. Die 11. Martii 1708. cenſuit: *Ad XVIII. tempore celebrationis ſervandum eſſe Statutum Eccleſiæ, tempore vero Concionis Negativè. Ad XIX. teneri ſub pœna punctatura coæqualis ei, quæ imponitur pro Miſſa*. Ulteriùs in eadem cauſa *Caſalen.* fuerunt reſoluta infraſcripta dubia quoad aſſiſtentiam à Canonicis debitam Epiſcopo
19 Conciones habenti. *XXVII. An & qualis aſſiſtentia debeatur per Canonicos Epiſcopo concionanti tam in Miſſis ſolemnibus, quàm extra, & tam in Sede Epiſcopali, quàm in Ambone, tam cum Pluviali, quàm cum Mozzetta, & Cappa magna. XXVIII. An & quibus caſibus prædictis liceat Epiſcopo dare ſolemnem benedictionem prævia ſolemni Confeſſione*. Die 1. Aprilis 1708. cenſuit: *Ad XXVII. Epiſcopo concionanti Pontificaliter intra Miſſarum ſolemnia, ſervandum eſſe Cæremoniale: concionante Pontificaliter extra Miſſarum ſolemnia, ſervandum Concilium Provinciale: concionante vero cum Mozzetta, ſeu Cappa, ſervandum decretum Sacr. Congregationis Rituum die* 19. *Decemb.* 1643. *tenoris videlicet: Dubium. Quæſitum fuit, An Epiſcopo prædicanti in Eccleſia Cathedrali in Ambone, ubi Prædicatores ordinarii prædicare conſueverunt, ſine baldachino, & in habitu Mozzettæ & Stolæ, debeatur aſſiſtentia à Canonicis, & Dignitatibus. Sac. Congreg. reſpondit: In caſu propoſito aſſiſtentiam non deberi, & niſi quando cum Pluviali, & Mitra, ad præſcriptum Cæremonialis Epiſcoporum, voluerit prædicare. Ad XXVIII.* cenſuit: *In caſu, quo Epiſcopus concionatur Pontificaliter inter Miſſarum ſolemnia, ſervandum eſſe Cæremoniale, & in reliquis ex deductis Negative*; & propoſito die 16. Maii dicti anni eodem dubio XXVII. *An ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis*, cenſuit *quoad primam, & ſecundam partem in deciſis; quoad tertiam, concionante Epiſcopo cum Cappa, & Stola ſervandum rurſus eſſe Concilium Provinciale; concionante verò cum Mozzetta, ſervandam eſſe reſolutionem prædictam Sacr. Congregat. Rituum*. Reſolutio enim fuit fundata in Cæremoniali, quæ præſcribit Canonicis aſſiſtentiæ modum faciendæ Epiſcopo concionanti inter Miſſarum ſolemnia in *lib.* 2. *cap.* 8. *de Miſſa ſolemni fol.* 181. quapropter extra dictum caſum, cùm non poſſit concionari, niſi cum Mozzetta, & Stola, non eſt præſtanda dicta aſſiſtentia præſcripta inter Miſſarum ſolemnia, Bauldrin. *in manual. Cæremon. par.* 1. *cap.* 10. *num.* 5. *fol.* 26. & ſic procedit dicta reſolutio Sacræ Congreg. Rituum; Verùm quia in dicta *Caſalen.* concurrebat *Concil. Provinciale Mediol. IV. part.* 1. *de Verbi Dei prædicatione* §. *cui concionanti, &* §. *adſit fol.* 106. *&* §. *ſi verò ſermonem, & ſeq.* §. *in alia vero*, §. *quod ſi cappa, &* §. *id porrò*, in quibus præſcribitur certa forma aſſiſtentiæ etiam extra Miſſarum ſolemnia, quamvis in Ambone concionetur, ſi Pontificaliter, vel cum Cappa, & Stola id agat; ideò in his caſibus fuit præſervata diſpoſitio ejuſdem Concilii, quæ in Provincia pro lege ſervari debet; quoad verò caſum non expreſſum in illo, nempe Concionis, quæ fit cum Mozzetta, fuit præſervata diſpoſitio generalis dictæ reſolutionis Sacr. Congregationis Rituum; quoad verò benedictionem ſolemnem prævia Confeſſione demandatam in caſu tantùm Concionis inter Miſſarum ſolemnia, clara viſa fuit diſpoſitio dicti Cæremonialis procedens tantùm in dicto caſu, ut tradit etiam Bauldrin. *cit. part.* 1. *cap.* 10. *de Concionat. offic. num.* 1. *fol.* 25.

CONSTITUTIO II.

NICOLAI III.

incipiens (*Noverit.*)

EPITOME BULLÆ.

NICOLAUS UNIVERSIS CHRISTI Fidelibus,

HÆreticos Catharos, Patarenos, alioſque nominatim, aut quocumque nomine cenſeantur, unà cum eorum Fautoribus excommunicat, pluresque alias pœnas contra ipſos, ac eorum filios promulgat: præſertim Appellationis beneficium, Judicum, & Advocatorum patrocinium eis denegat. Laicis perſonis de Fide publicè, ſive privatim diſputare prohibet.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De diſpoſitis in hac Conſtitutione, & de ejus primo Auctore.*

2 *De nonnullis ad intellectum hujus Conſtitutionis pertinentibus. Remiſſivè.*

3 *A ſententia lata contra hæreticos, eorumque fautores, non admittitur Appellatio.*

4 *Quod etiam procedit quoad Relapſos, aut eorumdem filios appellantes à ſententia lata contra eorum Parentes.*

5 *Prohibita Appellatione non cenſetur prohibita ſupplicatio, & an id procedat in cauſis hæreſis?*

6 *Hæreticis denegatur Appellatio à ſententia diffinitiva, non autem ab interloquutoria.*

7 *Hæreticis denegatur Appellatio non ſolùm in cauſa hæreſis, ſed in aliis cauſis, quæ contra ipſos agitantur.*

Denegatio Appellationis eſt pœna hæreticorum, non autem privilegium cauſæ hæreſis. Ibidem.

8 *Prohibitio appellandi procedit etiam in ſententiis interloquutoriis.*

9 *Advo-*

Digitized by Google

9 *Advocatorum patrocinium prohibetur hereticis tum in cauſis hereſis, tum in aliis eorum cauſis.*

10 *Judices, Advocati, & Notarii ſuum munus hereticis impendere prohibentur tam in cauſis hereſis, quàm in aliis.*

11 *Referuntur pœna ſtatuta contra predictos hanc probibitionem non ſervantes.*

12 *Hec probibitio procedit, ſi conſtet, hereticos, aut fautores eſſe tales.*

13 *Reo datur Advocatus, ſi dubium ſit, ipſum eſſe hereticum, vel ſit tantùm de hereſi ſuſpectus, ſive legitimas exceptiones deducere voluerit.*

14 *In Tribunali Inquiſitionis nemo admittitur ad munus Advocati, niſi obtenta licentia Inquiſitorum.*

15 *Idem Advocatus debet preſtare juramentum, & quid in eo contineatur.*

16 *Reis in S. Officio concedi ſolet alter Advocatus, vel Procurator, ſi illum ſibi dari petant.*

17 *Laici de Myſteriis Fidei publicè, ſive privatim diſputare prohibitum eſt.*

18 *Hec prohibitio intelligenda non eſt de diſputatione dubitativa, que omnibus etiam Clericis prohibita eſt.*

19 *Diſputatio in rebus Fidei facta pro ejus defenſione, alia eſt materialis, alia formalis.*
Laicis non prohibetur diſputatio materialis in rebus Fidei. Ibidem.

20 *Diſputatio formalis in rebus Fidei non eſt permiſſa laicis.*
Fidei nomine, de qua Laicis diſputare interdicitur, quid veniat. Ibidem.

21 *Referuntur cauſe, ex quibus Laicis de Fide diſputare prohibetur.*

22 *Hec prohibitio procedit etiam quoad laicos doctos, & ad hanc diſputationem idoneos.*

23 *Limitatur in caſu neceſſitatis, aut evidentis utilitatis.*

1 PRæſens Conſtitutio edita apud Urbem Veterem
5. Nonas Martii anno 1280. continet veluti in
epitome fere omnes hæreticorum, eorumque fauto-
rum pœnas. Non tamen primò illam edidit noſter
Pontifex, nam hunc præiverat Innoc. IV. qui eam
iiſdem verbis promulgavit in ſua *Conſt.* 18. Imò hujus
Conſtitutionis primus Auctor fuit Gregorius IX. in
Conſt. incip. *excommunicamus*, quæ refertur à Pegna
2 *in fine director. Inquiſit. pag.* 3. Plures autem ex ejuſ-
modi pœnis alibi opportunè expoſuimus; ideò ſatius
erit loca, ubi de eis actum eſt, hìc indicare. De
contentis enim in principio, §. 4. & 18. quoad ex-
communicationem, & privationem Eccleſiaſticæ Se-
pulturæ, dixi ad *Conſtit.* 18. *Innoc. IV.* de contentis
in §. 1. & 2. dixi ad *Conſtitut.* 1. *ejuſdem ſect.* 1. &
ad Conſtit. 12. *Alex. IV.* de contentis in §. 3. dixi in
Conſt. 13. *Alex. IV.* de contentis in eodem §. 3. uſ-
que ad §. 15. & §. 21. dixi ad *Conſt.* 8. *Clem. IV.* &
ſpecialiter de contentis in eodem §. 21. quoad priva-
tionem Beneficiorum, & officiorum publicorum, pro
filiis hæreticorum, & fautorum, dixi ad *Conſtit.* 15.
Innoc. IV. ſect. unica, & dicam infrà in *Conſt.* 2. *Honorii IV.* de contentis in §. 20. quoad obligationem
denunciandi hæreticos, & eorum fautores, dixi in
Conſt. 3. *Clem. IV.* Supereſt idcircò exponendus §.
16. 17. & 19.

3 Et quidem primò quoad §. 16. ibi: *Item Procla-
mationes, aut Appellationes hujuſmodi perſonarum mi-
nimè audiantur:* Concordant ſuperiùs citatæ Conſti-
tutiones Gregorii IX. & Innoc. IV. *Conſtit. Friderici
Imper.* incip. *Commiſſi* §. 8. relata in *Conſtit.* 1. *Innoc.
IV.* & *Conſtit. Bonifac. VIII. in cap. ut inquiſitionis de
heretic. in* 6. Ex quibus juribus communiter firma-
tur, appellationem non dari à ſententia lata contra
hæreticos, eorumque fautores, receptatores, defen-
ſores, & credentes; ita, ultra plurimos congeſtos
per Barboſ. *in cit. cap. ut inquiſitionis num.* 6. & Fa-
rinacc. *de hereſi queſt.* 185. *num.* 227. docent Carena
de offic. inquiſit. par. 3. *tit.* 14. *num.* 1. Diana *par.* 4.
tract. 8. *reſol.* 20. & 32. Bordon. *in Tribun. cap.* 35.
num. 42. Scaccia *de judic. tom.* 1. *cap.* 97. *numer.* 98.
Salell. *de mater. Tribun. Fidei libr.* 4. *capit.* 8. *regul.*
367. *num.* 201. Del Bene *de Offic. Inquiſit. par.* 1. *dubit.* 188. *num.* 1. Caſtropal. *oper. moral. tom.* 1. *tract.*
4. *diſp.* 8. *punt.* 7. *num.* 1. Idemque majori jure di- 4
cendum eſt de relapſis, qui, ut dixi ad *Conſtit.* 12.
Alex. IV. ſunt hæretici; quod etiam probatur ex *cap.
ad abolendam de heretic.* ibi: *Seculari judicio ſine ul-
la penitùs audientia decernimus relinquendos*, & no-
tat Carrer. *de heret. num.* 129. quod etiam ad eorum
filios extenditur, ut ſcilicet nec ipſi appellare poſſint
à ſententia lata contra eorum parentes, dummodo
ipſi deceſſerint confeſſi, vel convicti, Decian. *tract.
crimin. lib.* 5. *cap.* 58. *num.* 4. Simanch. *de cathol. in-
ſtit. tit.* 6. *num.* 7. idque etiam colligitur ex *Conſtitut.*
13. *Alex. IV.* incip. *Ex parte.*

Quia tamen prohibita appellatione, non cenſetur 5
prohibita ſupplicatio, ſeu Superioris aditio per viam
querelæ, Gloſſa *in cap. ex literis de in integr. reſtit.
ver. ſupplicavit*, & ibi Gonzal. *numer.* 3. & Barboſ.
num. 4. ubi alii; ideò jure dubitabis, an id procedat
quoad hæreticos, eorumque fautores. Sententiæ
affirmativæ videtur inclinare Abbas *in cap. paſtoralis
num.* 16. *verſ. ad quartam de appellat.* quem ſequun-
tur Felin. *in cap. ad abolendam num.* 3. *verſ. ſecundus
caſus de heretic.* Decian. *cit. cap.* 58. *num.* 5. Royas
ſingul. 19. *num.* 5. Del Bene *cit. dubit.* 188. *numer.* 5.
qui aſſerunt, quòd licèt Judex à quo non debeat de-
ferre hujuſmodi appellationi, ſeu ſupplicationi; non
tamen prohibeatur Judex ad quem inhibere, ſi ei
conſtet de injuſtitia ſententiæ. Verùm quòd hæreti-
ci, & fautores nequidem per viam ſupplicationis,
ſeu proclamationis ſint audiendi, videntur voluiſſe
Simanch. *cit. tit.* 6. *num.* 2. Carrer. *de heret. nu.* 130.
quibus adhæret Farinacc. *cit. queſt.* 185. *num.* 234. &
Diana *cit. reſol.* 32. *in fine.* In hac tamen re adver-
tendum, quòd in præfatis juribus nedum appellatio-
nes, ſed etiam proclamationes prohibentur, præſer-
tim in *cit. Conſtitutione Friderici Imp.* ibi: *Omne in-
ſuper proclamationis, & appellationis beneficium, ab
hereticis, receptatoribus, & fautoribus eorundem pe-
nitùs amovemus:* Nomen autem proclamationis ge-
nerale eſt, ſupplicationem comprehendens, & illud
pro ſupplicatione accipit Farinacc. *cit. num.* 234. un-
de verius eſt, quòd in caſu, quo eis prohibetur ap-
pellare, prohibeatur etiam ſupplicare; ſententia enim
in cauſa hæreſis non niſi ex clariſſimis probationibus
fertur; & certum eſt quem de ea diffinitivè non dam-
nari, niſi confeſſus, vel legitimè convictus. Unde
dictum Abbatis, & Felini admittendum eſt, ſi ſen-
tentia ſit lata ex juris præſumptione, veluti ſi quis
damnetur in contumaciam, aut quia ante ſententiam
ſe occiderit, quibus caſibus præſumuntur tales à ju-
re, quales inquiruntur; tunc enim cùm de facto poſ-
ſint non eſſe tales, ideò ipſi, vel eorum hæredes au-
diendi ſunt, Simanchas *cit. tit.* 6. *num.* 7. Decian. *cit.
cap.* 58. *num.* 4. Farinacc. *cit. queſt.* 185. *num.* 230.
Del Bene *cit. dub.* 189. *num.* 4.

Cùm autem hæretici, corundemque fautores non 6
cenſeantur tales, niſi poſt ſententiam diffinitivam;
& privatio juris appellandi ſtatuta ſit contra hæreti-
cos, & fautores: conſequens eſt, ut appellatio de-
negetur ſolummodo à ſententia diffinitiva, non au-
tem à decretis interloquutoriis eam præcedentibus;
atque ita communiter diſpoſitionem *cit. cap. ut in-
quiſitionis* limitant Felin. *cit. ad abolendam numero* 3.
Calderin. *de heret. cap.* 29. *numer.* 2. Eymeric. *in di-
rect. par.* 3. *in princip. num.* 121. ubi Pegna *comment.*
31. *verſ. ab interlocutoriis*, Paramus *de orig. inquiſ.
lib.* 3. *queſt.* 4. *num.* 60. Salell. *cit. cap.* 8. *regul.* 367.
num. 209. ubi de decreto torturæ, & carcerationis;
niſi forſan appelletur ſine cauſa, vel quidem cum
cauſa, ſed falſa, ſeu frivola, vel fruſtratoria; nam
tunc Inquiſitores, ea non obſtante, poſſunt ad ulte-
riora

Digitized by Google

riora procedere, ut advertit Pegna *loco cit. verſ. & ſic*, ubi quòd Inquiſitorum prudentiſſimo judicio re-
linquatur judicare, quænam cauſæ ſint, ſive cen-
ſeantur frivolæ.

Licèt autem omnes, quos viderim, hanc pœnam
privationis beneficii appellandi intelligant procedere
ſolùm in cauſis hæreſis; quia tamen contra hæreti-
cos, eorumque fautores non tantùm hæreſis cauſæ,
ſed etiam alterius generis agitari poſſunt; nam licèt
ipſis alios in judicio convenire interdictum ſit, quiſ-
que tamen eos convenire poteſt, ut conſtat ex hac
Conſtitutione §. 9. & dixi ſupra ad *Conſtit. 8. Clem.
IV. nu.* 11. ideò in aliis cauſis, in quibus uti rei ad-
eſſe poſſunt, dubitari poteſt, an etiam tunc appella-
7 re prohibeantur. Et quidem crederem, quòd ſi jam
fuerint declarati hæretici, vel fautores per ſenten-
tiam, vel ſint notoriè tales, nec quidem in aliis cau-
ſis appellare poſſint; denegatio enim appellationis
non eſt privilegium cauſæ hæreſis; nam aliàs in ea
non ſolùm à diffinitiva, ſed etiam ab interloquutoriis
ſententiis appellare vetitum eſſet; nam appellatione
8 prohibita, etiam cenſetur prohibita ab interloquuto-
ria, ut veriùs docuerunt Bald. *in leg. unica n. 4. Cod.
ſi de moment. poſſeſ.* Felin. *cap. cauſam* 18. *nu.* 27. *de
reſcript.* Scaccia *de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *quæſt.* 17.
memb. 7. *nu.* 35. Merlin. Pignatell. *contr. forenſ. cent.*
1. *cap.* 15. & tamen in cauſa hæreſis non prohibetur
appellatio ab interloquutoria, ut ſuprà dixi; è contra
autem, quòd privatio beneficii appellationis ſit pœna
reſpiciens perſonas hæreticorum, & fautorum eorun-
dem, patet tum ex hac, tum ex adductis Conſtitu-
tionibus concordantibus, in quibus non dicitur,
quòd in cauſa hæreſis non admittatur appellatio, ſed
quòd hæreticorum, eorumque fautorum appellatio-
nes non admittantur. Unde cùm pœna hæc ſequatur
perſonas, & non cauſam, ideò dicendum eſt, quòd
remotio beneficii appellationis procedat nedum in
cauſis hæreſis, ſed etiam in aliis cauſis hæreticorum,
defenſorum, receptatorum, fautorum, & creden-
tium eorundem; quod ulteriùs ex eo comprobatur,
9 quia probibitio ne Advocati hæreticorum cauſas pa-
trocinentur, de quo mox infrà dicam, procedit ne-
dum in cauſis hæreſis, ſed etiam in cauſis civilibus
eorundem, ut advertit Gonzalez *in cap. ſi adverſus
nu. 2. de hæreticis*, & alii mox citandi.

10 Itidem in §. 17. hujuſmet Conſtitutionis ita ſtatui-
tur: *Item Judices, Advocati, & Notarii, nulli eo-
rum officium ſuum impendant, alioquin eodem officio
perpetuò ſint privati.* Concordant iiſdem verbis *cita-
tæ Conſtitutiones Gregorii IX. & Innoc. IV.* & ſpeciali-
ter quoad Advocatos, & Notarios, eſt textus in *cap.
ſi adverſus de hæret.* ubi contrafacientes, ultra priva-
tionem officii, ſubjiciuntur perpetuæ infamiæ; quas
ſanè pœnas incurrunt non ſolùm, ſi in cauſa hære-
ſis, ſed etiam ſi in aliis cauſis ſuum officium exhi-
beant hæreticis, eorumque fautoribus, ut ſuperiùs
dixi, & docent Hoſtienſ. *cit. cap. ſi adverſus num.* 1.
& 2. Zabarell. *num.* 3. Henric. *num.* 6. Carrer. *de hæ-
ret. num.* 119. Angel. *in ſumma verb. hæreticus n.* 20.
& quoad Judices facit alia Conſtitutio, qua ſtatui-
tur, ne hæretici, eorumque fautores in judicio agere
poſſint, ut habetur in §. 9. hujus Conſtitutionis, &
11 dixi ſuprà ad *Conſtit. 8. Clem. IV. num.* 11. Ultra au-
tem privationem Officii, & infamiam, non eſt in
jure expreſſa alia pœna contra Judices, & Notarios,
hæreticis ſuum officium impendentes, niſi tamen
probetur id feciſſe animo eis favendi, nam tunc uti
fautores puniendi eſſent. Advocati verò, & Procu-
ratores, hæreticos, & fautores in cauſa hæreſis pa-
trocinantes, ultra præfatas pœnas, incurrunt etiam
excommunicationem ex *Conſtit.* 1. *Martini V.* incip.
Inter cunctas §. 13.

12 Hæc autem procedunt, dummodò conſtet hæreti-
cos, vel fautores eſſe tales; & præſertim Advocati,
& Procuratores, ſi eis notum ſit, reum eſſe hæreti-
cum, ſive fautorem, omnino ab ejus patrocinio abſti-
nere debent, nedum in cauſa hæreſis, ſed etiam in
aliis cauſis, quamvis civilibus. Verùm ſi adhuc du-
bium ſit, reum eſſe hæreticum, vel ſit tantùm de hæ- 13
reſi ſuſpectus, atque probare intendat ſe eſſe innocen-
tem, ſive quòd ab eo aliquod hæreticum dictum, ge-
ſtumque non fuerit; tunc ei Advocatus, & Procura-
tor dandus eſt, cùm agatur de legitima defenſione,
Repertor. Inquiſit. *verbo Advocatus verſ. ſed an Ad-
vocati poſſint*, Eymeric. *in director. par.* 3. *in princip.
nu.* 117. ubi Pegna *comment.* 28. *verſ. dandus eſt*, *&
par.* 2. *comment.* 10. *verſ. in hac*, Simanch. *de Cathol.
inſtit. tit.* 43. *num.* 22. Oldrad. *conſ.* 220. Salell. *de
Mater. Tribun. Fidei lib.* 1. *cap.* 5. *reg.* 42. *num.* 28.
Del Bene *par.* 1. *dub.* 6. *petit. unica n.* 9. Quòd ſi reus
hæreſim fateatur, Advocatus ei dandus non eſt, dum
eo non indiget, Pegna *cit. comm.* 28. *verſ. eodem*;
verùm ſi legitimas exceptiones opponere intendat,
etſi delictum faſſus fuerit, adhuc dandus eſt Advoca-
tus pro deducendis exceptionibus, Gonzalez *cit. cap.
ſi adverſus num.* 2. Carena *par.* 3. *tit.* 9. §. 1. *num.* 5.
Hinc recepta eſt praxis in quolibet Sacro Tribunali 14
Inquiſitionis, ut præ cæteris Miniſtris, deputetur
Advocatus reorum, Pegna *cit. comm.* 10. *in fine*, Si-
manc. *tit.* 5. *de Advocatis nu.* 5. Carena *cit. tit.* 9. §.
2. *num.* 8. Nemo autem admittitur ad patrocinandum
reos in eodem Tribunali, niſi obtenta Inquiſitorum
licentia, & præſtito priùs juramento, de quo apud
Cardin. Albit. *de inconſtant. in fide cap.* 27. *numer.* 9.
cujus juramenti ſumma eſt, ne reum inſtruat ad veri- 15
tatem in judicio reticendam; neve illum, vel illius
cauſam calumnioſè defendat, ſed tantùm ad formam
Sacrorum Canonum, & ſtylum Inquiſitionis; atque
ab ejus patrocinio deſiſtendi, ſtatimatque illum eſſe
hæreticum, & pertinacem, compertum habuerit,
eumque adjuvandi, ſi Eccleſiæ reconciliare ſe volue-
rit; complices, ſeu culpabiles revelandi, ſi quos ad-
eſſe in proſequutione cauſæ comperit: Proceſſus,
aut quidquam in eo contentum, nec quidem indire-
ctè, niſi cum aliis Advocatis ad cauſam admiſſis
conferendi, aut propalandi, eoſdemque proceſſus,
& ſcripturas terminata cauſa S. Officio reconſignan-
di; hæc omnia ſub pœna excommunicationis latæ
ſententiæ, Papæ, & Supremæ Inquiſitionis reſerva-
tæ; de quibus apud Simanch. *cit. tit.* 5. *num.* 5. Pa-
ram. *de orig. Inquiſit. libr.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 48. & de
pluribus quoad qualitates Advocati reorum in Tribu-
nali Inquiſitionis, & quomodo ſe in proprio munere
gerere debeant, vide Carenam *par.* 1. *tit.* 10. §. 1. *&*
2. Quamvis autem regulariter non admittantur ad pa- 16
trocinandum reos in S. Officio, niſi Advocati ad id
ſpecialiter ab Inquiſitoribus deputati; tamen ſi rei
alium ſibi Advocatum, vel Procuratorem conſtitui
expoſtulent, eis concedi ſolet, præſertim in cauſis
gravibus, vel alia juſta cauſa accedente; atque ita
obſervari referunt Carena *cit.* §. 1. *numero* 4. Cardin.
Albit. *cit. cap.* 27. *num.* 8.

Poſtremò ſupereſt ex hac Conſtitutione exponen- 17
dus §. 19. ibi: *Item firmiter inhibemus, ne cuiquam
laicæ perſonæ liceat publicè, vel privatim de Fide Ca-
tholica diſputare; qui verò contrafecerit, excommuni-
cationis laqueo innodetur.* Concordant *citatæ Conſtitu-
tiones Gregorii IX. & Innocentii IV. cap. cum ex injun-
cto de hæret. cap. quicumque §. inhibemus eodem in 6.
can. mulier 23. diſt.* Ex quibus communiter firmatur
aſſertio, nempe non licere laicis perſonis de Myſteriis
Fidei publicè, vel privatim diſputare, ſub pœna ex-
communicationis ferendæ; ita, ultra plurimos con-
geſtos per Barboſ. *in cit. cap. quicumque num.* 14. do-
cent Eymeric. *part.* 1. *direct. qu.* 10. *num.* 6. ubi Pe-
gna *comment.* 25. *verſ. laici*, Cajetan. *in* 2. 2. *quæſt.*
10. *art.* 7. Becan. *de Fide cap.* 15. *quæſt.* 7. *nu.* 5. Co-
ninch. *de infidelit. diſp.* 18. *dub.* 9. *n.* 142. Caſtropal.
oper. moral. par. 1. *tract.* 4. *diſp.* 2. *punct.* 4. *num.* 4.
Suarez *de Fide diſp.* 20. *ſect.* 1. *num.* 4. Farinacc. *de
hæreſi qu.* 178. *nu.* 111. Salell. *de Mater. Tribun. Fi-
dei lib.* 1. *cap.* 10. *regul.* 86. *nu.* 78. Del Bene *de Of-
fic. Inquiſ. par.* 1. *dubit.* 154. *petit.* 4. *num.* 4. Verri-
cell. *de Apoſtol. Miſſion. tit.* 2. *de Fide qu.* 38. *nu.* 4.

18 Quæ ſanè Conſtitutio dum ſolis laicis prohibet diſputare de Fide, videtur ſupponere id eſſe licitum Viris Eccleſiaſticis, adeoque intelligenda non eſt de diſputatione dubitativa, ea ſcilicet, quæ fit animo aliquod Fidei articulum improbandi, ſeu verè in dubium revocandi; hoc enim ſenſu diſputare de Fide cuicunque illicitum eſt, etiam Clericis, *leg. nemo Cod. de Summa Trinit.* in quo ſenſu hunc textum ſumpſere D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 10. *art.* 7. Pegna *cit. comm.* 25. *verſ. ſi enim;* tum quia ſive diſputet animo improbandi aliquod Fidei articulum, & hic certè eſt hæreticus; ſive diſputet dubitando de aliquo Fidei articulo, & id pariter eſt prorsùs illicitum, nam dubius in Fide, infidelis eſt, *Can. quis neſciat 9. diſt. cap. dubius 1. de hæreticis*, & facit illud D. Athanaſii: *Quam niſi quiſque fideliter, firmiterque crediderit,*
19 *ſalvus eſſe non poterit*. Hæc igitur Conſtitutio ſumenda non eſt de diſputatione in rebus Fidei de ea dubitando, ſed de diſputatione, qua quis conſtans in Fide, ejus veritatem propugnat. Et in hoc pariter ſenſu diſtinguenda eſt diſputatio materialis, hoc eſt ficta, à diſputatione formali, ſeu vera. In primo quidem ſenſu, diſputare de Fide nec quidem laicis prohibitum eſt, cùm id fiat inter Catholicos Sanctæ Fidei cultores, uti contingit in noſtris Academiis, ubi exercitii gratia etiam de rebus Fidei cum laicis diſputamus, quò meliùs veritatem eliciamus, erroreſque propulſemus; hoc enim modo de Fide diſputare, etiam laicis licitum eſt, ſervatis tamen conditionibus, ac circumſtantiis debitis, quas recenſet Suarez *cit. cap.* 20. *ſect.* 1. ſcilicet tum ex parte diſputantium, ne ſint viri indocti, ſeu rixoſi; tum ex parte audientium, ne ob eorum ſimplicitatem decipi, aut ſcandalum pati contingat; quod etiam advertit D. Thomas 2. 2. *qu.* 10. *art.* 7.

20 Diſputatio autem vera, ſeu formalis eſt, quæ habetur à Catholicis cum hæreticis, vel infidelibus ex motivo eos convincendi, & ſuadendi veritates Fidei in qua diſputantes, non ſolùm verbis, & argumentis, ut in diſputatione materiali, ſed etiam animo, & ſententiis diſſidentes, inter ſe pugnant. Et hæc eſt diſputatio, quæ in hac Conſtitutione laicis prohibetur, & contrafacientes peccant graviter, atque excommunicari poſſunt, ut mox dixi: Fidei autem nomine hìc venit quicquid eſt in Eccleſia propoſitum tamquam de Fide credendum, cujuſmodi ſunt articuli Fidei, aliaque, quæ in Sacris Literis tradita ſunt, ſive quæ generalis Eccleſiæ conſenſus definivit, quæque ex his neceſſaria, & evidenti conſequutione deducuntur, ut notat Azor. *tom.* 1. *oper. mor. libr.* 8.
21 *cap.* 26. *quæſt.* 1. Ratio autem cur hujuſmodi diſputatio laicis vetita ſit, non ſolùm fuit, quia ipſi præſumuntur ad id minùs idonei, & de rebus Fidei minùs inſtructi; ſed etiam quia conveniens viſum fuit, ut diſputationes de rebus ſacris à ſolis Eccleſiaſticis, ſactiſque perſonis ſuſciperentur, ut advertit Pegna *cit.*
22 *comm.* 25. *verſ. verùm.* Unde eſt, ut veram prorsùs reputaverim ſententiam aſſerentium, hanc prohibitionem procedere nedum pro laicis indoctis, ſed etiam pro doctis, & quantumvis ad tales diſputationes cum hæreticis ſuſcipiendas idoneis; ut voluerunt Gloſſ. *in citat. cap. quicunque ver. laica*, Albertin. *de agnoſcen. aſſertion. quæſt.* 13. *nu.* 5. *& ſeqq.* Alphonſ. de Caſtro *de juſta hæret. punit. capit.* 19. Villalob. *in ſum. tract.* 1. *diffic.* 7. §. 4. aliique quos ſequuntur Salell. *cit. regul.* 86. *numer.* 85. Del Bene *cit. petit.* 6. *num.* 7. Verricell. *cit. quæſt.* 38. *numer.* 11. accedente præſertim, quia laicis indoctis etiam ante has Conſtitutiones de Fide diſputare jure naturæ prohibitum erat, quemadmodum eodem jure etiam Eccleſiaſticis indoctis id prohibetur; cùm autem ex præfatis Conſtitutionibus de Fide diſputare laicis prohibeatur, non verò Clericis, conſequens eſt jure poſitivo prohiberi laicis, quod alias Clericis permittitur, idque aliud non eſt, niſi ut laici etiam docti de rebus Fidei diſ-
23 putare non poſſint. Quare contrarium ſentientes, quos ſequitur Diana *tom.* 5. *tract.* 13. *reſol.* 22. reciendi ſunt, ut laici docti diſputare poſſint de Fide in caſu neceſſitatis, aut evidentis utilitatis, veluti ſi nullus eſſet Eccleſiaſticus idoneus, qui hæretico ſimplicem plebem ſeducenti opponeretur, vel ſi diſputationem ſuſcipiat rogantibus Clericis, *Can. mulier* 23. *diſt.* & proſequuntur Coninch. *citat. diſp.* 18. *dub.* 9. *num.* 145. Becan. *cit. cap.* 15. *qu.* 7. *num.* 6. ſive Catholici ſint in locis, ubi permixtim vivitur cum hæreticis, Ledeſm. *in ſumma tom.* 12. *tract.* 1. *capit.* 5. *concluſ.* 13. Cajet. *ad cit. art.* 7. Sanchez *libr.* 2. *moral. cap.* 6. *num.* 7. Salell. *cit. regul.* 86. *numer.* 100. aliaſque limitationes congerit Verricell. *cit. quæſt.* 38. ubi latiùs de hoc agitur.

CONSTITUTIO UNICA

MARTINI IV.

incipiens (*Michaelem.*)

EPITOME BULLÆ.

MARTINUS AD CERTITUDINEM Præſentium, & memoriam futurorum.

DAmnationem, & Excommunicationem Michaelis Palæologi Græcorum Imperatoris promulgat.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Martini IV. Natales, Patria, & aſſumptio ad Pontificatum referuntur.*
2 *Ejus geſta in Pontificatu, & obitus indicantur.*
3 *Michael Palæologus in quas ærumnas, & flagitia ob ſchiſma inciderit.*
4 *Ad unitatem Eccleſiæ Catholicæ redire ſimulat, & quo fine.*
5 *A Martino IV. damnatur, & excommunicatur.*
6 *Unionem cum Eccleſia Latina procurat, non ex zelo religionis, ſed rebus ſuis id efflagitantibus.*
7 *Poſt ejus damnationem, quæ mala ei obvenerint.*

AD ſex ferè menſes producta fuit electio Summi 1
Pontificis poſt obitum Nicolai III. increbreſcentibus diſſidiis inter electores; fuit tandem communibus ſuffragiis 7. Kal. Martii Anni 1281. deſignatus Pontifex Simon Mompitius Gallus de Oppido Briæ in Agro Turonenſi, natalibus penè humilibus, ſed, ut ait D. Antoninus, moribus generoſus, & magnanimus, & à cupiditate pro ſe, ſuiſque alienus, Eccleſiaſticique Juris zelator. Multa præclarè 2
egit ad reprimendos Eccleſiæ Romanæ hoſtes, ut præſertim id conſtat ex hac Bulla contra Imperatorem Græcorum; Anathemateque percuſſit Carolum Siciliæ, & Petrum Aragoniæ Reges. Juſtitiæ, & pacis cultor eximius fuit; Germanum fratrem parvis donis domum redire juſſit, inquiens, bona Eccleſiæ non eſſe ſua. Ab Urbeveteri, in qua Pontificatus inſignia ſuſceperat, Peruſium ſeceſſit, ubi febre gravi correptus 4. Kal. Aprilis Anni 1285. obiit, & ibi ſepultus in Cathedrali Eccleſia, & juxta Auctores non mediocris nominis multis miraculis claruit.

Non modò infallibilis Divini Oraculi teſtimonio, quàm experientia ipſa Magiſtra omni ævo edocti fuimus, quòd Deus non irrideatur, & reprobet conſilia Principum.

Digitized by Google

3 cipum. Michael ſanè Palæologus, de quo in binis
Conſtitutionibus Gregorii X. quàm ſatis verba feci-
mus, vir alioqui prudentia, & in rebus gerendis non
mediocri dexteritate pollens, qui ultrò viſus fuit for-
tunam penè obſequentem habere, cùm omnia rectè
ſibi ſuccedentia in Divinam Providentiam rejicere de-
buiſſet, ad inſtar cæci, propriæ virtuti blandiens,
proprioque amori indulgens, & liberorum ſuorum,
quos ultra quàm debuit, diligebat: imprudens à
ſummi Principatus felicitate, quem in Oriente obti-
nebat, in profundum infelicitatis barathrum ſeſe de-
merſit. Si nonnihil abſtinuiſſet à perjuriis, & cædi-
bus, quas frequens exercebat, ac à novitatibus Ec-
cleſiaſticæ Diſciplinæ, longè utique ſuperiores Impe-
ratores præcelluiſſet; ſed Princeps ingenio vaſer,
unicè perpetuam Mundi gloriam aucupabatur, hinc
4 Deum habuit adverſantem conſiliis ſuis. Quis non
credidiſſet ex iis, quæ adnotavimus in præmemoratis
binis Conſtitutionibus Gregorii X. Palæologum, ab-
jecto ſchiſmate, ſtabilia fundamenta jeciſſe Catholicæ
veritatis in Oriente? At aliter eventus rem demon-
ſtravit; enim verò non diù poſt innumera ſuæ Con-
ciliationis teſtimonia emiſſa, illud peſtiferum virus,
quod ex toto languenti animo non evomuerat, ite-
rum effundere non dubitavit; priſtinos namque Græ-
corum errores, quos ſimulationis arte, quam in pri-
mis callebat, ſincera mente non ejuraverat, vel con-
fovere perrexit, vel reſtituere commolitus fuit. Haud
tamen deſtitit callidus homo in propatulo Romanæ
Eccleſiæ obedientem ſeſe confingere, etenim ad Mar-
tinum IV. ad Pontificatum evectum illicò Oratores
Obedientales tranſmiſit Theophanem Archiepiſcopum
Nicææ, & Leonem Epiſcopum Heracleæ, quemad-
modum etiam egerat cum Urbano IV. Clemente IV.
& prædicto Gregorio X. Martini Prædeceſſoribus.
5 Atqui Martinus doctrina, & gerendarum rerum ex-
perientia inſignis, tam fœdæ ſimulationis labem ſuf-
ferre non valens, Urbeveteri, ubi tunc erat, in die
Dedicationis Baſilicæ Principis Apoſtolorum 18. No-
vembris Anni 1281. intra Miſſarum Solemnia coram
iiſdem Oratoribus, Michaelem Palæologum excom-
municationis mucrone defixit, omneſque Reges, &
Principes ab ejus conſortio, & fœdere prohibuit.
6 Cauſa autem ſimulatæ reſipiſcentiæ Palæologi non
incongruè eruitur ex iis, quæ narrantur à Natali ab
Alexandr. *Hiſtor. Eccleſ. ſæcul. XIII. & XIV. art.* 3.
Cùm enim Carolus Siciliæ Rex ob ejus prætenſa jura
ad Orientale Imperium, terra marique magnam pa-
raſſet expeditionem ad recuperandam Conſtantinopo-
lim, Palæologus impar tantæ armorum vi repellen-
dæ, ad auxilium Eccleſiæ Romanæ confugere fate-
git; quamobrem ipſius unionem, literis, & Lega-
tionibus miſſis ad Romanos Pontifices, præcipuè ve-
rò ad Gregorium X. in Concilio Lugdunenſi, Eccle-
ſiæ Græcæ cum Latina unionem ſubdolè procuravit;
ex quo factum fuit, ut Gregorius auctoritate ſua Ca-
rolum gerendi belli in Oriente, conſilio amovit.
7 Poſt itaque id anathematis fulmen, Palæologi res in
prolapſum abire cœperunt; non enim feliciter, ut
antea, intentata per eum facinora ſuccedebant: con-
ſilii expers, & animi perturbationibus agitatus, cùm
propè Lyſimachiam verſaretur, deligeretque Duces
præficiendos ſuis copiis, præter ſpem ſubito cordis
motu correptus, fato ceſſit Anno Chriſti 1282. At
ejus filius Andronicus major natu nihil curans Impe-
ratoria Sepultura Patrem honorari, quin nequidem
humili, quæ hominibus infimæ conditionis tribui
conſuevit, eum dignatus fuit; ſed noctu à paucis,
Imperatoris cadaver procul à Caſtris abductum, mo-
dica terra obrui juſſit. Cujus rei cauſam attribuunt
Scriptores, quòd Andronicus tacitè averſaretur Pa-
tris inconſtantiam circa Eccleſiæ doctrinam, quem-
admodum adnotat Nicephorus Gregoras *Hiſtor. Bi-
zantin. tom.* 1. *libr.* 5. *noviſſimæ editionis Pariſienſis*,
& Spondan. *in Annal. Eccleſ. ad Ann.* 1283. *nu.* 8.

CONSTITUTIO I.

HONORII IV.

incipiens (*Olim fœlicis.*)

EPITOME BULLÆ.

HONORIUS UNIVERSIS PATRIBUS Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac aliis dilectis filiis &c.

NOvam Mendicantium Sectam, ſub nomine Ordinis Apoſtolorum, abſque Sedis Apoſtolicæ auctoritate inſtitutam, damnat, perſonaſque ejuſdem Ordinis ad habitum in eo aſſumptum deponendum, etiam per Cenſuras Eccleſiaſticas appellatione remota compelli mandat.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Honorii IV. Patria, Natales, ac ad Pontificatum aſſumptio referuntur.*
2 *Præclara ejuſdem geſta, & obitus indicantur.*
3 *Innuuntur nonnullæ ejus Conſtitutiones in Bullario non inſertæ.*
4 *In hac Conſtitutione damnat ſectam Pſeudoapoſtolorum.*
5 *Hujus ſectæ Auctor quis fuerit, & quo tempore vigere cœperit.*
6 *Referuntur ejuſdem ſectæ initium, progreſſus, & excidium.*
7 *Indicatur una ex cauſis, ex quibus Pontifex hanc ſectam damnavit.*
8 *Approbatio novarum Religionum ad quem pertineat. Remiſſivè.*

VIx ab obitu Martini IV. Romana Sedes per qua- 1
triduum vacaverat, dum plenis ſuffragantium
votis ad Petri Cathedram moderandam Honorius IV.
aſſumitur. Fuit hic Romanus ex Nobili Sabellorum
Familia, Jacobus, dum in minoribus eſſet, appella-
tus. Literas per plures annos coluit in Pariſienſi
Academia, atque Cathalaunenſis Eccleſiæ Canonicus
extitit: qui autem eum Minoritam fuiſſe aſſerunt,
falli, aut fallere inquit Genebrard. *lib.* 4. *Chron.* Inde
ad Purpuram ab Urbano IV. evehitur ſub titulo S.
Mariæ in Coſmedin. Sequuto autem Martini IV. obi-
tu, conſentientibus omnium animis, ſententiiſque,
4. Kalendas Aprilis anni 1285. Peruſii in ejus lo-
cum ſufficitur, & mox ad Urbem ſe conferens, 17.
Kalendas Maii ejuſdem anni apud S. Petrum coro-
natur, Honorii IV. nomine aſſumpto. Fuit profe- 2
ctò vir probatiſſimus, veruſque honeſtatis, ac tem-
perantiæ cultor, & in quem probi omnes decus, ac
præſidium habebant; dum malis terror, ac Judex
æquiſſimus erat Pandulfus Sabellus ejus frater. Car-
dinales nonniſi unum, & hunc Joannem Buccama-
tium, Montis Regalis in Sicilia Archiepiſcopum,
creavit: *Viros*, inquiens, *& eoſdem bonos, ac doctos;
non autem rudes, & rerum humanarum ignaros, in
tantum Collegium cooptandos eſſe.* Eccleſiam duobus
annis, totidemque diebus rexit: podagra præſertim,
ac chiragra laborans, Romæ piiſſimè obiit die Cœ-
næ Domini 3. Nonas Aprilis anno 1287. In Baſilica
Vaticana ſepultus fuit, & inde in ſepulchro ab ejus fa-
milia apud Eccleſiam in Aracœli extructo transla-
tus. De aliis ejus geſtis videndi ſunt Odericus Ray-
nald. *tom.* 14. *Annal. ad annum* 1285. Ciacon. *in vit.*

Digitized by Google

Pontif. tom. 1. *eodem anno*, Natal. Alex. *hiſtor. Eccleſ. ſeculi* 13. *cap.* 1. *art.* 11. *num.* 2. *tom.* 7. *ſecunda impreſſ.*

3 Ultra Conſtitutiones in noſtro Bullario inſertas, edidit alias, quarum una incip. *Olim*, ſicut refertur à Petro Matthæo *in ſumma conſtit. Pontif. pag.* 31. ubi agitur de puniendis exceſſibus commiſſis contra hæreticæ pravitatis Inquiſitores; de altera mentionem facit Ciaccon. *loc. cit.* in qua PP. Carmelitanis nonnulla indulgentur, præſertim circa reformationem habitus. Præſens verò Conſtitutio edita fuit 5. Idus Martii anno 1286. non autem anno 1285. ut quidam erroneè aſſerunt: idque conſtat; nam Honorius electus fuit 4. Kalendas Aprilis anni 1285. ut diximus, adeoque 5. Idus Martii ejuſdem anni adhuc
4 Pontifex non erat. In hac autem Conſtitutione damnat ſectam quorundam, qui ſub nomine Ordinis Apoſtolorum, novæ Religionis habitum aſſumpſerant: tum quia confirmationem à Sede Apoſtolica non obtinuerant: tum ulteriùs quia nonnulli ex eis, hæretica labe erant conſpurcati, & plurima indecentia committerent in animarum ſuarum periculum, & grave aliorum ſcandalum; ideò ſubdit: *Nos igitur volentes talium prævaricatorum inſolentem audaciam refrenari, & prædictam non tam Religionem, quàm pernicioſam ſectam penitùs aboleri, ne fortè fidelium ſimplices, falſa ſanctitatis eorùm imagine ſeducantur: univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus quoſcunque de prædictis in veſtris Civitatibus, & Diœceſibus invenire contigerit, eos ad deponendum hujuſmodi habitum, monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellatis: monentes eoſdem, ut ſi religioſam vitam ducere cupiunt, ad aliquam ſe transferant de Religionibus approbatis; quod ſi aliqui eorum cenſuram prædictam contempſerint, vos contra ipſos ad pœnam carceris, ſeu aliam, prout expedire videbitis, procedatis, invocato adverſus eos, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.*

5 Hujuſmodi autem ſecta, cujus ſequaces, Pſeudoapoſtoli appellati fuere, Auctorem habuit Gerardum Segarellum Parmenſem, virum plebejum, illiteratum, & ſtultum. Quo autem præſertim tempore hic hæreſiarca vigere cœperit, non omnium eadem eſt ſententia; ipſum enim temporibus Honorii IV. nempe anno 1285. inſurrexiſſe, tradit Eymericus *part.* 2. *director. quæſt.* 12. *num.* 1. contra verò Salelles *lib.* 3. *de materiis tribun. fidei cap.* 15. *regul.* 278. *num.* 143. ſequutus Gualterum *cap.* 8. *ſæculi* 13. & Prateol. *lib.* 14. *ver. Pſeudoapoſtoli num.* 41. tenet, longè poſt Honorium IV. vigere cœpiſſe. Et certè, id inveſtigare omninò difficile viſum fuit Franciſco Pegnæ, alioqui in hujus hæreſiarchæ hiſtoria omnium, qui ante ipſum ſcripſerant, fortunatiſſimo, dum ei contigit habere ex Bibliotheca Cardinalis Sabelli quendam Codicem MS. Auctore Salimbeno de Adamo Parmenſi Ordinis Minorum, qui ipſum Segarellum novit, ejuſque initia, progreſſus, & incrementa accuratè deſcripſit; & tamen idem Pegna *cit. part.* 2. *direct. comm.* 37. *verſ. ex eo*, non niſi ſubdubius, & conjecturando aſſerit, Segarellum fuiſſe anno 1246. In hac ſanè re, unum pro certo pronunciari poſſe viſum eſt, nempe ſectam Pſeudoapoſtolorum, & conſequenter ejus Auctorem Segarellum, viguiſſe ante Concilium Generale Lugdunenſe, quod celebratum fuit anno 1274. idque conſtat ex præſenti Conſtitutione, ibi: *Verum ſicuti ad noſtri Apoſtolatus auditum, fama querula deferente, pervenit: quidam, qui poſt Generale, & ante Lugdunenſe prædicta Concilia ſub nomine Ordinis Apoſtolorum, habitum novæ Religionis aſſumpſerunt, quamquam nullam aliquando Sedis Apoſtolicæ confirmationem meruiſſent, prohibitionis, ac revocationis prædictæ temerarii præſumptores, eundem habitum, ſeu ei conſimilem ſub eodem nomine uſque hodie deferentes: quamplures etiam alii, aſſumpto poſt dictum Lugdunenſe Concilium hujuſmodi habitu, per diverſas Mundi partes mendicando diſcurrere non verentur &c.* Ex quo patet quantùm à verò aberret Salelles *loc. cit.* aſſerens, Segarellum, ejuſque ſectam, non niſi poſt mortem Honorii IV. vigere cœpiſſe; dum tamen evidens eſt, eandem ſectam fuiſſe ab Honorio damnatam in præſenti Conſtitutione, atque etiam viguiſſe ante Concilium Lugdunenſe. Neque refragatur, quòd Segarellus fuerit condemnatus, & igni addictus ſub Bonifacio VIII. ut mox dicam; ſiquidem non inde eſt, ut per plures annos ante vigere non potuerit.

Profectò initium habuit ſecta Pſeudo Apoſtolorum 6
à præfato Segarello, qui cùm in Minorum Ordinem admitti poſtulaſſet, atque ab his repulſus fuiſſet, novam Religionem inſtituere meditabatur: ex quo Chriſtum, & Apoſtolos ſe imitari velle profeſſus eſt, ſanè Chriſtum æmulando, circumcidi voluit; faſciiſque involutus, & in cunabulis jacens, mulierculæ cujuſdam ubera ſugebat. Novum etiam habitum, quemadmodum Apoſtolos depingi viderat, ſibi compoſuit. Exinde vendita domuncula, pretium, non pauperibus, ſed in quoſdam nebulones, qui taxillis in platea ludebant, ſpargit. Mox per Civitatem Parmenſem diſcurrens, viles homunciones in ſocietatem traxit, quam noxia libertas, & explendæ libidinis licentia facilè propagarunt. Inter hos præcipuus fuit Dulcinus Novarienſis, qui ſectam in pluribus hominum millibus diſſeminavit, Eorum errores uſque ad viginti colligunt Eymeric. & Salelles *loc. cit.* Turrecremata *in ſumma de Eccleſ. libr. quarto, part. ſecunda capit.* 37. D. Anton. *part. tertia, chron. tit.* 21. *capit. primo*, §. 1. Natal. Alexand. *cit. tom.* 7. *hiſtor. Eccleſ. ſæculi* 13. *capit.* 2. *artic.* 11. *numero ſecundo*. Hanc igitur ſectam in præſenti damnat Honorius, eandemque Conſtitutionem iterum promulgavit Nicolaus IV. anno 1290. Ipſe autem Segarellus ab Epiſcopo, & Inquiſitore Parmenſi condemnatus, & igni addictus fuit die 18. Julii anno 1300. ſub Bonifacio VIII. Ejus verò diſcipulus Dulcinus, cùm ferè ſex hominum millia ſeduxiſſet, Alpes cum iis incolebat, ubi in omnis generis luxuriem habenas laxabant. Contra hos, Inquiſitores primùm, deinde Cruceſignatos dimiſit Clemens V. ut dixi ſupra ad *Conſtit.* 17. *Innoc. IV. num.* 5. Hinc Dulcinus cum Margarita ejus ſcorto comprehenſus, publicè apud Vercellas concremati fuere, & ita Pſeudoapoſtolorum ſecta exterminata, ut referunt præfati Auctores.

Una autem ex cauſis, ex quibus Pontifex in præ- 7
ſenti Conſtitutione hanc ſectam damnavit, fuit, ex quo poſt Concilium Generale Lateranenſe, & ante Concilium Lugdunenſe inducta fuerat; dum per primum relatum in *cap. ne nimia de relig. domib.* prohibitum fuit novas Religiones introduci abſque peculiari Sedis Apoſtolicæ approbatione; per ſecundum relatum in *cap. unico eodem tit. in 6.* omnes Religiones, & Ordines Mendicantium adinventi poſt præfatum Concilium Lateranenſe, qui nullam Sedis Apoſtolicæ confirmationem obtinuerant, perpetuæ prohibitioni ſubjectæ, & quatenus proceſſiſſent, revocatæ fuerunt. Hinc ex utroque Concilio damnanda erat Secta Pſeudoapoſtolorum, utpotè quæ poſt Lateranenſe, & ante Lugdunenſe abſque Sedis Apoſtolicæ approbatione inducta fuerat, ut ſuperiùs di-
xi. Generaliter autem, ad quem novas Religiones 8
approbare pertineat, latè examinavi *tom.* 2. *ad Conſt.* 9. *Gregor. IX. à num.* 8.

CON-

Digitized by Google

CONSTITUTIO II.

HONORII IV.
incipiens (*Exhibita.*)

EPITOME BULLÆ.

HONORIUS FRATRI GALGANO DE Eugubio Ordinis Fratrum Minorum Inquiſitori in Ducatu Spoletano.

DEclarat hìc Pontifex, quòd filii, & nepotes eorum, qui inquiſiti de hæreſi, poſtea abſoluti, & pœnitentia recepta, ut Catholici deceſſerunt, non arceantur ab Officiis publicis, & Beneficiis Eccleſiaſticis.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Filii, & Nepotes hæreticorum, eorumque fautorum privantur Officiis publicis, & Beneficiis Eccleſiaſticis. Remiſſive.*

2 *Referuntur diſpoſita in præſenti Conſtitutione.*

3 *Filii, & Nepotes hæreticorum, vel fautorum, qui pœnitentes deceſſerunt, non ſunt inhabiles, nec privantur Officiis, & Beneficiis.*

4 *Hæretici, eorumque fautores quatenus cenſeantur decedere pœnitentes.*

5 *Filii hæreticorum evitant pœnas, ſi eorum Parentes emendati decedant, quamvis non fuerint delati Inquiſitoribus.*

6 *Limitatur ſi in aliquo loco adſit ſtatutum, ut excludantur à Beneficiis deſcendentes à pœnitentiatis in S. Officio.*

7 *Hæretici non cenſentur pœnitentes, niſi reincorporentur Eccleſiæ unitati.*

8 *Filii Relapſorum etiam pœnitentium, ſemper ſunt inhabiles, & privantur Officiis, & Beneficiis, & num. ſeqq.*

9 *Relapſis pœnitentibus conceduntur Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ.*

10 *Relapſi quamvis in foro interno pœniteant, nunquam tamen dicuntur pœnitentes in foro externo.*

11 *Hæretici non dicuntur pœnitentes, niſi ob pœnitentiam eis ab Inquiſitoribus injunctam in foro externo.*

12 *Filii hæreticorum damnatorum in contumaciam, præcedente plena probatione hæreſis, incurrunt eaſdem pœnas.*

13 *Et quid ſi Pater condemnetur ob ſolam contumaciam, non præcedente probatione hæreſis, & num. ſeqq.*

Damnatus in contumaciam ob hæreſim, cenſetur uti hæreticus. Ibidem.

14 *Sententia lata contra hæreticum in contumaciam, quatenus tranſeat in judicatum.*

15 *Filii revelantes Patrem hæreticum, evitant prædictas pœnas.*

Item ſi Patrem hæreticum Inquiſitoribus præſentaverint. Ibidem.

16 *Filius non tenetur hæreſim occultam Patris revelare, quamvis è contra Pater teneatur quoad filium.*

17 *Si filius præſentaverit Patrem hæreticum, aut è contra Pater filium, præſentatus mitiùs puniendus eſt.*

18 *Diſpoſitio* §. deſertorem *quatenus locum habeat in crimine hæreſis.*

19 *Filius hæreticus ad hoc ut mitiùs puniatur, non ſufficit fuiſſe denunciatum à Patre, ſed debet ab eodem præſentari.*

20 *In Superioribus Regularibus quatenus locum habeat diſpoſitio* §. deſertorem.

DE pœna privationis, & inhabilitatis ad Officia 1
publica, Beneficia, & Ordines Eccleſiaſticos, quam filii, & nepotes hæreticorum, eorumque fautorum, credentium, receptatorum, & defenſorum incurrunt, plenè dixi in *Conſtit. 15. Innoc. IV.* Supererat autem ibi recenſere plures caſus, in quibus iidem filii, & nepotes dictas pœnas evitant, quos conſultò hìc diſtulimus pro exigentia præſentis Conſtitutionis, editæ Romæ 5. Kalen. Decembr. anni
1286. ejuſque ſeries hæc eſt. Quidam miles, nomi- 2
ne Archionus, expoſuerat noſtro Pontifici, quòd Philippus ejus pater, ex eo quòd reverentiam feciſſet cuidam hæretico, & quædam verba contra Fidem Catholicam protuliſſet, & exinde inquiſitus, & confeſſus, ſed poſtea emendatus, peracta pœnitentia uti Catholicus deceſſerat; unde Poteſtas, & Commune Spoletanum renuebat dictum Archionum, & ejus filios ad Officia Civitatis admittere: Pontifex commiſit, & mandavit Inquiſitori, ut conſtito de expoſitis, quòdque præfatus Archionus, ejuſque filii non eſſent ſuſpecti de hæreſi, declararet, ipſis nihil obſtare, quin ad omnia Sæcularia Officia, & Beneficia Eccleſiaſtica aſſumi, atque ad omnes Ordines promoveri poſſent.

Ex his hæc colligitur concluſio: Filii, & nepotes 3
hæreticorum, eorumque fautorum, credentium, receptatorum, ſive defenſorum, qui emendati pœnitentiam ab Inquiſitore injunctam perfecerunt, atque uti Catholici deceſſerunt, non privantur, nec inhabiles fiunt ad Officia publica, & Beneficia Eccleſiaſtica; idemque ad Inquiſitorum inſtantiam declaraverat *Alex. IV. Conſt.* 12. §. 12. ibi: *Hoc ſanè de filiis, & nepotibus illorum, credentium, & aliorum hujuſmodi, qui modo tales eſſe probantur, intelligendum eſſe videtur; non autem illorum, quos emendatos conſtiterit, & pro culpa hujuſmodi ad mandatum Eccleſiæ pœnitentiam recepiſſe:* iidemque verbis uſus fuit Bonifacius VIII. in *cap. ſtatutum il 2. de hæretic. in 6.* ex quo eandem concluſionem colligunt Gundiſal. *de hæretic. quæſt.* 23. *num.* 1. Calderin. *eodem tract. in rubric. de pœnis receptatorum nu.* 4. Pegna *par.* 3. *director. comment.* 164. *in princip.* Leſſ. *libr.* 2. *capit.* 34. *num.* 123. Decian. *tract. crim. lib.* 5. *cap.* 45. *num.* 5. Azor. *par.* 2. *Inſtit. Moral. lib.* 6. *cap.* 4. *quæſ.* 1. Farinac. *de hæreſi quæſt.* 191. §. 2. *nu.* 64. Sanchez *in præcept. decalog. lib.* 2. *cap.* 27. *nu.* 26. Peyrin. *tom.* 2. *qu.* 2. *cap.* 5. *n.* 77. Ricciul. *de jure perſon. lib.* 5. *cap.* 30. *n.* 41. Baldell. *de Fide, & Infidel. lib.* 1. *diſp.* 53. *n.* 11.

Ut autem hæretici, eorumque fautores, aliique 4
cenſeantur pœnitentes, non abſolutè requiritur, ut pœnitentiam ab Inquiſitoribus injunctam perfecerint; ſed ſufficiet vel pœnitentiam perfeciſſe, vel eam humiliter proſequi, vel ſi fuerint mortui, paratos fuiſſe dum viverent ad eam recipiendam, ut in præſenti *Conſtit. in princip. & in cit. Conſtit.* 12. *Alex. IV.* §. 12. ibi: *Non autem illorum, quos emendatos eſſe conſtiterit, & pro culpa hujuſmodi ad mandatum Eccleſiæ pœnitentiam recepiſſe, quam ipſi vel jam perfecerunt, vel humiliter proſequutioni ejus inſiſtunt, vel parati fuerunt dum viverent ad recipiendam eandem:* idemque repetitur in *cit. cap. ſtatutum il* 2. ubi Gloſſa *verbo parati*, Sanchez *cit. cap.* 27. *nu.* 26. Card. Tolet. *in inſtruct. Sacerd. lib.* 1. *cap.* 69. *nu.* 3. & 4. Fermoſin. *de confiſcat. alleg.* 39. *nu.* 11. Paſſerin. *de Election. cap.* 25. *quæſ.* 9. *num.* 75. Del Bene *de Offic. S. Inquiſit. par.* 1. *dubit.* 174. *Corollar.* 8. Probabile etiam 5
eſt, quod cenſet Sanchez *eod. loco cap.* 27. *num.* 28. *verſ. at ſi poſtea*, ſequutus à Farinac. *cit. quæſt.* 191. *nu.* 64. *circa finem*, nempe, quòd filii evitent præfatas pœnas, ſi eorum pater emendatus, & pœnitens in gremio Eccleſiæ obiiſſet, etiamſi non delatus fuiſſet Inquiſitoribus, & conſequenter nec ab eis abſolutus;

idque à contrario ſenſu eruitur ex *cit. cap. ſtatutum*, ubi quòd ad hoc ut filii, & nepotes hæreticorum hanc pœnam incurrant, requiratur ut eorum parentes
6 probentur eſſe tales, vel deceſſiſſe uti tales. Præſervantur tamen peculiaria Eccleſiarum ſtatuta, de quibus dixi ad *Conſtit.* 15. *Innocen. IV. ſectione unica numero* 10. ex quibus excludi etiam ſolent à Beneficiis filii, aliique deſcendentes hæreticorum pœnitentiatorum in S. Officio, ut ex Verallo *deciſ.* 69. *part.* 2. notant Barboſ. *ad cit. cap. ſtatutum num.* 8. Ricciulius *cit. cap.* 30. *numer.* 41. Fermoſin. *cit. allegat.* 39. *numero* 12.

7 Non ſatis autem erit, parentes hæreticos eſſe pœnitentes, niſi pariter Eccleſiæ unitati reincorporati fuerint, juxta Textum in *cit. cap. ſtatutum*, ibi: *Non autem illos, quos emendatos eſſe conſtiterit, &*
8 *reincorporatos Eccleſiæ unitati*. Ex quo magis vera, & communior opinio eſt, filios hæreticorum relapſorum, qui quantumvis pœnitentes traduntur Curiæ ſæculari, ut dixi ad *Conſtit.* 12. *Alexand. IV. num.* 4. non evitare præfatas pœnas; cùm non cenſeantur Eccleſiæ unitati incorporati illi, quibus uti relapſis, Eccleſia audientiam denegat, *cap. ſuper eo eodem tit. in* 6. Quam ſententiam uti veriorem, præ cæteris tenent Gloſſ. *in cit. cap. ſtatutum ver. reincorporatos*, Param. *de orig. Inquiſit. lib.* 3. *quæſt.* 9. *nu.* 409. Sanctarell. *de hæreſi cap.* 34. *dub.* 2. *nu.* 17. Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.* 29. *nu.* 17. *& in Enchirid. rubr.* 63. *nu.* 6. *&* 7. Decian. *lib.* 5. *cap.* 45. *nu.* 3. Pegna *cit. comment.* 164. *verſ. oppoſitam ſententiam*, Farinacc. *cit. quæſt.* 191. *num.* 65. Diana *part.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 75. Azor. *cit. cap.* 4. *quæſ.* 3. Sanchez *cit. cap.* 27. *nu.* 24. Burlat. *conſ.* 289. *nu.* 16. *lib.* 3. Suarez *tom.* 5. *diſp.* 43. *ſect.* 3. *nu.* 4. Cardin. Albit. *de inconſtant. in fide cap.* 24. *nu.* 116. Paſſerin. *cit. cap.* 25. *quæſ.* 9. *nu.* 76.

9 Nec his obſtat, quòd relapſi etſi tradendi veniant Curiæ ſæculari, ultimum perpaſſuri ſupplicium, adhuc tamen Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramenta eis concedantur, ſi ſe pœnitentes verè demonſtrent, ex Textu in *cit. cap. ſuper eo*, Gamma *de Sacram. præſtan. quæſt.* 1. *nu.* 9. Covarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 10. *num. ultimo;* ſequitur ergo, quòd dum ipſi decedunt cum his Sacramentis, Eccleſiæ incorporati decedant, nam exiſtentibus extra Eccleſiam hæc Sacramenta non conceduntur, *Can. extra Catholicam, can. intra Catholicam* 1. *quæſt.* 1. Ex qua ratione præcipuè moti, contrariam ſententiam favore filiorum hæretici relapſi, ſed pœnitentis, tenuerunt Gemin. *in cit. cap. ſtatutum §. hoc ſanè num.* 2. Gondiſal. *de heret. cit. quæſt.* 23. *num.* 3. Cantera *quæſt. crimin. tit. de heret. cap.* 1. *num.* 13. Tolet. *cit. cap.* 69. *numero* 3. Henriquez *lib.* 14. *c.* 5. *num.* 4. Surd. *conſ.* 346. *numer.* 24. Parif. *lib.* 2. *conſ.* 2. *num.* 188. Del Bene *part.* 1. *dubit.* 175. *coroll.* 1. Raynald. *obſervat. crimin. cap.* 2. *ſupplet.* 1. *num.* 4. Nihilominùs adhuc vera eſt prima ſententia; ſiquidem dum dicimus, hæreticorum filios evitare pœnas privationis, & inhabilitatis ad officia, & beneficia, ſi eorum parentes ſint pœnitentes; id non intelligimus de pœnitentia Sacramentali, & in foro interno, ſed de pœnitentia ab Inquiſitoribus injungenda in foro judiciali, & externo; idque conſtat ex *cit. Conſtit.* 12. *Alex. IV.* §. 12. & ex *cit.*
10 *cap. ſtatutum*. Hinc licèt relapſis non denegentur Sacramenta, communiter tamen dicimus, ipſis non dari pœnitentiam, nec ad pœnitentiam admitti, Gonzalez *cap. ad abolendam nu.* 6. *de heret.* Alphon. Caſtro *de juſta heret. punit. lib.* 2. *cap.* 2. Farinac. *de*
11 *hereſi quæſt.* 193. *n.* 32. Ita pariter non aliàs dicimus, hæreticos eſſe reincorporatos unitati Eccleſiæ, niſi ab Inquiſitoribus abſolvantur, & ad pœnitentiam admittantur, ut ipſe Geminian. agnovit in *cit. cap. ſtatutum §. ſi verò num.* 5. Monach. & Archidiac. *in cap. accuſatus nu.* 6. *de heretic.* Barboſ. *in cit. cap. ſuper eo nu.* 6. Quantumvis ergo relapſi ſint pœnitentes in foro interno; quia tamen non evitant pœnas relapſorum, ideò in foro externo nec ſunt pœnitentes, nec reincorporati unitati Eccleſiæ, & exinde nec eorum filii, & nepotes evitabunt præfatas pœnas, ut fuſiùs proſequitur Ricciul. *cit. lib.* 5. *cap.* 30. *à num.* 30. *ad* 40. & ex eo Fermoſin. *cit. allegat.* 39. *num.* 1. *ad* 10. Cardin. Albit. *de inconſtant. in fide cit. cap.* 24. *num.* 77.

Major ſanè eſt difficultas de filiis hæreticorum dam- 12
natorum in contumaciam, an ſcilicet præfatas pœnas privationis, & inhabilitatis incurrant; dubiumque procedit de condemnatione ob ſimplicem contumaciam, nam ſi præceſſerit plena probatio delicti, certè pœnas non evitabunt, Gigas *de crim. læſæ majeſt. lib.* 3. *tit.* 1. *de pœnis, quas incurrunt filii quæſt.* 13. *num.* 3. Farinacc. *de hæreſi quæſt.* 191. *num.* 68. Cardin. Albit. *cit. cap.* 24. *num.* 119. Paſſerin. *cit. cap.* 25. *quæſ.* 9. *num.* 84. *in fine;* quia tunc hæreſis patria eſſet notoria, utpotè in judicio probata; idque ſufficere ad hoc, ut filii incurrant præfatas pœnas, etiam ſi non adſit ſententia condemnatoria Patris, dixi ad *Conſtit.* 15. *Innoc. IV. ſect. unica num.* 34. Poſito igitur, quòd nulla præcedente probatione hæreſis, Pater condem-
netur tanquam hæreticus ob contumaciam, juxta or- 13
dinem judicialem, de quo fusè Scaccia *de judic. tom.* 1. *cap.* 98. *num.* 4. plurimi cenſuerunt, filios propter eam incurrere privationem, & inhabilitatem ad officia, & beneficia, eo quidem fundamento, quia damnatus ob contumaciam in Tribunali S. Officii habetur pro hæretico, & uti talis condemnatur, ex textu in *cap. cum contumacia de hereticis in* 6. *cap. excommunicamus il* 1. *§. qui autem eodem tit.* adeoque ejus filii, tamquam filii hæreticorum ſunt metiendi, atque hanc ſententiam tenent Pegna *part.* 3. *director. comm.* 164. *verſ. Patre damnato*, Decian. *lib.* 7. *cap.* 41. *num.* 33. Molin. *de juſtit. tom.* 3. *part.* 1. *diſp.* 658. *num.* 19. Sanchez. *cit. cap.* 27. *num.* 19. Paſſerin. *in cit. cap. cum contumacia num.* 31. qui tamen priùs contrarium firmaverat in *tract. de electione cap.* 25. *quæſit.* 9. *numer.* 84. Salell. *de Mater. Tribunal. Fidei*
lib. 6. *cap.* 5. *regul.* 472. *num.* 34. Verùm contra- 14
ria ſententia probabilior videtur, nam ſententia lata contra contumacem, nititur non quidem veris, ſed fictis probationibus ex contumacia reſultantibus, & exinde nunquam tranſit in judicatum quoad pœnam corporalem, ſed ſolùm quoad pecuniariam, *leg.* 2. *ff. de requiren. reis;* adeout quotieſcumque condemnatus tanquam hæreticus in contumaciam comparet, audiendus veniat, etiamſi ejus ſtatua fuiſſet combuſta, Gloſſa *cit. cap. excommunicamus verb. condemnatur*, Pegna *cit. part.* 3. *comm.* 49. *verſ. adveniente*, ubi quòd iniqua ſint ſtatuta contrarium diſponentia, Gigas *cit. num.* 3. Cartar. *de execut. ſententiæ contumacialis cap.* 1. *numer.* 278. ideòque injuſtum videtur, ut filii innocentes puniantur vigore illius ſententiæ, quæ adhuc eſt in pendenti, & revocari poteſt; tum ulteriùs, quia ſententia lata in contumaciam, ſoli contumaci nocet, nec poteſt præjudicare tertio, aut ejus hæredibus, *leg. ejus qui delatorem ff. de jure fiſci, leg. præſes Cod. de pignor. leg. ultima Cod. de probation.* Bartolus *in leg. cum filius famil. num.* 4. *ff. de verbor. obligat.* Farinacc. *de delict. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 24. ubi alii; nec obſtat quòd id limitetur in crimine læſæ Majeſtatis Divinæ, & humanæ, ex Bartol. *in leg.* 2. *§. ſi is num. unico ff. de bonis eorum, qui ante ſententiam*, Maſcard. *de probationib. concluſ.* 348. *num.* 35. Cartar. *cit. cap.* 1. *num.* 345. & ex eis Sanchez *cit. cap.* 27. *num.* 19. quandoquidem hæc limitatio nullum habet fundamentum in jure, ut advertunt Caſtropal. *tom.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 7. *punct.* 2. *num.* 12. Cardin. de Lugo *de virtut. Fidei diſp.* 25. *ſect.* 4. Cardin. Albit. *cit. cap.* 24. *num.* 122. imò Bartolus, & Maſcardus loquuntur ſolùm de pœna privationis bonorum, quæ potiùs eſt pœna ipſius contumacis, nonniſi indirectè reſultans in ejus filios, ut etiam aliàs ſuperiùs dixi.

Ex his hanc ſententiam uti probabiliorem tenuerunt Gigas, Caſtropal. Cardin. de Lugo, & Albitius *locis cit.* Ricciul. *cit. lib.* 5. *cap.* 30. *num.* 42. Farinacc. *de hæreſi q.* 191. *num.* 68. Fermoſin. *de confiſcat. par.* 1. *allegat.* 39. *num.* 23. ubi quòd tunc filii incur-

rerent

Digitized by Google

retent dictas pœnas, quando eorum Pater compare-
ret poſt condemnationem, & non ſe purgaret, Del
Bene *par.* 1. *dub.* 175. *coroll.* 2. Paſſerin. *cit. cap.* 25.
15 *num.* 84. Rota *deciſ.* 403. *nu.* 30. coram Pegna. Evi-
tabunt pariter filii prædictas pœnas, ſi delicto Patris
non conniventes, ejus hæreſim ſpontè revelaverint,
ut habetur in *Conſtit. Friderici Imperatoris*, incip.
Commiſſi, relata, & confirmata in *Conſtit.* 1. *Innoc.
IV.* ibi: *Nec quidem à miſericordia finibus duximus
excludendum, ut ſi qui paternæ hæreſis non ſequaces,
latentem patrum perfidiam revelaverint, quacunque
reatus illorum animadverſione plectantur, prædictæ
punitioni non ſubjaceat innocentia filiorum.* Et licèt
Conſtitutio Friderici non loquatur de Beneficiis Ec-
cleſiaſticis, tamen non diſpar eſt ratio, etiam quoad
iſta, & ita communiter tenent Alphonſus de Caſtro
lib. 2. *de Juſta hæret. punit. cap.* 26. Simanc. *cit. tit.*
29. *nu.* 47. Decian. *lib.* 5. *cap.* 45. *num.* 4. *verſ. limi-
ta nono*, Zanchin. *cit. cap.* 25. *num.* 4. Pegna *par.* 2.
comment. 15. *verſ. hoc addiderim*, Farinac. *cit. quæſt.*
191. *num.* 37. Sanchez *cit. cap.* 27. *num.* 30. Paſſerin.
de Elect. cap. 25. *quæſ.* 9. *num.* 83. Del Bene *par.* 1.
dubit. 176. *coroll. unic. num.* 2. Scortia *in ſelect. Epi-*
16 *tom.* 10. *theorem.* 37. Eandemque impunitatem con-
ſequuntur filii, ſi Inquiſitoribus præſentaverint Pa-
trem, etiamſi inquiſitum, vel pertinacem, ut ex
Tiraquell. *de pœnis temperan. cauſ.* 18. *num.* 3. Card.
17 Albitius *cit. cap.* 24. *num.* 125. Ex his probabilior vi-
detur ſententia Abulenſis *cap.* 13. *Deuteron. quæſt.* 3.
quem ſequitur Simanch. *cit. tit.* 29. *num.* 47. & *tract.
de patre hæretico num.* 14. Valer. *de different. utriuſ-
que fori ver. hæreſis*, aliique apud Del Bene *part.* 1.
dubit. 19. *num.* 7. & 8. quòd nempe filius non tenea-
tur revelare hæreſim occultam Patris; nam ſi ad id
teneretur, jam illum revelando, adimpleret ſuam ob-
ligationem, ex quo non poſſet mereri premium
exemptionis à dictis pœnis, licèt contrarium teneant
Alenſis *par.* 3. *præcept.* 4. *qu.* 33. Alphonſ. de Caſtro
loco cit. Cajetan. *in Deuteron. cap.* 3. Farinac. *de hære-
ſi quæſt.* 197. *num.* 40. *cum ſeqq.* Nec obſtat quòd Pa-
ter non ſolùm poteſt, ſed etiam tenetur denunciare
hæreſim filii, ut expreſsè habetur *Deuteron. cap.* 23.
nam reſpondent iidem Doctores, quòd ſi obligatio
Patris denunciandi filium colligitur ex præfata lege
Deuteronomii, jam cùm in eadem lege non injunga-
tur filio obligatio denunciandi Patrem, videtur ei
non ineſſe, ut proſequuntur iidem Doctores apud
Del Bene *cit. dubit.* 19. *num.* 7.

18 Eo autem caſu, quo hæreſis Patris à filio denun-
ciata fuerit, ipſum Patrem eſſe mitiùs puniendum,
dixerunt Royas *ſingul.* 12. *num.* 6. Farinacc. *quæſt.*
197. *num.* 45. Del Bene *cit. dubit.* 19. *num.* 15. Ita è
contra, ſi Pater filium revelaverit, eumque Inquiſi-
toribus præſentaverit, filius mitiùs eſt puniendus, ne
Pater filium neci tradidiſſe videatur, ad textum *in
leg. Milites agrum* §. *deſertorem ff. de re militari*,
Souſa *in Aphoriſ. lib.* 3. *cap.* 36. *nu.* 15. Raynald. *ob-
ſervat. crim. cap.* 2. *ſupplet.* 3. *num.* 15. Albertin. *de*
19 *agnoſcen. quæſt.* 25. *nu.* 28. Et licèt in crimine hæreſis
id non procedere voluerint Simanc. *Cathol. inſtit. tit.*
29. *rubric. de filiis, & minoribus*, Farinac. *cit. quæſt.*
197. *nu.* 44. quòd hæc cautela non ſit tuta, quòdque
difficiliter in practica ex ea mitior pœna obtineatur,
dixerunt Carrer. *in praxi tit. de homicidio* §. 9. *n.* 16.
Clar. §. *final. quæſt.* 60. & alii apud Raynald. *cit. ſup-
plet.* 3. *num.* 6. Tamen inconcuſſa eſt praxis Supre-
mæ Inquiſitionis, ut ſcilicet in ea ſervetur diſpoſitio
cit. §. *deſertorem*, ut pluries obſervatum vidiſſe refert
Cardin. Albitius *cit. cap.* 24. *num.* 127. ubi *nu.* 128.
ſubjungit, quòd *hæc cautela non ſolùm habet locum
quando Pater præſentat filium indiciis non præventum,
quia tunc non ex æquitate dicti* §. *deſertorem, ſed vi-
gore ſpontaneæ comparitionis eſſet liberandus; ſed
etiam quando præventus indiciis, & timore ne à cu-
ria caperetur, pater filium præſentaverit, & hoc caſu
ſervatur in S. Officio opinio Alciati de præſumpt. re-
gula* 1. *præſump.* 4. *numero* 2. & *ideò non eſt atten-
denda opinio* Farinacc. *in quæſt.* 81. *nu.* 174. & *quæſt.*
98. *nu.* 163. *contrarium ſentientis*. Quod tamen non
eſt admittendum in caſu, quando Inquiſitores filium
quærebant, ejuſque manus evitare non poterat, ut
advertit Rainald. *cit. cap.* 2. *ſupplet.* 3. *nu.* 22. eſtque 20
notandum quòd ad hoc ut filius mitiùs puniatur,
non ſatis erit ipſum per Patrem denunciari, ſed re-
quiritur ut eum Pater offerat, & præſentet in manu
Inquiſitionis; nam Textus in *cit.* §. *deſertorem* loqui-
tur de Patre, qui filium cum effectu obtulit Curiæ,
ut contra Ruginell. *pract. quæſt. cap.* 35. *nu.* 7. & 8.
dixerunt Rayner. de Forolivio *in cit.* §. *deſertorem*,
Farinacc. *quæſt.* 98. *nu.* 172. quos ſequitur Raynald.
cit. cap. 2. *ſupplet.* 3. *num.* 2. Hinc Cardin. Albitius 21
cit. cap. 24. *nu.* 131. advertit Superiores Regularium,
quòd ſi velint gaudere privilegio *cit.* §. *deſertorem*,
non ſatis eis ſit præſentare proceſſum; nam id eſſet
tantùm loco denunciationis, non autem præſentatio-
nis rei; ſed inſimul cum eo perſonam eis ſubditam
præſentare debeant, & implorare miſericordiam San-
cti Tribunalis, adeout non aliàs reus veniat mitiùs pu-
niendus in vim *cit.* §. *deſertorem*, niſi rei præſenta-
tione ſequuta. Porrò in iiſdem Superioribus Regula-
ribus, ſi Inquiſitoribus præſentaverint eorum Subdi-
tum delinquentem in rebus S. Inquiſitionis, locum
habere diſpoſitionem dicti §. *deſertorem* declaravit S.
Congregat. Supremæ Inquiſitionis die 18. Octobris
1635. coram Urbano VIII. qui licèt poſtea per aliud
decretum ſtatuerit, id privilegium ſolùm competere
Generalibus Religionum, excluſis Superioribus im-
mediatis; hujuſmodi tamen decretum obſervatum
non fuit, ut refert idem Cardin. Albitius *loc. citat.
numero* 129.

CONSTITUTIO I.

NICOLAI IV.

incipiens (*Turbato corde.*)

EPITOME BULLÆ.

NICOLAUS FRATRIBUS Prædicatorum, & Minorum Ordinum, Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis.

IN Chriſtianos ad Judæorum ritum tranſeuntes, aut redeuntes, tanquam contra hæreticos per Inquiſitores procedi mandat: itidemque contra eorum fautores, receptatores, & defenſores; eorundem tranſitu, aut reditu etiam per teſtes Judæos probato; quòdque pœnis debitis puniantur Judæi, Chriſtianos ad eorum ritum inducentes.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Nicolai IV. Natales, Patria, & aſſumptio ad Pontificatum referuntur.*

2 *Ejus præclara geſta & obitus indicantur.*

3 *De nonnullis in hac Conſtitutione contentis. Remiſſivè.*

4 *Tranſitus, aut reditus Chriſtianorum ad ritus Judæorum probari poteſt per teſtes Judæos, & num. ſeq.*

5 *Judæi non poſſunt eſſe teſtes contra Chriſtianos, niſi in cauſis apoſtaſiæ, aut hæreſis.*

6 *Et in his cauſis non poſſunt eſſe teſtes pro excuſandis hæreticis, ſive apoſtatis.*

Digitized by Google

7 *Ad condemnandum reum cum teſtibus Judæis, ſive hæreticis, quæ concurrere debeant.*

8 *Judæi dum admittuntur in teſtes, quatenus jurare debeant.*

9 *Teſtes Judæi ſubſcribere debent ſuam depoſitionem etiam in die Sabbati.*

10 *Fautores Apoſtatarum, ſive tranſeuntium ad Judæos, puniuntur tanquam fautores hæreticorum.*

11 *Et quid ſi fautores ſint Judæi.*

1 **V**Iduata Sede Apoſtolica per obitum Honorii IV, cùm Cardinalium Comitia haberentur apud S. Sabinam, repentina ægritudine fuerunt omnes correpti menſe Aprilis anno 1287, itaut ſeptem ex iis mortem oppetierint. Solvitur proinde Conclave ad ſalubriora tempora rejectum, & cùm reliqui diſceſſiſſent, Cardinalis unus Frater Hieronymus, Aſculanus dictus, nihil mali paſſus, jugem in eo loco moram traxit, quòd æſtivis caloribus ebullientibus ingentem ignem in manſionibus perpetuò accendi curaverit. In ſequenti hyeme redière cæteri Cardinales, qui communibus votis eundem Cardinalem Aſculanum, Pontificem renunciarunt 8. Kalendas Maii 1288. Is humili genere in Picentibus natus, Miniſter Generalis Ordinis S. Franciſci extitit, inde ad Purpuram elatus à Nicolao III. nomen Nicolai in Pon-
2 tificatu aſſumpſit. Ob ſeditiones tum Romæ ſubortas, Reatem ſeceſſit, ubi plures creavit Cardinales ex omni ferè Religione, ſolitus dicere, non plus ſe debere affinibus, & cognatis, quàm cuivis Viro bono. Non medioctiter inſudavit pro pace componenda inter Principes Chriſtianos, ſed ſucceſſu non fœlici. Plures libros ſcripſit antè Pontificatum, & in hoc Epiſtolas exaravit, quas referunt Raynal. in Annal. Eccl. tom. 14. & Lucas Vvadingus in Annalibus Minorum; obiit tandem Romæ Prid. Nonas Aprilis Ann. 1292. tumulatus in Baſilica S. Mariæ Majoris, ejuſque corpus in loco nobiliori Sixtus V. dum Cardinalis erat, recondi curavit.

3 Iſte etenim Pontifex hanc edidit Conſtitutionem in Urbe Nonis Septembr. anno 1288. directam Inquiſitoribus Ordinum Prædicatorum, & Minorum, quæ Bulla, priùs ferè iiſdem verbis edita fuerat à Clemente IV. Conſtit. 14. & à Gregor. X. Conſt. 2. ideò pro hujus intelligentia ad ibi dicta recurres; nonnulla tamen ad ejuſdem Conſtitutionis notitiam pertinentia, in illis conſultò prætermiſſa, hìc exponenda ſunt. Et
4 primùm dum ſtatuitur, ut tranſitus, aut reditus Chriſtianorum ad ritum Judæorum probari poſſit per teſtes etiam Judæos, ibi: Super præmiſſis tam per Chriſtianos, quàm etiam per Judæos, inquiſita diligenter, & ſolicitè veritate: Concordant citatæ Conſtitutiones Clementis IV. & Gregorii X. cap. contra Chriſtianos de hæret. in 6. ibi: Per Chriſtianos, ſeu Judæos convicti; Ex quibus juribus firmatur concluſio, quòd Judæi poſſunt eſſe teſtes contra Chriſtianos, dum agitur de probando ipſorum tranſitu, aut reditu ad ritum Judæorum; ita Gloſſ. in cit. cap. contra Chriſtianos verbo Judæos, Felin. in cap. Judæi nu. 2. de teſtibus, Mynſing. ibidem num. 3. Simanch. de Cathol. inſtit. cap. 64. num. 42. Royas de hæret. ſingular. 190. Gondiſal. de hæreſ. quæſt. 13. num. 10. Scortia in Select. epit. 16. theorem. 54. in princip. Pegna par. 2. direct. Inquiſ. comm. 13. verſ. cæterum, Diana par. 4. tract. 8. reſol. 57. Farinac. de hæret. quæſt. 188. nu. 84. Caſtropal. tom. 1. Oper. Moral. tract. 4. diſp. 8. punct. 15. §. 1. nu. 4. Catena de Offic. Inquiſ. par. 3. tit. 5. §. 5. nu. 26. Sallel. de Mat. tribun. fidei lib. 2. cap. 2. reg. 168. nu. 57. Del Bene de Offic. Inquiſ. dub. 198. n. 8. Idque ſpecialiter favore cauſæ Apoſtaſiæ, & hæreſis ſtatutum eſt, ne ob defectum probationum, facinus adeò execrandum, impunitum pertranſiret, cap. in fidei favorem de hæret. in 6. nam
5 aliunde certum eſt, Judæos, alioſque infideles teſtimonium contra Chriſtianos dicere non poſſe, leg. quoniam Cod. de hæret. can. non poteſt, can. Pagani 2. quæſt. 7. cap. Judæi de teſtibus, Simanc. cit. cap. 64. n. 41. Crotus de teſtibus num. 136. Maſcard. de probat. concluſ. 944. nu. 1. & concl. 1356. nu. 41. ſicuti etiam teſtes eſſe non poſſunt hæretici, eorumque fautores, ut dixi ſupra ad Conſtit. 8. Clement. IV. nu. 8. Verùm quemadmodum ob favorem Fidei in crimine hæreſis teſtes eſſe poſſunt hæretici, & fautores, imò etiam excommunicati, & ſocii criminis, cit. cap. in fidei favorem, & dixi in cit. Conſt. 8. num. 9. ita pariter contra Chriſtianos tranſeuntes, aut redeuntes ad ritus Judæorum, admittendi fuerunt in teſtes iidem Judæi; imò ipſos admitti poſſe non ſolùm contra Judaizantes, ſive Apoſtatantes, ſed etiam contra hæreticos, aut quomodolibet in rebus Fidei delinquentes, rectè cenſuit Pegna cit. comm. 13. verſ. neque, cùm non ſit ratio diverſitatis quoad hoc inter teſtem hæreticum, & Judæum. Nihilominùs quia Judæis, & hæreticis non aliàs permiſſum eſt eſſe teſtes in cauſis hæreſis, & apoſtaſiæ, niſi ob favorem Fidei, ſequitur ut ſolùm teſtes eſſe poſſint contra hæreticos, & apoſtatas, non autem eorundem favore, ut ex cit. 6
cap. in Fidei favorem, docent Eymer. par. 3. direct. quæſt. 69. Royas de hæret. par. 2. nu. 177. & ſingul. 188. nu. 9. & 10. Farinacc. cit. quæſt. 188. num. 81. Cujus diverſitatis rationem aſſignat Pegna eadem par. 3. comm. 118. quia ſcilicet hæreticus, Judæus, aut alter infidelis, excuſans Apoſtatam, aut hæreticum, præſumatur id facere in odium fidei, ne delicta contra noſtram Religionem commiſſa puniantur; hæc tamen præſumptio ceſſat, cùm de delicto deponit. Cæterùm hujuſmodi teſtes reputandi non ſunt integri, & idcircò quanta fides eis adhibenda ſit, magis Inquiſitores ſcire poſſunt, inſpectis iis, quæ Judicibus conſideranda proponuntur in leg. 3. ff. de teſtibus. Idcircò certum eſt, duos teſtes Judæos, aut 7
hæreticos, ſive aliàs non integros, non eſſe ſufficientes, ut reus condemnetur pœna ordinaria, cùm plenam probationem non faciant, ſed ſolùm eſſent indicium ad torturam, vel ut ex eis pœna extraordinaria inferatur, Simanch. cit. tit. 64. num. 36. Gondiſal. de hæret. qu. 13. nu. 12. Maſcard. de probat. concluſ. 857. nu. 38. Verùm ſi plures quàm duo teſtes eſſent, eiſque accederent tales circumſtantiæ, & conjecturæ, ex quibus veroſimiliter verum dicere præſumantur, tunc plenam probationem facerent, atque ſatis eſſent ad pœnam ordinariam inferendam, ut clarè probatur ex cit. cap. in Fidei favorem, ibi: Si ex veriſimilibus conjecturis, & ex numero teſtium, aut perſonarum tam deponentium, quàm eorum contra quos deponitur, qualitate, ac aliis circumſtantiis, ſic teſtificantes falſa non dicere præſumantur; ita Souſa cit. lib. 2. cap. 13. num. 13. Pegna part. 3. comm. 113. verſ. ſit ſecundum, Diana cit. tract. 8. reſol. 123. Salell. cit. reg. 168. num. 76. Dum autem Judæi, ſive alii Infi- 8
deles ad teſtimonium dicendum admittuntur, illud eſt advertendum, ut de veritate dicenda jurare compellantur, non quidem ſuper Evangelia, quibus ſtulti non credunt, ſed ſuper legem ſuam, ut poſt Imol. in clem. 1. de teſtib. advertit Pegna part. 2. direct. comm. 13. verſ. denique, Repertor. inquiſit. verbo juramentum verſ. ſequitur videre, ubi adducit formulam, qua Judæi, & Saraceni juramentum præſtant, 9
& latè R. P. D. Anſaldus in ſuo doctiſſimo tract. de Commer. & Mercat. diſc. 42. num. 18. & per tot. Ulteriùs dum Judæi ab Inquiſitoribus examinantur, propriam diſpoſitionem ſubſcribere compelluntur, etiamſi in die Sabbati examinentur, ut Supremam Inquiſitionem reſolviſſe refert Card. Albit. de inconſt. in Fide cap. 31. num. 116.

Demùm in hac Conſtitutione ſtatuitur, ut contra 10
fautores quoque, receptatores, & defenſores eorum, tamquam contra fautores, receptatores, & defenſores hæreticorum procedere ſtudeatis: Concordat cit. Conſtitut. 3. Gregorii X. & citat. cap. contra Chriſtianos in fine; Ex quibus juribus primò certum eſt, quòd ſi Chriſtianus faveat, receptet, aut defendat Chriſtianum tranſeuntem, aut redeuntem ad

ritum

Digitized by Google

ritum Judæorum , puniendus ſit ab Inquiſitoribus
tamquam fautor, receptator, aut defenſor hæretico-
rum ; nam contra fautores Apoſtatarum militant
eædem, & majores rationes, ex quibus plures pœnæ
ſtatutæ ſunt contra fautores hæreticorum, de quibus
dixi ſupra ad *Conſt.* 15. *Alex. IV. & ad Conſt.* 8.
Clem. IV. Apoſtaſia enim nequior eſt hæreſi , dum
per iſtam receditur in partem à Fide, per illam verò
in totum, qualis eſt tranſitus, aut reditus ad Judaiſ-
mum, aut Paganiſmum, *can. non poteſt* 2. *quæſt.* 7.
11 *can. beatus* 7. *quæſt.* 4. Dubium tamen eſt, an ſub
hac Conſtitutione comprehendantur non ſolùm
Chriſtiani , ſed etiam Judæi , nempe an iſti puniri
poſſint tamquam fautores hæreticorum , ſi compe-
riantur favere , receptare, aut defendere Chriſtianos
judaizantes . Et affirmarunt Jo: Andr. *in cit. cap.
contra Chriſtianos poſt num.* 1. ubi dicit , quòd licèt
prima facie videretur contrarium dicendum de Ju-
dæis , qui dum non ſunt capaces hæreſis , conſe-
quenter nec poterunt eſſe propriè fautores ; tamen
ſubdit ita eſſe ſervandum, ſupponens id ſtatutum eſſe
in *cit. cap. contra Chriſtianos* , & eum ſequuntur
ibid. Gemin. *num.* 6. Franc. *num.* 6. Barboſ. *num.* 5.
& expreſsè idem docet Eymeric. *part.* 2. *direct. quæſt.*
44. *num.* 3. ubi dicit id clarè probari ex præſenti
Conſtitutione, Repertor. Inquiſit. *ver. rejudaizantes
verſ. ſed eſt quæſtio* . Verùn in hac re certum eſt ,
quòd tàm in hac Conſtitutione , quàm in *cit. cap.
contra Chriſtianos*, non exprimuntur Judæi , ſed ſo-
lùm dicitur ut fautores judaizantium puniantur ab In-
quiſitoribus tamquam fautores hæreticorum , que-
madmodum ſtatuerat, ut ipſi judaizantes punirentur
tamquam hæretici; unde ex his juribus non cogimur
dicere , quòd Judæi fautores judaizantium puniendi
ſint tamquam fautores hæreticorum , ut erroneè di-
xerunt Jo: Andreas, & Eymericus , cùm commodè
intelligi poſſint de Chriſtianis fautoribus, & alioqui
pœnæ ſtatutæ contra fautores hæreticorum , ſubire
integrè non poſſunt Judæi, qui affici non valent pœ-
nis ſpiritualibus, *cap. poſtulaſti de Judæis* ; & ulte-
riùs cùm Judæi non poſſint dici hæretici , nec
Apoſtatæ , conſequenter nec eſſe poterunt propriè
fautores hæreticorum, aut Apoſtatarum , ut agno-
ſcit Pegna *cit. par.* 2. *comm.* 69. *verſ. tales* . Eòque
magis, quia hac eadem Conſtitutione mox ſubjungi-
tur: *Judæos autem, qui Chriſtianos utriuſque ſexus ad
eorum ritum execrabilem induxerint , aut inveneritis
de cætero inducentes, pœna debita puniatis* : Ex quo
verius eſt, quòd Judæi faventes , receptantes , aut
defendentes Chriſtianos judaizantes , ſive illos ad
proprios ritus inducentes , puniri poſſint ab Inquiſi-
toribus pœnis arbitrariis , Squillacen. *de fide Cathol.
cap.* 46. *num.* 2. Zanchin. *de hæret. cap.* 36. *num.* 4.
Sylveſter *in ſumma verbo Judæus quæſt.* 5. Pegna *loc.
cit.* qui ex pluribus aſſerit , poſſe in hoc caſu In-
quiſitores imponere pœnam pecuniariam , carce-
ris , verberum , & privationis commercii cum
Chriſtianis , imò etiam graviores pœnas , etiam
ultimi ſupplicii , ſi id expoſcat gravitas criminis
ab eis contra Fidem commiſſi ; idemque etiam ha-
betur ex *Conſtit.* 70. *Greg. XIII.* incip. *Antiqua* ,
ubi quòd contra Judæos fautores Apoſtatarum ,
& hæreticorum , ſive inducentes Chriſtianos ad
eorum ritus , poſſint Inquiſitores pro modo , ac
numero criminum pœnis arbitrariis procedere.

CONSTITUTIO II.

NICOLAI IV.

incipiens (*Supra Montem* .)

EPITOME BULLÆ.

*NICOLAUS FRATRIBUS,
& Sororibus Ordinis Fratrum de
Pœnitentia.*

APprobat Regulam Fratrum, & Sororum
Tertii Ordinis S. Franciſci , cum inſer-
tione Capitum ejuſdem Regulæ.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De tribus Regulis à D. Franciſco præſcriptis. Re-
miſſivè :*

2 *Refertur initium Tertii Ordinis D. Franciſci, &
ejus progreſſus.*

3 *Regula Fratrum Tertii Ordinis an edita fuerit à
D. Franciſco.*

4 *Hæc Regula pro viventibus in ſæculo, fuit à Leo-
ne X. extenſa ad viventes in communi cum emiſ-
ſione votorum.*

5 *Tertiarii quatenus differant à Fratribus Tertii
Ordinis.*

6 *Tertiarii an ſint ſubjecti gubernio Fratrum Mi-
norum.*

7 *Fratres Tertii Ordinis ſubjiciuntur propriis Præ-
latis, & quatenus olim fuerint ſubjecti Minori-
bus Obſervantibus.*

8 *Generalis Minorum Obſervantium quatenus poſſit
viſitare Tertium Ordinem.*

REgulam D. Franciſci pro ſæcularibus tam Viris, 1
quàm etiam Mulieribus, Tertiariis nuncupatis,
editam poſt primas duas promulgatas , primam nem-
pè pro Fratribus , & ſecundam pro Monialibus , re-
tulimus *tom.* 2. *ad Conſtitut.* 5. *Honorii III. numer.* 15.
& in hoc tomo ad Conſtit. 12. *Innoc. IV. in princip. nu-
mer.* 3. in quibus ſpecialiter de Regula Fratrum, &
Monialium loquuti fuimus , remittendo notitiam pe-
culiarem Tertii Ordinis ad hanc Conſtitutionem , in 2
qua Summus Pontifex ejus Regulam approbavit , cu-
jus initium evenit ex eo , quòd cùm D. Franciſcus
duas primas Regulas pro Fratribus , & Monialibus
promulgaverit , horum exemplo ferè omnes fideles
unanimi ſpiritus fervore ducti , D. Franciſcum in mun-
di & divitiarum contemptu ſequi , ejuſque regulare
inſtitutum amplecti deliberarant ; quo ſanè pacto ,
fermè Civitatum ſolitudo , & depopulatio expectaba-
tur ; unde ad hoc evitandum incommodum, novam
in propriis domibus vivendi formam idem Sanctus his
præſcripſit in piis operibus, abſtinentiis , jejuniis, &
pœnitentiis ; hinc hujuſmodi Regulam ſequentes, de
pœnitentia fuerunt dicti , & Tertiarii in propriis do-
mibus viventes Viri, & Mulieres, etiam uxorati ; quæ
Tertia Regula inſtituta fuit anno 1221. ætatis ſuæ 39.
poſt 13. annos ab inſtituto Primæ Regulæ , & ut ait
D. Anton. *part.* 3. *hiſt. tit.* 24. *cap.* 1. §. 2. *Fraterna di-
lectione devictus B. Franciſcus , ad inſtar Patriarchæ
Noe, Arcam fabricavit, & tricameratam fecit, Reli-
gionem ſcilicet Fratrum, Monialium, & Tertii Ordi-
nis, ut habitantes in ea præſervaret à diluvio vitiorum,
& morte inferorum, omni ſtatui cupiens dilectione provi-
dere* . Dubitant tamen aliqui, an verè Regula illis præ- 3
ſcripta fuerit à D. Franciſco , ex eo quòd à Nicolao
IV. in hac Bulla fuerit promulgata . Verùm etſi ap-
probatio evenerit in hac Bulla , id tamen non exclu-
dit , quòd Sanctus Pater eam ediderit , ut teſtatur
idem

Digitized by Google

idem Nicolaus in *cap. 16. Regulæ* inſertæ in hac Conſtitutione, ibi: *Quia verò præſens vivendi forma Inſtitutionem à B. Franciſco ſuſcepit*; imò adeſt Bulla Innocentii IV. apud Gubernat. *in Orbe Seraphico tom. 2. fol.* 888. in qua Fratres de Pœnitentia in Italia, & Sicilia obtinuerunt, ut juxta eorum Regulam corrigerentur, ut refert Rota *in Calaritana Superioritatis* 14. *Martii* 1692. §. *tale*, coram D. Priolo, quodque indicat, longè ante hanc Conſtitutionem Nicolai IV. Regulam pro Tertiariis editam; quare poſſet dici, fuiſſe aliquo ordine ſpeciali talem Regulam declaratam, & auctoritate Apoſtolica munitam in hac Conſtitutione; & de tali Inſtitutione facta per D. Franciſcum, latè Bordon. *in hiſtor. ſeu Cronolog. Fratrum, & Sororum Tertii Ordinis S. Franciſci cap.* 3. ubi antiquiores, Caramuel. *in Theol. Regul. part. 8. ſive Comment. in Regul. Fratr. & Sororum Tertii Ordinis S. Franciſci cap.* 1. & 4. Card. de Luca *de regul. diſc.* 7. & plenè Rota *in Ulyſſiponen. juris conferendi habitum Tertiariorum deciſ.* 577. *num.* 1. & *ſequent. deciſ.* 584. 598. & 618. *par.* 5. *tom.* 2. *recent.* & *in cit. Calaritana* §. 1. & *ſeq.*

Cùm autem deinde aliqui ex dictis Pœnitentibus
4 Tertiam Regulam ſervantibus ad vitam regularem convolantes, Religionis ſpeciem aſſumpſerint; ideò cùm æqualis cum ſæcularibus eorum vivendi modus non eſſet, Leo X. eandem Regulam accomodavit utrique generi, tam in ſæculo viventibus, quàm Regularibus Viris, & Monialibus, remanente tamen in ſubſtantia, & mutata in aliquibus illa primæva, ut referunt citati Doctores, præſertim
5 Rota *deciſ.* 618. *num.* 30. *part.* 5. Unde Tertius iſte Ordo in duplici conſideratione haberi debet, vel uti comprehendens laicos, & iſti dicuntur Tertiarii; vel uti viventes in communi cum emiſſione trium Votorum ſubſtantialium Religionis, & dicuntur Fratres Tertii Ordinis S. Franciſci, quique obſervant Regulam juxta formam accomodatam à dicto Leone X. in *Conſtitut.* 42. incip. *Inter cætera*.

Dubitatum etiam fuit quoad hujuſmodi Conſtitutionem Nicolai IV. in §. 16. dictæ primævæ regule, in qua forma aſſumendi Viſitatores præſcribitur, & tantùm per modum conſilii indicitur à Papa, quòd aſſumatur aliquis de Fratrum Minorum Ordine pro eorum correctione, viſitatione, & gubernio, an proinde neceſſariò iſti Tertiarii ſubdan-
6 tur gubernio Fratrum Minorum; & verè ex verbis Bullæ neceſſariò inducta eſt aſſumptio Sacerdotis; circa autem qualitatem Minorum, eſt per modum conſilii, ibi: *Conſulimus*, quod non inducit præceptum, *Can. finali* 14. *quæſt.* 1. & in terminis dixit Bordon. *cit. cap.* 6. *num.* 7. ubi Nicolaum in hac Bulla tantùm conſulere, quia etſi id congrueret, tamen voluit tantùm allicere, ut fiat, cum communicatione privilegiorum. Verùm ex tali congruentia inolevit, ut priùs ſpecialiter pro certis Regionibus etiam ante hanc Bullam Nicolai, ut pro Italia, & Sicilia demandavit Innocen. IV. apud Gubernat. *cit. fol.* 888., & confirmavit Sixtus IV. apud eundem fol. 895. & alios relatos per dictum Gubernat. *in cap.* 12. Diez *in direct. trium Ordinum fol.* 15. Bordon. *in ejus Archivio*, & plenè Rota *in cit. Calaritana Superioritatis*, ubi reſpondit, hanc Conſtitutionem Nicolai non abrogaſſe vel Bullas antecedentes, vel conſuetudinem, ut tenerentur aſſumere Sacerdotem Ordinis Minorum; eo magis quia idem Nicolaus in alia Bulla ſubſequenti apud Gubernat. *fol.* 887. videtur, quòd ſicuti Innocentius pro Italia, & Regno Siciliæ talem facultatem impartitus fuerit Miniſtris Provincialibus Ordinis Minorum, ita etiam agnoſcens quòd naturalis ratio id ſuadebat, ut Tertii Ordinis profeſſores ab ipſius Fundatoris primis filiis dirigantur, addidit quòd vehementer cupiebat ab iſtis eos gubernari, ut proſequitur Rota *in cit. Calaritana* edita pro Tertiariis in Civitate Calaris; ſed tollunt quamcumque difficultatem aliæ Bullæ ſubſequentes latè relatæ à *cit.* Bordon. & Gubernat. non ſolùm emanatæ pro aliis Regionibus, ſed demum generaliter per totum Orbem à Sixto IV. & refert idem Bordon. *reſolut.* 75. *ſect.* 7. *n.* 85. & plenè Rota *in cit. Ulyſſiponen. part.* 5. *recent.* relata apud Bordon. *cit. cap.* 12. & poſt Tamburin. *de Jur. Abbatiſſæ deciſ.* 9. ubi fuit reſolutum, jus conferendi habitum Tertiariis his Sæcularibus, PP. Minoribus Obſervantibus competere, cumulativè tamen quoad PP. Regulares Tertii Ordinis, ut in ultima *deciſ.* 618. fuit declaratum, & latè Bordon. *citat. cap.* 12. & dicam alibi de hoc latiùs.

Prædicta tamen procedunt ſolùm quoad Tertiarios laicos, vel etiàm viventes ſub aliqua Collegiali forma, ſeu in Confraternitate, ut erat caſus in *cit. Calaritana*; ſecùs autem quoad Regulares Tertii Ordinis, quia quoad iſtos, licèt aliqui Summi Pontifices, præ-
ſertim B. Pius V. eos ſubjecerint Prælatis Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia in *Conſtitut.* 63. incip. 7
Ea eſt; tamen Sixtus V. talem ſubjectionem irritavit permittendo, ut eligeretur Viſitator Generalis per dictos PP. Tertii Ordinis, omneſque Miniſtri, & Superiores ex eodem Tertio Ordine aſſumerentur, prout antea fiebat, ſinguloque triennio Capitulum generale celebraretur, in quo Viſitator Generalis eligeretur, ſic appellandus, non autem Commiſſarius, quòdque deberet petere confirmationem à Miniſtro Generali de Obſervantia, eaque etiam non obtenta, confirmatus auctoritate Apoſtolica dicatur, reſervata tantùm facultate Miniſtro Generali Ordinis Minorum de Obſervantia per ſe ipſum duntaxat viſitandi certis temporibus Tertium Ordinem, Fratres, & Domos, ut in ejus *Conſtit.* 28. incip. *Romani Pontifices*, ac *Clemens VIII. Conſtit.* 33. incip. *Decet*, ubi de forma electionis Prælatorum hujus Ordinis, & refert Barboſ. *in ſumm. Apoſtol. deciſ. Collect.* 386. *ver. Tertiarii*, ubi plura quoad iſtorum Tertiariorum habitum, aliaque; & ſic quoad iſtos Regulares non procedunt ea, quæ Ro-
ta, & DD. firmant circa ſubjectionem PP. Minoribus de Obſervantia; imò etiam quoad ſolam viſitationem reſervatam dicto Miniſtro Generali fuit dubitatum, an vigeat, coram Congregatione Particulari deputata, ut apud Card. de Luca *cit. diſc.* 7. *de regul.* 8
prætendente Religione Tertii Ordinis ob deſuetudinem introductam per longævum non uſum id fuiſſe abrogatum, aliiſque rationibus expreſſis per Scribentes, ut in allegationibus impreſſis apud Bordon. *cit. cap.* 12. At cùm dicta Congregatio nihil reſolverit, ut innuit idem Card. de Luca *num.* 8. *in fine*, videtur eo magis corroboratum fuiſſe dictum non uſum uſque adhuc, & Viſitatorem Generalem dicti Ordinis pro Generali haberi, & communiter vocari, ut aſſerunt PP. ipſius Tertii Ordinis, & adeſſe plura Brevia Summorum Pontificum cum denominatione Miniſtri Generalis, & in decreto S. Congregat. Rituum pro Breviario proprio Tertii Ordinis, die 10. Decembr. 1699. Verùm in Decreto Sacr. Congregationis Concilii, in quo fuit reſolutum, non eſſe permittendum impoſterum in dicta Religione Tertii Ordinis, quòd abſentes à Capitulo vices ſuas committant alicui de gremio Capitularium, ad formam *Cap. quia propter de electione*, ut in una *Tertii Ordinis D. Franciſci* 15. *Novembris* 1698. referendo regulam horum Patrum in *cap.* 3. vocatur Generalis Viſitator. Tamen dicta Bulla Sixti V. procedit quoad Provincias Italiæ, & Siciliæ, necnon Clemens VIII. Provinciam Dalmaticam, & Juſtinopolitanam eidem Superiori Generali ſubjecit, & ſic extra iſtas non habet auctoritatem, ſed alii Superiores eliguntur ſubalterni ſub Generali Minorum; & in Gallia, ac Lotharingia adſunt Reformati, ut apud Barboſ. *de Jur. Eccleſiaſt. libr.* 1. *cap.* 41. *num.* 170. & *ſeq.* Cùm autem tam de Tertiariis Sæcularibus quoad eorum privilegia, aliaque, quàm de iſtis Regularibus Tertii Ordinis adſint ſpecialiores Bullæ; ideoque alia omittimus ſuo loco explananda, ſufficiatque hìc originem, & diverſitatem Tertiariorum innuiſſe.

CON-

Digitized by Google

CONSTITUTIO III. NICOLAI IV.

incipiens (*Regis Pacifici.*)

EPITOME BULLÆ.

NICOLAUS DILECTIS FILIIS Abbati Cluniacenſium, ejuſque Coabbatibus, Prioribus, & Conventibus &c.

REformationem Ordinis Cluniacenſium à Gregorio IX. factam, hic Papa in pluribus declarat, & confirmat.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De Reformatione Ordinis Cluniacenſium facta à Gregorio IX. & Nicolao IV. in hac Conſtitutione.*

2 *Convenit Summos Pontifices curare, ut Regulares à ſuis inſtitutis non declinent.*

3 *Indicantur nonnulla capita Reformationis Cluniacenſium à Nicolao IV. facta.*

4 *Reformatio Religioſorum quid ſit, & qualiter facienda.*

5 *Reformatio indicta Regularibus à Concilio Tridentino, fuit quoad ſubſtantialia Regulæ, non quoad accidentalia.*

6 *Reformatio ſuaviter & leniter aſſumenda eſt, & ſenſim continuanda.*

7 *Prælati poſſunt, ac debent Religionem collabentem reformare.*

Prælati Regulares pro facienda Reformatione, an requirere debeant conſenſum omnium de Conventu, aut majoris partis. Ibidem.

8 *Reformatio facta à Superioribus Regularibus, confirmanda eſt à Sede Apoſtolica.*

9 *Papa poteſt Regulares reformare, demandando obſervantiam primævæ regulæ, vel eam innovando, aut mitigando.*

10 *Generalis Fratrum Minorum habet facultatem reformandi ſuos ſubditos.*

11 *De pluribus ad Reformationem Regularium pertinentibus. Remiſſivè.*

DE Cluniacenſis Ordinis origine, & prærogativis abundè dixi *tom. 2. ad Conſtitut. 5. Gregorii IX.*
1 *in princip.* in qua quidem Conſtitutione cùm idem Pontifex inſtituta Cluniacenſium vidiſſet in deſuetudinem dilabi, ad priſtinum ſplendorem eadem revocare curavit, propoſitis vigintiſex Reformationis Capitulis; verùm quia, ut experientia demonſtrat, temporum, locorum, & hominum voluntatum irregularibus viciſſitudinibus, certæ perpetuæ regulæ, & præcepta plerumque difficiliter applicari poſſunt; ideò cùm nonnullorum ex ſtatutis à Gregorio IX. ad Cluniacenſium reformationem non potuerit obſervatio efficax provenire, Nicolaus IV. cui, ut ipſe teſtatur, cordi erat eundem Ordinem ad ſua ſarta tecta reducere, in præſenti Conſtitutione edita Reatæ 2. Idus Septembris anni 1289. reformationem Gregorianam in pluribus proſequitur, & declarat.

2 Convenit autem Summis Eccleſiæ Pontificibus invigilare, ut Regulares à ſuis Inſtitutis non declinent, non tantùm, ne Hæretici, quamvis peſſimis argumentis, occaſionem contra Eccleſiam blaterandi inde ſumant, ut experientia demonſtrat, & advertit S. Gregor. Nazianz. *orat.* 14. ibi: *Ob quorundam culpam univerſus Ordo in invidiam, & crimen vocatur, & quod omnium graviſſimum eſt, hæc criminatio non in nobis conſiſtit, verum ad magnum, & venerandum myſterium tranſit:* Verùm etiam ne, qui ad ſalutem hominum in Eccleſia poſiti ſunt, offendiculum ſcandali evadant; nullus enim perfectiùs vivit, quàm Regularis benè moratus juxta ſui Ordinis regulas; & nullus in pejus ruit quàm Regularis, qui à ſua inſtitutione declinat, ut dicunt Sancti Patres penès Lezanam *de reform. Regular. cap.* 1. & 2.

Non parum verò à ſuis Regulis deviare cœperat Ordo Cluniacenſium temporibus Gregorii IX. & Nicolai IV. adeout quidam Antiſtes è publico ſuggeſtu Cluniacenſium mores exprobrare occaſionem ſumpſerit, ut refert Petrus Venerabilis *lib. 4. epiſt.* 8. & Gravina *in ſuo tract. de gemitu Columbæ;* benè itaque Ni-
colaus IV. ejuſdem Ordinis indemnitati conſuluit, 3
providendo in præſenti Conſtitutione potiſſimè circa electiones, & numerum Officialium dicti Ordinis, & modum adminiſtrandi tam in temporalibus, quàm in ſpiritualibus; inter enim radices Religionum lapſuum, enumeratas à Joanne Nider. *de refor. Relig. tract. 2. cap. 16. cum ſeqq.* & Lezana *eodem tract. capit.* 14. quas Reformator principaliter opportuna proviſione præcidere debet, recenſetur malorum, & ineptorum Prælatio; cùm enim Paſtor per abrupta graditur, ad præcipitium grex ſequitur, ut ait D. Gregor. *in Paſtoral. parte* 1. *cap.* 2. Item ſicut inſufficiens miniſtrorum numerus ad curandas res, & diſciplinam Monaſteriorum; ita & ſuperflua multiplicatio, ne plures ultra neceſſitatem inutiliter ab obſervantiis regularibus diſtrahantur, & in rebus ſæculi involvantur; legitur enim quòd inter 12. Apoſtolos, & 72. Diſcipulos, unus Juda fuit deputatus Procurator; & in primitiva Eccleſia ad providendum de neceſſariis alimentis ferè ter millia Chriſtianorum, ſeptem tantùm Miniſtri fuerunt electi, ut advertit Nider. *loc. cit.*

Compendiosè autem nonnulla ad Reformationem 4
Regularium pertingendo, præponendum eſt, quòd Reformatio eſt remedium ad priſtinum fervorem alicujus Religionis recuperandum, & ad eliminandos abuſus, qui contra aliquam regulam paulatim irrepta ſunt; unde eandem deſcribit Nider. *in citat. tract.* 2. *cap.* 2. eſt formæ Religioſæ deperditæ denuò introductio. Hæc autem reformatio fit, vel ſtrictè præcipiendo priſtinas regulares obſervantias, quæ inviolabiliter ſervatæ per ſe habiles dijudicantur ad priſtinum inſtitutum religiosè obſervandum; vel etiam aliquando nonnulla extra regulam præcipiendo, quæ neceſſaria cenſentur ad ſervandam primam inſtitutionem; nam humana providentia non ſtatim à principio prævidet omnia incommoda, quæ volitum finem remorari poſſunt.

Cùm autem primo modo Reformatio attentatur, 5
animadvertendum eſt, quòd ſi priſtina forma alicujus Religionis Auctoritate Apoſtolica ſit mutata, reſtricta, vel relaxata, tunc equidem ſufficit, quòd juxta Conſtitutiones Apoſtolicas reformatio moderetur. Quamvis enim Sacr. Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *de regul. cap.* 1. præcipiat, quòd omnes Regulares ad Regulæ, quam profeſſi ſunt, præſcriptum vitam inſtituant, & componant; hæc tamen verba reſpiciunt ſubſtantialia regulæ, uti ſunt tria vota Caſtitatis, Obedientiæ, & Paupertatis, aliaque; non verò accidentalia, quæ ad eorundem obſervantiam conducunt, ut ſunt peculiares obſervantiæ cujuſcumque Ordinis, ut expreſsè elicitur ex eodem Textu, ibi: *Atque in primis, quæ ad ſuæ profeſſionis perfectionem, ut obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis, ac ſi quæ alia ſunt alicujus Regulæ, & Ordinis peculiaria vota, & præcepta ad eorum reſpectivè eſſentiam, necnon ad communem vitam, victum, & veſtitum pertinentia, fideliter obſervent:* Si etenim verba Concilii intelligerentur, quòd ad priſtinam omnino formam, quàm Inſtitutor præſcripſit, Regulares ſe componere deberent, tunc unico verbo irritæ declaratæ forent tot Conſtitutiones reformatoriæ Regulæ S. Benedicti, & S. Franciſci; quod non eſſe dicendum, benè probat Rodriquez *quæſt. regul. tom.* 2. *quæſt.* 73. *art.* 3.

Con-

Digitized by Google

6 Congruit autem ad Reformationis conſequendum finem, quòd leniter, & ſuaviter, non rigidè, & properè eadem inchoetur, niſi tamen incomportabiles abuſus, & periculum ſubverſionis aliter ſuadeant; optimè enim ad hujuſmodi ſignificandam neceſſariam lenitatem in principio reformationis, ut evitentur ſcandala, reſpondit Cardin. Cajetanus cuidam Provinciali eundem conſulenti ſuper modo reformationis ab eodem faciendæ: *Coge intrare mare per fluvium:* ut probat Nider. *loco citat.* & præſcripſit Sacr. Congreg. Epiſcopor. penès Nicol. *in Floſcul. ver. reformatio*, ibi: *In materia Reformationis non eſt minùs neceſſaria lenitas, quàm rigor, præſertim cum Monialibus:* Neque ut effectus reformationis conſequatur, attentari debet quòd tota ſimul Religio eodem tempore reformetur, ſed ſenſim, & paulatim, ut idem Nider. proſequitur ibidem: Veruntamen Monaſterium, ſi fieri poteſt, reformari debet totum ſimul, licèt minùs perfectè, potiùs quàm concedere in uno Monaſterio ſeparationem reformatorum, à non reformatis, ut ait Nicolius ex ſenſibus ejuſdem Sacr. Congregationis *loc. cit. num.* 5.

7 Non tantùm autem Religionem collapſam, & in pejora labentem, eorum Prælati reformare poſſunt, ſed debent, ne ſanguis ſubditorum de eorundem manibus requiratur, ut dicitur in *capit. irrefragabili de*
8 *Offic. Jud. Ordin.* Nunquid autem Generales, & Abbates, aliique Superiores nonniſi cum conſenſu omnium de Conventu, vel an ſufficiat conſenſus majoris partis, ut reformationem præcipere poſſint, magna eſt DD. contentio. Qui enim omnium conſenſum requiri aſſerunt, innituntur regulæ, quòd hujuſmodi reformatio tangat illos de religione uti ſingulos, non uti univerſos, adeout major pars invita minore eandem introducere nequeat. Illi verò, qui autumant poſſe Superiores, de conſilio, & conſenſu majoris partis ſuos Subditos reformare, dicunt quòd Regulares non poſſunt reformationi reſiſtere, ex quo in profeſſione eorum voluntatem in Superiorem transtulerunt, ut optimè in caſu ait Gloſſ. *in cap. periculoſo verbo præſentes de ſtatu Regul. in* 6. Cæterùm hujuſmodi opiniones conciliari poſſe videntur dicendo, quòd ſi Abbas, vel Generalis novam auſteritatem extra Regulam, & nihil ad eam conducentem indicere velit, omnium conſenſus requiratur, cùm Regulares non teneantur niſi ad Regulæ præſcriptum ſuis Superioribus obedire. Quòd ſi verò Regulam ad priſtinam obſervantiam reduci velit, & tunc majoris partis ſufficit conſenſus; quòd enim Generalis cum majori parte Capituli poſſit etiam auſteriora indicere, ad primævam tamen Regulæ obſervantiam, diſtinguendo firmant Suarez *de religione part.* 3. *libr.* 10. *cap.* 8. *num.* 7. *cum ſeqq.* Barthol. à S. Fauſto *in Theſaur. Relig. libr.* 6. *quæſt.* 113. Navar. *Comment.* 4. *de Regul. num.* 40. Barboſa *ad Conc. Trid. cap.* 1. *num.* 2. *de Regul.* & faciunt Abbas ex opinione Innoc. *in cap. ſuper eo num.* 6. *de Regul.* & Felin. *in cap. ad noſtram num.* 3. *de appell.*

9 Verùm quidquid ſit de veritate hujus Concluſionis, parum hodie refert, cùm quæcumque nova reformatio ſive à Generalibus facta de conſenſu omnium de Conventu, ſeu aliquibus obſiſtentibus, ad obſervantiam reduci nequeat, niſi cum approbatione Sedis Apoſtolicæ, ut declaravit Sacr. Congregat. Epiſcoporum penès Nicol. *loco cit. num.* 2. quod ſanè proculdubio procedit, cùm novæ obſervantiæ in Reformatione indicuntur, juxta ea quæ dicunt DD. in *capit. fin. de relig. domibus, & in cap. religionum eodem tit.*
10 *in* 6. Indubium autem eſt, quòd Summus Pontifex non ſolùm poſſit priſtinam Regulam alicujus Ordinis ad obſervantiam reducere; verum ſtrictiorem modum vivendi Regularibus indicere, vel ad majorem, & faciliorem obſervantiam primi inſtituti, ſive ad Univerſalis Eccleſiæ bonum; ut ex Gloſſ. *in citat. capit. periculoſo* probat Felin. *in cit. cap. ad noſtram num.* 6. *verſ. cogita*, & ibi etiam Abbas, & expreſsè in *citat. cap. ſuper eo num.* 6. Suarez *de relig. loco citat. num.* 2. ubi tamen aſſerit, quòd Summi Pontifices hoc rarò fecerunt, & nonniſi moti precibus Religionum. Nonnulli autem Ordinum Generales à Sede Apoſtolica facultatem ſuos Subditos reformandi expreſsè obtinuerunt, ut in Concilio Conſtantienſi quoad Miniſtrum Generalem Minorum ſtatutum fuit, ibi: *Quòd Generalis Fratrum Minorum poſſit, & debeat Conventus ſuos ſibi ſubditos ad ſtatum ſtrictæ obſervantiæ conſonum, juxta declarationes, & Statuta Apoſtolica, & Ordinis reducere:* aliaſque ſimiles facultates conceſſas Ciſtercienſibus colligit Rodriquez *citat. quæſt.* 73. *artic.* 2.

Hæc autem ſint ſatis dicta in præſenti Conſtitutio- 11
ne quoad modum, & juriſdictionem reformationis indicendæ in Religionibus: cæterùm plura, quæ contingere poſſunt poſt factam reformationem, an ſcilicet Regulares profeſſi cogi poſſint ad eam acceptandam, & quomodo introduci debeat in Monaſteriis, in quibus aliqui ſponte eam amplecti volunt, alii verò renuunt; & an Novitius ſi poſt probationis annum, ante verò profeſſionem reformatio ſuperveniat, renovitiare teneatur, alibi favente Deo tractare deſtinavi; interim verò videri poſſunt Abb. & Felin. Suarez, & Nicolius *loc. cit.* & Rota *in Leodien. profeſſionis deciſ.* 194. 213. 237. & 255. coram Priolo, & *deciſ.* 454. *part.* 14. *rec.*

CONSTITUTIO IV.

NICOLAI IV.

incipiens (*Inter opera.*)

EPITOME BULLÆ.

NICOLAUS MAGISTRO
S. Spiritus in Saxia de Urbe.

Sub protectione Sedis Apoſtolicæ recipit Hoſpitale S. Spiritus in Saxia de Urbe, cum omnibus ejus membris, bonis, & perſonis; necnon approbat ſubjectionem Hoſpitalis S. Spiritus in Monte Peſſulano dicto Hoſpitali de Urbe.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De pluribus in hac Conſtitutione diſpoſitis. Remiſſivè.*
2 *De inſtitutione, aliiſque pertinentibus ad Hoſpitale S. Spiritus de Urbe.*
3 *Eidem Hoſpitali in hac Conſtitutione unitur Hoſpitale S. Spiritus in Monte Peſſulano.*
4 *Hac Bulla recenſentur, & confirmantur bona ab eodem Hoſpitali poſſeſſa.*

HÆc Conſtitutio Commentario ſpeciali non in- 1
diget, cùm ea, quæ in illa quoad exemptionem Hoſpitalis S. Spiritus in Saxia de Urbe diſponuntur, ferè omnia contineantur in *Conſtit.* 7. *Innoc. III.* incip. *Inter opera;* adeout utriuſque Bullæ prooemium iiſdem verbis conceptum ſit, quod etiam hìc advertit Cherubinus, & ego latè dixi *tom.* 2. *in Comment. ad*
dictam Bullam, ubi plura quoad inſtitutionem hujus 2
Hoſpitalis, ejus denominationem Archihoſpitalis, gubernium per Commendatorem, ſeu Præceptorem, aliaſque Bullas enunciavi, & Privilegia dicto Hoſpitali conceſſa à Summis Pontificibus, & præcipuè plura innui quoad gubernium Hoſpitalis, & qualitatem Regalarem iſtorum Fratrum, quæ deſerviunt etiam pro Commentario hujus Bullæ; quòdque fuerit

unitum

3 unitum Hoſpitale S. Spiritus in Monte Peſſulano cum illo Urbis; ſed cùm talis unio fuerit reſoluta tempore Honorii IV. cupientibus illis de Hoſpitali Montis Peſſulani ſe ſubjicere cum omnibus bonis Archihoſpitali S. Spiritus, fuit id approbatum à Papa Nicolao in hac Conſtitutione edita apud Urbemveterem 11. Kal. Julii anno 1291. itaut Caput Hoſpitale Urbis diceretur; ut latè Petrus Saunier. *Ordinis S. Spiritus in hiſtoria ejuſdem anno 1662. Romæ typis impreſſ. cap.* 52. & dixi ad *citat. Conſtitut.* 7. *Innoc. III. num.* 8. nec-
4 non Papa in hac Bulla latè deſcribit omnia bona, quæ poſſidebat tunc Hoſpitale S. Spiritus, & Hoſpitalia, ſeu Eccleſias ſibi annexas in Urbe, in Regno Siciliæ, Campania, Tuſcia, Patrimonio, Marca Anconitana, Patriarchatu Aquilejenſi, Burgundia, Lotharingia, Alemania, Anglia, Provincia Narbonenſi, Provincia Auxitana, Burdegalenſi, Bituricenſi, Arelatenſi, Viennenſi, Tarraconenſi, & Toletana, quæ omnia bona, & Eccleſias poſſeſſas Papa confirmat, aliaque quoad victum, & veſtitum, ac ſervitium Eccleſiæ ibi præſcribit, de quibus etiam dixi in *citat. Commentario*.

CONSTITUTIO V.

NICOLAI IV.
incipiens (*Illuminet.*)

EPITOME BULLÆ.

NICOLAUS UNIVERSIS Chriſti fidelibus.

CHriſti Fideles univerſos ad expeditionem pro recuperatione Terræ Sanctæ invitat, ac Cruceſignatis Indulgentias, aliaque privilegia, concedit.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Extollitur Summorum Pontificium zelus in Eccleſia Catholica cultum propagando.*
2 *Vindicatur neceſſitas proventuum in Eccleſia Romana à virulentis hæreticorum dictis.*
3 *Referuntur nonnulla pertinentia ad Cruciatam ſub Innocentio III.*
4 *De Cruciata indicta à Nicolao IV. in hac Conſtitutione.*

1 QUàm flagrans charitas, ac fervens zelus fuerit ſemper in Romanis Pontificibus Eccleſiæ Catholicæ cultum propagandi, quis non videt in tot providis Conſtitutionibus, quas retulimus in ſuperioribus Commentariis, & magis aſpiciet in hujus Operis continuatione? Nedum dogmata contra Veritatis Evangelicæ perſecutores tot Conciliis Oecumenicis firmando, pravos mores ſanctiſſimis legibus extirpando, Eccleſiaſticam diſciplinam voluntariis reformationibus vivificando; ſed etiam præcisè ubi Civitatem ſanctam, & loca, in quibus ſanctiſſima noſtra Religio prima obtinuit incunabula, à fœda Barbarorum manu ad ſuave Chriſti jugum pluribus Cruciatis indictis reducere conati fuere. Hinc taceant
2 heterodoxi, dum Eccleſiaſticos proventus in Eccleſia Romana cenſuræ ſubjicere audent: en ubi profunduntur Eccleſiæ Cenſus: in Conciliis, Seminariis Nationum, nedum in Urbe, ſed per loca hæreticis proxima, ac in expeditionibus contra Infideles. Quis profectò talibus indigentiis providebit, niſi Eccleſia Mater? Nos enim vidimus Principatus à laicis poteſtatibus ſæpè oppreſſos, & vaſſallorum divitias omninò exhauſtas tributis, & ſolutionibus, vel ad favorem exterarum Nationum dominantium, vel etiam ipſius Regni paucorum Procerum, & nil exinde utilitatis haurientes populi, continuo agitantur jugo. Non ita certè eſt in Eccleſia, quæ ſi ſuas Eccleſiaſticas penſiones exigit, id totum in utilitatem ipſorum Populorum continuò profundit: mira Dei proviſione geſtum, ut inter varietates tot Principatuum Sæcularium, fida ſemper, & unica fuerit Eccleſiæ Paſtoris cura conſulendi uti Theſaurus permanens fidelium indigentiis, à quibus progrediuntur divitiæ, ut ita recipiant Populi denuò quod dederunt. Hinc etiam noſtris perſpeximus temporibus, quanta magnanimitate, & incommodo Innocentius XI. contra Turcas divitias profuderit; ita & in Gallia pro Religione Catholica contra hæreticos vim inferentes temporibus antecedentium Summorum Pontificum; & Neapoli dum Regnum illud terræmotu quateretur; ac ut alia omittam, omni ævo memorabilis erit theſaurorum profuſio facta à Nicolao IV. occaſione parandi Sacrum Bellum pro recuperatione Terræ Sanctæ; ad cujus expeditionem idem Pontifex fideles univerſos invitavit hac Conſtitutione edita apud Urbem Veterem Kalendis Auguſti Anni 1291.

Protectò de Cruciatis hactenus à præcedentibus 3
Pontificibus indictis pluries diximus, prout indicavimus *tom. 2. ad Conſtitut. 12. Innocentii III.* qui Pontifex dum continuationem Cruciatæ ab eo indictæ procurabat, fato obiit; unde ſub Honorio III. ea continuata extitit per Andream Regem Hungariæ, aliiſque Duces, ac obſeſſa fuit in Ægypto Damiata Urbs, poſt menſes 18. capta; deinde auctus exercitus Chriſtianus copiis miſſis à Friderico II. Imperatore, hic Nili inundatione preſſus, à Sultano pacta recipere fuit coactus; Cruciata demum retardata extitit ob plura diſcrimina, quæ evenerunt ejuſdem Imperatoris cum Sancta Sede, jam ſuperioribus Commentariis indicata; iiſque compoſitis denuò Cruciata publicata fuit, ut Civitas Conſtantinopolitana novis adjumentis muniretur; at denuò exortis contentionibus inter Papam Gregorium IX. tunc ſedentem, & ipſum Imperatorem, Cauſa Cruceſignatorum naufragium quoque pertulit; poſt obitum verò Gregorii, & Cœleſtini IV. Succeſſoris aſſumptus fuit ad Pontificatum Innocentius IV. cum quo continuarunt diſſidia Friderici tam contumacis, ut ex Imperiali Solio projici meruerit; non defuit tamen ejus ſocordiam Divina Providentia compenſare, excitando Ludovicum Regem Francorum, nunc inter Sanctos relatum, pro Cruciatæ novæ expeditione, licèt imperſcrutabili Dei judicio, bis ea coacta, pius Rex captivus barbaræ gentis remanſerit, in quo ſtatu conſtantiam veri Catholici Herois oſtendit uſque ad ejus liberationem. Plura tandem, quæ evenerunt eo tempore tam in Italia ſub Pontificatu Innocentii, quàm Alexandri pro Regno Neapolitano; & diviſio, ac Bellum inter Venetos, & Januenſes in Oriente, cauſa fuerunt, ut Chriſtianorum res in Paleſtina omninò dilaberentur; quo tempore non defuerunt teſtimonia Chriſtianæ conſtantiæ, præſertim in quibuſdam Monialibus S. Claræ, quæ cùm evitare non valerent manus Saracenorum, dum Civitas Tolemaidæ expugnabatur, naſum cultro ſingulæ ſibi reciderunt; hincque Martyrium à barbaris receperunt, ut narrat D. Antoninus 3. *part. hiſtoria tit.* 24. *cap.* 9. §. 11. Vvading. *in Annal. Minor.* & Baron. *anno* 780. ubi de ſimili caſu in Monaſterio Angliæ. Proinde poſt 192. annos à prima Cruciata, in qua fuit Paleſtina a Chriſtianis conquiſita, anno 1290. omninò denuò ejecti fuerunt, mira Dei permiſſione, ut potius ſacra illa loca per Saracenos occuparentur, in punitionem tot peccatorum Populi fidelis, & ut continua ſit exprobratio Principibus Chriſtianis, qui inter domeſtica bella tot homines, & divitias profundunt, abſque eo quod recuperationem Sanctuarii præcipui noſtræ Religionis curent. Sed nunc tempus acceptabile, quòd Auſtriaca Domus tot Victoriis à Deo cumulata animum ſuum moveat,

Digitized by Google

moveat, tam erga Catholicæ Fidei propagationem intentum, ad opus adeò egregium, atque alii Principes Chriſtiani, qui præſenti tempore potentiora arma gerentes, ea glorioſiſſimè dirigant ſub Pontificatu Regnantis Clementis XI. cujus amor, & ardens Zelus Vexillum erit, ut nova, & quidem proficua Cruciata excitetur in propagationem Fidei, & in in-
4 fidelium everſionem. Hanc quidem eximiam operam dedit Nicolaus IV. conditor hujus Conſtitutionis, dum negotia Paleſtinæ pro Chriſtianis deperdita præviderat, totis viribus promovit Cruciatam, rationibus pluribus in hac Bulla expreſſis; verùm cùm nuncium receptum fuerit de deperditis prorſus rebus Chriſtianorum in Oriente, Zelus tanti Pontificis eò magis exarſit, ſed incaſſum, dum propinquitati mali jam eventi deſperatam medicinam Occidentales Principes crediderunt; & licèt Bonifacius VIII. Clemens V. Joannes XXII. Nicolaus V. Calliſtus III. & Pius II. denuò Cruciatam promovere curaverint, tamen tempora, & diſſentiones Principum Chriſtianorum id prohibuere, quamvis Summi Pontifices nullam intermiſerint curam, ut ſaltem Turcarum dominatio non dilataretur in Regiones Chriſtianas, ut perſpicuè fecerunt inter alios B. Pius V. Clemens IV. & Innocentius XI. Alia quoad præſentem Cruciatam indictam à Nicolao, & alias antecedentes, videri poſſunt apud D. Antoninum, Platinam, & Baron. *tom.* 12. *pag.* 795. *& ſeq.* Sannut. *libr.* 3. *part.* 12. *tom.* 15. alioſque.

CONSTITUTIO VI.

NICOLAI IV.

incipiens (*Ex parte.*)

EPITOME BULLÆ.

NICOLAUS EPISCOPO Cæſarauguſtano.

ORdini Fratrum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum exhiberi mandat iſte Pontifex omnia, & quæcunque legata, quæ generaliter pro Redemptione Captivorum fiunt, non tamen certis perſonis.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Enunciatur præſtantia Operis Redemptionis Captivorum.*
2 *Filius exhæredatur, & hæres ab hæreditate cadit, ſi Patrem, aut Auctorem à captivitate redimi non curent.*
3 *Legata generaliter facta pro Redemptione Captivorum, exhibenda ſunt Patribus B. Mariæ de Mercede.*
4 *Epiſcopus eſt executor legatorum piorum, niſi eis datus ſit ſpecialis executor.*
5 *Patres Calceati Ordinis B. Mariæ de Mercede habent hodie adminiſtrationem eorundem legatorum, privativè quoad Diſcalceatos ejuſdem Ordinis.*
6 *Legata pro Redemptione Captivorum in ſtatu Eccleſiaſtico debentur Archiconfraternitati Confalonis.*
7 *Indicantur privilegia, quæ idem Ordo Redemptionis Captivorum obtinet in Hiſpania.*
8 *Legatum eleemoſynæ pro pauperibus conſanguineis, an applicari poſſit pro eorum redemptione à captivitate.*
9 *Legatum pro Redemptione Captivorum, an applicari poſſit pro captivo ob maleficium.*
10 *Idem legatum an applicari poſſit pro redimendis captivis apud Chriſtianos.*

QUàm Chriſtianum, piumque opus ſit redimere 1
captivos à tyrannide Infidelium, omnia jura tam Civilia, quàm Canonica demonſtrant, itaut bona etiam Eccleſiæ in hanc cauſam alienari valeant, ut dixi *tom.* 1. *Conſtitut.* 1. *D. Leonis Magni ſect.* 4. *numer.* 96. unde filius ipſe exhæredatur, imò hæres ab 2
hæreditate cadit, ſi Patrem, vel auctorem à captivitate liberare non curet, ut latè Doctores in *Auth. ſi captivi Cod. de Epiſcop. & Cleric.* Barboſ. *ibidem*, Molin. *de primog. cap.* 1. *tit.* 9. *num.* 22. Oddus *de reſtit. in integr. part.* 2. *quæſt.* 82. *artic.* 1. Gratian. *diſceptat.* 108. Amoſtaz. *de cauſis piis lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 30. *& ſeq.* Novar. *de elect. for. ſect.* 1. *quæſt.* 35. Lara *de anniverſ. capit.* 22. ubi latè quatenus ad id teneatur uxor, imò extraneus, aliaque ad rem facientia videri poſſunt, Rota *deciſ.* 63. *num.* 5. *part.* 2. *div.* Unde non mirum ſi Summi Pontifices duas eximias Religiones incumbentes huic operi, nedum libenter approbarunt, ſed pluribus favoribus, & privilegiis eas cumularunt, prout quoque egerunt Principes laici; hæ ſanè ſunt Religio Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, & Ordo B. Mariæ de Mercede dictæ Redemptionis, de quarum prima egimus ſupra *tom.* 2. *Conſtit.* 1. *& 9. Innocentii III. & in hoc tom.* 3. *ad Conſtitut.* 10. *Clem. IV.* de ſecunda autem dixi *d. tom.* 2. *Conſtitut.* 9. *Gregor. IX.* ubi de ejus origine, privilegiis, diverſitate, aliiſque. In præſenti 3
autem Conſtitutione edita in Urbe Veteri Nonis Auguſti 1291. Pontifex demandavit Epiſcopo Cæſarauguſtano, ut omnia, & quæcunque legata facta pro Redemptione Captivorum, non tamen certis perſonis, vel pro redemptione certarum perſonarum, dictæ Religioni Fratrum B. Mariæ de Mercede exhibeantur, quod privilegium fuit à pluribus Summis Pontificibus confirmatum, & iterum elargitum, ut notat Cherubinus *ad hanc Bullam ſchol.* 1. adducens Bullam Nicolai V. aliaque recenſentur in *Bullario dictæ Religionis*; & de tali privilegio faciunt mentionem Barboſ. *in Summ. Apoſtol. deciſ. collect.* 375. *ver. Fratres B. Mariæ de Mercede num.* 4. Tambur. *de jur. Abbat. tom.* 2. *diſput.* 24. *quæſit.* 4. *num.* 58. *§. ad hujuſmodi*; & verè tale privilegium fundatum fuit ex eo, 4
quòd in jure, dum hujuſmodi legata non conferuntur certo executori, Epiſcopus eſt eorum executor, ut Doctores apud Barboſ. *in leg. nulli licere* 20. *&* 28. *Cod. de Epiſc. & Cler. num.* 1. *& ſeq. & num.* 15. *& de jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 28. Amoſtaz. *cit. cap.* 8. *num.* 59. cùm dicatur hoc legatum pium, & ideò valet etiam ſi ſit incertum, quamvis aliàs de jure vitiaretur; cùm intelligantur ſemper illi de loco, ſeu Regno, juxta diſtributionem faciendam ab executoribus, ut proſequitur cit. Amoſtaz. *num.* 57. ubi quatenus competat Epiſcopo loci domicilii, vel originis, Unde cùm iſtæ Religiones maximoperè, præſertim ex vi voti, incumbant hujuſmodi operi redemptionis, optimè ſtatutum fuit per Summos Pontifices, ut eorum ſit cura legatorum incertorum pro hujuſmodi redemptione; & ultra dictas Conſtitutiones Nicolai IV. & V. adeſt *Conſtitut.* 148. *Urbani VIII.* incip. *Ex incumbenti tom.* 5. *Bullar.* pro Diſcalceatis Reformatis Hiſpaniæ Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Capti- 5
vorum, itemque quoad Fratres Diſcalceatos Ordinis B. Mariæ de Mercede adeſt concordia cum PP. Calceatis ejuſdem Ordinis, de quibus hic, poſt ſeparationem factam inter ipſos, ut quoad Redemptionem Captivorum non ſe intromittant illi, etiam quoad legata tam generaliter pro Redemptione Captivorum, quàm ipſis Monaſteriis relicta, niſi dependenter à Miniſtro Generali Calceatorum, ut ex approbatione dictæ Concordiæ facta ab Urbano VIII. in *Conſt.* 181. incip. *Cum ſicut*, & *Conſtitut.* 255. incip. *Exponi*, & *Conſtit.* 263. incip. *Exponi*.

Hujuſ-

Digitized by Google

6 Hujuſmodi tamen facultas in Urbe, & Statu Eccleſiaſtico fuit conceſſa Archiconfraternitati Confalonis Urbis à Gregorio XIII. in *Conſtitut.* 69. incip. *Chriſtianæ*, & *Sixto V. in Conſtitut.* 27. incip. *Cum benigna tom.* 2. *Bullar.* inhibendo tam PP. Ordinum Sanctiſſimæ Trinitatis, & B. Mariæ de Mercede, quàm quibuſcunque, etiam Ordinariis, ne in hujuſmodi legatis pro Redemptione Captivorum relictis ſe ingerant, etiam conceſſa facultate colligendi eleemoſynas, exceptis tamen legatis factis, aut faciendis in favorem certæ perſonæ, vel niſi quoad ea, relicta ſit executio alicui loco Regulari, vel Ordinibus Sanctiſſimæ Trinitatis, aut B. Mariæ de Mercede, cum obligatione tamen dicta bona erogandi in opus prædictum, cujus cura in Urbe, & Statu Eccleſiaſtico ipſi Archiconfraternitati incumbat, de qua Bulla ſuo loco dicam, ſufficiatque hæc pro nunc innuiſſe ad cognitionem materiæ, de qua Bulla etiam loquitur Pignatell. *conſultat.* 52. *tit.* 10. ubi etiam de Confraternitatibus, quæ eriguntur pro Redemptione Captivorum.

7 Ulteriùs eſt animadvertendum, has Religiones Sanctiſſimæ Trinitatis, & B. Mariæ de Mercede in Hiſpania, etiam habere privilegia, nedum pro dictis legatis, ſed etiam obtinendi animalia deperdita, ad hunc effectum redimendi pauperes captivos, idque poſt annum ab amiſſione; imò prætendunt dictas leges peculiares procedere etiam in quacunque re deperdita; necnon prædictæ Religiones habent jus, ut Teſtator teneatur relinquere certam ſummam pro dicto opere redemptionis, data præventione in recipiendo inter Trinitarios, & illos B. Mariæ de Mercede; & latè de hujuſmodi legibus in Hiſpania, & conſuetudinibus in ſingulis Provinciis agit Amoſtaz. *de cauſis piis capit.* 8. *num.* 67. *ad fin.* Roderic. *quæſt. Regular. tom.* 1. *quæſt.* 38. *artic.* 4. *&* 5. ubi quatenus

8 dictæ leges obligent ibi in conſcientia. Sed nunquid legatum factum pro eleemoſynis dandis conſanguineis pauperibus, poſſit applicari pro redemptione conſanguinei pauperis exiſtentis in manibus Infidelium? Pro veritate affirmativè reſpondit Cardin. de Luca *diſc.* 20. *de decim.* ex ea ratione, quia hoc opus eſt maximè pium, cùm captivitatem patiens poſſit dici pauper magis quàm ſimplex pauper, cùm ultra corporis afflictionem, adſit periculum animæ, & apoſtaſiæ, Barboſ. *in l. ſancimus C. de Sacroſ. Eccleſ. & de jur. Eccleſ. libr.* 3. *cap.* 27. *num.* 15. Adden. ad Tiraquell. *de privil. pia cauſa in præfat. Prat. in addit. ad Paſchal. de Patr. poteſt. part.* 3. *cap.* 5. *verſic. hinc eſt*, & paupertas debet conſiderari reſpectu ſtatus perſonæ; hinc etſi quis in patria habeat patrimonium, ex quo non poſſit dici pauper, ut utatur ſubſidio relicto pro pauperibus; talis valet dici, dum eſt in ſtatu captivitatis, & ſemper concurrit veroſimilis mens Teſtatoris, ut in ſimili ea inſpecta in minori cauſa permittuntur alienari bona fideicommiſſi, etiam pro redemptione ab hoſtibus, & bannitis, ut proſequitur eit. Card. de Luca *num.* 12. Sed nunquid

9 poſſit legatum factum pro redemptione, erogari pro redimendo eo, qui retinetur captivus apud Infideles ob maleficium ibi commiſſum? Et verius eſt erogari poſſe, tum quia adhuc iſte dici poteſt captivus, tum ulteriùs quia concurrit eadem cauſa, eum ſcilicet liberandi à periculo apoſtatandi à Fide, ut docet Bald. *in leg. etſi ideò* 22. *ff. ſolut. matrim. num.* 1. *& in l. illud* 16. *Cod. de Sacroſ. Eccleſ. numer.* 1. Bolognet. *in rubr. ff. de cert. petat. num.* 14. & latè Rota *deciſ.* 63.

10 *num.* 5. *& ſeq. part.* 2. *diverſ.* Tandem dubitari poteſt an hujuſmodi legata expendi valeant pro redimendis captivis apud Chriſtianos; & negativè eſt dicendum, quia Chriſtiani capti ab hoſtibus Chriſtianis non fiunt ſervi, Diana *part.* 7. *tract.* 7. *reſolut.* 5. *in coordinatis, verſ. & ideo*, Cardoſ. *de ſervit. perſonalib. num.* 54. & licèt de conſuetudine ſoleant vel pretio, vel commutatione hujuſmodi captivi apud Chriſtianos redimi, ut apud Diana *loc. cit. & part.* 6. *tract.* 7. *reſolut.* 16. Amoſtaz. *de cauſ. piis citat. cap.* 8. *num.* 65. ubi *num.* 66. reſolvit, poſſe legatum pro redemptione captivorum pro eo applicari cum prælatione tamen captivorum apud Infideles. Verùm communiter in hujuſmodi legatis, quæ Papa commiſit exequi hujuſmodi Fratribus Redemptoribus, vel dictæ Archiconfraternitati, præcisè ſunt pro redemptione captivorum apud Infideles, ut ex contextu, & rationibus ibi explicatis elicitur; & ſic nulla cadere poteſt extenſio, & applicatio alio modo, quàm à Papa impoſita fuit.

CONSTITUTIO UNICA

COELESTINI V.

incipiens (*Et ſi.*)

EPITOME BULLÆ.

COELESTINUS ABBATI Monaſterii S. Spiritus de Sulmona, ejuſque Coabbatibus, ac Prioribus &c.

Confirmat hìc Papa ſtatuta, & ordinamenta facta ab Abbate de Sulmona, circa ſui Ordinis regimen; ejuſque Monaſterio, ſuiſque membris, & Monachis plura privilegia, & gratias elargitur.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Cœleſtini V. aſſumptio ad Pontificatum refertur.*
2 *Congregationis Cœleſtinorum origo, & Inſtitutor indicatur.*
3 *Eadem Congregatio cur denominata Cœleſtinorum.*
4 *Cœleſtini habent præcedentiam ſupra Olivetanos.*
5 *Eorum Congregationem confirmavit, ac privilegia conceſſit Cœleſtinus V.*
6 *De aliis ad Congregationem Cœleſtinorum pertinentibus. Remiſſivè.*

Memores Cardinales defuncto Nicolao IV. cladis acceptæ in antecedente Conclavi in Urbe 1
celebrato, Perufium convenerunt pro novo Pontifice eligendo; ſed in diverſa ſciſſis eorum Votis, ad biennium, & ultra electio protracta fuit. Poſt tam diutinam moram, cùm adhuc nulla ſpes affulgeret ad exitum deducendi hujuſmodi electionem, inopinatò Nonis Julii anno 1294. Frater Latinus Francipanus in ordine Epiſcoporum Cardinalium primus, nominavit in Pontificem Petrum Iſernienſem Anachoreticam vitam ducentem in Eremo Majellæ in Pelignis, cui concorditer, Divino afflante Spiritu, cæteri Cardinales adhæſere; de cujus geſtis ante Pontificatum, ejuſque renunciatione, cùm ultra infra adducenda recurreret ſermo in Commentario de ejus Canonizatione *Conſtitut.* 4. *Clementis V.* ideò hìc alia omittimus.

Petrus itaque Civium turmas fugiens in ſolitudine Montis Moroni receſſit, à quo Petri Moroni 2
agnomen ſortitus eſt; ibique dum humilitate duce ſub modio vitæ innocentiam, & bonarum operum lucernam ponere ſatagit, ſuæ ſanctitatis lumen, tanquam ſuper candelabrum effulſit. Non poteſt enim Civitas abſcondi ſuper montem poſita. Ejuſdem itaque fama permoti ingens hominum numerus ad ſua ſectanda veſtigia, ſe adjunxerunt. Quamobrem bonus Pater ad eorundem efformandam vitam, novam Congregationem ex præcelſa, & facunda Arbore Benedi-

Benedictina propagavit. Sic itaque Cœleſtina Con-
gregatio Ordinis S. Benedicti ſua primordia ſumpſit
in Monte Moroni Regni Neapolis anno 1274. Cla-
vum Romanæ Eccleſiæ regente Gregorio X. Impe-
rantibus verò in Occidente Rodulpho I. in Oriente
3 autem Michaele Palæologo. Cœleſtinorum autem
communiter hæc Congregatio nuncupata fuit, quòd
ejuſdem Fundator, viginti poſt annos, ad Summum
Pontificatum evectus, Cœleſtinus vocari voluit; &
quamvis abrenunciato Pontificatu Idibus Decembris,
ſexto ſcilicet menſe ſui Pontificatus, cum primæva
Monaſtica vita, priſtinum Petri Moroni nomen reaſ-
ſumpſit; attamen ſuæ Familiæ honorificum Pontifi-
cium nomen Cœleſtinorum remanſit, ut aſſerunt
Barboſa *in Summa Collect.* 500. *num.* 3. *& de Jur. Ec-
cleſ. libr.* 1. *cap.* 41. *numer.* 69. Azor. *Inſtitut. moral.
part.* 2. *libr.* 12. *cap.* 21.
4 Laudata, & Apoſtolicæ Sedis auctoritate confir-
mata fuit hæc Congregatio primùm ab eodem Gre-
gorio X. anno primo ſuæ erectionis 1274. ut firma-
vit Rota ad comprobandum ex origine, & approba-
tione hujus Congregationis prærogativam, & præ-
cedentiam ſupra Olivetanos, in *deciſ.* 588. *num.* 3.
coram Cavaller. *& deciſ.* 868. coram Buratto *ejuſdem
confirmatoria*, & alibi dicemus de hac præcedentia
generaliter inter Regulares; deinde verò ſtatuta ejuſ-
dem Congregationis approbando, multis privilegiis,
& gratiis eandem exornavit, & ditavit idem S. Cœ-
5 leſtinus Fundator in præſenti Conſtitutione ejuſdem
edita Aquilæ 5. Kal. Octobris 1294. in qua quidem
mirum non eſt, quòd Cœleſtinorum hæc Congre-
gatio non fuit nuncupata, cùm hujuſmodi ſpecioſum
nomen humilitati S. Cœleſtini non conveniebat; cer-
tum tamen eſt, quòd ad eandem Congregationem
fuit directa, ut probat Cherubin. Jun. *in præſenti Con-
6 ſtitution. ſchol.* 1. Ultra verò ejuſdem Congregationis
Fundatorem alii Summi Pontifices beneficentia ean-
dem proſequuti fuerunt; ejuſdem enim Monachos,
& Monaſteria aliis privilegiis conceſſis, ſub prote-
ctione Sedis Apoſtolicæ recepit Benedictus XI. in
ejuſdem *Conſtit.* 2. incip. *Religioſam anno* 1304. ubi
alia dicemus, dum hoc Commentario de ejus inſti-
tutione tantùm agere oportuit; cætera autem privi-
legia, ac alia, quæ in hac Conſtitutione exprimun-
tur, ferè in *citat. Conſtitutione Benedicti XI.* denuò
comprobantur; & de his uti communibus omnibus
Religionibus alio loco egimus, ſive tractabimus,
ubi videri poſſunt.

CONSTITUTIO I.

BONIFACII VIII.

incipiens (*Excommunicamus.*)

EPITOME BULLÆ.

BONIFACIUS EPISCOPUS &c.

Excommunicationem Apoſtolicæ Sedi reſervatam decernit in omnes, & quoſcunque, qui aliquid promiſerint, vel promiſſionem receperint, ſive magnum, vel parvum dederint, vel acceperint pro Juſtitia, ſive Gratia apud Sedem Apoſtolicam obtinenda; à qua Excommunicatione abſolvi nequeant, niſi quidquid acceperint, Pauperibus largiantur; Juſtitiam verò, ſeu Gratiam taliter adeptam, nullius prorſus momenti eſſe, & ipſa utentes, eadem Excommunicatione adſtringi ſtatuit; utpotè pariter eos hujuſmodi pœnæ ſubjicit, qui aliquos hujus labis eſſe culpabiles ſciverint, & infra triduum non revelaverint.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Bonifacii VIII. geſta, ejus Pontificatum præcurrentia, indicantur.*

2 *Rejiciuntur, quæ de renunciatione à Cœleſtino V. opera Bonifacii VIII. facta circumferuntur.*

3 *Bonifacius VIII. ad Pontificatum aſſumitur, ejuſque geſta, & obitus innuuntur.*

4 *Romani Imperii ruinam, Juſtitiæ, & Gratiarum nundinatio maturavit.*

5 *Dantes, aut recipientes aliquid pro Gratia, aut Juſtitia à Sede Apoſtolica obtinenda, Excommunicationi, aliiſque pœnis in hac Conſtitutione ſubjiciuntur.*

6 *Eandem prohibitionem innovavit, & ad alios caſus extendit Gregorius XIII. Clemens VIII. & Alexander VII.*

7 *Hæc prohibitio procedit, ſive datio, aut promiſſio fiat Judici, ſive Mediatoribus, & Proxenetis.*

8 *Similiter ſi promittatur, aut detur directè ipſi Judici.*

9 *Hæc Conſtitutio quatenus aliquid novi induxerit præter jus commune.*

10 *Eadem prohibitio procedit, ſi promittatur, aut detur pro obtinendis Guberniis, aliiſque Officiis etiam minoribus.*

11 *Hujuſmodi dationes, ſive promiſſiones quàm ſint exitioſæ juſtitiæ, ac boni nomini Judicantium.*

12 *Pactum quotæ litis eſt improbatum à Jure, & quas pœnas incurrant juxta illud paciſcentes.*

13 *Prohibitio pacti quotæ litis quibus rationibus innitatur.*

14 *Hæc prohibitio an procedat, dum lis juſta, legitimis, ac juſtis mediis defendenda aſſumitur.*

15 *Pactum quotæ litis omni caſu in Curia eſt prohibitum.*

16 *Prohibitio dandi, aut promittendi aliquid, non procedit quoad Advocatos, Procuratores, alioſque negotiorum geſtores.*

17 *Et quid ſi iidem plus debito exegerint.*

18 *Sub præfata prohibitione omnes comprehenduntur, etiam Affines, & Conſanguinei Papæ, itidemque Epiſcopi, ac Cardinales.*

19 *Nomine Sedis Apoſtolicæ in hac Conſtitutione quid veniat.*

20 *Sedes Apoſtolica quandoque accipitur pro Romana Curia, & è contrà.*

21 *Nomine Sedis Apoſtolicæ hic venit Papa, aliique ejus Judices, à quibus Gratia, vel Juſtitia adminiſtrari ſolet.*

22 *Pœnæ in hac Conſtitutione contentæ, hodie non procedunt contra ſcientes, & non revelantes ejuſmodi actionum reos.*

Bonifacii Vita, uſquequo ad Summi Pontificatus
apicem fuit evectus, ſatis eadem à Scriptoribus
recenſetur. Sanè ipſum natales ſumpſiſſe liquet ex no- 1
bili, & præclara familia Cajetana, ex Hiſpania ortum ducente, & Cajetæ, ac demum Anagniæ in Campania conſidente. Benedicti nomen in Baptiſmate ſortitus fuit ex Patre Luitfredo, ſeu Lofredo, & Æmilia de Comitibus Alexandri IV. nepte; cùm igitur puer acris ingenii videretur, Juri operam daturus fuit deſtinatus, & eximiè in eo proficiens, Doctoratus Laurea inſignitus, ad Urbem acceſſit, ubi munus Advocati Conciſtorialis, & deinde Notarii Apoſtolici obtinuit, ac in Curia, ubi ingenia probantur, maximam laudem meruit ob ejus doctrinam, ac rerum experientiam, prudentiamque, itaut à Marti-

Martino IV. inter S. R. E. Cardinales Diaconos adſcriptus fuerit, deinde inter Presbyteros ſub titulo SS. Sylveſtri, & Martini cooptatus, & in electione Nicolai IV. & Cœleſtini V. ſuffragium tulit. Cùm enim ejus ſummam in Jure peritiam comitaretur maxima in rebus gerendis ſagacitas, apud Cœleſtinum ex Eremo venientem ei facile fuit exiſtimationis primum gradum obtinere, itaut ejus Nepotem, Benedictum etiam dictum, ad Purpuram obtinuerit promoveri, qui poſt duos annos Patrui Pontificatus obiit. Hinc cùm ob morum innocentiam Cœleſtini, ejuſque ſimplicem animum, tantùm inter deſerta aſſuetum, Majeſtas Pontificia apud aliquos declinare viſa fuerit; ideò promoventibus Cardinalibus, renunciatio primùm Cœleſtino propoſita, inde rationibus eidem à Cardinali Cajetano ſuaſa; utque novi Pontificis electioni magis conſuleretur, confirmari curavit per illum Conſtitutiones Gregorii X. aliorumque Summorum Pontificum ſuper Conclavi ſervando, ac aliis in electione Summi Pontificis, relatis in *capit. ubi periculum de electione in 6.* necnon Conſtitutionem declarantem, poſſe Papam Pontificatui renunciare, & novam electionem Cardinalibus permittere, quæ etiam per Bonifacium deſcripta fuit in *Libro Sexto Decretalium tit. de Renunciatione*
2 *cap. quoniam*. His igitur adhibitis præcautionibus, Bonifacius novi Pontificis electionem procuravit; & quidem in re non elucet vel gravis malitia, quam quidem plures Scriptores etiam Catholici decantant, quòd ſcilicet Bonifacius malis artibus abdicationem Cœleſtini curaſſet, etiam vocibus per tubum immiſſis, quaſi bono Genio abdicationem Pontifici pronunciante: adeò nullus eſt mentiendi modus, ut nec fabulas retexere pudeat. Certè huic maximæ Dignitati ſe imparem agnovit Cœleſtinus, exinde ad eam pro majori Eccleſiæ utilitate deponendam paratus; eique ad depoſitionem properanti, calcaria Bonifacium adhibuiſſe, veroſimile eſt; in hoç ſanè laudandus, dum ex Cœleſtini renunciatione, Eccleſiæ utilitas emerſit, eamque Cardinalium Collegium comprobavit.

3 Poſt dictam abdicationem electus fuit in Summum Pontificem Benedictus, Neapoli in Arce Nova, Conclavi ex 22. Cardinalibus compoſito 9. Kalendas Januarii Ann. 1294. coronatus Romæ 17. Kalend. Februarii 1295. aſſumpto Bonifacii VIII. nomine. Porrò plura evenerunt in ejus Pontificatu, quæ variè ab Hiſtoricis referuntur; & ab Heterodoxis magno recepta fuerunt plauſu ea, quæ in Bonifacium oppoſuerunt; ſed verè plura ſunt commentitia, ut ſunt epiſtolæ illæ, quæ circumferuntur plenæ convitiis ad invicem cum Philippo Francorum Rege, parum dignæ eorum Pontificalis, & Regalis Majeſtatis. Hoc certum eſt, quòd concurrente Bonifacii indole ſatis elevata, ut potiùs ſæcularis Principis figuram gereret, quàm Pontificis, dominans potiùs, quàm paſcens, plures excitaverit diſſentiones. In eo tamen eluxit maxima conſtantia in Eccleſiæ juribus tuendis, dum Principum violentias opprimere non timuit; eximia item doctrina, dum ejus opera habemus compilationem Libri ſexti Decretalium. Urbs Romana ſatis ejus memoriæ debet, dum Canonicos ſæculares in Baſilica Lateranenſi ejectis Regularibus inſtituit, ſtudiumque in Urbe erexit. Diſſidia verò, quæ obvenerunt cum Rege Francorum, & cum Columnenſibus, quorum privavit etiam Cardinales, cauſa fuere plurium infauſtorum eventuum, quos Hiſtorici referunt etiam adulteratos ex odio, vel ſervili timore erga Principes proprios ducti; hinc etiam ipſe Dantes in eum invehit, aliique ejuſdem furfuris; cauſa autem primi diſſidii, deinde aperti odii cum Philippo Pulchro Franciæ Rege ſatis elucet ex Hiſtoricis veritatem fatentibus, fuiſſe gravamina Regno Galliarum impoſita, recurſus ab ipſis Gallis contra Regem habiti, carceribus mancipati Legati, & Epiſcopi, igni demandatæ Apoſtolicæ literæ, prohibitio ne à Francia pecunia exiret, aliaque, quæ Immunitatem Eccleſiæ nedum lædebant, ſed peſſundabant prorſus; imò quanta patientia Bonifacius uſus fuerit, Legationibus, & Brevibus miſſis, ſatis elucet ex Hiſtoricis, eum uti filium hortatus, antequam gladio percuteret ſpirituali, ut in *Extravag. unam ſanctam de majoritat. & obedient.* promulgata circa poteſtatem Pontificis in Regem, quæ declarata fuit à Clemente V. ſucceſſore, regiſtrata in *Extravag. meruit de privileg.* Demum uſque ad inſaniam dementatus Rex permiſit, ut unà cum Sciarra Columna Bonifacium adiret Guillelmus Nogaretus militibus ſtipatus Anagnium, quò ferè Papam aggrederetur. Sed ipſe maxima conſtantia uſus, Pontificalibus ornamentis indutus in Cathedra ſedens, verbis gravioribus miſſum recepit, ab iſtoque malè habitus, theſauroque Eccleſiæ expilato, opera demum Anagniæ Civium liberatus extitit, & Romam rediens, ibi paulò poſt obiit in Palatio Vaticano 5. Idus Octobris 1303. ibique ſepultus. Philippi verò exitum, uti prædixerat quidam Epiſcopus ſanctus vir, refert D. Antonin. *part. 3. hiſtor. tract. 20. cap. 8. §. 21. In Regem irruet notabile judicium Dei, & in Gentem ejus, magnas ipſe luet pœnas, adverſa multa patietur, & multi inſurgent contra eum, & filios ejus*; hoc eſt Vaticinium, & addit: *Totum impletum eſt non multo poſt tempore*; nam idem Rex ab equo ferociente raptatus occubuit, licèt Auctores aliqui id modificent; treſque ejus filii exiguo temporis intervallo è vivis abierunt, unde ejus, ac ſtirpis, benè dixit *Petrarcha*, tam immaturam eveniſſe mortem, ut omnium non tam vita videatur fuiſſe, quàm ſomnium. Vicarii autem Chriſti, Bonifaciique viget gloria, eritque in æternum. De Bonifacii Vita vide Ciacon. & Addentes, D. Antonin. *cit. Vill. libr. 8. capit. 62.* Spondan. *ann.* 1301. *& ſeq.* Labbè *tom. 11. Concil. pag.* 1476.

Nil equidem magis, dum juxta humanas viciſſitu- 4
dines, Romano Imperio ſolùm decreſcere ſupererat, ejuſdem defectionem promovit, & decus abſtulit, quam dum fœdiſſima nundinatione Juſtitia, & Gratiæ in commercium deduci incœperant, teſte Salvian. *libr. 5. de Bagaudis*, Bobadilla *libr. 2. polit. capit.* 11. *&* 12. Jo: de Larrea *alleg.* 47. unde ſcitiſſimè inquit Tertullian. *libr. de Pallio: Plus togæ læſere Rempu-*
blicam, quam lorica. Hinc ſoliciti Summi Pontifi- 5
ces, ne Romana Curia, quæ ſub eorundem ala priſtinum, & majus nomen, ac famam redemit, unquam defectiones expertas patiatur, ſed ſemper laude integritatis præfulgeat, & ubique terrarum exemplar ſit inviolabilis juſtitiæ; hujuſmodi Proditores ſpiritualibus, & temporalibus pœnis coercitos, provido conſilio ab ea arcere curarunt, quorum primus fuit Bonifacius VIII. qui in præſenti Conſtitutione edita Laterani 11. Kal. Maji 1295. relata in *Extrav. excommunicamus, inter communes, de Sententia Excommunicationis*, in eoſdem pœna excommunicationis animadvertit, atque nullitatis actus, & pœnis quoque contra eos non revelantes. Verùm cùm ex ſuppoſita revocatione Clementis V. hæc Bonifaciana Conſtitutio vileſceret, adeout hujuſmodi facinora tractu temporis à pluribus committerentur; ideò Gre-
gorius XIII. iterùm Romanam Curiam ab his ſordi- 6
bus expurgando, prælaudatam Conſtitutionem innovavit, & confirmavit, ejuſdem pœnis, & cenſuris cumulando, privationem ipſo jure cujuſcunque Officii, & Beneficii, notamque perpetuæ infamiæ, eaſque pœnas, & cenſuras extendit, & innovavit primò contra eos, qui cupiditate hujus improbi quæſtus, indirectè hujuſmodi expeditiones conquirentes, turpiſſimè nundinantur; & ſecundò in illos qui donis, vel promiſſionibus eos alliciunt, quos pro Juſtitia, ſeu Gratia obtinenda, efficaciores, & potentiores apud Sedem Apoſtolicam credunt; & tertiò tandem in illos, qui hujuſmodi perſonarum operam, & induſtriam muneribus jam quæſiſſe ſuis clientulis affingunt, ut facillimè eos deprædari queant, prout latiùs in ſua *Conſtit.* incip. *Ab ipſo, in ordine la 24. & Clemens VIII. in ejus Conſt.* 10. *Pro commiſſa*, idem ſtatuit;

fed ut benè animadvertit Cherubinus in concordantia ante initium hujus Bullæ, ea ligat dantes, & recipientes de bonis Communitatum, de qua ſuo loco. At cùm ea ſemper fuerit hominum verſutia, ut contra omnem Legum latorum ſolertiam audacter luctetur; ideò licèt anxiùs Summi Pontifices omnem avaritiæ, & iniquitatis notam in Juſtitia, ſeu Gratia, earumque expeditionibus à Romana Curia elargiendis radicitùs evellere ſatagebant, ſemper eventus ab eorundem expectatione diſſenſit; cùm nonnulli, qui directè à dictarum ſanctionum cenſura aufugere nequirent, forſan ad ipſarum rigorem, non ſine eorum utilitatis diminutione, & boni publici detrimento, contra dictorum Pontificum mentem interpretarunt, & extorſerunt; quocirca denuò ad eorundem indemnitati conſulendum, nova confirmatione Alexander VII. eaſdem roboravit, & declaravit, in ejus *Conſtit.* 19. incip. *Inter graviſſimas tom.* 6. *Bullar.*

7 Hac itaque facti ſerie propoſita, ut in unum congeſtæ materiæ totalis cognitio habeatur, ſuis tamen illuſtranda locis; nunc in Conſtitutione Bonifaciana juſiſtendo, caſus quippè principaliter ibi prohibitus, non eſt dumtaxat quælibet datio, vel promiſſio Judicibus facta, vel aliis, qui jus habent Juſtitiæ diſtribuendæ, & Gratiarum largiendarum, ut videntur tenere aliqui; verùm excommunicationis pœnæ in hac Conſtitutione principaliter ſubjiciuntur, qui acceptis donis, vel promiſſionibus, mediatores ſe interponunt apud Sedem Apoſtolicam ad procurandam ab eadem gratiam, vel juſtitiam, & qui tales mediatores hujuſce mediis quærunt, & alliciunt, ut in terminis patet ex Gloſſ. *in princ. in dicta extravag. excommunicamus*, Boccacc. *de Pactis part. prima numer.* 19. *in fine*, Farinacc. *in praxi Crim. part.* 3. *quæſt.* 111. *in*
8 *princ.* Non ideò autem à cenſura hujuſmodi Conſtitutionis immunes ii faciendi ſunt, qui directè pro hujuſmodi obtentu dant, vel promittunt ipſis Judicibus, & ipſi Judices acceptantes, juxta ſenſum Navarri *in comment. de dat. & promiſſ. pro Juſt. & grat. obtin. num.* 13. *cum pluribus ſeqq.* Bonacin. *ad* 8. *præcept. Decal. diſp.* 10. *quæſt.* 2. *punct.* 8. §. *incidenter per tot.* pro quorum comprehenſione facit §. 8. dictæ Conſtitutionis Alexandri VII. & meritò quidem, ne fruſtaretur ſui Prædeceſſoris intentio, quæ fuit in edenda hujuſmodi Conſtitutione, prohibere quamcunque dationem, receptionem, & pacta, quoquomodo impedientia æqua lance adminiſtrationem juſtitiæ, & gratiarum elargitiones, aliis quàm pecuniæ non ſuffragantibus meritis, impedire, Boccacc. *citat. part.* 1. *num.* 90. *verſ. intentio Bonifacii.*

9 Idcircò non benè nonnulli DD. præſuppoſito hanc Conſtitutionem nil novi in obligatione inducere, ſed dumtaxat veteros errores acriori pœna vindicare, ejuſdem prohibitionis terminos reduxerunt ad intrinſecam malitiam actuum; ideoque quia mali ante eandem, ubique terrarum eos fuiſſe, & eſſe illicitos autumantes, ab ejuſdem pœnis excludunt omnes actiones, quæ licitæ, & impunitæ Jure antiquiori prætenebantur; ſic latiùs Navar. *in citat. num.* 6. *cum ſeqq.* Joannes Monachus *in dict. extravag.* Bonac. *in dicto* §. *incidenter*, & alii paſſim; finis etenim, & ratio principalis hujus Conſtitutionis non eſt, malitiam actuum prohibere, ſed id bonum, per quod obtinendum quæcunque adverſantia præciduntur, ut ſcilicet *Romana Curiæ exiſtimatio nullatenus lædatur, ſed ipſa Curia præclara ſemper ſplendeat laude integritatis.* Quamobrem dicendum eſt, quòd non ſolùm acrioribus pœnis per hanc Conſtitutionum ea facinora compeſcuntur, quæ jure naturali, ſive divino prohibita, ad hunc obtinendum finem ulteriùs refragantur; verùm etiam omnes dationes, & promiſſiones ad malum, & bonum ex natura ſua indifferentes, quæ pariter eidem etiam indirectè obſiſtant; ut declaravit Alex. VII. *in cit. Conſtitut.* 19. §. 8. ibi: *Præterea Conſtitutiones hujuſmodi tantùm in actionibus jure naturali, vel divino prohibitis, quia mala ſcilicet, ſed etiam in aliis, quæ ideò mala, quia Jure humano, & prædictis Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac præſenti noſtræ interdicuntur, locum habere.*

Sic inter alios caſus in eadem Conſtitutione expreſſos declaratur, quòd ſub Cenſura dictarum Bonifacianæ, & Gregorianæ Conſtitutionum comprehendantur etiam *dationes, acceptationes, & promiſſiones pro guberniis, vel aliis quibuſcunque officiis, & muneribus etiam minoribus obtinendis;* ſi etenim juxta famigeratum conſultum D. Thomæ ad Duciſſam Brabantiæ, quod ab omnibus eſſe receptum teſtatur Navarr. *loc. cit. num.* 47. officium publicum etiam cum poteſtate temporali jus dicendi, ſicque juriſdictio temporalis juſtè, & licitè vendi, & permutari poteſt, cùm aliud ſit vendere officium Jus diſtribuendi; aliud ſit emere, & vendere juſtitiam, quæ virtus eſt; quantò minùs ullo Juri Naturali, vel Divino adverſatur aliquid dono accipere, vel dare pro aliis quibuſcunque muneribus etiam minoribus, in quibus abſque ulla adminiſtratione juriſdictionis ſpecialiter juxta intelligentiam noſtræ hypoteſis, ſolùm onus confertur? *leg. munus ff. de verb. ſignif.* Alberic. *in vocabul. Juris verbo munus.* 10

Quàm verò hujuſmodi dationes, & promiſſiones exitioſæ ſint juſtitiæ & bono nomini Curiæ, ſive Judicibus ipſis, ſive mediatoribus fiant, omnia Jura clamant; & licèt abſit quòd contra noſtros Judices, probando malitiam hujus facti, invehamus verbis Deuter. *cap.* 27. *Maledictus, qui accipit munera, ut percutiat animam Sanguinis innocentis,* & qui munera accipiunt ut pervertant ſemitas Judicii; hujuſmodi etenim perverſitas animi non ita communiter, & indefinitè eſt metienda; ſed ab aliis accidentibus arguendo, etiam in his, qui Juſtorum nomine donantur, juſtitiam donis contaminari probatur. Munera etenim recti diſtorquere acumen Judicis, & nigra involvere caligine mentem, ut quid juſtum, quidve injuſtum diſcernere non valeat, ſcitè dixit Farinacc. *quæſt. Crimin.* 111. *num.* 235. unde in Exod. *cap.* 23. inter leges præfixas Judicibus Iſrael legitur: *Ne accipias munera, quæ etiam excæcant Prudentes, & ſubvertunt verba Juſtorum*, & Deuter. *cap.* 16. *Munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba Juſtorum:* & Eccleſ. *capit.* 20. *bona excæcant oculos Sapientum: Dei verba hæc ſunt* (exclamat Scribanius *libr.* 2. *Polit. Chriſtian. cap.* 9.) *quid cæcitate miſerius? à muneribus cæcitas nata: fuge munera quiſquis oculos amas, cæcitatem averſaris: neque plebeos tantùm oculos, ſed ſapientium excæcant munera; quid facient in aliis? non exoculabunt tantùm, ſed periment: ea vi munerum nihil inexpugnatum, nulla robora, arma nulla:* In hac tamen cæcitate ſemper cavillationibus veritas offuſcatur favore dantis, & voces contra clamantium non rectè percipiuntur, neque diſcernuntur. Donum verò, vel promiſſio Mediatoribus facta pro gratia vel juſtitia, eandem malitiam obtinet quam pactum quotæ litis, ut probat Boccacc. *cit. de pactis part.* 1. *à numer.* 20. Quæ quidem conventio 12
improbata eſt à Jure in *leg. ſi qui Advocatorum Cod. de poſtulando*, ibique Gloſſ. tam ratione formæ, cùm paciſcens alienam, faciat ratione intereſſe propriam petitionem ſeu cauſam, quàm ratione finis, ex quo cùm fiat nimis ſolicitus, Lex præſumit quòd excogitet omnia mala mundi, & quidquid poterit faciat per fas & nefas, ut victoriam aſſequatur, ex Textu & Gloſſ. *in dicta leg. ſi qui Advocatorum Cod. de poſtulando, & leg. ab Anaſtaſio Cod. mandat.* Farinacc. *part.* 3. *quæſt. Crimin. quæſt.* 106. *numer.* 1. *cum ſeqq.* Menoch. *de arbitrar. caſ.* 522. *numer.* 4. Boccac. *de Pactis part.* 3. *fere per tot.* Unde taliter cum ſuis Clientulis paciſcentes, uti redemptores litium, ex textu in *leg. ſi remunerandi* §. *maurum ff. mandati;* Deprædatores, & Crudeles, ex *leg. ſi qui Advocatorum Cod. de poſtulando*, pœna falſi tenentur, ipſo Jure privantur in perpetuum officio poſtulandi; & veluti doloſi contra eos juratur in litem, aliiſque pœnis ſubjacent, de quibus alibi, & quas numerant Boccac. *cit.* & Farinac. *dicta quæſt.* 106. *num.* 3.

Digitized by Google

num. 3. *cum ſeqq.* Gratian. *decif.* 218. *cum additione*, Franc. Marc. *decif.* 19. *num.* 1. *part.* 1. *& decif.* 470. *num.* 1. *part.* 2. Menoch. *de arbitrar. dicto caſ.* 522.

13 Eſto tamen tota malitia pacti quotæ litis, ſuper qua tot pœnæ irrogantur, fundetur dumtaxat in Juris præſumptionibus, ut ſuprà, ideoque nequeat dici intrinſecè malum, ut in noſtra Conſtitutione, ne in Curiam Apoſtolicam ſuam redundet infamiam, advertendum operæ pretium eſſet, non tantùm tempora-
14 libus, ſed etiam ſpiritualibus pœnis; nemo enim condemnabit in foro animæ paciſcentem de quota litis, cùm cauſam defendendam non calumnioſam ſuſceperit, & juſtis, legitimiſque mediis ad illius victoriam pervenerit, cùm nullam naturalem, ſeu divinam, aut Eccleſiaſticam legem, aut ordinationem violaverit, & ſolis Civilis Legis verbis, non fortaſſe Legiſlatoris menti adverſaretur, ut dicit Victorell. *in manual.* Navarr. *cap.* 25. *num.* 30. alioſque ejuſdem aſſeclas refert Diana *part.* 1. *tract.* 2. *Miſcell. reſol.* 47. ultra quos latè tuetur Fontanell. *in dec.* 180. *num.* 15. *cum ſeqq.* & quidem meritò, nam utendo communi inter citatos DD. argumento, cùm lex poſitiva ſe fundet in prohibendo ſuper præſumptione, & non ſuper intrinſeca malitia actus, nequidem eſt ſervanda in foro conſcientiæ, ſi veritas facti ſit contra præſumptionem Juris, *cap. is cui de Sponſal.* Abbas *in cap.* 1. *num.* 10. *de conſtit.* Felin. latè *ibidem num.* 39. alioſque plures citat Caſtro Palaus *tom.* 1. *tractat.* 3. *diſp.* 1. *punct.* 14. *num.* 12. quibus adde Azor. *Inſtitut. Moral. libr.* 5. *cap.* 6. *quæſ.* 4. *§. in hac controverſia*, & fusè Feder. de Senis *in conſ.* 27.

15 Attamen quidquid ſit in aliis Curiis, & Tribunalibus, meritò in Romana Curia eſt materia prohibitionis, ſub pœna excommunicationis, aliiſque in ſæpè laudatis Conſtitutionibus fulminatis, etiam dato, quòd actus ſit ex natura ſua indifferens ob peculiarem finem à noſtro Pontifice intentum, ad conſequendum ſcilicet bonum nomen Curiæ, & ad vitanda ſcandala. Actus etenim quantumvis ex objecto indifferentes, & leves, meritò poſſunt eſſe materia Legum, & Cenſurarum, cùm eorundem prohibitio reducitur vel ad bonum, & honeſtum conſequendum, vel ad malum avertendum, ut ex doctrina D. Thom. docent Bonacin. *de Legibus in gen. diſput.* 1. *qu.* 1. *punct.* 5. *num.* 4. *& de Cenſuris in comm. diſp.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 3. *num.* 10. Beccan. *tractat.* 3. *capit.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 4. & eruditè, ac latè reaſſumendo materiam, Gibalin. *de Scien. Can. part.* 1. *libr.* 3. *cap.* 4. *à num.* 29. *ad* 46.

16 Cæterùm haud planè horum mediatorum nomine veniunt Advocati, Procuratores, Tabelliones, aliique Negotiorum geſtores, recipientes, vel paciſcentes de Salario legitimè taxato, vel arbitrio boni viri taxando; tum quia ratio noſtræ Conſtitutionis non refertur ad perſonas juſtè accipientes, Gloſſ. *in cit. Extrav. excommunicamus*, Farinacc. *dicta quæſt.* 111. *num.* 354. nam quamvis non liceat Judici vendere juſtum judicium, licet tamen Advocato vendere juſtum patrocinium, & Juriſconſulto rectum conſilium, ad literam Textus *in can. non liceat* 11. *quæſt.* 3. *leg.* 1. *ff. de var. & extraord. leg. qui mutuum §. ſalarium ff. mandati*; tum etiam quia honorarium eiſdem perſonis principaliter non datur pro juſtitia, & gratia obtinenda, requiſitum volitum à Bonifaciana Conſtitutione pro incurrendis pœnis fulminatis, ut optimè advertit Navar. *loc. citat. num.* 24. Scortia *in Select. epit.* 18. *Theor.* 56. *§. & quidem*. Hinc etſi plus debito exegerint, attamen eiſdem pœnis non ſubjacent, cùm dictus exceſſus ad juſtitiam, vel gratiam aſſequendam, nullam rationem habeat, ſed tantummodo ad ſtipendium, licèt impar labori, & ſervitiis præſtitis, Gloſſ. *in dicta Extravag.* Bonacin. *dicto §. incidenti num.* 14. *§.* 5. Navarrus *num.* 34. Farinacc. *num.* 354.

17 Verùm ſi aliquo modo dictus exceſſus ad gratiam vel juſtitiam referri poſſit, vel quia relationem haberet, ex quo talis Officialis cùm ſit amicus, vel conſanguineus Judicis, multùm precibus, vel aliter valeret pro intenta aſſequendo; vel quia dictum ſtipendium taxatum reperiatur, atque modus laboris aliquod decreſcere, vel accreſcere queat; meritò pœnæ noſtræ Conſtitutionis locum ſibi vindicant, ut advertunt Navar. *loco cit. num.* 34. *§. nonò* Farinacc. *cit. numer.* 355. & declaravit Alex. VII. *d. §.* 8. *verſ. pro actuali* de Officialibus & Miniſtris, quibus expeditio gratiarum vel juſtitiæ incumbit, ſi expreſsè pro celeriori, vel faciliori expeditione ultra taxas præſcriptas aliquod receperint; cautè itaque eſt legendum, ſeu latiùs examinandum dictum Navarri *num.* 49. *§. dixi*, Bonac. *dicto num.* 14. *§.* 6. quòd ſcilicet cubicularii, vel familiares Judicum poſſunt aliquid recipere pro faciliori, vel promptiori aditu ad eoſdem præſtando, vel petitione conſignanda.

Omnes itaque cujuſvis generis, dignitatis, & con- 18
ditionis alteram ex actionibus in hujuſmodi Conſtitutionibus prohibitis apud Sedem Apoſtolicam perpetrantes, earundem pœnis ſubjacent, ut de Epiſcopis, & Archiepiſcopis, aliiſque in quacumque dignitate conſtitutis, etiam Affinibus, & Conſanguineis Summorum Pontificum, declaravit Alexand. VII. in *cit. §.* 8. *&* 10. ad excludendam enim quamcunque acceptionem perſonarum, noſter Bonifacius duo extrema explicitè comprehenſa deſignat, ſub quibus omnes homines comprehenduntur, ibi: *Omnes Clericos, & Laicos:* Clerici enim omnes ſunt, qui non ſunt Laici; Laici verò, qui non ſunt Clerici, ut dixerunt Roſella *in ſumma verbo Clericus il primo in princ.* Molign. *in tract. de appell. verbor. verbo Clericorum appellatione*, atque alii, quos refert Graſſ. *de effect. Cleric. in præludio numer.* 247. *poſt med.* Hinc etiam juxta verba hujus Conſtitutionis intelligi potuerunt Epiſcopi, & Cardinales, pro quorum excluſione, etſi arguant DD. contrarium ex Text. *in capit. quia periculoſum de ſentent. excomm. in* 6. *& cap. primo de ſchiſmat. in* 6. ex quibus elicitur, ſub generali Conſtitutione non eſſe comprehenſos, niſi expreſsè nominentur. Quandoquidem ex his textibus à ſimili ad noſtrum caſum non eſt ſumenda concluſio, cùm benè notet Gloſſ. *in citat. Extrav. excommunicamus verbo Clericus de ſentent. excommun.* ibi: *Hoc nunquam fuit bonum exordium, ſed ibi ſecus:* ſatis enim ſuperque apparet propter generalitatem verborum antecedentium, & conſequentium, nullam in noſtra Conſtitutione acceptionem perſonarum fieri, & mihi probant text. *in leg. prima §. quod autem ff. de aleator. cap.* 2. *de Cler. non reſid.* Gloſſ. *citat. in dicto cap. excommunicamus verbo Clerici*; & hoc ſatis pro Cardinalium, Epiſcoporum, aliorumque etiam ſpecialiter deſignandorum comprehenſione, argumento ſumpto *ex can. ſi quis ſuadente* 17. *quæſt.* 4. & ibi gloſſ. *in princ. can. in nomine Domini diſt.* 23. *cap. omnis de pœnit. & remiſſ. Clem. ſi quis ſuadente de pœnis*, in quibus ſecundùm omnes DD. ob generalitatem verborum, Cardinales comprehenduntur, quamvis expreſsè non notentur.

Sedes autem Apoſtolica pro conditione appoſita 19
in noſtra Conſtitutione, ut locum habeant in actionibus prohibitis recenſitæ pœnæ, ibi: *Apud Sedem Apoſtolicam perpetrantes:* dupliciter accipi poteſt, & quoad locum, & quoad Perſonas; ſanè quoad locum deſignat Urbem Romæ, ubi Papa reſidet; ex declaratione Alexand. VII. *cit. §.* 8. nam quemadmodum non rarò Romana Curia pro Sede Apoſtolica uſurpatur, ut *in Clem. Auditor de reſcriptis*, Geminian. *in cap.* 2.
num. 5. *& cap. præſenti num.* 4. *de præb. in* 6. ita etiam 20
in proprietate vocabuli Sedes Apoſtolica pro Romana Curia accipitur, Gloſſ. *in cap. ſtatutum verbo in Curia de præb. in* 6. Jo: Andr. *eodem cap.* 2. *num.* 3. Card. Zabar. *in Clem.* 1. *num.* 2. *ut lite pendente*, Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *quæſt.* 27. *num.* 10. vel etiam locum quemlibet, in quo Curia Apoſtolica eſſe contigerit, juxta vulgatum dictum, quòd Romana Civitas motu locali eſt circumferibilis unà cum Papa, ut idem Lotter. *loco citat. in principio*, *& ex cap. Ego enim de jurejuran-*

Digitized by Google

do, firmant Abbas *ibidem num.* 6. Felin. *num.* 9. Innoc. *ante fin.* Gonzalez *ad reg.* 8. *gloſſ.* 13. *num.* 3. & nos latè *ad Conſtit.* 54. *Clem. VIII.* incip. *Cum ob non-*

31 *nullas*. Quò verò ad Perſonas, deſignat tam ipſum Papam, quàm omnes ejuſdem officiales, per quos Juſtitiæ, & Gratiæ in Romana Curia miniſtrantur, pura Pœnitentiarium, Vicarium, Auditores Rotæ, alioſque Miniſtros, & Tribunales etiam merè Laicos, ut Gubernatorem Urbis, Judices Capitolii, Clericos Cameræ, & declaravit Alexand. VII. *in cit. Conſtit.* §. 8. contra Navar. *cit. num.* 29. alioſque autumantes, nomine Sedis Apoſtolicæ Papam dumtaxat venire, ut Eccleſiæ Univerſalis Epiſcopum, atque Supremum in ſpiritualibus Chriſti Vicarium, non verò tanquam Dominum temporalem in ſua Ditione; necnon etiam contra Boccacc. *cit. part.* 3. *num.* 97. & 98. extendentem noſtram Conſtitutionem ad quaſcunque Provincias, & loca Status Eccleſiaſtici; ideoque afficere dicit Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, alioſque Officiales in eodem præſidentes; in quibus opinionibus reprobandis non inſiſtimus, cùm evidenter dicta Alexandrina Conſtitutio §. 10. declaret non procedere, niſi in gratiis apud S. Sedem.

32 Tandem pro coronide animadvertendum eſt, quòd extenſio pœnarum noſtræ Conſtitutionis ad ſcientes hujuſmodi actionum reos, & intra triduum non revelantes, quæ variè contorſit DD. an importaret denunciationem Evangelicam, vel judicialem, anve etiam fuerit uſu recepta, apud Scortiam *in ſelect. epit.* 18. *theorem.* 57. ſublata fuit ab Alex. VII. in §. 7. dictæ Conſtitutionis, eaque Conſtitutio Alexandrina plura declarat, ac extendit; & cùm de hac materia iterum in aliis Conſtitutionibus, & præſertim citatis Gregorii XIII. & Alexandri VII. occurrat ſermo, ideò alia hìc dicere omiſimus.

CONSTITUTIO II.

BONIFACII VIII.

incipiens (*Ad conſequendam.*)

EPITOME BULLÆ.

BONIFACIUS GENERALI, Prioribus, & univerſis Fratribus Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini.

INdulget hic Papa Fratribus Ordinis S. Auguſtini, ut prope eorum Eccleſias, & Conventus non valeant alii Religioſi Mendicantes nova loca ædificare infra ſpatium centum quadraginta cannarum, prout nec id liceat Monialibus de prædictis, ſeu quibuslibet aliis Ordinibus.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De privilegio PP. Auguſtinianis hic conceſſo, ut propè eorum Eccleſias intra cannas* 140. *alii Mendicantes Monaſteria extruere nequeant.*

2 *Hoc privilegium non ſuffragaretur contra Moniales, niſi id expreſſum eſſet.*

3 *Nomine Fratrum non veniunt Moniales, dum ratio diſpoſitionis non æquè convenit utriſque.*

4 *Idem privilegium quamvis adſit contra Moniales, non tamen eſt in uſu.*

5 *Monialibus non competit privilegium diſtantiæ aliorum Conventuum, quamvis Regulares eorum Ordinis illud obtineant.*

6 *Idem privilegium nec competit Monialibus contra alia Monialium Monaſteria cujuſcunque Ordinis.*

7 *Monaſteria Monialium, quamvis non ex privilegio, poſſunt tamen ex aliis cauſis probiberi ne ædificentur propè illa Virorum, & num. ſeqq.*

8 *Monaſteria duplicia, Virorum ſcilicet, & Fœminarum, prohibita ſunt.*

9 *Monaſteria duplicia ſunt duplicis generis, & quatenus in utroque caſu ſint prohibita.*

10 *Monialium Monaſteria poſſunt ædificari, non ſervata inter ſe diſtantia, nec poteſt prohiberi ea altius tollere.*

10 *Niſi fiat ex æmulatione, & quatenus hæc adeſſe cenſeatur etiam inter ipſos Regulares.*

12 *Et quid ſi ex elevatione impediatur proſpectus Maris, aut Montium, ſive ſalubritas aeris, & commoditas ingreſſus ventorum.*

13 *Inter ædificia privata quodnam ſpatium intercedere debeat, & quid ſervandum inter Clericos, & Eccleſias.*

14 *Conſuetudo Neapolis de ſervanda majori diſtantia inter ædificia, quatenus obliget Clericos, & Eccleſias etiam Regularium.*

15 *Propinquitas Monaſteriorum admittenda non eſt, ſi inde oriatur confuſio Pſalmodiæ.*

16 *Moniales poſſunt prohibere fabricas, ex quibus intra eorum Monaſteria proſpectus haberi poſſit.*

17 *Feneſtræ habentes proſpectum intra Clauſuram Monialium, claudendæ ſunt, præſertim ſi ſint Regularium.*

18 *Et quid ſi feneſtræ ſint alterius Monaſterii Monialium.*

19 *An hæc prohibitio etiam procedat, dum adeſt via intermedia.*

20 *Moniales an teneantur claudere feneſtras habentes proſpectum in domibus Laicorum.*

21 *Probibitio proſpectus in Monaſteriis Monialium procedit tum quoad Clauſtra, & Viridaria, tum quoad Cellas.*

22 *Eadem prohibitio regulariter non procedit quoad Monaſteria Virorum.*

23 *Limita in aliquibus caſibus, præſertim ſi adſint Novitii.*

24 *Referuntur nonnullæ reſolutiones quoad proſpectum prohibitum in Monaſteriis Monialium.*

25 *Eadem prohibitio quatenus procedat quoad Seminaria adoleſcentum.*

26 *Quatenus poſſit prohiberi conſtructio domus laicorum prope Monaſteria.*

JAm privilegio, ut non valeant propè eorum Ec- 1
cleſias, & Conventus conſtrui nova loca à Regularibus Mendicantibus, eiſdem ferè verbis, quibus id indulgetur PP. Ordinis S. Auguſtini in præſenti Bulla, gratificatus fuerat PP. Minores Clemens IV. in ejus *Conſtitut.* 7. in cujus Commentario latè egimus de tali privilegio, etiam quoad PP. Auguſtinianos, alioſque, & de Auguſtinianis præcisè loquitur Panimoll. *deciſ.* 11. *numer.* 1. *verſ. eoque fortius*, & quòd procedat nedum contra Mendicantes, ſed etiam alios Ordines, dixi ad *cit. Conſtitut.* 7. *Clem. IV.* ſed quia ut innui in dicto Commentario, in eadem Bulla dicitur, quòd neque liceat Mulieribus Ordinum Mendicantium nova loca erigere intra dictum ſpatium 140. cannarum, prout iiſdem verbis dicitur in hac Conſtitutione; hinc erit videndum, an tale privilegium competat contra Moniales, vel pro Monialibus, aut inter ipſas Moniales.

Quoad primum dico, quòd ſi non exprimatur in 2
privilegio, ut procedat contra Moniales, non poteſt ſuffragari, quia iſtæ non veniunt in præjudicialibus nomine Fratrum; præſertim quatenus poſſit conſiderari diverſa ratio, ut hìc, quia non poſſent oriri eadem præjudicia, & diſſentiones, quæ eſſent inter Viros Regulares, cùm non adminiſtrentur in earum Eccle-
ſiis

Digitized by Google

ſiis Populo Sacramenta, nec Divina Officia publicè
recitentur, ut in Eccleſiis Regularium, ut benè Card.
de Luca *diſc.* 68. *numer.* 6. *de Regul.* Unde cùm hoc
privilegium ſit ſtrictè interpretandum, ut præciſè di-
xit Rota *deciſ.* 163. *num.* 5. *& per tot.* coram Manti-
ca; ideò non debet extendi contra Moniales; & li-
cèt aliquando eaſdem etiam in odioſis nomine Fra-
trum venire aliqui dixerint apud Fagnan. *in capit. ut*
3 *filii num.* 40. *& ſeqq. de fil. presbyt.* tamen certum eſt
numquam Fratrum nomine comprehendi, cùm ratio
diſpoſitionis non æquè convenit Mulieribus, ac Re-
ligioſis, Card. *in Clem.* 1. *in* 5. *quæſt. de reſcript.* De-
cius *in leg. fœmina num.* 110. *verſ. ſed tamen iſta limi-
tatio ff. de Reg. Jur.* Fagnan. *loc. cit. num.* 41. Tambur.
de Jur. Abbatiſſ. diſput. 4. *quæſt.* 9. *num.* 14. Si verò
4 adſit privilegium præciſè contra Moniales, ut in hac
Bulla, & in illa Clementis IV. pro Minoribus; tunc
etſi ex vi literæ urgeret contra Moniales, tamen non
eſt in uſu in praxi, ut apud cit. Card. de Luca *num.* 6.
& rursùs urget motivum, quòd cùm tempore hujus
Bullæ Moniales non vivebant cum Clauſura, prout
hodie, & mendicabant etiam exeuntes à Monaſterio,
ut dixi ſuprà *Conſtit.* 7. *Urbani IV. num.* 64. & ſic nec
in eorum Eccleſiis poſſit verificari publica admini-
ſtratio Sacramentorum, nec minùs in illis quæſtua-
tio, cùm debeant habere ſtabilia pro earum manu-
tentione; ideò ceſſavit ratio fundamentalis privile-
giorum hujuſmodi; imò videmus in prioribus Conſti-
tutionibus, in quibus ſimilia privilegia fuerunt con-
ceſſa, hujuſmodi qualitatem Monialium non fuiſſe
expreſſam, & ſic regulariter non ſuffragantur illis,
Cardin. de Luca *de ſervit. diſc.* 18. *num.* 6. & Rota *in
Tarentina fabrica* 25. *Junii* 1694. §. *Ceſſat* coram Pio,
quæ eſt *deciſio* 3. poſt Card. de Luca *de Regul.* ubi be-
nè conſideratis dictis rationibus dixit non procedere
vicinitatis objectum inter PP. Ordinis Prædicatorum,
& Monaſterium Monialium. Nec obſtant Pacichel.
de diſtantiis cap. 6. *membr.* 2. *num.* 13. *& ſeq.* Barboſ.
de Jur. Eccleſ. lib. 2. *cap.* 12. *num.* 7. aliique ibi citati,
& præſertim declaratio Sacræ Congregationis: Quia
id procedit in erectione Monaſterii Monialium, quòd
requirantur requiſita per Bullam Clem. VIII. aliorum-
que ſuper erectione novorum Conventuum, quæ
comprehendunt Monaſteria Monialium; de quo ta-
men vide Fagnan. *in cap. non amplius num.* 69. *de In-
ſtit. & cap. gravem num.* 53. *de Offic. Ordinarii*; &
nos ſuo loco dicemus; non autem procedit quoad
iſtud privilegium diſtantiæ 140. Cannarum.

5 Ita ex iiſdem rationibus eſt dicendum quoad ſecun-
dum dubium, ut Moniales etſi habeant, & fruantur
privilegiis Fratrum, de cujus Ordine ſunt, ut diſtin-
ctè apud Tamburin. *de jur. Abbatiſſæ diſp.* 17. *quæſ.* 1.
& 2. ubi etiam de iis, quæ ſubjiciuntur Epiſcopis
quoad compatibilia, tamen cùm ceſſet ratio hujus
privilegii conceſſi Regularibus, non poſſunt illæ iis
uti, cùm diſpar ſit ratio, ut ſupra probavi, & docet
idem Tamburin. *in cit. quæſt.* 2. *num.* 2. & in praxi ita
ſervatur, ut notat cit. Card. de Luca; imo etſi ex aliis
rationibus ſoleat opponi vicinitas Monaſteriorum Mo-
nialium, ut infra dicam, nunquam attento hujuſmo-
di privilegio contra Regulares. Imò in *deciſ.* 377. *nu-
mer.* 9. cor. Emerix jun. ſupponitur habuiſſe quoddam
Monaſterium Monialium ſpeciale hoc privilegium:
6 ergo non habet ex ſe. Hinc clara eſt reſponſio quoad
tertium dubium, an hujuſmodi privilegium ſit ſervan-
dum inter Moniales; cùm illud non habeat locum in-
ter illas, quia ceſſat ratio, ut ſupra. Dantur tamen
7 alia jura, & rationes, ut Monaſteria Monialium pro-
pè illa Virorum ædificari nequeant, ut præſcribitur
in *Can. Monaſteria* 18. *quæſt.* 2. ibi: *Monaſteria puel-
larum longiùs à Monaſterio Monachorum, aut propter
inſidias diaboli, aut propter collocutionem hominum,
collocentur*; deſumpto ex Concilio Agathenſi *can.* 19.
celebrato anno 506. ut apud Jacob. Syrmond. *in* 1.
tom. Concilior. antiq. Gall. loco cit. Battaglin. *Epiſco-
pum Nucerinum in hiſtor. Conciliorum anno* 506. *pag.*
269. *num.* 5. Nec videtur eſſe vera reſponſio adducta
à Rota *in citat. Tarentina Fabrica* §. *final.* quòd talis
prohibitio contineat, ut non valeant erigi Monaſte- 8
ria Virorum ſimul, & Monialium, quia hoc prohi-
betur in alio Canone, quia dicebantur Monaſteria du-
plicia, in quibus ſcilicet vitam ducerent Monachi ſi-
mul, & Moniales, ut in *Can. diffinimus* 21. *eadem
cauſa & quæſt.* deſumpto ex 8. Synodo, ibi: *Diffini-
mus minimè duplex Monaſterium fieri, quia ſcandalum
id, & offendiculum multis efficitur*; & in eodem Ca-
none ſit mentio, quòd ſecundùm Regulam S. Baſilii,
hactenus hujuſmodi Monaſteria duplicia tempore di-
cti Concilii aderant, & Gloſſ. *ibid. verb. duplex* ex-
plicat: *In quo ſunt Monachi, & Monachæ*, Archi-
diac. & Turrecrem. *cit. Can.* & latè Diartis *in Com-
ment. ad cauſ.* 18. *quæſt.* 2. *in fin. fol.* 22. *columm.* 2. Ro-
driquez *quæſt. regul. tom.* 1. *quæſt.* 44. *art.* 1. *numer.* 1.
Baſilius Pontius *de impedim. matrim. cap.* 6. §. *hinc fa-
ctum eſt*, Suarez *de Relig. tom.* 4. *tract.* 8. *libr.* 1. *ca-
pit.* 10. *num.* 1. quia non exinde evitari poteſt diſpoſi-
tio *cit. Can. Monaſteria* ex diverſo fonte, & Conci-
lio emanati, concurritque diverſa ratio; nam in *Can.
diffinimus* prohibetur cohabitatio, in alio verò pro-
hibetur conſtructio, niſi ſit longè diſtans, & in hoc
ſenſu procedunt citati Doctores diſtinguendo dupli-
cia Monaſteria prohibita in *cit. Can. diffinimus* à Mo-
naſteriis propinquis: hinc Diartis *cit. loco* §. *porrò* poſt
explicatum in dicto ſenſu *Can. diffinimus* addit: *At
ne ſcandalum inde oriatur, aut periculum, in Concilio
Agathenſi fuerat conſtitutum, ut Monaſteria Puella-
rum longiùs à Monaſterio Monachorum collocarentur*;
& ita etiam dixit Suarez *cit. num.* 1. *in fine*, & Theo-
philus Raynaudus *de ſobr. alterius ſexus frequentatio-
ne per Sacr. Religioſos homines tom.* 12. *oper. Miſcell.
Sacra fol.* 303. *cap.* 8. ubi duobus modis intelligi Mo- 9
naſterium fuiſſe duplex; primò ut in eo indiſcrimina-
tim degerent Monachæ, & Monachi; ſecundò itaut
ſub uno quidem ambitu, aut tecto degerent, ſed pa-
riete diſcreti. Ad primum reducitur, quod ait Gloſſ.
ad can. diffinimus 18. *quæſt.* 2. ubi hæc cohabitatio vo-
catur adulterium, & hujuſmodi duplicia Monaſteria
deinceps extrui vetuit Septima Synodus; in ſecundo
autem genere Monaſterii duplicis eſt minus periculi,
ſed merito Concilium Agathenſe *Can.* 28. præcepit
Monaſteria Puellarum longiùs à Monaſterio Mona-
chorum collocari; imò ipſa Rota *in cit. deciſ. Taren-
tina in fine*, benè ſe fundat, quòd cùm Monaſterium
Monialium non haberet feneſtras verſus Regulares,
ceſſabat ratio à Sacris Canonibus conſiderata, ne ob
facilem oblocutionem inſidiæ à Diabolo tendantur;
hinc videmus in aliquibus locis Monaſteria Monia-
lium, & Regularium ejuſdem Ordinis, vel alterius,
eſſe propinqua; imò Neapoli adeſt inſigne Monaſte-
rium S. Claræ Ordinis Minorum, quod gubernatur à
PP. Minoribus Reformatis, qui habent Monaſterium
proximum illi Monialium, & in eo collocantur tan-
tùm Patres exterarum Provinciarum, ut modo ma-
jori, quo poſſit, evitetur familiaritas cum Moniali-
bus; & licèt ob ſummam vigilantiam Superiorum
ſcandala vitentur, ex quo talis proximitas permitti-
tur, non tamen debet introduci alibi, ſed verè ſtri-
ctè in hac materia ſervandus eſt rigor Sacrorum Ca-
nonum; hinc temporibus Urbani V. anno 1360. S.
Birgitta Sueca ritum à ſe inſtitutum probari obtinuit,
ut Cœnobium commune utrique ſexui foret, muro-
rum autem, ac aſpectus ſeparatione, ut Virgines ſu-
periora habitarent, Monachi verò inferiora, Tem-
plum utriſque commune; quod tamen Monaſterium
à Martino V. & Eugenio IV. abrogatum eſt, ut no-
tat Theophilus Raynaudus *citat. loco*; permittitur ta-
men in Germania, Canoniſſas ſimul cum Canonicis
in eodem Choro pſallere divina, ut dixi ad *Conſtit.* 7.
Clem. IV. & de domo laicali proxima Monaſteriis hu-
juſmodi, dicam infra.

Hæc autem diſpoſitio ceſſat, ſi agatur inter Mo- 10
naſteria Monialium, quæ benè proxima poſſunt ædi-
ficari. Verùm etiam ſolet animadverti, ne ſubſit cau-
ſa diſſentionum, vel aliorum ſcandalorum, cum re-

Digitized by Google

gula aſſiſtat ædificationi, imò ædificii altiori eleva-
tioni, ex *leg. altius*, *& l. ſi in ædibus Cod. de ſervit.*
& aqua, Gaill. *obſervat. 69. num. 1. lib. 2.* Cæpol.
de ſervit. cap. 63. per tot., quæ diſpoſitio habet lo-
cum etiam cum Monaſteriis Monialium, vel Regu-
larium, Maranta *Controv. tom. 2. reſp. 21. num. 2. &*
ſequ. & in terminis inter Monaſteria Monialium eſt
deciſ. Rota 377. in Neapolitana fabrica inter Mona-
ſterium S. Joſephi, & aliud D. Reginæ Neapolis coram
Emerix jun. confirmata 30. *Januarii* 1679. coram Ron-
danino, & inter Monaſterium S. Romitæ dictæ Ci-
vitatis, & Monaſterium Monialium S. Hieronymi,
ad favorem cujus reſpondit Rota *in Neapolitana al-*
tius tollendi 12. *Martii* 1700. coram Emintiſſimo,
& Reverendiſſimo Domino Cardinali Caprara, ubi
plura prædicta comprobantur, & quoad Monaſte-
rium Virorum contra Monaſterium Monialium pro-
ximum, eſt *cit. deciſ.* 3. poſt Card. de Luca, & inter
Monaſteria Virorum eſt *deciſ.* 375. coram Card. Cel-
ſo, & noviſſimè in *Neapolitana Fabrica* 22. *Janua-*
rii 1700. coram Muto, necnon adſunt *deciſ. in Nea-*
politana Campanilis 23. *Februarii* 1685. coram Alber-
gato, & in *Neapolitana ædificii* 4. *Junii* 1696. *§. po-*
tiſſimè coram Pio; idque procedit, etiamſi aliquod
damnum ex elevatione permiſſa uſque ad ſydera vi-
cino Monaſterio, inde derivet, etiam quoad lu-
11 men, ut apud citatos DD. Quod tamen limitari ſo-
let pluribus modis; primò nempe ſi fiat ex cauſa
æmulationis, quæ non præſumitur, præſertim in per-
ſonis Religioſis, & latè ad materiam Rota *in Gerun-*
den. altius non tollendi, inter PP. Societatis Jeſu, &
Dominicanos, *dec. 587. 596. 599. & 611. part. 5. rec.*
& proſequuntur *cit. deciſiones*, ubi quòd excluditur,
ſi rurſus concurrat in Monaſterio elevante vel neceſ-
ſitas, vel etiam utilitas ampliandi Monaſterium, vel
Eccleſiam, & ſub decentiori forma illud conſtituen-
di, Rota *deciſ. 2209. nu. 16. & ſeq. & num. 26. &*
ſeq. coram Coccino, *deciſ. 31. num. 2. & ſeq. part.*
17. & deciſ. 272. num. 4. part. 19. recent. repetita in
cit. deciſ. 377. coram Emerix jun. confirmata ut ſupra;
prout ſi agatur de via publica, ceſſat talis libertas, ex
leg. 1. ff. ne quid in loco publico, Cyriac. *contrav. 667.*
num. 29. Sed talem exceptionem non militare, ſi aga-
tur de via privata, & non conſulari; imò eſſe con-
ſultum ob licentiam Ædilium, ut proſequitur *cit. de-*
ciſ. Tarentina num. 1. & ſeq. Solet quoque objici,
12 quod ex nova fabrica obumbretur Eccleſia, vel in-
ducatur inſalubritas aeris ob carentiam ingreſſus, &
egreſſus ventorum, vel aſpectus maris, ex Conſtitu-
tione Zenonis in *leg. penultima C. de ædificiis priva-*
tis; imò etiam ex defectu aſpectus montium. Verùm
quoad Conſtitutionem Zenonis per extenſum addu-
ctam a Fenzonio *ad Statut. Urb. poſt cap. 104.* & latè
de ea diſſerit Card. de Luca *diſc. 1. de ſervit.* vel eſt
apocrypha, & per Antonium Contium addita, ut alii
dicunt; vel ſaltem in deſuetudinem deducta, nullo
modo eſt in praxi ſervanda, latè Capyc. Latr. *deciſ.*
50. nu. 25. & ſeq. Gypt. *ibid. in addit.* & magiſtrali-
ter Rota *in cit. deciſ.* 375. coram Card. Celſo, & de
conſpectu montium, Gypt. *cit. loco*, ubi Manfrel. *nu. 5.*
Card. de Luca *de ſervit. diſcur. 1.* Capon. *diſcept. 168.*
num. 1. tom. 3. Rota *cit. deciſ. 3. num. 13. poſt* Card.
de Luca *de regul.* & reſpectu privationis aſpectus Mon-
tis Sancti Martini in Civitate Neapolis in *cit. deciſ.*
377. num. 6. coram Emerix jun. & quoad ingreſſum
Solis, & Ventorum ſalubrium, quatenus verè importet
privationem ſalubris aeris; id impedit fabricam, ſeu
elevationem, quia non tenetur quis mortuus ſepeliri,
leg. fin. §. fin. C. de ſerv. idque præſertim ſi agatur de
Monialibus, in quibus Monaſteriis aer eſt magis eis
neceſſarius, quàm in Virorum, ob clauſuram perpe-
tuam, ut benè Card. de Luca *de ſervit. diſc. 19.*
num. 3. & priùs *diſc. 18. num. 6. & 7.* quia id in-
telligi debet, cùm aer, & ventus prorſus excluduntur,
Card. de Luca *diſc. 2. de ſervitut. &* Capon. *diſcep.*
382. Rota *deciſ. 587. nu. 12. part. 5. rec. & in cit. dec.*
cor. Emerix, & Rondanino, & pleniſſimè in *Neapoli-*
tana Fabricæ 22. Januarii 1700. cor. Muto, ubi ſuffi-
cere, quòd pro diſtantia unius ædificii ab altero adſit
aliqua via, ob quam venti poſſint habere ingreſſum,
vel per viam rectam, vel per unionem, vel à lateribus,
vel ſaltem per deſcenſum, quod ſufficit ad excludendam
inſalubritatem aeris, Card. de Luca *cit. diſc. 2. de ſer-*
vitut. num. 5. & 6. & latè in famigerata cauſa *Roma-*
na Tramontanæ, *ſeu altius tollendi*, contra Semi-
narium Romanum, quæ eſt *deciſio 631.* coram Burat-
to, regiſtrata à Fenzonio *ad Statut. Urbis cit. cap. 104.*
& in cit. deciſ. Tarentina Fabricæ, *& deciſ. 377.* cor.
Emerix jun. *& in Tiburtina Fabricæ 3. Decembris*
1706. coram D. Lancetta. Quare ſolet pro tali inſa- 13
lubritate vitanda præſcribi modus, quo ſpatium inter-
cedere debat inter unum ædificium, & aliud, quotie-
ſcumque non intercedit via publica; Jus enim Civi-
le ſtatuit, quòd inter ædificia privata intercedat ſpa-
tium duorum pedum, ut in *leg. finali ff. fin. regund.*
Tondut. *lib. 1. quæſt. Civil. cap. 88. num. 32. & ſeq.*
Cæpol. *de Servitut. Urban. Prædior. cap. 28. quæſit.*
8. Surd. *Conſ. 74. num. 5. & ſeq.* Rocca *diſp. ju-*
ris cap. 163. num. 36. tom. 2. & quidem facta menſu-
ratione à loco ubi cadit ſtillicidium; licèt aliqui dicant
requiri ſpatium decem pedum ex Conſtitutione Impe-
ratorum Honorii, & Theodoſii in *leg. Maniana Cod.*
de Ædificiis privatis, cùm hoc procedat de ſolis mœ-
nianis, juxta Gloſ. *in dicta leg. finali ver. duos pe-*
des, Andreol. *contr. 295. num. 19.* vel comprehendit
ædificia tàntummodo extra Italiam, vel demum ho-
diernis temporibus non ſervatur tanta diſtantia, ut
apud prædictos DD. quæ diſpoſitio juris commu-
nis etiam inter Eccleſias, & Clericos vigere debet,
ut reſcripſit Lucius III. Paduano Epiſcopo in *cap.*
1. de novi operis nunciatione, & notat Cardinalis
ibidem num. 3. verſic. ſi non concordat, Jo: Andr. *nu.*
2. Ancharan. *num. 5. verſic. tertius caſus*, Abbas
num. 3. ex eo ſcilicet, quòd jure Canonico aliter
cautum non ſit; aliquando tamen ſpeciali ſtatuto,
aut lege caveri ſolet de tali diſtantia in majori nu-
mero pedum, ut adeſt Neapoli Pragmatica de ſpatio
undecim palmorum à pariete vicini, in *cap. ſi quis* 14
rubr. de ſervitutibus, de qua apud Capyc. Latr. *cit.*
deciſ. 50. nu. 20., & 21., & licèt agatur de lege, ſeu
conſuetudine laicali, quæ non ligat nec activè, neque
paſſivè Clericos, vel Eccleſias, Franch. *deciſ. 285. &*
411. Regens Tapia *de jure Regni in Conſtit. Sancimus*
num. 66. Ricc. *part. 3. deciſ. 180.* Proſper Petra meus
Proavus *ad deciſ. 98.* Capycii; tamen iſtæ ſpeciales
leges, ſeu conſuetudines fabricarum faciendarum, vel
demoliendarum, & hujuſmodi, excepto jure con-
grui, approbatæ ſunt per Ritum 22. Curiæ Archie-
piſcopalis Neapolitanæ, ut declarat ibi Campanilis,
Squillan. *de privil. Cleric. cap. 7. num. 103.* Franch.
deciſ. 285. Capyc. Latr. *deciſ. 66. num. 23. & 24.* Ma-
rotta *diſcept. forenſ. 35. num. 44.*, quod procedit etiam
cum Regularibus, & inter Regulares, ac Moniales
exemptas, Capyc. Latr. *cit. num. 25.* ubi de PP. Soc.
Jeſu, & ſæpè Rota *dec. 92. num. 5.* cor. Ubago, *cit.*
dec. 375. nu. 3. cor. Card. Celſo, ubi de hac Pragma-
tica Regni Neapolis, *& dec. 272. nu. 4. part. 19.* inter
Monaſteria Monialium, & in *Neapolitana Fabricæ*
22. Januarii 1700. *§. præcipuè* coram Muto, *& in*
Neapolitana altius tollendi 12. Martii 1700. *§. idque*
maximè, *in fine*, coram Eminentiſſimo Caprara.

Solet quoque opponi in hujuſmodi ædificiis vici-
norum Monaſteriorum confuſio Pſalmodiæ ob vici- 15
nitatem, & vocum confuſionem, quæ verè attenden-
da eſt, ſi eſſet conſiderabilis propinquitas, ſecùs au-
tem exiſtente diſtantia inter unam Eccleſiam, &
aliam, in quo Peritorum conſilio eſt procedendum,
ut dixit Rota *in Neapolitana Fabricæ 12. Junii 1679.*
§. quod autem coram Rondanino; *& in cit. Tarenti-*
na Fabricæ deciſ. 3. poſt Card. de Luca *de Regul. num.*
18. & 19. Ita pariter ſolet opponi ſervitus proſpectus, 16
ne quis intra Monaſteria proſpicere valeat, ad con-
ſervandam honeſtatem illarum; jure enim commu-
ni tale privilegium habere Moniales ipſas contra

Laicos

Digitized by Google

Laicos fabricare volentes prope earum Monaſteria, ut feneſtras verſus eas non aperiant, vel ſaltem ad recipiendum tantùm lumen, non autem ad proſpectum, elicitur ex *cap. unico de ſtatu regul. in* 6. §. 1. ibi: *Nullique aliquatenus inhoneſtæ perſonæ, nec etiam honeſtæ acceſſus pateat, ut ſic à publicis, & mundanis conſpectibus ſeparatæ omninò ſervire Deo valeant liberius, & laſciviendi opportunitate ſublata, eidem Corda ſua, & Corpora in omni ſanctimonia diligentiùs cuſtodire*, latè Berous *Conſil.* 135. *num.* 9. *& ſeq.* Cinus, & alii *in leg. altius Cod. de Servitut. & aqua num.* 9. Matt. Mutus *deciſ. Sicul.* 8. *num.* 6. Covarr. *libr.* 3. *variar. cap.* 14. *num.* 8. Cabedus *deciſ.* 152. *num.* 1. *&* 2. Card. de Luca *de ſervitut. diſc.* 20. *num.* 7. *& diſc.* 21. *num.* 2. Sperell. *deciſ.* 58. *num.* 6. *& ſeq.* quidquid dicant aliqui apud Cæpol. *de ſervit. cap.* 62. & hæc à nobis adducta, firmat Rota *in Rom. Tramontana, ſeu altius non tollendi deciſ.* 631. *num.* 44. coram Buratto, & in alia coram Pirovano *num.* 51. impreſſis apud Fenzon. *ad Statut. Urbis cit. cap.* 104. *n.* 51. *&* 52. *& dec.* 229. coram Royas, & ſupponitur in *cit. deciſ. Neapolitana Fabricæ* coram Muto, *& in Neapolitana Altius tollendi* coram Eminentiſſimo Caprara; idque fundatur in maxima prudentiali ratione, ob quam leges clau-
17 ſuræ tam laudabiliter Summi Pontifices, ac Concilia indixere. Unde Sacr. Congregatio Epiſcoporum, & Regularium pluries hujuſmodi feneſtrarum clauſuram, proſpectum habentium in Monaſteriis Monialium, demandavit, ut referunt *cit.* Card. de Luca *diſc.* 21. *numero* 3. *de Servit.* & Nicol. *in Floſcul. verb. Feneſtra, & in ejus manuſcriptis ver. Proſpectus, in Mediolanen.* 5. *Martii* 1602. ibi: *Non eſſe permittendas feneſtras reſpicientes Monaſterium, & ſtatim claudi debere ab Ordinario; & in Licien.* 28. *Februarii* 1605. *& in Portugallen.* 16. *Aprilis ejuſdem anni*, ubi de feneſtris Campanilis Eccleſiæ vicinæ, habentibus proſpectum in Monaſterio Monialium; & ſic procedunt prædicta tam reſpectu laicorum, quàm religioſorum habentium proſpectum in Moniales, ut præcisè Rota *deciſ.* 599. *num.* 39. *verſic. vel etiam part.* 5. *tom.* 2. *recen.* imò contra Regulares majori rigore eſt procedendum, cùm facilius eis ſit, motivo devotionis Moniales affectas habere, ex quo videmus Sacr. Congregationem majoribus pœnis, & prohibitionibus in eos alloquentes eum iſtis animadvertiſſe. Rurſus in hac re adeſt in Regno Neapolis *Pragmatica* 2. *de Monialibus*, ubi talis aſpectus præcisè prohibetur, Tapia *ad dict. pragmat.* Rovit. *ibid.* & pleniùs *deciſ.* 92. Capiblancus *in pragmat.* 1. *de Baronibus numer.* 157. Franch. *deciſ.* 923. *num.* 2. Capye. Latro *deciſ.* 157. *num.* 20. *& in citat. Neapolitana fabricæ* cor. Muto §. *per hanc tamen, & in cit. Neapolitana altius tollendi* coram Eminentiſſimo Caprara §. *final.* Su-
18 per qua Pragmatica, necnon Juris diſpoſitione fuit etiam dubitatum, an procederet inter Moniales. Et negativè eſt dicendum, quia ceſſat in eodem ſexu ratio conſiderata ſervandæ honeſtatis, Cardin. de Luca *diſc.* 18. *num.* 4. *de ſervit.* & Rota *in citat. Neapolitana Altius tollendi* §. *Neque ſubſiſtit*, ubi de Monaſterio Monialium S. Hieronymi cum altero D. Romitæ propinquo; ſed benè Rota animadvertit, quòd id procedit maximè ſi adſit aliqua utilitas conſiderabilis in elevante murum; nam ſi nulla ſit, vel parva in Monaſterio elevante reſpectu damni vicini, quod conſideratur etiam in proſpectu, tunc certè Judicis Officium debet interponi, quia adeſſet æmulatio in novo proſpectu faciendo, imò muliebris curioſitas reprimenda eſt in Religioſis, quæ materia Judici arbitraria eſt, nam etſi eſſet inhoneſtatis ſuſpicio, poſſent etiam conſiderari verba injurioſa, aliaque diſſidia poſſibilia inter vicinas Moniales, vel etiam poſſet conſuli nonnullis feneſtris ad lumen, vel cum tubis, ut evitentur prædicta, & conſulatur quieti Re-
19 ligioſarum. Nunquid autem hæc procedant, ſi adſit via intermedia. Affirmat Sperell. *cit. deciſ.* 58. *num.* 9. cùm eadem ſit ratio quoad proſpectum, ſi adſit, vel non intermedia via, Capon. *diſcept.* 381. *numer.* 18. Franch. *citat. deciſ.* 223. *num.* 1. *&* 2. Hoc tamen certum eſt, quòd ſi agatur de domo, in qua debeat conſuli aliquo modo honeſtati Monialium, erit faciendum, putà utendo, ut dixi, tubis in feneſtris Moniales reſpicientibus, vel etiam aliquando vidi feneſtras laicorum ad lumen dandum permiſſas; ſed quoties non poſſit his modis conſuli honeſtati Monialium, vel maximum detrimentum paterentur in lumine, tunc poſſunt vicini cogi ad claudendas feneſtras noviter factas, ut proſequitur cit. Sperell. *num.* 8. *in fine.*
Nec eſt attendendum, quod dicit Amendola *in addit. cit. deciſ.* 223. Franch. & Capon. *cit. diſcept.* 381. *numer.* 27. quòd adſit Bulla Summi Pontificis demandantis, ut Moniales teneantur claudere feneſtras proprias habentes proſpectum in Laicos, adducta à Quaranta *in Summ. Bullar. verb. Monaſteria Monialium*; quia ut benè animadvertit Sperell. *citat. num.* 8. talis Bulla non invenitur, ſed tantùm apud Quarantam adeſt decretum Sacr. Congregationis, inter alia edita pro Monaſteriis in Civitate Neapolis *in ordine* 23. ibi: *Omnes feneſtræ, vel foramina, quæ fuerint in Clauſtrorum parietibus, è quibus Moniales foras ſpectari poſſint, omninò occludantur, permiſſis ſolis feneſtris aliquibus ad lumen excipiendum neceſſariis, quæ tamen talia ſint, ne inde ullo modo proſpici, aut proſpicere queant*; nam prædicta ordinatio procedit, ut quatenus poſſit conſuli repagulis, vel aliis modis, id fieri debeat etiam in feneſtris Monialium, De Luca ad Franch. *citat. deciſ.* 223. *num.* 2. & quatenus agatur de proſpectu domorum jam exiſtentium, quia tunc potius, cùm aliter conſuli nequeat, debet Monaſterium domum emere, & valet cogi vicinus ad vendendum, ut diſtinguunt Sperell. *citat. num.* 10. *& ſequen.* Franch. *cit. num.* 4. *& ſeq.* ubi de Luca *num.* 3. Giurba *deciſ.* 86. *ante num.* 9. Donat. *in prax. rerum Regul. tom.* 3. *tract.* 2. *quæſt.* 8. vel quia ob depravatos mores, ac neceſſariam habitationem aliquorum in domo, aliquando etiam antiquæ feneſtræ Judicis prudentis arbitrio ſunt claudendæ, vel etiam quia agitur de aperitione novæ feneſtræ, quando jam adſunt aliæ ſimiles, itaut non inducatur nova cauſa aſpectus, vel inconvenientiæ; ideò certa regula dari nequit, & ſic aliter eſt procedendum in erectione novi Monaſterii, quàm in jam erecto, & aliter ſi vicinus habeat antiquas feneſtras, & Moniales velint in antiquo Monaſterio novam fabricam voluptuoſam facere, ut vicinus antiquas feneſtras claudere, vel novas non aperire cogatur, ut latè Card. de Luca *diſcur.* 19. *& ſeq. de ſervitut.* nam ſicuti debet in hoc Judex maximè favere Religioni pro conſervatione honeſtatis, ita non debent vexari vicini ſub affectato motivo Religionis, & ſub clypeo Eccleſiæ defatigari cum injuſtis litibus, prout aliqui licèt acrioribus verbis proclamant in hac re apud Ludov. *deciſ. Peruſ.* 34. Capon. *diſcept.* 381. *num.* 16. *tom.* 3. Nec Civitatis, & locorum nobilitas deturpari debet cum facili feneſtrarum occluſione, præſertim hodie, dum viget uſus tot Monaſteriorum, ut animadvertit citat. Cardin. de Luca *diſc.* 19. *num.* 2. §. *quod evidenter de ſervit.* Verùm iſta 21
prohibitio aſpectus ad Monaſteria Monialium, nedum eſt quoad Clauſtra, & Viridaria, ſed quoad Cellas, majore urgente ratione honeſtatis ſervandæ, quia ſunt in loco remoto, ubi faciliùs mala perpetrari ſolent, ut in minoribus terminis dicam infra quoad Novitios exiſtentes in Cellis.

Tandem erit videndum, an talis ſervitus proſpe- 22
ctus procedat ad favorem etiam Regularium Virorum. Et de Jure non adeſſe docent poſt Padill. *in leg. altius cit. num.* 9. latè Capon. *cit. diſcept.* 381. *per tot.* & priùs *diſcept.* 173. *numer.* 45. ubi etiam in terminis *dict. Pragmaticæ* 2. *Neapolis*, Cæpoll. *de ſervit. Urban. cap.* 62. *num.* 4. Covarr. *libr.* 3. *var. cap.* 14. *num.* 50. Card. de Luca *de ſervit. diſc.* 22. *num.* 5. §. *hoc motivum Rota in cit. Romana Tramontana* cor. Pirovano *num.* 5. apud Fenzon. cit. & Add. *ad dec.* 631. cor. Buratt. à qua fuit receſſum in *cit. dec.* cor. Pirov. qui omnes firmant, non vigere eandem rationem cum Viris,

Digitized by Google

nam videre Religioſos maſculos, qui per Urbes ſæpè vagantur, non dedecet. Contrarium tamen ſentiunt Rovit. *deciſ. 92. & ad Pragmaticam prædictam Neapolis*, Capon. *poſt controv.* 1. *num.* 16. *verſic. dicit ſeptimo*, Novar. *in pragm. collect.* 3. *num.* 5. Molphel. *ad conſuet. Neapolit. tom.* 3. *tract.* 19. *quæſt.* 14. *& de contrahenda emptione num.* 7. & 8. Brill. *ad eaſdem conſuetud. tit.* 20. *cap. unic. num.* 56. *& ſeq.* Gannaver. *deciſ.* 10. *num.* 4. *&* 5. Capyc. Latr. *deciſ.* 157. *num.* 21. ubi Manfrella *num.* 12. Marott. *diſcept.* 33. De Luca ad Franch. *dec.* 223. *num.* 4. qui etiam ferè procedunt in terminis fortioribus Pragmaticæ Neapolitanæ, Rota *deciſ.* 599. *num.* 39. *in principio part.* 5. *tom.* 2. *rec.* Tamen opinionem dubiam in puncto Juris in re dixit Rota *in cit. dec. Neapolitana fabricæ* coram Muto §. *& licet*. Hinc ſtarem pro parte negativa in rigore Juris, tum quia tam hujus diſpoſitio, quàm Pragmatica prædicta Neapolis procedunt quoad Moniales, & ſic non debent extendi ad maſculos, ad quos quotieſcunque lex non ſe extendit, non comprehendere eoſdem poteſt, prout ſe expreſſit *in cap. Quoniam de Simonia*, ubi notat Abbas *num.* 2. & latè Capon. *cit. diſcept.* 381. *num.* 22. tum certiùs, nam quoties, ut eſt in hoc caſu, concurrit diverſa ratio in Monialibus, quàm in Viris Regularibus, tunc non comprehenduntur nec activè neque paſſivè ſub eadem denominatione, ut dixi ſupra *num.* 3. Unde cùm ratio *cit. cap. unic. de ſtatu Regul. & citat. Pragmatica* ſit in honeſtate ſervanda in mulieribus, non debet extendi ad viros; & contrarium poſſet procedere, ſi ex aliquibus circumſtantiis, vel qualitate vicinorum ſuſpectorum quoad honeſtatem, præſertim in caſu domorum conductarum, ut erat caſus in *cit. deciſ.* 92. Roviti,
23 vel ſi agatur de Novitiis, in quibus Jura, & Concil. Trid. tam ſtrictis legibus præſcripſerunt, ut ſint longævi è conſortio laicorum, & ſic evitari debent feneſtræ inducentes novum aſpectum fœminarum Novitiis, imò etiam Virorum in loco ſatis proximo, non quidem ut feneſtræ omninò claudantur, ſed vel ut novæ non aperiantur, vel ſaltem in loco depreſſiori, aut alio modo conſulatur, Pecch. *de ſervit. tom.* 2. *cap.* 5. *quæſt.* 5. *nu.* 15. *& ſeq.* & plenè Rota in ſimili caſu novitiatus PP. Prædicatorum Conventus S. Spiritus in *cit. Neapolitana Fabricæ cor. Muto* §. *Præſertim*, §. *& licet ad finem*; nam benè aliquo modo poteſt comparari honeſtas mulierum cum eorumdem imbecilli ætate; & licèt novitii procedant per Urbes, non exinde coram Populo eſt poſſibile ſcandalum illud, quod poſſet evenire in Cellis, in quibus majores inſidias Diabolus tendere ſolet, & atrociores adveniunt tentationes, quæ rationes ceſſant cùm agitur de Religioſis provectis, & jam profeſſis, cùm novitios ne ad profeſſionem convolent, maximè diabolica verſutia avertere conetur, prout etiam dicerem non eſſe refrenatum Judicis arbitrium etiam in caſu Regularium profeſſorum viventium in maxima obſervantia, ſeu ſolitudine, ut apud Capon. *cit. diſcept.* 381. & vidi in Urbe feneſtras in proſpectu Viridarii Cappucinorum clauſas, & ſic cum diſtinctione in ſingulis caſibus poteſt procedere ſervitus proſpectus, Card. de Luca *diſc.* 1. *de ſervit. num.* 18. *verſic. ponderabam*, *& de Regul. diſc.* 1. *numer.* 106. explicat *cit. deciſ.* Rovit. Capon. *loco cit.* prout Regulares viri majori ratione debent evitare proſpectus laicorum cum appoſitione repagulorum in feneſtris, cùm ipſi poſſunt per Urbes accedere, & non in Clauſura vivunt, ut ſunt Moniales, Capon. *controv.* 174. *num.* 46. Nam prohibitio iſta aſpectus in Regularibus, imò in Monialibus, eſt activè, & paſſivè, ut notant citati DD. & plenè Card. de Luca *de*
24 *ſervit. diſc.* 12. *& ſeq.* Unde in hac materia ſunt reſolutiones Sacr. Congregationis Epiſcop. & Regul. apud Nicol. *in manuſcriptis ver. Proſpectus*, ut in *Neocaſtren.* 16. *Auguſti* 1594. ibi: *Non ſi deve ſoppertare, che le Monache debbano parlare con vicini, & eſſer viſte da eſſi per la vicinanza, & corriſpondenza delle feneſtre:* Et in *Theanen.* 16. *Octobr.* 1615. ibi: *Quando le ſtanze de Monaſteri, che hanno le feneſtre in ſtrada, poſſino havere il lume altronde, le farete ad ogni modo murare; ma quando reſtaſſero cieche, ordinarete, che ſi mettano le Trombe alle medeſime feneſtre, e ſi acconcino di maniera, che non ſi poſſa nè vedere, nè parlare con chi paſſa per la via;* ſed quoad feneſtras, quæ deſerviunt tantùm pro lumine, non eſſe neceſſarias tubas, ut in *Peruſina* 13. *Aprilis* 1579. *& in Parmen.* 28. *Novembr.* 1636. ibi: *Doverſi murare à muro pieno alcune aperture con geloſie fatte nella faccia della Chieſa, per le quali potevano vedere, & eſſer vedute.*

An autem proſpectus laicorum poſſit prohiberi 25
quoad Seminaria Adoleſcentum; negant Urſell. *Concluſ. Legal.* 62. *num.* 72. Pacichell. *de diſtantiis capit.* 6. *membr.* 4. *num.* 26. Gob. *conſultat. deciſ.* 132. *num.* 60. Card. de Luca *de Servit. diſc.* 18. *num.* 7. *verſic. ſolum*, & ita decidit Rota *in citat. Romana Tramontana* coram Pirovano, recedendo à *deciſ.* 631. coram Buratto, ut notat Add. *ad hanc deciſionem*, & latè Doctores apud de Rubeis *tom.* 1. *ſingular. pag.* 509. *& ſequen.* & Rota *in Tiburtina Fabrica* 3. *Decembris* 1706. cor. D. Lancetta. Tamen quatenus poſſit aliquo modo conſuli honeſtati conſiderandæ quoque in Adoleſcentibus, non quidem tam ſtricto modo, ut in Novitiis, ſed aliquo modo conſulendo malitiæ ſatis excretæ hiſce noſtris temporibus, non videtur eſſe refrenata, non quidem quoad Judicem Ordinarium, ſed quoad Principem, facultas providendi, ut opportunè in *cit. Romana Tramontana*, poſt deciſionem emanatam providit San. Mem. Urbanus VIII. ut notatur poſt eandem deciſionem relatam à Fenzonio *ubi ſupra*. Satis enim Principi, qui legum vinculis non eſt adſtrictus, incumbit, ut mentem, & diſpoſitionem legis in ſpeciali caſu emanatæ, alteri caſui applicari curet.

Quid autem dicendum, ſi Domus Laicorum con- 26
ſtruantur juxta Monaſteria, an valeant prohiberi; & quoad illa virorum negativè eſt dicendum, cùm nec jure, nec ratione id inhiberi poſſit; quoad verò Monaſteria Monialium, nec etiam jus aliquod impedit, ut Domus propinquæ ædificentur, aliàs ſequeretur quòd hujuſmodi Monaſteria deberent eſſe in inſula, quod in magnis Civitatibus ob frequentiam eorum difficile eſſet; verùm non exinde excluditur, quòd ex facti qualitate, & circumſtantiis, præſertim habitantium in domo adjacenti, à quibus poſſint oriri ſcandala, cum interſecatione murorum, non poſſit per ipſum Judicem, ſive potiùs per Principem aliter decerni, & conſuli, ut in terminis dixit Card. de Luca *de ſervit. diſc.* 20. *num.* 8. *& ſeq.* ex ea ratione, quia Princeps Caput Reipublicæ commodis privatorum bonam illius adminiſtrationem præferre debet, & loca Religioſa, in quibus concurrit favor Religionis, privilegiare, ac à noxiis eximere, exemplum recipiens ab ipſo Jure, præſertim à DD. ad rem examinato in *leg. ſi quis Sepulchrum ff. de Religioſ. & ſumptibus funer.* de cujus diſpoſitione quoad ampliationem Eccleſiarum, & Monaſteriorum in præjudicium etiam Dominorum proximarum domorum, alibi occurret ſermo.

CONSTITUTIO III.

BONIFACII VIII.

incipiens (*Juſtis.*)

EPITOME BULLÆ.

BONIFACIUS GENERALI, Prioribus, & Fratribus Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo.

CONfirmat hìc Pontifex, quòd Fratres Carmelitæ in Capitulo congregati ſuper muta-

mutatione Habitus ſtatuerant, ut ex tunc prædicti Fratres Mantellis diverſorum Colorum dimiſſis, omninò Cappis albis in poſterum uterentur.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De loco, ac tempore editionis præſentis Conſtitutionis.*

2 *Primævum Pallium Carmelitarum fuit undequaque album.*

Idem Pallium primò erat ex pellibus caprinis, ſeu melotis; deinde verò ex lana. Ibidem.

3 *Ex qua cauſa Pallium album in Barratum fuerit immutatum.*

4 *Pallium Barratum cujus materiæ, & figuræ erat.*

5 *Diverſitas colorum cur inducta fuerit in eodem Pallio.*

6 *Pallium Barratum dimittere, & album uniformem aſſumere indulſit Honorius IV. & Bonifacius VIII.*

7 *Hæc mutatio ex duplici motivo conceſſa fuit.*

Veſtes virgatæ Perſonis Eccleſiaſticis vetitæ ſunt. Ibidem.

8 *Monachi vitare novitatem in habitu exteriori debent.*

9 *Carmelitæ tenentur deferre Cappas albas, præſertim in Proceſſionibus.*

10 *Affertur ad hoc reſolutio Sacr. Congregationis Concilii.*

1 DE mutatione Carmelitarum Pallii verſicoloris in Cappas albas verba facturus, famulando materiæ, quam præbet præſens Conſtitutio Bonifacii VIII. edita Romæ 7. Kal. Decembris 1295. ad majorem ejuſdem illuſtrationem altiùs rem exordiri non gravabor.

2 Indubium itaque eſt apud antiquos Hiſtoricos, quòd primævum Carmelitarum Pallium undequaque album fuit. Siquidem primi illi Heremitæ, qui in Monte Carmelo veſtigia Eliæ, & Eliſæi ſectari aſſerebant, ex pellibus caprinis albis pallium ſibi efformarunt, ut memorat Sozomenus *in ſua Hiſtoria pag. 50.* ibi: *Ad exemplum Eliæ Thesbitis pellibus ſe induebant: & Palladius* tradit, quòd *quilibet habebat Melotem Caprinam albam*. Melota enim erat pellis villoſa, hirſuta, & aſpera, qua induti incedebant Elias, & Eliſæus, de quibus Apoſtolus ait ad *Hebr. 11. Circuiverant in Melotis, & in pellibus caprinis egentes*, ut ibidem adnotat Theodoretus. Succedentibus autem temporibus cùm dictæ Veſtes pelliceæ potiùs deriſum, quàm ædificationem comparaſſent, prædicti Carmelitæ juxta monita Zacch. Papæ *in Epiſt. 7. ad Pipinum cap. 1.* ibi: *Monachi verò laneis indumentis juxta normam, & regulam Monaſticæ Diſciplinæ, atque traditionem SS. Patrum ſine intermiſſione utantur:* dimiſſis Melotis tunicam laneam non pretioſam, ſed mediocriter aſperam, ejuſdem coloris, cujus exiſtebat Melota, aſſumpſerunt, ut ex Joan. II. Hieroſolymitano Epiſcopo, qui Sæculo IV. floruit, de *Inſtitut. primorum Monachorum cap. 45. & 46.* memorant Lezana *in appar. ad Annal. Carmelit.* & Daniel à Virg. Maria *in Spec. Carmelit. par. 3. Miſcell. poſt differt. 8. n. 2891. pag. 766.*

3 Ad annum uſque 639. ſeu, ut mavult *Baronius* 636. pallium album Monachi Carmelitani retinuerunt, quo quidem tempore, ut narrat Arnoldus Boſtius *libr. 4. Specul. Hiſtorial. cap. 20. ex S. Cyrillo Conſtantinop. in Epiſtola ad Euſebium heremitam Montis Neros*; cùm Homar, ſive Humarus, Rex Arabum, & Saracenorum, diſcipulus perfidi Machometi, atque tertius regni ejus ſucceſſor, ingenti multitudine Saracenorum Terram Sanctam occupaſſet, & Chriſtianos in ea degentes ſuo mancipaſſet dominio, Saraceni moleſtè ferebant, quòd Religioſi Carmelitani veſte alba deſuper induti incederent, cùm ſolùm eorum Satrapæ hujuſmodi colore induerentur; multis itaque pro Chriſti nomine interfectis, geſtationem pallii albi eiſdem interdixerunt, ne aſſimilarentur in pallio eorum Proceribus; quamobrem loco albi, pallium barratum tunc Monachi Carmelitani unanimiter aſſumpſerunt, & concordant Pantaleon. *in Hiſtor. Joannitarum lib. 2. in princip.* Palæonidorus *lib. 2. Hiſtor. cap. 9.* & ex S. Cyrillo, & Guillelmo de S. Victore, idem P. Daniel, *cit. par. 1. libr. 7. cap. 6. numer. 273. & 276.* Lezana *ad annum 639. & 642.* Hujuſmodi ſiquidem barratum, ſive 4
ſtragulatum Pallium conſtabat ex ſeptem partibus duplicis coloris ab invicem diſtinctis, ſed conſutis ipſum totaliter integrantibus, perpendiculariter à collo uſque ad talos deſcendentibus, quarum tres ſunt nigræ, ſive griſeæ, quatuor autem albæ; indutum ſiquidem Pallium ante eſt totaliter ſciſſum, & partes ſciſſionis erant albæ, & deinde nigræ alternatim, itaut ultima pars retrò in medio Pallii exiſtens erat nigra, ut deſcribit, & figuram dat idem P. Daniel *dicta part. 3. Miſcell. diſſ. 7. & poſt diſcept. 8. pag. 768.* contra *Papebrocium*, qui dictas barras, ſive partes autumat non fuiſſe perpendiculariter, ſed circulariter, prout etiam in figura repræſentat. Quare autem hujuſmodi verſicolora Pallia prædicti Monachi 5
aſſumpſerunt, ſequitur idem Boſtius id ennarrando; Elias namque Propheta dum aſcendebat in Paradiſum per Currum igneum, dimiſit Pallium ſuum album deſcendere per turbinem ignis Eliſæo, ut patet 4. *Reg.* 2. cùm verò per ignem tranſierit, per diverſas plicas aliquantulum ſuffumigatum remanſit, infra verò plicas albedinem non perdidit, quamobrem veluti barratum, ſeu virgulatum apparuit, prout etiam videtur ſentire Joan. de Venetia *ſuper lib. 2. Reg. cap. 4.* Verùm puerilem admodum meditationem, hanc *Boſtii* relationem exiſtimandam cenſet Lezana *ad Ann. mundi 3204. nu. 12. & Ann. Chriſti 642. num. 8.* nam ille igneus Currus ignis verus non fuit, & eſto quòd fuerit, non eſſet comburens, ſed illuminans, & ſicut Eliam non læſit, ita nec ejuſdem Pallium. Unde ad probabiliorem intentum refundendam eſſe dicit hujuſmodi barrati Pallii mutationem, quam enarrat S. Cyrillus, videlicet ut per album colorem puritas Evangelii, & per griſeum pœnitentia, quæ Monachis maximè præ oculis eſſe debet, deſignentur.

Cùm verò ab Arabia, & Oriente Monachi Carmelitæ 6
à Melechſaite exulati eſſent, & in partes Europæ transfretaſſent, ibi eorundem verſicolorum habitus tanquam inſolitus non admodum probabatur; propterea cùm iidem Patres valdè cuperent hoc pallium barratum dimittere, ideò procurante Fr. Petro de Amilino Priore Generali per Latinum Hoſtienſem Epiſcopum, & Gervaſium Presbyterum Cardinalem de anno 1285. Honorio IV. fuit ſupplicatum, ut Fratres Carmelitani in Capitulo Generali congregandi, Apoſtolica Auctoritate valerent eorum pallium in aliud decentius commutare. Huic petitioni annuit Honorius vivæ vocis oraculo; ſed quia morte præventus Apoſtolicis literis gratiam confirmare non potuit, incerti animi erant Fratres Carmelitæ ad hujuſmodi mutationem habitus procedere, donec prædictus Cardinalis Gervaſius ad hoc perficiendum opus ſuis literis eos excitavit, quarum tenorem ſcribit idem P. Daniel *in citat. libr. 7. cap. 7. num. 278.* quibus itaque recreati PP. Carmelitæ de anno 1287. coacto Generali Capitulo in Monte Peſſulano, pallium barratum, quod per ſpatium 648. annorum portarunt, auctoritate Apoſtolica dimiſerunt, & ad imitationem priſcorum Profeſſorum pallium album, quod dudum à Saracenis compulſi dimiſerant, unanimiter reaſſumpſerunt, & uſque ad hodiernam diem geſtant, ut narrant Lezana *in annal. ad ann. 1285. & 1287.* Boſtius *lib. 5. cap. 82.*

Hanc

Digitized by Google

7 Hanc itaque habitus verſicoloris mutationem in cappas albas tamquam providè factam Bonifacius VIII. in præſenti Conſtitutione approbavit, & confirmavit; providè inquam factam duplici ex motivo; primò namque, quia ſpecialiter veſtes barratæ, ſive virgatæ expreſsè perſonis Eccleſiaſticis ſunt prohibitæ in *Clem. 2. ne Cler. vel Monachi*, ubi Clericis interdicitur virgata, vel partita veſte publicè uti, & refert Rota *in deciſ.* 1197. *num.* 4. coram Emerix jun. & nos latè, ubi de veſtibus Clericorum dicemus.

8 Secundò cùm plerumque vitioſum ſit in Religioſis Viris præſeferre novitatem in habitu exteriori, etiamſi humiliori, & abjectiori, ut conſiderat D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 187. *art.* 6. *ad* 3. & illuſtrant Card. Cajetan. *ibid.* & Paſſerin. *de ſtat. homin. tom.* 2. *quæſt.* 187. *art.* 6. *num.* 13. Quamvis enim Monachos valdè deceat habitum incultum, & viliorem prætendere, ut idem S. Thom. *ibidem* probat; unde D. Gregorius *in Epiſtola* 22. *ad Jo. Subdiac. lib.* 10. inquit: *Quid eſt habitus Monachi, niſi contemptus mundi?* & benè Caſſian. *lib.* 1. *de inſtit. Monachi cap.* 3. notat, quòd veſtis ſit Monachi, quæ corpus contegat tantùm, & repellat nuditatis verecundiam, & frigoris retundat injuriam, & non quæ ſeminaria vanitatis enutriat, ita Apoſtolo prædicante: *Habentes autem alimenta, & operimenta, his contenti ſumus:* operimenta inquam, non veſtimenta, ideſt quæ corpus operiant tantùm, non quæ amictus gloria blandiantur; attamen ut optimè ſequitur idem Caſſianus: *Ita vilia, ut nullius coloris, vel habitus novitate inter cæteros hujus propoſiti viros habeantur inſignia*, & infrà: *Poſtremò ſic ab hujus mundi ſeparentur ornatu, ut cultui Servorum Dei in omnibus communia perſeverent; quidquid enim inter famulos Dei præſumitur ab uno, vel à paucis, nec catholicè per omne corpus Fraternitatis tenetur, aut ſuperfluum, aut elatum eſt, & ob id noxium judicandum, tanquam magis vanitatis ſpeciem, quàm virtutis oſtentans*. Sicut enim in Monachis non debet eſſe notabilis habitus, ita nec ſatis abjectus, nam pretioſa veſtis animum ad laſciviam protrahit, nimis vilis, aut dolorem cordis parit, aut morbum vanagloriæ contrahit, ut ſcripſit D. Iſidorus *in Regula cap.* 14. §. 10. & D. Hieronymus dixit: *Veſtes pullas, æquè vita, ac candidas, ornamenta, & ſordes pari modo fugiendæ, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet.*

9 Cùm itaque Capparum albarum uſus ſumma cum ratione PP. Carmelitis in Capitulo Generali fuit præſcriptus, & in hac Bonifaciana Conſtitutione confirmatus, ibi: *omnino cappis albis in poſterum utantur*; adeoque iidem PP. indiſtinctè illas deferre tenentur, ad inſtar Monialis velatæ, cui nunquam licet deponere velum, *Can. vidua* 23. *qu.* 1. & maximè in publicis functionibus, in quibus exterior Religioſorum modeſtia prælucere debet ad Populi exemplum, & faciunt Caſſanæus *in Catal. glor. mundi conſid.* 70. Novar. *in Lucern. Regul. verbo Carmelitæ numero* 3.

10 Quibus ſanè perpenſis nuperrimè Sacra Congregatio Concilii in *Aquen. Jurium Parochialium* 5. *&* 19. *Maii* 1708. propoſito dubio: *An PP. Carmelitæ in Rogationibus poſſint ad Proceſſionem accedere ſine Cappis albis?* Reſpondit: *Negativè*; & quòd Regulares nunquam valeant mutationem coloris habitus, ſeu Capparum inducere, præſertim in præjudicium aliarum Religionum, quæ tali colore utuntur, dixi quoad PP. SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum, ut non valeant uti Capis nigris, prout deferunt PP. Prædicatores, in *Conſtit.* 10. *Clementis IV.*

CONSTITUTIO IV.

BONIFACII VIII.

incipiens (*Ad augmentum*.)

EPITOME BULLÆ.

BONIFACIUS MAGISTRO, PRIORIBUS, ac Fratribus univerſis Ordinis Prædicatorum.

Concedit hic Pontifex Prælatis Ordinis Fratrum Prædicatorum, ut ad correctiones, & punitiones ſuorum Fratrum delinquentium, Juris apicibus poſtpoſitis procedere poſſint ſecundùm Conſtitutiones, & Statuta Ordinis; nec liceat dictis Fratribus aliquatenus appellare à dictis correctionibus, & punitionibus.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio fuit introducta pro tuenda innocentia, non pro confovenda iniquitate, præſertim in Religioſis.*
2 *Non habet locum in morum correctione.*
3 *Explicatur tenor hujus Conſtitutionis prohibentis appellationes in Ordine Prædicatorum.*
4 *Quid dicendum quoad alios Regulares, an ſit prohibita appellatio?*
5 *An appellatio prohibita Regularibus ſit in quocumque caſu, tam ad Superiores Regulares, quàm Summum Pontificem? & numero ſeqq.*
6 *Contrarium concluditur cum diſtinctione caſuum, in quibus denegatur, vel conceditur appellatio.*
7 *Quomodo intelligendæ Conſtitutiones Apoſtolicæ, quæ abdicarunt etiam à Sede Apoſtolica appellationes.*
8 *An Papa valeat à ſe appellationes abdicare. Remiſſivè.*
9 *Quatenus Regularibus non liceat appellare à correctionibus, & præceptis, juxta regulas factis tam in ſuſpenſivo, quàm devolutivo, & è contra, ſi non ſint juxta regulas, vel exceſſiva, & num. ſeqq.*
10 *Non licet appellare in ſuſpenſivo in cauſa correctionis in Viſitatione, & quid in Clericis. Remiſſivè.*
11 *Hujuſmodi appellationes recipiuntur, & cognoſcuntur in Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regularium.*
12 *In caſu gravaminis manifeſti ſemper datur appellatio Regularibus ad utrumque effectum.*
13 *Non eſt differentia in hoc inter Regulares, & Sæculares ſecundùm præſens tempus.*
Quomodo procedatur in privationibus beneficiorum, & aliis, juxta Sacrum Concilium Tridentinum. Ibidem.
14 *Non obſtant prædictæ Conſtitutiones ſpeciales pro Religionibus, quæ declarantur.*
15 *Excluduntur tamen appellationes frivolæ.*
16 *Regulares appellantes debent exprimere cauſam gravaminis.*
17 *Judex attenta cauſæ gravitate debet appellationi deferre, etiam ſub peccato.*
18 *Qui ſint Judices appellationum in cauſis Regularium. Remiſſivè.*
19 *Duplici modo Superiores Regulares in ſubditos procedunt, & quomodo.*
20 *Privilegium contentum in hac Bulla, quod competit*

Digitized by Google

... petit aliis Regularibus, ut non procedatur juxta apices juris, explicatur.

1 EXordiar non incongruè, ad præſentis Conſtitutionis intelligentiam, verbis Concilii Lateranen. III. ſub Alexandro III. *cap.* 6. relati in *cap. reprehenſibilis*, *& cap. ad noſtram de appellat.* ibi: *Cum reprehenſibilis valdè conſuetudo in quibuſdam partibus inoleverit, ut dum Fratres Superioris ſententiam, & diſciplinam canonicam reformidant, ſine ullo gravamine appellationem objiciunt, & ad defenſionem iniquitatis uſurpant, quod ad præſidium innocentiæ dignoſcitur inſtitutum.* Cùm itaque, ut dicitur in *dicto cap. ad noſtram*, remedium appellationis non ideò fuerit inventum, ut alicui à Religionis, & Ordinis obſervantia exorbitanti debeat in ſua nequitia exhiberi patrocinium; & ulteriùs admodum conveniat, quòd Religioſi, & Monachi humiliter, & devotè ſuſcipiant, quod pro ſalute ſua eis fuerit injunctum;
2 ideò ſi quando quilibet Subditorum, ne pro ſuis exceſſibus corrigatur, & caſtigetur, ad remedium appellationis convolaverit, conſentaneè admodum ſancitum fuit, quòd non ideò minùs corrigi, & caſtigari debet, ut concluditur in *cit. cap. reprehenſibilis*, *& cap. ad noſtram de appellat.* & conſonat Tex. *in cap. irrefragabili de officio Judic. Ordin. cap. relatum ne Clerici, vel Monachi, cap. quoad conſulationem de re judic. Conc. Trident. in cap.* 4. *ſeſſ.* 25. *de Re-*
3 *gular.* Ex his itaque Juris antiquioribus fontibus, ad majorem inibi expreſſorum obſervantiam in Ordine Fratrum Prædicatorum totam materiam, & contextum hujus Conſtitutionis editæ Romæ 6. Idus Maii Anni 1296. non improbabiliter hauſiſſe videtur Bonifacius, dum ſub non diſſimili exordio diſponit, quòd Prælati Ordinis Prædicatorum punire, & compeſcere eorum ſubditos valeant, appellatione remota; quam quidem Bonifacianam Conſtitutionem renovarunt, & confirmarunt Bonifacius IX. & Leo X. ut refert
4 Confectius *in ſua Collectione Bullarum*; ſimilibus itidem Conſtitutionibus aliorum etiam Ordinum Regularibus appellatio fuit prohibita, & quoad Fratres Auguſtinianos, & Carmelitas ex Conſtitutione Sixti IV. penes Sorbum *in Compendio privileg. verbo appellatio*, & quoad Minimos S. Franciſci de Paula ex Conſtitutione Julii II. apud Peyrinum *in ſua collectione*, & quoad Caſſinenſes ex Conſtitutione Eugenii IV. & Gregorii XIII. quas refert Paſſerin. *ad tit. de appell. in* 6. *art.* 18. *num.* 560. itemque quoad Canonicos S. Salvatoris ex *Conſtit.* 30. *ejuſdem Julii II.* qui priùs id ſtatuit quoad Monachos Olivetanos in *Conſtitut.* 12. & quoad Monachos Camaldulenſes ex *Conſtit.* 2. *Leonis X.* & quoad Ciſtercienſes ex Bulla Innocentii VIII. eaſque Conſtitutiones refert Cherubinus *tom.* 1. *Bullarii*; & tandem aliis ſimilibus Conſtitutionibus poſthabitis, quas recenſent Card. de Lugo *tom.* 2. *de Juſt. & Jur. diſp.* 37. *ſect.* 14. *nu.* 172. Lezana *in ſumma quæſt. Regul. tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 9. *num.* 4. Sorbus, & Confectius *ſupracitati*, concludi poteſt cum Barboſa *lib.* 1. *voto* 4. *num.* 67. quòd hodie omnibus ferè Religionibus ex particularibus Conſtitutionibus prohibetur appellatio.

5 Ex hujuſmodi verò tam Juris communis quàm particularium Conſtitutionum iterata diſputatione, nonnulli DD. inter quos Suarez *de Religione tom.* 4. *lib.* 2. *cap.* 11. Navarr. *conſil.* 5. *de appell.* Sot. *lib.* 5. *de Juſt. quæſt.* 6. *art.* 3. Aldrete *de Relig. diſcipl. tuenda lib.* 2. *cap.* 28. enixè, & magno conatu autumant, quòd quæcumque appellatio, etiam ex natura ſua non injuſta, eſt Regularibus prohibita, adeout nullo unquam caſu eiſdem liceat non tantùm intra eandem Religionem ab inferiori ad Superiorem Prælatum, ſed neque ad Summum Pontificem appellare, prout in pluribus ex relatis Conſtitutionibus expreſsè ſancitur; ſi itaque, ut dicti DD. proſequuntur, Regularibus integrum non eſt ad Sanctam Sedem appellare, multominùs eiſdem licitum erit ad altiores Prælatos ſuæ Religionis appellando confugere; ſi etenim Regulares ad eorum libitum uſurpare poſſent hujuſmodi remedium appellationis, magna quidem ſequeretur diſciplinæ religioſæ perturbatio, & reverentialis timor verſus inferiores Prælatos facilè contemneretur. Unde concludunt, quòd melius eſt, quòd innocens condemnetur, & unus patiatur, quàm totius Religionis pax perturbetur, ſicque manus patienter recipiat ictum ad ſervandum caput; fortitudo namque, & decor Religioſus in eo conſiſtit, quòd Religioſi inter ſe cum ſilentio, & quiete omnia negotia, & controverſias ita componant, ut ad notitiam aliorum etiam Eccleſiaſticorum Tribunalium neque per ſomnium, ut dicunt, eorum jurgia perveniant.

Ad hujuſmodi autem politiam Regularem ſervandam à prædictis DD. non adducor hujuſmodi ſententiæ in totum ſubſcribere, ſicque aliquorum Prælatorum Regularium patrocinari malitiam, & Religioſis oppreſſis naturalem defenſionem auferre, quæ in appellatione tanquam remedio ab utroque Jure approbato optimè explicatur; appellatio namque eſt pars defenſionis naturalis, ut dixit Jo: Andr. *in cap.* 1. *nu.* 17. *&* 18. *quæ ſint regal.* & præſidium innocentiæ, ad Text. *in cap. cum ſpeciali* §. *porro de appell.* qua mediante lites pacatæ finiuntur, & tranquillè Cives inter ſe degunt, ut tradit *Ariſt.* 2. *polit. cap.* 6. & qua prohibita datur cauſa delinquendi, & ferendi iniquam ſententiam, ut ex *leg.* 1. *Cod. de appell.* dicit Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæſt.* 70. *num.* 3. ſiquidem ad ita concludendum non urgent rationes ab eiſdem adductæ. Non enim Regulares Superiores dicuntur contemnere, cùm Jure ſuo utuntur; juxta commune Axioma: *Nemini injuriam facit, qui Jure ſuo utitur*, *leg. injuriarum* §. 1. *leg. jurejurando leg. quod reipublicæ*, *& leg. injuriam ff. de injuriis*; & in terminis Eccleſiaſticorum erga ſuum Superiorem probavit Innoc. III. *in cap. cum Eccleſia* 31. *de electione*; ibi enim mandavit abſolvi Canonicos nolentes acquieſcere mandatis Epiſcopi: *Quia ſicut Juris regula dicit, non videtur injuriam facere, qui utitur Jure ſuo*: nec etiam opinari debet quòd Regularium frequentibus appellationibus tota Religio dedecoretur, nam hoc facilè timendum eſſet, cùm ad Tribunalia extranea, & maximè Laicorum, in quibus puſilli facilè ſcandalum ſumunt, hujuſmodi recurſus haberentur; non verò cùm ad Prælatos intra ſepta Religioſa, vel ad alia Tribunalia Eccleſiaſtica ad hunc effectum conſtituta appellationes diriguntur, ut rationibus exornant Peyrin. *de privil. tom.* 3. *cap.* 4. *à numero* 37. Murga *oper. Canon. part.* 2. *quæſt.* 2. §. 3. *à num.* 61. 6

Neque tandem urget quòd Pontifices plerumque hujuſmodi Religioſorum appellationes à ſe ipſis etiam præcisè abdicarunt in ſupradictis Conſtitutionibus, nam omninò intelligendæ ſunt, cùm ordinatè, & ſecundùm Regulæ ordinationes, & conſuetudines, Superiores procedunt, ut dicitur in *dicto capit. reprehenſibilis*; non verò cùm per injuriam, & injuſtitiam procedunt, & latiùs dicam in alia Conſtitutione, ubi an valeat Papa in totum à ſe abdicare jus appellationis, & quatenus conceſſerit privilegium non appellandi neque ad S. Sedem, quomodo id intelligi debeat. 7 8

His itaque, quæ dicunt prædicti DD. è medio ſublatis, inquirendi operæ pretium eſt, in quibus terminis procedant recenſitæ Conſtitutiones prohibentes Regularibus appellationem, & pleræque etiam ad S. Sedem. Cùm autem ſupra diximus, quòd præfatæ Bullæ ex corpore Juris communis fuerunt deſumptæ, ſive ſimpliciter ad majorem ipſius obſervantiam emanatæ fuerunt, ideoque intelligendas eſſe eo modo, quo jus commune appellationem Regularibus denegat, bene firmant Sanchez *in ſumma tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 10. Diana *par.* 3. *tract.* 2. *reſolut.* 54. Tamburin. *de Jur. Abb. tom.* 3. *in praxi crim. quæſit.* 19. *num.* 6. §. *præterea*, Murga *loco cit. quæſt.* 8. *nu.* 164. Quapropter Jure communi inſpecto, theorica ſtatuen- 9

Digitized by Google

ſtatuenda eſt, quòd regulariter non liceat Religioſis appellare à correctione, & punitione legitima, ſive à præceptis ſuorum Prælatorum ſecundùm Regulares Conſtitutiones, & conſuetudines, ſive judicialiter, ſive extrajudicialiter factis. Quòd ſi verò iidem Superiores modum in corrigendo, vel in puniendo ſatis excedant, ſive gravamen manifeſtum inferant, tunc integrum eſt Regularibus quoad utrumque effectum appellare, Prima pars hujus aſſertionis probatur ex Tex. *in cap. irrefragabili de offic. Jud. Ordin. & cap. reprehenſibilis, & cap. ad noſtram de appellat.* & ibi Abbas, Fagnanus, Gonzalez, & Barboſa multis citatis, Murga *in cit.* §. 4. *numer.* 98. Tamburin. *loco cit. à num.* 1. Lezana *in ſumma quæſt. regul. tom.* 2. *part.* 3. *verbo appellare*, Pignatel. *conſul.* 61. *per tot. tom.* 2. & omnes Canoniſtæ paſſim.

Quamvis enim regula ſit generaliſſima, quòd à correctione morum non datur appellatio; nam ſecundùm Abbatem *in cit. cap. reprehenſibilis num.* 9. *de appell.* vergeret in deſtructionem diſciplinæ Eccleſiaſticæ; quamobrem teſtatur Anton. Aug. *in* 2. *Collect. Decret. lib.* 2. *tit.* 19. *cap.* 3. Sacroſanctam Romanam Eccleſiam nunquam conſueviſſe hujuſmodi appellationem admittere, & nos latè in terminis Sac. Concilii Trident. occurrente materia dicemus; attamen peculiaris ratio militat in Regularibus, tum propter obedientiam, & reverentiam majorem debitam ſuis Superioribus, tum etiam ob particulares ordinationes, & inſtituta, ut dicitur in *cap. reprehenſibilis in fine*, & notat Pignatell. *loco cit. num.* 3. & Paſſerin. *num.* 541. Munus enim ſolius Abbatis eſt, ſive Superioris Regularis, ſuos ſubditos corrigere, & reformare, etiamſi Monaſterium eſſet Epiſcopo ſubjectum, ex *can. corripiantur* 24. *quæſt.* 3. Gloſſ. *in cap. quarto verſ. ſi Prælati de Offic. Ordin.* dicunt Abbas *in cap. ad noſtram nu.* 2. Fagnan. *in cit. cap. de Priore num.* 28. ideoque quocunque remedio recuſari non poteſt, ut notant Innoc. Hoſtien. & Jo. Andreas *in cap. cum ſpeciali.*

10 Perperam autem in hac hypotheſi nonnulli moderni ſequi videntur opinionem Tancredis, Vincentii, Joan: Andreæ, & Hoſtien. qui in lectura dicti *cap. ad noſtram* aſſerunt, quòd ſi Prælatus in cauſa Viſitationis & correctionis procedat ſervata tela judiciaria, liceat appellare etiam ad effectum ſuſpenſivum, adeout ait Jo: Andreas, poſſe Monachum ſicut & Clericum appellare, ſi correctio fiat in forma judicii. Nam quidquid ſit in terminis Clericorum Sæcularium, quoad verò Regulares, cùm juxta mentem dictorum Jurium & Conſtitutionum ſola veritas, & ſubſtantia facti in hujuſce cauſis attendenda ſit, nec Juris apicibus anſa eiſdem tribui debet, ut audaciores ſe faciant, ut latè infrà dicam; ideo bene ſubinferri poteſt, quòd ſive judicialiter ſive extrajudicialiter Superiores procedant, integrum non eſſe Regularibus appellare, ut defendunt Tamburin. *aliique ſupracit.* & Sanchez, Abbas, & Alexander de Nevo *relat.* à Murga *loc. cit. quæſt.* 1. §. 2. *num.* 4. *in fine*, Cæterùm non improbabiliter aſſerunt Fagnan. *in cap. ad noſtram num.* 8. Gonzalez *in cap. irrefragabili numero* 3. *de Offic. Jud. Ordin.* Paſſerin. *loco cit. numero* 542. Pignatel. *in cit. conſult.* 61. quòd de Jure communi non interdicitur appellatio à correctione morum ad effectum devolutivum, nam in omnibus Juribus, & Conſtitut. ſupra relatis appellatio tantùm reperitur prohibita quoad effectum ſuſpenſivum, quæ ſcilicet executionem impedit, non verò quæ abſque perturbatione regularis diſciplinæ cauſam ad Superiorem devolvit; ſed in præſenti ſolet recurri ad Sacr. Cong. Epiſcoporum ex ejus Inſtitutione in *Conſtitut.*
11 74. *Sixti V.* quæ ex ſui facultate hujuſmodi recurſus per viam ſupremæ, & extraordinariæ facultatis ſolet recognoſcere cauſas cum relatione prævia Superiorum, ut alibi dicam, cùm appellatio denegata intelligi debeat de Tribunalibus contentioſis, ne Regulares ibi vagari, ac eorundem Regularium tranſgreſſiones palam fiant.

Alteram verò partem ſupradictæ Concluſionis per- 12
vagando dicendum eſt, quòd cùm Superiores Regulares per injuriam contra ſuos Subditos procedunt, gravamen manifeſtum inferendo, ſi modum in corrigendo exceſſerint tam in quantitate, quàm in qualitate pœnæ, tunc Religioſis etiam ad utrumque effectum appellare non prohibetur, & Prælatus tenetur ſub pœna hujuſmodi appellationi deferre, ut probatur à contrario ſenſu per Textus ſupra relatos; caſus autem deciditur in *cap. de Priore de appell.* ubi Prior Regularis, qui noluit deferre appellationi per Subditum ad S. Sedem interpoſitæ, mittitur cum litteris Ordinarii ad Curiam puniendus, ut explicat Gloſſ. *ver. appellatio*, & faciunt *cap. novit* 43. & ibi Gloſſ. *verbo modum*, *cap. cum ſpeciali* §. *porrò verſ. ab exceſſu*, *cap. reprehenſibilis* 26. ubi Gloſſ. *verbo competens de appellat.* & conſonant *Conſtit.* 1. *Bonifacii IX. & Conſtit.* 1. *Gregorii XIII.* apud Confectium *in compend. priv. mendic. & Conſt.* 110. *Clementis VIII.* apud Cherubinum, in quibus expreſsè Regularibus Jus appellandi à gravaminibus ſibi illatis aſſeritur, & latè hanc concluſionem exornant, atque ampliant ut ſupra omnes fere Repetentes in *cit. cap. ad noſtram, & in cap. de Priore*; Murga *in cit. quæſt.* 1. *per tot.* Paſſer. *loco cit. num.* 545, *cum ſeqq.* Capon. *diſcept.* 31. *num.* 8. *& diſcept.* 261. *numero* 63. Pignatell. *cit. conſult.* 61. *num.* 6. *cum ſeqq.* Roderic. *quæſt. regul. part.* 1. *quæſt.* 29. *art.* 2. *& par.* 2. *art.* 53. *num.* 10. Lezana *verbo appellare num.* 4. Peyrinus *de Privil. ad Conſtit.* 23. *Leonis X. & de Subdito cap.* 1. *quæſt.* 20. Barboſa *ad Conc. Trid. ſeſſ.* 25. *de regul. cap.* 4. *num.* 10. *&* 11. Tamburin. *loc. cit. quæſ.* 19. aliique ab his citati; ex quibus meritò concludi poteſt cum
Innoc. *in cap. ad noſtram in princ. hodie non eſſe dif-* 13
ferentiam inter Regulares, & alios, inter correctionem, & alium proceſſum, cùm ſemper liceat appellare, ſi excedat ſeu gravet: quem etiam refert Pignatell. *loco cit. num.* 6. & benè Rota *deciſ.* 925. coram Emerix Jun. ubi quòd prohibita appellatio non habet locum, ſi adſit gravamen, prout licèt Sac. Concil. Trid. prohibeat appellationem in ſententia privationis ob non reſidentiam, *cap.* 1. *ſeſſ.* 23. *de reform.* tamen ſi privatio non ſit juſta, & valida, non procedit prohibitio, Rota *dec.* 1346. cor. Seraph. *deciſ.* 889. *num.* 3. coram Dunozz. Jun. *& deciſ.* 878. *coram eodem, & in Ebredunen. Parochialis ſuper attentatis* 23. *Novembris* 1699. coram Emin. Caprara.

Ad ſubvertendum verò hanc Concluſionem non 14
obſtant Conſtitutiones, ſive Ordinationes cujuſque Religionis prohibentes Regularibus appellationem; nam juxta doctrinam Azorii *Inſtitut. Moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 11. *quæſt.* 8. hujuſmodi ſtatuta ad propoſitum tanquam injuſta ſunt abroganda, niſi tantùm prohibeant appellationem iniquam, quem ſequuntur Murga *loco cit.* §. 3. *num.* 64. Peyrinus *de Privileg. Minim. tom.* 3. *cap.* 4. *nu.* 15. Conſtitutiones autem Pontificiæ ſupra relatæ, ut Jura Juribus concordentur, non ita indefinitè intelligendæ ſunt, ut ſuprà dixi, & ut innuit Innoc. III. in *cap. licet de Offic. Jud. Ordin.* quòd licèt juxta Canonicas Sanctiones in corrigendis exceſſibus ſit appellationis refugium interclusum, non eſſe tamen ſuæ intentionis appellationem omninò excludere, quaſi quòd id concedat, cùm manifeſtè contra juſtitiam proceditur, ut literaliter notat Barboſa *in dicto cap. ad noſtram num.* 2. & optimè quidem, nam juxta receptas regulas hujuſmodi Conſtitutiones, in quibus mandatur procedi
cum clauſula, *appellatione remota*, non equidem ex- 15
cludunt, niſi appellationes frivolas, ſivè quando gravamen eſſet dubium, vel tantùm probabile, ex latè adductis in puncto per Murgam, & Paſſerinum *loc. citatis*, non verò cùm evidenter conſtat de gravamine, ſive exceſſu, ut probant Franc. Leo *in Theſ. for. Eccleſ. part.* 2. *cap.* 2. *numero* 36. Gratian. *diſcep.* 41. *num.* 18. Menoch. *de arbitrariis caſ.* 197. *num.* 2. *cum ſeqq.* Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancell. Gloſ.* 9. *in annot. num.* 241. Seſſe *de inhib. cap.* 8. §. 2. *numero* 10.

Digitized by Google

mero 10. Seraphin. *de privil. Juram. privil.* 64. *num.* 46. Hujuſmodi enim clauſula, *appellatione remota*, ſive, *omni*, *& quacumque appellatione remota*, parum, aut nihil operantur, quando in reſcriptis abſque cauſæ cognitione appoſitæ ſunt, ut dicunt Gonzalez *loco cit. numero* 244. & latè Barboſa *de Clauſ. Clauſ.* 9. *num.* 15. & quòd ſtante notorio gravamine, ſive exceſſu, nullius ſint roboris ad impediendum appellationem, firmavit Rota *deciſ.* 117. *num.* 1. *& ſeq. part.* 3. *rec. in deciſ.* 366. *num.* 38. *& ſeq. part.* 9. *tom.* 2. ubi quòd nunquam tranſit in judicatum, & talis appellatio paſſim in tali caſu conceditur à Signatura Sanctiſſimi.

16 His itaque quoad appellationes Regularium ſuppoſitis, confeſtim ſequitur, quòd Religioſi appellando exprimere debent cauſam, ſive gravamen ſuæ appellationis, ut firmant Abbas *in cit. cap. ad noſtram numero* 9. Felin. *in fine*, & Barboſa *numero* 3. Sanchez *lib.* 2. *tom.* 6. *Moral. cap.* 8. *numero* 105. Palaus *tom.* 3. *tract.* 16. *punct.* 15. *diſp.* 4. *num.* 8. Ratio potiſſima eſt, quia regulariter hujuſmodi appellationes prohibentur, & nonniſi in caſibus ſpecialibus admittuntur; quapropter neceſſe eſt, quòd exprimatur cauſa, ut appareat appellationem interpoſitam eſſe in caſu permiſſo, ut in terminis clauſulæ, *appellatione remota*, dicit Paſſerin. *loco cit.*

17 Suppoſita itaque veritate cauſæ in appellatione expreſſæ, Superior æquo animo attendere debet, an deferre debeat appellationi, vel non; quemadmodum enim graviter peccaret, ſi appellationi manifeſtè frivolæ deferret, ex adductis per Sanchez *loco cit. num.* 106. alioſque quos refert Paſſerin. *ibidem numer.* 557. *in fine*, & 559. ita puniendus eſſet, ſi appellationem ex evidenti cauſa gravaminis interpoſitam parvipenderet; ſiquidem Abbas *in cit. cap. de Priore in fine*, firmat quòd in tali caſu, Superior, ſi cauſa ſit criminalis, debet deponi, juxta *can. decreto* 2. *quaſt.* 6. ſi verò agitur in cauſa civili, remitti debet ad Superiorem pœna arbitraria puniendum, ut dicitur in *dicto cap. de Priore*, nec non Caponus *in diſcept.* 31. *num.* 10. conſuluit, quòd hujuſmodi Superiores impedientes vel prohibentes legitima exiſtente cauſa ſubditis appellare, crimen læſæ majeſtatis incurrunt, ex adductis à P. Camerino *in praxi Canonica Regular. quaſt.* 110. *num.* 21.

18 Poſt hæc autem adnotata circa Religioſorum appellationem admittendam vel non, conſequenter diſſerendum eſſet ad quem, & quo ordine Regulares in caſu permiſſo appellare debent, & nunquid in eorundem cauſis locum habeant inhibitiones A. C. & Commiſſiones Signaturæ Juſtitiæ? Verùm cùm in hoc opere hujuſmodi materiam præſtet *Conſtit.* 110. *Clem. VIII.* incip. *Quoniam noſtra*, in qua Fratribus S. Mariæ de Carmelo nonnullis Tribunalibus prohibitis aſſignatur ordo procedendi in appellationibus, quocirca ibi Deo dante materiam reaſſumendo latè dicemus; interim verò conſule Fagnan. *in cap. de Priore à num.* 15. *ad finem de appellat.* Peregrin. *de Subdito quaſt.* 1. *capit.* 20. Card. de Luca *de regular. diſc.* 22. Pignatell. *conſul.* 168. *tom.* 4. *& conſul.* 9. *& conſul.* 35. *tom.* 10. *conſul.* 1. *tom.* 3. Murga *Oper. Canon. part.* 2. *quaſt.* 2. §. 1. *cum ſeqq.*

19 Cùm tandem Bonifacius mandet in præſenti Conſtitutione, quòd Juris apicibus poſtpoſitis, ad correctiones, & punitiones Fratrum Superiores Ordinis Prædicatorum procedant; breviter eſt animadvertendum, quòd ut notat Rodriguez *tom.* 2. *quaſt. regul. quaſt.* 3. *art.* 1. Prælati Regulares dupliciter in Monachos procedere poſſunt; primò tanquam Patres eorundem vitia exprobrando, & charitate fraterna corrigendo, & tunc certum eſt quòd quacumque forma, & figura Judicii poſtpoſita, valent, prout magis expediens duxerint, procedere. Secundo modo tamquam Judices, & Prælati procedunt, & tunc licèt ſecundum allegata & probata, eorum judicium componere debeant, intrat tamen privilegium hujus Conſtitutionis, quòd Juris apices ſervare non teneantur. Porrò autem hoc privilegium non aliud importat, quàm quòd omiſſis ſolemnitatibus, & ſubtilitatibus Juris, abſque vitio proceſſus, ſola facti veritate, & meritis cauſæ inſpectis, ſummariè procedi poteſt, ut proſequitur Rodriguez *loco cit.* & probant 20
Barr. & Bald. *in leg. ſi fidejuſſor* §. *quadam ff. mandati*, aliique, quos refert & ſequitur Cherubinus Junior *ad hanc Conſt. Schol.* 1. Quapropter licitè omiſſis ſolemnitatibus Juris, quæ ſubſtantiam cauſæ non tangunt, omninò tamen abſque vitio nullitatis præteriri non poſſunt, quæ ad veritatem indagandam, & defenſionem rei conducunt; quæ latè enumerantur in *Clemen. Sæpè contingit de verbor. ſignif.* & diſſerunt Rodriguez *loco citato*, Capon. *diſcep.* 31. *num.* 28. P. Camerin. *in praxi Canonica Regul. quaſt.* 8. *&* 98. Felin. *in tract. de modis procedendi con. Monachos.*

CONSTITUTIO V.

BONIFACII VIII.
incipiens (*In diſpoſitione.*)

EPITOME BULLÆ.

BONIFACIUS PRIORI, ET CONVENTUI Monaſterii S. Antonii Ordinis Sancti Auguſtini Viennenſis diœceſis.

Erigit hic Papa in Abbatiam, Prioratum S. Antonii Viennenſis, ejuſque Priorem in Abbatem Generalem totius Ordinis Fratrum Sancti Antonii ſub Regula S. Auguſtini inſtituit, multis privilegiis conceſſis.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Ordo Fratrum Clericorum Sancti Antonii Viennæ, quomodo initium habuerit, & numero ſeqq.*

2 *Corporis D. Antonii Abbatis translatio, & repoſitio innuitur.*

3 *Quamplures tacti lue Ignis Sacri, ad tumulum dicti Sancti confugerunt.*

4 *Signum T à ſodalibus dicti Ordinis aſſumptum, & de ejus ſignificatu.*

5 *Inſtitutum hujus Ordinis refertur, ejuſque propagatio, & approbatio.*

6 *Præſentis Conſtitutionis tenor adducitur quoad Abbatiam S. Antonii Viennæ in caput Ordinis erectam.*

7 *Innocentius VIII. dirimit controverſiam ſuper corpore dicti Sancti cuſtodiendo ad favorem dictæ Abbatiæ.*

8 *Privilegia hujus Ordinis recenſentur.*

9 *Præceptoria S. Antonii Viennæ Neapolis, fuit diſmembrata à toto Ordine.*

10 *Laudatur Cardinalis Cantelmi olim Archiepiſcopus Neapolitanus, & Præceptor, ſeu Commendatarius S. Antonii Viennen. Neapolis.*

11 *Commendatur Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus D. Cardinalis Pignatelli Archiepiſcopus Neapolitanus, & Præceptor, ſeu Commendatarius ejuſdem. Ibidem.*

12 *Sanctiſſimus D. N. Clemens XI. laudibus extollitur ob promotionem ad Cardinalatum dicti Cardinalis Pignatelli, necnon moderatio Innocentii XII.*

13 *Bene-*

Digitized by Google

13 *Beneficia Præceptoriæ Neapolis ad dictum Commendatarium, ſeu Præceptorem pertinent, & remiſſivè.*

1 CUm ex præſenti, quam aggredimur, Conſtitu-
tione ſuam recognoſcat erectionem Ordo Fra-
trum Clericorum, ſive Canonicorum Regularium
S. Antonii Magni Viennenſis, noſtrum idcircò in
præſenti erit recenſere, quomodo, & qualiter ad
ſuum eſſe perfectum proceſſit. Graſſabatur per Gal-
liam dira lues, quæ ignis ſacer, ſive ardens dicitur,
cùm Jocellinus Caſtri Albencini, & Motæ S. Deſide-
2 rii Dominus, ex Conſtantinopoli Corpus S. Antonii
magni ſibi pro magno munere ab Imperatore Orien-
tis dono datum in Provinciam Viennenſem tranſtu-
lit, deindeque apud Motam in magnifica Baſilica po-
ſteà à Caliſtomet II. conſecrata, debito honore de-
poſuit, vocatis Monachis Benedictinis ex Monaſterio
Montis Majoris in Diœceſi Arelatenſi, ut ibidem ſa-
cra officia perſolverent. Maximus itaque hominum
Conventus ad ſacrum pignus venerandum accedere
cœpit, frequentiori autem concurſu facto D. Anto-
nii cultus crevit, eum omnes ſupradicta ignis lue
3 tacti ad ejus tumulum confugientes confeſtim ſana-
bantur, ut narrat Cardin. Baron. *ad ann.* 1089. Inter
alios, qui meritis S. Antonii ſanari meruerunt, fuit
quidam vir nobilis ex Provincia Viennenſi nomine
Gaſto cum ſuo filio Girino, ſeu Girondo; hi benefi-
cii memores omnia ſua bona S. Antonio obtulerunt,
& ſe in curandis igne ſacro ſauciis ex profeſſo dede-
runt; ad quorum exemplum pia inter ſe inita ſocieta-
te, huic pio operi paulò poſt alii octo nobiles viri ſe
adjunxerunt, Hoſpitium erigendo, quod Domum
eleemoſynariam vocarunt: Fertur autem quòd Ga-
ſto, & Girondus ad ſignificandum hoc eorundem
Inſtitutum ad ſublevamen Infirmorum potiſſimè col-
limare, pro teſſera aſſumpſerunt figuram græcæ literæ
4 T, ideſt Tau, ſeu ſignum potentiæ, quod Latini,
& Galli Baculum ſive Scipionem vocant ſubſtentan-
dis debilibus proprium; quod deinde ſignum eorun-
dem ſucceſſores in officio ex auro, argentoque con-
textum collo appenſum geſtabant; ut notat Aubertus
Miræus *de orig. Monaſt. lib. 1. cap. 5.*
Hæc igitur fuerunt primordia de anno 1121. jacta
5 Societatis ſive Contraternitatis Hoſpitaliorum S. An-
tonii Viennenſis in Caſtro Motæ, hodie S. Anto-
nii, Diœceſis Viennenſis in Gallia; unde eſt Diſty-
chon:

Gaſtonis voto ſociatis fratribus octo
Ordo eſt hic cœptus ad pietatis opus.

Æſtimatione autem adolevit hæc S. Antonii ſocietas,
cùm Summi Pontifices Alexander IV. Urbanus IV.
& Clemens IV. Apoſtolica Auctoritate eam lauda-
runt, & approbarunt, ut refert idem Miræus *loc. cit.*
Succedentibus verò temporibus cum eorum priſtina
charitas magis ferveret, meruerunt, quod Boniſa-
6 cius VIII. præſenti Conſtitutione edita apud Urbem
veterem 15. Kalendas Junii 1297. eandem ſodalita-
tem eximendo à juriſdictione cujuſcumque Ordina-
rii, & ſpecialiter à ſubjectione Monaſterii Montis
Majoris Arelaten. Diœceſis, ſub protectione Apoſtoli-
cæ Sedis excepit, & Baſilicam S. Antonii, expulſis
Monachis Benedictinis, in Abbatiam erexit, eidem-
que univit, & ſubjecit ſupradictam Domum eleemo-
ſynariam cum omnibus membris ſuis ubicumque po-
ſitis; voluit autem, & mandavit idem Bonifacius
quod in prædicto Monaſterio, ac Hoſpitali aliiſque
ejuſdem membris, S. Auguſtini Regula ſervaretur, &
quod Fratres, ſeu Canonici ut memoriam primævæ
inſtitutionis perpetuò ſervarent, ſignum T, quod
potentiam vocant, in honorem S. Antonii juxta mo-
rem in habitu ſemper, & ubique deferrent. Tanta
autem gratiarum vi ſodales prædicti fuerunt à Boni-
facio cumulati, tum ſuffragantibus eorundem meri-
tis; tum etiam quia, ut elicitur ex noſtra Conſtitu-
tione §. 1. ad removendam anſam litibus, & quæ-
ſtionibus, quæ perpetuò, inſtigante humani generis
hoſte, ardebant inter Abbatem, & Conventum
Montis Majoris Arelatenſis Diœceſis, & Priorem, 7
ac Hoſpitale S. Antonii, potiſſima inter alias con-
troverſiarum cauſa fuit, quòd Monachi Montis Ma-
joris Sacras Reliquias S. Antonii in eorum Monaſte-
rio aſſervari divulgabant, adeout ad conſulendum in-
demnitati Prioratus S. Antonii, Innocentius VIII.
ſpeciali Conſtitutione eiſdem Montis Majoris Abba-
ti, & Monachis ſuper hoc perpetuum ſilentium im-
poſuit, ut refert Cherubinus Jun. *ad hanc Conſtitut.*
ſchol. 1. Itemque aliis gratiis, immunitatibus, atque
privilegiis pluribus Abbatiam, & Monachos S. An- 8
tonii Viennen. proſequuti fuerunt Summi Pontifices
Gregorius X. Benedictus XI. Nicolaus IV. Martinus
V. qui ex Concilio Conſtantienſe Romam rediens,
Sacras Reliquias devotè veneravit, necnon Calliſtus
III. Pius II. Sixtus IV. Alexander VI. Julius II. Leo
X. Clemens VII. Paulus III. Pius IV. & Gregorius
XIII. Ex Sæcularibus autem Principibus legitur,
quòd Jacobus Hieroſolymitanus, & Siciliæ Rex,
nec non Comes Caſtrenſis protectionem hujus præ-
clari Ordinis aſſumpſerunt, atque ad eandem devo-
tionem etiam poſt mortem conſervandam, ſeu de-
monſtrandam, ſcriptis tabulis eorundem ſucceſſoribus,
& hæredibus ſtrictè mandarunt, quodque Antonia-
num ſymbolum T ex auro puro fabrefactum, unà cum
campanula perpetuò geſtarent, ut refert Aubertus
Miræus *loc. cit.*

Non eſt tandem prætereundum, quòd licèt inter 9
cætera membra, quæ poſſidebat Ordo S. Antonii
Viennenſis, connumerabatur Præceptoria Generalis
Neapolis, attamen hodiè non comprehenditur ſub
diſpoſitione noſtræ Bullæ §. 4. ubi ſancitur, quòd
omnia membra præfati Ordinis, cùm prædictus Ab-
bas ſit ſubjectus Abbati Generali S. Antonii Viennen-
ſis, qui eſt omnium beneficiorum ſub invocatione S.
Antonii privativè quoad alios Ordinarius Proviſor,
& alia habentur tamquam membra, & granciæ di-
ctæ Abbatiæ, idque etiam ex expreſſis privilegiis Cle-
mentis VII. & Pauli III. ut firmavit Rota *in deciſ.*
71. *num.* 7. & 8. coram Durano. Nam cùm ceſſaſ-
ſet in Regno Neapolitano Ordo S. Antonii, dicta
Præceptoria Generalis à Summis Pontificibus, &
ſpecialiter à Paulo V. & Urbano VIII. fuit à dicta
Abbatia Viennenſi totaliter dismembrata, & Clericis
ſæcularibus commendata, prout etiam aliquando
Cardinalibus.

Præceptoriam iſtam jam olim poſſedit clar. me. 10
Cardinalis Jacobus Cantelmus Archiepiſcopus Nea-
politanus, qui antiquiſſimæ Familiæ ſplendori pares
virtutes comparavit, ut ejus nomen nulla poterit ob-
livione conteri. Eandem tenet modò Eminentiſ- 11
ſimus, & Reverendiſſimus D. Cardinalis Franciſcus
Pignatellus, itidem Neapolitanus Archipræſul, in
quo, ultra generis claritatem, eximiamque in agen-
dis rebus prudentiam, zelus Divini, & Eccleſiaſtici
Cultus cum primis effulget, ad eandem porrò Di-
gnitatem evectus à Sanctiſſimo D. N. Clemente XI.
dum Apoſtolica Legatione apud Polonos fungeretur,
ac ſubinde Sacra Purpura redimitus, plaudentibus 12
omnibus noſtri Summi Pontificis perindè æquabilita-
tem, ac moderationem, ut ubi Prædeceſſores in pri-
ma Cardinalium promotione, aliquem ex propinquis
oſtro perornare conſueverint, is tamen ſumma mo-
deratione, neglectis iis de ſuo ſanguine, Anteceſſo-
ris ſui Innocentii XII. de eadem Domo Pignatella
editi, modeſtiam, & ſummam à terrenis abdicatio-
nem multifariè compenſavit, Purpura quidem, Ar-
chipræſulatu, & Præceptoria inſigniendo hunc de-
functo Pontifici Agnatum, quem ille Cardinalem de-
ligere, præter omnium Vota prætermiſit; quin &
auctioris honoris indicium erga Prædeceſſoris memo-
riam Supremus noſter Pontifex exhibuit, dum pro-
prium ex fratre Nepotem cum rubro pileo ad Cardi-
nalem è Legatione redeuntem remiſerit.

Quapropter hodie eorundem Beneficiorum colla- 13
tio, privativè quoad alios Ordinarios ad Commen-
data-

Digitized by Google

datarium, ſive Præceptorem Generalem ſpectat, nec
Regulares ejuſdem Ordinis S. Antonii ullum Jus,
tam activum, quàm paſſivum, in eiſdem prætendere
poſſunt, ut declaravit Sacr. Congreg. Concilii in
Neapolitana Collationis Beneficii 8. *Julii*, & 9. *Sep-
tembris* 1690. & firmavit Rota *in Neapolitana*, *ſeu
Tranen. Preceptoriæ* 20. *Junii* 1696. coram D. Moli-
nes §. *præterea*; & quoad proviſionem hujuſmodi
beneficiorum S. Antonii, an requiratur qualitas Re-
gularis, aliaque privilegia hujuſmodi Ordinis circa
quæſtuationem, & Imagines S. Antonii, alibi in ſuis
Conſtitutionibus dicam, interimque quoad dicta be-
neficia vide deciſiones in *Tranen. Preceptoriæ die* 13.
Maii 1686. 23. *Martii* 1689. & 2. *Junii* 1690. co-
ram Urſino, & *in cit. Neapolitana*, *ſeu Tranen.
Preceptoriæ* 20. *Junii* 1696. & 3. *Martii* 1698. co-
ram D. Molines.

CONSTITUTIO VI.

BONIFACII VIII.

incipiens (*Gloria.*)

EPITOME BULLÆ.

BONIFACIUS UNIVERSIS Chriſti Fidelibus.

SAnctorum Confeſſorum cathalogo adſcribitur, probatis ritè virtutibus, & miraculis, Ludovicus Rex Franciæ, cum inſtitutione ejus Feſti pro certa die.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *S. Ludovici Francorum Regis Natales, educatio, & ad Regni Gubernium aſſumptio indicantur.*

2 *Referuntur expeditio ab eo iteratò aſſumpta pro recuperatione Terræ Sanctæ.*

3 *Sanctorum Faſtis à Bonifacio VIII. in hac Conſtitutione adſcribitur.*

4 *Afferuntur inſignia monita Regi ſucceſſori ab eodem relicta.*

5 *Teſtes in cauſa Canonizationis an poſſint eſſe Poſtulatores.*

6 *Prout an valeant eſſe Religioſi, etiam ejuſdem Religionis, & Confeſſarii.*

7 *Teſtes non debent eſſe ultronei in dictis cauſis, & debent jurare.*

8 *Necnon debent probare concludenter, & an requirantur duo, vel ſufficiat unus.*

In cauſis Canonizationis non eſt locus juramento ſuppletorio. Ibid.

9 *Teſtes de auditu an probent in cauſis prædictis.*

10 *Quoad miracula quòd requirantur duo Teſtes, varia eſt opinio Doctorum, ſed reſolvitur cum diſtinctione.*

1 FRancia, quæ adeò eximiis gloriatur prærogati-
vis, tum in ſoli fœcunditate, ac populorum
commercio, tum tot Regum ſtrenuorum dominio,
præ omnibus ſuorum faſtorum meritò ſe habuiſſe
oſtentat inter Sanctos adſcriptum piiſſimum Ludovi-
cum ejus Regem, qui mortuo Patre anno 1227. cui
itidem Ludovici nomen erat, in Regno ſucceſſit,
Regia Corona inſignitus ab Epiſcopo Sueſſionenſi,
cùm eo tempore Eccleſia Rhemenſis, cujus eſt talis
prærogativa, proprio Paſtore eſſet orbata. Maximæ
expectationis puer Blanchæ Matris, Regis Caſtellæ
filiæ, ſub tutela permanſit: Urgentibus Regni Pro-
ceribus duxit uxorem Margaritam Comitis Provinciæ
filiam: Anno itidem 1247. laborioſum iter in Ægyp-
tum ſuſcepit adversùs Sultanum Turcarum Tyran- 2
num, ingenti expeditione eum debellaturus, comite
Legato Apoſtolico cum aliis Epiſcopis. Belli quidem
primordia proſpera fuere, non itidem exitus: miro,
ſed imperſcrutabili Dei judicio; nam graſſante mor-
bo in Chriſtianorum exercitu, ferè integer occubuit,
captuſque extitit pius Rex cum duobus fratribus, &
quinquennio ſervitutem ſervavit, nunquam impias
conditiones pro libertate recipiens, ut apud Bzo-
vium *in ann. Eccl. tom.* 13. *anno* 1250. *lit. I.* Tan-
dem libertatem pretio redimens, in Galliam rediit;
ſed zelo propagandæ Religionis iterum expeditionem
contra Saracenos appetiit pro recuperatione Terræ
Sanctæ, & propè Tunetum morbo ex lue graſſante
die 25. Auguſti è vivis abiit unà cum Joanne filio,
duo holocauſta Divinæ voluntati offerens. Hinc eum 3
miraculis clarum, plenè virtutibus probatis, Bonifa-
cius VIII. hac Conſtitutione edita apud Urbem Ve-
terem 3. Idus Auguſti 1297. in Sanctorum Confeſſo-
rum numero adſcripſit, aſſignata ejus feſtivitati die
25. menſis Auguſti, tota exultante Eccleſia, & præ-
cipuè Roma, quæ vidit à Gallicæ nationis incolis
venerari eum, quem canonizavit Bonifacius ille,
contra quem eorum aliquorum Scriptorum procaci-
tas non verum Pontificem eſſe jactaverat. Hinc in
memoriam ejuſdem Sancti die 25. Auguſti in Eccle-
ſia ei dicata Nationis Gallorum quolibet anno cani-
tur ſolemnis Miſſa cum Capella Cardinalitia omnium
S. R. E. Cardinalium. Admirandæ profectò ſunt, & 4
à Principibus Chriſtianis imitandæ inſtitutiones,
quas dum Tunetum obſideret, pius idem Rex dicta-
vit, propoſuitque ſequendas ejus filio ſucceſſori,
quas Robertus Gaguinus *lib. 7. de geſt. Francor.* te-
ſtatur reperiſſe in Archiviis Caroli V. Regis Gallia-
rum, & præſertim binas ex eis præ oculis habere om-
nes Principes debent, quarum altera eſt: *Bellum
præſertim adverſus quemlibet Chriſtianorum ſine multo
conſilio vide ne ſuſcipias; ſi neceſſitas cogat ſuſcipere,
Eccleſias, & inſontes nullo patiaris damno affici.* Al-
tera verò: *Semper ſis addictus, & devotus Romanæ
Eccleſiæ, & ejus Pontifici haud ſecus atque ſpirituali
Patri te morigerum præbeas.*

Juxta inſtitutum, ut materia Canonizationis diſtri- 5
buatur in Bullis, quæ ſæpè inveniuntur in Bullario,
hìc aliqua quoad teſtes explicare curavi. Etſi enim
Procurator in cauſa nequeat eſſe teſtis, juxta *cap. li-
cèt univerſis*, *cap. veniens*, *cap. in omni negotio de te-
ſtibus*, *l. jurisjurandi*, *C. eodem*, *Nullius de teſtib.
num.* 85. Gabriel. *eodem tract. concluſ.* 1. *num.* 1. Ro-
ta *deciſ.* 12. *aliàs* 154. *de Teſtibus in novis*; tamen
Poſtulatores harum cauſarum Canonizationis admitti
valent, ſi ſint fide digni, & præſertim ſi adminicu-
lentur dicta eorum ab aliis, ut fuit admiſſum in rela-
tione B. Petri Regalati *tit. de validitate proceſſus* §.
nec replicatur. Ita Religioſorum atteſtatio valet abſ- 6
que licentia Superioris eorum, Abbas *in cap. cum
Nuncius num.* 4. *de Teſtibus*, Aretin. *ibidem num.* 11.
& dixi plenè *tom.* 2. *ad Conſtit.* 3. *Honorii III.* ubi
generaliter, & in terminis Canonizationis, Matta
de Canonizat. part. 4. *cap.* 17. *num.* 14. prout admit-
tuntur, ſi ſint ejuſdem Religionis, tum ex regula *cit.
loco* per me adducta, quòd nempe non ſunt repellen-
di, quatenus agatur de utilitate univerſali Religio-
nis, & non de particulari, prout non agitur de hoc
in caſu; ſed etiam quia in hujuſmodi Cauſis admit-
tuntur etiam Confeſſarii, ac alii habentes affectum
Canonizando, quia cùm agatur de gravi re, affectus
videtur purgatus juramento, Contilor. *de Canonizat.
cap.* 18. *numero* 7. & præcisè quoad Religioſos, qui
non dicuntur habere intereſſe proprium in hoc, ſed
Religionis decus, Rota *deciſ.* 320. *num.* 13. *part.* 9.
tom. 1. *recen.* & in Relatione B. Jacobi de Marchia
tit. de miraculis ſub 1. *miraculo* §. *neminem*, & in
Cauſa D. Hieronymi Æmiliani *num.* 161. Contilor.
cit. cap. 18. *numero* 5. & 6. Teſtes tamen non debent 7
eſſe

Digitized by Google

eſſe ultronei, ſed citati, ac jurati, quales non dicuntur ultrò accedentes, Contilor. *cit. pag.* 708. ubi Auditores Rotæ in relatione S. Thomæ de Villanova *tit. de validitate Proceſſus Valentini*; quòdque juramentum probatur per aſſertionem Notarii, ut in relatione S. Hyacinti *cap.* 2. & S. Raimundi *part.* 1. *artic.* 2. & in aliis firmatur.

8 Teſtes rurſus debent facere probationem concludentem. Unde aliqui voluerunt requiri ſaltem duos, ut opus eſt in omni negotio, *cap. in omni negotio*, *cap. licet in literis de teſtibus*, præſertim cùm requiratur certiſſima probatio in re tam magni momenti, *c. venerabilis de teſtibus*, ubi Gloſſ. *in cap.* 2. *de reliqu. & venerat. Sanctor.* & paſſim Canoniſtæ, Hoſtienſ. *cap. unico ver. Sedis Apoſtolicæ de teſtibus in* 6. Fagnan. *cap. Perniciosum numero* 57. *de offic. Ordin.* Matta *de Canonizat. cit. part.* 4. *cap.* 1. *num.* 17. & *cap.* 16. *numer.* 36. Card. Bellarminus *in Voto præſtito in Cauſa S. Franciſcæ Romanæ impreſſ. poſt ejus Epiſtolas*; & quòd requirantur duo Teſtes, docuerunt Sanch. *cit. ſect.* 11. *cap.* 5. *lit. A. pag.* 869. aliique apud Pignatell. *Conſul.* 249. *numero* 19. *tom.* 1. Hinc ex eadem cauſa gravitatis materiæ, in Cauſis Canonizationum non eſt locus juramento ſuppletorio, Matt. *cit. par.* 4. *cap.* 21. *num.* 26. Verùm quoad virtutes poſſent probari abſque duobus teſtibus de viſu, ſcilicet unico adminiculato cum fama, hiſtoriis, aliiſque, quæ inducere valeant animum Judicis ad ſic credendum, ut latè, & doctè tuetur De Rubeis olim Promotor Fidei, quas rationes, & auctoritates deſcribit Matt. *citat. part.* 4. *cap.* 24. *num.* 41. & videtur ſentire Card. Lauræa *diſp.* 20. *de Miraculis num.* 1119. ubi poſſe dari caſum, quòd de virtutibus alicujus non habeatur notitia, & ſic videtur poſſe probari abſque neceſſitate duorum Teſtium; & etiam de

9 auditu, ſi ſint fide digni, adminiculari id poſſunt, ut in cauſa S. Eliſabethæ de Portugallia ab Urbano VIII. canonizata, S. Joannis à Capiſtrano, Beatæ Margaritæ à Cortona, S. Philippi Benitii, dum in antiquis aliter fieri non poteſt, juxta *cap. licèt de Teſtibus*, ubi Hoſtienſ. exemplificat, quomodo debeant deponere de auditu, Butr. Joann. Andreas, aliique Canoniſtæ, latè Pignatell. *conſult.* 242. *tom.* 1. & *conſult.* 42. *tom.* 4. ubi ſervari in praxi, ut in cauſis antiquis virtutes probari valeant per Teſtes de auditu à majoribus, & per publicam vocem, & famam, hiſtorias, aliaque, & dixerunt Auditores Rotæ in Relationibus adductis in *cit. Majoricen.* & maxima ratione, quia cùm virtutes ſint actus difficilis probationis, procedentes ab interno, nec permanentes ut plurimùm extra ipſum, prout non ſunt reiterabiles poſt obitum, ut poſſunt eſſe miracula, non debet ex hoc defectu probationum Teſtium de viſu, quæ ſuppleri poſſunt per alias, privari Sanctus debito cultu, ſi Deus velit illum manifeſtare miraculorum propagatione.

10 Quoad autem probationem Miraculorum, requiri duos Teſtes de viſu, acerrimè tuetur Cardin. de Lauræa *cit. diſput.* 20. *art.* 25. §. 2. *num* 1082. 1091. & 1216. ubi reprobare dicit Magiſtrum terrenum, & adhærere Cœleſti, indicando pro terreno D. de Rubeis *cit.* qui indiſtinctè procedit etiam pro Miraculis, non requiri Teſtes de viſu, apud Matt. *citat. part.* 4. *cap.* 24. *numer.* 31. & *ſeq.* Tamen diſtinguendum puto, aut enim agitur de unico Miraculo, vel paucis, & tunc debent probari forma rigoroſa, quia verè Miracula Sanctitatem oſtendunt, ſuntque ſigna Sanctificationis, quæque poterit Deus facilè reiterare, ſi velit, & prima patrata non poſſent probari, quod non eſt in virtutibus, niſi Deus mortuum reſuſcitet. Si autem agatur de cæteris Miraculis, quorum probatio non eſt ita neceſſaria, certè tunc poſſet largiùs procedi. Nec obſtat quòd hæ cauſæ æquiparentur criminalibus, quia hoc non eſt ſimpliciter verum, ut dicam alio loco, tum etiam quia in antiquis, & occultis delictis in Criminalibus proceditur cum aliis probationibus, quàm per Teſtes de viſu, *cap. Præterea de Teſtibus*, ubi Hoſtienſ. & Abbas *nu.* 8. Rota *deciſ.* 288. *part.* 3. coram Verallo, prout ex dictis rationibus difficultatis probationum in actibus virtutum probatio non debet eſſe neceſſariò univoca circa unum actum, ſed ſufficit in genere qualitatis actus, itaut probatio actuum ſpecialium ex Teſtibus ſingularibus, inducat probationem generalitatis in ſpecie virtutis, Riminal. Jun. *conſ.* 7. *num.* 27. & *ſeq.* & *nu.* 132. & alii apud Contilor. *cit. pag.* 474. & 518. De aliis autem probationum ſpeciebus tam quoad teſtes examinatos coram Ordinario, & morte præventos, quàm circa alia, & etiam hiſtorias, & virtutes, in quibus gradibus ſint probandæ, prout alia de Miraculis, alibi dicam.

CONSTITUTIO VII.

BONIFACII VIII.

Incipiens (*Antiquorum.*)

EPITOME BULLÆ.

BONIFACIUS AD PERPETUAM rei memoriam.

ANno trecenteſimo ſupra milleſimum, & quolibet centeſimo ſequuturo in perpetuum devotè viſitantibus SS. Petri, & Pauli Baſilicas, triginta ad minus diebus, ſi fuerint Romani; ſi verò Peregrini, diebus quindecim ſaltem ſemel in die, non ſolùm plenam, & largiorem, imò pleniſſimam peccatorum veniam de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis concedit.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Narrantur diſpoſita in hac Conſtitutione.*
2 *Annus Sanctus pleniſſimis Indulgentiis à Summis Pontificibus cumulatus fuit.*
3 *Summi Pontifices diſcretè & moderatè procedunt in Indulgentiis elargiendis.*
4 *Romanæ Peregrinationes à primitiva Eccleſia fuerunt introductæ.*
Harum congruentia recenſetur. Ibidem.
5 *Aſſignatur cauſa finalis celebrationis Anni Sancti.*
6 *Annus Sanctus ab Anno Jubilæi veteris Legis ſumpſit originem, & denominationem.*
7 *Jubilæi nomen quid ſignificet.*
8 *Cur Annus Sanctus in qualibet Centeſimo fuerit inſtitutus.*
9 *A quo tempore in Eccleſia celebretur.*
Referuntur plures Opiniones. Ibidem.
10 *Narratur Hiſtoria Jubilei ſub Bonifacio VIII. ejuſque indictionis, & num. ſeqq.*
11 *Deus comprobavit miraculis hanc celebritatem.*
12 *Ritus, & tempus Anni Sancti variè fuit mutatus, & quomodo.*
13 *Plura de Indulgentiis innuuntur tractata, & tractanda remiſſivè.*

SAcrum hoc monumentum, quo Cæleſti Indul- 1
gentiarum, & Remiſſionum Theſauro, ad Limina SS. Apoſtolorum profuſo, Annus quilibet Sæcularis, ſive centeſimus ſanctificatur, venerabundus in hoc opere excipio; Ecce, inquam cum Apoſtolo, tempus acceptabile, ecce dies ſalutis, cui Bonifacius cum Iſaia *cap.* 61. 1. benè præcinere potuiſſet: *Spiritus Domini ſuper me, eo quod unxerit Dominus me, ad annunciandum manſuetis miſit me, ut mederer contritis corde, & prædicarem Captivis indulgentiam, &*

Clauſis

Digitized by Google

Clauſis aperitionem, & annum placabilem Domino.
2 De Anno verè Sancto loquor, in quo Summi Pon-
tifices infinita merita Chriſti, & ſupererogationes
Sanctorum ad plenam remiſſionem devotè peregri-
nantibus ad Sacra Apoſtolorum Limina diſpenſant,
ſeu communicant, ut notavi in Epitome. In hujuſ-
modi tamen Indulgentiarum, & remiſſionum profu-
3 ſione, veluti prudentes OEconomi, ſicut ſine mo-
do, non item ſine cauſa, & indiſcreta plenitudine,
quam habent, poteſtatis, uſi ſunt, juxta morem, de
quo expreſsè teſtatur *Conc. Lateran. IV. can. 92. in fi-
ne*. Summa etenim ſuadente ratione, Romanæ pere-
grinationes ferè ab incunabulis Eccleſiæ pleniſſimis
Indulgentiis donatæ fuerunt, ut teſtatur Thomaſſin.
de Benef. part. 1. lib. 2. cap. 15. num. 8. §. idem, &
commemorat Bellarmin. *de Summo Pontif. lib. 4. cap.*
4 8. Anacletum Pontificem, qui floruit anno 101. Sa-
cram Peregrinationem inſtituiſſe, & perinde ac plu-
rium annorum continui jejunii valere declaraſſe, &
concordat Panvin. *de Baſil. Vaticana lib. 5. cap.* 16.
dum notat, quòd per ducentos annos, antequam
nova Baſilica S. Petri à Conſtantino Magno excitata
fuiſſet, peregrinantes ad Sacras Apoſtolorum Baſili-
cas plenis Indulgentiis remunerabantur. Convenit
inquam quòd ex omnibus Terræ partibus Fideles ad
Petri Sedem, & Fidei petram tanquam filii ad Pa-
trem, & oves ad ſummum Paſtorem congregentur,
& venerabundi Sacram Apoſtolorum Principis con-
feſſionem viſitent, ibi: *Profeſſuri ſe Catholica ejuſ-
dem Eccleſia filios Matrem agnoſcere Romanam Se-
dem, ac tenere*, ut inquit S. Cyprianus, quo ſanè
nihil efficaciùs ad Chriſtiani Ovilis unitatem conſer-
vandam, & aptiùs demonſtrandam conducit, ut in-
nuit Clemens VIII. in diplomate indictionis Jubilæi
anni 1600.

Unde quidem eſt, quòd hujuſmodi convenientia,
Sacra Limina Apoſtolorum venerandi, tanti in pri-
mitiva Eccleſia æſtimata fuerit, ut teſte Euſebio Cæ-
ſarienſi, *ſacrilegii loco apud primævos Chriſticolas po-
ſitum eſſet, memoriam B. Petri in Vaticano ſemel in
vita coram non venerari*; & Nicolaus I. in Epiſtola
ad Michaelem Orientis Imperatorem, & ad Deſide-
rium Longobardorum Regem ſcripſit, quòd *Chriſtia-
nus non cenſebatur, qui ſemel in vita ſepulchrum Prin-
cipis Apoſtolorum coram venerari neglexiſſet*. Quibus
itaque ſtantibus, non incomptè alludendo ad cauſam
finalem hujus Bonifacianæ Conſtitutionis concludo
5 cum Jo: Mariana *lib. 15. Hiſt. cap. 3. Annum ſæcula-
rem Bonifacius Romanus Pontifex clauſit, lege tempe-
rata, lataque in perpetuum, ut centeſimo quoque anno
venia peccatorum donarentur quicumque Romana Tem-
pla venerabundi inviſerent plena religione: vetuſta-
te ſancta, ad Romana Majeſtatis revocanda Reli-
gioniſque amplificandæ cultum id inſtitutum pertine-
bat*.

Aliam ſuppeditant hujus inſtitutionis cauſam, &
originem Petrus Creſpetius, & Polidorus Virgilius
apud Franc. Phæbeum *de anno Jubilæi par. 1. cap.* 5.
quòd ſcilicet quolibet centeſimo hanc inſtitutam fuiſ-
ſe celebritatem à Bonifacio ad revocandum Populum
Romanum ab inani ſæcularium ludorum celebratione,
qui Apollini, & Dianæ ſacrabantur, de quibus Li-
vius *in Hiſtor. lib.* 1. Strabo *lib.* 9. Valer. Max. *lib.* 2.
c. 1. adeo quòd noſter Pontifex profanum Ethnico-
rum ritum præſenti Conſtitutione in Sacrum, &
Chriſtianum immutaverit; hæc tamen opinio quàm
longè à vero aberret, clarè probat idem Phæbeus, qui
6 *par. 1. cap. 7. §. addit*: Pro comperto ſiquidem eſt, hu-
juſmodi Anni Remiſſionis ſolemnitatem non à ſæcu-
laribus ludis, verùm ab Anno Jubilæi veteris legis
traxiſſe originem, atque figuratam eſſe, ut dicitur in
Can. quis aliquando §. in Jubilæo de pœnit. diſt. 1. Ait
enim Dominus ad Moyſen: *Numerabis quoque tibi
ſeptem hebdomadas annorum, ideſt ſepties ſeptem, quæ
ſimul faciunt annos quadraginta novem, & clanges
buccina menſe ſeptimo decima die menſis propitiationis
tempore in univerſa terra veſtra, ſanctificabiſque an-
num quinquageſimum, & vocabis remiſſionem cunctis
habitatoribus terræ tuæ, ipſe eſt enim Jubilæus; rever-
tetur homo ad poſſeſſionem ſuam, & unuſquiſque rediet
ad familiam priſtinam; quia Jubilæus eſt, & quinqua-
geſimus annus, non ſeretis, neque metetis*, in *Levit.
cap.* 25. 8. Ut enim ille buccina, ita noſter Jubilæus
Apoſtolicæ vocis oraculo annunciatur; laborioſa eo
tempore agriculturæ opera intermittebantur: in no-
ſtro, proprio quiſque parcens labori, fructus, quos
Chriſti Domini, Deiparæ Virginis, ac Sanctorum
merita protulerunt, uberrimos percipit; diſtracta tunc
prædia, alienique juris effecta recuperabantur: nunc
virtutes, & gratiam, quibus peccando meritò exui-
mur, liberali Dei miſericordia recipimus, ut facundè
ait Urbanus VIII. *in ſua Conſtit.* incip. *Omnes Gen-
tes, Indictionis Jubilæi anni* 1625. Quapropter, ut
ibidem proſequitur, ſi quinquageſimus annus incredi-
bili Hebræorum plauſu excipiebatur; quanto magis
decet, Chriſtianum Orbem Sacro Jubilæi anno læta-
ri? & mirificè pro hac ſententia conſonant Text. *in
Extravag. Unigenitus inter comm. de pœniten. & re-
miſſ.* Boetius Epo *de Indul. & Jubil.* Phæbeus *loco cit.*
Navarr. *eodem tractat. in 3. & 4. notab.* Sicut autem
noſter Annus Sanctus ab Anno Jubilæi veteris Legis
ſumpſit originem, & ſignificationem; ita & hæredi-
tavit nomen, unde communiter Annus Jubilæi etiam
à temporibus Bonifacii appellatur, ut deſumitur ex
Card. Stephaneſco *in Hiſtoria Centeſimi* infrà recen-
ſenda, eodem tempore conſcripta. Clemens autem
VI. primus inter Pontifices eodem vocabulo uſus fuit
in diplomate indictionis Jubilæi, regiſtrato in *d. Ex-
travag. Unigenitus*. Quidquid autem ſit de hujus no- 7
minis Jubilæi etymologia, & myſtica in veteri Lege
ſignificatione; nunc libenter ad ejuſdem ſignifica-
tum, verba S. Iſidori Hiſpalen. *in Origen. lib.* 5. uſur-
pamus: *Jubilæus interpretatur remiſſionis annus*. Non
eſt autem abſque myſterio, quòd à quinquageſimo
annorum numero, quo inter Hebræos hujuſmodi ſo-
lemnitas celebrabatur, ad centeſimum à Bonifacio
fuit protracta, tum ad avertendos Chriſtifideles à Ju- 8
daicis celebritatibus, & cæremoniis, quemadmodum
peculiari Summorum Pontificum ſtudio, & labore
in ſolemnitate Paſchatis factum fuit, ut advertit Phæ-
beus *cit. cap.* 7. tum etiam quia in noſtro Anno San-
cto Pœnitentibus, & confeſſis duplex Indulgentia,
culpæ ſcilicet, & pœnæ conceditur; ideoque meritò
à quinquageſimo, qui ſimplicem remiſſionem deno-
tat, ad centeſimum fuit tranſlata, qui duplicem Ju-
bilæum continet, ut inter ſex alias congruentias
docet Cardin. Joan. Monachus *in Gloſſ. ad Extra-
vagan. Antiquorum de pœnit. & remiſſ.*

An verò Bonifacius Jubilæi celebritatem præſenti 9
Conſtitutione in Eccleſiam Catholicam primus indu-
xerit, ſatis ambiguum eſt; ſiquidem Card. Laurea *in
epitome Canon. ver. Jubilæum*, Polidorus Virgil. *de
rerum invent. lib. 8. cap.* 1. Panvin. *in Chron. Eccleſ.
ad ann.* 1300. aſſeverant, quòd ante Bonifacii tem-
pora Jubilæi celebritas prorsùs inaudita erat, unde
primævam ejuſdem inſtitutionem ex præſenti Conſti-
tutione concludunt. At verò Pancirol. *in lib.* inſcrip-
to *de Teſori naſcoſti di Roma*, autumat per mille an-
nos ante Bonifacium, hujuſmodi ſæcularem ſolemni-
tatem celebrari conſueviſſe; Gregorius verò Tholoſ.
lib. 2. Sintag. jur. c. 9. nu. 3. notat, quòd S. Grego-
rius Magnus Jubilæum celebravit, & Gherard. *in Hiſt.
lib. 13. pag.* 410. concludit, anni Jubilæi inſtitutio-
nem, vel ab ipſis Apoſtolis ortam, vel ab eorum im-
mediatis Pontificibus derivatam fuiſſe, forſan teſtimo-
nio Scaliger. *in Euſeb. par.* 18. & Petavii *in rational.
tempor.* innixus, qui Jubilæa anni 49. & 50. poſt
Chriſtum natum referunt, & Turrecrem. *in cit. can. ſi
quis §. item, & can. Levitici* 25. *de pœnit. diſt.* 1. Boe-
tius Epo *de Jubilæo in princ.* Victorellus *eodem tract.
par.* 1. Navar. *loco cit. not.* 7. & latè Benzon. *lib. 3. de
Jubil. cap.* 5. pro certo tenent, Anni Jubilæi celebra-
tionem tempora Bonifacii anteiſſe, ipſumque tan-
dem potiùs revocaſſe, quàm inſtituiſſe; ſive omnium

Digitized by Google

primùm in ſcriptis noſtram Conſtitutionem redegiſſe certis quibuſdam legibus, & cæremoniis dumtaxat firmatam; quamobrem non improbabiliter Riæra, & Petrus Matthæi, quos refert, & ſequitur Phebæus *cit. part. 1. cap. 10. §. attamen*, cenſet, Portam auream, ſeu ſanctam Baſilicæ S. Petri primùm à Bonifacio reſeratam fuiſſe, quamvis hujus aperitionis ſolemnitatis uſque ad Alexandrum VI. nullibi fiat mentio.

Inter igitur hujuſmodi de introductione Jubilei pugnantes ſententias, inhærendo ſenſibus noſtri Bonifacii, poſtremæ ſubſcribere mihi convenit, quòd ſcilicet Jubilæi, ſive centeſimi ſolemnitas ante tempora hujus Conſtitutionis celebrata fuerit, ſed de certo initio non liquidò conſtat. Siquidem Jo: Card. Monachus teſtatur in *cit. extravag. antiquorum*, quòd ex ipſius Bonifacii ore audivit: *ſe ad hujuſmodi Conſtitutionem edendam impulſum eſſe, quia vulgatum eſt, quod talis indulgentia in annis centeſimis à nativitate Chriſti olim concedi ſolebat:* & ipſemet Bonifacius in præſenti *Conſtit.* præludit: *Antiquorum habet fida relatio, quòd accedentibus ad honorabilem Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe conceſſæ ſunt magnæ remiſſiones, & indulgentiæ peccatorum*: quibus ferè etiam verbis uſi ſunt Paulus II. Julius III. & Clemens VIII. in litteris indictionis Jubilæi. Propiùs itaque ad hanc Conſtitutionem exornandam deſcendendo, hiſtoriam hujus præfationis ad hujuſmodi ſententiæ comprobationem referre non gravabor, pleniſſimæ quidem fidei, tanquam deſumptam ab Hiſtorico undique laudato, qui de viſu, & auditu teſtatur. Hic eſt Jacobus Cajetanus de Stephaneſcis Cardinalis S. Georgii *ad Velum aureum, ſeu velabrum*, & ipſius Bonifacii affinis, in ſuo *libro de Anno centeſimo* inſerto *tom. 6. Bibl. Patrum*.

10 Appropinquante anno trecenteſimo ſupra milleſimum percrebuit Urbe tota, & ad Bonifacium delatus eſt rumor, quòd quocumque centeſimo anno plenariam indulgentiam conſequuntur, qui Baſilicam S. Petri viſitarent. Vigil Pontifex perpendens, quòd ſermo qui fertur ab omnibus, non eſt omninò falſus, mandavit antiqua monumenta revolvi; verùm teſtimonium, quod quærebatur, non eſt inventum; oritur tandem optatus dies 1. Januarii anni 1300. & turmatim Populus Romanus ad limina Sanctorum Apoſtolorum properat, adeout eos Eccleſia non caperet; in dies etiam augetur Peregrinorum concurſus, omnes una voce ex majorum relatione acclamantes, in Baſilica Principis Apoſtolorum maximas peccatorum omnium pœnas expiari. Inter alios quidam 107. annos natus, coram Summo Pontifice aſſeveravit, ſuum Patrem proximè elapſo centeſimo Romam petiiſſe, ipſumque in ultima voluntate admonuiſſe, quòd venturo centeſimo hujuſmodi ſpiritualem theſaurum lucrifacere ſibi cordi eſſet. Bonifacius itaque hujus rei coſtanti aſſertione perpenſa, Cardinalium Romanique Populi precibus tandem Menſe Februarii in Feſto Cathedræ Sancti Petri, 12. ſcilicet Kal. Martii, Jubilæi celebritatem quolibet ſæculari anno recolendam, Populo acclamante, & applaudente indixit, ſeu melius reſtauravit; Bonifacius enim in Vaticana Baſilica, ſermone ad Populum facto, præſentem Conſtitutionem editam Laterani, quamvis apud S. Petrum ſubſcriptam, ex ambone mirificè ornato legi mandavit, deinde, ut utar ſenſibus ejuſdem Cardinalis: *Altari impoſitum donum, non impari forma Doctori Gentium Baſilicæ miſſum*. Signis, & miraculis manifeſtavit Deus, hujuſmodi celebritatem verè Jubilæum, Annum Sanctum, diem ſalutis, tempus acceptabile, & propitiationis à ſuo
11 Vicario in Terris deſtinatam, in Cœlis ratam, & gratam eſſe; lato enim calamo ſcribit Raynald. *ad ann.* 1300. *num.* 7. quòd plurimi in Sanctorum Apoſtolorum Baſilicis à diverſis languoribus curati ſunt; exibant ſiquidem Dæmonia à multis clamantia, & dicentia, quòd non ſolùm ab Apoſtolis Petro, & Paulo ejiciebantur à Corporibus obſeſſis, ſed à multitudine animarum Populi Chriſtiani, quæ ab eorum ſervitute mediante Sancto Jubilæo liberabantur, & quòd ex dictorum Apoſtolorum meritis animæ in Purgatorio exiſtentes à pœnis liberatæ, gloriam æternam jam obtinere meruerunt.

Tantus autem, & à temporibus non auditus poſt hujuſmodi literarum publicationem Romipetarum fuit concurſus, non ſolùm ex Italia, Hiſpania, Anglia, Germania, & Ungaria, verùm etiam ex Galliis non obſtante Edicto Philippi Pulchri, ita in Bonifacium commoti, quòd nullus ex ſuis ſubditis Romam peteret, & teſte eodem Card. S. Georgii, quocumque pergerent, exercitum, examenque præfigurarent; & S. Antoninus *par. 2. Hiſt. tit. 20. cap. 8. §. 11.* teſtatur, quòd ex omnibus nationibus, quæ ſub cœlo ſunt, ſine Romanis, ſemper, & continuò Peregrinorum ducenta millia connumerabantur, abſque venientibus, & recedentibus; & Ciaconius *in vita noſtri Pontificis* teſtatur, quòd per Urbis, etſi amplæ, vias, & plateas, ob multitudinem Peregrinorum, vix eſſet tranſeundi locus; & Brietius *in Annal. ad ann.* 1300. ſententia Ciaconii confirmata addit, quòd tantæ hominum multitudini nil ad victum defuit, & pretio ſatis commodo, adeout huic operi manum ipſe Deus admoviſſe videretur. His concordant ultra Hiſtoricos relatos, Victorellus, Boetius Epo, Stephanus Notius, Auguſtinus Valerius, Franciſc. Phœbeus, Cyrillus Francus *de Jubilæo, ad Jubil. Bonif. VIII.*

Et hæc ſatis de congruentia, cauſa finali, origine, & Hiſtoria Anni Jubilæi, ne ultra propoſitum hoc Commentarium augeatur. Verùm pro coronide animadvertendum eſt, quòd ſuccedentibus temporibus Ritus, & tempus Anni Jubilæi ſuadente ratione variè
fuit mutatus. Gregorius enim XI. ultra Baſilicas SS. 12
Petri, & Pauli, ad hujuſmodi Indulgentiarum theſaurum conſequendum viſitari præſcripſit etiam Baſilicas S. Jo: Lateranenſis, & S. Mariæ Majoris de Urbe; Alexand. VI. ſolemnia in Portis aureis, ſive ſanctis recludendis, per Bruccardum Cæremoniarum Præfectum compoſita, primò edidit; Clemens autem VI. Jubilæum in quolibet centeſimo à Bonifacio inſtitutum, ſeu renovatum, ad quinquageſimum annum reduxit; deinde Urbanus VI. iterum ad 34. contraxit. Nonnulli item Hiſtorici tradunt, Bonifacium IX. ad quinquageſimum denuo reſtituiſſe, pluribus tamen diſſentientibus; Paulus tandem II. in quolibet vigeſimoquinto anno celebrari mandavit in ſua *Conſtit.* 7. incip. *Ineffabilis*, in cujus quidem Commentario de hujuſmodi mutationibus, cauſis, & rationibus latè
differere curabo. Prout dicam de Indulgentiis ejuſ- 13
dem Anni Sancti, occaſione etiam latiùs agendi de pluralitate, & Indulgentiarum veritate, & poteſtate in Eccleſia Dei, contra hæreticos, ac de aliis quoad Indulgentias, de quibus edidit integrum tractatum Paſſerinus; & videnda ſunt ea, quæ diximus ſuprà *Conſtit. 16. Alex. IV.* ubi de Indulgentiis, quas concedere poſſunt Inquiſitores, & de his qui eas concedendi poteſtatem habent in Eccleſia Dei.

CONSTITUTIO VIII.

BONIFACII VIII.
incipiens (*In ſupremæ.*)

EPITOME BULLÆ.

BONIFACIUS AD PERPETUAM rei memoriam.

Studium generale in Civitate Firmi erigit, privilegiaque Studii Bononienſis eidem communicat; formam ibi Doctorandi præſcribit, necnon hujuſmodi Doctoribus ubique

Digitized by Google

ubique legendi, & docendi facultatem tradit.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Univerſitates ſtudiorum quàm ſint bono publico utiles, & neceſſariæ.*
2 *Itidemque utiles, & neceſſaria ſunt pro Fidei, & Eccleſiaſtici regiminis conſervatione.*
3 *Apprimè etiam conducunt ad Politicum Regimen Reipublicæ.*
4 *Scientiæ non in privatis ſtudiis, ſed in publicis Univerſitatibus addiſci debent.*
5 *Academiarum cura, & uſus apud omnes Gentes ſemper fuit.*
6 *Bonifacius VIII. inſtituit ſtudium generale in Civitate Firmi.*
7 *Referuntur nonnulla ad perſpicuitatem Firmanæ Civitates pertinentia.*
8 *Eminentiſſimus Cardinalis Baltaſſar Cincius, Archipræſul Firmanus laudatur.*
9 *Studia Generalia nonniſi in celebrioribus Urbibus ſunt erigenda.*
10 *Quænam requiri debeant in Civitate, ubi Academia erigenda eſt.*
11 *Collegium ſtudioſorum facit Univerſitatem.*
12 *Studia Publica abſque auctoritate Principis Supremi erigi nequeunt, & an requiratur illa Papæ, & de pluribus ad rem. Remiſſivè.*

1 INter Collegia licita atque neceſſaria primum obtinet locum Academia, ſeu Studium publicum, penes Beſold. *in Synopſ. Polit. Doctrinæ cap.* 17. *n.* 5. Studiorum etenim Univerſitates ſicut inter alias Nobiles, è quibus claritudo venit, ut inquit Seneca apud Tacitum *lib.* 18. ita bono publico permaximè utiles, cùm bonarum artium, & ſapientum Matres ſint, & altrices; unde, qui vitia ſua minùs exprobrata voluerunt, non aliud ſategerunt, quàm ſcholas omnes, ſive Academias claudere, & penitùs abolere, ut moliti fuerunt Licinus Imperator, & Julianus Apoſtata, qui in Chriſtianos ita invehi ſolebat: *Propriis pœnis configimur, ex noſtris enim libris arma capiunt, quibus in bello adverſus nos utantur*, teſte Baronio *tom.* 3. *annal. ann.* 316. & Nicephoro *lib.* 10. *cap.* 25. Gonzalez *in cap. licet n.* 4. *de preben.* & non minori invidia, licèt minori ſucceſſu Vviclephus, & Lutherus, Melanchton, & Carloſtadius, qui Scholas, Sodomas & Gomorrhas, malorumque omnium ſentinas, necnon vanos Gentilitatis inventus dixerunt, adeout non plus Eccleſiæ, quàm Diabolo proſint, ut memorant Pereira *in Republ. literar. lib.* 1. *nu.* 82. Tholoſan. *lib.* 17. *Reipubl. cap.* 12. *num.* 4. & latè Jacobus Gretſerus in ſuo tractatu intitulato per Antiphraſin *Lutherus Academicus*.

2 Verùm quidquid ii effutiant, ex tot decretalibus Epiſtolis, Sacris Conciliis, & SS. Patribus, generalia ſtudia literarum ſeu Academias non ſolùm univerſali conſenſui, & traditioni Eccleſiæ non adverſari, ſed ad mores hominum benè informandos, ac Fidei, & Regiminis Eccleſiaſtici propagationem, conſervationem, ac reſtaurationem non ſolùm utiles eſſe, ſed ferè neceſſarias, latè docent Vvaldenſ. *libr.* 1. *Doctrinæ Fidei cap.* 68. Gonzalez *in cap. quia n.* 3. *de Magiſtris*, Mendo *de Jure Acad. lib.* 1. *quæſt.* 1. *n.* 7. §. *utilitas*, Pereira *cit. num.* 94. *cum ſeq.* Suarez *tom.* 4. *de Relig. tract.* 10. *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 12. Frances *de Eccleſ. Cathed. cap.* 281. & aliis prætermiſſis ſat eſt unum teſtimonium adducere Morini *de Sacr. Ordin. art.* 3. *exerc.* 13. *cap.* 1. ibi: *Academiæ inſtitutæ ſunt, in quibus Doctrina Chriſtiana perfectiùs, diligentiùs, & ſplendidiùs tradita eſt. Itaque quod prioris diſciplinæ alteratione de Doctrina deperdiderat Eccleſia, frequenti Academiarum inſtitutione cum uſura recuperavit*, ut refert Thomaſſin. *de Benef. par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 101. *nu.* 1. Unde non eſt mirandum, ſi in Concilio Colonienſi II. celebrato anno 1549. inter quinque media ibi propoſita ad antiquorum Canonum ſeveritatem revocandam, & ad durabilem reformationem Eccleſiaſticam obtinendam, primùm ſancita fuerit ſtudiorum renovatio, penes Cabaſſut. *in Notitia Eccleſ. Sæc.* 16. *ann.* 1549. *pag. mihi* 589.

3 Ex his tandem conſequitur, quòd Academiæ ad Politicum regimen Reipublicæ valdè etiam conducunt, earumque cura ab Imperante minimè eſt negligenda, ut monet Beſold. *loc. cit.* quales enim exhibet ſchola, tales habitura eſt Reſpublica moderatores, & Cives, ut inquit Limneus *de Jur. publ. lib.* 8. *cap.* 1. Nunquam autem dari poteſt benè morata abſque Peritis, & felix eſt, quæ à Sapientibus regitur, ex Ariſtot. 3. *Polit. cap.* 8. Quòd autem hæc ſapien- 4
tia non in privatis Domibus, ſed in publicis Univerſitatibus, & ſtudiis hauriri debeat, eſt ex mente Lycurgi, dum ſancivit, quòd apud Lacedæmonios nemo pro arbitrio ſuo alere, & inſtruere filium ſuum poſſet, ſed omnes ut primùm annum ſeptimum excederent, centuriati, hoc eſt matriculati, in Claſſes unà colluderent, ac ſtudiis publicis vacarent, & facit Textus in *leg. unica Cod. de ſtudiis lib. Urb. Rom. lib.* 11. dum mandat, quòd in Romano Capitolio ſolummodo Magiſtri docere debeant, & privatim colligere Diſcipulos nequeant.

5 Quibus utilitatibus Academiarum perſpectis, omnibus Gentibus, & Populis Academias erigendi ſemper maxima fuit cura, ut eorum Reſpublicæ, atque Regna, hoc ſemine ſparſo, emittendo palmas juſtitiæ, ſcilicet Viros eloquiorum Doctrina multiplici inſigniros, quibus ad omne bonum cooperantibus, in ſoliditate Virtutum, & bonarum artium conſolidentur, ut inquit Dionyſius Luſitaniæ Rex in ſuo diplomate erectionis Academiæ Conimbricenſis; hocque obſervarunt Hebræi, Syri, Babilones, Synenſes, Ægyptii, Indi; adeout iiſdem Academiis nunquam ferè carere potuiſſe Terrarum Orbem, inquit Beſold. *cit. num.* 15. poſt Lypſium à Lovanio *lib.* 3. *cap.* 6. & *ſeqq.* Gonzalez *in cit. cap. quia num.* 3. Hallierius *de Eccleſ. Hyerar. lib.* 1. *cap. penult.* Frances *de Eccleſ. Cathed. cap.* 28. *num.* 19.

6 Aliis verò modernioribus Academiarum inſtitutionibus poſthabitis, recenſitis à Middendorpio *integro tract. de Jure Academico*, P. Mendo *eodem tract. lib.* 1. *quæſt.* 2. Tuſch. *lit. S. concluſ.* 708. de erectione Studii Generalis, ſive Academiæ Civitatis Firmi, Bonifacio VIII. inſtituente, prævia hac Conſtitutione edita in Urbe die 17. Kal. Februarii Ann. 1303. in qua laudata Civitate illa uti commodiore inter alia loca Provinciæ Firmanæ, & neceſſariis requiſitis examinatis, ſtudium generale in ea erexit ad inſtar Studii Bononienſis, in Jure Canonico, Civili, & Artibus, & alia qualibet facultate; quod ſtudium à Bonifacio VIII. erectum, & privilegiis munitum, confirmatum, & iterum approbatum fuit à Calliſto III. die 26. Junii 1455. & deinde cùm temporum injuria penè collapſum, & obliteratum fuerit, Sixtus V. aliis privilegiis, & gratiis conceſſis iterum reſtauravit in ſua *Conſtit.* 9. incip. *Muneris noſtri*. Civitas enim 7
Firmi, ſeu Firmana ita fuit dicta ex eo, quòd illuc à Romanis deducta colonia egregiam ſive bello ſive pace iiſdem fidelitatem ſervavit, ut ait Franciſcus Pamphilus:

Stat vetus excelſo munitum vertice Firmum,
Urbem Romani quam coluere Patres.
Dicta quòd hæc fuerit Romanorum Colonia Firma,
Et tenuit ſtabilem ſemper amica Fidem.

Eandemque Coloniam aſſerunt Tit. Livius *libr.* 27. Plin. Jun. *lib.* 6. *in ep. ad Sabinum*. Poſt Chriſti adventum lucem hauſit Evangelicam ſecundo Sæculo, Epiſcopali dignitate decorata, & in præſenti Archiepiſcopali, à Sixto V. *Conſtit.* 95. ubi alia dicemus, ejuſ-

Digitized by Google

ejuſque Epiſcopo ſcripſit decretalem Alexander III. in *cap. in literis* 24. *de Teſtib.* Caput eſt hæc Urbs nunc Provinciæ Picenæ, ſeu Marchiæ Firmanæ, ſita juxta Mare Adriaticum, ſubdita etiam in temporalibus Sedi Apoſtolicæ, ut erat quoque tempore Alexandri III. conditoris dictæ decretalis, ut latè apud Ughel. *Ital. Sacr. tom.* 2. *fol.* 742. Gonzal. *cap. per*
8 *tuas* 48. *de teſtib.* ejuſque Metropolitanæ inter nobiliores adſcriptæ eſt nunc Archi-Præſul digniſſimus Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus D. Cardinalis Baltaſſar Cincius, qui ob antiquam Romanorum nobilitatem, morum ſummam integritatem, & benemerentiam erga Sedem Apoſtolicam, in fiduciariis muneribus, Prolegati nempe Avenionenſis, & Cubiculi Apoſtolici Præfecti, à San. Mem. Innocentio XII. ad Cardinalatum promotus fuit, erga quem non minùs ob memoriam Septimiæ Philonardi, Aviæ meæ Paternæ, Lucretiæ Cinciæ filiæ, quàm ob egregia tanti Præſulis merita, ſincerum animi mei obſequium, & reverentiam perpetuò teſtatam volui.

9 Non autem inconſultò noſter Bonifacius in erectione hujuſcæ Academiæ Civitatem Firmanam commendavit, idoneamque declaravit ad producendum doctrinæ germina; etenim non quodlibet Terrenum hac fecunditate donatur, cùm ſtudia in locis minùs aptis conſerta, in adulterinam ſæpè doctrinam degenerent, ut dixit Imper. in *proœmio Digeſtorum* §. *hac tria*, dum edixit, Sacram Juriſprudentiam tradi dumtaxat in Urbibus Regiis, Roma ſcilicet, & Conſtantinopoli, necnon in Civitate Berytienſi; *metuebant enim* (ut dicit Bart. *in dicta leg. unica Cod. de ſtudiis liber.*) *glorioſiſſimi Imperatores, ne ſacroſancta leges, quæ Cœlum ipſum Terramque tuentur, in obſcurioribus locis propter Doctorum Virorum penuriam, turpis lucri gratia ab imperitis corrumperentur.* Veruntamen poſt ſciſſum Imperium quamvis pro varia affectione Principum plures, & plures Civitates generalibus ſtudiis decoratæ fuerunt; attamen regulariter non in aliis, quàm in celebrioribus, & inſignibus Urbibus erecta fuere, & erigenda ſunt, ut dicit Middendorp. *de Jure Academ. cap.* 2. Pereira *de Republ. literar. lib.* 1. *quæſt.* 3. *nu.* 63. & facit Textus in *cap. tua de Cler. non reſid.* ubi nomine ſtudii non intelligitur Villa, vel caſtrum, ut notat Gloſ. *in cap. ſtatutum verbo Civitatibus de reſcriptis in* 6. ex quibus ibidem concludit, quòd *Leges, & artes in Regiis Ci-*
10 *vitatibus ſunt diſcendæ.* Ex hac tam Imperiali quàm Pontificia ſanctione, quamvis videatur contra Abb. *in cap. tuæ num.* 3. *&* 4. *de Cler. non reſid. & in cap. quanto n.* 3. *de Magiſtris* dicendum, quòd non quælibet Urbecula locus ſit nobilis & inſignis, ut congruat erectioni ſtudiorum; attamen ſi ſpeciali favore à Principe Venerabilibus Studiis gratietur, etiam deficientibus aliis requiſitis, enumeratis à Laeza *in Clem. unica de foro Compet.* ut Civitas dicatur inſignis, eiſdem Studiis abundè nobilitatur, & inſignitur, ut latè docent Cælius Rhodig. *libr.* 18. *variar. cap.* 26. Tholoſan. *de Republ. lib.* 18. *cap.* 6. *nu.* 3. Pereira *cit. nu.* 66. Beyerlinc. *in ſuo Theat. verbo Academia*, & dixit Bonifacius in hac Conſtitutione plures laudes Civitatis Firmi, ut Studium ibi erigeretur, nempè aeris temperiem, commoditatem locorum proximorum ad hoc ut ſtudentes ad eam accedant; ibique, in qua victualium adeſt ubertas, & ſic ad perfectionem ſaltem accidentalem Academiarum, ſicut permaximè conducit frequens tam Doctorum, quàm ſtudioſorum, ſive Audientium concurſus, ut ex *leg.* 3. §. *penul. ff. de decurion. leg. Magiſtros Cod. de profeſſor.* probat Joſeph. Roman. *de Academ. Neapolitana in princ.* §. *hac ergo*, Menoch. *conſil.* 80. *nu.* 20. Alciat. *reſponſ.* 91. *num.* 7. Unde ut ait Pereira *citat. num.* 68. Academiæ in Meditullio Regni, quàm in Confiniis fundari debent, ut commodiùs Studioſi ad illas concurrere poſſint, & ut in medio ſita corpore, inſtar cordis in reliqua membra vitales ſcientiarum ſpiritus æquè facilè diffundat. Ita etiam commoditas legendi, & ſtudendi, *leg. unica Cod. de ſtud. liber.* & aliis collectis à Joſeph Roman. *cit. loco.* Ad hanc verò commoditatem maximè conferunt tum Loci tranquillitas, tum etiam ſalubritas, & amænitas aeris, ut probant Beyerlinc. *citat. verbo Academia*, Tholoſan. *de Republica lib.* 18. *cap.* 6. *num.* 12. Pereira *cit. num.* 69. ubi memorat ex Strabone *libr.* 5. Neapoli olim ob aeris clementiam, & puritatem Academiam floruiſſe celeberrimam, & Tharſenſem Academiam propter Cydni ſaluberrimam aquam, locique commoditates, Athenienſem, & Alexandrinam etiam gloria literarum ſuperaſſe.

Conſultò autem de privilegiis à Bonifacio VIII. noſtro, generali ſtudio conceſſis, differere omittimus, cùm eadem denuo renovata recurrent in aliis Conſtitutionibus. At ad ulteriorem cognitionem multorum
ſimilium animadvertere juvat, quòd Academia, ſeu 11
ſtudium publicum quatenus eſt Collegium ſtudioſorum, Univerſitas dicitur: & quamvis ſe ad eandem habeat tanquam ſpecies ad ſuum genus, ideòque licèt omnis Academia ſit Univerſitas, non tamen benè è contra ſequitur, quòd omnis Univerſitas ſit Academia; attamen ut ſpecies præcipua, & nobiliſſima, ſub ſimplici etiam nomine Univerſitatis per antonomaſiam intelligitur, ut notat Pereira *cit. lib.* 1. *nu.* 9. *in fine.* Ad ſubvertendam autem noſtram aſſertionem perperam arguunt nonnulli Doctores, quòd quidquid ſit de jure communi, an ſtudioſi faciant Univerſitatem, procujus negativa eſt Tex. *in l. fin. Cod. de juriſdict. omnium Jud.* ubi Gloſ. attamen noſtris ſaltem temporibus, in quibus ut plurimum Clerici, & Laici ſimul ad ſtudendum conveniunt, conſtituere Univerſitatem omninò non poſſunt, ex notiſſima *Clem.* 1. *de electione*, ubi quòd homines diſparis conditionis idem Collegium non faciunt, uti ſunt Clerici, & Laici, *Can. duo ſunt* 12. *quæſt.* 1. Nam ut optimè, & ſingulariter notat Abbas *in quæſt.* 6. *nu.* 5. dictæ Clementinæ diſpoſitio procedit in Collegiis realibus, quæ ſcilicet occaſione rei eriguntur, ut ſcilicet Collegia Monaſteriorum, & Eccleſiarum; non verò in perſonalibus, ideſt occaſione exercitii perſonalis erectis, quorum ſunt Collegia Scholarium, aliarumque profeſſionum, vel artium, ex rationibus ibi adductis.

Ex præmiſſis autem neceſſariò conſequitur, quòd 12
Academiæ, ſeu ſtudia generalia quatenus Univerſitates ſunt, abſque auctoritate Principis Supremi erigi nequeant, itaut ſtudioſi ſe congregando, utpotè in aliis Collegiis accidit, materialitatem dumtaxat Academiarum conſtituant; Princeps verò approbando, formalitatem eiſdem impartitur, *tot. tit. ff. de Colleg. illicit.* & ſpecialiter probat Text. *in l. ſi duas* §. 1. *de excuſ. Tutor.* ubi ſancitur, ad Principem ſpectare deſignare ſtudia, & latè probant Geminian. *in cap.* 2. *de privil. in* 6. Pereira *cit. lib.* 1. *diſp.* 2. *nu.* 48. Borell. *de præſt. Regis Cathol. cap.* 34. *per tot.* Ramirez *de Lege Regia* §. 26. *num.* 66. An autem ſint Univerſitates Eccleſiaſticæ, vel Laicales, & an ad Papam pertineat erectio, prout cui ſubjiciantur ſtudentes, & cæterorum ad rem, aliis Commentariis hujuſmodi remittimus tractationem.

CONSTITUTIO IX.

BONIFACII VIII.
incipiens (*In ſuprema.*)

EPITOME BULLÆ.

BONIFACIUS ABBATI MONASTERII S. Laurentii extra muros, & Priori Baſilicæ ad Sancta Sanctorum, ac Archipresbytero Eccleſiæ S. Euſtachii de urbe.

STatuit hic Papa, quòd Romæ generale ſtudium in quacunque facultate perpetuò vige-

Digitized by Google

vigeret; ejuſque Scholaribus, & Doctoribus quamplurima privilegia concedit, & inter alia, quòd dum ibidem vel docendo, vel audiendo inſiſterent, fructus Beneficiorum, etiam Curatorum, exceptis diſtributionibus quotidianis, licitè percipere poſſent, ac ſi reſiderent.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Literarum ſtudia quantum promota fuerint à Romanis.*

2 *Archigymnaſium Romanum à Numa Pompilio erectum fuit, ejuſque nomen Sapientia antiquiſſimum eſt.*

3 *Imperatores ipſi ad docendum, vel diſcendum in eo deſcendebant.*

4 *Idem Archigymnaſium qualiter defecerit, iterumque reſtitutum fuerit à D. Gregorio.*

5 *Ejus Lectores cur dicantur Sacri Palatii Apoſtolici.*

6 *Eum inſtauravit, non autem primè inſtituit Innocentius IV.*

7 *Idemque præſtitit Bonifacius VIII. in hac Conſtitutione.*

8 *Romana Academia quàm ſupra alias ſit excellentior.*

9 *Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus Cardinalis Jo: Baptiſta Spinola, Camerarius S. R. E. laudatur.*

10 *Studioſis plura debentur privilegia.*

11 *Privilegia Academiis conceſſa, ſunt merè realia.*

12 *Eadem privilegia latiſſimè ſunt interpretanda.*

13 *De privilegiis in hac Conſtitutione conceſſis. Remiſſivè.*

14 *Abſentes cauſa ſtudiorum, Reipublicæ cauſa abeſſe cenſentur.*

15 *Beneficiati cauſa ſtudiorum abſentes, lucrantur fructus Præbendæ, non autem Diſtributiones.*

16 *Quod procedit etiam quoad perſonaliter reſidere debentes.*

17 *Differentia fructuum Præbendæ à Diſtributionibus procedit tantùm in Beneficiis reſidentialibus.*

18 *Fructuum, & Diſtributionum nomine quid veniat.*

19 *Abſentes cauſa ſtudii lucrantur emolumenta Anniverſariorum, aliarumque functionum, dummodo ſint fixa, & aliter per Teſtatores non ſit cautum.*

20 *Non autem lucrantur diſtributiones quotidianas, niſi aliter in Induito ſit cautum.*

21 *Et quid ſi omnes redditus conſiſtant in diſtributionibus, vel fructus Præbendæ tertiam diſtributionum partem non excedant.*

22 *Fructus Præbendæ ſi ſint nimis tenues, cumulantur cum diſtributionibus in caſu abſentiæ.*

23 *Abſentes tempore Vacationis à Concilio permiſſæ, non lucrantur diſtributiones quotidianas.*

24 *Quid dicendum ſi omnes redditus conſiſtant in diſtributionibus, vel fructus Præbendæ ſint nimis tenues, & n. ſeqq.*

25 *Canonia ſine Præbenda de jure dari nequit.*

26 *Afferuntur ad hoc reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii.*

27 *Fructus Præbendæ quatenus dicantur tenues, ad hoc ut in caſu abſentiæ cumulandi veniant cum diſtributionibus.*

28 *Fructus Maſſæ groſſæ quatenus cenſeantur diſtributiones, vel fructus Præbendæ.*

29 *Stante ſtatuto, ex quo, Canonico in Sacris non conſtituto, debetur ſola tertia pars diſtributionum; ſi hic ſit abſens cauſa ſtudii, lucratur tantùm tertiam partem ejus, quod ſi præſens eſſet lucraretur.*

DUm Bonifacius VIII. bonarum Artium inſtaurator, inter alias excitatas Academias, ſibi gloriam ulteriùs promeruit, Romæ Arcem Sapientiæ reſtituere, nobis occaſionem præbet Romanæ Academiæ originem altiùs aliquatenus exordiri. Quia igitur Romanis perſpectum erat, ſtudia literarum eſſe potiora ſtabilimenta Reipublicæ, quibus non tantùm Cives ad ſtudia pacis, & Religionis convertuntur; verùm inde Princeps accipit quemadmodum Populos ſub æqualitate componat: ibi Bellator reperit, unde animi virtute roboretur, ut ait Caſſiodor. *var. epiſt.* 3. Ideò cùm univerſi Terrarum Orbis Imperium animo concepiſſent, varia Gymnaſia inſtituerunt, in quibus Juriſprudentia ad efformandos ſuorum Civium animos; & vaniloquia, quæ de ſuis diis fingebant, necnon ritus Sacrorum Miniſtrorum exponebantur, ut recenſet Middendorpius *de Jure Academico lib.* 3. 1

Celeberrimam verò Academiam Romæ floruiſſe habetur 700. annis ante Chriſti Nativitatem, ex eodem Middendorpio, & P. Mendo *eodem tract. lib.* 1. *quæſt.* 2. *n.* 43. temporibus nempè Numæ Pompilii, cui Romana Reſpublica omnibus literarum ſtudiis ibi moderata, & munita pluſquam Romulo debuit, cui ſola cura fuit muris eam vallare, ut ſentit Brietius *in annal. ad annum Urbis conditæ* 82. Ad hujuſmodi ſiquidem Archygimnaſium exornandum, ut gloria Romana ante alia quæcunque præfulgeret, ex omnium Gentium, quas Bello ſuperarant, ſpoliis, artes, libros, & Viros doctrina inſignes transferebant; unde primùm Grammaticos, deindè Rhetores, & Philoſophos in eodem docuiſſe recenſet Aul. Gell. *noct. Attic. libr.* 17. Memoria verò inſignis extat translatio facta tempore Imperii Ælii Adriani ſtudiorum Sapientiæ, quæ tunc temporis Athenis florebant, ex quo non improbabiliter arguit Addens marginalis ad prædictum Middendorpium, quòd ab illis temporibus Academia Romana intitulata ſit Sapientia, quod nomen uſque nunc ſumma gloria retinet. In ſupremum itaque, ac omnigenum ſcientiarum, quæ homines decent, faſtigium, taliter aſcendit hoc Archygimnaſium, ut aliquando Imperatores ipſi non dedignati ſint in ſuam paleſtram deſcendere, tum ad addiſcendum, & docendum, tum etiam ad laceſſendos ſtudioſos variis quæſtionibus; legitur enim ex Volater. *lib.* 12. *Geograph.* Adrianum Cæſarem illuc conveniſſe audiendorum Rhetorum cauſa; & Lampridius commemorat, Alexandrum Severum ibi interfuiſſe Græcis, & Latinis Orationibus, & Poematibus; Gordianus autem nonnullas controverſias propoſuit, & Claudius Hiſtorias Græcas ibi dictavit, ut ex eodem Middendorpio; tanta igitur his, & immediatis ſuccedentibus temporibus erat fama, & gloria Romanæ diſciplinæ, ut undique confluerent homines ad hauriendas ex hoc fonte ſcientias; & aliis poſthabitis, licèt ſpeciali memoria dignis, ex noſtris Romam ſola ſtudendi cauſa convenerunt D. Hieronymus, & D. Auguſtinus, ut ipſemet teſtatur in *lib. Confeſſ.* 5. *cap.* 6. & narrat Baronius *ad ann.* 370. *nu.* 130. 2 3

Sicut autem floruit, ita & defecit cum Romano Imperio Academia Romana; vel meliùs dicam, tum paulatim neglecta fuit ab ipſis Imperatoribus, dum ſtudiis, & virtutibus prætulerunt delicias, & vitia, cùm ipſius defectione Imperium occaſum cognovit; & tamdiu Romæ delituerunt ſcientiæ bonæque artes, uſquequò mutato Imperio D. Gregorius Magnus Pontifex toto animo incubuit, accerſitis ex Clero, & Monaſteriis doctiſſimis Viris, ad bonarum artium, & literarum ſplendorem reſtituendum; & huic conatui tantus reſpondit effectus, ut Jo: Diaconus *in ejus Vita cap.* 12. & 13. teſtetur, quòd *Tunc rerum Sapientia Romæ ſibi templum viſibiliter quodammodo fabricarat, & ſeptemplicibus artibus veluti columnis nobiliſſimorum totidem lapidum Apoſtolicæ Sedis artium fulciebat*; adeout Romana Schola non ſolùm fuit 4

Digitized by Google

exemplar aliarum omnium per Italiam, Galliam, &
Angliam tunc temporis erectarum; verùm etiam pa-
rens, & magiſtra, cùm ex ea Doctores, & Profeſ-
ſores ab earundem Regionum Principibus mutuaren-
tur, ut concludit Thomaſſin. *de Beneſic. pluribus in
locis*, & ſpecialiter *part. 2. lib. 1. cap. 95. à num. 1.*
5 *& cap. 106. numer.* 3. Ex quo autem ibi Thomaſſin.
commemorat, eundem Gregorium, & ejus imme-
diatos ſucceſſores hujuſmodi ſtudia auſpicatos fuiſſe in
Palatio Apoſtolico, ſive Patriarchio Lateranenſi, un-
de probabiliter deſumendum ſit, qua de re in pluri-
bus antiquis documentis Doctores Archigymnaſii
Romani, Sacri Palatii Apoſtolici, & ſæpenumero
etiam Palatii Lateranenſis Lectores vocitentur; quod
variè contorſit Doctores, & inter alios meminit, ſed
non reſolvit, Paſſerin. *in cap. 1. n. 6. de privileg. in*
6. Porrò hoc Sacr. Palatii nomen retinuerunt Lecto-
res Academiæ Romanæ, donec iterum collapſa diſci-
6 plina literarum, Innocentius IV. Pontificum primus,
formale ſtudium Juris Divini, Humani, Canonici,
& Civilis, Romæ erexit in *cap. cum de diverſis de pri-
vilegiis in 6.* ad quod ornandum, & decorandum
Urbanus IV. uſus eſt opera D. Thomæ Aquinatis, &
B. Ambroſii Sanſedonii Ordinis Prædicatorum, ut ex
eodem Midendorpio, à quibus quidem temporibus
Academia Romana priſtinum Sapientiæ ſibi vindica-
vit nomen, vel ut mavult Paſſerinus *in dicto cap. 1.*
tunc primùm hujuſmodi titulo decorata fuit.

Perperam autem nonnulli DD. proſequentes Joan.
Andream *in Gloſ. Clem. 1. de Magiſtr.* ex *eod. cap.
ut de diverſis* autumant, Academiæ Urbis Romæ an-
tiquitatem eſſe metiendam à temporibus Innocentii
IV. & non priùs vetuſtatis prærogativam ſibi compa-
rare; nam contrarium ſupra eſt demonſtratum, quod
ad hunc effectum Juris teſtimonio etiam fulciri po-
teſt, ut in *leg. ſed reprobari §. ult. de excuſ. Tutor. &
leg. unica Cod. de ſtudiis liberal. Urbis Romæ*, ex qui-
bus apparet tunc, & jam dudum Romæ generale
ſtudium floruiſſe, & probant Garſ. Tolet. *in tit. de
Magiſtris nu. 3. 4.* Simmac. *lib. 1. Epiſt. 73.* Lotter.
de re Benef. lib. 3. quæſt. 7. à nu. 143.

7 Cùm verò injuria illorum temporum, novo Re-
ſtauratore noſtra Academia indiguerit, lubens Boni-
facius VIII. ejuſdem reſtaurationem in præſenti Con-
ſtitutione edita Anagniæ 8. Idus Junii anno 1303. ut
in Epitome hujus Commentarii, promovit, qui in-
ſuper honoribus variis, immunitatibus, & privilegiis
ſtudioſis conceſſis ſapienter conſuluit, ut futuris tem-
poribus ſtudia bonorum artium perpetuò in eadem vi-
gerent, nec tam de facili collabeſcerent. Honos enim
alit artes, ac accenduntur homines ad ſtudia gloria,
& ut ſcripſit Caſſiodorus *lib. 2. Epiſtol. 16. Nutriunt
præmiorum exempla Virtutes.*

8 Ex his igitur, quæ glorioſè de Academia Romana
à ſuis incunabulis uſque ad tempora noſtri Bonifacii,
& ex aliis, quæ adhuc in hoc opere infrà commemo-
rantur in pluribus Conſtitutionibus, elicitur quàm
meritò ob ſui antiquitatem, prærogativas, & privi-
legia tam Pontificia, quàm Cæſarea in corpore Juris
etiam clauſa ſuper cæteras omnes Terrarum Orbis
Academias Principatum obtineat, ut ait Rota *in Ro-
mana Juris legendi ſuper bono Jure 16. Maii* 1698.
coram Muto, & ſupra omnes alias famoſam eſſe di-
cit Caſſan. *in Catalog. Glor. Mun. Conſid. 32. verſ.
conſiderem*, adeout de hujuſmodi qualitate non ſolùm
diſſerere, verùm nec eandem allegare ſit opus, alioſ-
que hujuſmodi generis referunt titulos, & prærogati-
vas Midendorp. *ſæpè citatus*, Mend. *de Jur. Acad. lib.
2. quæſt. 3. num. 16. & 42. cum ſeq.* Lotter. *loc. cit.*
Staphil. *tract. de grat. expect. n. 34.* Cohell. *notit. Car-
dinal. c. 15. Congr. 19. §. ſic enim.* Unde patet quan-
tùm deceat, & perquam honeſtum ſit, ſicuti ſemper
fuit Romæ communis Patriæ in hoc Auguſto Archi-
gymnaſio vel docuiſſe, vel ſtuduiſſe. Unde Philippus
II. Hiſpaniarum Rex dum *leg. 25. tit. 27. lib. 1. Reco-
pil.* ſeveriſſimis pœnis prohibuit, ne quiſquam ex
ſuis ſubditis exterorum Regnorum Academias, ſeu
Scholas ſtudendi vel docendi gratia peteret, referente
Eſcobar. *de Pontiſ. & Regia Juriſdict. lib. 1. cap. 30.
numer.* 38. Romanam Academiam ſtudiorum ma-
trem, & altricem tantummodo excepit, & à ſua pro-
hibitione exemptam eſſe voluit, ut, quod forſan non
inconſultò omiſit Eſcobar, notat Midendorp. *in cit.
lib.* 3. Quæ Urbis Univerſitas ſeu ſtudium Sapientia
dicta eſt ſub adminiſtratione Advocatorum Conci- 9
ſtorialium, & ſub præfectura Cardinalis Camerarii
nunc Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi D. Joan: Ba-
ptiſtæ Spinola, qui tàm generis nobilitate, ac Julii
patrui digniſſimi Cardinalis meritis, quàm egregiis
propriis geſtis, prudentia, virtute, animique fortitu-
dine apud omnes præclarus exiſtit; de hujuſque
Univerſitatis præſenti gubernio, & Lectoribus alibi
dicam.

Propiùs autem deſcendendo ad exornandam præ- 10
ſentem Conſtitutionem, nobis primùm occurrit de
privilegiis noſtro ſtudio conceſſis diſſerere. Verùm ad
majorem intelligentiam dicendorum in hac, & pluri-
bus ſequentibus Conſtitutionibus, præludendum eſt
cum exordio Conſtitutionis Friderici I. relatæ in
Authent. habita Codic. ne filius pro Patre, ibi: *Di-
gnum namque exiſtimamus, ut, cùm omnes bona facien-
tes noſtram laudem, & protectionem omnimodò me-
reantur, quorum ſcientia totus illuminatur mundus, &
ad obediendum Deo, & nobis ejus Miniſtris, vita
ſubjectorum informatur, quadam ſpeciali dilectione
eos ab omni injuria defendamus. Quis enim eorum
non miſereatur, qui amore ſcientiæ exules, facti de
divitibus pauperes, ſemetipſos exinaniunt, vitam ſuam
multis periculis exponunt?* Porrò enim hinc nonnulla
notabilia ad rem colliguntur: primò quòd cùm ſtudio-
ſi negligendo rem familiarem, multis laboribus, & in-
commodis ſtudiorum cauſa ſe ſubjiciant, juxta illud
Horatii in Poet.

Qui cupit optatam curſu pertingere metam,
Multa tulit fecitque puer, ſudavit, & alſit.

ut in majori tranquillitate ſtudiis ſuis inſervire queant, 11
relevatorem, & Protectorem eos habere Principem
admodum conveniat. Secundò privilegia Academia-
rum quamvis videantur determinata ad Perſonas
ſtudioſas, attamen dicuntur merè realia, cùm Per-
ſonas reſpiciant non qua ſingulares determinatè, ſed
indeterminatè ratione qualitatis communis, & ut
ait Imperator, *cauſa ſtudiorum*; ideoque ipſi muneri
dicuntur annexa, & de natura ſua perpetua, & la-
tè proſequuntur Pereira *de Jur. Acad. lib. 3. quæſt. 61.
num.* 295. Menoch. *de præſ. lib. 3. præſ. 103. num. 24.
cum ſeqq.* Gironda *de Privileg. quæſt. 175. numer.* 933.
Palaus *par. 1. tract. 3. diſp. 4. punct. 2. §. 1.* Salas *de
Legib. diſp. 17. ſect. 2. num.* 11. Hinc enim trahi poteſt,
quòd omnes immunitates, & privilegia, quibus ipſi-
met ſtudioſi potiuntur, competunt etiam Corpori
myſtico univerſitatis, ejuſque patrimonio, ut latè pro-
bat Eſcobar. *de Regia, & Pontiſ. Juriſdictione cap. 22.
à num. 111. ad* 116. Tertiò quòd hujuſmodi conceſſio- 12
nes potiùs dicuntur factæ per modum beneficii,
quàm privilegii, & principaliter propter utilitatem
publicam, eò ſcilicet quia, ut dixit Fridericus I. *Stu-
diorum ſcientia totus illuminatur mundus:* & ſuperiùs:
hoc noſtræ pietatis beneficium indulgemus, quocirca la-
tiſſimè ſunt interpretandæ, & potiùs naturam bene-
ficiorum, quàm privilegiorum induunt, ex *leg. ulti-
ma ff. de Conſtit. Princip.* & ex Oldrad. *conſ.* 117. in
caſu noſtræ Bullæ loquente, & Treich. *concl. 367.
num. 6.* probat Cherubin. filius *ad hanc Conſtit. ſchol.* 2.
Menoch. *loc. cit. num.* 21.

His itaque ad rem adnotatis, cùm ferè omnia pri- 13
vilegia, quibus à Bonifacio decoratum fuit in præ-
ſenti Conſtitutione noſtrum Archigymnaſium Sapien-
tiæ, iterum recurrant in ſequentibus Conſtitutioni-
bus Leonis X. Julii III. Sixti V., & Urbani VIII.
ideò hic congruit dumtaxat recenſere, quod in §. 6.
præſentis Conſtitutionis legitur, ibi: *dum hujuſmodi
ſtudio docendo, vel audiendo inſiſterent, fructus, red-
ditus, & proventus omnium beneficiorum ſuorum cum*

cura,

Digitized by Google

cura, & ſine cura, etiamſi eorum aliqua perſonatus,
vel dignitas exiſteret, cum ea poſſint integritate per-
cipere (quotidianis diſtributionibus dumtaxat exceptis)
eum qua illos perciperent, ſi in Eccleſiis, in quibus il-
la obtinent, perſonaliter reſiderent, & ad reſidendum
in eis minime teneantur, neque ad id à quoquam va-
leant coarctari: Etenim cùm per Sacra Concilia,
Canones, & Conſtitutiones Apoſtolicas, reſidentiæ
Beneficiatorum vindices, inertiæ, & imperitiæ pa-
trocinari non conveniebat, ac curſum, & incrementa
Sapientiæ remorari, ut ait Thomaſſin. *de Benef. par.*
2. lib. 1. cap. 6. nu. 9. & penes ipſum Regino *in ap-*
pend. 2. cap. 30. quapropter quibuſcumque Beneficia-
tis, qui etiam ante tempora Alexandri III. ſtudia, &
ſcientias anhelabant, à reſidentiæ vinculo ſolvi con-
ſuevit, ut in celebrioribus ſcholis operam literis na-
vando aptiores deinde ſe redderent ad Eccleſiaſtica
Miniſteria obeunda. Verùm cùm Epiſcopi Sac. Ca-
nonum verbis dumtaxat innixi, ſuo diſſenſu perſæpè
hanc eorundem mentem fruſtrarent, ut notat idem
Regino; hinc non improbabiliter evenit, quòd in-
dultum vacandi à reſidentia cauſa ſtudiorum, clau-
ſum fuit in corpore Juris, adeout noſtris temporibus
potiùs pro regula Juris, quàm pro gratioſo privilegio
haberi debeat, ut colligitur ex Textu *in cap. relatum,*
& in cap. tua de Cler. non reſident. c. licet de præben-
dis, cap. ſuper ſpecula de magiſtris, cap. cum conſul-
tationibus de Offic. Jud. Ordin. cap. cum ex eo 34. de
elect. in 6. cap. 2. de privil. eod. libr. 6. cap. unico de
Cler. non reſid. eod. lib. Clem. 1. §. cæterum verſ. ſanè
de ſtatu Monachor. can. de quibuſdam diſt. 37. Sum-
14 ma quidem ſuadente ratione hujuſmodi Indultum in
corpore Juris inſertum eſt, cùm ob ſtudiorum cau-
ſam abſentes, Reipublicæ cauſa abeſſe, atque utilita-
tem publicam gerere exiſtimentur, indeque de Jure
excuſantur à reſidentia, ut olim à muneribus, &
oneribus publicis excuſabantur, *in leg. quæſitum ff. de*
legat. 3. leg. Sejo §. Pamphila ff. de fundo inſtructo,
leg. 1. & 2. Cod. qui ætate ſe excuſant. lib. 10.

15 Ex his quidem Juribus incontroverſa apud omnes
Interpretes elicitur aſſertio, quòd Beneficiati legiti-
mè abſentes cauſa ſtudiorum, ſive ſtuduerint, ſive do-
cuerint, pro præſentibus habentur, ideoque integros
fructus ſuæ Præbendæ lucrantur, ac ſi perſonaliter re-
ſiderent, amiſſis tamen diſtributionibus quotidianis,
etiamſi præbendæ ſitæ ſint in Cathedrali ejuſdem Ci-
vitatis, in qua reſpectivè ſtudent, vel reſpectivè do-
cent, prout expreſsè diſpoſitum fuit in *cap. ſuper ſpe-*
cula §. Docentes de Magiſtr. & limitatum quoad di-
ſtributiones prædictas in hac Bulla, & in *cap. licet de*
præbend. & firmant Doctores, Fagnan. *in cap. licet*
num. 8. 9. & 115. cum ſeqq. de præbendis, Garzias *de*
Benef. par. 3. cap. 2. num. 54. & ſequen. Lotter. *de re*
benef. lib. 3. quæſt. 27. n. 152. cum ſeqq. Card. de Lu-
ca *de Canon. diſc. 13. nu. 13. & per tot. & diſc. 10.*
nu. 8. de Jurepatronat. Monet. *de diſtribut. par. 2. qu.*
10. in princ. Ugolin. *de off. Epiſc. cap. 19. n. 6.* Bar-
boſ. *de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 56. n. 18. & ſeq. &*
ad Concil. Trid. cap. 1. ſeſſ. 5. & plenè *in Vot. 88. n.*
30. & ſeq. & de Canonic. cap. 27. Graſſ. *de effect. Cle-*
ric. in prælud. nu. 106. & ſeq. Horatius Lutius *de pri-*
vil. ſcholar. privil. 99. & 100. Rebuff. *eodem tract.*
privil. 29. & 31. Sanctarell. *var. reſol. quæſt. 3. n. 9.*
& inconcuſſus fuit ſenſus Sacr. Congregationis Con-
cilii, quòd hujuſmodi abſentes cauſa ſtudiorum lu-
crantur fructus ſuarum Præbendarum ex privilegio in
corpore Juris inſerto, ut cenſuit in *Tropien.* 10. *No-*
vembris 1597. *lib. 9. Decret. pag. 36. & in Signien.*
28. *Aprilis* 1592. *lib. 7. pag. 41. à tergo.* Quò au-
tem quis hujuſmodi privilegio fruatur, quæ conditio-
nes requirantur, & præſertim circa qualitatem facul-
tatis, cui incumbere debeat docendo, vel audiendo,
& quatenùs requiratur licentia, dicam ad *Conſtit. 10.*
ſequen. hujuſmet Papæ.

16 Hujuſmodi autem Juris privilegium firmatum, ut
ſuprà, & in noſtra Conſtitutione Bonifaciana reno-
vatum, competit Beneficiatis, Dignitatibus, & Per-
ſonatibus, etiam requirentibus perſonalem reſiden-
tiam, ut apud citatos Textus, & DD. An autem
etiam ſe extendat ad Beneficiatos habentes Curam
Animarum, dicam latiùs in *cit. Conſt.* 10. Ut igitur
diſtinguatur quid veniat nomine fructuum Beneficio-
rum, ſeu redditum, & proventuum, quos omnes
prædicti lucrantur cauſa ſtudiorum, & quæ ſint di-
ſtributiones, quas excipit tam Jus, quàm hæc Bulla:
animadvertendum eſt, quòd in Beneficiis ſimplicibus 17
nequit conſiderari iſta differentia, cùm non habeant
diſtributiones, quæ tantùm obtinent locum in Bene-
ficiis reſidentialibus, ſeu ſervitoriis, ut ſunt Dignita-
tes, præſertim in Italia, qui participant uti de Capi-
tulo, diſtributiones in Choro; quidquid ſit extra Ita-
liam, ubi non ſolent eſſe de Capitulo, juxta diſtin-
ctionem, de qua *tom. 1. Conſt. 1. D. Leonis Magni*
ſect. 2. nu. 9. Hinc nomine fructuum veniunt abſque 18
difficultate omnes redditus, atque proventus, ſeu
emolumenta, quæ proveniunt ex bonis, ſeu juribus
fixè, ac perpetuò Beneficio annexis abſque onere, vel
ſervitio debitis Beneficiato, quique in Jure dicuntur
fructus Præbendæ, hoc eſt dotis ipſius Canonici, vel
hujuſmodi Beneficiatorum, Oldrad. *conſ.* 118. Card.
de Luca *diſc. 90. de Benef. & de Jurepatron. diſc. 10.*
nu. 8. & ſeq. & in hac ſpecie fructuum procedit abſ-
que difficultate dicta privilegiativa abſentia. Altera
ſpecies dicitur proventuum, quibus quis fruitur pro
certis oneribus Miſſarum, Anniverſariorum, aliarum-
que functionum; & tunc ipſi privilegiati cùm tantùm
fictè dicantur præſentes, non participant ea, quæ
non ſunt fixa, imò nec iſta, quoties teſtator aliter diſ- 19
poſuerit, quia quotieſcunque requiritur vera intereſ-
ſentia, non ſufficit ficta, qualis eſt hujuſmodi cauſa
ſtudiorum, cùm verè ſuppleat præſentiam, non au-
tem intereſſentiam, quæ conſiſtit in actu corporeo,
ut in his terminis Card. de Luca *de Canonicis diſc. 13.*
n. 15. & diſc. 14. n. 2. & ſeq. & diſc. 16. nu. 3. Paſſe-
rin. *c. conſuetudinem n. 75. de Cler. non reſid. in 6.* ubi
plura ad rem, Pignatell. *conſult. 21. n. 7. & 8. tom. 8.*
ubi declaratio Sacr. Congregationis adducitur, quòd
in emolumentis inter intereſſentes dividi ſolitos non
habeat locum iſtud privilegium, Rota *decis. 32. nu.*
7. part. 6. deciſ. 59. nu. 3. part. 7. rec. tunc enim di-
citur nudum ſalarium laboris perſonalis, præſertim ſi
adſit onus Miſſarum manualium, pro quibus datur
emolumentum pro eleemoſyna. Hinc Sacra Congre-
gatio Concilii in *Maceraten.* 10. *Decembris* 1616.
cenſuit: *Canonici ſtudiorum cauſa abſentes, eam tan-*
tum portionem amittunt, quam reſidentes non perci-
piunt, niſi divinis interfuerint; aliam verò partem,
quam reſidentes lucrarentur, etiamſi Eccleſiæ non in-
ſerviant, lucrantur, quia abſentes cauſa ſtudiorum pro
reſidentibus habentur, lib. 11. Decret. pagina 186. &
conſonant reſolutiones in *Signien. cit. & in Mediola-*
nen. 18. *Novembris* 1673 *ad* 4. ubi de Anniverſariis,
lib. 28. pag. 188. à ter. & in *Neapolitana Indulti* 20.
Februarii 1677. ubi non obſtante ſpeciali indulto per
literas Apoſtolicas in forma Brevis cuidam Canonico
cauſa ſtudiorum conceſſo, lucrandi integras diſtribu-
tiones, quas de jure lucrari non poterat, ut infrà di-
cam, imò cum expreſſione, ut etiam pro intereſſen-
te cenſeretur, declaratum fuit non lucrari emolu-
menta Anniverſariorum, & Miſſarum, ſeu Funera-
lium, *lib. 29. Decret. pag.* 37. cujus ſiquidem deciſio-
nis ratio eſt, quòd hujuſmodi emolumenta requirunt
phyſicam aſſiſtentiam, ut ſupra diximus, & quidem
majorem, quàm requirunt diſtributiones quotidianæ,
quia diſpenſatus pro iſtis lucrandis, non cenſetur diſ-
penſatus ad iſta emolumenta manualia, ut apud Gon-
zal. *ad regul. 8. Cancell. §. 7. proœm. à nu.* 176. Bar-
boſ. *de Canon. c. 27. num.* 53. Rota *deciſ. 59. num. 6.*
& 7. par. 7. recen. & quoad lucrum hujuſmodi emo-
lumentorum, & intelligentiam verborum diſpenſatio-
num, etiam cum Brevi, dixi latè *tom. 2. Conſtit. 12.*
Innoc. III. ſect. 2.

Demum conſiderari poſſunt diſtributiones quo- 20
tidianæ, quæ præſtantur cauſa intereſſentiæ in

Digitized by Google

Choro pro Divinis Officiis, & Miſſis Conventuali-
bus, de quibus diſponitur per *Concil. Trid. ſeſſ.* 24.
cap. 12. *de reform.* & iſtæ nullo modo debentur ab-
ſentibus cauſa ſtudii, Paſſerin, aliique citati Docto-
res, Rota *deciſ.* 260. *nu.* 14. *par.* 12. *recen.* ubi alii,
& Sacr. Congreg. in *cit. Signien.* & rursùs in *Bono-
nien.* 10. *Martii* 1592. *lib.* 7. *pag.* 35. *à ter.* & noviſ-
ſimè in *Majoricen.* 3. *Aprilis* 1700. propoſitis dubiis.
*I. An Beneficiato cauſa Studiorum abſenti debeantur
ex juſtitia diſtributiones quotidianæ. II. An in caſu,
quo ex juſtitia non debentur, poterunt ex gratia ſal-
tem concedi à Capitulo.* Sacra Congregatio inſtan-
tiam rejecit, *lib.* 50. *Decret. pag.* 178. *à ter.* Quod
tamen limitatur, ſi in Indulto aliter à Papa fuerit
cautum in Brevi, etiam pro diſtributionibus, vel pro
duobus ex tribus partibus, quod non ſolet concedi,
niſi in caſu tenuitatis præbendarum, ut animadvertit
Fagnan. *cit. cap. licet n.* 129. *verſ. vidi.* Imò ſa. mem.
Innocentius XII. prævio Voto Congregationis depu-
tatæ ſuper Reformatione Indultorum eximentium à
ſervitio Canonicos, & Beneficiatos Urbis, id deman-
davit ſub die 8. Maii 1693. ut in ejus Bullario parvo
fol. 262. ibi: *Indulta cauſa ſtudii pro lucrandis fructi-
bus dumtaxat, nec aliter pro lucrandis diſtributionibus
quotidianis eſſe concedenda, quàm pro Eccleſiis, qua-
rum redditus conſiſtunt, vel in ſolis diſtributionibus,
vel in iiſdem diſtributionibus unà cum aliquibus fru-
ctibus tenuis Præbendæ, dempta tamen tertia parte,
quæ intereſſentibus accreſcat*, Unde Sacra Congrega-
tio in hujuſmodi Indultis ſolet concedere fructus om-
nes, redditus, & proventus, exceptis diſtributioni-
bus quotidianis, ſeu facta cumulatione in caſu tan-
tùm præbendarum tenuium.

21 Verùm cùm aliquoties omnes redditus conſiſtant
in diſtributionibus quotidianis, nec adſint Præbendæ
diſtinctæ, tunc ſtylus Sacræ Congregat. eſt apponere
clauſulam, quòd ſi fructus omnes ex diſtributionibus
conſtent, vel ſi redditus Præbendæ tertiam partem
diſtributionum non attingant, duas ex tribus parti-
bus diſtributionum, vel Præbendæ, ac diſtributio-
num inſimul cumulatarum reſpectivè percipiat, amiſ-
ſa tertia, quæ intereſſentibus accreſcat, & enuncia-
tur in dicto Decreto Congregationis particularis ſub
Innocentio XII. Et verè ſi omnes fructus conſiſtant
in diſtributionibus, certa eſt ratio, ut duæ ex tribus
partibus cedant pro fructibus; tertia autem pro di-
22 ſtributionibus quotidianis. Ita etiam ſi fructus præ-
bendæ ſint nimis tenues, quia tunc parum pro nihi-
lo reputari debet, & idem eſt aliquid eſſe minùs
competens, & non adeſſe, argumento ducto ex *cap.
inter corporalia de translat.* Gloſſ. *in cap. tuæ ver. ſtu-
diorum de Cler. non reſid.* & latè in noſtris terminis
docent Fagnan. *in cap. quia in tantum numero* 29. *&
ſeq. & cap. licet num.* 127. *cum ſeqq. de preben.* Pi-
gnatell. *tom.* 8. *conſult.* 21. *num.* 5. *§. poſito, & tom.*
9. *conſult.* 83. *num.* 8. Paſſerin. *cit. nu.* 70. Barboſa *ad
Concil. Trid. ſeſſ.* 5. *de reform. c.* 1. *nu.* 58. Antonell.
de regim. Eccleſiæ lib. 3. *cap.* 16. *n.* 12. *&* 13. De hac
autem re quoad abſentes in vacationibus permiſſis
fuit dubitatum in Sacra Congregat. Concilii in una
Sueſſana 18. *Auguſti* 1708. currentis anni, dum hæc
23 ſcribimus, inter alia dubia. *III. An Canonici præfa-
ti, qui per ſexaginta dies continuos, vel interpolatos
quolibet anno ad eorum arbitrium, non feſtivos de præ-
cepto, abeſſe poſſunt à ſervitio Eccleſiæ, frui poſſint
diſtributionibus quotidianis in dictis diebus, eo modo,
quo gaudent præſentes? Et quatenus negativè, IV. An
duæ ex tribus partibus dictarum diſtributionum cedere
debeant pro fructibus in augumentum Præbendarum?*
Sacra Congregatio cenſuit. *Ad III. Negativè. Ad
IV. itidem Negativè*; ex eo motivo, quòd certum
ſit abſentes cauſa Vacationnm à Concilio Trid. per-
miſſarum amittere diſtributiones quotidianas, non
obſtante quacunque conſuetudine etiam immemora-
bili, ut in *Piſauren.* 14. *Junii* 1670. *libr.* 26. *Decret.
pag.* 353. ubi fuit dictum, dandum eſſe Decretum in
dubio propoſito *die* 3. *Decembr.* 1644. ibi; *Canonicos
tempore vacationis non lucrari diſtributiones quotidia-
nas non obſtante conſuetudine immemorabili*, In præ-
fata autem cauſa *Sueſſana*, Canonici, qui tan- 24
tùm habere dicebant tenuiſſimas Præbendas trigin-
ta Carolenorum Regni, prætendebant, ut duæ ex
tribus partibus diſtributionum abſentibus cauſa per-
miſſæ Vacationis cederent, vel ſaltem fieret cumula-
tio cum fructibus Præbendæ juxta formam ſupra ad-
ductam; & juxta verum ſenſum inſtantia videba-
tur congrua, ex iiſdem rationibus, ex quibus abſen-
tes cauſa ſtudiorum lucrantur duas partes ex diſtribu-
tionibus, ſi omnes redditus in his conſiſtant, vel fru-
ctus Præbendæ ſint nimis tenues, quo caſu cumulan-
tur cum diſtributionibus, ut ſuperiùs dixi, ne ſcilicet
gratia evadat eluſoria; quæ quidem ratio æquè
procedit in cauſa abſentiæ ob vacationem à Con-
cilio permiſſam ad refocillandum animum. Nec ob-
ſtat, quòd prædicta cumulatio fieri debeat in cauſa
abſentiæ ex cauſa ſtudii, vel inſerviendi Epiſcopo,
ut ſunt caſus exemplificati à Fagnan. *in cit. cap.
licèt num.* 127. Quia idem Auctor non ſe reſtringit
ad præfatos caſus, ſed addit: *Aut in aliis hujuſmodi ca-
ſibus*; & ſicuti tam in caſibus prædictis, quàm in ca-
ſu abſentiæ ob vacationes permiſſas conceduntur abſen-
ti fructus Præbendæ, reſpectu quorum abſens habetur
pro reſidente quamvis non pro intereſſente, ſive ſit
abſens cauſa ſtudii, ſive ob vacationes à Concilio
permiſſas; ita lucrari debet duas ex tribus partibus
diſtributionum, quæ duæ partes hoc caſu habentur
loco fructuum non exiſtentium, ut ajunt Barb. *al-
leg.* 53. *num.* 124. *de poteſt. Epiſc. part.* 3. Antonell.
cit. num. 13. aut exiſtentium quidem in præbenda
nimis tenui, quo caſu cumulantur cum diſtributioni-
bus. Si enim Privilegiati ad fructus percipiendos in
caſu abſentiæ, etiam ob vacationem Conciliarem,
non admitterentur ad percipendas diſtributiones ob de-
fectum Præbendæ, jam privilegium in nihilo eis pro-
deſſet; quod non eſt dicendum, cùm privilegium de-
beat eſſe operativum; & rurſus ſicuti non poſſet nega-
ri, quòd ſi fructus omnes conſiſterent in diſtributio-
nibus, deberet aſſignari quota loco Præbendæ, cùm 25
nequeat Jure Canonieo dari Canonica ſine Præbenda,
ut interminis dixit Gloſ. *in cap. Unico ver. receperit
de Cleric. non reſiden. in* 6. ita eſt dicendum, ſi Præ-
bendæ ita ſint tenues, ut pro nihilo reputari debeant,
& latè exornat Fagnan. *cit. cap. quia in tantum num.*
30. *&* 34. *de Prebend.* Imò concurrit alia ratio convin-
cens, quòd ſicuti ſi omnes fructus eſſent in Præben-
dis, non poſſent legitimè abſentes, omnes fructus
lucrari, ſed eſſet ſeparanda tertia pars pro diſtributioni-
bus; ita idem juris eſſe debet in caſu contrario: & ſi-
cuti privilegiati habentur pro reſidentibus primo caſu,
& tamen amitterent tertiam partem fructuum; ita
contrario caſu debent frui diſtributionibus pro certa
quota loco fructuum. Hinc Sacra Congregatio Con- 26
cilii in *Reatina* 15. *Novembris* 1601. *lib.* 10. *Decret.
pag.* 13. *à ter.* concedens Canonicis Indultum abeſ-
ſendi per tres menſes, habuit etiam reſpectum ad ca-
ſum, in quo omnes fructus in diſtributionibus con-
ſiſterent, ibi: *Cenſuit, ſi Sanctiſſimus annuat, conce-
dendam eſſe Reatino Capitulo trium menſium cujusli-
bet anni vacationem, ita tamen, ut deinceps novem
integris menſibus, horis etiam matutinis interſint,
quamvis minori tempore illis hactenus intervenire con-
ſueverint, & qui eo tempore trium menſium abfuerint,
lucrentur tantum fructus Præbendæ, amiſſis diſtributioni-
bus quotidianis; quod ſi hujuſmodi diſtributionibus omnes
Capituli redditus conſtent, percipere tunc debere duas
ex tribus partibus, amiſſa tertia, quæ accreſcat inſer-
vientibus.* Imò deinde in eadem *Reatina* 2. *Auguſti*
1607. *lib.* 11. *decret. pag.* 13. ampliavit, ut pro tempo-
re vacationum, tertiam tantùm partem tertiæ partis
omnium diſtributionum amitterent, quæ tertia
tertiæ inſervientibus accreſcat; idque forſan ex ſpe-
ciali motivo, ſeu gratia, & in *Bracaren.* 12. *Junii*
1608. *ad* 2. ibi: *Si Præbendæ ſint diſtinctæ à diſtri-
butionibus; qui abſuerint ſpatio trium mentiam*

vigo-

Digitized by Google

vigore Statuti, debere percipere fructus Prebendæ, amiſſis diſtributionibus quotidianis; quòd ſi omnes fructus Canonicatus diſtributionibus conſtent, lucrari duas ex tribus partibus diſtributionum, amiſſa tertia, quæ accreſcat inſervientibus. Ex his enim reſolutionibus clarè elicitur ſenſus Sacr. Congregationis, ut abſentes cauſa etiam vacationum, qui debent haberi pro præſentibus, lucrentur fructus, & loco fructuum duas partes diſtributionum, prout fruuntur abſentes cauſa Studiorum, vel aliis juſtis cauſis, qui pariformiter dicuntur præſentes; unde ſicuti in iſtis datur cumulatio fructuum præbendarum tenuium cum diſtributionibus, modo, quo dixi; ita etiam procedit in abſente ob vacationem, ex ea communi ratione, quòd pauci fructus Præbendarum non poſſunt haberi in conſideratione; imò in dicta Cauſa *Sueſſana* ob ſciſſuram Votorum, & rationes conſideratas, fuit conceſſa Canonicis nova audientia, quæ adhuc pendet; & ad rem faciunt ea, quæ notantur in *libr. Poſit. Sacr. Congregat. Concilii tom. 97. pag. 50. à ter. ad ſeſſ. 24. cap. 12. de reformat. in Voto pro cauſa Reatina Ann.* 1616. ibi: *Sæpius Congregatio reſpondit, abſentes tribus menſibus à Concilio permiſſis, quamvis non lucrentur diſtributiones quotidianas, debere tamen percipere duas illarum partes, ſi fructus omnes in diſtributionibus conſiſtant; & idem cenſuit de Vicario Epiſcopi, qui ubi non adeſt præbendarum diſtinctio, lucratur duas partes earundem diſtributionum, tametſi Choro non inſerviat*; & ibi alii caſus enumerantur, in quibus quis excuſatur à reſidentia, & non ab intereſſentia, & ſic videtur, quòd in quocunque caſu permiſſæ abſentiæ ſemper fructus debentur, & loco illorum duæ ex tribus partibus diſtributionum.

Nec obſtat quòd Concilium Trid. *ſeſſ. 24. de reform. capit.* 12. §. *diſtributiones*, iſtas in præjudicium abſentium intereſſentibus accreverit, tum quia id fuit continuativè ad eos, qui abfuerint ultra tres menſes, ut ex lectura; & rursùs diſtributiones, de quibus loquitur, ſunt eæ, quæ ſtatutis horis intereſſentibus diſtribuuntur; non autem intelligi debent illæ duæ partes, quæ loco fructuum debentur; hinc in re conſiderandum, quòd ante Concilium fructus omnes erant Canonicorum, etiam à Choro abſentium, & Concilium ad Divinum Cultum augendum demandavit *ſeſſ. 21. cap. 3. de reform.* ut tertia pars fructuum pro diſtributionibus aſſignaretur, & tunc ex correſpectivitate in Sacr. Congreg. Concilii inolevit ſtylus, ut in Eccleſiis, ubi omnes fructus fuerint diſtributiones, duæ partes iſtarum pro fructibus aſſignarentur, ſalvis tamen conſuetudinibus aliquarum Eccleſiarum, in quibus vel major pars tertiæ partis fructuum, vel diſtributionum pro veris intereſſentibus aſſignetur, quod præſervat idem Concilium.

27 Quando autem fructus Præbendarum dicantur tenues ad dictum effectum, ut fieri debeat cumulatio cum diſtributionibus, ac duæ ex tribus partibus omnium cumulatarum cedant ad favorem legitimè abſentium, poteſt dubitari. Et juxta reſolutionem Sacr. Congregationis Concilii in terminis abſentis cauſa Studiorum, quòd tunc dicantur tenues fructus Præbendæ, ut haberi debeant, ac ſi nulli eſſent, ad effectum prædictum, ſi habeant redditum trium, vel quatuor ducatorum, quam adducit Fagnanus *citat. cap. quia in tantum num.* 33. Etenim nonnunquam dicuntur tenues, quatenus Præbendarum fructus ad quartam diſtributionum partem non aſcendant, & *in cap. licet numer.* 129. adducit ſtylum reſcriptorum Sacr. Congregationis Concilii, & *num.* 128. exemplificat in caſu, quo Canonici in univerſum triginta aureos tantùm perciperent; Pignatellus tamen *citat. Conſult.* 83. *tom.* 9. *num.* 1. *& ſequen.* adducit tenorem Indulti ſoliti Sacr. Congregationis Concilii, quòd ſcilicet fructus Præbendæ quartam partem diſtributionum non attingant, & tunc fieri coacervationem diſtributionum cum fructibus, ut relicta tertia parte totius Maſſæ pro inſervientibus, reliquæ duæ abſentibus prædictis ex cauſa Studii dentur; ipſeque putat pro calculo debere dividi diſtributiones in quatuor partes, itaut fructus Præbendæ, etſi non excedant tres partes diſtributionum, non dicantur attingere quartam partem earum, & ſic detur locus coacervationi; ſecùs verò ſi fructus Præbendæ excedant tres partes diſtributionum, itaut in obulo attingant quartam partem, ut ſi diſtributiones eſſent in quantitate 40. ſcutorum, & fructus Præbendæ in ſcutis 30. tunc dari coacervationem, quia non attingunt quartam partem; ſi verò fructus Præbendæ eſſent in ſcutis 31. tunc non dari coacervationem, ut plenè pluribus rationibus firmat cit. Pignatell. *à num.* 1. *ad* 10. impugnans Fagnan. *citat. locis*, in quibus dicitur, tunc eſſe tenues fructus Præbendæ, cùm quartam partem diſtributionum non ſuperant, vel non aſcendunt: quæ verba important, quòd ſi diſtributiones eſſent in ſcutis 40. dicuntur tenues fructus Præbendæ, ſi ſcuta decem tantùm habeant in fructu, quæ conficiunt quartam partem dictarum diſtributionum; ſecùs autem ſi ultra ſcuta decem reddant, itaut illa verba: *non ſuperent, & non aſcendant;* importent idem, ſcilicet quòd quantitas non ſit major dicta quarta parte; & verè ſenſus Fagnani debet attendi, tùm quia eſt fundatus in reſolutionibus Sacr. Congregationis, tum etiam uti verſato in hac materia, & demum concurrit ratio, etiam per privilegium, cùm eò minùs quo poſſit debeat vulnerari ſervitium Chori, & jus aliorum inſervientium, *cap.* 1. *&* 2. *de filiis Presbyter. in* 6. *leg. penultima de Conſtit. Princip.* & Doctores *in cap. cum olim de verbor. ſignificat.* ubi præſertim Gonzal. *num.* 5. unde cùm hoc ſit beneficium inductum ab æquitate, non debet procedere cum tanta dilatatione, ut præjudicet ſervitio Chori, & Divinorum Officiorum, pro quibus principaliter ſunt inſtitutæ diſtributiones quotidianæ.

Verùm poſt tempora Fagnani, quod non animadvertit Pignatell. *cit. loco*, inolevit ab anno ferè 1669. in Sacr. Congregatione Concilii formula ſupra adducta *num.* 21. quòd ad hunc effectum coacervationis diſtributionum cum fructibus Præbendæ, iſti tertiam partem diſtributionum attingere non debeant, ut nunc ſervatur, & debet intelligi juxta prædicta, quòd ſcilicet, ſi diſtributiones ſint in ſcutis 30. & fructus Præbendæ ſint in ſcutis novem, & obulis 90. non dicantur attingere tertiam partem diſtributionum; ſecùs ſi ſint in ſcutis decem, cùm attingere tertiam partem hoc modo literaliter, & rationabiliter conſonet, non autem ut Pignatellus innuit; quod legenti, & calculanti patet, eò magis quia hac nova formula pinguiùs conſultum eſt, quàm antiquitùs per non exceſſum à quarta parte, & quidem rationabiliter; nam ſicuti Concilium voluit, ut non exiſtentibus diſtributionibus, tertia pars ſeparetur pro iſtis; ita pro fructibus juſtum eſt, ut ſaltem tertia pars quantitatis diſtributionum attingatur.

Poteſt quoque evenire dubium in his quando adſit 28
Maſſa, quæ dicitur groſſa, diſtributionum, & minuta, an diſtributiones cadentes ſub prima Maſſa veniant omnes loco fructuum. Et ut benè diſtinguit Card. de Luca *diſc.* 17. *de Canonicis num.* 6. & priùs *diſc.* 13. *num.* 15. quotieſcumque Maſſa groſſa conflatur ex pluribus redditibus Capitularium diſtribuendis per turnum ratione ſervitii, & per punctos, ſeu punctaturas, & tunc verè dicuntur diſtributiones quotidianæ; vel agitur de cumulatione redditum, qui dividuntur per Canonicos, vel Beneficiatos ratione Canonicatus ſeu Beneficiorum, & tunc habent naturam fructuum, cùm parum referat, quòd fructus à ſingulis recipiantur, vel per aliquem ponantur in Maſſa, & certo tempore diſtribuantur ſingulis. Nec obſtant *deciſiones* 242. *num.* 6. *&* 7. *part.* 12. *recent.* & latè apud Adden. *ad deciſ.* 576. *num.* 28. *cum ſeq. part.* 4. *tom.* 3. *recent. & deciſ.* 694. cor. Buratto, quia vel procedunt in terminis, ut debeantur in odium detentoris, & vitiosè occupatoris, vel in terminis Baſilicarum Urbis, de quibus ſuo loco dicam quoad Maſſas hujuſmodi, Paſſerin. *cit. num.* 70. & dicam ad

Con-

Digitized by Google

Conſtitut. 41. *Pii IV. tom.* 3. *Bullarii*, ubi omnes diſtributiones habentur pro ſructibus; vel demum poteſt eſſe caſus extra Italiam, ubi adſunt iſtæ Maſſæ groſſæ, quæ verè habentur pro fructibus, non reſpiciendo intereſſentiam juxta diſtinctionem ſupra adductam, & notat idem Card. de Luca *cit. diſc.* 17. *in fine*.

29 Tandem eſt hìc quærendum, an ſi adſit ſtatutum, vel conſuetudo legitimè præſcripta, quòd Canonici in Sacris Ordinibus non conſtituti, etſi inſervientes, non fruerentur fructibus, & diſtributionibus Canonicatus, niſi quoad tertiam partem diſtributionum, in quibus omnes fructus Canonicatus conſiſtunt, poſſit abſens cauſa ſtudii prætendere duas partes ex omnibus diſtributionibus, etiam facta cumulatione redituum Præbendæ tenuis juxta formam ſupra adductam, vel potiùs ei tantùm debeantur duæ partes dictæ tertiæ partis diſtributionum. Et pro prima parte, ut debeantur duæ partes diſtributionum omnium poſſet dici, quia non poteſt Capitulum id, quod jure debetur hujuſmodi ſtudioſis, tollere ſtatuto, vel conſuetudine, ut eſt Textus in *capit. ſuper ſpecula* §. *docentes de Magiſtris*, ibi: *Integrè per annos quinque percipiant proventus Præbendarum, & Beneficiorum ſuorum, non obſtante aliqua alia conſuetudine, vel ſtatuto, cùm denario fraudari non debeant in vinea Domini operantes:* quam Decretalem confirmavit Concilium Trident. *cap.* 1. *in fine ſeſſ.* 5. *de reform.* Rurſus poſſet dici, quòd tertia pars ſit aſſignata pro intereſſentibus in cauſam diſtributionum, unde remanent aliæ duæ partes pro fructibus, qui ſemper debentur abſentibus cauſa ſtudii; & in conſimili caſu in Eccleſia Reatina, cùm ex Conſtitutione Pii II. Canonico non conſtituto in Sacris deberetur tantùm medietas fructuum, & redditimum, fuit reſolutum ſub *die* 23. *Aprilis* 1616. *libr.* 11. *Decret. pag.* 174. *à terg.* ibi: *Canonico ſtudiorum cauſa abſenti, pro eo tempore, quo nondum Sacris Ordinibus inſignitus erat, deberi dimidiam partem quotidianarum diſtributionum, cùm ut proponitur fructus omnes ejuſmodi diſtributionibus conſtent; aliam verò dimidiam inſervientibus accreviſſe ex præſcripto Conſtitutionis ſ. m. Pii II. ab eo autem tempore, quo Sacrum Subdiaconatus Ordinem ſuſcepit, debere ipſum percipere duas tertias illarum partes, dimiſſa tertia pro ſervientibus*; & ſic videtur Sacr. Congregationem conceſſiſſe non duas partes dictæ medietatis, quam acquireret, ſi inſerviret, ſed medietatem omnium. Tamen diſtinguendi ſunt caſus; nam aut ſtatuto, ſeu conſuetudine præſcripta debetur hujuſmodi Canonicis in Sacris non conſtitutis minor quota fructuum; & certè, quòd non poterit, ſi quis ſit abſens cauſa ſtudii, percipere plus dicta quota, cùm nequeat plus operari fictio, quàm veritas, *leg. qui ad certum ff. de liber. & poſth.* & ad rem Gloſſ. *in cap. licèt ver. diſtributiones de præbend.* Card. de Luca *de Canon. diſc.* 13. *num.* 9. *& ſeq.* Unde cùm ſtudii privilegium faciat quem reſidentem, & verè reſidens non participaret, niſi quoad dictam quotam fructuum, ſic eadem participare poteſt abſens cauſa ſtudii. Ita ſi omnes fructus ſint in diſtributionibus, & reſidens verè in Sacris non conſtitutus, non lucraretur, niſi tertiam partem pro fructibus, tertiam tantùm partem habebit, ſi fuerit abſens cauſa ſtudii; ſi verò haberet tertiam partem diſtributionum pro fructibus, & intereſſentia, tunc etiam cauſa ſtudii obtineret duas ex tribus partibus iſtius tertiæ relicta tertia pro intereſſentibus. Hinc præciſò ſtatuto, in vim *Clem. ut ii de ætat. & qualit.* Canonico non promoto tollitur medietas diſtributionum, & in hoc caſu ſi fuerit abſens cauſa ſtudii, perciperet duas ex tribus partibus diſtributionum aſſignatarum loco fructuum, uti fictè reſidens, & tertiam totam amitteret, quia non intereſt in Choro, cùm dicta medietas diſtributionum detur inſervienti, ut notat Gloſſ. *in Clem. ver. interſunt*; hinc ad rem eſt reſolutio Sacr. Congregationis Concilii in *Camerinen.* 14. *Februarii* 1625. *in regeſtr. Decretor. libr.* 12. *pag.* 360. ibi: *Commiſit Epiſcopo, ut ſi quidem competerit ex conſuetudine legitimè præſcripta Canonicos in Presbyteratus Ordine non conſtitutos, cùm actu inſerviunt, non lucrari, niſi tertiam diſtributionum partem, aſſignari procuret Canonico Oratori Studiorum cauſa abſenti duas tertias partes prædictæ tertiæ, unà cum fructibus Præbendæ, qui adeò ſunt tenues, ut quartam diſtributionum partem non excedant.* Nec diſpenſatio à reſidentia conceſſa à Jure, & à Superiore cauſa ſtudii, trahi debet ad aliud obſtaculum removendum, defectum nempe Ordinum, ut in terminis docuit Cardin. de Luca *diſcurſ.* 13. *num.* 9. *& ſeq. de Canonic.*

Nec obſtant in contrarium adducta, quia conſuetudo reprobata in *citat. cap. ſuper ſpecula* §. *docentes*, eſt ea, quæ excludit abſentem cauſa ſtudii ab integra perceptione fructuum, quos haberet ſi reſideret; non autem adjudicat illi diſtributiones quotidianas, quas non haberet etiam reſidens, ſine intereſſentia in Divinis, ut benè Gloſſ. ibi explicat, *ver. integrè*; & ſic cùm talis Canonicus in Sacris non conſtitutus non perciperet niſi certam quotam, ita eſt dicendum ſi abeſſet cauſa ſtudii, cùm excludatur à majore perceptione non uti abſens cauſa ſtudii, ſed uti in Sacris non conſtitutus, quæque conſuetudo legitimè præſcripta valet, ut fuit ſuppoſitum in *cit. Camerinen.* & Statuta facere poteſt Capitulum in hoc ut notat Cardin. de Luca *diſcurſ.* 13. *de Canonic. numer.* 12. cum ibi adductis; ſed an requiratur auctoritas Apoſtolica, alibi dicam; imò tale Statutum operatur, ut etiam intra annum amittat quotam, ſi non promoveatur, cùm ex dicta *Clementina* habeat tempus anni ad promotionem. Nec etiam obſtat *citat. Reatina*, quia Bulla Pii II. medietatem omnium fructuum non conſtituto in Sacris dedit ratione præbendæ, & non intereſſentiæ, cùm ante Concilium ſeparatio tertiæ partis non fuerit facta pro diſtributionibus. Unde benè reſolvit Sacra Congregatio, ut debeatur medietas diſtributionum, in quibus conſiſtebant fructus, cùm verè remanebat alia medietas pro intereſſentibus, & ſic pinguiùs ſatisfieret Concilio tertiam tantùm partem ſeparanti pro iis. Cæterùm quatenus major pars tertia parte diſtributionum, pro intereſſentibus ſit legitimè aſſignata, debet iis relinqui, & non participari ab abſentibus etiam cauſa Studii, cùm Concilium in *cap.* 3. *Seſſion.* 21. *de reform.* in quo tertiam partem fructuum pro diſtributionibus aſſignari voluit, præſervaverit conſuetudines majorem partem continentes, prout ſi ex legitimo Indulto Apoſtolico minor pars pro diſtributionibus aſſignetur, vel quòd omnes diſtributiones percipiantur etiam ab abſentibus ex cauſa Studii, vel etiam Vacationum, aut alio caſu, ſeu Statutis confirmatis à Sede Apoſtolica, ea tantùm minor pars à dictis abſentibus amittitur, ut in his terminis etiam notat Paſſerin. *cit. cap. conſuetudinem num.* 72. *&* 73. *de Cleric. non reſid. in* 6.

CONSTITUTIO X.

BONIFACII VIII.

incipiens (*Conditoris.*)

EPITOME BULLÆ.

BONIFACIUS AD PERPETUAM rei memoriam.

INdulget in præſenti Conſtitutione, ut in Civitate Avenionenſi de cætero habeatur Studium Generale, ejuſque Studioſis, dum docent, vel ſtudent, Privilegia, & Immunitates aliis Univerſitatibus conceſſas elargitur.

COM-

Digitized by Google

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Referuntur diſpoſita in præſenti Conſtitutione.*
2 *Avenionenſis Civitatis deſcriptio, quomodo, & quando in Dominium Eccleſiæ venerit, & ejus gubernium.*
3 *Proponuntur tractanda in præſenti Commentario.*
4 *Abſentes cauſa ſtudiorum, ut lucrentur fructus Beneficiorum, quibus ſcientiis incumbere debeant.*
5 *Quatenus etiam Juri Civili ad majorem intelligentiam Canonum ſtudere Clerici poſſint.*
6 *Debent tamen in celebri Gymnaſio his ſcientiis incumbere.*
Refelluntur latè DD. dicentes, quod in formali Univerſitate ſtudere neceſſe ſit. Ibid.
7 *Beneficiati quacumque etiam à Jure approbata cauſa, abſque licentia Ordinarii abeſſe nequeunt.*
8 *Indulta etiam à Sede Apoſtolica impetrata abeſſendi cauſa ſtudiorum, non ſuffragantur, niſi committantur Epiſcopis, ſeu Ordinariis, & qua de cauſa.*
9 *Epiſcopus curare debet, quòd Beneficiati cauſa ſtudiorum in fraudem Eccleſiæ non abſint, & num. ſeqq.*
Quot eodem tempore abeſſe poſſint. Ibid.
10 *Item Epiſcopus curare debet, quòd Beneficiati, cùm ſtudia aggrediuntur, ætatem vigintiquatuor annorum non excedant.*
Et quòd ultra quinquennium non abſint. Ibid.
11 *Epiſcopus cuicumque legitimè petenti licentiam cauſa ſtudiorum abeſſendi, concedere tenetur, aliàs poteſt cogi à Superiore.*
12 *Parochi ex licentia Epiſcopi de jure communi abeſſe poſſunt cauſa ſtudiorum, & an ex jure noviſſimo Sacri Concilii Tridentini, & num. ſeqq.*
13 *Reſidentia Parochorum ſtrictiùs fuit demandata à Sacro Concilio Tridentino, quàm à jure communi.*
14 *Refelluntur DD. dicentes, quòd à Sacro Concilio Tridentino indultis abeſſendi cauſa ſtudiorum quoad Parochos non fuerit derogatum, & numer. ſeqq.*
15 *In revocatione generali privilegiorum non præſumuntur abrogata ea, quæ ſunt clauſa in corpore juris.*
Hæc regula fallit, ſtantibus clauſulis ampliſſimis. Ibidem.
16 *Concilium Tridentinum antiquioribus Conciliis, & privilegiis regulariter derogare non ſolet.*
17 *Referuntur Concilia, quæ Parochis cauſa ſtudiorum abeſſe prohibent.*
18 *Neceſſitas, & utilitas ſe habent reſpectivè ad aliud.*
19 *Utilitas, & neceſſitas reſidentiæ in Parochis præponderat utilitati ſtudiorum.*
20 *Privilegium ſtudiis generalibus conceſſum, quòd ibi Parochi ſtudiis incumbere poſſint, concluditur abrogatum à Sacro Concilio Tridentino.*
Et an procedat privilegium abeſſendi cauſa ſtudii in Beneficiis ſimplicibus, ex fundatione reſidentiam requirentibus. Ibid.

1 BOnifacii innatus literarum amor, quo ardentiorem ætas illa non vidit, ut teſtantur tot promotæ Academiæ, jus commune auctum, munificentiaque in Viros doctrina illuſtres, Civitatem Avenionis ſpeciali modo proſpexit, undique commodam, & requiſita obtinentem, quæ retulimus in Commentario *Conſtit.* 8. ejuſmet Pontificis, in eaque ſolito ſuæ munificentiæ monumento ad perpetuam rei memoriam relicto, in præſenti Conſtitutione edita Anagniæ Kal. Julii anno 1303. Studium Generale in quavis legitima facultate inſtituit, privilegiaque aliarum Univerſitatum eidem communicavit. Avenionis quidem nobilis, & ampla Civitas eſt in Gallia Narbonenſi ad Rhodanum flumen ſita, & Archiepiſcopali dignitate decorata. In ea Archiepiſcopus jam olim extitit Marius Filonardus, meus ex Avia Gentilis, qui Paſtoralis ſolicitudinis monimenta numquam obliteranda reliquit, ac dicta Civitas tempore hujus Conſtitutionis Dominio temporali Eccleſiæ adhuc non erat ſubdita. Fas itaque ſit dicere, quòd Bonifacius quaſi præſagiens, quòd ibi Romana Sedes per 70. circiter annos reſidere debebat, hujuſmodi inſigni privilegio Summis Pontificibus decoratum domicilium
præparare curaverit; Avenionem enim Curiam Ro- 2
manam tranſtulit Clemens V., & ſucceſſivè ibi conſederunt Joannes XXII., Benedictus XII., Clemens VI., Innocentius VI., Urbanus V., & Gregorius XI., qui tandem Romam Curiam reduxit; Clemens autem VI. anno Domini 1352. à Joanna, Neapolis, & Siciliæ Regina, præfatam Civitatem cum ſuis pertinentiis emit, & ex tunc ſub placido dominio Sedis Apoſtolicæ quieſcit, una cum Comitatu Vanaiſino, qui ob Raymundi Tholoſani Comitis hæreſim ad Sanctam Sedem fuit devolutus, & adminiſtratur Urbs illa cum Statu à Prælato, per Summos Pontifices cum ampla facultate deputato, qui nuncupatur Vice-Legatus Avenionenſis. Hoc ſanè Vice-Legati Avenionenſis munus ſemper conferri conſuevit primariis Romanæ Curiæ Prælatis, quemadmodum noviſſimè bini ex eis extitere Antonius Sanvitalis, & Antonius Bancherius, æquè genere, prudentia, ac morum placiditate conſpicuiores, quorum primus Sanctiſſimi Domini Noſtri Cubiculi Præfectus, alter verò Supremi Sanctiſſimæ Inquiſitionis Tribunalis Aſſeſſor modò extant; ſic, ut ejuſmodi præmittant merita, quòd non ſit ambigendum, quin amplis gradibus, majora ſint petituri. Legatus dictæ Civitatis eſt Cardinalis nepos Summi Pontificis, ſeu qui gerit vices Primi Miniſtri in Curia, ut apud Card. de Luca *in relat. Romanæ Curiæ diſc. 6. nu.* 11. Sed nunc adeſt Congregatio Avenionenſis pro tali Gubernio certorum Prælatorum ſub dicto Cardinali; imò priùs ab eadem Congregatione, ſeu Legato cauſæ dicti Status committebantur variis Judicibus, hodie autem poſt ultimam reformationem devolvuntur ad A. C. & alia Tribunalia Urbis.

Revertendo autem ad noſtrum propoſitum; cùm
nihil ſpeciale hæc Conſtitutio ferat, quod peculiari il- 3
luſtratione indigeat, ſed tantùm in ea communicentur huic Univerſitati Avenionenſi privilegia aliarum Univerſitatum: ideò continuando materiam præcedentis Conſtitutionis, ubi firmavimus, quòd Beneficiati fructibus eorum Beneficiorum potiuntur, dum abſunt cauſa ſtudiorum; de conditionibus, & requiſitis neceſſariis, ut quis hoc privilegio frui valeat, in hoc Commentario dicam. Primò itaque ad hoc obtinendum requiritur, quòd literis ſacris, & Eccleſiaſticis tantummodò operam navent tàm legentes,
quàm ſtudentes. Quamvis autem de jure communi 4
id privilegium Sacræ Theologiæ Sectatoribus ſit impertitum, ex Textu expreſſo *in cap. fin. de Magiſtris*, & notat Archid. *in can. quibuſdam, verſus finem diſt.* 37. Hoſtien. *in Summa de Magiſtris §. final. num.* 10. Lotter. *de re benef. cit. qu. 27. nu.* 195. Veruntamen incontroverſum eſt, quòd etiam ad incumbentes juri Canonico extendatur; optimè enim notat Faber. *in Inſtit. tit. de Juſt. & Jur. princ. 3. illat.* 1. Jus Canonicum totam Theologiam complectitur, & ſic ſe habent ad invicem, ut theorica, & praxis, ut notat Rebuff. *de nominat. qu. 5. num. 7. ad fin.*, ideoque meritò Jus Divinum appellatur in *c. nimis de jurejur. & cap. 1. de Juram. Calum.*, imò circa moralia, in quibus præcipua ſiſtit utilitas univerſalis, & cauſa motiva privilegiorum, ut in *cit. Auth. Habita*, Jus Canonicum ſibi vindicat ſupra Theologiam

pri-

Digitized by Google

primatum, argumento communiter ſumpto ex *c. 1. in fine de Affin. & Conſ. & ex proœm. ſexti Decretal. §. quem librum*. Quibus, & ſimilibus argumentis prædictam aſſertionem aſtruunt Abbas *in cap. tua nu. 5. de Clero non reſid. & cap. licet. nu. 5. de præb. & cap. ſuper ſpecula num. 7. de Magiſtris*, Card. *in Clem. 1. de Magiſtris*, Lotter. *loc. cit. nu.* 202. *& ſeq.* Graſſ. *de effect. Cleric. in prælud. num. 95.* plenè Decian. *conſil. 43. per tot. lib. 1.* Barboſa *de poteſt. Epiſcop. par. 3. allegat. 56. nu. 26.*, & tandem quòd hujuſmodi privilegium competat etiam Studentibus juri Canonico, ſemel & iterum cenſuit Sacra Congr. Concilii, ut poſt reſolutionem in *Tropien. 10. Novembris* 1597. *lib. 9. Decretorum pag.* 36., & aliam emanatam anno 1605., quam refert Garzias *in cit. cap. 2. nu. 559. in fine*, noviſſimè reſolutum fuit in *Peruſina 7. Maii* 1707. Cæterum tamen, ſi quis juri Civili non principaliter, ſed ad majorem intelligentiam Canonum, ſtante maxima connexione, quæ in-
5 ter jus Canonicum, & Civile intercedit, operam dare vellet, tamquam ſtudens juri Canonico ad hunc effectum reputabitur, dummodò tamen non ſit perſona comprehenſa in *cap. ſuper ſpecula ne Cler. vel Monach.* de quo textu latiùs in alia Conſtitutione, Deo dante, dicemus, ut tenet Gloſſ. *in cap. cum ex eo, ver. literarum de elect. in 6.*, & reſolutum refert Fagn. *in cit. cap. ſuper ſpecula num.* 33. ſub dubio propoſito die 31. Maii 1607. *III. An iiſdem debeantur, ſi juri civili ſtuduerint, non autem Canonico, aut Theologia. Ad III. itidem deberi ei (ſcilicet Diacono) qui trigeſimum non excedit, dummodò juri Civili operam dederit cauſa addiſcendi poſtea jus Canonicum*; quæ reſolutio extat in *lib. Decret. pag. 7. à tergo*; vix enim dari poteſt bonus Canoniſta ſine juris Civilis peritia, Card. de Luca *in relat. Rom. Cur. diſc. 8. num. 6.*

6 Secundò, Beneficiati non relaxantur à Canonica reſidentia cauſa ſtudiorum, niſi ad celebres Scholas pergant, alioquin enim fructus ſuos non faciunt, ac pœna non reſidentium tenentur, ex Textu cum Gloſ. *in cap. tuæ de Cler. non reſid.*, ubi ad poſtulationem Altiſſiodorenſis Epiſcopi, *An Canonici indulto ſtudiorum fruantur, dum accepta licentia ad Villas, & Caſtra ſe transferunt, in quibus nullum eſt vel minus competens Studiorum exercitium*; Innocentius III. reſpondit, eiſdem præfatam indulgentiam competere non debere; ex hoc autem Tex. communiter inferunt DD. quòd non niſi operam literis dantibus in publicis Univerſitatibus, ſeu Academiis privilegiatis per Papam, vel alium ſupremum Principem erectis, quæque facultatem habeant, examine rigoroſo præcedente, Doctoratus inſignia conferendi, hujuſmodi privilegium lucrandi fructus in abſentia competat; non enim ſufficeret ſtudere etiam in publico Gymnaſio, quod non ſit Academia, quamvis in eo publicè, & optimè legatur cuicumque audire volenti, ut dicit Barboſa *in Voto 88. nu. 36. & ſeq. & de poteſt. Epiſc. alleg. 56. nu. 21. cum ſeq.* Corrad. *in prax. diſpenſ. lib. 5. cap. 6. num. 30. cum ſeqq.* Zerola *verbo ſtudium §. 4.* Palaus *tract. 7. diſp. 3. punct. 9. § 9. nn. 1.* Garzias *de benef. par. 3. cap. 2. nu. 55. & ſeq.* Ugolin. *de poteſt. Epiſc. cap. 43. §. 2.* Card. de Luca *de Canonicis diſc. 13. nu. 13.* & innumeri alii ab his citati. Verùm licèt fatendum ſit, hujuſmodi ſententiam communi DD. calculo eſſe aſſertam, attamen eidem properè ſubſcribere non audeo, cùm nullibi in jure eandem cautam eſſe inveniam; perperam enim deſumitur ex ſupra citato Textu, in quo duntaxat ſancitur, hoc privilegium ceſſare, ubi nullum vigeret literarum ſtudium, idem enim eſt eſſe minùs competens, & eſſe nullum, ut argumento ducto ex *cap. inter corporalia de translat. & leg. quamvis §. ſi convenerit ff. ad Velleian.* ait Gloſ. *in cit. cap. tua verbo ſtudiorum*. Cùm itaque tota ratio dicti Textus ad profectum hujuſmodi ſtudioſorum collimet, unde benè providet, ut ad ea ſtudia pergant, in quibus propter auctoritatem, & excellentiam Doctorum, & affluentiam ſtudentium diſputando magis ingenium acuitur; qui etenim ſolus ſtudet, ſolus ignorat, ut inquit *Baldus*; ideò non utique improbabile videtur aſſerere, quòd ad hoc privilegium capeſſendum, ſufficiat ſtudere, ubi ſtudium ſit celebre, quamvis non ſit Univerſitas privilegiata, cùm æqua in eadem militet ratio dicti Textus, ut faciunt Gloſſ. *in dict. cap. tua verbo ſtudiorum*, ibi: *licèt indeterminatè dixerit ſtudium, de meliori intelligendum eſt, argumento ſup. de Jurejurand. cap. quanto, ſed ſufficit ſi ſit ſtudium conveniens, ſive mediocre, ff. de edilit. edicto, lege ſciendum §. illud &c.* & Abbas *num.* 4. ibi: *ſi quis ſe confert ad Caſtrum, quia ibi eſt ſummus Doctor, & competens exercitium ſtudiorum, tunc ſatis gaudet privilegio*: Et tandem quòd ſuffragetur ſtudium in publico Gymnaſio, nec opus ſit ſtudium præciſum in Univerſitate, teſtatur Rebuff. *in praxi diſpenſ. libr. 3. numer. 30. verſ. 7.* Sanctarell. *variar. quæſt. 3. num. 13.* Moneta *de diſtrib. part. 2. qu. 10. numer. 17.* privilegium namque, ut abſens cauſa ſtudiorum habeatur pro præſente, non eſt Beneficiatis conceſſum ratione loci, puta Academiæ, vel Univerſitatis, ſed dumtaxat, ut poſſint incumbere ſcientiis reddendi cauſa ſe aptiores ad Eccleſiaſtica Miniſteria, ut liquet ex tot Textibus ſupra allegatis, jam enim ab octavo ſæculo hoc indulto utebantur Clerici, ut exemplis probat Thomaſſin. *de Benef. libr. 1. cap. 6. num. 9.* quando nondum erant, vel ſaltem raræ Academiæ, nam in Italia vigere cœperunt à temporibus Innoc. III. in Germania imperante Lothario II. in Gallia verò ab Imperio Pipini; & tandem hanc aſſertionem videtur comprobaſſe Sacr. Congregatio in *Mediolanen. 19. Novembris* 1673. ubi propoſito dubio: *V. An ipſi debeantur duæ ex tribus partibus diſtributionum, quamvis non inſervierit ſub prætextu quòd ſtudiis Sacr. Theologiæ vacaverit in Scholis PP. Societatis Jeſu Mediolani. Sacr. Congreg. auditis utriuſque partis Procuratoribus, & noviter deductis accuratè perpenſis, ad V.* prævio receſſu à deciſis reſpondit *Affirmativè, libr. 28. Decret. pag.* 188. *à tergo*. Pro comperto autem eſt, quòd Collegia ſimplicia pro veris Academiis, & Univerſitatibus haberi non debent, nec Lauream Doctoralem conferre poſſunt, niſi pro certis locis ex ſpeciali privilegio, cùm privilegia Apoſtolica in eorundem erectione conceſſa ſuffragantur, ut abſque impedimento Univerſitatum legere queant, ut facit Rota *in deciſ.* 1650. 1659. 1672. *&* 1703. coram Coccin. & advertit Pellizar. *in man. regul. tractat. 8. capit. 4. ſect. 2. num.* 54. & alibi dicam de iſtis Collegiis PP. Societatis Jeſu quoad Studia.

Quia verò regulare eſt, quòd Beneficiatus à ſua 7
reſidentia abſcedere non poteſt etiam ex juſta, & à Jure canonizata cauſa, niſi petita, & obtenta à ſuo Prælato licentia, ut communiter firmant Canoniſtæ in *cap. relatum, & cap. tua de Cler. non reſid.* & inter alios plenè Jo: Andreas, Zabarella, Felinus, & Fagnanus; ideò tertiò requiritur ad hoc, ut abſens cauſa ſtudiorum habeatur pro præſente, quòd Epiſcopi conſenſus accedat; Textus eſt in *cit. cap. tua*, & plenè probat Fagnan. *in cap. cum ad hoc de Cler. non reſid.* Barboſa *in cap. relatum num. 7. eodem tit. & de poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 56. num.* 28. Palaus *diſp. 3.*
punct. 9. §. 9. num. 7. adeout hujuſmodi indulta, etiam 8
à Sede Apoſtolica obtenta non ſuffragentur, niſi committantur Ordinariis loci, ubi Beneficia conſiſtunt, ex declaratione Pii IV. in *Conſtitutione edita 24. Novembris* 1564. incip. *Sanctiſſ. in Bullario antiquo in ordine* 113. ut commemorat Fagnan. *ibidem num. 8. & in cap. licet num. 10. de præbend.* Hinc hujuſmodi indulta, quæ ſolent concedi per Sacram Congregationem Concilii, ſemper expediuntur in forma commiſſaria directa propriis Ordinariis, ut eſt in praxi, & animadvertit Card. de Luca *in relat. Rom. man. Cur. diſc. 15. numer. 7.* Nequidem autem cum nonnullis DD. dicendum eſt, quòd fruſtra expetitur ab Ordinario licentia, cùm obſtaculum à canonica reſidentia proveniens ſatis ſuperque ſit ſublatum per tot Textus ſupra allegatos; licentia enim eatenus eſt neceſſaria, quatenus obſtat aliquod impedimentum, argumento ſumpto ex Textu in *l. 1. ff. de liber. cauſa*; nam ut

benè

Digitized by Google

benè notat Gloſſ. *in cit. cap. fin. de Magiſtris*, & latè Lotter. *cit. quæſt.* 27. *num.* 193. *cum ſeqq.* dum lex indulget, quòd Beneficiatus cauſa ſtudiorum abeſſe poſſit, non aliud importat, quàm ut juſtam cauſam abſentiæ deſignet; cæterùm ad Ordinarium ſpectat in caſibus particularibus eam applicare, & impedimentum reſidentiæ in ſubjecto removere.

9 Partes enim Epiſcopi in hujuſmodi licentiis elargiendis erunt proſpicere, ne Beneficiati in fraudem Eccleſiæ abſint, *cap. tuæ de Cler. non reſid.* ne multi unitim hoc indulto frui velint in detrimentum, & diminutionem ſervitii Eccleſiæ; perperam verò nonnulli Doctores autumant, quòd ex eadem Eccleſia præterquam duo eodem tempore cauſa ſtudiorum abeſſe nequeant, cùm verius ſit, id in conſenſu Epiſcopi eſſe repoſitum, qui tamen perpenſa qualitate Eccleſiæ, numero Beneficiatorum, & defectu ſcientificorum, ejuſdem arbitrium moderare debet, ut detendunt Abbas *in cap. ad audientiam num.* 6. *de Cler. non reſid.* Lucius *de privil. ſcholar. privil.* 99. Garzia *dict. cap.* 2. *num.* 6. Barboſa *d. Voto* 88. *num.* 44. Item
10 Epiſcopus curare debet, quòd Beneficiati, cùm ſtudia aggrediuntur, vigeſimumquintum annum non attingant, ut fuit ſenſus Sacr. Congregationis in *citat. Segnien. & Concil. Tholoſani anni* 1590. vel ſaltem ante trigeſimum, ut declaravit Concil. Aquilejenſe *can.* 7. quod ſequuntur Garzia *loc. cit. n.* 82. 86. *&* 88. Lucius *cit. privil.* 99. ſed non eſt recedendum à ſenſu Sacr. Congregationis, quem inconcuſsè ſervat; imò in Congregatione deputata ſuper reformatione Indultorum eximentium à ſervitio Chori Canonicos, ſive Beneficiatos Urbis 8. *Maji* 1693. approbante ſa. me. Innocentio XII. *num.* 3. præſcribitur non eſſe concedendum ultra triennium, neque majoribus vigintiquinque annis; quinimò hujuſmodi ætate vigintiquinque annorum expleta, eadem indulta, licèt idem triennium non ſit expletum, expirant, ut in Bullario parvo dicti Pontificis *pag.* 262. Itemque curare debet Epiſcopus, quòd ii dumtaxat, qui bonam ſpem proficiendi in ſtudiis præſeferunt, hoc indulto fruantur, ne fruſtrata mente dictorum Jurium, indociles, & inepti ad ſtudia ſe conferant, ut innuit Fagnan. pluribus citatis in *dict. cap. cum ad hoc num.* 10.

11 His autem requiſitis concurrentibus, Epiſcopus cuicumque petenti hanc indulgentiam abeſſendi cauſa ſtudiorum per quinquennium, & non ultra, concedere tenetur, juxta præſcriptum in *cap. fin. de Magiſtris*, & ut pluries declaratum refert à Sacra Congregatione Concilii Garzia *cit. num.* 101. *cum ſeq.* & ſpecialiter in ſæpè dicta *Segnien.* ibi: *Canonici cauſa ſtudiorum abeſſe poſſunt, & interim percipere fructus præbendæ, dum tamen ultra quinquennium non abſint*; quidquid dicant nonnulli Doctores citati, qui ad ſeptem, vel octo annos extendi poſſe autumant ex Text. *in cit. cap. cum ex eo de elect. in* 6. quam licentiam, ſi alia, quàm rationabili cauſa, Epiſcopus concedere renuat, Beneficiatus per recurſum adire poteſt Superiorem, ut eum cogat, Abbas *in d. cap. tuæ numer.* 5. *& cap. relatum de Cler. non reſid.* Fagnan. *in cap. licet num.* 7. *de præbend.* Garzia *cit. cap.* 2. *num.* 86. pro comperto enim eſt, quòd hujuſmodi licentia ab Ordinario danda, non eſt arbitrii, & gratiæ, ſed juſtitiæ, & neceſſitatis, ut concludit Garzia *loco citat. num.* 88.

12 Nunquid verò Epiſcopus Beneficiatis, quibus animarum cura incumbit, queat hujuſmodi licentias cauſa ſtudiorum abeſſendi concedere, non levis eſt inter Doctores contentio, non inde quidem orta, quia ambiguum hoc ſit in jure, cùm quamplures textus id ajentes inveniantur, ſpecialiter in *cit. cap. cum ex eo de electione in* 6. *& cap. fin. de Magiſtris*; verùm tota quæſtio vertitur, an ſit hoc indultum ſublatum
13 à Jure noviſſimo Sacri Concilii Tridentini diſtrictiùs injungente reſidentiam dictis Parochis; & quidem magis præciſam, quæ antea ex Jure Decretalium non exigebatur, ut notat Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 6. *num.* 249. Inter igitur pugnantes Doctores, pro hujus dubii diſſolutione inhærendum eſt ſenſibus Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum Interpretum Sacri Concilii, cui dumtaxat ejuſdem ſenſus perſcrutari, & aperire datum eſt; ſemel autem, & iterum cenſuit, Parochis poſt Concilium indulta abeſſendi cauſa ſtudiorum non ſuffragari; itaque Epiſcopos facultate ſibi per Sacros Canones tributa hujuſmodi licentias concedendi quoad ipſos ampliùs frui non poſſe, ut colligitur ex *tom.* 1. *Decretorum pag.* 46. *ſuper cap.* 1. *ſeſſ.* 5. *de reformat.* ibi: *Lector non poteſt retinere Parochialem, cùm legendo non poſſit deſervire per ſubſtitutum*; & expreſſiùs in *Tuden.* 8. *Junii* 1595. ibi: *Ad I. Sacra Congregatio reſpondit, non licere Parochis cauſa ſtudiorum à ſuis Parochialibus Eccleſiis abeſſe, nec Epiſcopum licentias ad id concedere poſſe, eaſque, ſi conceſſæ fuerint, non ſuffragari*, *libro* 8. *Decretor. pag.* 129. *à terg.* Item in *Colimbrien.* 20. *Julii* 1595. *ad* 2. ibi: *Obtinentes Parochiales non poſſe abeſſe à reſidentia cauſa publicè docendi Sacram Scripturam, vel Jus Canonicum, & ſi abfuerint, pro rata temporis abſentiæ fructus ſuos non facere*, *eod. libr. pag.* 140. *à terg.* Et tandem in *Giennen.* 3. *Decembris* 1639. cenſuit: *Non annuendum petitioni Oratoris, ut Parochus deputetur in Univerſitate ad legendum lectionem Veſpertinam Theologiæ, quamvis non reperiatur alius habilis*, ut in *tom.* 16. *Decretor. pagin.* 292.

Nimis autem erroneè contra has aſſertiones inſur- 14
gunt DD. & inter alios enixè apud Fagnan. *in cap. fin. num.* 10. *ad finem de Magiſtris*, Caſtro Palaus *diſp.* 3. *punct.* 9. §. 9. Mendo *de Jur. Academ. lib.* 4. *in append. quæſt.* 2. *per totum*, autumantes, quòd non tantùm hujuſmodi indultis abeſſendi cauſa ſtudiorum derogatum non ſit à Sacro Concilio Tridentino, verùm expreſsè reſervata ſint, & renovata in *cap.* 1. *Seſſ.* 5. *in fine de reform.* ubi clarè confirmantur privilegia, quæ jure communi ſunt ſtudiorum cauſa elargita, nec quoad Parochos aliundè ſunt moderata. Siquidem, ut ipſi ajunt, horum derogationum non alibi ſedes habetur, quàm in *cap.* 2. *Seſſ.* 6. *de reform. & cap.* 1. *Seſſ.* 23. *de reform.* ubi poſtquam Sacr. Concilium diſtrictè onerat Ordinarios, ut non obſtante quolibet privilegio ſeu indulto perpetuo de non reſidendo, aut de fructibus in abſentia percipiendis, cogant Parochos reſidere; expreſsè reſervantur legitimæ facultates temporales non reſidendi etiam in Parochialibus Eccleſiis, ibi: *Indulgentiis verò, & diſpenſationibus temporalibus ex veris, & rationabilibus tantùm cauſis conceſſis, & coram Ordinario legitimè probandis in ſuo robore permanſuris*: hujuſmodi autem eſſe cauſam ſtudiorum, non eſt ambigendum, quatenus à tot Juribus ſupra relatis canonizatam, & probatam, ac ſpecialiter in *cit. cap. fin. de Magiſtris* ubi pulchrum elogium ab Honorio III. retexitur.

Verùm quidquid dicant præcitati, aliique DD. conſonæ videntur eſſe menti Sacri Concilii Tridentini reſolutiones Sacræ Congregationis; earundem enim ratio non improbabiliter deſumi poteſt ex *cit. cap.* 2. *Seſſ.* 6. vel etiam potiùs ex *cap.* 1. *Seſſ.* 23. *de reform.* in quo non obſtantibus quibuſcunque privilegiis, licentiis, & conſuetudinibus, præcipitur Epiſcopis, aliiſque quibus animarum cura incumbit, quòd jugiter reſideant, niſi *Chriſtiana charitas, urgens neceſſitas, debita obedientia, ac evidens Eccleſiæ, vel Reipublicæ utilitas aliquos nonnunquam abeſſe poſtulent, & exigant*. Per hos quidem ſenſus Sacri Concilii non eſt ambigendum, quin præter caſus expreſſos, omnia privilegia non reſidendi abrogata omnimodè ſint, ut
notat Gratian. *diſcept.* 990. *num.* 9. Perperam autem 15
ad effugiendum eorundem vim confugiunt DD. citati ad illam notiſſimam regulam, quòd in revocatione generali privilegiorum nunquam præſumantur abrogata privilegia in corpore Juris inſerta, ut notat Gloſſ. 1. communiter recepta in *leg.* 3. *Cod. de Silentiariis*; nam fruſtra ad præſumptiones recurrunt, cùm evidenter Concilium ibidem ſanciat, *neque abeſſe poſſe, niſi ex cauſis, & modis infraſcriptis, cùm*

Chri-

Digitized by Google

Chriſtiana Charitas &c. quæ quidem expreſſiva ad excludendos quoſcumque caſus, præter nominatos, etiam ſpeciali nota recenſendos, eſt efficaciſſima & concludentiſſima, ut ex *leg. qui aliena §. ſi libertas ff. de neg. geſtis, cap. ſi duo de procurat. in 6.* communiter dicunt DD. apud Barboſam *de diction. dict. 217.*
16 *numer. 2. & per tot.* Ulteriùs non eſt prætereundum, quòd Sacrum Concilium Tridentinum antiquioribus Conciliis, vel privilegiis in corpore Juris clauſis nominatim derogare non conſuevit, ſi quando contra illa ex juſtis & rationalibus cauſis aliquod ſtatuendum duxit, ut pluribus exemplis congeſtis, literaliter concludit Fagnan. *in cap. nonnulli numer. 42. de reſcript.*

Quòd verò cauſa Studiorum non ſit de iis connumeratis à Sacro Concilio Tridentino in *citat. cap. 2. Seſſ. 6. & cap. 1. Seſſ. 23. de reform.* quæ abſentiam Parochorum expoſtulent, cenſuerunt plures Synodi immediatè eundem ſequentes, in quibus Parochi diſpenſari prohibentur, ut abeant ad qualiacumque ſtudia,
17 & ſunt Concilium Aquen. *anni* 1585. & Conc. Tholoſan. *anni* 1590. item & Conc. Aquilejen. *anni* 1596. & tandem Concil. Bracharen. IV. *act. 4. cap. 9.* & refert Thomaſſin. *de Benef. dicta part. 2. libr. 3. cap. 72. num. 10. §. Concil.* & facit *Conſtitut. 190. Urbani VIII.* incip. *Sancta Synodus Tridentina*, ubi declaratur, Epiſcopos, qui animarum Curæ ſubjacent, ob quamcumque cauſam publicam, favorabilem, piam, & utilem, ſive neceſſariam, à reſidentia non excuſari. Itaque qualificare ſatagunt ad eorum intentum cauſam ſtudiorum, latè referendo, quæ in hac & præcedenti Conſtitutione commemorata fuerunt de utilitate, & neceſſitate ſtudiorum, in quibus ſiſtit utilitas univerſalis Eccleſiæ; nam licèt ſtudia, & ſcientiæ per ſe conſiderata, omnimodè talia fatenda ſint; attamen quia utilitas, ſive neceſſitas potiùs ſe habet, & dijudicanda eſt correſpectivè ad aliud, itaut major ceſſa-
18 re faciat minorem, ut expreſsè convincitur ex Text. in *leg. utilitas Cod. de Primipilo libr. 12. leg. actione §. labeo Cod. de Caduc. tollen.* ideò ad noſtrum propoſitum, libata utilitate Studiorum in Parochis, correſpectivè ad eorundem reſidentiam, nedum cenſenda eſt inhabilis, ut hanc à Jure Divino indicatam, & tot Sacrorum Conciliorum, & Pontificum Canonibus injunctam, ceſſare faciat, quin potius convincitur quodammodo inutilis, & damnoſa. Inutilis qui-
19 dem, quia cùm hodie Parochiales Eccleſiæ conferantur dignioribus per concurſum, juxta formam *capite 18. Seſſ. 24. de reform.* præſupponendum eſt, quòd dignior, qui obtinuit, jam ſatiſſuperque ad curam animarum idoneus ſit, nec ſtudiorum cauſa abeſſe indigeat. Ad docendum verò, vel legendum nec utilitas, aut neceſſitas Eccleſiæ expoſtulat, ut Parochi à ſua reſidentia abſint, cùm id alii præſtare poſſint abſque detrimento animarum, & Eccleſiarum, ut advertunt Garzia *in cit. cap. 2. num. 18.* Gonzalez *dicta Gloſſ. 6. num. 252.* Quapropter abſque piaculo dicenda eſt in noſtro caſu damnoſa, cùm eſſet in cauſa, quòd abſque urgenti neceſſitate, & evidenti utilitate Parochi mercenariorum more gregem ſuum desererent; quod permaximè improbavit Sacrum Concilium Tridentinum ibidem.

20 His autem applicatis in terminis privilegiorum Studiis Generalibus conceſſorum, mirum non eſt, ſi Bonifacius noſter in Conſtitutione antecedenti, ante quidem Concilium juxta diſpoſitionem Juris Communis indulget, ut etiam Beneficiati curam animarum habentes, valeant in Archigymnaſio Sapientiæ Studiis incumbere, quod videtur etiam Studio Avenionenſi competere ex communicatione privilegiorum in hac Conſtitutione indulta; ſed omninò dicendum eſt, quòd talis indulgentia quoad Curatos correcta, ſivo abrogata remanſit per Sacr. Concilium Tridentinum, quamvis de ea non ſit facta mentio, cùm contineat privilegium Juris Communis abrogatum, ut de Conſtitutione Eugenii IV. hujuſmodi privilegium concedente Salamantinæ Univerſitati concludit Garzias *in dicto cap. 2. num. 110.* ubi alii cumulantur; imò nec procedit privilegium abeſſendi cauſa ſtudii in Beneficiis ſimplicibus requirentibus reſidentiam ex fundatione, quia requireretur ſpecialis derogatio fundatoris voluntati, & magis ligat præceptum hominis, quàm legis, itaut faciliùs iſti diſpenſetur, quàm illi, & in terminis reſidentiæ ſpecialis requiſitæ à fundatore loquitur Garzias *citat. loco numer. 111.*

CONSTITUTIO I.

BENEDICTI XI.

incipiens (*Dum levamus.*)

EPITOME BULLÆ.

BENEDICTUS GENERALI, & Fratribus Servorum Ordinis ſancti Auguſtini.

DEnuò confirmat Ordinem Fratrum Servorum Beatæ Mariæ Virginis ſub Regula Divi Auguſtini, cum Conſtitutionibus propriis.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Benedicti XI. ad Pontificatum aſſumptio, ejuſque Natales, & geſta innuuntur.*
2 *In hac Bulla confirmat Ordinem Servorum B. Mariæ.*
3 *Ordo Servitarum quando, & à quibus initium habuerit, & cur ita denominetur.*
4 *Indicuntur eorum privilegia, & quo habitu utantur.*
5 *Numerantur inter Mendicantes, & de aliis ad eorum Ordinem pertinentibus. Remiſſivè.*

SErvando legem Conclavis à Gregorio X. indictam, & à Cœleſtino V. ac Bonifacio VIII. confirmatam, Cardinales celebratis novemdialibus pro mortuo Pontifice, Conclave in Palatio Vaticano ingreſſi ſunt, paucoſque poſt dies Summum Pontificem reſignarunt 12. Kalend. Novembris Anno 1303. Nicolaum Bocaſinum, qui coronatus fuit in Baſilica Vaticana 6. Kalend. dicti menſis, aſſumpto nomine Benedicti; in quo animadvertendum, hunc Benedictum appellari X. ſive XI. ob varietatem Summorum Pontificum ſub eodem nomine, quorum aliquis inter veros fuit poſitus, ab aliis tamen meritò expunctus; imò Benedictus IX. eſſet dicendus, ut notat Briet. *tom. 6. Annal. ad Ann.* 1303. quamvis vulgò appelletur Benedictus XI. Iſte enim anno 1240. humili loco, & parente Notario natales habuit in vico quodam Sancti Bartholomæi Tarviſii Venetiarum, ſed ob ejus vitæ innocentiam, perfectionem in Religione cupiens, Ordinem Prædicatorum appetiit, ubi doctrina, moribus, & pietate vixit; per Religionis gradus ad Magiſterium totius Ordinis pervenit, & à Bonifacio ejus prædeceſſore Cardinalatus dignitate ornatus, tandem ob continuatam Sanctitatem, ejuſque doctrinam, & prudentiam, Summi Pontificatus culmine dignus ab Electoribus habitus fuit temporibus illis, quibus Eccleſia Dei tam diris vexabatur moleſtiis; ſed immatura morte præventus è vivis abiit poſt octo menſes, & dies ſex. Magnum brevi tempore virtutum ſuarum documentum dedit in Pontificali ea dignitate, graviſſimo enim anathemate mulctavit Guilielmum Nogaretum, Sciarram Columnam, alioſque 1

in

in captione Bonifacii VIII. culpabiles: Regem Fran-
ciæ Philippum pœnitentem abſolvit, & dum Peru-
ſium advenit, Matrem ad ſe accedentem videns, à
Pontificiis familiaribus ſericis veſtibus indutam, eam
non agnoſcere profeſſus fuit, donec vili veſtimento
amicta, denuò conſpectui Papæ comparuit, eamque
tunc pro Matre proclamavit, ac amplexatus fuit.
Mirum humilitatis exemplar, ob quod meruit Mira-
culis clarere; ut latè apud Ciaccon. *in Vitis Pontific.*
tom. 2. *ad Ann.* 1303. Gregorium Lucianum *Tarviſi-*
num Ordinis Prædicatorum, Odericum Raynald. *ad*
citat. Annum.
2 Hic etenim Papa maximam devotionem erga Bea-
tiſſimam Virginem exhibere profeſſus in hac Bulla
§. 2. & notat Oldoinus in addit. ad Ciaccon. *loc. cit.*
lit. F. confirmationem novam Ordini Fratrum Ser-
vorum B. Mariæ impartitus fuit ſub Regula, uti erat,
D. Auguſtini, & propriis certis Conſtitutionibus, ut
in hac Bulla edita Laterani 3. Idus Februarii Anno
3 1304. Ordo etenim Servorum B. Mariæ, ſeu Servita-
rum dictus, initium ſumpſit ſub Regula S. Auguſtini
à ſeptem Viris nobilibus Florentinis, ad formam priùs
Congregationis in Monte Senario propè Florentiam,
ibique ſe exercebant ſpecialiter in honorem Beatiſ-
ſimæ Virginis; ſubinde ſuſcepta Regula D. Auguſti-
ni, aliquas Conſtitutiones addidere, quibus formam
Religionis ſpecialis aſſumpſerunt uſque ab anno 1216.
fuitque à Summo Pontifice comprobata ante tem-
pus hujus Bullæ, ut ipſe Benedictus in hacmet Bulla
indicavit; at forſan injuria temporis dictæ confirma-
tionis litteræ non reperiuntur, ſed tantùm iſtæ edi-
tæ à Benedicto; dictaque Religio appellata fuit Ser-
vorum B. Mariæ, tum quia addicti ſpecialiter erant
ejus cultui, tum quia ex quadam Puerorum infan-
tum miraculosè edita denominatione ita fuerunt ap-
4 pellati. Exemptionem rursùs Ordini conceſſit Urba-
nus VI. ut in ejus *Conſtit.* 2. incip. *Sacroſancta*, alia-
que Privilegia plures Summi Pontifices indulti fue-
re, ut eſt latè apud Barboſ. *de jur. Eccleſ. libr.* 1. *ca-*
pit. 41. *num.* 135. Marul. *in Ocean. Religion. libr.* 4.
pag. 300. Tambur. *de jur. Abbat. tom.* 2. *diſp.* 24. *qu.* 4.
num. 62. ubi ponit per extenſum hanc Bullam, Rode-
ric. *quæſt. Regul. tom.* 1. *quæſt.* 2. *art.* 6. Habitum geſtant
nigri coloris, ut Benedictini, præter cucullam, ſed
tantùm Tunicam cum Scapulari, & Pallio, itaut di-
ſtinguantur ab aliis Servitis, qui album Mantellum
geſtabant, extinctis ſub Gregorio X. in Concilio II.
Lugdunenſi, de quibus agit Mireus *de origine Augu-*
ſtinian. libr. 1. *cap.* 19. ut notat Barboſ. *cit. de jur. Ec-*
5 *cleſ. num.* 13. *in fine*. Inter Mendicantes hæc Religio
reputatur, ut notat Roderic. *citat. art.* 6. atque pro-
greſſu temporis fuit reformata circa annum 1235. ante
hanc Bullam tempore D. Philippi Benitii; qui Sancti-
tate floruit, itaut ne Summum Pontificatum recipe-
ret à Cardinalibus oblatum, aufugiendo latuerit;
aliique Sancti Viri in hac Religione numerantur, at-
que B. Pius V. in *Conſtitut.* 103. totam iſtam Congre-
gationem reformavit; habet quoque hæc Congrega-
tio Eremitas in Monte Senario, primævum Inſtitu-
tum rigorosè ſervantes, ut in *Conſtit.* 80. *Clement. VIII.*
omnes tamen ſubſunt Generali totius Ordinis, prout
adſunt quoque Fratres, & Sorores Tertii Ordinis B.
Mariæ, ut in *Conſtitut.* 15. *Martini V.* de quibus ſuo
loco, prout de aliis reſpicientibus hunc Ordinem in
cæteris Bullis, quæ ſuo loco apponentur.

CONSTITUTIO II.

BENEDICTI XI.
incipiens (*Religioſam.*)

EPITOME BULLÆ.

BENEDICTUS ABBATI S. Spiritus de Sulmona.

Recipit ſub protectione Sedis Apoſtolicæ Congregationem Monachorum Cœleſtinorum ſub Regula D. Benedicti, pluraque eidem concedit privilegia.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Cœleſtinorum Congregatio laudatur.*
2 *Cardinales ſubſcribunt Bullas Canonizationis, vel alterius negotii ardui. Remiſſivè.*
3 *Privilegia Congregationis, & Abbatum Cœleſtinorum enumerantur.*
4 *Dionyſius Petra, Patruus Auctoris, Monachus Cœleſtinus, deinde Epiſcopus Capritanus, commendatur.*
5 *Proponuntur tractanda in hoc Commentario.*
6 *Ordinarius Confirmationis Miniſter eſt Epiſcopus, extraordinariè verò hoc miniſterium à S. Sede poteſt committi Abbatibus, & etiam ſimplicibus Presbyteris.*
Et an per hanc conceſſionem derogetur Sacro Concilio Tridentino. Ibidem.
7 *Raro autem, & ex neceſſaria cauſa hoc privilegium inferioribus concedi debet. Remiſſivè.*
8 *Privilegium confirmandi obtinent Abbates Caſſinenſes, & Sanctiſſimæ Trinitatis Cavæ poſt Concilium.*
9 *In communicatione generali privilegiorum, indultum confirmandi non participatur.*
10 *Si tamen Abbati expreſsè concedatur, intelligi debet pro propriis ſubditis, & Eccleſiis Regularibus.*
Et quid dicendum ſi habeat territorium verè Nullius, & adducitur cauſa Nullius Fulden. *nuper in Sacr. Congreg. Rituum diſcuſſa. Ibidem.*
11 *Quatenus agatur de Abbatia verè Nullius, an ſit motivum conceſſionis hujus privilegii.*
Et quid conſiderari, & attendi congruat in hujuſmodi conceſſione. Ibidem.
12 *Probatur, quòd Abbates Cœleſtini ea poſſint pontificaliter benedicere, in quibus Sacra Unctio non requiritur.*
Id juris etiam haberent ex generali conceſſione, imò hac deficiente, ex generali conſuetudine. Remiſſivè. Ibidem.
13 *Abbates poteſtate conſecrandi ea, in quibus Sacra Unctio intervenit, ſunt quocunque jure, vel conſuetudine deſtituti.*
14 *An Abbates Cœleſtini ex communicatione privilegiorum Caſſinenſium hac poteſtate conſecrandi participent, & referuntur DD. & rationes pro negativa.*
15 *Verior eſt ſententia affirmativa, cùm hoc privilegium neque exorbitans, neque raræ conceſſionis ſit.*
Dummodo tamen eadem concurrat ratio, & quid dicendum quoad ſimplices Regularium Superiores.
16 *Privilegium confirmandi, Chriſma conficiendi, Eccleſias conſecrandi, cur non veniat in generali communicatione.*

17 *Com-*

Digitized by Google

17 *Communicatio privilegiorum cum verbis pregnantibus concepta, videtur omnia expreſſe concedere.*

18 *Affertur noviſſima declaratio Sacr. Congreg. Rituum, quod poteſtas conſecrandi in generali communicatione participetur.*

Benedictio Paramentorum & utenſilium delegari non poteſt ab Abbate Vicario Generali, & quomodo providendum in benedictionibus ab ipſo factis. Ibid.

1 COeleſtinorum Congregatio meritò dici valet una ex præcipuis, quæ ex ſecunda arbore Benedictinæ Regulæ emanarunt, in vita eremitica, & aſpera primò inſtituta, itaut ejus Sodales Eremitæ etiam fuerint dicti, deinde Cœleſtini ab eorum Inſtitutore Petro de Morone, qui meruit, & uti Summus Pontifex venerari, & inter Sanctos coli, ut infra *Conſtit. 4. Clem. V.* Non mirum igitur, ſi Congregationem iſtam à tanto Inſtitutore erectam, Benedictus ejus mediatus Succeſſor tot favoribus proſequutus fuit, pluribus eam cumulando privilegiis in hac *Conſtit. edita Laterani die* 14. *Martii* 1304. cui ſubſcripſere etiam omnes Cardinales pro majori erga Inſtitutorem Congregationis reverentia; nam in aliis ſimilibus Bullis non 2 vidi talem ſubſcriptionem, adhibitam tantùm in Bullis Canonizationum, & aliis negotiis arduis, ut notavi *tom. 1. Conſt. unica Joannis XV. num. 14. pag.* 148.

3 Inter præcipuos favores huic Congregationi communicatos, fuit plena exemptio Monachorum ab Ordinariis, prævia immediata ſubjectione Sedi Apoſtolicæ, de qua ferè generali exemptione Regularium dixi *tom. 1. Conſtit. 1. Paſchalis II. ſect.* 1. Directa fuit hæc Bulla Abbati S. Spiritus de Sulmona, & Coabbatibus aliorum Monaſteriorum, quod nobile, & amplum eſt Monaſterium, extra Urbem illam, propè Majellam, caputque eſt totius Congregationis, etſi ejus Abbas Generalis conſtituitur, aliique dicuntur Abbates ſubalterni eidem, qui Generalis quolibet triennio eligitur, prout alii Abbates, qui poſt tres annos mutantur in Capitulo Generali de uno Monaſterio ad alias, ut præſcribitur in hac Bulla, in qua etiam conceditur facultas Generali, & Abbatibus juriſdictionem exercendi abſque alia confirmatione Apoſtolica, recipiendi munus benedictionis ab Epiſcopo gratis, exemptionem à decimis eidem Religioni, & alia, de quibus, vel diximus, vel dicemus, uti ferè communibus aliis Regularibus, & Abbatibus hujuſmodi. Itidemque huic Congregationi conceſſit pro Generali habitum Prælatitium Paulus V. aliaque quoad juriſdictionem ejus in dicta Congregatione, nec poſſe ſine ipſo unquam Capitulum Generale cogi, ut in *Conſtit.* 19. incip. *Injuncti*, & Urbanus VIII. communicavit ei privilegia Caſſinenſium, aliarumque Monaſticarum Congregationum, *in Conſtit.* 24. incip. *Sacroſancti*, *& in Conſtit.* 56. incip. *Sacroſanctum*, Conſtitutiones, & Statuta pro Congregationis gubernio denuò confirmavit; unde hæc Congregatio privilegiis, & gratiis Apoſtolicis munita excrevit in Italia, Gallia, Germania, & Ungharia, itaut ejus tempore Barboſa numeraverit Monaſteria 118. ut in *Summ. Apoſtol. deciſ. ver. Monachi Cœleſtini*, *& de jur. Eccleſ. cap. 41. num.* 69. & pluribus Beatis Viris, Scriptoribus, Cardinalibus, & Epiſcopis talem Congregationem fuiſſe ornatam, refert Tambur. *de jur. Abbat. tom. 2. quæſ. 24. num. 43. §. Præterea*, quam ſanè Congregationem maximo proſequimur affectu, cùm 4 in ea piè vixerit Dionyſius Petra meus optimus Patruus, qui munere Lectoris, & Concionatoris apprimè excelluit, Abbas deinde in pluribus Monaſteriis, & præſertim S. Euſebii Urbis, tandem à f. m. Innocentio XI. meruit promoveri ad Epiſcopatum Capritanum, tenuis quidem redditus, ſed ultrò receptum ob propinquos Fratres Didacum Petra Archiepiſcopum Surrentinum, & Carolum alterum fratrem, meum Genitorem, in Civitate Neapolis ejus Patria degentem, Jura in Supremo Conſilio S. Claræ dicentem, ut ipſiſmet verbis utar, quibus uſus fuerat Cardinalis Cybo Secretarius Status in literis dicto Carolo Patri conſcriptis, de mandato præfati Pontificis Innocentii piiſſimi, & omni ævo commendandi.

Cùm autem propè ſit finis hujus Tertii Voluminis, 5 nolumus aliquod Privilegium præfatæ Congregationi conceſſum commune cum aliis ex integro commentari, ne longiores ſimus; ideò aliquid addere curabimus quoad Privilegium benedicendi Vaſa, & alia Paramenta, quod Papa Cœleſtinus conceſſit Abbatibus his Cœleſtinis, & confirmavit Benedictus inter cætera privilegia à Cœleſtino conceſſa; & cùm, ut dixi, talis Congregatio habeat communicationem privilegiorum Congregationis Caſſinenſis, quibus præfata facultas benedicendi cenſetur communicata; ideò aliqua dicam de tali facultate Abbatum hujus Congregationis in prædictis, prout quoque in conſecratione Vaſorum Sacrorum, & Sacramentum Confirmationis miniſtrandi, de quibus plura generaliter quoad tale munus confirmandi dixi ſupra ad *Conſtitut. 14. Innoc. IV. in princip.* & quoad benedictionem paramentorum, & conſecrationem Vaſorum quoad Abbates, præſertim Congregationis Montis Virginis, etiam ſub Regula D. Benedicti, dixi ſupra *Conſtit. 6. Urbani IV.*

Firmavimus itaque in *cit. Conſtit. 14. Innoc. IV. in* 6 *princip.* Ordinarium Miniſtrum confirmationis eſſe ſolum Epiſcopum, nec ullum Abbatem etiam benedictum, aut habentem quamcunque juriſdictionem, etſi cum proprio Territorio ſeparato cum qualitate verè Nullius, poſſe uti tali jure, quòdque valeat tantùm per Privilegium Apoſtolicum id concedi nedum Abbati, ſed ſimplici Presbytero, uti extraordinario Miniſtro, prout poſt D. Thom. 3. *part. qu.* 72. *art.* 11. docent DD. *cit. in ſupradicta Conſtit. 14. ſect. un. numer. 61. & ſeq.* quod rurſus rationibus comprobavimus, quibus adde Barboſ. *ad Conc. Trid. ſeſſ. 7. de confirm. num.* 4. Pignatell. *conſult. 11. num. 3. & ſeq. tom.* 6. Panimoll. *dec. 30. annot. 2. num.* 11. An autem per talis privilegii conceſſionem, videatur per Papam Concilio derogari, dubitarunt Cardinales illius Interpretes, ut refert Fagn. *cit. cap. cum veniſſet §. per frontis n. 9. de Sacra Unctione*, ubi §. *an autem* ait, tres Cardinales putaſſe, aliquo modo diſpenſationem eſſe contra Concilium, quatuor autem, non eſſe; & verè iſta ſecunda opinio videtur verior, quia Concilium in *ſeſſ. 7. de Confirm. Can.* 3. dixit anathema contra eos, qui aſſerebant, *Sanctæ Confirmationis ordinarium Miniſtrum non eſſe ſolum Epiſcopum, ſed quemlibet ſimplicem Sacerdotem*, prout in *ſeſſ. 23. cap. 4. & Can. 7. de Sacram. Ordinis* præſcribit, ut Epiſcopi valeant ordinare, & confirmare, nec eorum auctoritatem eſſe communem cum Presbyteris; & ſic non excluſit, ut poſſit eſſe ſimplex Sacerdos extraordinarius per delegationem Summi Pontificis; ut notant citati DD. & præſertim Barboſa *ad idem Concilium num. 3. & 4. & de poteſt. Epiſc. part. 2. alleg. 30. num. 4. & 5.* R. P. D. Dandinus *de ſuſpect. de hæreſi cap. 3. ſect. 3. ſubſect. 1. num. 4. & ſeqq.* Sed quidquid ſit, hoc certum eſt, quòd ſi derogetur Concilio, quod Papa facere utique poteſt, requiritur aliqua cauſa, quam juxta innatam Summorum Pontificum æquitatem ipſe exigere ſolet, vel non requiritur derogatio, & tunc etiam obviaretur ordinariæ praxi Eccleſiæ, ut Miniſter ſit Epiſcopus, & ſic paſſim derogando non eſſet permanere intra ſphæram extraordinarii Miniſtri, quia id quod conceditur extra ordinem, rarò debet dari; unde, ut notavi in *cit. Conſtit. Innoc. IV.* quoad Presbyteros ſimplices non 7 ſolet concedi, niſi in caſu, quo non ſolùm non adſint Epiſcopi, ſed neque poſſint facilè accerſiri, præſertim cùm Sacramentum Confirmationis non ſit de neceſſitate ſalutis. Verùm quoad Abbates, de quibus in præſenti, ſicut etiam diximus *cit. loco*, omnia privilegia, quæ habebant ante Concilium, videntur derogata per ipſum in *cit. cap. 4. ſeſſ.* 23. ubi poteſtas confirmandi Epiſcopis adjudicatur, nullimodò eam habentibus inferioris ordinis Prælatis, & notat Fagnan.

in cit.

Digitized by Google

in cit. cap. cum veniſſet §. per frontis num. 9. & 13. qui
refert privilegium conceſſum à Papa illud habendi an-
te Concilium, & retulimus *cit. loco*; & ſic fruſtra-
torum fuiſſet concedere illud habenti, ſi Concilium
non derogaſſet. Poſt Concilium autem aliquos Abba-
tes fertur habuiſſe hujuſmodi Indultum, ut de Abba-
te Montis Caſſini teſtatur Rota *in Montis Caſſinen.
Juriſdictionis* coram Bichio *dec.* 459. *nu.* 25. & de Ab-
bate Caſſinenſi Sanctiſſimæ Trinitatis Cavæ, in *Ca-
ven. ſeu Caputaquen. Juriſdictionis deciſ.* 274. *num.* 7.
8 *part.* 17. *deciſ.* 31. *nu.* 6. *poſt Tondut. de penſion. & in
Marſicen. ſeu Nullius Juriſdictionis ſuper bono jure* 7.
Junii 1700. §. *Hæcque omnia verſic. & de Adminiſtra-
tione Sacramenti Chriſmatis*, coram Muto, prout
adeſt *Bulla* 238. *Gregorii XIV. in Bullario Caſſinen-
ſium tom.* 1. *fol.* 257. & aliæ, quibus talis facultas
confirmandi videtur conceſſa Abbatibus Congregatio-
nis S. Juſtinæ Ordinis Caſſinenſium. Sed quoad Ab-
bates Montis Caſſini videtur denegare Fagnan. *in
cit. c. & §. num.* 10. ex decreto S. Congregationis,
quod retulimus *in cit. Conſtit.* 14. ſed ea reſolu-
tio fuit, prætendente dicto Abbate talem poteſtatem
elicere ex Privilegio Apoſtolico obtento, ut poſſet
omnia facere, quæ ſpectant ad Epiſcopum, præter-
quam Chriſma conficere; exinde arguendo, quòd cùm
exceptio firmet regulam in contrarium, cenſeantur in-
dulta fuiſſe omnia alia præter expreſsè reſervata, & ſic
etiam poteſtatem confirmandi: quod excluſum fuit ex
ea ratione, quia ea, quæ ſunt Ordinis, requirunt ſpe-
cialem mentionem, nec limitatio prædicta excludit li-
mitationem aliorum caſuum ſpeciali nota dignorum,
& de quibus facienda eſſet mentio ſpecialis; prout de
facultate confirmandi, quæ numquam venit, niſi ex-
primatur; unde fuit opus novo privilegio pro tali po-
teſtate, prout obtinuit poſſe conferre dictum Sacra-
mentum de licentia tamen Ordinarii, ut animadver-
tit idem Fagnan. *cit. cap. cum veniſſet §. per frontis
num.* 13. Ex quibus elicitur, neque poſſe competere
hujuſmodi Indultum his Abbatibus Cœleſtinis, vel
aliis ex communicatione generali omnium privile-
9 giorum Congregationis Caſſinenſis S. Juſtinæ, cùm
non detur communicatio in iis, quæ requirunt ſpe-
cialem conceſſionem, imò cauſam ſpecialem, ut eſt
in hac poteſtate confirmandi, quæ non datur, niſi ex
cauſis urgentibus, ut ad rem notat Fagn. *cit. nu.* 12. &
13. Unde Abbas Fulden. Ordinis S. Benedicti, cui
ſunt communicata privilegia Congregationis S. Juſti-
næ, petiit à Sanctiſſimo tale privilegium non conſi-
derata dicta communicatione, ut infra dicam. Cæte-
rùm non obſtante prætenſo privilegio in hoc Abba-
tum Congregationis S. Juſtinæ, fuit petitum à Papa
per Abbatem S. Mariæ Florentin. in *Bullar. Caſſinen.
tom.* 1. *Conſtit.* 159. ibi: *Quòd licèt tu, ac reliqui Ab-
bates Congregationis veſtræ Caſſinenſis, aliique S. Ju-
ſtinæ vigore privilegiorum à ſuis Prædeceſſoribus eidem
Congregationi conceſſorum, & innovatorum, in fronte
chriſmare, & confirmationis Sacramentum adminiſtra-
re poſſitis; tibi tamen pro tui majori ſatisfactione, ut
in Eccleſiis correctioni tuæ ſubjectis omnes, & ſingu-
las perſonas tantùm curæ dictorum locorum ſubjectas, &
ad curam dictarum Eccleſiarum ſpectantes; in fronte
chriſmare, & confirmare, prout, & quemadmodum alii
Ordinarii in Eccleſiis, quibus præes, liberè poſſis, &
10 valeas.* Imò videtur dictum privilegium chriſmandi
fuiſſe dilatatum à Papa quoad Populum laicum ſibi ſub-
jectum, nam etſi quis habuerit tale Indultum, intelli-
gi debet pro propriis ſubditis, & Eccleſiis Regulari-
bus; nam quoad Populum, & in Eccleſiis ſæcularibus
eſſet in præjudicium proprii Ordinarii, qui habet jus
tal Sacramentum adminiſtrandi in tota Diœceſi, ut
innui *cit. Conſtit.* 14. *Innoc. IV. ſect. unica*. Hinc ad
rem, cùm dictus Abbas Fulden. peteret hoc Indul-
tum, inter alia dubia propoſita ſub die 22. Septem-
bris 1703. in Sacra Congregatione Rituum Ponente
Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Domino Cardina-
li Gabriellio fuit: *VI. An poſſit ſuis ſubditis vigore
ejuſdem Brevis Sacramentum Confirmationis conferre:*

agebatur enim de Brevi obtento ab Urbano VIII. com-
municationis Privilegiorum Congregationis D. Juſti-
næ: reſpondit *Cum Sanctiſſimo pro Indulto*; ſed recur-
rente Epiſcopo Herbipolen. prætendente eſſe Ordi-
narium locorum Abbati ſubjectorum; iſto autem
ſupponente habere exemptionem cum Territorio ve-
rè Nullius, prout canonizatum aſſerebat per Rotam
in pluribus deciſionibus *Nullius, ſeu Fulden. Juriſ-
dictionis die* 28. *Junii* 1700. coram Eminentiſſimo
della Tremoille, 16. *Februarii* 1703. & aliis coram
D. Molines Decano, de quibus memini *tom.* 2. *ad
Conſt.* 6. *Alex. III. ſect.* 1. tamen quia ipſa Rota
in dictis deciſionibus præſervavit cognitionem eo-
rum, quæ requirunt Ordinem, & conſecrationem;
& fortiùs, quia cauſa ſuper qualitate verè Nullius
pendebat in eadem Rota in gradu appellationis;
ideò ſub die 27. Novembris 1706. Sacra Congre-
gatio reſolvit: *Dilata, & expectetur exitus cauſæ in
Sac. Rota:* & meritò, quia priùs deberet firmari ſta-
tus qualitatis Nullius, ut excludatur Epiſcopus à
dicto jure confirmandi; imò etiam aliquando idem
Epiſcopus manutenetur in jure adminiſtrandi dictum
Sacramentum, ſi ita fuerit ſolitum, etiam in Abba-
tia Nullius, ut dixi *cit. ſect. unica num.* 52. Licèt au-
tem, quatenus agatur de Abbatia Nullius, ſit in-
gens motivum conceſſionis hujuſmodi privilegii, quia 11
non eſſet in præjudicium Ordinarii; tamen quia hu-
juſmodi Abbatibus conſultum eſt, ut poſſint vocare
quemlibet Catholicum Antiſtitem pro adminiſtratio-
ne dicti Sacramenti, ut latiùs dixi in *cit. ſect. unica
num.* 52. non videtur ex dicto ſolo motivo qualita-
tis Nullius tale Indultum concedendum; aliàs ſeque-
retur, quòd omnes iſti Abbates illud habere debe-
rent, cùm pro indulgenda hac diſpenſatione, debeat
eſſe urgens cauſa, nempe defectus Epiſcoporum, ne
Fideles remaneant ſine Chriſmate, ut in *can. perve-
nit* 95. *diſt.* ubi enim poteſt conſuli vocando Epi-
ſcopum, debet ita provideri, nec ſola major com-
moditas, vel minus diſpendium debet eſſe cauſa
conceſſionis, & ne id, quod pro pura neceſſitate
extraordinariè ſolùm debet concedi, paſſim abſque
difficultate obtineatur; unde pro Abbate S. Facundi
Nullius Diœceſis pluribus adductis pro conceſſione,
plura etiam fuerunt conſiderata pro denegatione apud
Fagnan. *cit. §. per frontis à num.* 1. *ad* 9. qui re-
fert Sacram Congregationem in conſimili caſu diſ-
penſationis Abbati Regulari cenſuiſſe, poſſe Papam,
ei, qui indultum habebat ante Concilium, conce-
dere; ſed an expediat id concedi, major pars Car-
dinalium fuit in ſenſu negativo, ea præſertim ratione,
ne ubi ſunt hæretici, hi confirmentur in errore, quòd
miniſter ſit non Epiſcopus. Cæterùm conſiderari de-
bet amplitudo Diœceſis Abbatis, quid fuerit uſque ad-
huc ſervatum; nam ſi Abbas adminiſtraſſet ſuffultus
aliquo privilegio, conſuli poteſt ut privilegio tutiori
id continuet; ita è contra, ſi diù acceſſitus Epiſco-
pus aliquis fuerit, vel alio modo conſultum, poſſet
ita continuari; & ſic non videtur paſſim concedi talis
facultas, quæ ſicuti in aliquo caſu debet dari, etiam ut
improbetur error, quòd non poſſit id indulgeri à Papa
non Epiſcopo, ita non eſt paſſim concedendum, ne
heterodoxi credant, etiam non Sacerdotes poſſe id
facere, ut pariter innuit *cit. ſect. un. num.* 65. *& ſeq.*

His explicatis, deſcendendo ad benedictiones, ſeu
conſecrationes Vaſorum, & ſacrorum ornamentorum, 12
non eſt ambigendum, quin Abbates noſtræ Congre-
gationis valeant ea Pontificaliter benedicere, in qui-
bus unctio Sacri Chriſmatis non requiritur, ex pri-
vilegio expreſſo in Conſtit. S. Cœleſtini V. & con-
firmato in præſenti Conſtitutione à Benedicto XI.
ibi: *Liceat vaſa, & alia paramenta ad cultum divi-
num pertinentia, nec non in ædificandis Eccleſiis
&c. primarium lapidem pontificali more benedicere*:
Abſque verò hujuſmodi ſpecifica conceſſione, ad
hunc effectum etiam generalis tantùm facultas exer-
cendi Pontificalia ſufficeret, ut ex decreto Sacr.
Congregationis Concilii *ſeſſ.* 23. *cap.* 10. ibi;

Abbas, qui eſt benedictus, vel qui ex privilegio Sedis Apoſtolicæ habet, ut Pontificalia exercere poſſit, ac ſi eſſet benedictus, poteſt omnia ſacra abſque unctione benedicere: refert Barboſa *de Jur. Eccleſ. libr.* 1. *cap.* 17. *num.* 63. Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 1. *diſput.* 22. *quæſt.* 1. *num.* 8. *in fine*, & Suarez *de Relig. tom.* 4. *tractat.* 8. *lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 2. Quinimò etiam deficiente hoc generali privilegio, hujuſmodi jus iidem Abbates benedicti haberent ex generali conſuetudine, fundata tamen in generalibus conceſſionibus, quòd Abbates ſtatim atque ſunt benedicti, valent ornamenta ſacra benedicere, in quibus unctio non requiritur, ut probavimus ſupra in *Conſtit.* 6. *Urbani IV. num.* 22. *ad* 25. & non obſcurè apparet ex prima parte decreti Sacr. Congregat. ſupra relati; difficultas itaque eſt, nunquid iidem Abbates Cœleſtini, cùm ſpeciali conceſſione ſint deſtituti, valeant ſacra vaſa conſecrare, in quibus unctio Sacri Chriſmatis neceſſariò requiritur? Et quidem jam firmavimus in prælaudata Con-
13 ſtitutione à *num.* 25. quòd non tantùm Abbates quocunque jure, vel generali conſuetudine quoad hujuſmodi conſecrationes ſunt deſtituti, verùm nec tacitè comprehenduntur in ſimplici benedicendi ſacra ornamenta conceſſione, & quòd ſpecialibus privilegiis Abbates ad hunc effectum debent eſſe muniti ex decreto Sacr. Congregat. Remanet igitur ad hujuſ-
14 modi indultum probandum favore Abbatum Cœleſtinorum, veluti ad ſacram anchoram confugere ad latiſſimam communicationem privilegiorum, quam habent quarumcunque Monachalium Congregationum, & ſpecialiter Caſſinenſium, ex Conſtitution. ſuprarelata Urbani VIII. cujus etiam meminit Tamburin. *diſput.* 17. *num.* 12. Certum autem eſt, quòd Abbates Caſſinenſes Apoſtolicis Privilegiis conſecrandi Calices, aliaque Vaſa in quibus unctio requiritur fruuntur, ſemel, & iterum canonizatis à Sacr. Congregatione Concilii, penes Barboſ. *de Jur. Eccleſ. libr.* 1. *capit.* 17. *numer.* 64. & Tamburin. *citat. diſputat.* 23. *quæſt.* 1. *in fine & quæſt.* 2. *pariter in fine*.

Enixè autumant nonnulli, in communicatione generali privilegiorum non comprehendi privilegium conſecrandi ea, in quibus unctio requiritur, generaliter concludentes quòd hoc indulto non poſſunt frui aliæ Religiones etiam communicationem privilegiorum obtinentes, forſan ratione moti, tum quia cùm privilegium communicativum ſit univerſale, nequidem comprehendit ea, quæ alterius concernunt præjudicium, ut eſt uſus Pontificalium Abbatum quoad Epiſcopos, ex Gloſſ. *in cap. Abbates de privil. in* 6. *ut ex l.* 2. *C. de precib. Imper. offer.* probant Abbas in *cap. cum in nobis de conceſſ. præb.* Felin. *in cap. fin. de confir. util. vel inutil.* & alii paſſim; ut enim privilegium intelligatur etiam cum alterius præjudicio, oportet quòd de eo fiat ſpecialis mentio, aliàs nunquam tacitè venit, ut tradunt Abbas *in conſ.* 70. *tom.* 2. Cancer. *variar. cap.* 3. *numer.* 102. *cum ſeq. tit. de privil.* Caputaquen. *dec.* 55. *aliàs* 23. *part.* 2. tum etiam quia in generali communicatione nunquam veniunt ea, quæ ex jure communi ſunt ſpecialiter concedenda, vel quæ ex eodem jure ſpecialiter prohibentur, ut equidem eſt uſus Pontificalium quoad Abbates, ex text. *in dicto capit. Abbates de privil.* & regulam probant Vitalin. *in Clem.* 1. *num.* 27. *de Sepult.* Mandoſ. *de pri-*
15 *vil. ad inſtar. gloſſ.* 8. *num.* 6. Verùm his non obſtantibus, omninò dicendum eſt, quòd Abbates Cœleſtini aliique privilegiorum communicationem habentes, valent vaſa, & ornamenta Deo dicanda, in quibus etiam Sacra Unctio requiritur, benedicere, & conſecrare; optimè namque docent Tamburin. *cit. tom.* 1. *diſp.* 23. *quæſt.* 2. *num.* 2. & Murga *ad Conſtit. Benedict. Conſtit.* 16. *num.* 114. quòd in communicatione generali hujuſmodi etiam privilegium comprehenditur, dummodo tamen eadem militet ratio, quòd ſcilicet hujuſmodi communicationem prætendentes, Abbates ſint, & benedicti; ſi enim ſimplices Regularium Superiores habeant hujuſmodi communicationem cum Abbatibus, tunc non abſque fundamento putat Miranda *in manual. Prælat. tom.* 2. *quæſt.* 40. *art.* 4. benedictiones ſimplices eiſdem communicari, non item autem conſecrationes, ut explicat Nicol. *Lucub. Canon. libr.* 5. *tit.* 33. *num.* 18. §. *hujuſmodi*, Diana *in antiquis part.* 2. *tract.* 2. *reſolut.* 15. *in fine*. Non enim hoc indultum tam exorbitans, & difficilis conceſſionis eſt, quòd per generalem communicationem non participetur, juxta regulam ſæpiùs traditam. Non inquam difficilis eſt conceſſionis, cùm evidenter conſtet omnes ferè Abbates hujuſmodi privilegio eſſe à S. Sede decoratos; neque item exorbitans, & magni præjudicii eſt quoad Epiſcopos, cùm ex latè recenſitis in *citat. Conſtit.* 6. *à n.* 18. *ad* 23. hæ benedictiones, & conſecrationes propriè non ſunt actus Epiſcopalis Ordinis, neque ex Divino, vel humano ſtricto jure eidem ſunt applicatæ, ſed tantùm Epiſcopis competunt, quia laudabilis conſuetudo ab Eccleſia approbata id obtinuit, utpote qui eminentiori jure hæc ſibi officia vindicare potuerunt; quamobrem ſunt qui dicunt, quòd ſicuti per conſuetudinem Epiſcopi ſibi has benedictiones vindicarunt, ita valent per inferiores Prælatos contra Epiſcopos præſcribi, ut dixi ibidem *num.* 22.

Malè autem arguunt, qui hujuſmodi indultum con- 16
ſecrandi Sacra Vaſa, non venire in generali communicatione probant, ex quo privilegium confirmandi, Eccleſias conſecrandi, Chriſma conficiendi, aliquibus Abbatibus de benignitate Sedis Apoſtolicæ ſpecialiter conceſſum, non ſit generaliter communicabile; cùm diverſa prorſus militet ratio, hæ etenim functiones ſunt tam ex Traditionibus Apoſtolicis, quàm ex Sacris Canonibus Ordini Epiſcopali ſpecialiter, & religioſiſſimè reſervatæ, ut indicit S. Leo Papa omnibus Epiſcopis in *can. quamvis diſt.* 68. *& ex can. nemo de conſecrat. diſt.* 1. *& capit. aqua de conſecrat. Eccleſ.* notant communiter DD. quapropter difficillimè, & rarò à Summis Pontificibus Prælatis inferioribus conceduntur. Neque item urgent rationes contra noſtram aſſertionem ſupra relatæ, quòd ſcilicet hujuſmodi privilegium tanquam præjudiciale Epiſcopis, in generali conceſſione non veniat, nam omninò intercipiuntur, cùm privilegiorum communicatio eſt verbis prægnantibus concepta, ut in Bul- 17
la præcitata Urbani VIII. pro Cœleſtinis, quia tunc viderentur omnia expreſsè concedi, quæ communicari poſſunt, ut poſt Tamburin. *citat. diſputat.* 17. *quæſ.* 3. *& diſput.* 15. *quæſ.* 18. *numer.* 34. & Murga *ad citat. Conſtitut.* 15. *num.* 44. Rota *deciſ.* 8. *numer.* 5. *part.* 2. *diverſ.* Creſcen. *deciſ.* 9. *numer.* 5. *de privil.* Roland. *conſ.* 60. *num.* 2. *& ſeq.* & latè Rota *in Bononien. exemptionis* 25. *Maji* 1618. coram Veroſpio, *per extenſum relat. poſt eundem* Tamburin. *loco citat.* quæ tamen valebunt Abbates exercere regulariter in eorum Eccleſiis, ut dixi *ſupracit. Conſtitut.* 6. *Urba-*
ni IV. & omnia tandem prædicta videntur compro- 18
bata noviſſimè à Sacra Congregat. Rituum in *Nullius Fulden. Conceſſionis Indulti* 22. *Septembris* 1703. ibi enim propoſitis dubiis. *I. An ad facultatem conſecrandi, & benedicendi Abbati Fulden. ſuffragetur communicatio Privilegiorum Congregationis Caſſinenſis, vel ſi adeſſet obſervantia immemorabilis, eum poſſit juvare, & quatenus affirmativè. II. An Vicario Generali delegari potuerit & poſſit tam benedictio Paramentorum, & Utenſilium Altaris, quàm Conſecratio Campanarum, aliarumque rerum, quibus Unctio Sacri Chriſmatis intervenit, & quatenus negativè quoad alterutrum, vel utrumque. III. An Conſecrationes, vel benedictiones hactenus à Vicario Generali ex delegatione facta, ſuſtineri, ſive tolerari valeant, quemadmodum Pontifex reconciliationes Eccleſiarum factas à ſimplicibus Sacerdotibus ex delegatione Epiſcoporum tolerat*, ad tradita per Pignatell. *tom.* 1. *Conſult.* 156. *num.* 4. *& quatenus negativè. IV. Quomodo ſit providendum circa Benedictiones, ſive Conſecrationes jam factas. V. An in caſibus ſupra recenſitis opus ſit, & poſſit provideri dignitati Abbatiali, & Vicario Generali ſpecialibus indultis. VI. An valeat ſuis*

ſubdi-

Digitized by Google

ſubditis vigere ejuſdem Brevis Sacramentum Confirmationis conferre. Sacra Congregatio. Ad I. reſpondit: *Affirmativè vigere communicationis Privilegiorum, necnon conſuetudinis, & in locis propria juriſdictionis. Ad II. Negativè; Ad III. Reiterandas, quatenus hoc fieri poſſit ſine ſcandalo; præterquàm quoad Vaſa Sacra jam adhibita. Ad IV. Jam proviſum. Ad V. Adeat Sanctiſſimum. Ad VI. Cum Sanctiſſimo pro Indulto.* Sed utrum ſufficiat præſcriptio, & quæ, ac an poſſit delegari talis poteſtas, & quomodo remaneant Vaſa conſecrata per contactum, alibi latiùs recurret ſermo; & quoad facultatem confirmandi obtinendam à Papa, dixi ſupra.

CONSTITUTIO I.

CLEMENTIS V.

incipiens (*Regnans in Cœlis.*)

EPITOME BULLÆ.

CLEMENS PHILIPPO Regi Francorum.

INdicit Oecumenicum Concilium Viennenſe pro Kalendis Octobris Anni MCCCIX.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Clementis V. ad Pontificatum aſſumptio, & quæ in ejus electione contigerint referuntur.*
2 *Sedem Apoſtolicam in Gallias tranſtulit, & quanto tempore ibi permanſerit.*
3 *Coronatus fuit Lugduni, aliaque ejus geſta indicantur, & aſſignatur cauſa ejus detractionum.*
4 *Concilium Viennenſe in hac Conſtitutione indicit, & quæ perſonæ illud adierint.*
5 *Innuuntur ea, quæ in eodem Concilio tractata fuerunt.*
6 *De Recuperatione Terræ Sanctæ, & extinctione Templariorum in hoc Concilio tractata. Remiſſivè.*
7 *In eodem Concilio fuerunt damnati errores Petri Joannis Olivi, & quis iſte fuerit.*
8 *Præcipui hujus errores referuntur.*
9 *Ejus ſententia aſſerens, per Baptiſmum culpam remitti, ſed gratiam non conferri, an fuerit damnata uti hæretica, & quid poſt Concilium Tridentinum.*
10 *In eodem Concilio fuerunt damnati Dulciniſtæ, de quibus Remiſſivè.*

1 SEquuto Benedicti XI. obitu, eique juſtis perſolutis, Cardinales Peruſii Conclave ingreſſi, ferè per annum in Summi Pontificis electione convenire non valuerunt, animis in factiones duas Italicam & Gallicam diſtractis. Demum eò itum eſt conſilii, ut Bertrandum de Arguſis Archiepiſcopum Burdegalenſem eligerent, quem Galliarum Regi, Philippo Pulchro dicto, inimicum, ac prædeceſſori Bonifacio amicum Electores norant. Spes tamen fefellit Italos, nam dum unus ex Electoribus Cardinalis Oſtienſis de proxima electione Regem monet, hic Bertrandum ſibi conciliat. His ita peractis, Cardinales Nonis Julii anni 1305. eum in Summum Pontificem eligunt, ſtatim Romam petiturum credentes; ſed eos fefellit
2 eventus, dum à noviter electo Lugdunum adire fuerunt coacti; qua quidem ratione Pontificis Sedes in Gallias tranſlata fuit, ibique ad 70. annos magno Chriſtianorum incommodo permanſit, ab Italis Captivitas Babylonica appellata. Cùm itaque Cardinales Lugdunum conveniſſent, ibidem 3. Idus No- 3
vembr. ejuſdem Anni Summus Pontifex coronatur, Clementis V. nomine aſſumpto; in hoc autem actu contigit, ut dum Pontifex per Urbem magna pompa circumveheretur, ex fatiſcentis parietis ruina multi interirent, inter quos Joann. Britanniæ Dux, dum frenum Pontificis tenet. Sanè hunc Pontificem ſatis Francorum Regi detuliſſe liquet, dum Cardinales Columnenſes reſtituit, ipſum Philippum abſolvit, ac Conſtitutionem *Unam Sanctam* Bonifacii VIII. in Regis, ac ſucceſſorum ejus indemnitatem declaravit; & demum, quod magis nocuiſſe conſtat, Cardinales ferè omnes ex Gallis creavit; unde evenit Succeſſorum ejuſdem Nationis electio, ac Summorum Pontificum ſatis diuturna & noxia ab Urbe abſentia. De eo autem, quod aliqui finxerunt contra hunc Pontificem, aliqua dicemus infra *Conſtit.* 3. ubi de extinctione Ordinis Templariorum. Tandem dum Avenione valetudinis cauſa Burdegalam pergit, in itinere fato ceſſit in Roca Maula vico Provinciæ Narbonenſis 12. Kal. Maji 1314. cùm annis ferè novem ſediſſet, ejuſque corpus, quemadmodum demandaverat, in ædicula Beatæ Mariæ de Uzeda Vaſatenſis diœceſis, humi traditum fuit.

Inter præcipua Opera hujus Summi Pontificis meritò recenſetur convocatio Concilii Viennenſis, quod 4
inter Concilia Generalia XV. obtinet locum. Ad iſtud enim fuit indictus acceſſus à Clemente hac Conſtitutione edita Pictavis 2. Idus Auguſti anno 1307. directa Philippo Regi Francorum; ſed aliæ adſunt literæ hujus intimationis pro Principibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Prælatis factæ, prout refert Cherubinus *in princip. hujus Bullæ*, Labbè *tom.* 11. *Conciliorum fol.* 1533. *& ſeq.* & Card. Pallavicinus *in hiſt. Concil. Trid. introduct. capit.* 16. *num.* 2. ubi probat, ex convocatione generali facta, dici Oecumenicum; ibique adfuiſſe Patriarchas Alexandrinum, & Antiochenum; & licèt in hac Bulla fuerit deſtinata dies aperitionis pro Kalend. Octobris 1309. tamen ſubſequutæ fuerunt plures literæ prorogationis, dum Concilium inceptum fuit die 16. Octobris Anno 1311. ejus Pontificatus Anno 7. Imperatore Henrico VII. in Occidente, & Andronico in Oriente. Convocatum ſanè fuit in Civitate Viennæ olim Regione Allobrogum, hodie Delphinatus, in amæno quidem ſitu exiſtentis, ubi Rhodanus Flumen nomen ſumit, nobilibus floret etiam naturæ donis, Metropolitanam Eccleſiam habet, ſed præ omnibus gloriatur hoc Concilio, ad quod perſonaliter acceſſit Clemens è Civitate Avenionenſi, ubi reſidebat, & ultra Cardinales, alioſque Prælatos Pontificem comitantes, adfuerunt Patriarchæ Latini Alexandrinus, & Antiochenus, & 300. Epiſcopi, Præſidente eodem Papa; in quo quidem Concilio, prout in hac Conſtitutio- 5
ne innuitur, actum fuit de expeditione pro Recuperatione Terræ Sanctæ, de abrogatione Militum Templariorum ob eorum facinora, aliaque fuerunt addita quoad extirpationem aliquorum hæreticorum, qui appellabantur Begardi, & Beguinæ, necnon condemnati fuerunt errores Petri Joannis Olivi, ac Bigardorum, & Dulciniſtarum, & demum plura fuerunt edita Decreta quoad reformationem morum, quæ omnia ſeptem menſium tantùm ſpatio tribus ſeſſionibus concluſa fuerunt, unà cum Concilio, ut notant cit. Labbè, Surius *tom.* 3. *Concilior.* Villanus *libr.* 9. *cap.* 22. D. Antoninus 3. *part. hiſt. tit.* 11. *capit.* 3. Bzovius, Raynald. & Spondan. *ad annum* 1311. Baill. *in ſumm. Concil.* Epiſcopus Battaglin. *in hiſtor. Concilior. pag.* 671. *& ſeq.*

Quoad autem expeditionem pro recuperatione 6
Terræ Sanctæ, facundè peroravit Pontifex in Concilio, itaut plurimi Crucem aſſumpſerint pro tali expeditione. Sed cùm Principes Chriſtiani aliò arma divertebant, opus fuit Clementi à voto cum illis diſpenſare, & permittere ut proprias Domos repetere poſſent, quod etiam dixi ſupra *Conſt.* 5. *Nicolai IV.* ubi

Digitized by Google

alias expeditiones hujuſmodi in noſtris Commentariis relatas innuimus. Quoad autem extinctionem Ordinis Templariorum, dicam infra in propria *Conſtit.* 3. *hujuſmet Pontificis*. Decreta verò Reformationis utplurimum ſunt regiſtrata in corpore Juris Canonici inter Clementinas, licèt non omnes Conſtitutiones emanatæ in hoc Concilio ibi continentur. In hoc etiam Concilio vindicata remanſit memoria Bonifacii VIII. declaratumque, renitente licèt Galliarum Rege, ipſum fuiſſe Catholicum, & legitimum Pontificem; expoſita fuerunt quoque plura quoad Regulam B. Franciſci, ut in *Clem. exivi de verb. ſignific.* de qua dixi *tom.* 2. *Conſtit.* 5. *Honorii III.* & alibi redibit ſermo, prout dicam de erroribus condemnatis Begardorum, Beguinarum, & Brigardorum.

7 Quoad verò errorem damnatum in hoc Concilio Petri Joannis Olivi, tres præcipui memorantur in *Clement.* 1. *de Fide Cathol.* & apud D. Antoninum *part.* 3. *Chronic. tit.* 21. *cap.* 3. Fuit autem Petrus Joannes Olivi Minorita ex Oppido Sirignano Biterrenſis Diœceſis, quem ab hæreſis labe, poſt Umbertinum purgare nititur Vvadingus *in Annalibus Minorum ad ann.* 1278. aſſerens, Sixtum IV. juſſiſſe ejus ſcripta diligenter examinari, atque declaraſſe nihil in eis contineri, quod Fidem Catholicam expreſsè læderet. Verùm id Sixtum IV. de omnibus dictis, aut ſcriptis Joannis Olivi pronunciaſſe, omninò inveroſimile videtur. Tum quia Joannes XXII. poſt cenſuram graviſſimorum Theologorum, doctrinam, ipſumque Joannem Olivi damnavit, oſſaque ejus exhumari juſſit, atque concremari, ut refert Pegna *comm.* 51. *in* 2. *part. Director. Inquiſit.* & Stephanus Baluzius *tom.* 1. *miſcell. pag.* 213. Tum etiam quia Umbertinus ipſe, aliàs acerrimus Olivi Propugnator, in *Proleg.* 1. *Arbor. Vita Crucifix.* profitetur, ſe eundem in aliquibus ſequi nec velle, nec poſſe, ut notant Bail. *in notis ad Concil. Vien.* Natalis Alexander
8 *ſect.* 13. *art.* 9. Errores ergo ipſius in *cit. Clem.* damnatos, quos ex perſona Petri Olivi refert, ac referunt Guido Carmelita *in ſumm. de hæret.* & Eymer. *in Director. Inquiſit. part.* 2. *quæſt.* 9. fuere: Primò Chriſti adhuc viventis latus lancea perfoſſum fuiſſe. Id quod expreſsè contradicit Evangelio Joann. *cap.* 19. 33. *Ad Jeſum autem cùm veniſſent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura, ſed unus Militum lancea latus ejus aperuit*. Secundò, Animam rationalem non eſſe humani corporis formam; cujus erroris contrarium rectè colligunt Theologi ex illo Geneſ. 2. *Formavit Deus hominem de limo Terræ, & inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viventem*; quod idem ſonat ac *vivificantem*; aliter fieri non poſſet unum per ſe ſubſiſtens, cujuſmodi eſt homo. Et ſenſus eſt de anima rationali, ratione cujus ad imaginem Dei creatus dicitur; de qua te videndus Suarez *part.* 2. *de Deo Creatore tract.* 3. *cap.* 12. Tertius error fuit, Habitus Fidei, & Virtutum parvulis in Baptiſmo non infundi: Contra quem ſic loquitur Pontifex in *citat. Clement. Credimus eſſe tam adultis quàm parvulis perfectum remedium ad ſalutem: Verùm quia quantum ad effectum Baptiſmi in parvulis, reperiuntur Doctores, opiniones contrarias habuiſſe, quibuſdam dicentibus per virtutem Baptiſmi parvulis quidem culpam remitti, ſed gratiam non conferri; aliis è contra aſſerentibus, quod & culpa remittitur, & virtutes, ac informans gratia infunduntur quoad habitum, etſi non pro illo tempore quoad uſum. Nos attendentes generalem efficaciam mortis Chriſti, quæ per Baptiſmum applicatur pariter omnibus baptizatis; opinionem ſecundam, quæ dicit tam Parvulis quàm Adultis conferri in Baptiſmo informantem gratiam, & virtutes, tanquam probabiliorem, & dictis Sanctorum, & Doctorum Modernorum Theologiæ Magiſtris conſonam, & concordem, Sacro approbante Concilio duximus eligendam*. Hic Controverſia eſt inter Theologos, an ex præfata diſpoſitione
9 inferatur, Hæreticum eſſe, qui poſt Concilium Viennenſe ſuſtineret (prout ante Concilium ſuſtinebat Joannes Olivi) per virtutem Baptiſmi culpam remitti, ſed gratiam non conferri? & quibuſdam Theologis negativè videtur reſpondendum: quia Concilium ibi nil certi tradit tanquam de fide, ſed ſolùm aſſerit haberi majorem probabilitatem illius ſecundæ opinionis, non autem veritatem ejuſdem abſolutam, & ideò non utitur formulis uti ſolitis pro dogmatibus fidei ſtabiliendis, Vaſquez *part.* 1. *qu.* 12. *cap.* 2. Canus *de loc. Theol. libr.* 5. *cap.* 5. *qu.* 4. Ludovicus Bail. *in notis ad Concil. Vienn. pag.* 461. qui ultra progreditur aſſerendo, infuſionem prædictam Gratiæ, & virtutum in parvulis nec etiam eſſe expreſsè de fide poſt Tridentinum: *Nec hodie*, inquit, *quæſtio ita expreſsè terminata eſt, ut ſit articulus fidei*. Sed contrarium nobis aſſerendum eſt cum reliquis Theologis, nedum poſt Tridentinum, ſed etiam ex diſpoſitione Clement. V. cit. rem iſtam ad fidem pertinere: & quidem tam clara ſunt Tridentini verba, ut nullum relinquant dubitandi locum, & periculoſum ſit refragari. Sic enim loquitur *ſeſſ.* 6. *cap.* 7. *Ejuſdem Sanctiſſimæ Paſſionis merito per Spiritum Sanctum Charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui juſtificantur, atque ipſis inhæret. Unde in ipſa juſtificatione cum remiſſione peccatorum hæc ſimul infuſa accipit homo per Jeſum Chriſtum Fidem, Spem, & Charitatem*. Et *can.* 11. ſubdit: *Si quis dixerit, homines juſtificari vel ſola imputatione juſtitiæ Chriſti, vel ſola peccatorum remiſſione, excluſa gratia, & charitate, quæ in cordibus eorum per Spiritum Sanctum diffundatur, atque illis inhæreat, aut etiam gratiam, qua juſtificamur, eſſe tantum favorem Dei, anathema ſit*. Sed & ante Tridentinum, ac ex vi ſolius diſpoſitionis *Clement. cit.* idipſum ad Fidem pertinere, itaut ſine hæreſis nota refragari pertinaciter non liceat, poſt Bellar. *de Sacr. Bapt. lib.* 1. *c.* 11. Suarez, & alios, ſufficienter oſtendit Emanuel. Maignanus *tom.* 2. *Phil. Sacræ cap.* 31. *prop.* 11. Quia ibi Pontifex cum Concilio agebat in materia Fidei, & perpenſis omnibus, videlicet *perpenſis Sanctorum dictis*, & proinde explicationibus Sacræ Scripturæ, ex qua valdè clarum eſt illud Rom. 5. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris*: & illud 1. Joann. 3. *Semen ipſius in eo manet, & in hoc ſcimus quoniam manet in nobis, de Spiritu, quem dedit nobis*; perpenſo etiam ſenſu Doctorum Theologiæ, qui tunc in Eccleſia vivebant, & docebant: non ergo ſolam majorem probabilitatem ejus opinionis concludere voluit, ſed abſolutam veritatem. Tantus enim apparatus Pontificis cum Concilio agentis non erat neceſſarius ad ſolam probabilitatem majorem illius opinionis decernendam, quam quiſque facilè agnoſcere poterat; ſed definiit ſequendam, & eligendam eſſe ipſam opinionem, debitum illam eligendi imponendo, adeoque definiit eſſe veram contrariam, aliter non potuit imponere debitum eam ſequendi, quia intellectus non ſe ſubjicit, niſi convictus, vel per evidentem rationem, vel per infallibilis auctoritatis certitudinem: hìc autem rationem evidentem non attulit Concilium: ergo adhibuit cum Papa certitudinem ſuæ infallibilis auctoritatis, adeoque certitudinem Fidei.

Inter hæreticos damnatos à Clemente V. in hoc 10
Concilio numerantur etiam Dulciniſtæ, ſic dicti ab eorum auctore Dulcino, de cujus ſanè erroribus, ac damnatione dixi ad *Conſtit.* 1. *Honor. IV. num.* 6. & de eo videndi ſunt Annatus *libr.* 7. Natalis ab Alexandro *Sæculo prædicto*, & apud Bernin. *tom.* 3. *hiſtor. hæreſum lingua Italica conſcripta eodem ſæculo*.

CON-

CONSTITUTIO II.

CLEMENTIS V.
incipiens (*Super ſpecula.*)

EPITOME BULLÆ.

CLEMENS AD PERPETUAM rei memoriam.

ERigit in Civitate Peruſii Generale Studium pro qualibet facultate.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Studium Generale in Civitate Peruſii erexit Clemens V. per hanc Conſtitutionem.*
2 *Civitas Peruſii quàm ſit de Sede Apoſtolica optimè merita.*
3 *Ejus antiquitas, & prærogativæ indicantur.*
4 *Mater fuit plurium eximiorum Juriſconſultorum.*
5 *Unus ex Auditoribus Sacræ Rotæ eſt Peruſinus.*
6 *Epiſcopus Peruſinus quoad Lectores, & promovendos Scholares in ſtudio Peruſino.*
7 *Legatum factum, ut quis ſtudeat in Civitate Peruſii, an poſſit obtineri ab eo, qui ſtudere velit in Urbe, & num. ſeqq.*
8 *In diſpoſitione ad certum effectum facta, attenditur principaliter, an talis effectus ſequatur.*
9 *Affertur ad hoc reſolutio Sacr. Congregationis Concilii.*
10 *Voluntas ſpecificè, & non per æquipollens adimpleri debet, & quatenus per æquipollens adimpleri poſſit.*
11 *Refertur caſus diſpenſationis pro ſtudio in Urbe, dum Teſtator legaverat pro ſtudio in Civitate Peruſii.*
12 *Alius caſus refertur pendens in Sacra Congregatione Concilii.*
Voluntas Teſtatoris non debet facilè commutari. Ibidem.

1 JUre meritò Civitas Peruſina commendatur à Summo Pontifice in hac Conſtitutione, tum quoad
Fidei puritatem, & eximiam devotionem erga Sedem
Apoſtolicam, tum ex aliis prærogativis, præcipuè ob
ſcientiarum fœcunditatem; ideoque ut Viri docti ex
ea producerentur, qui in Orbe Terrarum juſtitiam
adminiſtrare valerent, Studium Generale in ea erexit in qualibet facultate perpetuis futuris temporibus
vigens, ut ex ejus Bulla edita Zanctoni in Gallia 6.
2 Idus Septembris Anno 1307. Ultra etenim peculiarem amorem, quo Clemens Peruſinam Civitatem
meritò proſequebatur, cùm in ea fuerit ad Summum
Chriſti Vicariatum promotus, ut dixi in ejus *Conſtitution.* 1. cumulabantur quoque quamplurima hujus
Civitatis merita erga Sedem Apoſtolicam; cùm pluries in ea Summi Pontifices recepti fuere, ac commorati ſunt maxima Populorum devotione, necnon
electiones eorum peractæ fuerunt. Antiquiſſima rur-
3 ſus Italiæ Urbs eſt, unaque ex duodecim Hetruriæ principalibus Civitatibus, cujus originem, & amplitudinem præ cæteris deſcribit Ughel. *in Ital. Sacr. tom.* 1. *fol.* 71. In Italiæ tumultibus fortunam populi
Romani ſecuta fuit, donec à Totila ſæviſſimo Gothorum Rege diuturna ſeptem annorum obſidione vexata, demum capta, atque ſub duriſſima ſervitute, ac
internicie redacta fuit; Narſetes verò Juſtiniani Dux
eam priſtinæ reſtituit libertati, quam iterum amiſit
ſub Longobardis, qui eam occuparunt; donec Carolus Magnus, Deſiderio ultimo eorum Rege capto, eam denuo in libertatem aſſeruit; & demùm
largitate Ludovici Pii, aliorumque Imperatorum ſub
ſuavi Dominatu Sedis Apoſtolicæ tradita fuit, prout hactenus illud Peruſini ſubeunt. Perſpicua eſt hæc
Civitas ob cœtum Nobilium, ac ædificiorum amplitudinem, arcemque habet genio, & opere permunitam, ut refert Nicoloſ. *in ſtudio Geograph. parte* 3. *pag. mihi* 224. In ea Epiſcopus reſidet, & Gubernator, qui Præſes eſt Provinciæ Umbriæ, ſub ſe
plures Gubernatores habens, ut notat Cardin. de
Luca *de ſtatu. ſucceſſ. in initio pag.* 38. §. *de Gubernio Umbriæ, vulgò Peruſii*. Dominatur etiam pluribus Caſtris. Concurrebant igitur omnia requiſita
pro Studio Generali, quæ retulimus ſupra *Conſtitution.* 8. *Bonifacii VIII.* imò etiam conſiderari po- 4
terat excellentia doctrinæ in eorum Civibus, quorum ſemper Peruſium fuit fœcundiſſima Mater, &
altrix; hinc Bartolus *in leg. unica Codic. de Profeſſ. qui in Urb. Conſtantinopol. libr.* 12. *numer.* 1. inquit,
hoc ſtudium frui privilegiis aliorum ſtudiorum generalium, præſertim Conſtantinopolitani; & Horat. Lucius *de privil. ſchol. titul. ult. numer.* 23. aſſerit, hanc Civitatem ſemper ferè exteris Juris Interpretibus caruiſſe, quia propriis Civibus Juriſconſultis præclariſſimis omni tempore abundavit, maximè poſt Bartolum, ejuſque fratres. Idcircò optimo 5
jure hæc Civitas, Juris præſertim benemerita, obtinuit aliquando à beneficentia Summorum Pontificum, ut ex ea eligeretur Auditor Rotæ ſub titulo
Hetruſci, cum alternativa tamen cum alio Hetruriæ Superioris, de qua obſervantia teſtatur Cardin.
de Luca *diſcurſ.* 32. *numer.* 21. *in Relat. Rom. Curiæ*. Idemque ſtudium in hac Civitate erectum ma- 6
jori favore proſecutus Jo: XXII. Succeſſor Clementis, privilegium conceſſit Epiſcopo examinandi, &
eligendi Lectores, & promovendi Scholares, necnon Lectoribus ubicunque legendi, ut in *Conſtitut.* 6.
incip. *Inter cæteras*, de qua infra in quarto Tomo,
Deo annuente, agam.

Porrò cùm de pluribus ad ſtudiorum erectionem,
& ſtudioſorum privilegia pertinentibus, in hoc Tomo
generaliter dixerimus, uti in *Conſtitut.* 8. 9. & 10. *Bonifacii VIII.* & non paucæ ſimiles Conſtitutiones infra occurrant, ideò hic præcisè quoad hujuſmodi Studium Peruſinum non incongruè examinabimus dubium propoſitum in Sacra Congregatione Concilii
in una *Aſſiſien.* Cùm enim Canonicus Roſmus de
Roſmis in ultimo elogio anno 1666. legaverit certam ſummam pro uno Juvene ab hærede nominan- 7
do, qui ſtudiis incumberet, ac Lauream Doctoratus
reciperet in Civitate Peruſina, cum prælatione deſcendentium Marci ejus nepotis; nominatus fuit nuperrimè deſcendens ex linea prælata, qui aderat in
Collegio Nazareno Urbis: proinde ſupplicavit Sacræ Congregationi, quo dictum legatum ſibi adjudi- 8
caretur, non obſtante quòd factum eſſet pro ſtudiis
in Civitate Peruſii, cùm etiam ſi agatur de conditione, tamen quotieſcumque diſpoſitio reſpicit certum
effectum, ſeu finem, tunc principaliter ſpectatur, an
talis effectus ſubſequatur, attenta cauſa appoſita potius in tali caſu demonſtrativè, quàm reſtrictivè,
leg. ſcripturas Cod. qui potiores in pign. Mantica *de tacit. libr.* 14. *tit.* 43. *num.* 10. Card. de Luca *de empt. diſc.* 47. *numer.* 3. Covar. *pract. quæſt. cap.* 39. *num.* 7.
Peregr. *conſ.* 51. *num.* 17. *libr.* 5. Fuſar. *conſil.* 50. *numer.* 11. Rota *deciſ.* 910. *num.* 3. coram Buratto & *deciſ.* 417. coram Dunoz. jun. repetita *deciſ.* 93. *part.* 7.
recent. ubi poſita vocatione juvenis non uxorati pro
propaganda familia, fuit nominatus quinquagenarius
jam cum filiis; nam in hujuſmodi re præſertim voluntas eſt metienda, ut dixit Rota *deciſ.* 927. *verſ. quæ totum regit*, coram Emerix jun. Et ſic cùm voluntas legantis magis adimpleatur cum ſtudio in Urbe, videtur poſſe legatum ſuffragari. Unde Sacra Congregatio *die* 4. *Decembris* 1706. pro gratia reſcripſit,
facto verbo cum Sanctiſſimo; motivum enim fuit,
licèt diſcrepantibus aliquibus ex EE. PP. quòd cum

9 ageretur de deſcendente prædilectæ ſtirpis nepotis legantis, eſſet juſta cauſa derogandi loco præſcripto à Teſtatore; eòque magis, quia jam reperiebatur in Collegio Nazareno vacans ſtudiis, & ſic concurrit veroſimilis mens legantis, licèt legatum jure non deberetur; & ideò non fuit admiſſum, legatum indeterminatè deberi ſtudenti in Urbe, ex motivo æquipollentis adimplementi, vel pinguioris; idcircò pro tali derogatione neceſſaria fuit approbatio Sanctiſſimi, quæ licèt ſoleat dari per Breve, tamen quando agitur de re parvi momenti, ad parcendum expenſis, ſolet tantùm fieri verbum per Secretarium Congregationis, prout in hoc caſu actum fuit. Sed cùm Orator optimam partem eligens ingreſſus fuerit Religionem Clericorum Regularium Scholarum Piarum, qui profectò ſatis laudabiliter dictum Collegium ſub diligenti gubernio RR. Rotæ Auditorum adminiſtrant; ideò denuò nominatus ad dictum ſubſidium ſtudiorum, iterum ac tertiò ſupplicavit Sacr. Congreg. pro eodem indulto; ſed rejectus fuit ſub *diebus* 19. *Martii*, *&* 7. *Julii* 1708. cùm ceſſaſſent dictæ circumſtantiæ, & præſertim deſcendentiæ prædilectæ. Nec obſtat, quòd legati conditio pinguiùs ad-
10 impleatur, ex rationibus ſupra adductis; nam prædicta theorica circa adimplementum conditionis eſt quoad non voluntariam, alioqui autem debet adimpleri ſpecificè, & non per æquipollens, Surd. *dec.* 202. *per tot.* Gratian. *diſcept.* 786. *num.* 14. Altograd. *conſ.* 9. *num.* 53. *&* 54. *& conſ.* 46. *num.* 4. *libr.* 1. Menoch. *de præſumpt. præſumpt.* 185. Magon. *deciſ. Flor.* 10. *num.* 48. Tuſch. *concluſ. legal. litt. C. concl.* 594. *&* 595. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 454. *&* 463. *à num.* 3. Card. de Luca *de legatis diſc.* 50. *num.* 5. Rota *deciſ.* 512. *numer.* 13. *part.* 19. *tom.* 2. *recent.* quod eò magis procedit, ſi fuerit alius vocatus, Rota *deciſ.* 54. *num.* 39. *& ſeq. part.* 13. *& dec.* 275. *num.* 7. *part.* 14. tunc enim permittitur adimplementum per æquipollens, vel pinguius, quando agitur de conditione neceſſaria, ut diſtinguit Mantica *de conject. libr.* 14. *tit.* 43. *num.* 6. 7. *&* 8. vel quando etſi agatur de conditione voluntaria, tamen conſtet teſtatorem contemplaſſe non ſolùm effectum, ſed modum, & formam eam implendi, tunc enim debet iſta, & non alia, etſi pinguior ſervari, *leg. à Titio*, *ff. de verb. oblig.* ubi Bart. & alii, Decius *conſ.* 89. *numer.* 3. cùm ratio non debeat perſcrutari, ſed ſtet pro lege voluntas, *leg. in conditionibus in initio*, *&* §. *hac ſcriptura ff. de cond. & demonſtr.* Caſanatt. *conſ.* 4. *num.* 46. & latè in *cit. dec.* 275. *part.* 14. *recent. num.* 2. *& ſeq.* & tunc dicitur contemplaſſe tantùm effectum, ut ſit locus adimplemento per æquipollens, quatenus ſit conditio intrinſeca, ſecus autem ſi ſit extrinſeca, Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 64. *num.* 27. *& ſeq.* omnia enim iſta concurrebant in hoc caſu pro conditione ſpecificè adimplenda Studii, & Doctoratus in Civitate Peruſii; tum quia potuerat omittere Teſtator deſignationem loci, ſi tantùm effectum ſtudii voluiſſet; tum etiam quia pluries locum Peruſii replicavit, imò in codicillo ſubdidit: *in ſtudiis faciendis Peruſii*, conſiderando verbum *faciendis*, quod importat neceſſitatem; & demum quia Teſtator erat Civis Aſſiſienſis, & ſic potuerat in eo conſiderari amor, & benevolentia erga propinquum ſtudium Peruſinum, quo caſu conditio ſemper præciſè debet adimpleri, quia tunc non ſimplex effectus, ſed mixtus cum dicto modo ad favorem alterius, ſcilicet loci deſignati, dicitur conſideratus; & licèt poſſet conſiderari tenuitas legati, ex qua motus dici valeat Teſtator ad deſignandam Civitatem Peruſii proximam, ideoque ſi potuiſſet prævidere ſuum ſtudentem in majori Univerſitate poſſe vivere, utique maluiſſet ſtudium in iſta, quàm in illa; tamen hæc conſideratio, & ſimiles poſſent habere vim, vel quando non prævaleret favor loci prædilecti deſignati, vel ſi agatur de aliquo ſtudente agnato Teſtatoris, aut prædilecto abſque præjudicio alterius, qui poſſet ſtudium facere ſervando voluntatem Teſtatoris in loco deſi-
11 gnato, & quidem ſemper debet recurri ad Principem pro derogatione loci, non autem dici, quòd legatum debeatur pro ſtudio in æquipollenti loco, ſeu Univerſitate. Hinc in caſu legati menſtrui pro duobus Juvenibus familiæ Juſtinianæ, à Cardinali Benedicto Juſtiniano facto, & ſolvendo ab Archiconfraternitate Sanctiſſimæ Annunciatæ Urbis, cum mentione loci ſtudii in Civitate Peruſii, Clemens X. derogavit loco pro ſtudio Urbis ad favorem Laurentii Juſtiniani, ut ex Brevi apud Sanctam Mariam Majorem die 26.
Auguſti 1673. & alia exempla hujuſmodi adduxit Ste- 12
phanus Juſtinianus nuper nominatus, qui dum hæc ſcribimus, ſupplicavit Sanctiſſimo Domino Noſtro pro eadem derogatione, & remiſſa inſtantia in Sacra Congregatione Concilii pro Voto, iſtud favorabile ſperat, tum ob teneram ætatem, in qua difficile eſſet Peruſium adire ſine cuſtodia Genitorum, tum quia eſt de familia, nec adeſt alius in loco præciſo adimpleturus; tum fortiùs, quia non videtur Cardinalis prædilexiſſe locum ratione iſtius, ſed ut commodiùs ſtudentibus conſuleret; & in propoſitione cauſæ præfatæ, hæ circumſtantiæ verificandæ, & ponderandæ erunt. Unde in hac materia, prout in qualibet conjecturali, non ſingulæ, ſed omnes debent ſcrutari circumſtantiæ ad eruendam veroſimilem mentem teſtatoris, quæ non debet vulnerari etiam per commutationem voluntatis, quæ ſemper ſervari debet, prout fieri poteſt, ut doctè firmavit Rota *deciſ.* 488. *parte* 19. *tom.* 2. *recent.*

CONSTITUTIO III.

CLEMENTIS V.

incipiens (*Ad providam.*)

EPITOME BULLÆ.

CLEMENS AD PERPETUAM rei memoriam.

ORdinem Militum Templariorum proſcribit, eorumque bona Ordini Militum Hieroſolymitanorum concedit.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Referuntur diſpoſita in præſenti Conſtitutione, & proponuntur hic tractanda.*
2 *Milites Templarii quando originem habuerint, & quodnam eorum inſtitutum fuerit.*
3 *Execranda eorum flagitia indicantur.*
4 *Templarii in Gallia carceribus mancipantur.*
5 *Clemens V. de Templariorum criminibus inquiri omnibus Orbis Epiſcopis committit.*
6 *Templariorum Ordinem abrogavit Clemens V. in Concilio Viennenſi.*
7 *Eadem abrogatio cur per ſententiam diffinitivam facta non fuerit.*
8 *Refelluntur nonnulli Templariorum abrogationem improbantes.*
9 *Afferuntur objecta à Criticis contra Templariorum extinctionem à Clemente V. factam.*
10 *Eadem objecta diluuntur, & Templariorum abrogationem rectè & ritè factam fuiſſe aſſeritur.*

INter præcipuas cauſas, quæ Concilii Generalis 1
Viennenſis convocationem promovere, certè una fuit damnatio Militum Templariorum, ut dixi ad *Conſtit.* 1. *hujus Pontificis*, in qua pleraque in eodem Concilio pertractata expoſuimus. At quidem de Militum

Tem-

Templariorum ſuppreſſione, ejuſque cauſis tractare
omiſimus pro exigentia præſentis Conſtitutionis editæ
Viennæ 6. Nonas Maji Anni 1311. in qua promulga-
tur ſententia contra eoſdem Milites. Sanè ad hujus
Conſtitutionis intelligentiam, operis pretium eſſe du-
ximus, nonnulla ad Templariorum originem, & pro-
greſſum pertinentia, quàm breviter exponere.

2 In Hieroſolymitana Urbe anno 1118. erat Ordo
Militum Religioſorum, quorum primi fuerunt Hu-
go de Paganis, & Godefridus de Sancto Audomaro,
Equites Nobiles, & Religioſi; adeo ſanè pauperes,
ut duo unum tantùm equum haberent communem;
unde eorum ſigillo inſculpuntur duo Equites uni
equo inſidentes: Balduinus Rex dedit eis locum quen-
dam in palatio juxta Templum; unde Templarii di-
cti ſunt, Matthæus Pariſ. *in Cronic. Min. anno* 1118.
Ludovic. Bail. *in notis ad Conc. Vien.* Poſt novem an-
nos in Concilio Trecis à Papa Honorio inſtituta eſt
illis Regula, & habitus albus cum Cruce rubea in
ſiniſtris manicis, Spondan. *in epit.* Baron. *ad annum*
1127. Matth. Pariſ. *loco citato*. Horum munus, &
officium fuit, vias Hieroſolymitanæ dictionis tueri
ab incurſionibus hoſtium, & latrociniis, ut Advenæ,
& Peregrini ad ſacra illa loca inviſenda tutò poſſent
accedere. Quo in munere laudabilem initio navarunt
operam, & multi Chriſti cauſa ſanguinem profu-
derunt, diverſaque alia diſcrimina experti ſunt,
Guillel. Tyrius *in hiſt. bell. ſac. lib.* 18. *cap.* 7. Lab-
bè *in notis ad Conc. Vienn.* Blondus *lib.* 9. *dec.* 2.
Verùm cùm vix eſſet Provincia in Orbe Chriſtiano,
3 quæ eis de bonis ſuis non contuliſſet; moribus in de-
teriora mutatis, eò potentiæ, & divitiarum per-
venerunt, ut cum Regibus contenderent; eò ſuper-
biæ, ut Hieroſolymitano Patriarchæ, à quo prima be-
neficia acceperant, obedire renuerint; eò impietatis,
& avaritiæ, ut in obſidione Aſcalonis, dum ſoli cu-
perent Urbis præda potiri, cauſa fuerint, ne tunc
Chriſtianis Civitas cederet; eorumque dolo Sanctus
Ludovicus, dum in Siria peregrinaretur, in vin-
cula à Sultano conjectus fuerit, Gillius *in Cronic.*
Gaguinus *lib. 7. Hiſt.* Belleforeſtius *in Hiſt. Francor.*
& Paradinus *in Hiſt. Sabaudiæ*; eò tandem nequi-
tiæ, ut occulta cum Saracenis, & Turcis fœdera, &
conſpirationes inirent, ſeque omni genere impietatis
in Chriſtum Crucifixum, quem in ſuis arcanis cœti-
bus pernegabant, & conſpuebant, contaminarent; om-
nibuſque nefandæ, & execrandæ libidinis flagitiis ſeſe
mutuò polluerint, Blondus *loc. cit.* Gaguinus *loc. cit.*
Tirius *lib.* 17. *cap.* 27. Guidonus *in Cronic. Rom. Pont.*
Muſſatus, & Thomas Vvalſinghamus *in Hiſt. Angli-
cana in vita Eduardi II.* Albertus Krantzius *lib. 7. Van-
dalia pag.* 175. Mariana *lib.* 15. *de rebus Hiſpaniæ c.* 10.

4 Hoc erat judicium de Templariis ante Concilium
Viennenſe. Propterea Philippus Pulcher Galliæ Rex
Templarios omnes in ſuo Regno capi, & in carce-
rem conjici jubet, eorumque judicium urget apud
Præſules, & Inquiſitores Gallicanos, Continuator
Guillelmi Nangii *ad ann.* 1307. Puteanus *in hiſt. da-
mnat. Templariorum*. Romanus Pontifex Clemens V.
graviſſimè tulit, quòd Regia ſæcularis poteſtas Tem-
plarios detineret, ac in eos quæſtionem haberi impe-
raſſet; unde præcepit, ut illos dimitteret; & ſuſpenſa
Præſulum, & Inquiſitorum Gallicanorum auctorita-
te, cauſæ cognitionem ad Sedem Apoſtolicam evoca-
vit, ut in Pontificio diplomate hac de re edito, quod
laudat Puteanus *loc. cit.* Urgentibus deinde apud Sum-
mum Pontificem nedum ipſo Galliarum Rege, ſed
Hiſpaniarum, & Angliæ Regibus, aliiſque Chriſtiani
Orbis Principibus; conſonantibus undique querimo-
5 niis, ac teſtimoniis; Clemens V. cui incredibile vide-
batur, Religioſos Viros tot, ac tanta nefanda crimi-
na perpetraſſe; ut res fieret compertior, neve, quod
multi fabulantur, propter prædia, & arces, Principes
ſæculares in Templariorum Ordinem conſpiraſſe aut
viderentur, aut dicerentur: omnibus ferè totius Chri-
ſtiani Orbis Epiſcopis, ac Prælatis commiſit, ut di-
ligenter inquirerent, an vera eſſent ſcelera, quæ obji-
ciebantur, ac de iis ad Concilium referrent Oecu-
menicum, Bzovius *ad annum* 1308. ubi exemplum
Apoſtolicarum litterarum, quæ facti ſeriem per exten-
ſum enarrant, deſcribit, Rubeus *in hiſt. Ravenn. lib.* 6.
Labbè *in Concil. Vienn.* Ex inquiſitione ergo multipli-
ci in Templarios facta tum in Gallia, Hiſpania, An-
glia, necnon per Lombardiam, & Tuſciam univer-
ſam; innumeris editis proceſſibus, & inquiſitioni-
bus toto paſſim Orbe Chriſtiano; variiſque congre-
gatis Provincialibus Conciliis, Pariſienſi, & Picta-
vienſi in Gallia, Ravennatenſi in Italia, Londini in
Anglia: accedentibus ipſorummet Templariorum
apertis, ac claris confeſſionibus, compertum eſt,
Templarios in objecta crimina verè incidiſſe, Con-
tinuator Guillel. Nangii *ad ann.* 1310. Rubeus *lib.* 6.
hiſtor. Raven. ad ann. 1310. Archiepiſcopi item Flo-
rentinus, & Piſanus horrendorum ſcelerum Templa-
rios convicerunt, ſcilicet blaſphemiæ in Deum, Chri-
ſtum, Deiparam, Conculcationis, & Conſputatio-
nis Crucifixi; Idololatriæ; Omiſſionis verborum
Conſecrationis à Sacerdotibus Ordinis in Miſſæ Sa-
crificio: Propudioſorum oſculorum, & averſæ libi-
dinis, qua promiſcuè ſeſe inquinabant; ut conſtat ex
auctographo iſtius inquiſitionis ad Clementem V.
miſſo, quod ex M.S. Vaticanæ Bibliotecæ deſcripſit
Bzovius *loc. cit. num.* 3. Poſt hæc Summus Pontifex
Clemens Commiſſarios iterùm deſtinavit Sanctæ Ro-
manæ Eccleſiæ Cardinales Berengarium titul. SS.
Nerei, & Achillei, & Stephanum tit. Sancti Ci-
riaci, & Landulphum titul. Sancti Angeli, ad in-
quirendum denuò in totum Templariorum Ordinem,
ac ſingulares perſonas; qui inquiſitione peracta, in-
numerabiles Templarios, ipſumque Magni Templi
Magiſtrum Jacobum Mola, Guidonem fratrem,
alioſque quatercentum & tres in ea nefanda vitia
prolapſos comprobarunt: Ipſeque Summus Pontifex
Clemens ſeptuagintaduos Templarios ad examen vo-
cavit, qui editas à ſe coram Cardinalibus Inquiſito-
ribus ſcelerum confeſſiones, liberè, ac ſponte abſque
coactione qualibet, ac timore ratas habuerunt. Con-
ſtant hæc omnia *ex Conſtitut.* 1. *Clementis V.* incip.
Regnans in Cœlis, & ex Epiſtola ejuſdem Clemen-
tis ad Epiſcopos, apud Bzovium *loc. citat.* & alte-
ram à Raynaldo deſcriptam *ad annum* 1307. *num.* 12.
& d. Franciſco Pegna *in Litter. Apoſtol. poſt Direct.
Inquiſit. pag.* 56.

Harum omnium inquiſitionum acta in Concilio 6
Univerſali Viennenſi iterùm examinata, ac quæſtio-
nibus habitis circa modum procedendi, auditiſque
Suffragiis Patrum, poſt primam Seſſionem publicè
factam, Summus Pontifex coacto Conciſtorio priva-
to die 11. Kalend. Aprilis feria 4. Majoris Hebdomadæ,
in quo interfuerunt plures Prælati, & Cardinales,
Templariorum Ordinem penitùs caſſavit, & abroga-
vit; die poſtea 3. Aprilis anno 1312. in altera Seſſione
promulgata eſt publicè prædicta abrogatio in Viennenſi
Concilio, ut ex præſenti Bulla manifeſtum eſt, ibi:
*Dudum ſiquidem Ordinem domus Militiæ Templi Hie-
roſolymitani propter Magiſtrum, & Fratres, cæteraſ-
que perſonas dicti Ordinis in quibuslibet Mundi parti-
bus conſiſtentes, variis, & diverſis, non tam nefan-
dis, quàm infandis (proh dolor) errorum, & ſcelerum
obſcœnitatibus, pravitatibus, maculis, & labe reſper-
ſos, quæ propter triſtem, & ſpurcidam eorum memo-
riam præſentibus ſubticemus, ejuſque Ordinis Statum,
habitum, atque nomen, non ſine cordis amaritudine,
& dolore, Sacro approbante Concilio, non per modum
definitivæ Sententiæ, cùm eam ſuper hoc ſecundùm in-
quiſitiones, & proceſſus ſuper his habitos, non poſſe-
mus ferre de Jure; ſed per viam proviſionis, ſeu or-
dinationis Apoſtolicæ, irrefragabili, & perpetuò vali-
tura ſubſtulimus ſanctione, ipſum prohibitioni perpetuæ
ſupponentes, diſtrictius inhibendo, &c.* Circa illa ver- 7
ba: *Non per modum definitivæ Sententiæ, cùm eam ſu-
per hoc ſecundùm inquiſitiones, & proceſſus ſuper his
habitos ferre non poſſemus de Jure*; adnotandum
venit, quòd circa modum procedendi in Concilio

Viennenſis variæ fuerunt PP. Sententiæ: Quibuſdam videbatur ſervandos eſſe Juris apices, extrahendam cauſam, dandum Ordini defenſionis locum; aliis abſque mora abolendum Ordinem tot turpitudinum maculis infamem, *& duorum millium teſtium depoſitionibus* gravatum, & convictum, qui ſine totius Eccleſiæ ſcandalo ſtare diutiùs non poterat, Odoricus Raynaldus *ad ann.* 1311. & Bzovius *ibidem*. Quoniam verò Ordo ut Ordo in jus vocatus, & auditus non fuerat; qui enim defenſionem Ordinis ſuſceperant coram Apoſtolicis Commiſſariis Pater de Bononia, Hubertus de Santo Petro, & alii, procuratione legitima non erant inſtructi, & ſe Procuratores inſtituere non poſſe, nec velle reſponderunt, Puteanus *pag.* 142. *ex actis à Notariis publicis excerptis:* Ideò viſum eſt PP. Concilii, & Summo Pontifici, definitiva Sententia Ordinem aboleri non poſſe, ſed per viam proviſionis, & ordinationis Apoſtolicæ, Vvalſighamus *in hiſtor. Anglicana ad ann.* 1311. *pag.* 99. Nangii Continuator *ad ann.* 1312.

8 Ex hac facti ſerie, publicis inſtrumentis, inquiſitionum actis, Provincialium Conciliorum determinationibus, Pontificiis diplomatibus, & ipſius Univerſalis Viennenſis Concilii definitione comprobata, tam clarum, certumque ſit, Templariorum Ordinem juſtis de cauſis extinctum eſſe, ut mihi delirare videantur, ac prorſùs deſipere Maſſonus *libr.* 3. *Annal.* Petrus Berthault. *in ſloro Gallico libr.* 3. *cap.* 26. alioſque recentes Criticos, qui levibus conjecturis, frivoliſque argumentis, poſt tantum, tamque univerſale judicium, Clementem V. Pontificem, ipſumque Generale Concilium impietatis, aut ſtoliditatis incuſare, Templariorumque patrocinium, defenſionemve ſuſcipere non verentur, Profectò deſipiunt, nam ſepoſita adhuc veneratione, & obſervantia, quæ Sacris Conciliis Generalibus, & Romano Pontifici debetur; ſolis humanis rationibus inſiſtendo, quis credat tot, ac tanta Præſulum, Principum, Legatorum, atque inſignium Doctorum convocata multitudo, quorum non exigua pars etiam Sanguine, vel Affinitate pleriſque illius Ordinis Militibus conjuncta erat, in tam immane flagitium unanimi aſſenſu conſpiraverit? Quis credat ter mille Templariorum Equites tam horrenda crimina ultrò fateri, ac ſibimet imponere viros nobiles, & fortes, niſi conſcientia ipſorum, criminum pondere gravata, ſtimuliſque agitata compuliſſet? Quis enim viros fortes id facturos perſuaſione, aut blanditiis, ut Critici blaterant, credat, quod nec imbelles quidem mulierculæ facerent? Juſtum ergo neceſſariumque fuit tam exitialem peſtem extingui, ut Templarii Milites, qui Eccleſiæ ultrò non proderant virtutum actis, prodeſſent exemplo pœnæ; & opes, quibus dicti abuſi fuerant ad flagitia, relinquerentur aliis, qui eis uterentur ad virtutum decora.

9 Reclamant nihilominùs Critici, & Templariorum defenſionem his momentis ſuſcipiunt; primò quia, ut referunt Joannes Villan. *libr.* 8. *cap.* 92. & S. Antonin. *part.* 3. *hiſtor. tit.* 21. *cap.* 1. accuſatio contra Ordinem Templariorum facta fuit à Viris proſcriptis, & in Templarios malè affectis, à Priore ſcilicet Montis Falconis, & Nopho Florentino, qui ob crimina in carcerem à Prætoro Pariſienſi conjecti fuerant, quibus proinde nulla prorſus ratio habenda fuit, utpote quos ab accuſatione, & teſtimonio ferendo jura repellebant, Maſſonus *lib.* 3. *Annal.* apud Baill. *tom.* 1. *Concil. pag.* 471. Secundò quia confeſſio tot horrendorum criminum, vel metu, vel promiſſis, vel tormentis fuit à Templariis extorta, ut fatetur Guillelmus Nangius *ad Ann.* 1307. & teſtatur Mariana *libr.* 15. *de rebus Hiſpaniæ*, qui addunt, Magiſtrum Ordinis Jacobum Mola Pariſiis flammis traditum, Galliæ Regem, & Clementem Pontificem ad Divinum Tribunal vocaſſe, hunc ad diem quadrageſimum, illum verò ad annum, & utrumque condicto tempore obiiſſe, Fulgoſius *libr.* 1. *cap.* 6. Chriſtianus Maſſeus, & alii apud Joannem Palatio *in Clemente V. pag.* 204. *num.* 7. Tertiò quia in Conciliis Provincialibus Salmaticenſi & Moguntino Templarii Milites innocentes declarati ſunt, Gonzalez *tom.* 2. *pag.* 53. *numer.* 1. Mariana *libr.* 15. *cap.* 10. & Ludovicus Bail. *tom.* 2. *pag.* 427. Tandem quia graviſſimi Doctores, calumniam paſſos Templarios aſſerunt, injuſtè abolitum Ordinem, eoque fine à Philippo Pulcro Francorum Rege infamatum, ut immenſas ejus opes diriperet, Boccac. *libr.* 9. *de Caſibus Virorum Illuſtr.* Joannes Villan. *libr.* 9. *cap.* 22. Trithemius Abbas *in Cronic.* Paulus Æmilius *libr. de rebus geſtis Francorum*, Papirius Maſſonus *libr.* 3. *annal.*

Sed hæc non tanti extimanda ſunt, ut quemquam 10
movere poſſint, quo à veritate ſuperiùs comprobata recedat. Etenim ut ordinatè reſpondeam: Ad primum, non ab illis tantùm detecta fuiſſe Templariorum flagitia, ſed à viris etiam minimè ſuſpectis, ut teſtatur Clemens V. in citatis Conſtitutionibus, & firmat Mariana *libr.* 15. *cap.* 15. Fama etiam publica fundamentum ſufficiens præbere poterat inquirendi in Templariorum perſonas, quia infamia publica locum habet accuſatoris, ut docet Sanctus Thomas 2. 2. *quæſt.* 67. *artic.* 3. Cæterùm nil refert quinam primi fuerint accuſatores, modò crimina ipſis objecta legitimis documentis & teſtimoniis probata fuerint. Ad ſecundum: Solemne eſt Judicibus, ut minis, & promiſſis confeſſionem à reis extorqueant. Verùm ipſa rei geſtæ ſeries, Inquiſitionum acta, & Clementis diplomata demonſtrant, maximam Templariorum partem ſponte, ac liberè horrenda flagitia confeſſam fuiſſe. Nec juvat aliquos confeſſionem revocaſſe, tum quia multò plures in priori confeſſione perſtiterunt; tum quia hoc inconſtantiam, & levitatem, necnon in malo pertinaciam illorum arguit, non verò innocentiam probat; Quis enim neſciat, extitiſſe hæreticos, qui ſupplicia quævis potiùs ſubirent, quàm ſuos errores faterentur, & crimina? Vulgare eſt illud Priſcillianiſtarum: *Jura, perjura: ſecretum prodere noli*. Similemve fuiſſe Templariorum Religionem, conſtat ex ſexto ipſorum articulo ex probatis ab Archiepiſcopis Florentino, & Piſano, apud Bzov. *loc. cit. ad ann.* 1308. quod tale erat: *Nemini ea revelare, quæ vel in aurora, vel in primo crepuſculo agerent, juramento præſtito promittebant*. Quod verò dicunt, Jacobum Mola ad Tribunal Divinum vocaſſe Philippum, & Pontificem, fabula eſt à Criticis excogitata, ut ex ſupputatione temporum ex Mariana oſtendit Natal. Alex. *Sæcul.* 13. *diſt.* 10. *numer.* 19. & alii apud Palatium *citat. in Clement. V.* Ad tertium: Mirari ſubeſt, quòd Critici fidem magis præſtare velint duabus Provincialibus Synodis Salmaticenſi, & Moguntino, quàm aliis innumeris Provincialibus Conciliis à nobis ſuperiùs adductis, Romano Pontifici, ipſique Generali Concilio Viennenſi. Cæterùm Synodus Salmaticenſis nunquam ad favorem Templariorum pronunciavit, ſed ibi ad Summum Pontificem deliberatio Cauſæ rejecta eſt, Mariana *loc. cit.* Labbè *in not. ad Synod. Salmat.*

Quod verò ſpectat Synodum Moguntinam, nihil Templarios, vel ipſorum defenſores juvat: *Comparuit enim in Synodo Hugo Comes Rheni cum viginti Fratribus Templariis ſub habitu Ordinis armatis. Hi omnes, non quidem vocati, ſed ultro, & ſubito in Conſeſſum Patrum irrumpunt, omnibus attonitis. Archiepiſcopus Viros conſiderans, ac violentiam timens, placidè jubet, Commendator ut ſedeat, & ſi quid habeat in medium afferendum, ut depromat. Archiepiſcopus his auditis, ne tumultus ſuboriretur, proteſtationem eorum admiſit, ſeque cum Romano Pontifice acturum reſpondit, ut quieti eſſe poſſint*. Quid autem ex hoc aut Templariis, aut eorum Defenſoribus proſit, non video, Nicolaus Serarius, & Mariana, apud Natal. Alex. *loc. citat.* & Labbè *in actis Synodi Moguntin.* Tandem quod ſpectat Auctores pro innocentia Templariorum adductos, nec tales, nec tanti ſunt, qui innumeris aliis auctoritate, præſtantia, ac diligentia in hiſtoria deſcribenda præferantur; multò minùs ut

monu-

Digitized by Google

monumentis auctographis, Pontificis Romani Diplomatibus, Generalis Concilii determinationibus quoad rei veritatem teſtandam comparentur. Cæterùm Scriptores illi falſis rumoribus, qui per Italiam increbuerant contra Philippum Pulcrum Gallorum Regem ob diſſidium cum Boniſacio VIII. & contra Clementem V. ob translatam in Gallias Pontificiam Sedem, decepti ſunt: Quorum rumorum Auctor fuit Dantes Florentinus, Pontificio, & Gallico nomini infenſus, qui pro ſua calumniandi prurigine plures in fabuloſum Infernum ſuum detruſit, Natalis Alexan. *loc. cit.* Bzovius, Raynaldus, & notat Spondan. *tom.* 1. *ann.* 1324. *pag.* 384. *Invidia translatæ Sedis, & Templariorum extinctionis hæc imprudenter fingere ſuaſit, auctore forte Dante exule Florentino, Pontificum oſore, & Galliæ, cui ut Poetæ, ac fabulatori permiſſum fuit quoſcumque voluit in Infernum ſuum præcipitare.* Et P. Brietius ſcripſit: *Quæ autem de eo* (Clemente ſcilicet V.) *circumlata ſunt, citato ad Dei Tribunal intra quadraginta dies à Magiſtro Templariorum, dum vivus exureretur, ſicut & ejuſdem libidines, & ſacrorum nundinationes, & alia atrociora, ſapiunt Dantis exulis Florentini maledicentiſſimam officinam, cui tantum fidei tribues, quantum calumniatori profeſſo dari ſolet.*

CONSTITUTIO IV.

CLEMENTIS V.

incipiens (*Qui facit.*)

EPITOME BULLÆ.

CLEMENS ABBATIBUS, PRIORIBUS, Decanis, aliiſque Prælatis &c.

INter Sanctos adſcribit Petrum de Morone, Cœleſtinum Papam V. dictum, cum inſtitutione Feſti pro die 19. Maji.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Electio miro modo ad Pontificatum Petri de Morone dicti Cœleſtini V.*

2 *Ejuſdem Canonizatio, & dies feſtus refertur in hac Bulla.*

3 *Abſtinentia, Patria, Parentes, & inſtitutio per eum facta Congregationis Cœleſtinæ, recenſentur.*

4 *Erat Sacerdos dum electus Pontifex extitit.*

5 *Vindicatur Cœleſtinus à pluribus dictis circa abdicationem ejus Pontificatus.*

6 *Ejus obitus in Caſtro Fumonis, ac exequiæ in Urbe enunciantur.*

7 *Laudatur abdicatio prædicta in Cœleſtino, & à Criticis vindicatur.*

8 *An alii Papatui renunciaverint.*

1 TRiplici loco de B. Petro de Morone, Cœleſtino V. in Pontificatu dicto, in his Commentariis mentionem fecimus, nempe cùm ad Pontificatus apicem fuerit tam mirabili Spiritus Sancti ductu à Cardinalibus promotus, dum extra Collegium in eremo verſabatur, ut diximus in *Conſtit. unica ejuſdem Cœleſtini V.* rurſùs aliqua retulimus in Commentario ejuſdem Conſtitutionis, ab ipſo Sancto Pontifice editæ ſuper approbatione Congregationis Cœleſtinorum Ordinis Sancti Benedicti, ab eo inſtitutæ ante Pontificatum; ita quoque de ejus Pontificatu, & dimiſſione, aliqua diximus in Vita Bonifacii
2 VIII. *Conſtit.* 1. *ejuſdem:* nunc recurrit ſermo de eodem B. Petro, dum inter Sanctos adſcriptus fuit in hac Conſtitutione Clementis V. edita Anno Domini 1313. & directa omnibus Prælatis, & Abbatibus, atque dies feſtus aſſignatus fuit 19. Maii, ac Officium celebratur ab Eccleſia ſub duplici ritu. Ejus 3
enim geſta præcipua, ac miracula recenſentur à Clemente in hac Conſtitutione, & verè ſumma in eo eluxit pietas, præſertim rara abſtinentia, dum in Eremo ſecedens in ætate viginti annorum, tam ſæpè jejunabat, pluribus Quadrageſimis ſibi voluntariè injunctis. Diſcrepant hiſtorici de ejus patria, alii enim Æserniæ in Samnio, vel potius in Pelignis natum fuiſſe ferunt, ut etiam in ejus Officii lectionibus refertur; alii in loco Muronis natum dicunt; ſed verè dictus fuit de Murone è loco ejus Eremi. Majellam Montem aſperrimum in Samnis deinde petens, ibi cum ſociis vitam eremiticam duxit, Auctor ſuæ Congregationis, dictæ Reformatorum D. Benedicti, & deinde à nomine Inſtitutoris in Pontificatu, Cœleſtinorum nuncupatæ. Angelerius fuit pater ejus, pius vir, qui litteris imbuere eum non omiſit. In Eremo igitur exiſtens, non latuit apud homines ejus fama, ut à Cardinalibus poſt obitum Nicolai IV. in Summum Pontificem eligeretur, in quo ſtatu exercitia Chriſtiana, jejunia, & ſolitudinem in cellula ad id deſtinata in Palatio frequentabat, & poſt paucos menſes Pontificatum reſignavit, ut ſolitudinem iterum peteret. Unde Cardin. Ægidius Viterbien. ait: *Eo aliis Pontificibus præcelluit, quia cùm eſſet Pontifex, Pontificatus ſplendori antra, ſpeluncas, & deſerti petram potuit animi ſollicitudine anteferre.* Plura enim dicunt aliqui 4
circa eum, quòdque non fuerit Sacerdos tempore electionis; ſed contrarium elicitur ex pluribus Hiſtoricis apud Andream Victorel. *in addit. ad Ciacon. in vita ejuſdem Cœleſtini in initio*; & hoc idem teſtatur Clemens in hac Conſtitutione, dum de eo refert, in aurora Miſſam celebraſſe. Rurſus 5
dicunt fuiſſe litteris expertem, ac ideò Papatui reſignaſſe, quia latinè neſciebat loqui, ut mos eſt in Conciſtorio, aliiſque Conventibus; ſed ea benè refelluntur ex latè dictis per Auguſtinum Oldoinum, qui teſtatur, litteris ſatis incubuiſſe; unde vindicatur ipſe Cœleſtinus, quòd animi abjectione Pontificatum reſignaſſet, à pluribus Scriptoribus. Sed verè motivum fuit abjectio quidem Chriſtiana, ſcilicet humilitas, defectus ſcientiæ maximæ, requiſitæ in tanto munere, quæ cauſa fuit apud pleroſque Pontificatum reſpuendi, ut ipſe teſtatur in formula abdicationis, quæ refertur à Ciacon. *in ejus Vita lit. D.* & Cherubin. filius *ad hanc Bullam*, Paſſerinus *in capit. primo de renunciat. in 6. numero* 42.

Unde Dantis, aliorumque delirantium, ſi quæ ſint eorum auctorum dicta circa depoſitionem prædictam, impugnant Hiſtorici, & alii omni fide digni; etenim Card. Bellarminus *in append. ad lib. de Summ. Pontif.* ait: *Neque Dantes verè judicavit, fuit enim Cœleſtinus, Vir Sanctiſſimus, & tam ante Pontificatum, quàm etiam poſt miraculis plurimis illuſtris*; & Dionyſius Fabri *in Vita Cœleſtini cap.* 32. ait: *Quid adhuc obſtrepis, ò Danthes? Quid ponis in Cœlum os temerarium, & ſacrilegum? Quid illum, quem Deus approbat, reprobare contendis? Deus eſt, qui juſtificat, & tu condemnas? Non enim puſillanimitate* (*ut improbè ſcribis*) *hanc exuit dignitatem* (*Cœleſtinus*) *ſed magnanimitate potiùs admirabili.* Imò aliqui dixerunt, Dantem de Cœleſtino non intellexiſſe in ſuo Cantu, ut noviſſimè tuetur P. Innocentius Barcellini *Abbas Cœleſtinorum* in ejus libro lingua Italica conſcripto *Induſtrie Filologiche*, Mediolani impreſſo anno 1701.

Poſt igitur dictam abdicationem Petrus in ſoli- 6
tudinem priſtinam ſeceſſit à Civitate Neapolis, ubi abdicationem fecit; ſed opera Bonifacii VIII. detentus in Caſtro Fumonis cum duobus Sociis inſervientibus, adducta cauſa, ne aliquod ſchiſma

oriri potuiſſet opera malignantium, ibique ſanctiſſimè, & ſine ullo pœnitentiæ depoſiti Pontificatus ſigno vixit annum unum, menſes quatuor, dies 28. obiitque die 19. Maii anno 1296. ætatis ſuæ 87. Corpus in Templo ſui Ordinis S. Antonii Ferentini collocatum fuit, ejuſque exequias Bonifacius VIII. in Baſilica Vaticana ſolemni ritu celebravit, pluribuſque miraculis claruit.

7 Hinc, ut refertur apud Ciacon. reliquerunt alii
naviculas ſuas, aut retia, alii poſſeſſiunculas, alii
telonium; Papatum verò, quo nihil eſt altius,
rem tantoperè exoptatam, atque mirabilem, quis
ulla ætate, præſertim ex quo tanto in pretio eſſe
cœpit, tam mirabili, & excelſo animo contempſit?
& ſubdit Auctor *lib. 2. de Vita ſolitaria*, *Non au-*
ri, non purpura nitorem is adamavit, ſed ſqualidus
8 *opum ſpretor, paupertate ſancta contentus*. An au-
tem ultra Cœleſtinum fuerint, qui Papatui renunciaverint, prout adeſſe alios dixit Gloſ. *in cap. quoniam de renunciat. in 6.* Gomeſ. *in regul. Cancellariæ de infirm. reſign. quæſt.* 1. Gonzal. *in regul.* 8. *Cancellar. in proœmio* §. 5. *numero* 17. *& ſeq.* P. Nicolaus Maria Pallavicino *in lib. Difeſa del Pontificato Romano tom.* 1. *lib.* 14. *cap.* 2. prout alia quoad abdicationem Pontificatus, pro explicatione Text. *in cit. cap. quoniam*, à præfato Bonifacio VIII. in *Sexto Decretalium* inſerto, dicam forſan alibi.

Hac autem Cœleſtini admiranda depoſitione relata, finem imponimus huic Commentario, necnon Tertio Operis Volumini; gratiis expoſitis SS. TRINITATI, ac BEATISSIMÆ VIRGINI MARIÆ, quam Advocatam propoſuimus in initio, & talem in proſequutione tam ingentis laboris imploramus.

F I N I S.



INDEX

Digitized by Google

INDEX GENERALIS

COPIOSISSIMUS

OMNIUM RERUM, ET MATERIARUM,

Quæ in hoc Tertio Tomo continentur.

Primus Numerus, Paginam; Secundus verò, Numerum marginalem indicat.

A

ABBAS Nullius impropriè, tenetur recipere Olea Sacra ab Epiſcopo Diœceſano, *pag.* 33. *num.* 25. *cum ſeqq.*

Abbas habens propriam qualitatem Nullius, poteſt recipere Olea Sacra à quocumque maluerit Antiſtite, *ibid. num.* 30.

Quatenus probetur, aut excludatur qualitas Nullius, per receptionem Olei Sacri ab Epiſcopo Diœceſano, vel ab alio, *ibid. num.* 30. & 31. Vide Olea Sacra.

Abbas Pontificalibus ornamentis inſignitus, nullos actus exercere poteſt abſque ſpeciali indulto, *pag.* 190. *n.* 14.

Abbas habens territorium verè Nullius, exercet plenam juriſdictionem in Clerum, & Populum, *pag.* 200. *nu.* 38.

Ideoque concedere poteſt etiam inſtitutionem auctorizabilem quoad Curam animarum, *ibid.*

Abbas habens facultatem convocandi Synodum, & ſibi Examinatores Synodales conſtituendi, poteſt approbare ad Curam animarum per ſuos Examinatores, *pag.* 201. *num.* 39.

Alias hujuſmodi approbatio per Epiſcopum viciniorem eſt facienda, *ibidem*.

Abbas Fuldenſis an habeat privilegium adminiſtrandi Sacramentum Confirmationis, *pag.* 162. *num.* 10.

Ubi adducitur reſolutio Sacræ Congregationis, *ibidem*.

Abbati Ciſtercienſium inſignis Abbatiæ Caſæmari fuit directa Decretalis Innocentii III. relata in *cap. in præſentia de probation. pag.* 24. *num.* 3.

Abbates juriſdictionem habentes quaſi Epiſcopalem, non poſſunt animadvertere in eorum ſubditos Regulares in cauſa hæreſis, ſecùs autem in ſubditos ſæculares, *pag.* 98. *num.* 19. & 20.

Abbates decorati à Sede Apoſtolica Pontificalibus ornamentis enumerantur, *pag.* 189. *num.* 9.

Abbates. Vide Pontificalia ornamenta.

Abbates benedicti poſſunt facere omnes benedictiones, in quibus unctio non requiritur, & minores Ordines conferre, abſque ſpeciali indulto Sedis Apoſtolicæ, *pag.* 190. *num.* 23.

Idque ſecundùm aliquos obtinent ex præſcriptione, ſeu generali conſuetudine; ſed veriùs ex privilegiis generalibus, *ibid. num.* 22. & 24.

Abbates quoad uſum Pontificalium quomodo ſe gerere debeant, *pag.* 194. *num.* 53. *cum ſeqq.*

Afferuntur decreta Sac. Congr. Rituum, *ibidem*.

Abbates Nullius, ſeu ejus Vicarii Generales, concedunt licentiam Novitiis faciendi renunciationes, & quando, *pag.* 222. *num.* 43.

Abbates Regulares à quibus confirmari debent, *pag.* 237. *num* 21. & *ſeqq.*

Abbates etiam benedicti, & habentes quamcunque juriſdictionem, & territorium ſeparatum, non poſſunt Sacramentum Confirmationis adminiſtrare abſque privilegio Apoſtolico, *pag.* 320. *num.* 6. & *ſeqq.*

Abbates Cœleſtini non poſſunt ex communicatione privilegiorum adminiſtrare Sacramentum Confirmationis, *pag.* 321. *num.* 9.

Abbates Cœleſtini habent privilegium benedicendi vaſa, & paramenta ſacra, & quomodo, *pag.* 320. *num.* 5. *pag.* 321. *num.* 12.

Pro tali facultate ſufficeret privilegiorum communicatio, imò ex conſuetudine generali, *pag.* 321. *num.* 21. & *pag.* 322. *num.* 12.

Abbates Cœleſtini an valeant ſacra vaſa conſecrare, in quibus unctio ſacri Chriſmatis requiritur, *pag.* 322. *num.* 13.

Abbates Cœleſtini & alii benedicti an valeant conſecrare vaſa ſacra, in quibus unctio requiritur, per communicationem privilegiorum, *pag.* 322. *num.* 14. & 15.

Reſolvitur pro parte affirmativa, *ibidem*.

Quid autem in non benedictis, & cæteris Superioribus, *ibid. num.* 15.

Abbates abſque ſpeciali privilegio benedicere nequeunt ea, in quibus Sacra Unctio requiritur, *pag.* 191. *nu.* 26.

Abbates habentes privilegium benedicendi, benedicere tantùm poſſunt ea, in quibus Sacra Unctio non adhibetur, *ibidem*.

Abbates Montis Virginis, aliique habentes indefinitum privilegium benedicendi veſtes, & vaſa ſacra, attamen non poſſunt eo uti, niſi pro uſu ſuarum Eccleſiarum, *ibid. num.* 27. *cum ſeqq.*

Abbates quamvis indefinitè privilegiati, ſolemniter benedicere nequeunt Populum, niſi in tribus anni ſolemnitatibus, & in eiſdem poſt Miſſarum, Veſperarum, & Matutinorum ſolemnia dumtaxat, *pag.* 191. *num.* 33. & *pag.* 192. *num.* 34.

Abbates per Eccleſias tranſeuntes, nequeunt privatè, vel ſolemniter benedicere Populum, *pag.* 192. *num.* 34.

Abbates præſente Epiſcopo, vel alio Superiore, Pontificaliter benedicere nequeunt abſque ſpeciali indulto, *ibid. num.* 35.

Abbates indefinitè habentes uſum Pontificalium, poſſunt ubicumque de licentia Ordinariorum Pontificalia exercere; ſecùs ſi ſpecificè, & determinatè, *ibid. num.* 36. & 37. & *pag.* 193. *num.* 42.

Abbates indefinitè privilegiati nequeunt tamen Pontificalia exercere, niſi in locis ſibi ipſis pleno jure ſubjectis, *pag.* 192. *num* 37. & 41.

Comprobatur ex decreto Sacræ Cong. Concilii, *ibidem num.* 38.

Abbates nequeunt exercere Pontificalia in loco, in quo habent ſolam juriſdictionem in perſonas, *ibid. num.* 41.

Abbates habentes uſum Pontificalium an ea exercere valeant in Eccleſia exempta cum licentia Superioris ejuſdem, *pag.* 193. *num.* 43.

Adducitur reſolutio Sac. Cong. Rituum pro ſententia negativa, *ibid. num.* 44.

Idem probatur rationibus, *ibid. num.* 45.

Abbates aliqui obtinuerunt privilegium adminiſtrandi Sacramentum Confirmationis ante Concilium, ſed eis non ſuffragatur, *pag.* 320 *num.* 7.

Abbates, qui obtinuerunt indultum confirmandi poſt Concilium, eis ſuffragatur, *pag.* 321. *num.* 7.

Abbates Montis Caſini, & ſucceſſivè Trinitatis Cavæ, & Abbates Congregationis S. Juſtinæ, an habeant facultatem confirmandi, *ibid. num.* 8. & 9.

Non autem ſuffragatur tale privilegium per communicationem, *ibid num.* 9.

Abbates poſſunt per communicationem habere facultatem benedicendi vaſa ſacra, non item adminiſtrandi Sacramentum Confirmationis, *pag.* 322 *num.* 16. & *ſeqq.*

Adducitur reſolutio Sacræ Cong. Rituum, plura continens quoad iſta privilegia, & an poſſint communicari alteri, *ibid. num.* 18. & *pag.* 323. *num.* 18.

Abbates quoad Sacramentum Confirmationis. Vide Confirmationis Sacramentum.

Abbatia Caſæmari fuit per plures annos commendata Abbatibus familiæ Filonardi, Auctori conjunctis, *pag.* 24. *num.* 4.

Noviſſimè extitit commendata Sanctiſs. D. N. CLEMENTI XI. à tempore, quo in Cardinalium Collegium adſcitus fuit, *ibidem*.

De ejus Abbatibus & prærogativis nuper edidit opuſculum Abbas Philippus Rondininus, *ibid. num.* 5.

Abba-

Digitized by Google

Abbatiſſa nequit imponere novas obligationes, nec vota commutare, *pag.* 199. *num.* 16.

Poteſt tamen vota irritare, ut poſſet Pater pro Filio, *ibidem*.

Abbatiſſa habet poteſtatem adminiſtrandi bona Monaſterii, *ibid. num.* 17.

Abbatiſſa ex conceſſione Papæ aliquando benedici ſolet, *ibidem*.

Abbatiſſa poteſt exercere juriſdictionem, & quomodo in alio Monaſterio Monialium ſibi ſubjecto, *ibid. num.* 18.

Abbatiſſa eſt capax ex privilegio Apoſtolico omnium, quæ non pendent ab Ordine, *pag.* 199. *num.* 26.

Abbatiſſa poteſt providere ad inſtar manualium Beneficia, & Eccleſias pleno jure ſubjectas Monaſterio, nominando Vicarios amovibiles, *ibid. num.* 27.

Hi tamen inſtitui debent ab Epiſcopo, inſtitutione auctorizabili, *ibidem*.

Abbatiſſæ referuntur, quæ habent jus conferendi Beneficia Eccleſiaſtica, *pag.* 200. *num.* 31.

Abbatiſſa habens privilegium conferendi Beneficia Eccleſiaſtica, non poteſt dare inſtitutionem auctorizabilem, *ibid. num.* 32. *cum ſeqq.*

Abbatiſſa eſt prorsùs incapax Curæ habitualis exercendæ per Curatos amovibiles, *ibid. num.* 34.

Afferτur ratio, & auctoritas Sacræ Congr. Epiſcoporum, *ibid. num.* 35.

Poteſt tamen nominare Curatos, in quos totum jus Curæ animarum tranſeat; & quatenus iſti ſint amovibiles, vel perpetui, *ibid. num.* 36.

Abbatiſſa poteſt acquirere Territorium ſeparatum, vel per privilegium Apoſtolicum, vel per legitimam præſcriptionem, *ibid. num.* 37.

Recenſentur Abbatiſſæ, quæ Territorio ſeparato potiuntur, *ibid. & pag.* 201. *num.* 41. & 42.

Abbatiſſa augere vel minuere non poteſt, etiam ex juſta cauſa, dotes Monialium, abſque auctoritate Epiſcopi, *pag.* 66. *num.* 45. & 46.

Tantò minùs pro vel contra aliquam particularem Puellam, *ibid. num.* 45.

Abbatiſſa, ſive perpetua, ſive temporalis, cenſetur habere dignitatem, *pag.* 197. *num.* 5. & 6.

Abbatiſſa qua ratione juriſdictionem obtinuerit, *pag.* 198. *num.* 9.

Abbatiſſa nequit exercere juriſdictionem ſpiritualem provenientem ab Ordine in Moniales, *ibid. num.* 11.

Ideòque nequit Moniales benedicere, publicè prædicare, & confeſſiones audire, *ibidem*.

Abbatiſſa nequit exercere in Moniales, & Clericos, quæ proveniunt à poteſtate Clavium, *ibid. num.* 12.

Ideoque nequit per ſe ipſam excommunicare, ſuſpendere, interdicere, *ibid. & pag.* 202. *num.* 51. *cum ſeq.*

Intellige tamen de ſuſpenſione juris, non verò facti, quæ irregularitatem non parit, *pag.* 198. *num.* 13. & *pag.* 202. *num.* 52.

Abbatiſſa an poſſit dici Prælata, *pag.* 198. *num.* 14.

Abbatiſſa poteſt imponere præceptum in virtute obedientiæ, *ibid. num.* 15.

Abbatiſſa Meſſanenſis habet juriſdictionem in Monaſterio Monialium Caſtri Veteris, Diœceſis Hieracenſis, *pag.* 199. *num.* 19.

Abbatiſſa an exercere valeat juriſdictionem circa Beneficia: & diſtinguuntur varia genera Beneficiorum, *ibid. num.* 20. *cum ſeqq.*

Abbatiſſa an ſit capax juris conferendi Beneficia Eccleſiaſtica, *ibid. num.* 20. & *pag.* 200. *num.* 29. *cum ſeqq.*

Affirmatur quoad merum jus præſentandi, non verò inſtituendi ad titulum, & poſſeſſionem Beneficii, abſque Apoſtolico indulto, vel legitima præſcriptione, *pag.* 200. *num.* 29. & 30. *cum ſeqq.*

Abbatiſſa obtinens Territorium ſeparatum, habet eandem juriſdictionem, quam habent Abbates, *pag.* 201. *nu.* 40.

Debet tamen explere per alium, quæ conditioni muliebri non congruunt, *ibid. num.* 41.

Abbatiſſa habens Territorium ſeparatum, poteſt in eodem exercere juriſdictionem per Vicarium, *ibid. nu.* 43.

Et quare eidem non obſiſtat regula in *cap. qui per alium de reg. jur. in* 6. *ibid. & num.* 44.

Abbatiſſa poteſt obtinere juriſdictionem Eccleſiaſticam per verum privilegium, vel legitimè præſumptum, dummodo eandem exerceat per Vicarium Eccleſiaſticum, *ibid. num.* 47. *cum ſeqq.*

Abbatiſſa quæ habet ex privilegio jus conferendi Beneficia, non obtinet jus deſtituendi, & mulctandi Clericos, & Beneficiatos, *pag.* 202. *num.* 48.

Limitatur, ſi habeat plenariam juriſdictionem, vel ſpecificum privilegium, *ibidem*.

Abbatiſſa habet juris aſſiſtentiam exigendi obedientiam, & reverentiam, nedum à Monialibus, ſed etiam à Clericis ſibi ſubditis, *ibid. num.* 49.

Actus verò reverentiales à Clericis exhibendi, debent eſſe convenientes ſexui muliebri, & quales eidem tribui prohibentur, *ibid. & num.* 50.

Abbatiſſa an per privilegium Papæ poſſit eſſe capax ferendi cenſuras per ſe ipſam, *ibid. num.* 56.

Afferuntur rationes pro negativa, *ibidem*.

Contraria opinio eſt verior, ejuſque fundamenta adducuntur, *pag.* 203. *num.* 57.

Intellige tamen de poteſtate Papæ abſoluta, & non de ordinaria, *ibid. num.* 58.

Hoc tamen jus an etiam per immemorabilem cum fama privilegii Abbatiſſa acquirere poſſit, & quid poſt Bullam Urbani VIII. de præjudicialibus Eccleſiæ, *ibid. nu.* 61. & 62.

Abbatiſſa poteſt habere juriſdictionem in Laicos vaſſallos quoad temporalia, *ibid. num.* 64.

Abbatiſſa nequit exire à Monaſterio pro præſtando juramento fidelitatis domino Feudi, *ibid. num.* 64.

Neque cauſa accedendi ad Synodum Provincialem, *ibid.*

Abbatiſſæ nomen quid ſignificet, ejuſque variæ acceptiones indicantur, *pag.* 197. *num.* 4.

Abbatiſſæ juriſdictio quotupliciter conſiderari poſſit, *pa.* 198. *num.* 10.

Abbatiſſæ juriſdictio in Moniales non eſt ſimpliciter œconomica, ſed quodammodo ſpiritualis, *ibid. num.* 14. & *ſeqq.*

Abbatiſſæ à quibus confirmari debent, etiam in Monaſteriis exemptis, *pag.* 242. *num.* 22. & 23.

Abbatiſſæ Vicarius recipit juriſdictionem à Papa, *pag.* 201. *num.* 46.

Abjuratio quatenus fieri poſſit coram Inquiſitore, irrequiſito Epiſcopo, vel è contra, *pag.* 129. *num.* 11. & 14.

Quid in hæretico ſpontè comparente, *pag.* 130. *num.* 15.

Et ſi nulliter fiat, non evitatur confiſcatio, *pag.* 129. *num.* 13.

Abjuratio fit hodie generaliter, & non de hæreſi ſpeciali, *pag.* 140. *num.* 12.

Abjuratio de formali, & vehementi. Vide Relapſi.

Abſens cauſa ſtudii, habens curam animarum, an frui poſſit fructibus Beneficiorum. *pag.* 317. *num.* 12. & *ſeqq.*

Firmatur ſententia negativa, etiam ex ſenſu Sacræ Congregationis Concilii, *ibid. nu.* 13.

Diluuntur Doctores contrarium aſſerentes, *ibid. nu.* 14.

Adducuntur auctoritates dicti Concilii, & aliorum Conciliorum, favorabiles opinioni negativæ, quæ comprobatur rationibus, *pag.* 317. *num.* 14. & 15. & *pag.* 318. *num.* 16. & *ſeqq.*

Abſentes cauſa ſtudii antiquitùs etiam habebant privilegium non reſidendi, & fruendi fructibus Beneficiorum, *pag.* 311. *num.* 13. & *pag.* 316. *num.* 6.

Quod deinde fuit inſertum in corpore juris, & quare, *pag.* 311. *nu.* 13. 14. & 15.

Abſentes cauſa ſtudiorum, abeſſe dicuntur Reipublicæ cauſa, *ibid. num.* 14.

Abſentes cauſa ſtudiorum, ſive docuerint, ſive ſtuduerint, lucrantur fructus præbendæ Beneficiorum, quæ poſſident, non autem diſtributiones quotidianas, *ibid. num.* 15.

Et cenſentur perſonaliter reſidere, *ibid.*

Etiamſi ſint in Civitate, in qua obtinent Beneficia, & ibi ſtudent, *ibid.*

Abſentes cauſa ſtudiorum, etſi ſint beneficiati requirentes perſonalem reſidentiam, lucrantur fructus præbendarum, *ibid. num.* 16.

Idem ſi ſint Canonicatus, Dignitates, Perſonatus, & hujuſmodi, *ibid.*

Abſentes cauſa ſtudii in Univerſitate Urbis, lucrantur fructus Beneficiorum, non autem diſtributiones quotidianas, *ibid. num.* 13. & 16.

Abſentes cauſa ſtudiorum lucrantur omnes fructus Beneficiorum ſimplicium, & quare, *ibid. num.* 17.

Abſentes cauſa ſtudiorum, qui lucrantur fructus præbendæ, quos fructus dicantur lucrari, *ibid. num.* 18.

Qui dicantur fructus præbendæ, *ibid.*

An lucrentur proventus, qui dantur pro Miſſis, Anniverſariis, & hujuſmodi, *ibid.*

Diſtinguitur in his emolumentis an ſint fixa, an debeantur præſentibus, vel intereſſentibus tantùm, vel adſit ſpecialis diſpoſitio, ut prima debeantur, ſecùs alia, *ibidem & num.* 19.

Abſentes cauſa ſtudii dicuntur fictè præſentes, non autem intereſſentes, *ibid. num.* 18.

Diſpenſari pro lucrandis fructibus, non dicuntur diſpenſati quoad alia emolumenta manualia pro intereſſentibus, *ibid. num.* 18. & 19.

Abſentes cauſa ſtudiorum non lucrantur diſtributiones quotidianas, *ibid. num.* 19.

Ubi etiam ex ſenſu S. Congr. Concilii, *ibidem*.

Limitatur, ſi in indulto aliter Papa diſpenſaverit, *pag.* 312. *num.* 20.

Digitized by Google

Quod non ſolet regulariter concedi, & refertur Decretum S. M. Innocentii XII. pro Urbe, *ibidem*.
Abſentes cauſa ſtudii, quoties fructus omnes conſiſtant in diſtributionibus quotidianis, vel habeant quidem præbendam, ſed tenuem, obtinere ſolent indultum pro duabus partibus diſtributionum, & quomodo, *ibid. num.* 21. *& ſeqq.*
Fructus præbendæ tenues pro nihilo reputantur, *ibid. num.* 22. *& num.* 25.
Quid autem dicendum tempore vacationum permiſſarum Canonicis à Concilio. Vide Canonici abſentes.
Quatenus fructus præbendæ dicantur tenues pro dicto effectu, *pag.* 313. *num.* 27.
Rejectis aliis, ex ſtylo præſenti S. Congr. Concilii, cenſentur tenues, quando fructus præbendæ tertiam partem diſtributionum non attingunt, *pagin.* 312. *num.* 21. *& pag.* 313. *num.* 27.
Abſentes cauſa ſtudiorum eò minùs, quò poſſit, debent præjudicare ſervitio Chori, *pag.* 313. *num.* 32.
Abſentes cauſa ſtudii an lucrentur maſſam groſſam loco fructuum Beneficiorum, *ibid. num.* 28.
Diſtinguuntur plures ſpecies maſſæ groſſæ, *ibid.*
Abſentes cauſa ſtudii, ſi non ſint in Sacris conſtituti, & adſit ſtatutum, ut illi non fruantur, niſi certa quota fructuum, quam partem lucrentur, *pag.* 314. *num.* 29. *& ſeqq.*
Diſtinguuntur plures caſus, *ibid.*
Adducuntur reſolutiones S.C.Concilii, & invicem conciliantur, *ibid.*
Diluuntur objecta, *ibid.*
Abſentes cauſa ſtudii lucrantur fructus Bebeficiorum, non obſtante conſuetudine, *ibid.*
Abſentes cauſa ſtudii amittunt majorem partem tertiæ partis diſtributionum, in caſu quo major tertia parte legitimè intereſſentibus tantùm adjudicetur, *ibid. num.* 29. *in fine*.
Abſentes cauſa ſtudii, ut lucrentur fructus beneficiorum, de jure ſpecialiter debent ſtudere Sac. Theologiæ, *pag.* 315. *num.* 4.
Sed etiam procedit, ſi incumbant juri Canonico, etiam ex ſenſu S. Congr. Concilii, *pag.* 316. *num.* 4.
Imò juri Civili, ſi non principaliter, ſed ad majorem Canonum intelligentiam id fiat, *ibid. nu.* 5.
Abſentes cauſa ſtudii ut lucrentur fructus Beneficiorum, an ſit opus ut ſtudeant in Univerſitatibus publicis, vel ſufficiat in Scholis celebribus, *ibid. nu.* 6.
Concluditur ſufficere publica Collegia, ſeu Scholas, non autem requiri Academias, *ibid.*
Ubi ex declaratione S. Congr. Concilii, in Collegiis Societatis Jeſu, *ibid.*
Abſentes cauſa ſtudii, ut lucrentur fructus Beneficiorum, requirunt licentiam Ordinarii, *ibid. nu.* 7.
Ubi adducitur Bulla Pii IV. *ibid.*
Et procedit in quacumque abſentia ex legitima cauſa, *pag.* 317. *num.* 8.
Conceduntur licentiæ à Sac. Congr. Concilii, ſed remiſſæ Ordinariis in forma commiſſaria, *pag.* 316. *nu.* 8.
Abſentes cauſa ſtudii, debet Epiſcopus curare, ut abſint abſque detrimento ſervitii Eccleſiæ, tam in numero, quàm tempore, ac in aliis, *pag.* 317. *nu.* 9.
Abſentes cauſa ſtudii, ut fructus Beneficiorum lucrentur, non debent attingere 25. annum ætatis, juxta ſenſum S. C. Concilii, *ibid. nu.* 10.
Adducitur Decretum S. M. Innocentii XII. *ibid.*
Abſentes cauſa ſtudii nequeunt iſtis requiſitis concurrentibus impediri ab Epiſcopo, ne per quinquennium abſint, *ibid. num.* 11.
Abſentes cauſa ſtudii habentes Curam animarum non fruuntur privilegio abeſſendi etiam in Urbe juxta Bullam Bonifacii VIII. *pag.* 318. *nu.* 20.
Itemque in ſtudio Avenionenſi, *ibid.*
Abſentium cauſa ſtudii privilegium lucrandi fructus Beneficiorum confirmavit Sac. Concilium Tridentinum, *pag.* 314. *num.* 29.
Abſentium cauſa ſtudii privilegium quoad Curam animarum habentes, fuit abrogatum à Concilio, *pag.* 317. *nu.* 14. *& ſeqq. & pag.* 318. *num.* 20.
Ubi de Salmantina Univerſitate, *pag.* 318. *nu.* 20.
Abſolutio ab hæreſi non conceditur, niſi revelentur conſcii, *pag.* 105. *num.* 17.
Et quinam dicantur conſcii, *ibid.*
Abſolutio ab hæreſi externa, ſi publica ſit, & ad forum contentioſum non deducta, in foro interno concedi nequit, niſi à ſolo Papa, *ibid. nu.* 15.
Poteſt tamen delegari aliis, & quòmodo, *ibid. nu.* 15. *&* 16.
Facta Majori Pœnitentiario, habet in ventre limitationem, dummodò non habeat complices, vel conſcios, *ibid. num.* 16.
Abſolutio ab hæreſi occulta, ex decreto Concilii Trid. licita eſt Epiſcopis, *ibid. nu.* 18.
Revocata eſt hæc facultas à Bulla Cœnæ, quamvis ſpecialiter non deroget decreto Concilii, *ibid. numer.* 19. 20. *&* 21.
Idemque juris quoad Epiſcopos Gallicanos, *ibid. n.* 22.
Abſolutio ab hæreſi an poſſit concedi in vim Bullæ Cruciatæ, vel Jubilæi, *pag.* 106. *num.* 25. *& ſeq.*
Abſolutio ab hæreſi in foro interno, non ſuffragatur pœnitentibus, quin in foro externo inquiri poſſint, & puniri, *pag.* 107. *num* 30.
Abſolutio ab hæreſi publica, & ad forum contentioſum deducta, poteſt concedi ab Epiſcopis, & Inquiſitoribus in utroque foro, *pag.* 106. *num.* 27.
Debet tamen præcedere abjuratio, præſtatio juramenti, & abſolutio in foro exteriori. *ibid. & num.* 28.
Acacius damnatur in Concilio Romano, *pag.* 104. *num.* 7.
Academia. Vide Studium.
Actor tenetur probare fundamentum propriæ intentionis, *pag.* 186. *num.* 37.
Actus interni non cadunt ſub juriſdictione Eccleſiæ, *pag.* 104. *num.* 13.
Actus indifferentes poſſunt eſſe materia legum, & cenſurarum, cùm eorum prohibitio reducitur ad bonum conſequendum, vel ad malum avertendum, *pag.* 291. *numero* 15.
Adimplementum per æquipollens quatenus habeat locum in ultimis voluntatibus, ubi de conditione voluntaria, & neceſſaria, *pag.* 325. *num.* 8. *& ſeq.*
Advocati in Tribunali Inquiſitionis patrocinari nequeunt reos niſi cum Inquiſitorum licentia, *pag.* 273. *num.* 14.
Et niſi præſtito juramento, & quomodo, *ibid. & num.* 15.
Advocatus poteſt vendere juſtum conſilium, *pag.* 291. *numero* 16.
Advocati an impunè poſſint paciſcere de ſalario taxato, vel arbitrio boni viri taxando, *ibidem*.
Advocati. Vide Dantes, vel Recipientes pro juſtitia & gratia.
Advocatorum patrocinium prohibetur hæreticis, tum in cauſis hæreſis, tum in aliis eorum cauſis, & ſub quibus pœnis, *pag.* 273. *num.* 10. *&* 11.
Ædificium circa diſtantiam ab alio. Vide Fabrica.
Albigenſes ab Albia dicti, & fuerunt aſſeclæ Vvaldenſium, *pag. num.* 5.
Albigenſes hæretici, alii dicebantur perfecti, ſeu boni homines, alii credentes, *pag.* 143. *num* 3.
Albigenſes credebant, per impoſitionem manuum, & recitationem Dominicæ Orationis, unumquemque poſſe ſalvari, *ibid. num.* 4.
Alexander IV. electus fuit Neapoli ad Summum Pontificatum, *pag.* 112. *num.* 1.
Ejus natales, patria, & geſta recenſentur, *ibid. num.* 2. *& ſeqq.*
Ejus laudes narrantur, vitæ ſanctitas, ac obitus, *ibi. n.* 3.
Alexander IV. plura decrevit quoad pœnas hæreticorum, & Miniſtrorum Inquiſitionis privilegia, remiſſivè, *pag.* 114. *num.* 12.
Alienatio bonorum Eccleſiæ an ſit licita pro faciendis expenſis requiſitis in erectione Collegiatæ, veluti ſunt expeditiones Bullarum, *pag.* 46. *num.* 55.
Alienatio bonorum Eccleſiæ cenſetur fieri ex cauſa utili, ſi adſit utilitas Cultus Divini, aut Curæ Animarum, *ibidem*.
Alienatio bonorum Eccleſiæ fieri non poteſt à Canonicis pro obtinendo indulto deferendi Rocchettum, & Cappam, *ibidem*.
Alimenta à Novitia ſolvi non debent Monaſterio, ſi eamdem recipere teneatur abſque dote, *pag.* 73. *nu* 51.
Secùs ſi dicatur, quòd Monaſterium recipere eamdem tenebatur ad profeſſionem, *pagin.* 74. *nu.* 52.
Alumni Collegii Græci in Urbe. Vide Græcorum Ritus.
Anaſtaſius Græcorum Imperator expellit Euphemium Patriarcham Conſtantinopolitanum, in ejuſque locum ſubrogat Macædonium, circa quintum ſæculum, *pagin.* 80. *num.* 3.
Annus Sanctus indictus in Bulla Bonifacii VIII. innuitur *pag.* 304. *num.* 1.
Annus Sanctus pleniſſimis Indulgentiis à Summis Pontificibus cumulatus fuit, *pag.* 305 *nu.* 2.
Annus Sanctus quolibet centeſimo à Bonifacio fuit conſtitutus, *ibid. nu.* 8.
Sed apud Hebræos erat in quinquageſimo, *ibid. nu.* 2.
Annus Sanctus an primò in Eccleſia Catholica fuerit inductus à Bonifacio VIII. *ibid. nu.* 9.
Adducuntur plures ſententiæ, *ibid.*
Amplectitur quòd etiam ante illius tempora erat Jubilæum centeſimo anno, *ibid.*
Apertio Portæ Sanctæ innuitur, *ibid. & pag.* 306. *nu.* 12.
Anni Sancti ritus & tempus variè fuit immutatus, & quomodo, *ibid.*
Ultra Baſilicas SS. Petri, & Pauli, Gregorius XI. præſcripſit viſitari illas S. Jo: Laterani, & S. Mariæ Majoris, *ibid.*
Paulus V. tandem ad annum 25. reduxit, *ibid.*
Anni Sancti Indulgentiæ, remiſſivè, *ibid. nu.* 13.
Anni Sancti origo quæ fuerit, *pag.* 305. *n.* 5. *&* 6.
Amplectitur opinio, quòd traxerit originem ab Anno Jubilei Veteris Legis, *ibid. n.* 6.

Ubi

Digitized by Google

Ubi de Jubilæi ſignificatu, *ibid. num.* 7.
Anni Sancti hiſtoria tempore Bonifacii VIII. refertur, *pag.* 306. *num.* 10. *& ſeqq.*
Deus comprobavit miraculis hanc celebritatem, *ibid. num.* 11.
R. P. D. Anſaldus Sacræ Rotæ Auditor laudatur, *pag.* 176. *num.* 36.
R. P. D. Antonius Sanvitale, SS. D. N. Cubiculi Præfectus, laudatur, *pag.* 315. *num.* 2.
R. P. D. Antonius Bancherius, Aſſeſſor S. Officij in Urbe, laudatur, *ibidem.*
S. Antonii Viennenſis corpus ubi cuſtoditur, *pag.* 302. *num.* 2. *&* 7.
S. Antonii Viennenſis Corpus eſt in maxima veneratione, & concurſu, præſertim tactorum lue, dicta ignis, *ibid. num.* 3.
S. Antonii Viennenſis Fratres. Vide Fratres S. Antonii.
Apoſtaſia eſt nequior hæreſi, & quare, *pag.* 281. *num.* 10.
Appellatio non admittitur à ſententia lata contra Hæreticos, eorumque fautores, *pag.* 272. *num.* 3.
Intellige à ſententia diffinitiva, non verò interloquutoria, *ibid. num.* 6.
Idem majori jure procedit quoad relapſos, & filios appellantes à ſententiis latis contra eorum Patres hæreticos, *ibid. num.* 4.
Appellans, ſuo jure utitur, nec aliquem contemnit, *pag.* 299. *num.* 6.
Appellatio fuit introducta pro tuenda innocentia, non pro confovenda iniquitate, *ibid. num.* 1.
Præſertim quoad Regulares, *ibidem.*
Appellatio non datur à morum correctione, *pag.* 300. *num.* 2. *& ibid. nu.* 9.
Idemque quoad Regulares; ubi de Bulla Bonifacii VIII. circa Fratres Prædicatores, *pag.* 299. *num.* 3.
Aliæ Conſtitutiones quoad cæteros Regulares adducuntur, *ibid. num.* 4.
Appellatio an denegata Regularibus ſit in quocunque caſu, tam ad Superiores Regulares, quàm ad Summum Pontificem, *ibid. num.* 5. *& ſeqq.*
Adducitur opinio, quòd appellatio denegetur etiam à ſententia non injuſta, *ibidem.*
Reſolvitur, quòd detur appellatio in certis caſibus, *ibid. num.* 6. 7. *&* 8.
Appellatio denegata Regularibus debet intelligi eo modo, quo jus commune iis denegat, *ibid. num.* 9.
Appellatio denegatur de jure à correctione morum, & punitione Regularium, ſi hæc fuerit legitima, & non exceſſiva, *pag.* 300. *num.* 9.
Secùs permittitur appellatio ad utrumque effectum. *ibid.*
Appellatio in Regularibus non datur à correctione morum, ex majori ratione, quàm in Clericis ſæcularibus, *ibidem.*
Appellatio an poſſit per Papam à ſe abdicari, *pag.* 299. *nu.* 5. *&* 8.
Appellatio eſt pars defenſionis naturalis, præſidium innocentiæ, & tranquillitas Civium, *ibid. num.* 6.
Appellatio prohibita aliquando eſt cauſa majoris mali, *ibidem.*
Appellatio non datur in cauſa Viſitationum, tam Regulari, quam Clerico, *pag* 300. *num.* 10.
Sed in Regularibus id locum habet, etſi procedatur judicialiter ſive extrajudicialiter per Superiores, *ibidem.*
Appellatio à correctione morum conceditur ad effectum devolutivum, *ibidem.*
Appellatio Regularium debet admitti ad utrumque effectum, ſi fuerit proceſſum per injuriam, ſeu gravamen manifeſtum, *ibid. num.* 12. *&* 13.
Appellatio non denegatur, quoties non ſit frivola, ſeu gravamen non ſit dubium, etſi Judex procedat appellatione remota, *ibid. num.* 15.
Appellatio Regularium debet continere cauſam expreſſam gravaminis, *pag.* 301. *num.* 16.
Appellatio debet admitti æquo animo à Superiore, ſi eſt admiſſibilis; aliàs peccat, *ibid. num.* 17.
Ubi de pœnis Superiorum Regularium non deferentium legitimæ appellationi, *ibid.*
Appellatio denegatur Hæreticis, non ſolùm in cauſis hæreſis, ſed etiam in aliis cauſis, quæ contra ipſos agitantur, & quare, *pag.* 273. *num.* 7.
Appellatione prohibita, procedit etiam in ſententiis interloquutoriis, *ibid. num.* 8.
Appellatione prohibita, non intelligitur prohibita in caſu gravaminis, *pag.* 300. *num.* 13.
Ubi de ſententia privationis ob non reſidentiam, *ibid.*
Declarantur Conſtitutiones in hoc editæ quoad Regulares, *ibid. num.* 14.
Appellatione prohibita, non prohibetur ſupplicatio, *pag.* 272. *num.* 5.
Appellationes Regularium ad quem devolvantur. Remiſſivè, *pag.* 301 *num.* 18.
Appellationes Regularium recipit Sac. Congr. Epiſcoporum, & Regularium, juxta Conſtitutionem Sixti V. *pag.* 301. *num.* 11.
Approbatio novarum Religionum ad quem pertineat, *pag.* 276. *num.* 8.
Aqua cur miſceatur in Calice cum vino, *pag.* 87. *num.* 6.
Perinde ac vinum convertitur in ſanguinem in Sacramento Euchariſtiæ, *ibid. num.* 7.
An autem fiat hæc converſio immediatè, ſive potiùs mediatè? *ibid. num.* 8.
Expenduntur opiniones Theologorum, *ibid.*
Innocentius III. ſolùm aſſerit, aquam cum vino in ſanguinem mutari, neque declarat an fiat immediatè, *ibid. num.* 9.
Quomodocunque fiat, per verba Conſecrationis in Sanguinem Chriſti convertitur, *pag.* 88. *num.* 10.
Archiepiſcopus nequit Chriſma miniſtrare in Diœceſi ſui Suffraganei; quia in hoc Sacramento, ultra poteſtatem Ordinis, requiritur illa juriſdictionis, *pag.* 83. *num.* 47.
Argumentum ab effectu æquivoco, non jure infert ad cauſam determinatam, *pag.* 95. *num.* 48.
Argumentum à crimine læſæ Majeſtatis humanæ ad hæreſim procedit tantùm in caſibus à jure expreſſis, *ibi. & num.* 49.
Ariana hæreſis circa tres naturas divinas, *pag.* 82. *num.* 25.
Arnaldus de Brixia Præceptorem habuit Petrum Abailardum, *pag.* 104. *num.* 6.
Ejus errores damnati ſub Innocentio II. *ibid.*
Arnaldiſtæ nomen habuere ab Arnaldo de Brixia, *ibid.*
Aſpectus maris aut montium quatenus impediri poſſit ædificando, *pag.* 294. *n.* 12.
Avenionis Civitas Archiepiſcopalis, & quando in dominium Sedis Apoſtolicæ pervenerit, *pag.* 315. *nu.* 2.
In hac Civitate per 70. annos permanſit Sedes Apoſtolicam, *ibid.*
Quomodo gubernetur in præſenti per Vicelegatum, & alios, *ibid.*
Avenionis cauſæ in Urbe à quibus cognoſcantur, *ibid.*
Auguſtiniani. Vide Eremitæ D. Auguſtini.
Auſtriaca Domus procedit à Rodulpho Imperatore, *pag.* 123. *num.* 6.
Auſtriaca Domus laudatur, *pag.* 125. *num.* 14.
Auſtriaci Imperatores & Reges laudantur, *pag.* 126. *nu.* 29.

B

BAldachinum an comprehendatur inter Pontificalia ornamenta, *pag.* 188. *nu.* 2.
Baldaſſar Cardinalis Cincius laudatur, *pag.* 308. *nu.* 8.
Baptiſmus eſt validus, ſi Miniſter utatur hac forma: Ego te baptizo in nomine Patris, in nomine Filii, in nomine Spiritus Sancti, *pag.* 82. *nu.* 32.
Baptiſmus ſub utraque forma, Græca ſcilicet, & Latina, verè celebratur, *ibid. nu.* 30. *in fine, & nu.* 31.
Quiſque tamen tenetur ſervare ritum ſuæ Eccleſiæ, aliàs peccaret contra ritum, *ibid. nu.* 31.
Baptiſmus ſi coactè recipiatur, an Chriſtianus dici poſſit, & cogi ad Fidem ſervandam, *pag.* 262. *nu.* 11. *& ſeqq.*
Diſtinguuntur plures caſus, *ibid.*
Baptiſmus ſi invalidè recipiatur, quatenus quis habeatur pro baptizato, *ibid. nu.* 22. *& ſeqq.*
Quid ſi actus Fidei exerceat, & poſteà recedat à Fide, an puniatur uti Apoſtata, *pag.* 263. *nu.* 22.
Baptiſmus probatur ex unico teſte, & ex aliis, etiam ad effectum recipiendi Ordines, ſi ſit filius ex parentibus Chriſtianis, & educatus inter iſtos, *ibid. nu.* 27.
Secùs ſi ortus ſit ex parentibus infidelibus, & non ſit in locis, in quibus Infideles habitare non permittuntur, *ibid. nu.* 29.
Quid dicendum de Luſitanis, *ibid.*
Baptiſmus remittit nedum culpam, ſed etiam gratiam confert, *pag.* 324. *nu.* 9.
Nunquid contraria aſſertio fuerit hæretica ante Concilium Tridentinum, *ibid.*
Quid dicendum in Parvulis, *ibid.*
Reſolvitur eſſe hæreticum nedum poſt Tridentinum, ſed etiam poſt diſpoſitionem Clementis V. & quare, *ibid.*
Baptiſmum recipiens invalidè, an ſit Apoſtata, ſi recedat à Fide. Vide Hebræi.
Baptiſmi Miniſter ordinarius eſt Presbyter, & in caſu neceſſitatis Diaconus, Subdiaconus, imò & Laicus baptizare poteſt, *pag.* 82. *nu.* 34.
Imò & Mulier, Infidelis, Hebræus, Hæreticus, Mater, Pater in caſu neceſſitatis validè baptizant, *ibid. nu.* 34. *&* 36.
Baptizatus ab obſtetrice, quæ poſteà comperta fuit ignorare formam Baptiſmi, debet rebaptizari ſub conditione, *ibid. nu.* 33.
Baptizatus præſumitur, qui natus ex parentibus Chriſtianis, & educatus inter Chriſtianos, communiter talis reputatur, *pag.* 263. *nu.* 25. *&* 26.

Digitized by Google

Limitatur, ſi contrarium conſtet, *ibid. num.* 26.
Bellum quatenus debeat indici, & quibus conditionibus, *pag.* 303. *num.* 4.
Benedictio rerum Cultui Divino dicandarum, ad poteſtatem Ordinis Sacerdotalis refertur, *pag.* 190. *num.* 18.
Solis autem Epiſcopis competit, & quonam jure, *ibid.*
Benedictio quid, & quotuplex ſit, necnon quomodo differat à conſecratione, *ibid. num.* 15. *&* 16.
Benedictiones ſacrorum ornamentorum an valeant per inferiores Prælatos impartiri ex præſcriptione, *ibid. num.* 22. & 24.
Benedictiones ſacrorum ornamentorum. Vide Abbates.
Benedictiones perſonales diſtinguuntur, & an ad ſolum Ordinem Sacerdotalem ſpectent, *pag.* 191. *nu.* 30. & 31.
Benedictiones ſolemnes Epiſcopis dumtaxat, Patriarchis, Legatis, & Summo Pontifici competunt, *ibid. num.* 32.
Benedictus X. dictus fuit XI. & quare, *pag.* 318. *num.* 1.
Ejus natales, geſta, & aſſumptio ad Pontificatum, *ibid.*
Ejus probitas, & miracula, *ibidem*.
Matrem pauperem agnovit, non autem ſericeis veſtibus amictam, *pag.* 319. *num.* 1.
Confirmavit Ordinem Fratrum Servorum Mariæ, *ibid. num.* 2.
Eminentiſs. & Reverendiſs. D. Card. Benedictus Pamphilius commendatur, *pag.* 62. *num.* 12.
Beneficium remanet liberum à quacunque obligatione fructuum facta ab eo, qui illud amittit, vel dimittit, *pag.* 213. *num.* 63.
An teneatur ad damna, & intereſſe, *pag.* 214. *num.* 66. 69. & 70.
Beneficium quoad renunciationem ipſius per Novitium. Vide Renunciatio.
Beneficium quatenus poſſit eſſe in ſuſpenſo, ſi quis ingrediatur Religionem, *pag.* 218. *num.* 21. *& ſeqq.*
Beneficium curatum dum providetur, habet conditionem, ut proviſus intra annum promoveatur ad Sacerdotium, *pag.* 219. *num.* 21.
Beneficium incompatibile habet tacitam conditionem, ſi primum dimittatur, *ibid. num.* 22.
Beneficium, ad cujus titulum quis fuerit promotus, nequit renunciari ſine expreſſa mentione, *ibidem*.
Beneficia Eccleſiæ Collegiatæ conferenda ſunt à Capitulo, niſi id Epiſcopus præſcripſerit, *pag.* 46. *num.* 52.
Beneficia Eccleſiæ Collegiatæ erecta ex Beneficiis antiquis non conferuntur à Capitulo, ſed ſalvum remanet primævum jus Epiſcopi, *ibid. num.* 53.
Quatenus eadem collatio ab Epiſcopo contra Capitulum, & vice verſa præſcribi valeat, *ibid. num.* 54.
Beneficia ſæcularia fundari poſſunt in Eccleſia Regulari, & è contra, *ibid. num.* 57.
Beneficia obtinentes ope hæreticorum, iiſdem privantur ipſo jure, *pag.* 93. *num.* 28.
Beneficia vacantia ob hæreſim, remanent affecta Sedi Apoſtolicæ, *pag.* 94. *num.* 39.
Beneficiati in Eccleſia exiſtentes, non faciunt, ut Eccleſia dicatur Collegiata, *pag.* 43. *num.* 21.
Etiam ſi habeant denominationem Capituli, celebrent Miſſam Conventualem, habeantque diſtributiones, & maſſam communem, *ibid. num.* 22. Vide Collegialitas.
Beneplacitum Apoſtolicum requiritur pro applicandis bonis unius Monaſterii, alteri, *pag.* 65. *num.* 42.
Bona quæcunque præſumuntur libera, & allodialia, etiamſi ſint ſita intra Territorium feudi, *pag.* 186. *num.* 38.
Bonatenentia quænam ſit, *pag.* 187. *num.* 44. & 45.
Bonatenentia eſt onus variabile, & mixtum, *ibid. num.* 45. & 46.
Bonatenentia. Vide Eccleſiaſtici.
Bonifacii VIII. natales, & geſta ante Pontificatum recenſentur, *pag.* 288. *num.* 1.
Rejiciuntur, quæ de renunciatione S. Cœleſtini V. in ejuſdem Bonifacii probrum circumferuntur, *pag.* 289. *num.* 2.
Ad Pontificatum aſſumitur, & quomodo ſe geſſerit in diſſidio cum Rege Francorum, pro tuendis Juribus Eccleſiaſticis, *ibid. num.* 3.
Breve Beatificationis conceditur à Summo Pontifice, conſtito de Martyrio, & Miraculis, & deinde devenitur ad ſolemnem Canonizationem, *pag.* 78. *num.* 28.
Bulla Cœnæ Domini omnia & quæcunque privilegia revocavit, *pag.* 105. *num.* 19.
Quid de privilegio, quod habent Epiſcopi, abſolvendi ab hæreſi occulta? *ibid. num.* 18.
Recenſetur opinio negativa, *ibidem*.
Affirmativam ſequitur Sacra Congregatio Concilii, *ibid. num.* 19.
Item Congregatio Supremæ Inquiſitionis, *ibid. num.* 21.
Eandem ſententiam ſequuntur communiter Doctores, *pag.* 106. *num.* 28.
Bulla Cœnæ non obſtat, quin Epiſcopi abſolvere poſſint ab hæreſi publica, ad forum contentioſum deducta, *ibid. num.* 27.
Obſtat tamen, quò minùs abſolvere poſſint in foro conſcientiæ, *ibid. num.* 28.
Obſtat etiam Inquiſitoribus, *ibidem*.
Bulla Pii V. *Si de protegendis*, an comprehendat condentes ſtatuta contra Officium Inquiſitionis, *pag.* 132. *num.* 11.
An comprehendat Magiſtratus ſæculares impedientes Inquiſitores notoriè ſine juriſdictione procedentes, *ibid. num.* 12.
Bulla Cruciatæ non concedit facultatem abſolvendi ab hæreſi in foro conſcientiæ, *pag.* 106. *num.* 25. *& ſeqq.*
Quod procedit, etiamſi Bulla loquatur indefinite, nec excipiat crimen hæreſis, *ibidem*.
Bullæ Pontificum, aliæque leges ſtatuentes pœnas contra hæreticos, obligant generaliter, etſi directæ certis perſonis, *pag.* 47. *num.* 1.
Bullæ Summorum Pontificum quando ſubſcribantur etiam à Cardinalibus, *pag.* 320. *num.* 2.

C

Caducitas legati vel hæreditatis non intrat abſque culpa & negligentia in adimplendo onere injuncto, *pag.* 72. *num.* 32.
Camaldulenſes quando originem habuerint, & eorum progreſſus; Remiſſivè, *pag.* 132. *num.* 1.
Plura fuerunt ſtatuta quoad illos ab Alexandro IV. *ibid. num.* 2.
Habent privilegium, ut cenſuris innodari non poſſint à locorum Ordinariis, *ibid. num.* 3. *&* *pag.* 133. *num.* 1. *& ſeqq.*
Quòdque ejus mercenarii & familiares laborent die feriato, & quomodo hoc intelligatur, *pag.* 132. *nu.* 4.
Campana. Vide Funeta.
Canonia nequit dari ſine Præbenda, *pag.* 312. *num.* 25.
Et ſi ſit tenuis, pro nihilo reputatur, *ibidem*.
Canonicatus Eccleſiæ Collegiatæ conferendi ſunt à Capitulo, niſi contrarium ſit præſcriptum favore Ordinarii, *pag.* 46. *num.* 52.
Canonicatus erecti in Collegiata ex antiquis Beneficiis, non ſunt conferendi à Capitulo, ſed ſalvum remanet jus Ordinarii, *ibid. num.* 53.
Hoc jus conferendi quanam præſcriptione acquiri valeat ab Epiſcopo contra Capitulum, & è contra, *ibid. num.* 54.
Canonici Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ inſignis, nullo caſu eximuntur ab onere officiandi quolibet die in Choro, *pag.* 44. *num.* 27.
Canonici Collegiatæ non inſignis ex tribus cauſis excuſari poſſunt ab onere officiandi quotidie in Choro, quemadmodum etiam à reſidentia, *ibid. num.* 28.
Quæ cauſæ non omnes concurrere debent, ſed ſufficit, ſi una ex eis adſit, *ibid. num.* 29. Vide Collegiata.
Canonici exempti à diurna officiatura in Choro ob tenuitatem reddituum, ad eam tenentur quoties redditus augeantur, *ibid. num.* 31.
Canonici quatenùs cogi poſſint ad intereſſendum Concionibus, & ſub quibus pœnis, *pag.* 270. *num.* 15. *& pag.* 271. *num.* 18.
Affirmatur in Concionibus tempore Adventus, & Quadrageſimæ; non verò in aliis, quæ infra annum habentur, *pag.* 271. *nu.* 16.
Canonici an tempore Concionis poſſint Miſſas celebrare, aut Confeſſiones audire, *ibid. num.* 17.
Canonici an poſſint celebrare Miſſas tempore, quo Epiſcopus ſolemniter celebrat, vel concionatur, *ibid. num.* 18.
Canonici quatenus & quomodo teneantur aſſiſtere Epiſcopo concionanti in Miſſis ſolemnibus, vel extra, in Sede Epiſcopali, vel in Ambone, cum Pluviali, vel cum Mozzetta, aut Cappa magna, *ibid. nu.* 19.
Canonici abſentes cauſa vacationum permiſſarum à Concilio Tridentino, nequeunt frui diſtributionibus quotidianis, *pag.* 312. *nu.* 23.
Etiamſi adſit conſuetudo immemorabilis, *ibidem*.
Canonici abſentes cauſam vacationum permiſſarum an lucrentur diſtributionum duas partes, ſi omnes fructus ſint diſtributiones, vel præbenda ſit tenuis, *ibid. num.* 23. *& ſeqq.*
Adducitur reſolutio S. Congregat. Concilii in *Sueſſana*, *ibid. & num.* 24.
Contrarium videtur verius, ut debeantur duæ partes in primo caſu, & fiat cumulatio in ſecundo caſu, *ibid. & nu.* 25. *& ſeqq.*
Adducuntur reſolutiones dictæ S. Congregat. pro iſta opinione, *ibid. num.* 26. *& pag.* 313. *num.* 26.
Innuitur non obſtare Conc. Trid. *pag.* 313. *nu.* 26.
Canonici abſentes cauſa inſerviendi Epiſcopo, lucrantur duas partes diſtributionum, ſi omnes fructus in his conſiſtant, vel præbenda ſit tenuis, *pag.* 312. *nu.* 24.

Digitized by Google

Canonici non conſtituti in ſacris amittunt medietatem diſtributionum, juxta *Clem. Ut ii de ætate & qualit. pag.* 314. *num.* 39.
Quid in caſu abſentiæ pro ſtudiis, Vide Abſentes cauſa ſtudij.
Canonici abſentes cauſa ſtudiorum quoad lucrum fructuum Præbendæ, vel Maſſæ groſſæ. Vide eodem verbo Abſentes.
Canonicis inſignia aliquando conceduntur in actu erectionis ad preces Fundatoris, & extra dictum caſum ad inſtantiam alicujus Principis, *pag.* 189. *num.* 7.
Canoniſſæ quando inſtitutæ fuerint, *pag.* 18. *num.* 19.
Earum inſtitutum nunquam probavit Eccleſia, *ibidem*.
Non eſt tamen damnatum, *ibidem*.
Canoniſſæ, ſi exemptæ non ſunt, viſitantur ab Ordinariis locorum auctoritate ordinaria. Si verò ſunt exemptæ, ab iiſdem viſitari debent auctoritate Apoſtolica, *ibid.*
Canoniſſæ ſunt ſæculares omninò ex cenſura Concilii Colonienſis, *pag.* 89. *num.* 20.
Canoniſſæ nullam profitentur Regulam, nec ullis votis ſe alligant, nec proprio patrimonio privantur, *ibid.*
Canoniſſæ poſſunt pro libito à Collegiis, in quibus degunt, prodire, ac nubere, *ibid. nu.* 21.
Canoniſſæ an gaudeant privilegio canonis, & fori, & an ſub Clericorum nomine veniant, *ibid. nu.* 22.
Canoniſſæ Chori ſervitio incumbunt in ſæcularibus Eccleſiis, *ibid. nu.* 23.
In aliquibus Eccleſiis miniſtrant in Choro ſimul cum Canonicis ſæcularibus, *ibid. num.* 24.
In Proceſſionibus etiam incedunt, *ibidem*.
Canoniſſæ potiuntur Beneficiis, & Præbendis omninò temporalibus, *ibid. num.* 25.
Eaque vendere poſſunt, *ibid.*
Canoniſſæ an ſimoniacæ labi ſubjiciantur, *ibid.*
Canoniſſæ habent in earum Collegiis ſuam Decaniſſam, *ibid. num.* 26.
Canoniſſæ quamvis obedientiæ vinculo non adſtringantur, quamdiù in Collegiis degunt, debent obedire Diaconiſſæ, eique præſtare obedientiam, ut Oblatæ, & Sanctimoniales, *ibid. nu.* 27.
Canoniſſarum Decaniſſa eligi debet per ſecreta ſuffragia à majori & ſaniori parte, *ibid. nu.* 26.
An per Procuratorem eligi poſſit, *ibidem*.
Habet juriſdictionem œconomicam, *ibid.*
Quæ obedientia & reverentia illi debeatur, *ibid. num.* 27.
Etiam in Clericos, Capellanos, alioſque ſibi ſubjectos habet juriſdictionem, *ibid.*
Canoniſſarum Decaniſſa poteſt inſtituere Clericos in Eccleſiis ſuis, eiſque de conſenſu ſuarum Canoniſſarum Beneficia conferre, & Officia demandare, *ibid. num.* 28.
Item poteſt ex juſta cauſa ſuſpendere, & quomodo, *idid.* Vide Abbatiſſa.
Canonizatio Martyris fit, dum ab Eccleſia Martyr declaratur, *pag.* 55. *num* 1.
Canonizatio Martyris regulari debet ſecundùm decreta Urbani VIII. *ibid. nu.* 2.
Canonizatio requirit certiſſimas probationes, *pag.* 304. *num.* 8.
Canonizatio Martyrum. Vide Martyres, Fidei confeſſio, Teſtes.
Canonizationis cauſam præcedere debet probatio non cultus, aliorumque contentorum in decretis Urbani VIII. *pagin.* 55. *nu.* 3.
Canonizationis Martyris cauſa aſſumi non poteſt, niſi lapſis quinquaginta annis à die Martyrii, *ibid. num.* 4.
Antiquitùs hoc temporis intervallum non ſervabatur, ut patet in Canonizatione S. Petri Martyris, quæ poſt annum unum fuit peracta, *ibid. nu.* 4. & 5.
Canonizationis cauſæ diſcutiuntur prævio dubio, quando agitur de non Martyribus: An conſtet de virtutibus &c. ſi verò agatur de Martyribus: An conſtet de Martyrio tam reſpectu Tyranni, quàm paſſi, & ejus cauſa, *pagin.* 56. *nu* 7.
Canonizationis cauſæ æquiparantur cauſis criminalibus, *pag.* 57. *nu.* 14. & *pag.* 304. *num.* 10.
Canonizationis cauſa non admittit juramentum ſuppletorium, *pag.* 304. *nu.* 8.
Canonizationes Martyrum citiùs expediuntur, quàm aliorum, & quare, *pagin.* 77. *num* 16.
Capacitas acquirendi, & retinendi ſtabilia, competit omnibus Monachis, etiam ante Concilium, *pag.* 16. *numero* 2.
Quamvis Mendicantes acquirere quidem, ſed retinere non poſſent, *ibid.*
Capacitas acquirendi, & retinendi ſtabilia, poſt Concilium competit omnibus Regularibus, exceptis Minoribus Obſervantibus, & Capuccinis, *pag.* 17. *num.* 10. Vide Capuccini, Ciſtercienſes, Carmelitæ, Cruciferi, Minores Obſervantes, Societas Jeſu, Theatini.
Capacitas bonorum feudalium, & juriſdictionalium, quatenus competat Regularibus, *pag.* 17. *nu.* 11.
Capellani quænam jura exercere valeant in Conſervatoriis Oblatarum, ex ſenſu Sacræ Congregationis Concilii, *pag.* 174. *num.* 21. & 22.
Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ habet jus conferendi Canonicatus, & Beneficia ejuſdem Eccleſiæ, *pag.* 46. *num.* 52.
Limita, niſi Canonicatus aut Beneficia ſint erecta ex Beneficiis antiquis, in quibus erat jus Epiſcopi, *ibid. nu.* 53.
Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ quatenus contra Epiſcopum præſcribere valeat jus conferendi Beneficia ejuſdem Eccleſiæ, *ibid. nu.* 54.
Capitulum Sede vacante non poteſt coercere hæreticos exemptos, quia non ſuccedit in juriſdictione delegata, *pag.* 98. *nu.* 15.
Contrarium ſervatur in praxi, *ibid. nu.* 16.
Capitulum quoad exequias. Vide Exequiæ, Funera.
Cappa Carmelitarum. Vide Carmelitæ.
Capuccini ſunt incapaces acquirendi, & retinendi, imò & ſuccedendi, *pag.* 207. *numer.* 2.
Capuccinæ. Vide Moniales Capuccinæ.
Captivus dici poteſt pauper, etiam ſi pingue patrimonium habeat, *pag.* 287. *num.* 8.
Captivorum redemptio. Vide Redemptio captivorum, Legatum.
Cardinales Galero Rubro primus inſignivit Innocentius IV. & Gregorius XIV. idem conceſſit Cardinalibus ex Regularium Ordinibus aſſumptis, *pag.* 2. *num* 4.
Cardinales an comprehendantur ſub generali Conſtitutione, ſi ſpecificè non nominentur, *pag.* 191. *num.* 18.
Carmelitæ Diſcalceati Congregationis Hiſpanicæ quatenus ſint capaces ſucceſſionis, *pag.* 18. *num.* 7.
Carmelitæ Diſcalceati Congregationis Italicæ ſunt capaces ſucceſſionis, etiam ad effectum retinendi in communi, *ibidem*.
Quod procedit in Conventibus tam intra quàm extra Urbes, *ibid.*
Et ſimiliter in Conventibus Monialium ejuſdem Ordinis, *pag.* 19. *nu.* 8.
Imò & in fideicommiſſis obventis Profeſſis, *pag.* 209. *num.* 20.
Carmelitæ antiquitùs erant Eremitæ potiùs, quàm Cœnobitæ, *pag.* 35. *num.* 3.
Eorum Regula pluries mitigata fuit, *ibid. num.* 2.
Carmelitæ Diſcalceati quam Regulam ſervent, quamque Carmelitæ Mitigati, *ibid. nu.* 4.
Carmelitæ cur dicantur Eremitæ Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo; ubi de nonnullis ad eorum originem pertinentibus, *pag.* 36. *num.* 6.
Carmelitæ in primævo inſtituto utebantur pallio albo, & cujus qualitatis, *pag.* 287. *nu.* 2.
Carmelitæ pallium album in barratum immutarunt, *ibid. num.* 3.
Cujus qualitatis erat dictum pallium barratum, *ibid. numero* 4.
In eodem fuit inducta diverſitas colorum, *ibidem numero* 5.
Carmelitæ pallium barratum ſeu verſicolorem dimiſerunt, & album aſſumpſerunt, ex indulto Honorii IV. *ibid. num.* 6.
Imò cappis albis uti debent ex Conſtitutione Bonifacii VIII. *pag.* 297. *num.* 1. & *pag.* 298. *n.* 9.
Quare hæc mutatio fuit conceſſa, *pag.* 298. *num.* 7.
Carmelitæ tenentur deferre cappas albas, præſertim in Proceſſionibus, *ibid. num.* 9.
Adducitur reſolutio S. Congr. Conc. *ibid. n.* 10.
Carolus Magnus quoad Imperium Occidentis. Vide Papa, Imperii translatio.
Carolus Magnus juſſu Pontificis Imperium recepit, *pag.* 124. *num.* 13.
Caſſinenſes capaces ſunt poſſeſſionis ſtabilium, idque declaravit Eugenius IV. *pag.* 17. *nu.* 9
Caſſinenſes Abbates benedicere poſſunt ornamenta ſacra tam ſui Monaſterii, quàm aliorum, *pag.* 191. *nu.* 19.
An poſſint Confirmationis Sacramentum conferre. Vide Abbates.
Caſſinenſium privilegia innuuntur, *pag.* 182. *nu.* 3.
Cathari iidem ac Novatiani hæretici ſunt, *pag.* 103. *numero* 2.
Eorundem etymon, ſive nominis origo, *ibid.*
Temporibus Gregorii IX. & Innocentii IV. an extiterint, *ibid.*
Cathariſtæ Manichæorum hæreſes renovarunt, *ibid.*
Unde dicti Cathariſtæ, *ibid.*
Cathecumeni baptizari renuentes, non ſunt apoſtatæ, nec poſſunt cogi ad baptiſmum, *pag.* 262. *nu.* 20.
Cathecumenus. Vide Hebræus.
Cathedralis eſt in ſe Collegiata, quamvis ita non appelletur, *pag.* 32. *nu.* 2.

Cathe-

Digitized by Google

Cathedralis à ſolo Papa erigi poteſt, pag. 42. num. 3.

Cathedrales dicuntur primæ Parochiæ Diœceſis, pag. 173. num. 15.

Cauſa pia ſubſtituta Profeſſo hæredi gravato ſub conditione, ſi ſine filiis, excludit Monaſterium, pag. 25. numer. 20.

Quod procedit etiam ſi Cauſa pia ſubſtituta, non ſit æquè pia ac Monaſterium, ibidem.

Cauſa pia excludit Monaſterium, etiamſi ſubſtituta ſit mediatè, pag. 26. num. 26.

Cauſa pia ſubſtituta, in caſu quo excludat Monaſterium, non admittitur ad ſucceſſionem, niſi poſt mortem naturalem Profeſſi gravati, pag. 27. num. 43.

Cauſa profana ſubſtituta ſimul cum Cauſa pia, excluditur per Monaſterium, in quo hæres gravatus profitetur, pag. 25. num. 21.

Quo caſu portio cauſæ profanæ accreſcit cauſæ piæ ſubſtitutæ, ſi inter eas intret jus accreſcendi, pag. 26. num. 24.

Sed ſi jus accreſcendi non adſit, ſuccedet in ea portione Monaſterium, ibid. nu. 25.

Cautio, quæ exigitur à perſona ſuſpecta, præſtari debet datis fidejuſſoribus, pag. 54. num. 10.

Cautio pecuniaria quoad Hæreticos. Vide Hæretici.

Cautionis ſimplicis nomine venit ſimplex promiſſio, pag. 53. num. 8.

Secùs ſi dicatur idonea cautio; nam tunc præſtanda eſt captis pignoribus, & datis fidejuſſoribus, ibidem.

Cenſuræ contra Regulares quatenus ferri poſſunt per Epiſcopos. Vide Regulares.

Exempti à Cenſuris infligendis ab Epiſcopis, an debeant allegare privilegium, pag. 133. num. 5. & 6.

Cenſuræ Eccleſiaſticæ an dependeant quoad fulminationem ab Ordine, vel juriſdictione, pag. 202. num. 53. & 56.

Centenaria æquiparatur immemorabili pro præſumendo privilegio Apoſtolico in jurepatronatu Collegiatarum, pag. 39. nu. 28.

Ceſſionarius ejus, qui profitetur in Religione, quatenus poſſit frui fideicommiſſo obvento Profeſſo. Vide Renunciatarius.

Ceſſionarius Profeſſi. Vide Creditor.

Chriſma ex quibus conſtet, & quinam eo inungantur, pag. 30. num. 3. & 4.

Chriſma conſecratur ab Epiſcopo tam in Eccleſia Græca, quàm Latina, pag. 83. nu. 42.

Permittitur tamen conſuetudo in Græcis, ut Patriarcha unà cum Archiepiſcopis, & Archiepiſcopi unà ſimul cum Suffraganeis ſuis Chriſma conficiant, & impertiantur inferioribus, ibidem.

Chriſma quotannis mittebatur Conſtantinopolitanis ab Eccleſia Romana, antequàm ab ea deficerent Orientales, ibidem.

Chriſma non eſt ſimplex oleum, ſed oleum mixtum balſamo, pag. 83. nu. 41.

An autem mixtura ſit de neceſſitate Sacramenti, vel de neceſſitate præcepti, ibidem.

Recenſentur diverſæ ſententiæ, ibidem.

Cuinam opinioni faveat mens Sacræ Congregationis Concilii, ibid. num. 42.

Chriſma eſt conſecratum apud Græcos æquè ac apud Latinos, quamvis Græci addant alia aromata ex tolerantia Papæ, ibid. nu. 40.

Chriſma. Vide Græci, Confirmationis Sacramentum.

Chriſtiani per mortem Chriſti facti ſunt liberi, & Judæi in eorum ſervitute mancipati, pag. 12. num. 1.

Non poſſunt Judæis ſervire, aut Nutrices eſſe, pag. 22. num. 1. cum ſeqq.

Eis cum Judæis communicare, etiam in humanis, vetitum eſt, pag. 12. nu. 2.

Nec Judæos vocare poſſunt Dominos, ibid. nu. 3.

Poſſunt à quocunque cum pretio ſolidorum duodecim redimi à ſervitute Judæorum, ibid. nu. 2. Vide Judæi, Nutrices, Servi.

Chriſtiani tranſeuntes ad ritum Judæorum, puniuntur ab Inquiſitoribus, pag. 261. num. 3. & 4.

Item eorum fautores, receptatores, & defenſores, ibid. num. 4.

Chriſtiani tranſeuntes ad ritus Judæorum, facinus execrandum committunt, ibid. num. 5.

Chriſtiani tranſeuntes ad ritus Judæorum, puniuntur uti hæretici, ibid. num. 6.

Chriſtiani tranſeuntes ad ritus Judæorum, dicuntur Apoſtatæ, ibidem.

Chriſtiani tranſeuntes ad ſectam Saracenorum, puniendi ſunt uti hæretici, ibidem.

Chriſtiani Luſitani rejudaizantes in Italia reputantur Apoſtatæ à Fide, pag. 263. num. 30.

Ubi etſi negaverint fuiſſe baptizatos, ibidem.

Chriſtianorum tranſitus aut reditus ad ritus Judæorum probari poteſt per Teſtes Judæos, pag. 280. nu. 4.

Circumcelliones quinam fuerint, & quas hæreſes docuerint, pag. 50. num. 2.

Ciſtercienſes ex propria Regula capaces ſunt ſtabilium, ad effectum etiam retinendi, pag. 16. num. 2.

Et an id procedat quoad bona feudalia, & juriſdictionalia, ibid. num. 3. & pag. 17. num. 11.

Quandoque voluntariè abdicarunt poſſeſſionem ſtabilium, adeò ut nec mobilia pretioſa in ſuis Eccleſiis habere voluerint, pag. 16. num. 4. & 5.

Ex hac voluntaria abdicatione nonnulli eos ex conſuetudine incapaces ſtabilium eſſe aſſerebant, ibid. nu. 5. 7. & 8.

Huic conſuetudini derogarunt Innocentius IV. & Pius II. eorumque innatam poſſidendi capacitatem aſſeruerunt, ibid. nu. 6. & ſeqq.

Succedere poſſunt ex perſona Profeſſorum in iis, quibus Profeſſi, ſi in ſæculo fuiſſent, ſuccederent, pagina 18. numero 1.

Ciſtercienſes in Gallia ex cônſuetudinibus Burgundiæ non ſuccedunt Profeſſis, nec ex perſona Profeſſorum, pag. 19. num. 13.

Ciſtercienſes quæ privilegia habeant, præſertim in Charta Charitatis, pag. 182. nu. 3. & pag. 402. nu. 1. & 2.

Ciſtercienſes Abbates benedicere poſſunt vaſa, & ornamenta ſacra, tam ſui Monaſterii quàm undecunque ſint, pag. 191. num. 29.

Ciſtercienſes quatenus non teneantur ſervare formam cap. Quia propter, de electione, pag. 232. num. 3.

Et an dictum privilegium procedat in Abbatiis perpetuis, ſeu temporalibus, ibid. nu. 4. & ſeqq.

Ciſtercienſes debent ſervare neceſſaria requiſita in electionibus, non obſtante privilegio prædicto, ibid. num. 7. & 9. & ſeqq.

Ciſtercienſium Generalis eſt Abbas Monaſterii Ciſtercii, & an eligi debeat juxta cap. Quia propter, ibid. num. 6. & 7.

Ciſtercienſes quoad tempus electionis, & alia. Vide Electio.

Ciſtercienſium Abbatiæ aliquæ dantur in Commendam, & aliquæ conferuntur à Sede Apoſtolica, & quæ ſint, pag. 234. num. 26.

Civitas ſi ſit perduellis, debet in ea aratrum immitti, pag. 51. nu. 7.

Civitas ſi tota labatur in hæreſim, poteſt demoliri, ibid. num. 8.

S. Clara ubi & à quibus natales habuit, pag. 114. num. 1. & ſeqq.

Monaſterium ab ea inſtitutum, ibid. nu. 2.

Referuntur ejus opera, & pietas, ibid. nu. 3.

Aſſiſium liberat à Saracenis, & viſitatur à Papa, ibid. numer. 4. pag. 115. nu. 5.

Inter Sanctas adſcripta fuit ab Alexandro IV. pag. 115. num. 6.

S. Claræ Moniales. Vide Moniales S. Claræ.

Claves Tabernaculi retineri debent à Parocho privativè quoad omnes alios, pag. 176. num. 41.

Claves Tabernaculi in Eccleſia Confraternitatis retineri debent à Capellano, ibidem.

Claves Tabernaculi. Vide Moniales, Laici.

Clauſula, ſi non ſtet abſolutè, & ex ſe, non afficit niſi partem diſpoſitionis, in qua apponitur, pag. 27. nu. 40.

Clauſula ſine præjudicio in erectione Collegiatæ appoſita, quid operetur, pag. 32. num. 22.

Clauſula ſine præjudicio intelligitur præter ea, quæ importat natura actus, pag. 40. num. 36.

Clauſula dummodo non habeas complices, vel conſcios, apponi ſolet in delegatione facta Majori Pœnitentiario ad abſolvendum hæreticos non occultos, pag. 105. numer. 16.

Quid eadem operetur, ibid. num. 17.

Clauſula Sublata, quæ ſolet apponi in literis Apoſtolicis, tollit cuicumque Judici facultatem interpretandi, & aliter judicandi, pag. 258. num. 14.

Etiam quoad Auditores Rotæ Romanæ, ibid.

Clauſula Sublata non impedit, quin Judex valeat decidere caſum non eſſe comprehenſum, ibid. num. 15.

Ampliatur etiam ſine aperitione oris petita, & non obtenta in Signatura Gratiæ, ibid. num. 16.

Diſtinguuntur tamen in hoc plures caſus, ibid. num. 17.

Et præciſè in Curia debet recurri ad Papam etiam à Rota, ibid. & num. 18.

Clauſula Sublata inducit nullitatem proceſſus ſine oppoſitione, ſi procedatur contra ejus tenorem, ibidem numer. 17.

Præſertim ſi fuerit petita aperitio oris, & denegata à Signatura, ibid. & num. 18.

Clauſula Sublata quatenus unà cum aliis impediat poſſe dici de ſubreptione, vel obreptione, pag. 259. num. 19.

Digitized by Google

Clauſula *ſublata* exiſtente, diligentes Curiales ſemper recurrere ſolent ad Signaturam Sanctiſſimi, *ibidem numero* 20.

Et ad Auditorem Papæ, qui remittit aliquando pro Voto ad Signaturam Juſtitiæ, loco Signaturæ Gratiæ, *ibid. num.* 21.

Clemens IV. in Summum Pontificem eligitur, *pag.* 205. *num.* 1.

Ejus natales, Patria, ac geſta ante Pontificatum, & Coronatio recenſentur, *ibid. num.* 2. *cum ſeqq.*

Clemens IV. Regnum Neapolitanum Carolo Andegavenſi in feudum dedit, & quibus conditionibus, *ibid. numero* 5.

Plura in Pontificatu commendatione digna egit, & præſertim continentiam ſummam erga nepotem, *ibidem num.* 6.

Ejus obitus, & ſepultura commemoratur, *ibidem*.

Clemens IV. declarat, Fratres Ordinum Prædicatorum & Minorum ſuccedere in bonis, prout ſuccederent ſi eſſent in ſæculo, *ibid. num.* 7. & 9.

Clemens V. ad Summum Pontificatum aſſumitur, & quomodo, *pag.* 323. *num.* 1.

Recenſentur ejus natales, ac coronatio, & vindicatur à detractoribus, *ibid. num.* 3.

Clemens V. Sedem Apoſtolicam in Galliam tranſtulit, *ibid. num.* 2.

Concilium Viennenſe coegit, & in eo adfuit, pluraque geſſit, *ibid. num.* 4.

Ejus obitus recenſetur, & ſepultura, *ibid. num.* 3.

Clementis V. memoria à Criticis vindicatur quoad extinctionem Templariorum, *pag.* 328. *num.* 9. & 10.

SANCTISSIMUS D. N. CLEMENS XI. laudatur, *pag.* 24. *num.* 4. *pag.* 127. *num.* 30. *pag.* 259. *num.* 20. *pag.* 286. *num.* 4. & *pag.* 302. *num.* 11. & 12.

Clericus hæreticus degradandus eſt, priuſquam relinquatur brachio ſæculari, *pag* 7. *nu.* 20.

Clericus ſimplex ratione dignitatis Vicarii Generalis poteſt ad Confeſſiones audiendas approbare, & alia hujuſmodi facere, quamvis ex ſe eorundem actuum ſit incapax, *pag.* 202. *num.* 45.

Clericus Beneficiatus excluſus à fideicommiſſo, non cenſetur excluſus, ſi ſit profeſſus in Religione, *pag.* 212. *num.* 50.

Clericorum nomine an veniant Canoniſſæ, *pag.* 89. *numero* 22.

Cluniacenſium Ordinis Reformatio fuit facta à Gregorio IX. & Nicolao IV. *pag* 283. *num.* 1.

Indicantur nonnulla capita hujus Reformationis, *ibidem num.* 3.

S. Cœleſtinus miro modo fuit ad Pontificatum electus, *pag.* 287. *num.* 1. *pag.* 329. *num.* 1.

Ejus Canonizatio refertur facta à Clemente V. *pag.* 329. *num.* 2.

Patria, Parentes ejuſdem, necnon ſumma abſtinentia, & inſtitutio Congregationis Cœleſtinorum referuntur, *ibid. num.* 3.

S. Cœleſtinus Papa erat Sacerdos, dum Pontifex fuit aſſumptus, *ibid. nu.* 4.

Vindicatur a pluribus improbantibus in eo abdicationem Ponficatus, *ibid num.* 5. & 7.

Ejus obitus & exequiæ in Urbe recenſentur, *ibidem num.* 6.

Cœleſtini habent præcedentiam ſupra Olivetanos, *pag.* 288. *num.* 4.

Cœleſtini obtinuerunt à Benedicto XI. plura privilegia, & præſertim exemptionem ab Ordinariis, *pag.* 320. *numero* 1.

Cœleſtini Abbates ſubalterni, prout Generalis, eliguntur in Capitulo Generali, *ibidem*.

Cœleſtini principale Monaſterium habent S. Spiritus propè Civitatem Sulmonæ, *ibidem*.

Cœleſtini fruuntur communicatione privilegiorum Caſſinenſium, aliorumque Monachorum, *ibidem*.

Cœleſtini plures habuerunt Viros doctos, & conſtitutos in dignitate Cardinalitia, *ibidem*.

Cœleſtini Abbates habent privilegium benedicendi vaſa, & paramenta ſacra, & quomodo, *pag.* 320. *num.* 5. & *ſeqq.* & *pag.* 321. *num.* 12.

An habeant facultatem confirmandi, *ibidem*. Vide Abbates.

Cœleſtinorum Congregationis ſub regula D. Benedicti origo, & inſtitutor indicatur, *pag.* 287. *num.* 2. & *ſeqq.* & *pag.* 288. *nu.* 5.

Cur eadem Congregatio denominata ſit Cœleſtinorum, *pag.* 288. *nu.* 3.

Ejus privilegia recenſentur, *pag.* 320. *num.* 1.

Collegia regulariter ſunt prohibita, & qua ratione, *pag.* 43. *num.* 1.

Collegia non privata ſocietate, ſed publica auctoritate fiunt, *ibid. num.* 2.

Collegia cauſa Religionis erecta, etiam requirunt publicam auctoritatem, *ibidem*.

Collegia cum auctoritate Principis ſupremi ſunt erigenda, *ibid. num.* 8.

Collegium eſt connaturale Eccleſiæ Cathedrali, & Regulari, non item aliis Eccleſiis, *pag.* 43. *num.* 17.

Collegia Canonicorum ſæcularium olim appellabantur Monaſteria, *pag.* 37. *num.* 4.

Collegia quatenus poſſint eſſe ex Laicis, & Clericis, *pag.* 308. *nu.* 11.

Explicatur *Clem.* 1. *de electione*, *ibidem*.

Collegialitas probari poteſt ex ſignis & conjecturis, *pag.* 43. *num.* 15.

Nec concurrere debent omnia ſigna, ſed ſufficiunt aliqua eam neceſſariò importantia, *ibid. num.* 16.

Collegialitas præſumitur in Eccleſia Cathedrali, vel Regulari; ſecùs in aliis Eccleſiis, *ibid. n.* 17. & 18.

Collegialitas non probatur ex ſignis æquivocis, ſeu ex iis quæ ſe habent de materiali in Collegiata, *ibid. nu.* 19. & 20.

Collegialitas licèt quandoque ex quibuſdam ſignis non probetur, multoties tamen eorundem defectus eam excludit, *ibid. num.* 23.

Collegialitas non probatur ex eo, quòd in Eccleſia adſint Beneficiati, *ibid. num.* 21.

Nec item ex eo, quòd iidem Beneficiati habeant denominationem Capituli, celebrent Miſſam Conventualem, habeantque diſtributiones, & maſſam communem, *ibid. nu.* 22. Vide Beneficiati.

Collegialitas probatur per exiſtentiam Sigilli publici, *ibid. num.* 24. & 25.

Non tamen excluditur ob ejus non exiſtentiam, *ibid. num.* 26. Vide Sigillum.

Collegialitas non probatur ex eo, quòd in Eccleſia recitantur Divina Officia, *pag.* 44. *nu.* 32.

Collegialitas probatur, ſi in Eccleſia adſit jus eligendi Prælatum, & quatenùs id procedat, *ibid. num.* 33.

Collegialitas arguitur ex eo, quòd Cura animarum ſit penes ipſum Collegium, *ibid. num.* 34.

Similiter ſi Eccleſia fuerit habita uti Collegiata, & in actis Viſitationis uti talis enuncietur, vel in ea fuerit facta proviſio tanquam de prima Dignitate, *ibid.*

Collegiata erigi non permittitur, niſi in loco conſpicuo, *pag.* 45. *num.* 40.

Quatenus locus cenſeatur conſpicuus, præſertim ſi ſit extra mœnia Civitatis, *ibid.*

Collegiata erigi non poteſt ſine dote, quæ debet eſſe perpetua, & libera, *ibid. num.* 46.

Nec in dote calculanda ſunt onera, etiamſi ſint Miſſarum, *ibid. num.* 47.

Item attendendum eſt, an adſit ſufficiens numerus Canonicorum, *ibid. num.* 51.

Collegiata ſi jam ſit erecta, non attenditur præjudicium tertii, reſultans ex natura actus erectionis, *ibid. num.* 41.

Quatenus erectioni faciendæ contradicere poſſit Capitulum Cathedralis, ſive alterius Collegiatæ, *ibid. num.* 42.

Et quid ſi litteræ erectionis fuerint directæ Executori mixto, cum clauſula *ſine præjudicio*, *ibid. num.* 43.

Collegiata eſt nulliter erecta, ſi Executor non verificaverit conditiones in litteris erectionis appoſitas, *ibid. num.* 44.

Collegiata erigi nequit, ſi adſit præjudicium voluntatis Teſtatoris, *ibid. num.* 49.

Quod procedit, ſi voluntas ſit clara, ſecùs ſi dubia; quo caſu poteſt fieri mutatio in melius, *ibid. num.* 50.

Collegiata non poteſt eſſe ſimul Regularis, & Sæcularis, *pag.* 46. *num.* 56. *cum ſeqq.*

Collegiata, cujus Prælatus eſt unicus, ſive Sæcularis, ſive Regularis, poteſt habere duplex Collegium, tum Sæcularium, tum Regularium, *ibid. nu.* 58.

Collegiata ſi conſtet ex Sæcularibus, & Regularibus, unum corpus debet ſe alteri conformare quoad recitationem Officii, & alios mores ipſius Eccleſiæ, *ibid. num.* 59. & *pag.* 47. *num.* 60.

Collegiata, alia eſt Sæcularis, alia Regularis, quæ Conventualis dicitur, *pag.* 37. *num.* 3.

Collegiata proprie eſt Conventus Sæcularium, *ibid. numero* 5.

Ejus Prælatus conſtitui debet per electionem à Collegialibus faciendam, non autem per præſentationem, aut collationem, *ibid. num.* 6.

Hodie autem hæc electio reſervata eſt Summo Pontifici, *ibid. num.* 8. & *pag.* 38. *nu.* 9. & 10.

Collegiata ſi Patronum Laicum habeat, non poteſt hic præſentare, aut intervenire electioni ejus Prælati, quamvis poſſit electioni jam factæ adhærere, *pag.* 37. *numero* 2.

Collegiata eſſe poteſt ſine Prælato, vel cum Prælato, qui non per electionem, ſed per præſentationem conſtituatur, *pag.* 39. *num.* 20. & 22.

Collegiata erigi non ſolet à Papa, ſi derogandum ſit juri Patroni, qui renuat erigi Prælaturam in ea ex Beneficio de ejus jurepatronatus, *pag.* 40. *nu.* 38. *cum ſeqq.* Vide Juſpatronatus, Patronus.
Collegiata Sæcularis erigi non poteſt, niſi cum auctoritate Papæ, *pag.* 42. *num.* 7. *cum ſeq.*
Collegiata inſignis æquiparatur Cathedrali, *ibid.* *nu.* 9.
Collegiata nequit ab Epiſcopo fieri non Collegiata, aut ſimplex Parochialis, *ibid.* *nu.* 10.
Collegiata ritè erecta, quæ nunc eſt talis habitu tantùm, poteſt ab Epiſcopo reduci ad actum, *ibid.* *num.* 12.
Collegiata validè erigi potuit ab Epiſcopo tempore, quo vigebat opinio, ut ab eo poſſet fieri, *ibid.* *nu.* 13.
Collegiata quatenus præſumatur erecta cum auctoritate Papæ, *pag.* 43. *num.* 14.
Collegiata eſſe talis, præſertim probatur per Inſtrumentum fundationis, *ibid.* *num.* 15.
Collegiata probari poteſt eſſe talis etiam ex ſignis & conjecturis, *ibid.* *nu.* 16.
Nec eſt neceſſe, ut omnia ſigna concurrant; ſed ſufficiunt aliqua, cum perneceſſe importantia, *ibidem*.
Collegiata non præſumitur talis, niſi probetur, *ibidem* *num.* 18.
Collegiata plura habet requiſita, quæ referuntur, *ibid.* *nu.* 19.
Hæc requiſita partim ſe habent de materiali, partim de formali in Collegiata, & quatenùs hæc Collegialitatem probare valeant, *ibid.* *nu.* 20.
Collegiata ex pluribus ſignis probatur, & quænam ſint, *ibid.* *nu.* 21. *cum ſeqq.* Vide Collegialitas.
Collegiata ſi ſit inſignis, Canonici tenentur ad diurnam Officiaturam in Choro, non obſtante quacunque conſuetudine, *pag.* 44. *num.* 27.
Quòd ſi Collegiata non ſit inſignis, Canonici in triplici caſu eximuntur à præfato onere, quemadmodum etiam à reſidentia, *ibid.* *num.* 28.
Afferuntur ad hoc plures reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii, *ibid.* *num.* 31. & 32.
Collegiata quatenus cenſeatur inſignis, necne; & quinam effectus ex tali qualitate oriantur, *ibid.* *num.* 35. & 36.
Collegiata quatenùs erigi permittatur, & quænam qualitates & requiſita pro erectione obtinenda concurrere debeant, *ibid.* *nu.* 37. & 38.
Referuntur potiora requiſita, quæ movent Pontificem ad annuendum erectioni Collegiatæ, *pag.* 45. *nu.* 39.
Faciliùs proceditur, ſi agatur de confirmanda erectione jam facta, *ibidem*.
Collegiata non tenetur accedere ad Matricem pro ſuſcipiendis Sacris Oleis, *pag.* 32. *num.* 20.
Collegiata præcedit Matricem in actibus Collegialibus, *ibid.* *num.* 21.
Et quid ſi fuerit erecta cum clauſula *ſine præjudicio*, *ibid.* *num.* 22. *cum ſeqq.*
Collegiata quoad collationem Canonicatuum, & Beneficiorum. Vide Canonicatus, Capitulum.
Commutatio ultimæ voluntatis non ſolet facilè concedi, *pag.* 316. *num.* 12.
Quid autem quoad commutationem Studii à Teſtatore deſignati. Vide Legatum.
Concilium Baſileenſe turpiter deſiit in Conciliabolum, ejuſque acta irrita declaravit Concilium Florentinum, *pag.* 107. *num.* 35.
Concilium Chalcedonenſe celebratum ſub D. Leone I. Schiſmatici impiè abolere tentarunt, *pag.* 80. *num.* 3.
Concilium Oecumenicum Conſtantinopolitanum IV. quo tempore celebratum fuerit, *ibid.* *nu.* 6.
In eodem Photius condemnatus, & pax reddita Eccleſiæ Orientali, *ibidem*.
Legati Sedis Apoſtolicæ perhonorificè habiti ab Imperatore, *ibidem*.
Concilium Generale Lugdunenſe I. ſub Innocentio IV. fuit congregatum, *pag.* 110. *num.* 1. & *ſeqq.*
Plura de eo referuntur, ac cauſæ præſertim depoſitionis Friderici Imperatoris, *pag.* 111. *num.* 7.
Concilium generale Lugdunenſe II. ſub Gregorio X. convocatum fuit, *pag.* 264. *nu.* 4. & 6.
Inter alios in eo interfuit D. Bonaventura, *ibid.* *num.* 5.
D. Thomas Aquinas ad hoc Concilium proficiſcens obiit, *ibid.*
Concilium generale Lugdunenſe ſub Gregorio X. habuit pro ſecuritate plures Arces à Rege Galliarum conſignatas, *ibid* *nu.* 6.
Concilium Lugdunenſe II. fuit Generale, *ibid.* *nu.* 7.
Plures Patriarchæ, Oratores Regum, & Nuncii Paleologi Imperatoris Orientis, & Reges, aliique in eo adfuerunt, *ibid.*
Non tamen dictus Imperator, ut aliqui erroneè dicunt, *ibidem*.
Concilium Lugdunenſe II. plura ſtatuit, & præcipuè ſuper unione Græcæ Eccleſiæ cum Latina, *pag.* 264. *nu.* 2. 3. & 4.

Necnon pro recuperatione Terræ Sanctæ, & reformatione, *ibid.*
Itidem ſuper proceſſione Spiritus Sancti à Patre, Filioque, & de forma electionis Papæ, *ibid.*
Concilium Viennenſe convocatum fuit ſub Clemente V. *pag.* 323. *num.* 4.
Ejuſdem Concilii intereſſentes, ac geſta referuntur, *ibid.* *num.* 5.
Præſertim pro recuperatione Terræ Sanctæ, & extinctione Ordinis Templariorum convocatum, *ibidem numero* 6.
Fuit in eo declaratus legitimus & Catholicus Pontifex Bonifacius VIII. *pag.* 324. *num.* 6.
Damnati fuerunt errores Begardorum, Beguinarum, & Brigardorum, *pag.* 323. *nu.* 5.
Concilium Viennenſe damnavit errores Petri Jo: Olivi. Vide Petrus de Oliva.
Concilium Tridentinum quoad reſidentiam Parochorum quid decernat, *pag.* 317. *num.* 54. & *ſeq.*
Concilium Tridentinum privilegiis clauſis in corpore Juris, vel Conciliis, quomodo derogare ſoleat, *pag.* 318. *num.* 16.
Concilii Tridentini Decretis derogatur, etiam abſque ſpeciali derogatione, *pag.* 105. *nu.* 20.
Concilium Tridentinum quoad renunciationes Novitiorum. Vide Novitius ſeu Novitii, Renunciatio, Societas Jeſu.
Concilium Provinciale nequit diſpenſare ſuper vota ſolemnia, *pag.* 129. *num.* 27.
Conciones. Vide Prædicatio, Canonici.
Conditio, ſi deceſſerit ſine filiis, duas conditiones involvit, & quænam ſint, *pag.* 26. *num.* 14.
Conditio, ſi ſine filiis, ſubintelligitur in ſubſtitutione facta deſcendentis, *pag.* 28. *nu.* 30.
An eadem conditio ſubintelligatur in ſubſtitutione facta deſcendentis, qui deceſſit ſine filiis, emiſſa profeſſione in Religione capaci, *ibid.* *num.* 31. *cum ſeqq.* Vide Subſtitutio.
Conditio appoſita in vocatione ſi deficiat, non cenſetur purificata vocatio, *pag.* 72. *num.* 33.
Conditio ingreſſus in Religionem non eſt purè poteſtativa, *pag.* 227. *num.* 92.
Conditio quatenus poſſit adimpleri per æquipollens, *pag.* 326. *num.* 8. & *ſeqq.*
Confalonis Archiconfraternitas, quæ privilegia obtineat in Statu Eccleſiaſtico quoad Redemptionem Captivorum, *pag.* 287. *nu.* 6.
Confirmatio cujuſcunque electionis fieri poteſt à Papa, *pag.* 236. *num.* 26.
Confirmatio debet dari ab immediato Superiore, *ibid.* *num.* 25.
Confirmatio electionis quod jus importat, & an valeat denegari, *ibid.* *nu.* 12. & 19.
Confirmatio electionis quæ ſit, & quod jus tribuat electo, *pag.* 235. *num.* 5. & *ſeqq.*
Confirmationis Sacramentum nedum illicitum, ſed etiam invalidum eſt, ſi Epiſcopus proteſtatus fuerit ſe nolle confirmare niſi Diœceſanos, quia deficeret intentio Miniſtri, *pag.* 84. *num.* 49.
Confirmationis Sacramentum adminiſtrandi facultas quatenus ſoleat concedi Abbati Nullius, vel denegari, *pag.* 321. *num.* 11.
Confirmationis Sacramentum apud Græcos à quolibet Sacerdote miniſtratur, ſive ex opinione, ſive ex conſuetudine, *pag.* 84. *num.* 53.
Quid temporibus Apoſtolorum, *ibid.* *nu.* 54.
Confirmationis Sacramentum nequidem ex diſpenſatione Apoſtolica poteſt miniſtrari à Diacono, vel ab altero Presbyteratus Ordinem non habente, *pagina* 86. *num.* 67.
Confirmationis Sacramentum nequit miniſtrari à ſimplici Sacerdote, nòn obſtante quavis conſuetudine in contrarium, *ibid.* *num.* 68. & *ſeqq.*
Innuuntur reſolutiones Supremæ Inquiſitionis, *ibidem*.
Confirmationis Sacramentum temporibus Apoſtolorum ab Epiſcopis ſolis miniſtrabatur, *pag.* 84. *num.* 54.
Petrus & Joannes adierunt Samariam, ut baptizatos confirmarent, *ibid.*
Contrariæ conſuetudines ab Eccleſia reprobatæ, *ibid.* *numer.* 55.
Confirmationis Sacramentum nequit à Miſſionariis miniſtrari, niſi ex ſpeciali conceſſione, *pag.* 86. *num.* 71.
Confirmationis Sacramentum debet miniſtrari temporibus opportunis, & loco commodo, *ibid.* *nu.* 72.
In Urbe miniſtratur in Baſilica Lateranenſi ab Octava Paſchæ, uſque ad feſtum SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, *ibid.*
Alibi in Cathedrali, niſi ex conſuetudine miniſtrari ſolitum fuerit in Parochialibus in actu Viſitationis, *ibidem*.
Confirmationis Sacramentum non poteſt miniſtrari ab Ab-

Digitized by Google

ab Abbate benedicto, niſi ex privilegio Sedis Apoſtolicæ, *pag.* 83. *num.* 46.

Neque ab Abbate Montis Caſſini, quamvis exerceat quæcumque jura Pontificalia, præter ea quæ ſunt Ordinis, *ibid. num.* 46.

Recenſentur reſolutiones Sacræ Congregationis concernentes Abbates S. Benedicti, & S. Bernardi, *ibidem*.

Confirmationis Sacramentum non poteſt ab Epiſcopo miniſtrari in aliena Diœceſi, abſque licentia proprii Ordinarii, *ibid. num.* 47.

Confirmationis Sacramentum nequit miniſtrari ab Archiepiſcopo in Diœceſi ſui Suffraganei, *ibidem*.

Prout neque ab Epiſcopo in Diœceſi verè nullius, *ibidem*.

Confirmationis Sacramentum à Græcis confertur hac forma: Signaculum donationis Spiritus Sancti; & quatenus toleretur, *ibid. n.* 44.

Formula Latinorum quæ ſit, *ibidem*.

Confirmationis Sacramentum non miniſtratur in Eccleſia Latina, niſi à ſolo Epiſcopo; neque Presbyteri miniſtrare poſſunt, niſi abſente Epiſcopo, & ex diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ, *ibid. num.* 45.

Confirmationis Sacramentum in primitiva Eccleſia miniſtrabatur infantibus, ſtatim poſt Baptiſmum, etiam ante uſum rationis, ex conſuetudine Græcorum, & qua de cauſa? *pag.* 85. *num.* 58.

Confirmatus à ſimplici Presbytero, iterum confirmari debet, *pag.* 84. *num.* 54.

Niſi exinde ſcandalum ſuboriatur, *pag.* 85. *num.* 57.

Confirmationis Sacramentum hodie ante uſum rationis validè confertur, quamvis illicitè, *ibid. num.* 59.

Confirmationis Sacramentum adminiſtrandi facultas conceſſa Abbati an ſuffragetur etiam quoad Laicos ſubditos, & in Eccleſiis ſæcularibus, *pag.* 321. *nu.* 9.

Non ſolet dari niſi probata vera qualitate nullius quoad Populum Laicum, *ibidem*.

Confirmationis Sacramentum poſſe miniſtrari à Presbytero ex diſpenſatione Apoſtolica, negant nonnulli, & qua ratione; ſed verior eſt affirmativa, *pag.* 85. *num.* 61. & *pag.* 320. *num.* 6.

Opinio negativa ſugillatur tanquam temeraria, *pag.* 85. *num.* 62.

Referuntur exempla hujuſmodi diſpenſationis, *ibid. numero* 63.

Nec per tale privilegium derogatur Concilio Tridentino, *pag.* 320. *nu.* 6.

Concedebantur hujuſmodi facultates ante Concilium Tridentinum: & quamvis Concilium illas revocaverit, poteſt Papa id facere ex juſta cauſa, *pag.* 85. *num.* 64.

Non tamen diſpenſat, niſi ex urgentiſſimis cauſis, *ibidem num.* 65. & *pag.* 320. *num.* 6. & 7.

Vel ſi non adſunt Epiſcopi, *pag.* 320. *nu.* 7.

Ubi de Abbatibus Caven. & Montis Caſſini, aliiſque, *pag.* 321. *nu.* 8.

An proſit communicatio privilegiorum, *ibid. num.* 9.

An ſit cauſa ſufficiens ſimplex defectus Epiſcoporum per aliquod tempus, *ibid. num.* 7.

Confirmationis Sacramentum quoad Epiſcopum. Vide Epiſcopus.

Confirmationis Sacramenti Miniſter ordinarius eſt Epiſcopus, extraordinarius verò eſt Sacerdos ex delegatione Apoſtolica, *pag.* 320. *num.* 6. & *ſeq.*

An autem ſoleat concedi Abbatibus. Vide Abbates.

Confiſcata bona ob hæreſim vendi poſſunt ab Inquiſitoribus, reſervato pretio ad opus Romanæ Eccleſiæ, *pag.* 163. *num.* 2.

Etiam per cenſuras contradictores compeſcendo, *ibidem*.

Confiſcata bona ob hæreſim an pertineant ad Fiſcum Principis ſupremi, vel ſubalterni, *pag.* 164. *num.* 4.

Confiſcata bona ob hæreſim applicata fuere fiſco Eccleſiæ in ejus dictione, & Fiſco laico in terris Imperii, ab Innocentio III. *ibid. num.* 5.

Sed idem in Concilio Generali demandavit, bona Clericorum reſervari ſemper Eccleſiæ, à qua proveniunt, *ibid. num.* 6. & 13.

Confiſcata bona Clericorum patrimonialia ſpectant ad Fiſcum Eccleſiaſticum, *ibid. num.* 6. & 11.

Sed ſi adſit conſuetudo, vel privilegium, pertinere poſſunt ad Fiſcum laicum, *ibid. num.* 6. & 12.

Confiſcata bona ob hæreſim, triplici partitioni ſubjici demandavit Innocentius IV. *ibid. num.* 7.

Una nempe pro Officio Inquiſitionis, alia pro loco, & tertia in favorem Fidei, *ibidem*.

Quæ diviſio fuit confirmata à pluribus Pontificibus, *ibid.*

Confiſcata bona ob hæreſim debent dividi in quocunque loco juxta triplicem diviſionem factam à Summis Pontificibus, *ibid. num.* 8. & 9.

Niſi adſit contrarium ſtatutum, ſeu privilegium approbatum à Papa, *ibidem*.

Confiſcata bona ob hæreſim applicare ad ſolum Papam ſpectant, *ibid. nu.* 8.

Confiſcata bona ob hæreſim an debeant dividi juxta triplicem diviſionem, *ibid. num.* 9. & *ſeqq.*

Adducuntur aliquæ opiniones, *ibid.*

Diſtinguuntur plures caſus, *ibid. num.* 11. 12. & *ſeqq.*

Confiſcata bona Clericorum patrimonialia ob hæreſim pertinent ad Fiſcum Eccleſiaſticum, nempe Inquiſitionis, ſi adſit, vel Epiſcopi, *ibid. nu.* 11. & 13.

Epiſcopi tamen debent ea expendere juxta oraculum Papæ, vel Supremæ Inquiſitionis, *ibid. num.* 11.

Confiſcata bona Clericorum ob hæreſim applicantur Fiſco laicali in Hiſpania, & quid in Gallia, *ibid. nu.* 12.

Id procedit ex privilegio Papæ, *ibid.*

Confiſcata bona Regularis ob hæreſim ſpectant ad Monaſterium, *pag.* 165. *num.* 14.

Si tamen ſit Religionis incapacis poſſidendi, pertinent ad Cameram Apoſtolicam, *ibid.*

Confiſcata bona laicorum ob hæreſim debent dividi juxta trimembrem diviſionem, *ibid. nu.* 15. & 16.

Explicantur contraria, *ibid.*

Sed diverſimodè practicari in pluribus locis, quòd ſcilicet capiat Fiſcus laicus, *ibid. num.* 17. & 18.

Enunciantur aliqua loca, in quibus id non ſervatur, *ibidem*.

Quid ſervetur Neapoli circa talem confiſcationem, & an adſit, *ibid. num.* 19.

Quid in Statu Eccleſiaſtico, *ibid. num.* 20.

Et quid præſertim Bononiæ, *ibid.*

Confiſcata bona ob hæreſim, ſi applicentur Fiſco laico, cum quibus oneribus id fiat, *ibid. num.* 17. & *ſeqq.*

Confiſcata bona ob hæreſim an valeat Princeps laicus condonare, *ibid. num.* 21. & *ſeqq.* & *pag.* 166. *num.* 25. & *ſeqq.*

Edictum Regis Luſitaniæ inſubſiſtens refertur quoad hoc, *pag.* 165. *num.* 21.

Confiſcatio bonorum ob hæreſim nequit impediri à Judice laico, *ibid. num.* 22.

Confiſcata bona ob hæreſim nequit Fiſcus laicus capere, niſi poſt ſententiam, *ibid. num.* 23. & 24.

Imò non habet jus in illis, niſi eventuale à ſententia declaratoria Inquiſitoris, *ibid. nu.* 24.

Imò poſſunt puniri, ſi antea ſe ingeſſerint, *ibidem*.

Quid quoad ſequeſtrationem bonorum, & diſtributionem, ſeu liquidationem. *ibid.* & *pag.* 166. *num.* 26.

Confiſcata bona ob hæreſim poſſunt remitti à Principe laico ſibi ſpectantia, in certis caſibus, ſed non indiſtinctè, *pag.* 166. *num.* 27.

Confiſcatio bonorum contra hæreticos, in pluribus juribus tum Canonicis tum Civilibus ſtatuta eſt, *pag.* 47. *num.* 2.

Confiſcatio bonorum optimo jure ſtatuta eſt contra hæreticos, *ibid. nu.* 3.

Confiſcatio bonorum ob hæreſim incurritur ipſo jure, & ſtatim ac quis in hæreſim incidit, *pag.* 48. *num.* 7. *cum ſeqq.*

Rejiciuntur nonnulli contrarium ſentientes, *ibidem numero* 9.

Sententia confiſcationis ob hæreſim eſt tantùm declaratoria, & retrotrahitur ad tempus delicti, *ibid. num.* 15.

Confiſcatio bonorum ob hæreſim quàm fuit conveniens, *pag.* 163. *num.* 1.

Confiſcatio ob hæreſim imponenda eſt à ſolo Papa, *pag.* 164. *num.* 2. & *ſeqq.*

Non autem à Judice laico, *ibid.* & *num.* 3. & 4.

Confraternitas Sanctiſſimi Corporis Chriſti quando in Urbe fuit inſtituta, & approbata, *pag.* 171. *num.* 12.

Confraternitas Corporis Chriſti in qualibet Parochia inſtitui debet, non obſtante Conſtitutione 115. Clementis VIII. *ibid. num.* 13.

Confraternitates Crucesignatorum inſtitutæ ab Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis, *pag.* 102. *num.* 6.

Vota, quæ in illis emittebantur, *ibid.*

Modus recipiendi Confratres, ac votorum formula. Remiſſivè, *ibid.*

Confraternitates Crucesignatorum tempore interdicti localis, cui ipſi cauſam non dederint, non arcentur ab Eccleſia, & Divinis Officiis; ac in articulo mortis ejus Confratres abſolvi poſſunt à reſervatis, *ibid. numero* 8.

Plura eorundem privilegia innuuntur, *ibid. num.* 9.

Manent ſub Inquiſitorum protectione, non tamen ſunt exemptæ, *ibid. num.* 10. & 11.

Proindeque ab Epiſcopo viſitari poſſunt, *ibid.*

Confraternitates Crucesignatorum, quamvis ſint ſub protectione Inquiſitorum, viſitari poſſunt ab Epiſcopo, eidemque computa reddere tenentur, *ibid.*

Quid ſi nunquam fuerint viſitatæ? *ibid.*

Hæc computorum redditio fieri debet cum Inquiſitorum interventu, *ibid. num.* 12.

Con-

Digitized by Google

Congregatio Concilii; ac in ea intervenientes, habent indultum præſervativum ab irregularitate, & in quo caſu, *pag.* 155. *nu.* 7.
Congregatio Monachorum Corporis Chriſti, quando, & à quo inſtituta fuit, *pag.* 171. *num.* 11.
Ejuſdem Sodales Monachi ſibi, & Fratres de Officio Corporis Chriſti, cur ita fuerunt appellati, *ibidem*.
Congregatio Montis Virginis. Vide Montis Virginis.
Conſanguineus receptans latronem conſanguineum, mitiùs punitur, *pag.* 148. *num.* 12.
In hoc habenda eſt conſideratio proximitatis, *pag.* 149. *numer.* 13.
Similiter eſt procedendum in conſanguineo receptante hæreticum, *ibid. nu.* 14.
Conſecratio an differat à benedictione, *pag.* 190. *nu.* 15. & 16.
Conſecrandi mos antiquiſſimus eſt, *ibid. num.* 17.
Conſervatoria nunquam expreſsè approbari ſolent à Sede Apoſtolica, *pag.* 73. *num.* 44.
Conſervatoria dum neque tacitè neque expreſsè approbare vult Sacra Congreg. Concilii, ſuper eorundem juribus ſolet reſcribere cum clauſula, *citra &c. pag.* 174. *num.* 22.
Conſervatoria quoad Capellanos. Vide Capellanus.
Conſervatoria Puellarum quoad aſſervationem Euchariſtiæ. Vide Euchariſtia.
Conſolatio Hæreticorum quænam fuerit. Vide Hæreticorum conſolatio.
Conſtitutio circa Fidem, etſi concepta verbis Latinis, obligat etiam Græcos, alioſque, *pag.* 81. *nu.* 20.
Si nihil de Fide decernat, non ligat Græcos, niſi ſpecificè nominentur, *ibid. nu.* 21.
Vel niſi implicitè agatur de re Græcos tangente, *ibidem*.
Conſtitutio Zenonis Imperatoris quoad aſpectum maris eſt apocripha, vel non eſt in uſu, *pag.* 294. *num.* 22.
Conſtitutiones Pontificiæ ſtatuentes pœnas in hæreticos, obligant generaliter, quamvis ſint directæ certis perſonis, *pag.* 47. *num.* 2.
Conſtitutiones editæ ante Bonifacium VIII. & in corpore Decretalium non inſertæ, ſunt antiquatæ, *pag.* 24. *num.* 32.
Exceptis iis, quæ hæreticam pravitatem coercent, utpotè quia innovatæ fuerunt à Paulo IV. *ibidem*.
Conſuetudo immemorabilis quoad præſumptionem melioris tituli, ceſſat cùm adducitur titulus, ſuper quo innititur, *pag.* 175. *num.* 32.
Secus eſt cùm titulus producitur modo compatibili, & potiùs cumulativè, *pag.* 176. *num.* 35.
Conſuetudo immemorabilis æquiparatur centenariæ, licèt pinguior prima ſit, ſed difficiliùs ſecunda probatur, *pag.* 175. *num.* 34.
Conſuetudo centenaria requiritur in præſcriptionibus præjudicialibus Eccleſiæ Romanæ, *pag.* 176. *num.* 35.
Conſuetudo præjudicialis circa ea, quæ ad Ordinem Epiſcopalem ſpectant, dicitur corruptela, *pag.* 190. *num.* 24.
Conſuetudo quadragenaria ſuffragatur etiam contra aſſiſtentiam juris, dummodò vehementer non reſiſtat, *pag.* 175. *num.* 33.
Conventus Regularium quæ requirant pro fundatione, *pag.* 243. *num.* 4. & *pag.* 244. *num.* 15.
Converſæ. Vide Moniales Converſæ.
Corradus, ſeu Corradinus, nepos Friderici Imperatoris, qualiter obierit, *pag.* 123. *num* 4.
Corradus, ſeu Corradinus, nepos Friderici, ne eligeretur in Imperatorem, vetuit Papa Alexander IV. *ibid. nu.* 3. 5. & *ſeqq.*
Creditor Profeſſi in Religione capaci, quatenus non ſuccedens in fideicommiſſo qualificato, poſſit repetere damna, & intereſſe, *pag.* 213. *num.* 56. & *pag.* 214. *nu.* 69. & 70. & *ſeqq.*
Creditor nullum jus habet majus eo, quod eſt in debitore, *pag.* 213. *num.* 57.
Creditor Profeſſi in Religione Incapaci an poſſit ſuccedere in bonis fideicommiſſi, vel devolvantur ad ulteriores vocatos, *pag.* 214. *nu.* 71.
Creditores ejus, qui ingreditur Religionem, nullum habent jus in fideicommiſſo qualificato, à quo excluduntur Religioſi, *pag.* 213. *num.* 56. & *ſeqq.* & *pag.* 214. *num.* 69. & 70.
Crucesignati pro ſubſidio Terræ Sanctæ quam originem quemque progreſſum habuerint, quæve privilegia, *pag.* 102. *num.* 1.
Crucesignati ad hæreticos compeſcendos inſtitui poſſunt ab Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis, *ibid. num.* 2.
Eorum origo refertur, *ibid. nu.* 3. & 4. & *pag.* 109. *nu.* 1.
Eorum Indulgentiæ, *pag.* 102. *num.* 4. & 7.
Crucesignati erant veluti milites voluntarii, qui Crucis ſigno muniebantur, *ibid. num.* 5.
Illorum exercitus ad exterminandam ſectam Pſeudo-Apoſtolorum dimiſſus, *ibidem*.

Eorundem Confraternitates, & Vota, quæ emittebant; & modus eos recipiendi, *ibid. nu.* 6.
Crucesignati hodie ſunt Miniſtri & Familiares Inquiſitorum, *pag.* 109. *num.* 2. & 3.
Eorum privilegia, *ibid.* & *nu.* 4. & *ſeqq.*
Crucesignati tenentur nedum capere, ſed etiam denunciare hæreticos, *pag.* 150. *num.* 33.
Crucesignati. Vide Fautores hæreticorum, Confraternitates Crucesignatorum.
Cruciata indicta à Nicolao IV. recenſetur, *pagina* 286. *numero* 4.
Cruciatæ cur & quomodo fuerunt inſtitutæ, & nonnulla de eorum exitu differuntur, *pag.* 285. *num.* 3.
Cruciferi ſunt capaces acquirendi, & retinendi ſtabilia, ac ſuccedendi etiam ex perſona profeſſorum, *pag.* 19. *num.* 8.
Culcitra. Vide Funera.
Curſores quam fidem obtinent in judicio, *pag.* 241. *num.* 4. & *ſeqq.*
Quid in Curſoribus Sanctiſſimæ Inquiſitionis, *ibidem num.* 6.

D

DAntes, aut recipientes aliquid pro gratia aut juſtitia à Sede Apoſtolica obtinenda, excommunicationi, aliiſque pœnis ſubjiciuntur, ex Conſtitutione Bonifacii VIII. *pag.* 289. *num.* 5.
Eandem Conſtitutionem innovavit & extendit Gregorius XIII. Clemens VIII. & Alexander VII. & quomodo, *ibid nu.* 6.
Quæ Conſtitutio militat, ſive promittatur Judici, ſive Mediatori, *pag.* 290. *nu.* 7. & 8.
Hæc prohibitio procedit, etiam ſi promittatur, aut detur pro Guberniis, aliiſque Officiis, etiam minoribus; & quatenus aliquid novi induxerit præter jus commune, *ibid. nu.* 9. & 10.
Non tamen procedit quoad Advocatos, & negotiorum geſtores; & quid ſi plus debito exegerint, *pag.* 298. *num.* 16. & 17.
An ſub hac prohibitione comprehendantur Cardinales, Epiſcopi, & Conſanguinei Papæ, *ibid. nu.* 18.
Pœnæ in Conſtitutione contentæ, hodie an procedant contra ſcientes, & non revelantes, *pag.* 292. *nu.* 22.
Debitor decoctus manens ſub concurſu creditorum, poteſt in eorundem commodum contra ſuos debitores agere, *pag.* 47. *nu.* 28.
Debitor ſolvens creditori decocto, liberatur, niſi id faciat in fraudem, *ibid num.* 29. & 30.
Decaniſſa. Vide Abbatiſſa, Canoniſſæ.
Decimæ ſpirituales ſolvendæ ſunt Laicis ab Eccleſiaſticis, ſi illi ſint privilegio Apoſtolico muniti, *pag.* 186. *n.* 34.
Deciſiones Rotæ in Statu Eccleſiaſtico tanquam leges ſervandæ ſunt, ſi plenè diſcuſſo articulo proceſſerint, *pag.* 28. *num.* 53.
Delegatus Principis poteſt ſubdelegare, *pag.* 99. *nu.* 28.
Delicta ſequuntur ſuos auctores, *pag.* 91. *nu.* 2.
Demolitionis domus pœna, ex quibus delictis incurratur, *pag.* 51. *num.* 5. Vide Domus.
Denunciare Hæreticos quicumque cogi poſſunt, *pag.* 260. *num.* 3. & *ſeq.*
Denunciare omittentes Hæreticos, quibus pœnis puniantur, *ibid. nu.* 6. & 7.
Depoſitum dotis Monialium qualiter debeat fieri, *pag.* 67. *num.* 59.
Debet fieri in pecunia numerata, vel cedula bancaria; nec ſufficit in ſtabili, cenſu, vel obligatione, *ibid. num.* 60.
In Urbe ſufficit, quòd fiat in cedula Confraternitatum, *ibidem*.
Depoſitum dotis in deficientia Ædis ſacræ, vel Campſoris, ab Ordinario, vel Monaſterii Prælato approbando, fieri poteſt in Monaſterio cum duabus clavibus, quarum una ab Epiſcopo, altera ab Abbatiſſa retineatur, *ibid. nu.* 61.
Depoſitum dotis Monialium ſi fuerit factum penes perſonam privatam, cùm extat Ædes ſacra, cujus damno pereat, *ibid. num.* 65.
Depoſitum quoad hypothecam. Vide Hypotheca.
Diaconiſſa non diſcrepat à Presbytera, *pag.* 88. *nu.* 17.
Quæ Diaconiſſarum ætas, qualitas, ordinatio, habitus, Eccleſiaſtica diſciplina, & munus diverſum à Virginibus Veſtalibus, *ibid. nu.* 18.
Eiſdem non imprimebatur character, neque tribuebatur exercitium aliquod Sacerdotale, *ibid. num.* 17.
Diaconiſſarum munus exolevit, *ibid. nu.* 18.
Diaconiſſa. Vide Canoniſſæ.
Dictio, *ipſo jure*, *ipſo facto*, *ex nunc prout ex tunc*, quid importet, *pag.* 48. *num.* 7.

Digitized by Google

Dictio *vel* ſumitur aliquando expoſitivè, *pag.* 247. *num.* 7.
Dictio *velut* ſumi poteſt pro veritate, vel pro ſimilitudine, *pag.* 251. *num.* 10.
Dies incertus facit conditionem, *pag.* 36. *num.* 34.
Dignior in concurſu non dicitur ille, qui eſt alio ſanctior, vel doctior; ſed ultra has prærogativas, prudentia, aliaque opportuna temporibus & locis accomodata ad hoc inſpicienda principaliter ſunt, *pag.* 118. *num.* 18.
Diſpenſatio ad Ordines & Beneficia frequenter conceditur filiis hæreticorum per Sedem Apoſtolicam, *pag.* 96. *num.* 60. & 61.
Excipi tamen ſolent Beneficia Curata, primæ Dignitates, & Canonicatus in Cathedralibus, *ibid. num.* 62.
Diſpenſatio reſidendi. Vide Abſentes cauſa ſtudii.
Diſpoſitio extenditur ex præſumpta mente Teſtatoris, *pag.* 72. *num.* 31.
Diſputatio dubitativa in rebus Fidei cuicumque prohibetur, *pag.* 274. *num.* 18.
Diſputatio in rebus Fidei pro ejus defenſione, alia eſt materialis, alia formalis, & quando, aut quomodo ſit licita, *ibid. num.* 19. & 20.
Diſtantia non eſt neceſſaria inter unam Eccleſiam & aliam, de jure, *pag.* 243. *num.* 5.
Diſtantia per privilegia ferè communia debet ſervari inter Regulares quoad Eccleſias, & Conventus, *pag.* 243. *num.* 2. & *num.* 7. & *ſeqq.*
Diſtantia prædicta in aliquibus erat 300. cannarum, ſed in deſuetudinem abiit, *pag* 243. *num.* 8. & 9. & *pag.* 244. *num.* 15.
Diſtantia 140. cannarum debet ſervari tam inter Mendicantes, quàm inter alios Regulares, *pag.* 243. *num.* 10. & 11.
Ubi enunciantur plures Religiones, & etiam Clerici Regulares, imò Patres Oratorii, *ibidem.*
Diſtantia 140. cannarum quare fuit conceſſa Regularibus, *pag.* 244. *num.* 12.
Diſtantia 140. cannarum eſt in uſu, *ibid. num.* 14.
Diſtantia 140. cannarum quoad Patres Societatis Jeſu. Vide Societas Jeſu.
Diſtantia 140. cannarum quatenus poſſit diſpenſari, *pag.* 244. *num.* 14.
Non tamen ab Ordinario, *ibid.* & *num.* 15. *cum ſeqq.*
Diſtantia 140. cannarum inter Regulares non eſt abrogata per Bullas præſcribentes formam in erectione novorum Conventuum, *ibid. num.* 15.
Diſtantia 140. Cannarum inter Regulares an procedat in Hoſpitio, Seminario, & ſimilibus, *ibid. num.* 16.
Quid ſi concurrat ſpeciale privilegium, *ibid.* & *num.* 17.
Quid ſi fuerit domus conducta, *ibid. num.* 18.
Diſtantia 140. cannarum inter Regulares an procedat in ædificio jam cœpto, *pag.* 245. *num.* 19.
Diſtinguuntur nonnulli caſus, *ibid. num.* 20. & 21.
Diſtantia 140. cannarum inter Regulares an procedat in translatione Eccleſiæ, vel Conventus, *ibid. num.* 22.
Diſtantiæ 140. cannarum privilegium an ſit communicabile per communicationem privilegiorum, *ibid. num.* 19.
Diſtantia 140. cannarum inter Regulares quomodo menſurari debeat, *ibid. num.* 23.
Diſtantiæ 140. cannarum privilegium an ſuffragetur Regularibus contra Eccleſias ſæculares, *ibid. num.* 24.
Diſtantiæ 140. Cannarum privilegium conceſſum fuit PP. Auguſtinianis a Bonifacio VIII. *pag.* 292. *num.* 1.
Diſtantiæ 140. Cannarum privilegium conceſſum Regularibus an procedat contra Moniales, *ibid. num.* 2. & *ſeqq.*
Negativè reſolvitur, *pag.* 293. *num.* 1. 3. & 4.
Quid in privilegio particulari conceſſo contra Moniales, *ibidem.*
Diſtantiæ 140. cannarum privilegium ſtrictè eſt interpretandum, *ibid. num.* 2. Vide Moniales.
Diſtributiones quotidianæ non percipiuntur ab Inquiſitoribus, Familiaribus, & Miniſtris Inquiſitionis, *pag.* 110. *num.* 14.
Limita, ſi adſit ſpeciale Indultum Sedis Apoſtolicæ, *ibidem* & *num.* 15.
Et quòd ſoleat adiri S. Congr. S. Officii, *ibidem.*
Diſtributiones quotidianæ intereſſentibus accreſcunt, & loco earum tertia pars fructuum aſſignanda eſt, *pag.* 313. *num.* 26.
Quid ante Concilium ſervabatur, *pag.* 313. *num.* 26.
Diſtributiones. Vide Abſentes cauſa ſtudii, Canonicus.
Divortium inter conjuges an poſſit fieri ob morbum Gallicum, *pag.* 240. *num.* 23.
An ob lepram. Vide Leproſi.
Doctrina Chriſtiana. Vide Pueri.
S. Dominicus fuit auctor S. Inquiſitionis, cùm eſſet Canonicus Oxomenſis, *pag.* 97. *num.* 8.
Idem primus Inquiſitor deputatus fuit ab Innocentio III. *ibidem.*
Dominium, aliud eſt juriſdictionale, aliud fundiarium, *pag.* 184. *num.* 22.
Dominium fundiarium nunquam præſumitur, & eſt probandum; & quomodo? *pag.* 186. *num.* 37.
Dominium fundiarium præſumitur ex ſolutione laudemiorum, & alienationibus factis cum conſenſu domini, *pag. ibid. num.* 42.
Dominium fundiarium univerſale excluditur, ſi conſtet aliqua bona Territorii fuiſſe ſub dominio directo aliorum, *ibid. num.* 43.
Dummodò tamen non probetur eſſe ſubalternatum, *ibidem.*
Dominium in feudo importat juriſdictionem, non autem dominium particulare bonorum, *ibid. num.* 39.
Domus demoliendi mos ob majora crimina fuit etiam apud antiquos Romanos, *pag.* 51. *num.* 5.
Domus perduellium quo jure demoliantur, *ibid. num.* 6.
Domus percutientium, aut aliàs hoſtiliter inſequentium S. R. E. Cardinales, demolienda ſunt, *ibid. num.* 9.
Domus, in qua hæretici conventicula habent, demolienda eſt, quamvis ſit aliena, *ibid. num.* 10.
Domus hæretici dogmatizantis demolienda eſt, quamvis in ea conventicula non habuerit, *ibid. num.* 11.
Sententia, qua eædem domus demoliri jubentur, qua formula concipiatur. Remiſſivè, *ibid. num.* 12.
Et quid, ſi agatur de domo hæretici non dogmatizantis, *ibid. num.* 14.
Domus, in qua hæreticus dum inquiritur repertus fuit, demolienda eſt unà cum appendicibus, *ibid. num.* 15. & 17.
Quod procedit, etiam ſi reperiatur in aliqua Turri, *ibid. num.* 16.
Limita, ſi dominus domus procuraverit ibi hæreticum inveniri, vel aliàs ſit innocens, nec de hæreſi ſuſpectus, *ibid. num.* 18. & 19.
Domus, vel Turris, in qua hæreticus inquiri prohibetur, demolienda eſt, quamvis in ea non inveniatur, *pag.* 52. *num.* 21.
Domus ob hæreſim demolitur, quamvis ſit communis alteri, cui ſolvendum eſt pretium, *ibid. num.* 22.
Item ſi ſit alteri hypothecata, etiam mulieri pro dote, vel ſit ſubjecta fideicommiſſo, vel majoratui, *ibid. num.* 23. & 24.
Rudimenta domus ob hæreſim demolitæ, & bona in ea reperta, cujus lucro cedant, *ibid. num.* 25. & 26.
Domus ſi ob hæreſim demoliatur, ejus ſolum confiſcatur, & quatenus in eo reædificari poſſit, *ibidem num.* 27. & 28.
Idem ſolum ſale conſpergitur, & in eo erigitur columna, *ibid. num.* 29. & 30.
Domus demolitio intrat in crimine læſæ Majeſtatis humanæ in primo capite, ſecùs in ſecundo, *ibid. num.* 32.
Donatio facta à Laico intuitu ingreſſus in Religionem an poſſit revocari ante emiſſam profeſſionem, *pag.* 227. *num.* 90. & 91. & *ſeqq.*
Donatio facta intuitu ingreſſus in Religionem, in pluribus æquiparatur donationi ex cauſa mortis, & in pluribus differt, *ibid. num.* 92.
Donatio irrevocabilis facta à Novitio cum ſolemnitate Conciliari, nequit revocari, *ibid. num.* 93.
Donatio inter vivos facta ob ingreſſum in Religionem à Laico, an reſolvatur ob non ingreſſum, *pag.* 226. *num.* 88 & *ſeqq.*
Quid ſi agatur de non veris Religionibus, ubi de Monaſterio Septem Dolorum, & Turris Speculorum Urbis, & Congregationis Oratorii, *ibid. num.* 89.
Donatio facta à Laico ob ingreſſum in Religionem, vel etiam à Novitio. Vide Renunciatio.
Donatio facta ad favorem Cauſæ Piæ non requirit ſolemnitates, *pag.* 224. *num.* 70.
Limita, ſi fiat ab impubere, *ibidem.*
Dos præſtanda eſt à Monialibus in ingreſſu Religionis, *pag.* 62. *num.* 15.
Dos, quæ præſtatur à Monialibus in ingreſſu, propriè dicitur eleemoſina, *pag.* 63. *num.* 19
Et datur titulo eleemoſynæ, ne Monaſterium depauperetur, *pag.* 64. *num.* 28.
Dos non ſolvitur à Monialibus pro receptione habitus, & profeſſionis, ſed pro ſeſcudis oneribus; ideoque non redolet ſimoniam, *pag.* 63. *num.* 23. *cum ſeqq.*
Dos, quæ præſtatur à Monialibus in ingreſſu, eſt licita, quamvis agatur de Monialibus intra numerum, & Monaſterium ſit dives, *pag.* 64. *num.* 27.
Dummodò tamen non fiat pactum expreſſum, *ibidem.*
Afferuntur rationes, & decreta Sac. Congreg. *ibid. n.* 28.
Dos Monialium non debet eſſe congrua juxta legitimam, ſed regulari debet juxta taxam Monaſterii, *ibid. numero* 29.
Limita, ſi puella ingrediatur Monaſterium poſt mortem Patris, quia tunc integram legitimam obtinet, *ibidem numero* 30.

Hæc

Digitized by Google

Hæc limitatio indiſtinctè non eſt vera. Vide Filia excluſa.

Dos filiæ excluſæ à ſucceſſione, an pendeat à futuro conjugio, vel potiùs reputari debeat patrimonium Puellæ non minuendum ex qualitate nuptiarum, & ad effectum tranſmiſſionis, ſi moriatur innupta, *ibid. num.* 32.

Dos ſuccedit loco legitimæ, etiam ad effectum quantitatis, & quoad tranſmiſſionem, ſi Puella decedat innupta, & Pater diſponat ſimpliciter filiam dotari, *ibid. num.* 33.

Dos Monialium juxta taxam Monaſterii ſi legitimam ſuperet, adhuc debetur, dummodò ſit intra virilem, *ibid. num.* 34.

Dos debet eſſe triplicata, ſi ingreſſura habeat duas alias Sorores profeſſas in Monaſterio, *pag.* 67. *num.* 56.

Dos Monialium intra numerum qualiter differat à dote ſupranumerariarum quoad inveſtimentum, & diſtractionem, *ibid. num.* 57. & 58.

Dos Monialium quoad depoſitum. Vide Depoſitum.

Dos quouſque eſt in depoſito, non acquiritur Monaſterio, *ibid. nu.* 66.

Dos Monialium in pluribus convenit cum dotibus nubentium in Sæculo, & ferè iiſdem regulatur principiis, *pag.* 68. *num.* 1.

Dos Monialium gaudet privilegio *Auth. res quæ Cod. comm. de legat.* ut conſtitui poſſit ex bonis fideicommiſſariis, & pariat fructus, *pag.* 69. *num.* 2.

Dos poſt mortem Monialis non parit fructus, & percepti computari debent in ſortem, *ibid. num.* 3.

Dos Monialium ante noviſſima decreta Sacræ Congregationis Epiſcoporum conſtitui poterat in cenſu ſine pecunia, *ibid. num.* 4.

Dos majoris quantitatis relicta pro maritandis, quàm pro monacandis, an ſuſtineatur, *ibid. num.* 5.

Et ad contrarium inducendum, an & quæ conſuetudo requiratur, *ibidem*.

Dos minor relicta pro monacandis, ſi non ſufficiat, ſuppleri debet, *ibid. num.* 6.

Dos reſtitui debet, ſi Puella decedat in ſtatu Novitiatus, *pag.* 73. *num.* 48.

Non obſtante conſuetudine immemorabili in contrarium, *ibidem*.

Dos an debeatur Puellæ, ſi velit ingredi Monaſterium, in quo major dos ſolvitur, quàm in aliis, *pagin.* 65. *num.* 35.

Dos Monialium à principio taxari debet non rigoroſè inſpecta quantitate alimentorum, ſed principaliter attendi debet quantitas redditiuum ac onerum Monaſterii, *ibid. num.* 41. & 42.

Dos Monialium intra numerum in particularibus caſibus augeri poteſt, & qui ſint, *pag.* 66. *num.* 48.

Dos Monialium non debet eſſe minor ſcutis 200. quamvis ex uſu diverſarum Religionum aliquando ſit in ſumma ſcutorum 400. vel 500. & etiam 1500. *pag.* 65. *num.* 43.

Dos Monialium augeri poteſt ab Epiſcopo ex juſta cauſa, *pag.* 66. *num.* 44.

Abbatiſſa autem & Moniales propria auctoritate id facere non poſſunt, *ibid. num.* 45.

Dos Monialium ultra taxam recipi poteſt à ſponte dantibus, *ibidem*.

Dos Monialium minui non poteſt ab Epiſcopo, & eò minùs ab Abbatiſſa, abſque licentia Sacræ Congregationis, *ibid. num.* 46.

Dos Monialium favore particularis Puellæ diminui vel condonari ſolet, & quibus concurrentibus, *ibid. num.* 49.

Dos Monialium in totum non poteſt condonari abſque indulto Papæ, *ibid. num.* 50.

Dos ex qualitate forenſi augeri poteſt, & quare, *ibid. num.* 53.

Dos Monialium, quæ dicuntur ſupranumerariæ, debet eſſe duplicata, *pag.* 67. *num.* 55.

Dos Monialium acquiritur Monaſterio ſtatim poſt profeſſionem, *pag.* 73. *num.* 47.

Etiamſi in articulo mortis Novitia profiteatur, dummodò præceſſerit annus Novitiatus: & explicatur *Riccius* contrarium aſſerens, *pag.* 74. *num.* 53. & 54.

Et quid ſi verſetur in terminis profeſſionis emiſſæ in articulo mortis juxta Bullam B. Pii V. *ibid. num.* 55.

Dos acquiritur Monaſterio ante profeſſionem, ſi Novitia omnia eidem obtulerit, *ibid. num.* 58.

Item ſi dotans id expreſsè caverit, dummodò dos non ſuccedat loco legitimæ, *ibid. num.* 56. & 57.

Dos filiæ excluſæ à ſucceſſione an tranſmittatur? Vide Filia excluſa.

Dos. Vide Legatum.

Dotis præſtatio in ingreſſu Monialium an ſimoniam redoleat, *pag.* 62. *num.* 16. *cum ſeqq.*

Adducuntur rationes pro affirmativa. *ibid. num.* 17.

Contrarium eſt verius, & receptum in praxi, & erronec id refundunt aliqui ad conſuetudinem, aut ad conceſſionem Papæ, *pag.* 63. *num.* 21. & 22.

Aſſignatur vera ratio, cur hujuſmodi receptio dotis non ſit ſimoniaca, *ibidem*, & *num.* 24. & *pag.* 64. *num.* 25. *cum ſeqq.*

Adducitur reſolutio Sacr. Congregationis Concilii, *pag.* 64. *num.* 26.

Dotis Monialium depoſitum. Vide Depoſitum dotis.

Dubius in fide, infidelis eſt, *pag.* 174. *num.* 18.

Dionyſius Petra, Patruus Auctoris, Epiſcopus Capritanus, *pag.* 320. *num.* 4.

Ubi etiam tali occaſione, Pater, & alter Patruus Archiepiſcopus Surrenti enunciantur, *ibidem*.

E

EAdmundus inter Sanctos adſcribitur, *pagina* 112. *num.* 6.

Ejus natales, & nominis cauſa indicantur, *pag.* 111. *num.* 1. 2. & 3.

Quæ paſſus fuerit, & ejus obitus referuntur, *ibid. num.* 4. & 5.

Habuit adjutorem Riccardum, Epiſcopum Cicestrenſem, etiam inter Sanctos adſcriptum, *ibid. num.* 7.

Eccleſia filialis erecta in Collegiatam non tenetur accipere Olea ſacra à Matrice, *pag* 32. *num.* 19. & 20. *cum ſeqq.*

Eccleſia erecta in Collegiatam præcedit Matricem in actibus Collegialibus, *ibid. num.* 21.

Et quid ſi in erectione fuerit appoſita clauſula, *ſine præjudicio*, *ibid. num* 22. *cum ſeqq.* Vide Collegiata.

Eccleſia materialiter ſumpta plures ſub ſe continet ſpecies, *pag.* 37. *num.* 1.

Eccleſia Cathedralis eſt etiam Collegiatâ, *ibidem numero* 3.

Eccleſia Cathedralis à ſolo Papa erigi poteſt, *pag.* 42. *num.* 3.

Eccleſia Collegiata, alia eſt Sæcularis, alia Regularis, ſive Conventualis, *pag.* 37. *num.* 3. Vide reliqua verbo Collegiata.

Eccleſia quatenus poſſit eſſe ſimul Sæcularis, & Regularis, *pag.* 46. *nu.* 56. *cum ſeqq* Vide Collegiata.

Eccleſia de internis non judicat, *pag.* 104. *num.* 12.

Eccleſia eſt juſtitiæ cultrix, & nemini præjudicat, *pag.* 185. *num.* 27.

Eccleſia Cathedralis an habeat immunitatem per 40. paſſus, *pag* 243. *num.* 5.

Eccleſia quatenus habeat immunitatem per 40. paſſus, *pag.* 243. *num* 5.

Eccleſia nova quatenus poſſit prohiberi ne ædificetur, *ibidem*.

Eccleſia Romana vindicatur ab hæreticorum dictis circa proventus Eccleſiaſticos, *pag.* 285. *nu.* 2.

Eccleſiæ Fratrum Minorum, in quibus Conventus aderant, Conventuales appellatæ fuerunt ab Innocentio IV. qui in eis cœmeteria pro uſu Fratrum permiſit, *pag.* 36. *nu.* 1. & 2. Vide Minores.

Eccleſiæ filiales an aſſervare teneantur Euchariſtiam, *pag.* 175. *num.* 28.

Eccleſiaſtici feudatarii ſortiuntur forum Principis laici infeudantis, ubi conveniri & reconveniri debent, niſi ab eodem eximantur, *pag.* 184. *num.* 19.

Eccleſiaſtici ſubire tenentur etiam favore laicorum onera verè realia, quæ ſcilicet ex dominio territoriali & privato, non autem ex juriſdictionali procedunt, *pag.* 185. *num.* 27. & 28. *cum ſeqq.* & *pag.* 186. *num.* 36.

Eccleſiaſtici tenentur ſolvere onera cameralia, *pag.* 185. *num.* 31.

Eccleſiaſtici tenentur ad decimas Eccleſiaſticas, etiamſi bona acquiſiviſſent a laicis, *pag.* 186. *nu.* 34.

Eccleſiaſtici an teneantur ſolvere bonatenentiam, *pag.* 187. *num.* 44. *cum ſeqq.*

Afferuntur declarationes Sac. Congr. Immunitatis pro negativa, *ibid num.* 46.

Eccleſiaſtici tenentur ad onera pro utilitate particulari eorumdem bonorum impoſita, *ibid. num.* 47.

Educandæ. Vide Puellæ.

Electio Generalis, & Abbatum, tàm temporalium, quàm perpetuorum, an ſit facienda juxta *cap. Quia propter, de election. pag.* 232. *num.* 4. & *ſeqq.* & *pag.* 233. *num.* 11. & *ſeqq.*

Quid autem ſtante privilegio, vel in Superioribus ſubalternis, *ibid. num.* 15. & *ſeqq.*

Electio Abbatum, ſeu Generalium, fieri debet juxta leges proprias Religionis, *pag.* 232. *nu.* 5. & 6.

Necnon per vota ſecreta, *ibid. num.* 6.

Quid autem in electionibus aliorum Superiorum ſubalternorum, *pag.* 233. *nu.* 17.

Digitized by Google

Electio Generalium, Abbatum, & Superiorum Regularium, intra quod tempus fieri debet, & an ultra tempus à jure ſtatutum in *cap. ne pro defectu, de electione, ibid. nu.* 18. *& ſeqq.*

Declarantur in hoc privilegia aliquorum, & an intret communicatio, *ibid. nu.* 20. *& ſeqq. & pag.* 234. *num.* 23. *& ſeqq.*

Electio fieri poteſt ultra terminum juris, ſi concurrat juſta cauſa, *pag.* 234. *num.* 25.

Electio non tribuit electo jus in re, ſed ad rem, *pag.* 235. *nu.* 6. *& ſeqq.*

Contraria opinio, quòd plenum jus tribuat ante confirmationem, rejicitur, *pag.* 236. *num.* 8. *& ſeqq.*

Electio quatenus poſſit dici potentior confirmatione, *ibid. num.* 12.

Electio quatenus differat à confirmatione, & poſtulatione, *ibid. nu.* 13.

Elector Moguntinus. Vide Moguntinus, Lotharius Franciſcus.

Electores Imperii. Vide Imperatores.

Electores Imperii qui ſint, *pag.* 126. *num.* 25. *&* 26.

Jus electionis tranſit ad eorum deſcendentes, & quomodo, *ibid. nu.* 26.

Et an poſſint mutari per Papam, *ibid. nu.* 27.

Electus nequit adminiſtrare ſine confirmatione Superioris, *pag.* 235. *num.* 3.

Electus adminiſtrans ante confirmationem, incurrit pœnas, & quas, *ibid. nu.* 4. *& ſeq.*

Electus non confirmatus, non dicitur Prælatus, *pag.* 236. *num.* 9.

Electus non confirmatus, ſi obierit, non inducit novam vacationem, nec Beneficium vacat in Curia, ſi in eadem deceſſerit, *ibid. nu.* 9. 10. *& ſeq.*

Electus non confirmatus poteſt renunciare Beneficium extra manus Superioris, *ibid. num.* 1.

Emphyteuſis devolvitur in præjudicium Ceſſionarii, vel Creditorum, & quando, *pag.* 213. *num.* 61.

An debeantur ſaltem damna, & intereſſe, *pag.* 213. *num.* 64. *& pag.* 214. *num.* 69. *&* 70.

Emptor bonorum fideicommiſſariorum non poteſt inquietari a ſubſtituto ante mortem naturalem hæredis gravati, *pag.* 26. *num.* 32.

Quod procedit etiamſi hæres emiſerit profeſſionem in Religione bonorum incapaci, *ibidem.* Vide Monaſterium.

Epiſcopatus ſi ſint æquè principaliter uniti, in quo ex eis Epiſcopus reſidere, & Olea Sacra conficere debeat, *pag.* 31. *num.* 12. *cum ſeqq.*

Eadem Olea in uno Epiſcopatu confecta, mittenda ſunt ab Epiſcopo in altero Epiſcopatu unito, ſi adſit conſuetudo, *ibid. num.* 16.

Quatenus puniri valeant Parochi Diœceſis unitæ, Olea Sacra ab alieno Epiſcopo ſumentes, *pag.* 32. *num.* 16. Vide Epiſcopus, Olea Sacra.

Epiſcopus Regularis ab obſervantiis regularibus, quæ directè Officio Paſtorali non repugnant, ſed ex circumſtantiis poſſunt eſſe tales, poteſt ſecum, evenientibus caſibus, diſpenſare, *pag.* 119. *num.* 29.

Epiſcopus Regularis obſtringitur regularibus obſervantiis, quæ ſtatui Epiſcopali non repugnant, *ibid. & num. ſeqq.*

Rejicitur opinio, quòd dumtaxat ex quadam decentia non obligante ex tranſgreſſione ad culpam, eiſdem obſervantiis adſtringatur, *pagina* 120. *numero* 31. *cum ſeqq.*

Concluditur cum diſtinctione, an hujuſmodi obſervantiæ præcipiantur à Regula ſub temporalibus pœnitentiis, ſive potiùs ſub peccati reatu, *ibid. num.* 33.

Epiſcopus Regularis vi à coactiva ſuæ Regulæ ſubtrahitur; ideò ſi eidem contraveniat, non ſubjacet ejuſdem pœnis, *ibid. num.* 32. *&* 33.

Epiſcopus Regularis, ſi dimiſſo Pontificatu ad Clauſtra redierit, nova vota emittere non debet, *ibid. num.* 35.

Epiſcopus Regularis alligatur voto Religioſo caſtitatis, *ibid. num.* 36.

Epiſcopus Regularis liberatur ab obedientia Superiorum à die confirmationis, *pag.* 236. *nu.* 14.

Epiſcopus Regularis aſſumptus ab Ordine Prædicatorum, ſeu Minorum, tenetur relinquere Monaſterio omnia, quæ habet tempore aſſumptionis, ex Bulla Clementis IV. *pag.* 250. *num.* 1. *&* 2.

Ita in aliis Regularibus Epiſcopis, *ibidem.*

Epiſcopus Regularis poteſt diſpenſari à Superiore Regulari, ut retineat uſum aliquarum rerum acquiſitarum in Religione, *ibid. num.* 3. *& ſeqq.*

An requiratur Beneplacitum Apoſtolicum, & cum qua cautela debeat fieri, *ibid & pag.* 251. *num.* 4. *&* 5.

Et an pœna ſuſpenſionis in dicta Bulla poſſit extendi ad alios Regulares, *pag.* 252. *num.* 4.

Epiſcopus Regularis quæ poteſt retinere, vel non, poſt promotionem, *ibid. nu.* 5. *&* 6.

Epiſcopus Regularis ea, quæ acquiſivit tempore exiſtentiæ in Religione, debet illi relaxare; ea autem quæ acquiſivit tempore Epiſcopatus, propriæ Eccleſiæ, *ibid. num.* 6.

Quid in bonis induſtrialibus, *ibid. n.* 7.

Epiſcopus Regularis poteſt facere contractus ſuper bonis acquiſitis tempore Epiſcopatus, etſi ſit Religionis incapacis, *ibid. num.* 8.

Et tunc proprietatem acquirit Eccleſiæ, & adminiſtrationem ſeu uſum ſibi, *ibid. num.* 9.

Epiſcopus Regularis remanet eſſentialiter Religioſus, cùm non ſolvatur à tribus votis caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ, *pag.* 119. *num.* 21.

Probatur, cùm hujuſmodi diſſolutio non contingat nec ex natura rei, ob repugnantiam ſcilicet ſtatus Epiſcopalis cum Regulari, neque ex diſpenſatione juris, ſive Sedis Apoſtolicæ, *ibid. num.* 22. *cum ſeqq.*

Expenditur ad rem *can. ſtatuimus* 18. *quæſt.* 1. *ibid. nu.* 25. *cum ſeq.*

Epiſcopus Regularis per promotionem ſolvitur & quoad pœnam & quoad culpam à Religioſis obſervantiis, quæ ſtatui Epiſcopali repugnant, *ibid. num.* 28. *cum ſeqq.*

Enumerantur hujuſmodi obſervantiæ repugnantes ſtatui Epiſcopali, *ibid. num.* 29.

Epiſcopus Regularis non ſolvitur à voto obedientiæ, quamvis actualiter Superioribus Regularibus non ſubjaceat, ſed tantùm virtualiter, *pag.* 120. *num.* 38.

Ideò tenetur obedire Papæ, etiam uti Generaliſſimo omnium Religionum, *ibidem.*

Rejiciuntur Doctores contrarium aſſerentes, *ibid. num.* 37. *&* 39.

Epiſcopus Regularis quamvis deſinat eſſe membrum actuale, remanet tamen membrum virtuale Religionis, *ibid. nu.* 39.

Epiſcopus Regularis non liberatur à voto paupertatis, *pag.* 121. *nu.* 41.

Refelluntur Doctores allegati in contrarium, *ibidem.*

Epiſcopus Regularis ex ſola promotione nequit petere diſpenſationem à voto paupertatis, *ibid. num.* 44.

Epiſcopus Regularis acquirens cum pecunia obventa ex ſtabili ſuæ Menſæ, non poteſt ſtipulari favore tertiæ perſonæ, *pag.* 252. *num.* 11.

Secùs tamen ſi acquirat ex fructibus Menſæ, ſeu aliis ſibi ſpectantibus, *ibid. num.* 12.

Epiſcopus Regularis in vita habet liberam adminiſtrationem fructuum & bonorum, & in morte eſt tantùm uſuarius, *ibid. nu.* 13. *&* 14.

Prout eſt ſæcularis Epiſcopus, *ibid. nu.* 14.

Et donando peccaret, quamvis valeret donatio, *ibid. nu.* 14.

Contrarium reſolvunt alii Doctores, *ibid. nu.* 15.

Diſtinguuntur plures caſus, *ibid. nu.* 16. *& ſeqq.*

Epiſcopus Regularis acquiſitum ſtabile donare nequit, *ibid. nu.* 16.

Epiſcopus Regularis ex fructibus Menſæ nequit acquirere aliquid pro aliis, ſi ſit expenſa immoderata, ſecùs ſi moderata, *ibid. nu.* 17. *& ſeqq.*

Explicantur contrariæ auctoritates, *pag.* 253. *nu.* 20.

Declarantur prædicta quomodo procedant, *ibid. nu.* 22. *& ſeqq.*

Epiſcopus Regularis cenſetur diſpenſatus à Papa à voto paupertatis, & quomodo, *pag.* 252. *num.* 17.

Et poterit fructus expendere, & quomodo, *ibid. & num.* 18.

Epiſcopus Regularis recuperat locum in Collegio Doctorum Neapolitano, quem habebat ante profeſſionem, *pag.* 254. *num.* 31.

Epiſcopus Regularis an poſſit repudiare hæreditatem ſibi obventam, *pag.* 255. *num.* 34.

Et an poſſit adire eam, vel Eccleſia pro eo, *ibid. num.* 35.

Epiſcopus Regularis confirmatus, vel electus, acquirit hæreditates Eccleſiæ ſuæ in præjudicium Monaſterii, *ibid. num.* 36.

Epiſcopus Regularis renuncians Epiſcopatui, non acquirit Eccleſiæ, ſed Cameræ, ſeu Eccleſiæ Romanæ, *ibid. nu.* 36. *&* 37.

Quid in Epiſcopo Regulari titulari, *ibid. num.* 37.

Epiſcopus Regularis nequit teſtari, & alios actus cauſa mortis facere, *ibid nu.* 38.

Sed ſuccedit Eccleſia, vel Camera, ubi vigent jura ſpoliorum, *ibid. nu.* 39.

In Regno Neapolis ſuccedit Capitulum, juxta Conſtitutionem Innocentii XII. *ibid. nu.* 40.

Epiſcopi Regulares obtinere poſſunt à Papa facultatem teſtandi, *ibid. num.* 41. *& ſeqq.*

Non requiritur publica & magna cauſa, ſed ſufficit juſta, pia, vel honeſta, *ibidem.*

Nec dari poteſt diſpenſatio ſine cauſa, *ibid. nu.* 43.

Adducuntur plura exempla hujuſmodi diſpenſationum,

Digitized by Google

etiam in Ordine Reformatorum Divi Franciſci, & ad favorem conſanguineorum, & aliorum, *pag.* 256. *num.* 44.
Quæ diſpenſatio an expiret morte concedentis, vel in primo actu, *ibid. num.* 45.
Epiſcopi Regulares diſpenſati à Papa ad teſtandum, dicuntur diſponere non de ſuis rebus, ſed ex Papæ voluntate, *pag.* 255. *num.* 41.
Epiſcopi Regulares poſſunt eligere ſepulturam extra Cathedralem, aliàs ſepeliuntur in iſta, *pag.* 256. *num.* 46.
Adducitur reſolutio S. Congreg. Concilii in hoc, quæ demandavit Priori Conventus reſtitutionem Pluvialis Cathedrali, *ibid. num.* 47.
Epiſcopo Regulari relicta ſeu delata hæreditas, ante promotionem, Monaſterio; poſt promotionem, Eccleſiæ acquiritur, *pag.* 253. *num.* 25.
Quid ſi fuerit in ſpe ante promotionem, & purificata poſt eam, *ibid. & num.* 26.
Epiſcopo Regulari factum legatum, ſeu donatio ante promotionem, an remaneat Monaſterio, vel transferatur cum illo ad ſuam Eccleſiam, *ibid. num.* 27.
Diſtinguuntur caſus de relictis pro una vice, atque an intuitu Monaſterii, vel perſonæ, *ibid. & pag.* 254. *num.* 28. *& ſeqq.*
Epiſcopi Regulares maximè differunt à ſæcularibus quoad adminiſtrationem & uſum bonorum, *pag.* 253. *num.* 19.
Epiſcopi Regulares obtinentes à Papa facultatem teſtandi, debent exprimere qualitatem Regularem, *ibid. num.* 19. *& pag.* 255. *num.* 42.
Imò ſolent petere licentiam quoad donationem magni valoris, *pag.* 253. *num.* 19.
Epiſcopi Regulares poſſunt cogi ad dotandas pauperes conſanguineas, *ibid. num.* 21.
Epiſcopi Regulares peccant, ſi non dimetiantur expenſas, ſupellectilem, ac dona ex qualitate Religioſa, *ibid. num.* 23. *&* 24.
Epiſcopi Regulares Societatis Jeſu poſt emiſſionem Votorum omnia bona ſibi obventa deferunt in Societatem, *pag.* 254. *num.* 30.
Epiſcopi Regulares, qui renunciarunt bonis juxta formam Conciliarem ante profeſſionem, an recuperent bona, *ibid. num.* 31. *& ſeqq.*
Epiſcopus Olea ſacra benedicere debet in propria Cathedrali, & an id ei licitum ſit in aliis Eccleſiis Diœceſis, *pag.* 31. *num.* 9. *&* 10.
Epiſcopus Eccleſiarum unitarum in quanam ex eis Olea ſacra benedicere debeat, *ibid. num.* 12. *cum ſeqq.*
Epiſcopus tempore Interdicti quatenus poſſit benedicere Olea ſacra, *ibid. num.* 11. Vide Olea ſacra.
Epiſcopus Eccleſiarum æquè principaliter unitarum poteſt in alterutra reſidere, *ibid. num.* 13.
Congruum eſt, ut Epiſcopus reſidens in una, diebus ſolemnioribus quandoque reſideat in altera Eccleſia unita, *ibid. num.* 15.
Epiſcopus hæreticus, aut aliàs extra Eccleſiæ gremium exiſtens, validè conſecrat Olea ſacra, *pag.* 34. *num.* 40.
Item validè confert Ordines, quamvis Ordinati ſint ſuſpenſi ab Ordinum exercitio, etiamſi Epiſcopus ſit toleratus, *ibid. num.* 41. Vide Ordines.
Epiſcopus non poteſt erigere Eccleſiam Collegiatam, *pag.* 43. *num.* 7. *cum ſeqq.*
Epiſcopus non poteſt immutare ſtatum Eccleſiæ, nec de Collegiata facere non Collegiatam, *ibid. num.* 10.
Epiſcopus poteſt facere Collegiatam actu, ſi priùs fuerit tantum talis habitu, *ibid. num.* 12.
Epiſcopus quanto tempore præſcribat jus conferendi Canonicatus, & Beneficia, quorum collatio pertinet ad Capitulum, *pag.* 46. *num.* 54.
Epiſcopus augere poteſt numerum Puellarum in Conſervatoriis, auctis eorum redditibus, *pag.* 66. *num.* 52.
Epiſcopus nequit confirmare in aliena Diœceſi abſque licentia proprii Ordinarii, *pag.* 83. *num.* 47.
Prout neque in Diœceſi verè Nullius, *ibidem*.
Epiſcopus in propria Diœceſi nequit confirmare perſonas alterius Diœceſis, niſi prævio Epiſcopi proprii conſenſu, *ibid. num.* 48.
Uſus contrarium induxit, ſed an hujuſmodi uſus excuſet, *ibidem*.
Epiſcopus poteſt confirmare non Diœceſanum, qui cùm nondum ſit confirmatus, dimiſſorias ad Ordines obtinuit, ex præſumpta mente proprii Epiſcopi, *pag.* 84. *num.* 50.
Epiſcopus tenetur miniſtrare Chriſma gratis, neque pro eo quidquam poteſt exigere, *pag.* 86. *num.* 73.
Idemque juris erit quoad Vicarios, Cancellarios, alioſque familiares, *ibidem*.
Epiſcopus tenetur miniſtrare Sacramentum Confirmationis in actu Viſitationis, *ibid. num.* 74.
Nec pro collatione Chriſmatis poteſt exigere diſtinctam procurationem ab ea, quam pro Viſitatione exigit, *ibidem*.
Multòque minùs ſi tantùm Confirmationis cauſa ad aliquem locum acceſſerit, *ibidem*.
Et ſi fortè exegerit, reſtituere tenetur, *ibid num.* 75.
Quid in Archiepiſcopo, *ibid. num.* 74.
An ſuffragetur conſuetudo in contrarium, ſaltem quoad victualia, *ibid. num* 75. *&* 76.
Epiſcopus coercere poteſt hæreticos, ſive ſubditos, ſive exemptos; primos jure ordinario; ſecundos jure delegato, *pag.* 98. *num.* 13.
In Regulares hæreticos animadvertit jure delegato, *ibidem*.
A ſententia Epiſcopi in exemptos in cauſa hæreſis appellatur ad Papam, non ad Metropolitanum, *ibid. num.* 14.
Epiſcopus quoad Sacramentum Confirmationis. Vide Confirmationis Sacramentum.
Epiſcopus poteſt transferre Parochialem ad aliam Eccleſiam, cùm ob paupertatem nequeat in ea decenter aſſervari Euchariſtia, neque Parochiani in ſubſidium ſupplere poſſint, *pag.* 175. *num.* 26.
Epiſcopus in cauſis hæreſis ſervare debet formam procedendi, quæ præſcripta eſt Inquiſitoribus, *p.* 178. *num.* 9.
Epiſcopus nequit ſuo conſenſu & licentia privilegium à Papa limitatè conceſſum extendere, & ampliare, *pag.* 192. *num.* 36.
Epiſcopus invitatus in Eccleſiam exemptam extra ſuam Diœceſim, Pontificalia, etiam annuente Superiore, exercere nequit, *pag.* 193. *num* 46.
Et quid ſi eidem eſſet delegatum regimen Monaſterii Monialium exemptarum extra ſuam Diœceſim, *ibidem numer.* 47.
Epiſcopus an poſſit exercere Pontificalia in Eccleſia verè Nullius cum licentia ejuſdem Abbatis, *ibid. num.* 48.
Epiſcopus poteſt retinere duos Vicarios Generales, *pag.* 221. *num.* 37.
Epiſcopus dum concionatur nunquid poſſit ſolemniter benedicere, prævia ſolemni confeſſione, *p.* 271. *num.* 19.
Quid dicendum quoad aſſiſtentiam Canonicorum. Vide Canonici.
Epiſcopus eſt exequutor legatorum piorum, niſi eis datus ſit ſpecialis exequutor, *pag.* 286. *num.* 4.
Epiſcopus in cauſis hæreſis debet procedere cum conſilio Capituli, *pag.* 98. *num.* 17.
Epiſcopus ſi cauſæ cognitionem habeat à Summo Pontifice adverſus hæreticum, non eſt Judex ordinarius, ſed delegatus, *ibid. num.* 21.
Epiſcopus ſæcularis poteſt vovere paupertatem, *pag.* 121. *num.* 44.
Epiſcopus quatenus poſſit procedere contra exemptum, vel Regularem, in denunciatione excommunicationis juris, tam in facto notorio, quàm publico, latè diſcutitur, *pag.* 134. *num.* 10. 11. 12. *& ſeqq.*
Ubi declarantur & diſtinguuntur caſus cum reſolutionibus Sacr. Congreg. Concilii, *ibid. & pag.* 135. *nu.* 13.
Et quid in caſu *Can. ſi quis ſuadente diabolo*, contra quoque Subcollectorem ſpoliorum, *pag.* 135. *nu.* 12. *&* 13.
Et contra Ordinis Theutonici Commendatorem, *ibid. num.* 12.
Item contra Equitem Hieroſolymitanum, *ibid. nu.* 13.
Quid in hoc ſit conſiderandum inter denunciationem, & declarationem, *pag.* 134. *num.* 11. *&* 12.
Epiſcopus quatenus contra exemptum vel Regularem dicatur procedere judicialiter, *pag.* 135. *nu.* 14. *& ſeqq.*
Ubi quid ſi adſit proceſſus, & citatio, *ibidem*.
Epiſcopus poteſt procedere contra exemptos in declaratione cenſurarum juris, *pag.* 136. *nu.* 17.
Epiſcopus poteſt procedere excommunicando exemptos, vel Regulares, in caſu *cap. dilecto de ſentent. excomm. in* 6. *ibid. num.* 18.
Epiſcopus nequit proferre cenſuras contra exemptos, & Regulares, habentes privilegium ne poſſint excommunicari, *ibid. nu.* 19.
Limita, ſi ei fuerit conceſſa facultas à Papa, *ibid. numero* 19. *&* 20.
Vel quoad hoc ſpeciale privilegium exemptionis non habeant, *ibid. num.* 21.
Epiſcopus poteſt procedere cenſuris contra Regulares, & exemptos privilegiatos, ne poſſint excommunicari, in caſibus, in quibus à Concilio datur illi facultas hos cogendi, *ibid. num.* 22. *&* 23.
Et an id procedat in ſubſidium tantùm, *pag.* 136. *num.* 23. *& pag.* 137. *nu.* 35.
Reſpondetur contrariis, *pag.* 136. *nu.* 24.
Et præſertim, quòd in certis locis Concilium expreſſerit cenſuras, *ibid. nu.* 25. *& ſeqq.*
Epiſcopus Leproſus. Vide Leproſus.
Epiſcopus quoad præfixionem numeri Monialium. Vide Monialium numerus.
Epiſcopus Concionans. Vide Canonici.
Epiſcopum non dedecet eſſe pauperem, *pagina* 121. *numero* 43.
Epiſcopi habent facultatem interpretandi ſtatuta, non ſecùs atque Inquiſitores hæreticæ labis, quia ſunt Inquiſitores nati, *pag.* 90. *nu.* 6.

Epiſ-

Digitized by Google

Epiſcopi olim animadvertebant in hæreticos, tanquam Inquiſitores nati, *pag.* 97. *num.* 5.
Negligentes hæreſim compeſcere deponebantur, *ibid. numero* 6.
Eadem juriſdictione fruuntur poſt erectum Tribunal Inquiſitionis, *p.* 98. *nu.* 10.
Epiſcopi quoad abſolutionem ab hæreſi. Vide Abſolutio.
Epiſcopi ex Decreto Concilii Tridentini habent facultatem abſolvendi ab hæreſi occulta, & quid poſt Bullam Cœnæ Domini, *p.* 105. *nu.* 18.
Nonnulli affirmant, ſed in contrarium ſunt reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii, & Supremæ Inquiſitionis, *ibid. nu.* 18. & 19. *cum ſeqq.*
Idemque procedit quoad Epiſcopos Eccleſiæ Gallicanæ, *ibid. num.* 22.
Epiſcopi reſidentes in locis, in quibus hæreſes graſſantur, ſolent habere facultatem à Suprema Inquiſitione abſolvendi ab hæreſi, *p.* 106. *nu.* 23.
Et quæ ſit formula ejuſdem facultatis, *ibid. nu.* 24.
Epiſcopi quòd ex ſolis Regularibus adſciſci debeant, vel ſummopere congruat, non eſt indiſtinctè verum, *pag.* 117. *num.* 9.
Item opinio, quòd Regulares ad Epiſcoparum ineptiores ſint, refellitur, *p.* 118. *nu.* 15.
Epiſcopi Græci omnes ex Regularibus tantummodò aſſumuntur, & ſi in promovendis hujuſmodi qualitas deſideratur, priùs profeſſionem emittunt, *p.* 117. *nu.* 10.
Hic mos quare fuerit introductus, innuitur, *ibid.* & *p.* 118. *num.* 13.
Epiſcopis Græcis quatenus ſit permiſſum retinere uxorem, *p.* 118. *num.* 11.
Quoad eos ſtatutum fuit, ut uxor Epiſcopi electi Monaſterium ingrederetur; verùm ſi iterùm cohabitare vellet, poterat, quamvis dignitate Epiſcopali privabatur, *ibid. num.* 12.
Epiſcopi non tantùm poſſunt, ſed debent per Vicarium jus dicere, & in forenſibus ſe immiſcere, per ſe incumbendo ad dirigendas oves ſibi commiſſas ad portum ſalutis æternæ, *ibid. num.* 16.
Epiſcopi eligi & promoveri debent, qui cæteris ſunt aptiores & digniores, ex vi juſtitiæ diſtributivæ. *ibid. numer.* 17.
Ex quibus deſumatur, quem eſſe aptiorem, & digniorem, *ibid. num.* 18.
Epiſcopi habent immediatè à Papa poteſtatem juriſdictionis, *p.* 153. *num.* 24.
Epiſcopi vel promoventur à Sede Apoſtolica, vel ad nominationem Regum, vel aliqui per electionem Capitulorum, ſed omnes a Papa inſtituuntur, *pag.* 236. *numer.* 17. & *ſeqq.*
Papa poteſt Epiſcopum, ut ſuprà nominatum, ſeu electum, rejicere, *ibid. nu.* 20.
Epiſcopi in Synodo poſſunt cogere ad denunciandum inconvenientia, quæ adſunt in Parochia, *p.* 260. *nu.* 4.
Epiſcopi cum Inquiſitoribus circa juriſdictionem in cauſis hæreſis. Vide Inquiſitores.
Epiſcopi faventes hæreticis. Vide Fautores hæreticorum.
Epiſcopi quoad Indulgentias. Vide Indulgentiæ.
Eremitæ D. Auguſtini à quo tempore metiuntur præcedentiam, *p.* 122. *nu.* 9.
Eremitæ D. Auguſtini quænam privilegia obtineant, *ibid. num.* 10.
Eremitæ D. Auguſtini habent privilegium, ut aſſumatur ex eorum Ordine Sacriſta Capellæ Pontificiæ, *ibid. nu.* 11.
Eremitæ D. Auguſtini habent plures Congregationes etiam Diſcalceatorum, *ibid.*
Eremitarum origo, & differentia à Cœnobitis. Remiſſivè, *p.* 121. *num.* 1.
Eremitarum D. Auguſtini origo quando fuerit, *p.* 121. *nu.* 2. & *p.* 122. *num.* 3. & 4.
In hac materia originis Religionum vitandæ ſunt contentiones, & quare, *ibid. nu.* 2. & 3.
Eremitarum D. Auguſtini unio facta ſub Alexandro IV. recenſetur, *p.* 122. *nu.* 5.
Earum Congregationes fuerunt unitæ, cum habitu uniformi, ac aliis præſcriptis, *ibid. nu.* 6. 7. & 8.
Euchariſtia continet Chriſtum præſentialiter, & realiter, *p.* 171. *nu.* 2.
Euchariſtia in privatis domibus ab antiquis Chriſtianis aſſervabatur, & qua de cauſa, *ibid. nu.* 4.
Mirabile occurſum cuidam Mulieri narratur, quæ Euchariſtiam in arca incluſam ſervabat, *ibid.*
Euchariſtia in Eccleſia cuſtodiri debet ſub fideli cuſtodia, *p.* 173. *num.* 6.
Euchariſtia collocari debet in Tabernaculo poſito in medio Altaris, non verò in columbis, ſive arculis appenſis, ut olim conſueverat, *ibid. nu.* 12.
Euchariſtia aſſervari non debet in loco imaginario; & quid olim ſignificabatur pro imaginario loco, *ibid.*
Euchariſtia aſſervari non poteſt abſque Apoſtolico Indulto in Granciis Regularium, *p.* 174. *nu.* 23.
Quibus concurrentibus fuerit hujuſmodi Indultum aliquando conceſſum à Sacra Congreg. Concilii, *ibid.*
Euchariſtia an retineri poſſit in Eccleſia Collegiata, *ibid. num.* 24.
Concluditur pro negativa, *ibid.*
Euchariſtia aſſervari debet in Parochiali, etiamſi paupertate laboret; quo caſu impenſæ pro aſſervatione ſubminiſtrari debent a Parochianis, *pag.* 175. *num.* 26.
Refertur Decretum Sacræ Congregationis Concilii, in quo alio medio etiam proviſum fuit, *ibid. num.* 27.
Euchariſtia an aſſervari debeat in Eccleſiis filialibus, *ibid. num.* 28.
Euchariſtia nequit retineri in Eccleſiis non Parochialibus, niſi cum Indulto Sedis Apoſtolicæ; nec ſufficit licentia Epiſcopi, *ibid. nu.* 29. & 31.
Afferuntur Decreta Sacræ Congr. Concilii in caſibus particularibus, *ibid. num.* 30.
Euchariſtia an aſſervari poſſit in Eccleſiis non Parochialibus, ſtante longæva conſuetudine, *ibid. num.* 32. *ad* 37.
Adducuntur plures ſpecies conſuetudinis, & concluditur pro centenariâ, vel immemorabili, *ibid.*
Euchariſtiæ Sacramentum etiam in Eccleſia Græca fit apponendo aquam in Calice, *pag.* 87. *nu.* 5.
In quo differant Græci à Latinis in hoc, *ibidem.*
Et quatenus toleretur eorum ritus, *ibid.* & *num.* 7.
Armeni aquam non apponunt; ſed eorum error, & ſententia improbatur, *ibid. num.* 6. Vide Aqua.
Euchariſtia reponi debet intus Pyxidem argenteam, non verò in vaſculis eburneis, aliiſque, *pag.* 173. *nu.* 13.
Euchariſtia aſſervari poteſt in Parochialibus abſque diſpenſatione Apoſtolica; imò quacumque conſuetudine non obſtante, omninò eſt aſſervanda, *ibid. num.* 15. & *pag.* 174. *num.* 25.
Euchariſtia præcipuè aſſervatur ad opus morientium, ne abſque viatico ab hac vita decedant, & in reliquis denegatur, *pag.* 173. *num.* 15.
Euchariſtia aſſervari non eſt neceſſe in Parochiali habitu tantùm, dum deficit Populus, *ibidem.*
Euchariſtia aſſervari poteſt in Cathedralibus, *ibidem.*
Euchariſtia in Cathedralibus collocari debet extra Altare majus in Capella decenter ornata, & quare, *ibid. numero* 16.
Et quatenùs in Altari majori ſit collocata, transferri debet ad Sacellum cum conſenſu Capituli, *ibid.*
Referuntur Decreta Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Congregationis particularis, *ibid.*
Euchariſtia in Collegiatis congruentiùs collocatur in Sacello ſeparato, quàm in Altari majori, & quare, *pag.* 174. *num.* 17.
Euchariſtia in Eccleſiis Regularium & Monialium aſſervari poteſt, & aſſignatur ratio, *ibid. nu.* 18. & 19.
Euchariſtia in Eccleſiis Monialium retineri debet extra clauſtra, nec in interiori parte Eccleſiæ verſus Chorum aſſervari poteſt abſque Indulto Apoſtolico, *ibid. nu.* 19.
Adducitur reſolutio Sacræ Congregationis Concilii, ubi exprimuntur clauſulæ, quæ ſolent apponi in hujuſmodi indultis aſſervandi Euchariſtiam, *ibid.*
Euchariſtiæ Sacramentum in die Cœnæ Domini confectum à Græcis conſervari non debet per annum, ſed tantùm per quindecim dies pro infirmis, *pag.* 88. *num.* 11.
Neque poteſt coqui, vel oleo liniri, *ibidem.*
Euchariſtiæ Sacramentum ſi quis dixerit non eſſe peculiari celebritate venerandum, anathema à Sacr. Concil. Trid. declaratur, *pag.* 170. *num.* 5.
Euchariſtiæ Sacramentum quanta ſit veneratione dignum, *ibid. num.* 6.
Euchariſtia ante, & poſt uſum, Chriſtum continet, *pag.* 172. *num.* 1.
Euchariſtiæ Sacramentum non conſiſtit in re tranſeunte, *ibidem.*
Quid de eo dicant Acatholici, *ibid.*
Euchariſtiæ aſſervationem improbantes, ſunt excommunicati, *ibid. num.* 2.
Euchariſtiæ Sacramentum aſſervari debet, prout à primis Eccleſiæ temporibus cuſtodiri conſuevit, *ibid. nu.* 2. & 3.
Euchariſtiæ aſſervatio in domibus privatis à Sacris Canonibus fuit abrogata, *ibid. num.* 5.
Euchariſtiæ Sacramentum in Eccleſia conſumi debet, *ibidem.*
Euchariſtiæ Sacramentum in partibus Infidelium, nec in Eccleſia, nec domi aſſervari debet, *pag.* 173. *num.* 6.
Euchariſtiæ Sacramentum collocari debet in Eccleſia in loco ſeparato, mundo, ac ſub fideli cuſtodia, *ibid. numer.* 10.
Euchariſtiæ aſſervatio in Capella intra Clauſtra PP. Oratorii fuit permiſſa a Sacra Congregatione pro quatuor anni temporibus, in quibus fiunt exercitia ab Ordinandis, *pag.* 174. *num.* 20.
Euchariſtiæ aſſervatio non permittitur in Conſervatoriis, ſive Collegiis, propria auctoritate, vel ſolius Ordinarii conſtitutis, *ibid. num.* 21. & 22.

Eucha-

Digitized by Google

Euchariſtiam venerantibus plures Indulgentiæ fuerunt ab Urbano IV. conceſſæ, *pag.* 172. *num.* 2.

Euchariſtiam Mariæ Scotorum Reginæ quatenus à Sede Apoſtolica fuerit indultum, ut apud ſe retineret, *pag.* 173. *num.* 7.

Euchariſtiam penes ſe retinentes, ſunt excommunicati, & qua pœna puniendi ſint, *ibid. num.* 9.

Euchariſtiam incautè aſſervans, tribus menſibus ab officio ſuſpenditur, *ibid. num.* 10.

Et ſi aliquid nefandum inde contigerit, graviori pœna eſt plectendus, *ibidem*.

Euchariſtiam difficiliter aſſervari permittitur in Oratoriis privatis, & Capellis, præſertim ruralibus, *pagin.* 176. *num.* 37.

Si tamen adſit concurſus Populi, & diſtent à Parochiali, aliquando cum nonnullis clauſulis hujuſmodi indultum fuit conceſſum, *ibid. nu.* 38.

Euchariſtiam cùm aſſervari permittitur in Eccleſiis Collegialibus, ſive Confraternitatum, ſolet addi clauſula, ſine præjudicio Jurium Parochialium, & de conſenſu Epiſcopi, *ibid. num.* 39.

Euchariſtiam apud ſe retinens. Vide Suſpectus de Hæreſi.

Euphemius Patriarcha Conſtantinopolitanus, circa Sæculum quintum expellitur ab Anaſtaſio Imperatore, ſuffecto in ejus locum Macedonio, *p.* 80. *nu.* 3.

Examen Teſtium in cauſis hæreſis. Vide Inquiſitores.

Exceptio hæreſis, vel excommunicationis, quatenus cognoſci poſſit à Judice Laico, *p.* 4. *nu.* 9.

Exceptio excommunicationis an ſit dilatoria, vel peremptoria, *ibidem*.

Excluſio omnimoda, ſeu extinctiva, & per viam regulæ, quænam ſit, *pag.* 26. *num.* 36. *&* *p.* 27. *nu.* 40.

Excluſio per viam regulæ appoſita in parte diſpoſitiva Teſtamenti, non afficit partem conditionalem, *p.* 27. *nu.* 39. Vide Monaſterium.

Excluſio Religioſorum an importet excluſionem eorum, qui non ſunt in vera Religione, *p.* 212. *nu.* 49.

Excluſio Monialium an importet excluſionem Oblatarum, ubi de Oblatis Septem Dolorum, & Turris Speculorum Urbis, *ibidem*.

Excluſio Presbyteri beneficiati non importat excluſionem profeſſi, *ibid. num.* 50.

Excluſio facta verbis prægnantibus quoad Religioſos, excludit etiam exiſtentem in aliqua Congregatione, ut eſt ea Patrum Oratorii, *ibid. nu.* 51.

Excommunicatio opponi poteſt à Reo contra Actorem excommunicatum, in Judicio agere volentem, *p.* 4. *nu.* 9.

Quatenus Judex Laicus de tali exceptione cognoſcere poſſit, *ibidem*.

Excommunicatio incurritur à non deferentibus libros prohibitos Inquiſitoribus, *p.* 12. *nu.* 19.

Quod procedit ſolùm quoad libros prohibitos ſub pœna excommunicationis, *ibid num.* 16.

Excommunicatio pro actu merè interno, minimèque cognito, non incurritur, *pag.* 105. *nu.* 14.

Excommunicatio contra dantes & accipientes pro Gratiis & Juſtitia in Romana Curia. Vide Dantes, aut Recipientes.

Excommunicatio contra Hæreticos. Vide Hæretici.

Excommunicatus permutans Beneficium cum altero non excommunicato, ipſe quidem nihil acquirit, ſed transfert in permutantem, *pag.* 94. *nu.* 40.

Secus eſt in filio hæretici permutante; & quæ ratio diſcriminis, *ibidem*.

Excommunicatus remanet inhabilis ad Beneficia obtinenda, non tamen amittit priùs obtenta, *p.* 95. *nu.* 40.

Excommunicati publici, ante Concilium Conſtantienſe, publicè; occulti, occultè vitandi erant, *pag.* 107. *num.* 31. *&* 38.

Poſt *Extravagantem Ad evitanda*, vitandi tantùm ſunt excommunicati denunciati, & notorii Clericorum percuſſores, *ibid. num.* 32.

Referuntur Concilia contrarium ſtatuentia, *ibid. nu.* 34.

Hodie viget Extravagans præcitata, *ibid. nu.* 38.

Neque obſtat, quòd Nicolaus V. confirmaverit nonnulla acta Concilii Baſileæ quoad beneficialia, & cenſuras, *ibid. num.* 35.

Quid ſervetur in Gallia, *ibid. num.* 38.

Exempti circa Cenſuras. Vide Regulares.

Exempti ut Cenſuris ab Ordinariis nequeant plecti, an & quando debeant allegare, vel producere privilegium, *pag.* 133. *num.* 5. *&* *p.* 134. *nu.* 6. Vide Regulares.

Exemptio à Gabellis & Tributis an à Principibus Laicis abſque læſione Immunitatis Eccleſiaſticæ concedi poſſit Eccleſiaſticis, *pag.* 182. *num.* 4. *&* *p.* 184. *nu.* 21. *cum ſeqq.*

Exemptio ab oneribus verè realibus an veniat ſub generali communicatione privilegiorum, *p.* 187. *num.* 48.

Exemptio ſimplex non eximit locum à ſituatione, *pag.* 193. *numero* 45.

Exequiæ an poſſint habere emolumentum, *p.* 229. *num.* 15. *& ſeqq.*

Reſolvitur ſervandam eſſe conſuetudinem moderatam, & quomodo hæredes cogi poſſint ad eam ſervandam, *ibid. & pag.* 230. *num.* 19.

Exequiarum taxa debet eſſe moderata, & quæ pro ea ſint conſideranda, & à quibus facienda, *pagin.* 230. *num.* 20. 21. 26. *& ſeqq.*

Exequiæ requirunt præſentiam ſolius Parochi, nec poſſunt cogi hæredes invitare Capitulum, *p.* 230. *nu.* 22. *&* 23.

Quid agendum, ſi Capitulum haberet curam Animarum, vel adeſſet conſuetudo, *ibid. num.* 24. *& ſeqq.*

Exequiæ. Vide Funera.

Exhibitio proceſſus contra hæreticos, eorumque fautores, demandari poteſt ſub coactione per Cenſuras ab Inquiſitoribus, *pag.* 158. *num.* 2. *&* 3. *& ſeqq.*

Item quæcunque Inſtrumenta & Scripta ad Inquiſitionem pertinentia, imò Imagines & Statuas, omniaque quibus proceſſus inſtrui poſſint, *ibid. num.* 4. *&* 5. *& ſeqq.*

Extravagans *Ad evitanda*. Vide Excommunicatio, Excommunicati.

F

Fabrica, ſeu ædificium, qua diſtantia fieri debet ab alio ædificio, *pag.* 194. *num.* 12. *&* 13.

Quid ſi adſit via intermedia, privata, vel publica, *ibidem*.

Quid in Mœnianis, *ibid.*

Et an poſſit fieri, ſi ventus, vel aer impediatur, *ibid.*

Quid ſervetur Neapoli circa diſtantiam ædificiorum, ubi adeſt Pragmatica quoad hoc; & an procedat contra Eccleſiaſticos, & Regulares, ac Moniales, ſeu inter ipſos, *ibid. num.* 14.

Fabrica quoad Monaſteria Monialium, & Virorum. Vide Diſtantia, Moniales.

Familiares Inquiſitionis fruuntur Indulgentiis, aliiſque privilegiis tam ſpiritualibus quàm temporalibus conceſſis Crucefignatis, *pag.* 109. *num.* 3. *&* 4.

Et præſertim poſſunt deferre arma, *ibid. num.* 4.

Familiares Inquiſitionis fruuntur privilegio Fori Inquiſitorum, *ibid. num.* 5. *&* 6.

Motivum ceſſionis dicti privilegii & aliorum affertur, *ibidem num.* 6.

Familiares Inquiſitionis an gaudeant privilegio fori Inquiſitorum ex Pontificia conceſſione, vel ex privilegio Regum, ſeu conſuetudine, *ibid. num.* 7. *& ſeqq.*

Firmatur potuiſſe Papam, familiares prædictos, etſi Laicos, eximere à foro proprio, & ſubdere Inquiſitioni, *ibid. num.* 8.

Familiares ſeu Miniſtri Inquiſitionis in officio delinquentes debent puniri privativè à ſolis Inquiſitoribus, *ibid. num.* 9.

Et ratione officii delinquunt, ſi delinquant in uſu armorum, *pag.* 110. *num.* 10.

Familiares ſeu Miniſtri Inquiſitionis ſi delinquant extra officium, contra aliquos firmatur etiam gaudere foro Inquiſitorum, *ibid. num.* 11.

Imò etiam in Criminalibus, *ibid.*

Quid juxta Concordata in Hiſpania, tam in Criminalibus, quàm Civilibus, *ibid. nu.* 12. *&* 13.

Familiares ſeu Miniſtri Inquiſitionis quoad diſtributiones quotidianas. Vide Diſtributiones quotidianæ.

Familiares ſeu Miniſtri Inquiſitionis debent ſatisfacere præcepto annuæ Communionis Paſchalis in propria Parochia, *ibid. num.* 16.

Familiares Judicum an aliquid poſſint recipere pro faciliori & promptiori aditu ad eoſdem, *pag.* 291. *nu.* 17.

Fautores Hæreticorum dicuntur Magiſtratus, Principes, Epiſcopi, & Inquiſitores, ſi omittant, & negligant eorum munus exercere contra eos, *pagin.* 149. *num.* 25. *& pag.* 150. *nu.* 26. *& ſeqq.*

Imò dicti Epiſcopi & Inquiſitores poſſunt condemnari uti violenter ſuſpecti de hæreſi, *ibid. nu.* 30.

Et Epiſcopi ſunt deponendi, *ibid. nu.* 31.

Fautores Hæreticorum etiam omiſſione ſunt Crucefignati, & Familiares Inquiſitionis, & quando, *ibid. nu.* 32.

Item Cuſtodes Carcerum, *ibid. nu.* 34.

Fautores Hæreticorum dicuntur etiam perſonæ privatæ, ſi requirantur ab Epiſcopo vel Inquiſitore ad præſtandum auxilium, ac renuant; ſecùs ſi non requirantur, *ibidem num.* 35. 36. *&* 37.

Explicatur ad rem Conſtitutio 15. Alexandri IV. *ibid. numer.* 37.

Fautores Hæreticorum an dicantur etiam perſonæ privatæ omittentes denunciare hæreticos, *ibid. num.* 38. *& ſeqq.*

Diſtinguuntur inter obligatos ex munere, & ex edicto, aut ex ſpeciali præcepto, *ibid. nu.* 39. 40. *&* 41.

Fautores Hæreticorum ſunt ſuſpecti de hæreſi, ſed majores pœnas incurrunt, *pag.* 246. *nu.* 2.

Fautores Hæreticorum incurrunt in excommunicationem, *ibid. num.* 3.

Digitized by Google

Sunt ſtatim infames; & poſt annum poſſunt condemnari ut hæretici, *ibid.* & *num.* 4.
Fautores hæreticorum privantur officiis publicis, & ſunt inhabiles ad ea obtinenda, *ibid. num.* 5.
Fautores Hæreticorum dicuntur, ſtatuta condentes contra Inquiſitionis Officium, *pag.* 132. *num.* 10.
Fautores Hæreticorum qui dicantur, *pag.* 148. *num.* 6. & *ſeqq.*
Fautores Hæreticorum ſunt etiam ii, qui dicuntur receptatores, & defenſores, *ibid. num.* 6.
Imò ea, quæ decernuntur de fautoribus, procedunt etiam in ipſis receptatoribus, & defenſoribus, *ibid. nu.* 7.
Si tamen ſint defenſores errorum Hæreticorum, ſunt Hæretici, *ibid. num.* 8. & *ſeqq.*
Fautores Hæreticorum ob aliam cauſam, quàm Hæreſis, non reputantur verè fautores, nec in foro externo, nec interno, *pag.* 149. *num.* 15. & 16.
Imò nec incurrunt excommunicationem, *ibidem*.
Et dicuntur fautores materiales, prout Hæretici materiales, *ibidem*.
Fautores Hæreticorum, quos ignorant tales, non dicuntur verè fautores, *ibid. num.* 17.
Quomodo, & cui incumbat probare hanc ſcientiam, vel ignorantiam, *ibid. num.* 18.
Diſtinguitur inter Hæreticum notorium, vel publicè denunciatum, & non talem, *ibid.*
Idem dicendum de Cauponibus, Stabulariis, aliiſque Hæreticorum receptatoribus, *ibid. num.* 19.
Fautores Hæreticorum ſunt, qui favent Hæretico cognito uti tali, *ibid. num.* 20.
Explicatur *Extravag. Ad evitanda* circa hoc, *ibidem numer.* 21.
Fautores Hæreticorum dicuntur, qui impendunt favorem tam committendo, quàm omittendo, *ibid. num.* 22. 24. & *ſeqq.*
Explicantur caſus, ſi teſtimonium ferant, laudent, prædicent Hæreticos, ac factis vel verbis faveant, & hujuſmodi, *ibidem*.
Ita præſtantes Hæreticis pecunias, vel alimenta, niſi ſint in extrema neceſſitate, *ibid. nu.* 23.
Fautores Hæreticorum ex commiſſione ſunt tam perſonæ privatæ, quàm publicæ; ſecùs ex omiſſione, *ibid. nu.* 24.
Rationes hujus diſtinctionis adducuntur, & quæ ſint publicæ perſonæ ad hunc effectum, *ibid. num.* 25. & *pag.* 150. *nu.* 26. 35. & *ſeqq.*
Fautores Hæreticorum ſunt inhabiles ad Beneficia, & an ipſo jure priventur iis, *pag.* 246. *nu.* 6. & 7.
Fautores Hæreticorum ſunt inhabiles ad teſtimonium ferendum, *pag.* 247. *nu.* 8.
Quid in cauſis hæreſis, & actibus extrajudicialibus, *ibid. num.* 9.
Fautores Hæreticorum ſunt inteſtabiles activè, & paſſivè, *ibid. num.* 10.
Nec poſſunt alios vocare in jus, ſed valent vocari, *ibid. num.* 11.
Nec poſſunt eſſe Judices, Arbitri, & Advocati, *ibid. num.* 12.
Fautores Hæreticorum ſi ſint Notarii, non merentur fidem; & quid de inſtrumentis ante delictum factis, *ibid. numer.* 13.
Fautorum Hæreticorum pœnæ indicantur, *ibid. nu.* 14.
Fautores Apoſtatarum puniuntur tamquam fautores Hæreticorum, *pag.* 281. *num.* 10.
Et quid ſi fautores ſunt Judæi, *ibid. nu.* 11.
Fautores Hæreticorum quoad Eccleſiaſticam ſepulturam. Vide Hæretici.
Feneſtræ habentes proſpectum in Monaſteriis Regularium, aut Monialium, quatenus prohiberi poſſint. Vide Monaſteria.
Feſtum Sanctiſſimi Corporis Chriſti ab Urbano IV. fuit inſtitutum, & à quibus Pontificibus ſubſequenter confirmatum, *pag.* 170. *num.* 4.
Feſtum Sanctiſſimi Corporis Chriſti tempore Interdicti pulſatis Campanis & Januis apertis celebrari poteſt, *ibid. num.* 5.
Feſtum Sanctiſſimi Corporis Chriſti cur non potiùs in die Cœnæ, quo fuit idem Sacramentum inſtitutum, celebretur, *ibid. num.* 6.
Feſtum Sanctiſſimi Corporis Chriſti ob inſigne Miraculum fuit inſtitutum, *ibid. num.* 7.
Item ejuſdem inſtitutionis motivum fuit revelatio celebritatis hujuſmodi quibuſdam Religioſis facta, *ibid.*
Feſtum Sanctiſſimi Corporis Chriſti B. Julianæ Leodienſi fuit primò revelatum, *ibid. num.* 8.
Feſtum Sanctiſſimi Corporis Chriſti fuit primò celebratum in Eccleſia Leodienſi cum recitatione proprii Officii, *pag.* 171. *num.* 9.
Feudum probatur ex reſervatione juramenti fidelitatis, *pag.* 184. *nu.* 17.
Feudum devolvitur in præjudicium Ceſſionarii, vel Creditorum, ſi non ſervetur lex ipſius, *pag.* 213. *nu.* 61.
An debeantur in tali caſu damna, & intereſſe, *pag.* 213. *num.* 64. & *pag.* 214. *nu.* 69. & 70.
Fictio fictionis admittenda non eſt, *pag.* 28. *nu.* 53.
Fictio nequit plus operari veritate, *pag.* 314. *nu.* 29.
Fideicommiſſarius, qui non habet qualitates fideicommiſſi, vel eas amittit, non dicitur ampliùs vocatus, *pag.* 213. *num.* 59. & 60.
Fideicommiſſum cum onere deferendi Arma, Inſignia, & Cognomen, quatenus importet conſilium tantùm, vel præceptum; ubi de obſervantia, *pag.* 211. *numer.* 40. & *ſeqq.*
Fideicommiſſum requirens qualitatem permanentem, & ſucceſſivam, exponitur, *pag.* 213. *num.* 58. & *ſeqq.*
Fideicommiſſum agnatitium familiare. Vide Monaſterium, Profeſſi, Presbyter ſæcularis.
Fideicommiſſi bona obligans, vel cedens, tenetur ad damna, & intereſſe, ſi facto ſuo cadat à fideicommiſſo, *pag.* 214. *num.* 67. 68. 69. & 70.
Fideicommiſſi bona validè alienantur durante vita hæredis gravati, *pag.* 26. *num.* 32.
Fides conſiſtit in actu intellectus, *pag.* 3. *num.* 2.
In rebus Fidei non cadit electio, & in ejus obſequium noſter intellectus captivandus eſt, *ibid.*
Fides quoad diſputationem de ea laicis permiſſam, vel prohibitam. Vide Diſputatio.
Fidei confeſſio ultronea non eſt ſemper laudabilis, *pag.* 76. *num.* 2.
Fidei confeſſio aliquando eſt ſub conſilio, & aliquando ſub præcepto, *ibidem*.
Imò aliquando non debet fieri, & potiùs expedit fugere, *ibid. num.* 2. & 3.
Fidei dubia determinare ſolius eſt Pontificis Romani, vel Concilii Generalis, *pag.* 97. *num.* 5.
Fidem abnegare licitum non eſt pro evitanda morte, *pag.* 76. *num.* 5. & *ſeqq.*
Rejicitur contraria hæreſis, *ibid.*
Declaratur, quomodo id procedat, *ibid. nu.* 6. & *ſeqq.*
Filia excluſa à ſucceſſione ob dotem congruam, quæ non ſuccedit loco legitimæ, non poteſt aliud ultra dotem prætendere, etiamſi ingrediatur Monaſterium, *pag.* 64. *num.* 31.
Secùs ſi excludatur per dotem, quæ ſuccedat loco legitimæ; nam tunc integram legitimam habere debet, tranſmiſſibilem etiam ſi moriatur innupta, *ibid. num.* 32.
Filia à Statuto excluſa. Vide Fœmina excluſa.
Filius an teneatur revelare hæreſim occultam Patris, *pag.* 279. *num.* 17.
Filius præſentatus in S. Officio à Patre, mitiùs eſt puniendus; & quid in praxi obtineatur, *ibid. nu.* 18. *cum ſeqq.*
Limitatur, ſi tantùm Pater denunciaverit, dum filius manus Inquiſitionis evitare nequiverat, *ibid. nu.* 19. & 20.
Filius Hæretici. Vide Hæreticorum filii, Diſpenſatio.
Filius exhæredari poteſt, ſi Patrem captivum redimere non curat, *pag.* 286. *num.* 2.
Filii primi Viri ſuccedunt Matri binubæ in bonis titulo lucrativo ei obventis ex facultatibus primi Viri, vel ſucceſſione ejus filiorum, *pag.* 22. *num* 46.
An ad hunc effectum cenſeantur adeſſe filii ſuperſtites, ſi adſit aliquis ex eis Profeſſus in Religione capaci, *ibid. num.* 47.
Jus filiorum ſuccedendi Matri binubæ eſt perſonaliſſimum, *ibid. num.* 55.
Filii primi Viri cenſentur ſuperſtites ad effectum ſuccedendi Matri binubæ, quatenus ſunt profeſſi in Religione capaci, *ibid. num.* 49.
Diſpoſitio *leg. Fœminæ Cod. de ſecund. nupt.* nititur potiùs æquitati naturali, quàm injuriæ, quæ à Matre binuba ſic filiis primi Viri, *ibid. num.* 51.
Filii primi matrimonii ſuccedunt in bonis tam Patris quàm Matris ſecundò nubentis, *ibid. nu.* 53.
Filii primi Viri ſuccedunt Matri binubæ in bonis, quæ hæc titulo legitimæ obtinuit ob mortem alicujus ex eiſdem filiis, *ibid. num.* 56.
Et an Monaſterium ex perſona filii Profeſſi ſuccedat in legitima, quam Mater binuba à filio Profeſſo obtinuit, *pag.* 23. *num.* 57. Vide Mater, Monaſterium.
Filii profeſſi in Religione capaci quatenus excludant ſubſtitutum ſub conditione, ſi ſine filiis, *pag.* 27. *numer.* 44. & *ſeqq.*
Et quid dicendum, ſi ſint profeſſi in Monaſterio incapaci, *pag.* 28. *num.* 47. Vide Hæres.
Filii delicta parentum luere non debent, *pag.* 91. *num.* 3.
Intellige quoad pœnam æternam, & corporalem, non item quoad pœnas temporales, *ibid.*
Quid in filiis perduellium, *ibid. num.* 3. & 4.
Filii illegitimi, ſpurii, vel quomodolibet nati ex damnato coitu, ob hæreſim Patris privantur Beneficiis, & qua ratione, *pag.* 92. *num.* 14.
Quomodo in hoc probetur filiatio, *ibid. num.* 16.
Filii emancipati, propter hæreſim Patris privantur Beneficiis, *ibid. num.* 15.

Filii

Digitized by Google

Filii vulgò quæſiti, ob hæreſim Patris non privantur Beneficiis, *ibid. num.* 17.

Excipe, ſi ſtatuto aut conſuetudine inductum ſit, ut reputentur de aliqua agnatione, *ibid. num.* 18.

Vel niſi in hæreſim inciderit Mater, *ibidem*.

Filii adoptivi, ob Patris adoptivi hæreſim non privantur Beneficiis, *ibid. nu.* 19.

Filii ſuſpectorum de hæreſi, non privantur Beneficiis, *ibid. num.* 20.

Limita, ſi ſuſpicio ortum habeat ex eo, quòd ſint fautores, defenſores, receptatoreſque hæreticorum, *ibid.*

Filii Hæreticorum, vel fautorum, qui pœnitentes deceſſerunt, non ſunt inhabiles, nec privantur Officiis & Beneficiis, *pag.* 277. *nu.* 3.

Filii Hæreticorum evitant pœnas, ſi Parentes emendati decedant, quamvis non fuerint delati Inquiſitoribus, *ibid. num.* 5.

Limitatur, ſi adſit peculiare ſtatutum loquens de pœnitentiatis in S. Officio, *pag.* 278. *num.* 6.

Filii relapſorum etiam pœnitentium an ſint inhabiles, & priventur Officiis, & Beneficiis, *ibid. nu.* 8. & 9.

Affertur opinio negativa, & concluditur pro affirmativa, *ibidem*.

Filii Hæreticorum damnatorum in contumaciam an ſint inhabiles, & priventur Officiis, & Beneficiis, *ibid. numer.* 12. *cum ſeqq.*

Diſtinguitur, an præcedat plena probatio hæreſis, vel ob ſolam contumaciam Parentes ſint damnati, *ibid. num.* 13. & 14.

Filii revelantes Patrem hæreticum, evitant pœnas privationis & inhabilitatis ad Officia, & Beneficia, *pag.* 279. *num.* 15.

Id etiam procedit, ſi Patrem inquiſitum, vel pertinacem præſentaverint, *ibid. num.* 16.

Filii Hæreticorum. Vide Hæreticorum filii.

Filii Hæreticorum quoad Appellationem. Vide Appellatio.

Firmanæ Civitatis ſitus, antiquitas, & alia innuuntur, *pag.* 307. *num.* 7. & *p.* 308. *nu.* 8.

Ejus gubernium temporale & Metropolis indicatur, *ibidem*.

Fiſcus poteſt in totum alienare rem, quam cum altero communem habet, *pag.* 52. *num.* 13.

Fœmina ex ſtatuto excluſa propter maſculos, dummodò fuerit dotata, an excludatur à ſucceſſione, ſi abſque dote recipiatur in Monaſterium, quod ex legato tenetur recipere Puellas ſine dote, *p.* 74. *nu.* 57. *cum ſeqq.*

Non cenſetur excluſa, ſi Statutum non excludat fœminas, niſi congruè dotatas, *ibid. nu.* 60.

Secùs ſi excluſerit fœminas quomodolibet, & à quocumque dotatas, *ibid. num.* 61.

Fœmina de jure poſitivo eſt incapax juriſdictionis, & excluditur à muneribus publicis, *pag.* 197. *num.* 7. & *pag.* 198. *num.* 8.

Fœmina an poſſit eſſe arbitra, *pag.* 198. *nu.* 7.

Fœmina ratione dignitatis, vel officii, aut conſuetudinis, juriſdictionem exercere valet, *ibid. nu.* 8.

Fœmina eſt capax juris præſentandi ad Beneficia, *pag.* 199. *num.* 21.

Fœmina ratione dignitatis poteſt exercere per alios, quæ ratione ſexus per ſe exercere non valet, *p.* 202. *nu.* 44.

Exemplificatur in Regina. *ibid. nu.* 45.

Fœmina obtinere poteſt aliquem clavium uſum, tametſi nec Ordinis nec juriſdictionis clavem habeat, *pag.* 203. *num.* 57

Fœminarum excluſio in fideicommiſſis alia dicitur perpetua, & per viam regulæ, alia temporalis, *p.* 208. *nu.* 15.

Forus quoruplex ſit, *pag.* 157. *nu.* 10.

Diſtinguitur inter forum domicilii, originis, & delicti, *ibid. num.* 11. & *ſeqq.*

Eminentiſſimus & Reverendiſſimus D. Franciſcus Cardinalis Pignatellus, Archiepiſcopus Neapolitanus, laudatur, *pag.* 302. *num.* 11. & 12.

D. Franciſcus Regulam, nedum pro Fratribus, ſed etiam pro Sororibus inſtituit, *pag.* 59. *nu.* 1.

D. Franciſcus quot Regulas inſtituerit, *p.* 281. *nu.* 1.

D. Franciſci Stigmata. Vide Stigmata.

Fratres S. Antonii Viennenſis fuerunt inſtituti in Gallia, & quando, *pag.* 302. *num.* 1. & *ſeqq.*

Fratres S. Antonii Viennenſis cuſtodiunt corpus D. Antonii Abbatis, *ibid. nu.* 2. & 7.

Fratres D. Antonii Viennenſis aſſumpſerunt teſſeram T. *ibid. num.* 4. & 6.

Ubi quid ſignificet, & ejus initium, *ibid.*

Fratres D. Antonii Viennenſis, Hoſpitalarii primò dicti, deinde ſub Regula D. Auguſtini, *ibid. nu.* 5. & 6.

Habent curam tactorum lue ignis, *ibid.* & *nu.* 3.

Fratrum D. Antonii Viennenſis Abbatia caput eſt Religionis, *ibid. num.* 1. & 6.

Plura privilegia à Papa Bonifacio VIII. & aliis obtinuerunt, *ibid.* & *num.* 8.

Itemque à Principibus ſæcularibus, *ibid.*

Fratrum D. Antonii Viennenſis Abbas Generalis habet jus quoad Beneficia ſui Ordinis, *ibid. num.* 9.

Sed in Regno Neapolis eorum Præceptoria eſt diſmembrata, & ſolet dari in commendam Clerico ſæculari, ſeu Cardinali, *ibidem*.

Præceptor Neapolis habet facultatem privativam providendi Beneficia dicti Regni pro Clericis ſæcularibus, *ibidem*.

Fratres Carmelitæ. Vide Carmelitæ.

Fratres Ordinis B. Mariæ de Mercede, & SS. Trinitatis, quæ privilegia obtineant quoad Redemptiones Captivorum, & ſpecialiter in Hiſpania, *pag.* 286. *num.* 3. & 5. & *pag.* 287. *num.* 7.

Fratres B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum quoad Inſtitutum cum PP. Trinitariis. Vide Fratres Trinitarii.

Fratres Milites S. Lazari. Vide Milites S. Lazari.

Fratres Minores. Vide Minores, Regulares, Diſtantia, Epiſcopus Regularis.

Fratres Eremitæ S. Auguſtini. Vide Eremitæ S. Auguſtini.

Fratres Servi Mariæ, ſeu Servitæ, quando incœperint, *pagin.* 319. *num.* 3.

Vivunt ſub Regula D. Auguſtini, & quare ſic dicti, *ibid.*

Fuit confirmatus eorum Ordo à Bonifacio VIII. *ibidem num.* 2.

Indicantur eorum exemptiones, & privilegia, *ibid. nu.* 4.

Eorum habitus, reformatio, & Generalis innuitur, *ibid.* & *num.* 5.

Inter Mendicantes reputantur, *ibidem*.

Fratres Prædicatores. Vide Regulares, Diſtantia, Epiſcopus Regularis.

Fratres Tertiarii. Vide Tertiarii.

Fratres Tertii Ordinis. Vide Tertii Ordines Fratres.

Fratres Trinitarii Redemptionis Captivorum habent Regulam mitigatam à Clem. IV. *pag.* 248. *nu.* 1.

Fratres Trinitarii vivunt ſub Regula D. Auguſtini, *ibid. num.* 2.

Et an ſit idem Inſtitutum cum Ordine B. Mariæ de Mercede, *ibid. num.* 3.

Fratres Trinitarii ſervare debent concordiam de perpetuo ſilentio quoad Inſtitutum cum PP. B. Mariæ de Mercede, *ibidem*.

Refertur in hoc Bulla Alexandri VII. *ibid.*

Fratres Trinitarii obtinuerunt ab Innocentio III. Literas Regi Marochitarum directas pro redemptione Captivorum, *ibid. num.* 4.

Fratres Trinitarii plures redemptiones Captivorum fecerunt, *pag.* 249. *num.* 5. & *ſeqq.*

Fratres Trinitarii tenentur tertiam partem bonorum impendere pro redemptione Captivorum, *ibid. num.* 7.

Debent uti Cappis albis, non nigris, ex prohibitione facta ab Alexandro VII. in favorem PP. Prædicatorum, *ibid. num.* 8.

Fratres Trinitarii quatenus convocent Capitulum Generale, & eligant Superiorem Generalem, *ibid. numer.* 9. & *ſeqq.*

Fratres Trinitarii quoad plura privilegia, *ibid. nu.* 11.

Fridericus II. quæ contra Romanam Eccleſiam præſtiterit, referuntur, *pag.* 14. *num.* 1.

Eum ſpiritualibus pœnis percuſſit Gregorius IX. *ibidem num.* 2.

Atque ab Imperiali dignitate depoſitus fuit ab Innocentio IV. in Concilio Lugdunenſi, *pag.* 15. *nu.* 6.

Indicantur flagitia ab ipſo commiſſa poſt depoſitionem, & quo mortis genere obierit, *ibid. nu.* 7. & 8.

Ejus depoſitio ab Imperio fieri potuit à ſolo Papa, & cur facta fuerit in Concilio Lugdunenſi, *ibid. nu.* 11.

Friderici Imperatoris geſta. Remiſſivè, *pag.* 123. *num.* 1.

Idem miſerè obiit trucidatus, *ibid. num.* 2.

Itemque ejus nepos Corradinus, *ibid. nu.* 4.

Fundiarium dominium quodnam ſit, *pag.* 184. *num.* 22. Vide Dominium.

Funera ut fiant, an, & quomodo poſſint cogi hæredes, *pag.* 231. *num.* 32.

Funerum taxa quoad pulſationem Campanæ, quoad culcitram, aliaque, quæ deferuntur cum Cadavere, quomodo ſervari debeat, *ibid. num.* 33. 34. & 35.

Funerum taxa nequit componi, vel alterari à Capitulo, *pag.* 230. *num.* 26. & *ſeqq.* & *p.* 231. *nu.* 31.

Funera. Vide Exequiæ.

Fur poteſt puniri ubi furtum commiſit, & ubi rem furatam retinet, *pag.* 159. *nu.* 20.

Et an ſit remittendus Judici loci delicti, *p.* 160. *nu.* 21.

Furtum Sacræ Pyxidis fuit punitum à Suprema Inquiſitione in Urbe cum traditione Curiæ Sæculari, *pagin.* 155. *num.* 8.

Gabel-

G

GAbellæ alia quàm feudalia onera etiam ſunt, *pag.* 184. *num.* 22.
Gabellæ vel ſunt reales, vel perſonales, vel mixtæ, & quæ ſint, *ibid. num.* 23.
Hujuſmodi onera profluunt ex dominio juriſdictionali, *ibidem*.
Eminentiſſ. & Reverendiſſ. D. Cardinalis Galeatius Mariſcottus laudatur, *pag.* 97. *num.* 3.
Generalis licèt nullum recognoſcat Superiorem Religioſum, attamen eſt adſtrictus voto obedientiæ, *pag.* 120. *num.* 40.
Generalis Minorum Obſervantium quatenus poſſit viſitare Tertium Ordinem, *pag.* 282. *num.* 8.
Generalis Minorum ſtatimatque eſt electus adminiſtrare poteſt, *pag.* 235. *num.* 2. *cum ſeqq.*
Generales Ordinum exemptorum de jure confirmari debent à Papa, *pag.* 237. *num.* 24.
Generales Ordinum ferè omnes ex privilegio adminiſtrare poſſunt poſt electionem abſque ulla confirmatione, *ibid. num.* 25. *&* 27.
Plura adducuntur privilegia quoad varios Regulares ſpecialiter conceſſa, *ibid. num.* 26.
Quid autem an requiratur confirmatio, & cujus, quoad alios Superiores Regulares ſubalternos, *ibid. nu.* 28.
Generales indicantur, qui privilegium reformandi ſuos ſubditos expreſsè obtinuerunt, *pag.* 184. *nu.* 20.
Generalium electio quomodo fieri debeat. Vide Electio.
Græci omnium primi amplexi ſunt Evangelium, *pag.* 80. *num.* 1.
Græci ſuperbiâ elati, ab unione Eccleſiæ deſciverunt, & in hæreſes prolapſi ſunt, *ibidem*.
Mala innumera ſubierunt poſt ſchiſma, *ibid. nu.* 2.
Græci mira charitate invitati ſunt ad unionem Eccleſiæ à Summis Pontificibus, *ibid.*
Græci ſive tantùm ſchiſmatici ſint, ſive in aliquam hæreſim prolapſi fuerint, omnes dici poſſunt præſumptivè hæretici, niſi recipiant Concilium Florentinum, *pag.* 81. *num.* 14.
Græci quaterdecies ab Eccleſia deſciverunt, & totidem redierunt, *ibidem*.
Græci, qui incolatum habent in Italia, ad Ordines promoveri debent per Epiſcopum Græcum Catholicum in Urbe exiſtentem, *ibid. num.* 16.
Græci ſubjacent juriſdictioni Ordinariorum, in quorum Diœceſi exiſtunt, quoad divinum cultum, & adminiſtrationem Sacramentorum, *ibid.*
Græci nec de licentia quidem Epiſcoporum poſſunt celebrare Latino more, ut è contra neque Latini ritu Græcorum, *ibidem*.
Græci in Italia paſſim ad ritus Latinorum tranſeunt, *ibid. num.* 17.
Græci in Italia paulatim extinguuntur, & habent tantùm nonnullas Parochias, & in quibus locis, *ibid. nu.* 17.
Græci qui degunt extra Italiam, continuant in ſchiſmate, *ibidem*.
Græci tenentur obtemperare Conſtitutionibus Summorum Pontificum, Sanctionibus Canonicis, atque Conciliis, tam quoad Fidem, quàm quoad alia, *ibid. num.* 18.
Græci adſtringuntur decreto Concilii Florentini quoad res Fidei, quamvis illud loquatur de Armenis, *ibid. nu.* 19.
Græci afficiuntur Conſtitutionibus Latinis, in quibus de rebus Fidei decernitur, *ibid. num.* 20.
Si tamen Conſtitutiones Latinæ nihil de Fide decernant, Græci iiſdem non comprehenduntur, niſi expreſsè nominentur, vel agatur de rebus eos tangentibus, *ibid. num.* 21.
Græci cum Latinis conveniunt quoad vim & efficaciam Sacramenti Chriſmatis, *pag.* 83. *nu.* 39.
Addunt tamen Græci in confectione Chriſmatis alia aromata, eorumque ritus toleratur, dummodò ante ſchiſma introductus, *ibid. num.* 40.
Magnum tamen eſt diſcrimen inter utroſque quoad Miniſtrum Chriſmatis, *ibid. num.* 45. *& pag.* 84. *nu.* 53.
Græci confirmati à ſimplici Presbytero, iterùm ſunt confirmandi, *ibid. num.* 56.
Expenditur Conſtitutio Gregorii XIII. *ibid.*
Oſtenditur idem ſtatuiſſe Concilium Florentinum, *pag.* 85. *num.* 57.
Limitatur concluſio, ubi ex reiteratione ſcandalum ſuboriretur, *ibid. num.* 57.
Græci in quo diſcrepent à Latinis in Sacramento Unctionis, *pag.* 87. *num.* 3. *&* 4.
Græci Sacerdotes ungunt pœnitentes Oleo Extremæ Unctionis ad delenda peccata, *ibid. nu.* 1.
Quiſnam Pontifex illud prohibuerit, *ibid.*
Græci in Sacrificio Altaris adhibent aquam, ſive calidam, ſive frigidam, *ibid. num.* 5.
Quatenus id toleretur, *ibid. num.* 7.
Græci in Concilio Lugdunenſi II. fuerunt recepti in unione cum Latinis cum tribus conditionibus, *pag.* 265. *nu.* 3.
Græci an comprehendantur decreto Concilii Tridentini circa forum, *pag.* 81. *num.* 12.
Græci tenentur obſervare ritum Latinum in Sacramento Baptiſmi; aliqui tamen eorundem ritus tolerantur, dummodò credant, Baptiſmum ritu Latino celebratum efficaciam habere, *ibid. num.* 23.
Toleratur ritus ungendi totum corpus, ſi ſine ſcandalo tolli nequeat, *ibid.*
Item uſus aquæ calidæ in eodem Sacramento, *ibid.*
Ratio aſſignatur, cur toleretur Græcus ritus, *ibid. nu.* 26.
Cur aqua calida utantur, *ibid. num.* 28.
Cur in quolibet actu Baptiſmatis aquam benedicant, *ibidem*.
Trina immerſio ſignificat tres perſonas, unica verò unicum Deum, *ibid. num.* 29.
Græci non ſolùm ritu diverſo, ſed etiam forma diverſa utuntur in Baptiſmo, *ibid. nu.* 30.
Quæ ſit Græcorum formula, *ibid.*
Qua ratione uſurpata fuerit, *ibid.*
Græci tenentur Chriſma recipere ab Epiſcopis Latinis Diœceſanis, neque poſſunt accipere ab Epiſcopis Græcis ſchiſmaticis, *ibid. num.* 38.
Olea tamen ſancta non coguntur à Diœceſanis recipere, *ibidem*.
Græcorum ritus tolerantur, ne irritetur eorundem pertinacia ad majora mala, *pag.* 80. *num.* 10.
Excipiuntur tamen illi, qui ſunt contra ſubſtantialia Fidei, & honeſtatem Eccleſiaſticam, *pag.* 81. *num.* 11.
Qui autem tolerentur, aut improbentur, *ibid. numer.* 12. *&* 16.
Græcorum ritus ſervantur ab Alumnis Collegii Græci, etiam poſt egreſſum, *ibid. num.* 12.
Græcorum error circa Miniſtrum Baptiſmi eſt, quòd Laici nec neceſſitatis quidem cauſa valeant baptizare, *pag.* 82. *num.* 34.
Græcorum ritus in Sacramento Chriſmatis quis ſit, *ibid. num.* 37.
Græcorum abuſus in admittendo Mulieres ad miniſtrandum Altari damnatur, *pag.* 88. *nu.* 12.
Græcorum ſchiſmata referuntur, *pag.* 80. *num.* 3.
Gregorius X. ad Summum Pontificatum eligitur poſt plura diſſidia Cardinalium, dum non erat Cardinalis, & abſens, *pag.* 263. *num.* 1.
Ejus natales, & alia referuntur, *ibid. & num.* 2.
Gregorius X. pro peragenda unione Græcorum ſcripſit, & miſit Nuncios Imperatori Græcorum, *pag.* 264. *num.* 4.
Concilium Generale Lugdunenſe convocavit, *ibid.*
Guillelmus de Sancto Amore fuit auctor libelli *De periculis noviſſimorum temporum*, qui fuit damnatus, & comburri juſſus, *pag.* 117. *num.* 1. *&* 4. *&* 7.
Plures libellos ſcripſit contra Mendicantes, & quid continebant, *ibid. num.* 2. *&* 3.
Ejuſdem Guillelmi errores confutavit D. Thomas, & alii, *ibid. num.* 6.
Guillelmus de Sancto Amore pluribus diplomatibus punitus fuit, *pag.* 128. *num.* 9.
Adducuntur literæ Alexandri IV. datæ Regi Galliarum, ubi Mendicantium Ordo laudatur, *ibid. num.* 10.
Non tamen fuit verus hæreticus, *ibid nu.* 11. *&* 12.
Guillelmi de Sancto Amore libellus *De periculis noviſſimorum temporum* damnatus fuit, non autem ejus auctor, *ibid.*
Dictus libellus continet propoſitiones ſcandaloſas, temerarias, & erroneas, *ibid. num.* 13.

H

HAbitus Monachorum qualis debeat eſſe, *pag.* 298. *numer.* 8.
Habitus Carmelitarum qualis eſſe debeat. Vide Carmelitæ.
Hæreditas delata Monacho an acquiratur mediatè, ſive potiùs immediatè Monaſterio, *pag.* 20. *num.* 20.
In ſententia Civiliſtarum defertur mediatè, & nonniſi miniſterio Profeſſi, *ibidem*.
Contrarium aſſerunt Canoniſtæ, eorumque ſententia ſervatur in Curia, *ibid. num.* 21.
Hæreditas delata Monacho non poteſt ab eo repudiari, & Monaſterium pro eo adire poteſt, *ibid. nu.* 23.
Sicuti hæreditas delata filiofamilias adiri poteſt à Patre, etiam filio repudiante, *ibid. num.* 22.
Hæreditas delata Monacho quatenus poſſit adiri à Monaſterio, ſi Monachus ante aditionem decedat, *ibid. num.* 25. *cum ſeqq.*
Diſtinguuntur plures caſus juxta ſententiam Civiliſtarum fundantium jus ſuccedendi Monaſterii in tranſmiſſione legali, *ibidem*.
Sed verius eſt, Monaſterium adire poſſe ex jure ſucceſſionis,

Digitized by Google

nis, utpotè repræſentans perſonam Monachi, *pag.* 21. *num.* 29.
Nec congruunt termini tranſmiſſionis, cùm Monaſterium non ſit hæres Monachi, *ibid. num.* 31.
Hæreditas delata Monacho poteſt à Monaſterio adiri infra quadraginta annos, *ibid. num.* 33.
Et elapſo termino ad adeundum, competit Monaſterio reſtitutio in integrum ex juſtis cauſis, *ibid. nu.* 34.
Hæreditas delata poſt mortem Monachi, non poteſt à Monaſterio adiri, *ibid. nu.* 35.
Similiter ſi hæreditas ſit conditionalis, & Monachus decedat non adhuc purificata conditione, *ibid. nu.* 36.
Hæres gravatus ſub conditione, ſi ſine filiis, excludit ſubſtitutum, ſi decedat cum filiis profeſſis in Religione capaci, *pag.* 27. *num.* 44.
Quod procedit, etiamſi in conditione poſiti ſint filii per naturam, *ibidem*.
Limitatur, ſi Teſtator excluſerit filios profeſſos, *ibidem num.* 45.
Adeòut ſi excluſio ſit per viam regulæ, admittatur ſubſtitutus, ſtatim ac filius hæredis gravati emittat profeſſionem, *ibid. num.* 46.
Hæres gravatus ſub conditione, ſi ſine filiis, non excludit ſubſtitutum, quamvis decedat cum filiis profeſſis in Religione incapaci, *pag.* 28. *nu.* 47.
Hæres hæretici non acquirit bona jure hæreditario, ſed requiritur præſcriptio quadragenaria, *p.* 48. *nu.* 8.
Hæres ab hæreditate cadit, ſi auctorem captivum redimere non curat, *pag.* 286. *num.* 2.
Hæreſiarca non punitur pœna ignis, ſi ad pœnitentiam redire velit, *pag.* 7. *num.* 19.
Hæreſis eſt crimen deterius Idololatria, ac Fidem & Gratiam radicitùs evellit, *pag.* 2. *num.* 6.
Hæreſis eſt compendium omnium malorum, *ibid.*
Hæreſis eſt vox Græca, quæ Latinè ſignificat electionem, ſeu ſectam, & in quo ſenſu hodie ſumatur, *p.* 3. *nu.* 1.
Hæreſis definitio traditur, & explicatur, *ibid. nu.* 2.
Hæreſis eſt error intellectus Chriſtiani moti à voluntate, qui error adverſari debet Fidei formaliter, *ibid.*
Hæreſis eſt error intellectus cum pertinacia, & quatenus error cenſeatur eſſe pertinax, *ibid. nu.* 3.
Hæreſis requirit, ut ſit contra Fidem Catholicam, & quatenus cenſeatur eſſe talis, *ibid. num.* 4.
Hæreſis cauſa eſt plurium malorum; idque comprobatur ex verbis Lutheri, *pag.* 6. *num.* 5. *&* 6.
Hæreſis eſt crimen pertinens tantùm ad Forum Eccleſiaſticum, nec à Judice Laico cognoſci poteſt, *pagin.* 4. *numer.* 7.
Adeòut Judex Laicus nec quidem incidenter de eo cognoſcere valeat, *ibid num.* 8.
Si de hæreſi coram Judice Laico excipiatur, quatenus hic poſſit de tali exceptione cognoſcere, *ibid. nu.* 9.
Hæreſis plerunque originem habet à divitiarum cupiditate, *pag.* 47. *num.* 3.
Hæreſis Circumcellionum quænam fuerit, & quando viguerit, *pag.* 50. *num.* 2.
Hæreſis quàm grave crimen ſit, *p.* 91. *nu.* 1.
Qualiter puniatur in filiis & nepotibus hæreticorum. Vide Hæreticorum filii, Nepotes.
Hæreſis merè mentalis, quæ nullo verbo vel facto externo proditur, non eſt punibilis, licèt in foro interno, & quoad Deum, verè ſit hæreſis, *pag.* 104. *nu.* 11.
Non eſt reſervata, proindeque poteſt etiam à ſimplici Confeſſario abſolvi, *ibid. num.* 13. *& pag.* 150. *nu.* 15.
Nonnulli aſſerunt, etiam hæreſi mentali annexam eſſe excommunicationem, *pag.* 105. *nu.* 13.
Eorundem ſententia exprobratur, *ibid. num.* 14.
Hæreſis formalis, ſive externa, per quam excommunicatio incurritur, triplex eſt, occulta ſcilicet, & non occulta; & hæc vel deducta ad forum contentioſum, vel ſecùs, *ibid. num.* 15.
Hæreſis non occulta, neque ad forum contentioſum deducta, excommunicationem incurrit ſoli Papæ reſervatam, *ibidem*.
Hæreſis occulta poteſt abſolvi ab Epiſcopis, non item ab eorum Vicariis, ex Decreto Concilii Tridentini, *ibid. num.* 18.
An vigeat hæc facultas poſt Bullam Cœnæ Domini, *ibid.*
Recenſetur opinio affirmativa, ejuſque ratio, *ibid.*
Negativam amplexa eſt Sacra Congregatio Concilii, *ibid. num.* 19.
Similiter negativæ adhæret Sacra Inquiſitionis Congregatio, & noviſſimè id declaravit Alexander VII. *ibid. numer.* 21.
Hæreſis eſt crimen graviſſimum, & ſpeciali nota dignum, & non venit ſub generali facultate abſolvendi vigore Jubilei, *pag.* 106. *num.* 26.
Hæreſis abſolutio ſpecialibus indultis concedi paſſim ſolet Epiſcopis Eccleſiæ Gallicanæ, *ibid. nu.* 22. *in fine*.
Item Epiſcopis reſidentibus in locis, ubi impunè graſſantur hæreſes, *ibid. num.* 24.
Hæreſis publica, & ad forum contentioſum deducta, poteſt abſolvi ab Epiſcopis & Inquiſitoribus in utroque foro, *ibid. num.* 27.
Debet tamen præcedere abjuratio, *ibid.*
Neque obſiſtit Bulla Cœnæ, *ibid.*
Hæreſis coercitio, antequam erigeretur Tribunal Inquiſitionis, ad ſolos Epiſcopos pertinebat, *pag.* 97. *nu.* 5.
Negligentes Epiſcopi deponebantur, *ibid. nu.* 6.
Hodie cumulativam habent cum Inquiſitoribus, *pag.* 98. *num.* 10.
Præterquàm in Hiſpania, *ibid. num.* 11.
Vicarius etiam Epiſcopi coercet hæreticos, ſi habeat ad id ſpeciale mandatum, *ibid. nu.* 16.
Quid de Prælatis inferioribus, juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus, *ibid. num.* 18.
Quid de Abbatibus Regularibus, *ibid. nu.* 19.
Hæreſis cauſa excommunicati, veluti fautores, perſiſtentes per annum, poterunt tanquam hæretici condemnari, *pag.* 132. *num.* 12.
Hæreſis crimen habet cauſam continuam, & ſucceſſivam, *pag.* 152. *num.* 13. *& ſeqq. & p.* 160. *nu.* 25.
Hæreſis abſolutio. Vide Abſolutio Hæreſis.
Hæreſes uſque ab initio naſcentis Eccleſiæ fuerunt, *pagin.* 97. *num.* 4.
Hæretica propoſitio quatenus differat ab erronea, & temeraria, *pag.* 128. *num.* 14.
Hæreticus amittit ipſo jure dominium bonorum, ſed retinet veram poſſeſſionem, uſquedum feratur ſententia, *pag.* 48. *num.* 10.
Et interim facit fructus ſuos, quamvis fructus extantes tempore ſententiæ cadant ſub confiſcatione, *ibid. numer.* 12. *&* 13.
Hæreticus invalidè alienat bona, poſtquàm incidit in hæreſim, *ibid. num.* 14.
Adeòut bona alienata vindicentur à Fiſco unà cum fructibus, *pag.* 49. *nu.* 16.
Nec Fiſcus tenetur ſolvere pretium, niſi illud, vel ejus æquivalens, adhuc ſit in bonis, *ibid. nu.* 17.
Quatenus dicatur pretium æquivalenter extare, ſi hæreticus ex eo emerit alimenta, quæ caſu perierunt, *ibid. num.* 18.
Hæreticus validè alienat bona, antequàm in hæreſim incidat, dummodò non fiat in fraudem, *ibidem numer.* 19. *cum ſeqq.*
Hæreticus ob hæreſim amittit creditum, & debitor liberatur ab obligatione, *ibid. nu.* 23.
Nec poteſt contra debitorem agere pro ſe, & ad ſui favorem, *ibid. nu.* 25.
Poteſt tamen in judicio agere favore Fiſci, *ibid. nu.* 26.
Et debitor ſolvendo creditori hæretico, liberatur, niſi etiam ſolvat in fraudem, *ibid. nu.* 29. *&* 30.
Hæreticus nequit eſſe Martyr, *pag.* 58. *nu.* 30.
Niſi tamen ſit hæreticus materialiter, & tunc nequit ab Eccleſia venerari, *ibid. num.* 31.
Hæreticus an cenſeatur excommunicatus vitandus, ſi fuerit declaratus hæreticus, ſed non ſit declaratus excommunicatus, *pag.* 108. *num.* 42.
Adducuntur opiniones hinc inde, & conciliantur, *ibid. num.* 43.
Hæreticus quamvis damnatus in contumaciam, habetur pro hæretico, *pag.* 278. *num.* 13.
Si tamen compareat, ſemper audiendus eſt, etiam non obſtantibus contrariis ſtatutis, *ibid. num.* 14.
Hæreticus. Vide Pater, Filii.
Hæretici tolerandi non ſunt ab Eccleſia ſub prætextu, quòd Religio debeat eſſe libera, *pag.* 4. *nu.* 5.
Nec impunè deſerere poſſunt Religionem Chriſtianam, quam ſemel profeſſi ſunt, *ibidem*.
Hæretici an ſint extra Eccleſiam, examinatur, *pagin.* 5. *num.* 14.
Quatenus eſſent extra Eccleſiam, adhuc ſunt ſub ejus juriſdictione, *ibid. num.* 15.
Hæretici poſſunt capi à Judice laico ad effectum eos tradendi Inquiſitoribus, *pag.* 4. *nu.* 13.
Relinquuntur Judici laico pro executione ſententiæ, *pag.* 5. *num.* 16.
In ejuſmodi executione Judex laicus nullo modo poteſt cauſam cognoſcere, ſed eſt merus exequutor, *ibidem num.* 18.
Hæretici juſtè & debitè pœna ignis puniuntur, *pag.* 6. *numer.* 4.
Ligna pro comburendis hæreticis miniſtrare ſolebat Ferdinandus Rex Hiſpaniarum, *ibid. nu.* 8.
Deferentes ligna ad hunc effectum, lucrantur Indulgentias, *ibidem*.
Hæc pœna contra hæreticos quando & à quonam ſtatuta fuerit, *ibid. num.* 9. *cum ſeqq.*
Hæretici hac pœna puniuntur, dummodò ſint impœnitentes, *ibid. nu.* 12.
Secùs ſi à pertinacia recedant, & continuò poſt deprehenſionem erroris pœniteant, *ibid. num.* 13. *& p.* 7. *nu.* 14.

Digitized by Google

Quatenus hæretici ad evitandam hanc pœnam cenſeantur continuò pœnitere, *pag.* 7. *num.* 15. *cum ſeqq.*
Hæretici confitentes in tortura, non evitant pœnam ignis, niſi poſteà ſponte ratificent, *ibid. num.* 17.
Admittuntur ad pœnitentiam, etiamſi eos pœniteat in loco ſupplicii, *ibid. num.* 18.
Refellitur opinio Simanchæ aſſerentis, hæreticos dogmatizantes non eſſe admittendos ad pœnitentiam, *ibidem num.* 19.
Quid ſervandum ſit, ſi pœna ignis exequenda ſit contra hæreticos, *ibid. nu.* 20.
Si hæc pœna exequenda ſit contra hæreticum Clericum, prius degradandus eſt, *ibidem*.
Pœna ignis aliæque à jure Canonico ſtatutæ an poſſint augeri aut minui à poteſtate laica, *ibid. num.* 22. *cum ſeqq.* Vide Ignis, Pœna.
Hæretici, utpotè excommunicati, vitandi ſunt à Catholicis, *pag.* 107. *num.* 31.
Hæretici quouſque non fuerint ſpecialiter denunciati, ratione excommunicationis vitandi non ſunt, quamvis notoriè ſint tales, *ibid. num.* 39.
Hæretici etiam non denunciati vitari debent ratione ſcandali, aut periculi, & in aliis pluribus caſibus, *pag.* 108. *num.* 40. & 41.
Hæretici, credentes, receptatores, & fautores, privantur Eccleſiaſtica ſepultura, *ibid. nu.* 46. *cum ſeqq.*
An quia hæretici, vel quia excommunicati, hujuſmodi pœnæ ſubjiciantur, & relevantia hujus quæſtionis innuitur, *ibid. num.* 47.
Refertur opinio, quòd ratione excommunicationis hæretici priventur Eccleſiaſtica ſepultura; ſed contraria opinio amplectitur, *ibid. nu* 49.
Hæretici notorii, quamvis non denunciati, privantur Eccleſiaſtica ſepultura, *ibid. num.* 50.
Hæretici ubique poſſunt puniri, & quomodo id intelligatur, *pag.* 160. *nu.* 24. & *ſeqq.*
Hæretici an poſſint eſſe teſtes contra hæreticos, *pag.* 147. *num.* 9.
Hæretici aliique inquiſiti in S. Officio, ſi petant alium Advocatum & Procuratorem ultra Advocatum reorum Tribunalis, an exaudiri debeant, *pag.* 273 *num.* 16.
Hæretici poſtquam damnati ſunt, eorum nomina, inſignia, ſtatuæ, & imagines deleri debent, *pag.* 11. *nu.* 7.
Eorum libri igni traduntur, & qua ratione, *ibid. num.* 5. *cum ſeqq.* Vide Libri.
Hæretici pœnitentes præſtare debent cautionem de adimplendis mandatis Eccleſiæ, *p.* 53. *num.* 2. & 4.
Cautio hæc qualis eſſe debeat, *ibid.* & *nu.* 7.
Hæretici pœnitentes cavere debent datis fidejuſſoribus, & quare, *pag* 54. *nu.* 10.
Hæretici ipſo jure excommunicantur, *pag.* 103. *num.* 2. & *pag.* 104. *num.* 10.
Neque requiritur ſententia declaratoria, *ibid.*
Sive manifeſti ſint, ſive occulti, *ibid num.* 11.
Excipe, ſi ipſorum hæreſis ſit merè mentalis, *ibid.*
Quàm antiqua ſit excommunicationis pœna in hæreticos, *ibid. num.* 2.
Recenſentur plurimæ Summorum Pontificum Conſtitutiones, excommunicationis pœnam infligentes, *ibid. num.* 2. *cum ſeqq.*
Hæretici non occulti, quorum hæreſis ad forum contentioſum non eſt deducta, nequeunt abſolvi, niſi à Summo Pontifice, *pag.* 105. *num.* 55.
Etiam à quocunque ex ſubdelegatione Papæ, *ibid.*
An ſimpliciter fieri ſoleat ſubdelegatio, vel ſub aliqua limitatione, *ibid. num.* 16.
Hæretici cùm abſolvuntur ex delegatione facta Majori Pœnitentiario, tenentur alios denunciare, quia hæc delegatio habet in ventre clauſulam, dummodò non habeant complices, *ibidem*.
Solent de hoc certiorari, ne abſolutio eis ſit inutilis, *ibidem num* 17.
Hæretici contra Chriſtianos teſtimonium dicere non poſſunt, *pag.* 280. *num* 5.
Limitatur favore Fidei, & an faciant plenam probationem, *ibid. num.* 6. & 7.
Hæretici, eorumque fautores, quatenus cenſeantur decedere pœnitentes, *pag.* 177. *num.* 4. & *p.* 178. *nu.* 7. & 11.
Hæretici Begardi, Beguinæ, & Bigardi innuuntur, *pag.* 323. *num.* 5.
Hæretici Dulciniſtæ qui ſint, & quinam eorum auctor, *pagin.* 176. *num.* 6. & *p.* 324. *nu.* 16.
Hæretici quoad appellationem. Vide Appellatio.
Hæreticorum converſatio, non ſolùm quia excommunicati, ſed etiam quia ſunt hæretici, eſt prohibita, *pag.* 107. *num.* 40.
Hæreticorum domus quatenus demoliendæ ſint, *pag.* 11. *num.* 10. *cum ſeqq.* Vide Domus.
Hæreticorum Conſolationem recipere quid ſit, *pag.* 143. *num.* 2.
Qui ſint Hæretici Conſolati, *ibid.*
Filii & hæredes recipientium Conſolationem hæreticorum non admittuntur ad probandum, dictos infirmos non fuiſſe ſanæ mentis, *ibid. num.* 1.
Hæreticorum Conſolatio fuit in uſu apud Albigenſes, *ibid. num.* 3. & 4.
Necnon apud Catharos, *ibid. nu.* 5.
Hæreticorum Conſolatio definebat in carnificinam, *ibid. num.* 6.
Quotuplex hæc Conſolatio erat, *ibid. nu.* 8.
Hæreticorum Conſolationem petentes, fiunt vehementer ſuſpecti de hæreſi, *pag.* 144. *nu.* 9.
Prout recipientes Sacramenta juxta eorum ritus, *ibid.*
Hæreticorum Credentes an æquiparentur Fautoribus quoad pœnas, *ibid. num.* 10.
Differentia dictorum Credentium, *ibid.*
Hæreticorum Credentes ſunt vehementer ſuſpecti de hæreſi, *ibid. num.* 11.
Hæreticorum Credentes quoad errores ſubduntur pœnis hæreticorum, *ibid. nu.* 12.
Imò dicuntur hæretici, & quando, *ibid. nu.* 13.
Hæreticorum Credentes qui propriè dicantur, *ibidem numer.* 14.
Quare in Bulla Cœnæ Domini quandoque Credentes exprimantur, quandoque non, *ibid. nu.* 15.
Hæreticorum Credentes erroribus, ex factis & verbis dignoſcuntur, & quibus, *ibid. nu.* 16. & *ſeqq.*
Hæreticorum Credentes erroribus, dicuntur communicantes cum hæreticis in eorum ritibus, *ibid. nu.* 19.
Hæreticorum Credentes erroribus dicuntur, qui Conſolationem hæreticorum petunt, *pag.* 145. *num.* 20.
Etſi eam recipiant, dum non erant ſanæ mentis, dummodo eam petierint in ſanitate, *ibid. num.* 21.
Hæreticorum defenſores. Vide Fautores.
Hæreticorum defenſores ſunt ii, qui non errores, ſed hæreticorum perſonas defendunt, *pag.* 148. *num.* 9.
Et quatenus defendant hæreſes eorum, ſunt hæretici, *ibidem num* 8.
Hæreticorum defenſores ut puniantur, debent eſſe tales in cauſa hæreſis, & ita de receptatoribus, *ibid. nu.* 10.
Quid ſi fuerint conſanguinei, *ibid. num.* 11. 12. & 13.
Hæreticorum Receptatores. Vide Fautores, Hæreticorum defenſores.
Hæreticorum defenſores, fautores, aut receptatores conſanguinei mitiùs puniuntur juxta proximitatem, *ibid. numer.* 12. 13. & *ſeqq.*
Præſumitur feciſſe ob conſanguinitatem, & quomodo in hoc procedatur, *pag.* 149. *num.* 14. & 15.
Hæreticorum Fautores, Receptatores, & Defenſores. Vide Fautores.
Hæreticorum filii, & nepotes, necnon eorum fautores, eorumque filii & nepotes privantur dignitatibus, & Beneficiis, *pag.* 90. *num.* 7.
Secùs erit, ſi dignitates ſint bonis annexæ, *p.* 91. *nu.* 6.
Succedunt in majoratibus, dummodò à Patre hæretico non ſint inſtituti, *ibid. nu.* 7.
Ad quem uſque gradum protendatur hæc pœna, *pag.* 92. *num.* 9. & 10.
Quid in filiis illegitimis, ſpuriis, & natis ex damnato coitu, *ibid. num.* 14.
An item hæc pœna inhabilitatis afficiat filios, qui ſunt ſoluti ſacris paternis, *ibid. nu.* 15.
Quid denique juris in filiis vulgò quæſitis, *ibid. nu.* 18.
Quid in filiis adoptivis, *ibid. nu.* 19.
Hæreticorum filii geniti antequàm Patres in hæreſim prolaberentur, an priventur Beneficiis, *p.* 93. *nu.* 22.
Affirmativa ſententia eſt verior, eamque ſequuta eſt Sacra Rota, *ibid.* & *nu.* 23.
Negativa ſententia eſt æquior, eamque ſequitur Suprema Inquiſitio, *ibid. nu.* 24.
Hæreticorum filii non privantur Beneficiis obtentis ante hæreſim Patrum, *ibid. nu.* 25.
Neque per ſententiam privari poſſunt: quinimmò ſi diſpenſationem petant, ſine mora illis concedi debet, *ibid. num.* 26.
Opinio contraria uti probabilior in puncto juris recenſetur, *ibidem*.
Privantur uno caſu Beneficiis, utcunque ante hæreſim Patrum obtentis, nimirum ſi ad preces Patrum hæreticorum obtinuerint, *ibid. nu.* 27.
Hæreticorum filii an priventur Beneficiis obtentis poſt hæreſim Patrum; & recenſetur diſtinctio Doctorum, *pag.* 94. *num.* 29. & *ſeqq.*
Hæreticorum filii retinere & obtinere poſſunt Beneficia, quouſque hæreſis Patrum eſt occulta, *ibid. nu.* 30.
Si tamen hæreſis innoteſcat, privantur Beneficiis, etiam tempore hæreſis occultæ obtentis, *ibid.* & *nu.* 35.
Hæreticorum filii non ſolùm ſunt inhabiles in futurum, ſed etiam privantur Beneficiis priùs obtentis, *ibid. nu.* 31.
Hæreticorum filii incurrunt privationis & inhabilitatis pœnam ipſo jure, ſtatim atque probatur, eorum Parentes eſſe hæreticos, vel uti tales deceſſiſſe, *ibid. nu.* 33.

Neque

Digitized by Google

Neque requiritur ſententia declaratoria, ibid. num. 34.
Hæreticorum filii Beneficia permutare prohibentur, neque illis Beneficia poſſunt reſignari, ibid. num. 37.
Refellitur ſententia illorum, qui tuentur, quòd permutantes cum hæreticorum filiis Beneficia, illa acquirant, licèt ipſi filii hæreticorum ex permutatione nullum jus ſortiantur, ibid. num. 38.
Secùs eſt in excommunicato, ibid. num. 40.
Hæreticorum filii privantur penſionibus æquè ac Beneficiis, pag. 95. num. 41.
Hæreticorum filii & nepotes ex linea paterna ſunt inhabiles ad Ordines Eccleſiaſticos, eorumque exercitium, ibid. num. 44.
Expenduntur rationes, ibidem.
Hæreticorum filii & nepotes ex linea paterna ſubeunt infamiam, quam eorum parentes incurrunt, juxta nonnullorum ſententiam, ibid. num. 45.
Immò veriùs nulla infamia irrogatur hæreticorum filiis de jure, ibid. num. 46.
An ſaltem incurrant infamiam facti, ibid. num. 51.
Hæreticorum filii non arcentur à teſtimonio dicendo, ibid. num. 47.
Hæreticorum filii non amittunt nobilitatem, ibid. num. 47.
Amittunt tamen in caſu, quo parentes eorum hæretici nobilitatem ex privilegio Principis primò adepti fuerint, ibidem.
Hæreticorum filii an ſint irregulares; & refertur communis opinio, ibid. num. 53.
Negativa ſententia æquior ac benignior eſt, ibid.
Verior ſententia eſt, ipſos non eſſe propriè irregulares, quamvis irregularitatis effectibus ſubjaceant, pag. 96. numer. 54. & 55.
Hæreticorum filii ſunt inhabiles ad Ordines, non ratione infamiæ, aut irregularitatis, ſed quia incapaces ſunt officiorum, & honorum publicorum, ibid. num. 55.
Hæreticorum filii prohibentur ſuſcipere Ordines Eccleſiaſticos, etiam infimos, ibid. num. 57.
Expenditur ratio hujus prohibitionis, ibid.
Non tamen privantur exercitio Ordinum ſuſceptorum ante hæreſim Parentum, ibid. num. 59.
Hæreticorum filii indigent diſpenſatione Apoſtolica ad ſuſcipiendos Ordines Eccleſiaſticos, ibid. num. 60.
Et pro obtinenda diſpenſatione adiri debet Congregatio S. Officii, ex mente Sacræ Congregationis Concilii, ibid.
Hæreticorum filii nequeunt fieri habiles ad Beneficia, niſi prævia diſpenſatione Apoſtolica, ibid. num. 61.
Excipi tamen ſolent Beneficia Curata, & quandoque primæ Dignitates poſt Pontificalem, & Canonicatus in Cathedralibus, ibid. num. 62. Vide Diſpenſatio.
Hæreticorum pœnitentium pœnæ ſunt arbitrariæ, pag. 146. num. 8.
De pœna pecuniaria, aliiſque, an debeant adimpleri per heredes. Vide Inquiſitores.
Hæreticorum ſepultura. Vide Sepultura.
Hæreticis non poteſt Princeps Sæcularis libertatem conſcientiæ permittere, pag. 131. num. 3.
Hæreticis aſſignari debent Advocatus, & Procurator, pro legitima eorumdem defenſione; & in quibus caſibus, pag. 271. num. 13.
Hæreticos reſpicientes plures Leges obſervari mandat Clemens IV. latas ab Innocentio IV. pag. 246. num. 1.
Indicantur dictæ leges, ibid.
Hæreticos denunciare, poteſt quiſque cogi ab Inquiſitoribus, pag. 260. num. 3. & ſeqq.
Et ſpecialiter aliqui ratione Officii, & qui ſint: imò iſti fautores hæreticorum dicuntur. ibid. num. 6. & 7.
Hæreticos non denunciantes incurrunt excommunicationem latæ ſententiæ, ibid. num. 6.
Hebræi unde ita dicti, & cur ab Eccleſia tolerentur, pag. 8. num. 1. & pag. 9. num. 2.
Indicatur eorum protervia, & impietas in Chriſtianos, pag. 9. num. 2.
Spernunt Legem noſtram, Moyſen, & Prophetas, & adhærent traditionibus Rabinorum, ibid.
Hæ traditiones continentur in eorum libro, Thalmud nuncupato, ibid. num. 3. Vide Thalmud.
Hebræi non poſſunt habere Nutrices, aut Servientes Chriſtianos, pag. 12. num. 1.
In rebus humanis cum Chriſtianis communicare non poſſunt, ibid. num. 2.
Hebræi per mortem Chriſti facti ſunt noſtri ſervi, ibid.
A Judæorum ſervitute quiſque redimere poteſt Chriſtianum pretio ſolidorum duodecim, pag. 13. num. 2.
Hebræi non poſſunt appellari Domini à Chriſtianis, ibid. num. 3.
Nec poſſunt Chriſtianos in diebus Sabbati, & Veſperis diei antecedentis, pro igne, aut luminaribus accendendis, aut pro comeſtibilibus emendis, in eorum ſervitium advocare, ibidem.
Hebræi retinentes Nutrices, aut Servientes Chriſtianos, à quo Judice puniendi ſunt, ibid. num. 5.
Hebræi aliquid facientes in ſpretum noſtræ Religionis, puniri poſſunt ab Inquiſitoribus, ibid. num. 6.
Hebræi prohibentur habere Nutrices Chriſtianas, ſive domi, ſive alibi, etiam extra Ghettum, ibid. num. 8.
Nec quoad hoc diſpenſare poſſunt Nuncii, Epiſcopi, ſive Principes laici, ibid. num. 9.
Hebræi uti non poſſunt ſervitio Chriſtianorum, ſive ſervitium ſit perſonale, ſive reale, niſi ſervitium reale præſtetur abſente Judæo, ibid. num. 10. & 11.
Et niſi Judæi uti velint opera Chriſtianorum in reſtaurandis Synagogis, pag. 14. num. 11.
Hebræi poſſidere poſſunt Chriſtianos ſervos adſcriptitios, ſive addictos culturæ ruris, ibid. num. 12.
Hebræi poſſidere poſſunt fundum habentem adſcriptitios Chriſtianos, ibid. num. 13. Vide Chriſtiani, Nutrices, Servi.
Hebræi ut convertantur, plures leges edidere Summi Pontifices, pag. 261. num. 2. & ſeqq.
Et præſertim Clemens IV. ibidem.
Hebræi ſunt abominabiles, & obſcæni, ibid. num. 5.
Hebræi converſi, redeuntes ad ritus Judæorum, puniuntur uti hæretici, ibid. num. 7. & 8.
Hebræi rarò verè convertuntur ad veram fidem; ubi affertur exemplum, ibid. num. 7.
Hebræi inviti, compelli nequeunt baptizari, ibidem numer. 8. & 10.
Tenentur poſt Baptiſmum ſuſceptum Fidem ſervare, ibid. num. 10.
Et quid ſi coacti fuerint, pag. 262. num. 11.
Hebræi converſi rejudaizantes, puniuntur ab Inquiſitoribus uti hæretici, pag. 261. num. 9.
Imò etiam Neophyti, ibidem.
Hebræi recipientes Baptiſmum invalidè, an dicantur Apoſtatæ, & poſſint puniri uti rejudaizantes, pag. 262. num. 13.
Quid ſi fictitiè accedant ad Baptiſmum, ibid. num. 14.
Præſumuntur validè baptizati, quouſque de invaliditate non conſtet, ibidem.
Hebræi invalidè baptizati, ſi credant validè recepiſſe Baptiſmum, an cenſeantur Apoſtatæ, ſi à fide reſiliant, ibid. num. 15.
Adducitur opinio affirmativa, ibid.
Hebræi invalidè baptizati, poſſunt ſalvari, ſi ſe credant validè baptizatos, ibid. num. 16.
Hebræi invalidè baptizati, non curantes ſe iterum baptizari, non dicuntur Apoſtatæ, ibid. num. 18.
Hebræi invalidè baptizati, non dicuntur Apoſtatæ, etſi credant validè ſuſcepiſſe Baptiſmum, ibid. num. 19.
Diſtinguitur quoad Deum, & Eccleſiam, ibid.
Hebræus Catechumenus ſi recedat à Fide, an cenſeatur Apoſtata, ibid. num. 17. & 20.
Hebræi invalidè baptizati non poſſunt cogi ad Baptiſmum validè recipiendum, ibid. num. 21.
Quid in Cathecumeno, ibid. num. 20.
Puniuntur tamen, ſi ſe habeant pro Chriſtianis cum ſcientia nullitatis, pag. 263. num. 22. & ſeqq.
Non tamen uti Apoſtatæ, ſi conſtet evidenter de nullitate Baptiſmi, ibid. num. 24.
Hebræi an cogi poſſint ad audiendam prædicationem Evangelii, pag. 269. num. 5.
Referuntur rationes pro negativa, ibid.
Sed verior eſt affirmativa, quæ probatur, ibid. num. 6. & 7.
Hebræi an compelli poſſint inviti ad ſuſcipiendum Baptiſmum, ibid. num. 5. & 6.
Hebræi contra Chriſtianos teſtimonium dicere non poſſunt, pag. 280. num. 5.
Limitatur favore Fidei, & an faciant plenam probationem, ibid. num. 6. & 7.
Hebræi dum admittuntur in Teſtes, quatenus & quomodò jurare debeant, ibid. num. 8.
Subſcribere compelluntur propriam depoſitionem, etiam in die Sabbati, ibid. num. 9.
Hebræi faventes, aut receptantes Chriſtianos judaizantes, quomodo puniri debeant ab Inquiſitoribus, pag. 281. num. 11.
Hebræi quatenus poſſint dici baptizati. Vide Baptiſmus.
Hebræorum ritus Chriſtiani ſectantes. Vide Chriſtiani tranſeuntes ad ritus Judæorum.
D. Heduvigis geſta recenſentur, pag. 247. num. 1. & pag. 248. num. 2.
Nubit Duci Poloniæ, & poſt hujus obitum fit Monialis, pag. 248. num. 2. & 3.
Inter Sanctas adſcripta fuit, ibid. num. 5.
Miraculum in Canonizatione eventum, ibid. num. 4.
Honorii IV. Patria, Natales, & præclara ejuſdem geſta in Pontificatu recenſentur, pag. 275. num. 1. 2. & 3.
Hoſpitale S. Spiritus de Urbe, quando, & quomodo fuit Inſtitutum, pag. 284. num. 2.
Eidem fuit unitum Hoſpitale S. Spiritus in Monte Peſſulano, pag. 285. num. 3.
Nicolaus IV. confirmavit omnia bona, & Eccleſias poſſeſſas ab eodem Hoſpitali, ibid. num. 4.

Digitized by Google

Hypotheca pro depoſito non datur, niſi à Principe conceditur, *pag.* 67. *num.* 62.
Limitatur pro depoſito dotis Monialium, aliarumque Perſonarum privilegiatarum, dummodò ſit depoſitum neceſſarium; & quid dicendum in voluntario, *ibid. num.* 63. & 64.

I

JAcobus Cardinalis Cantelmus laudatur, *pagin.* 302. *numer.* 10.
S. Ignatius Patriarcha Conſtantinopolitanus depoſitus fuit invaleſcente altero Græcorum ſchiſmate, & quo tempore, *pag.* 80. *num* 5.
Photius eidem fuit ſuffectus, *ibid.*
Reintegratur in Concilio Conſtantinopolitano IV. *ibid. num.* 6.
Ignis pœna quàm rationabiliter & quo jure ſtatuta ſit contra hæreticos, *pag.* 6. *num.* 4. *cum ſeqq.*
Similiter ſtatuta erat contra rebelles, & milites deſertores, *ibid. num.* 7.
Quandonam talis pœna contra hæreticos locum habeat, *ibid. num.* 12. *cum ſeqq.* Vide reliqua ſub verbo Hæreticus, Pœna.
Igni pluries addictus fuit Liber Thalmud, aliique Libri Hebræorum, *pag.* 9. *num.* 6. *cum ſeqq.* Vide Thalmud.
Igni tradendi ſunt ab Inquiſitoribus Libri hæreticorum, aliique abſolutè prohibiti, *pag.* 19. *num.* 10. *cum ſeqq.* Vide Libri.
Similiter comburendi ſunt Libelli famoſi, *ibid. num.* 8.
Imagines & ſtatuæ hæreticorum corrumpi debent, *ibidem num.* 7.
Imagines Servorum Dei non canonizatorum, vel beatificatorum, cum radiis & ſplendoribus exponi nequeunt, *pag.* 55. *num.* 3.
Nec Tabellæ, & Miracula, ſeu Luminaria ad eorum ſepulchra apponi poſſunt; & Miracula ſeu Libri edi pariter prohibentur, *ibidem*.
Immemorabilis quamvis importare poſſit privilegium, attamen præſumptio ceſſat, ſi aliquid nonniſi ex ſolo privilegio acquiri poſſit, *pag.* 203. *nu.* 61. Vide Conſuetudo.
Immunitas Eccleſiaſticorum, & Monaſteriorum, fuit Imperatorum & Regum privilegiis munita, *pag.* 182. *num.* 5.
Quid inde blaterent Ethērodoxi, *ibid. num.* 6.
Latè iidem confutantur, *pag.* 183. *num.* 9. *cum ſeqq.*
Immunitas Eccleſiaſtica fuit ab Imperatoribus aliquando de facto coarctata, *pag.* 182. *num.* 6. & *p.* 183. *num.* 12.
Immunitas Eccleſiaſtica à nullis ex Orthodoxis Imperatoribus violata, *pag.* 183. *num.* 12.
Immunitas Eccleſiaſtica à jure Legis Æternæ eſt progreſſa, & à Jure Divino explicata, *pag.* 182. *num.* 7.
Immunitas Eccleſiaſtica fuit ante Imperatorum Conſtitutiones, à Pontificibus & Conciliis firmata, & vindicata, *ibid. num.* 7. & 8.
Immunitas perſonalis Eccleſiaſticorum, etiam temporibus Apoſtolorum vigebat, *ibid. num.* 8.
Immunitas Eccleſiaſtica, quia jure humano fuit explicata, non ideò eſt dicenda juris poſitivi, *p.* 183. *num.* 9.
Immunitas Eccleſiaſtica fuit tantùm promulgata, non verò ſancita in Imperialibus Conſtitutionibus, *ibid. num.* 10.
Immunitas Eccleſiaſtica eſt ſub protectione & tutela Principum, *ibid. num.* 11.
Imperator eſt Advocatus, & Defenſor Eccleſiæ, non autem eſt ſupra Eccleſiam, *pag.* 124 *num.* 14.
Non tamen eſt patronus, *pag.* 125. *num.* 14. & 15.
Imperator Advocatus Eccleſiæ nominatur in Capitulis factis inter Clementem VII. & Carolum V. *ibid. num.* 14.
Ubi Imperator recuperationem Terrarum Sedis Apoſtolicæ curare promittit, *ibid.*
Imperator quoad electionem. Vide Papa, Electores.
Imperatoris electio facienda per Electores à quo initium ſumpſerit, *pag.* 126. *num.* 21. & *ſeqq.*
Varia initia adducuntur, *ibid. num.* 21. & 22.
Tribuitur Gregorio V. *ibid. num.* 23.
Et deinde communi conſuetudine recepta; & in Concilio Lugdunenſi facta fuit mentio de ſeptem Electoribus, *ibid. num.* 24. & 25
Eorum numerus mutatus, & ad præſens qui ſint, *ibid. num.* 25. & 26.
Imperatores Græci mulctati ob ſchiſma, *pag.* 124. *num.* 12.
Imperatores an ex Germanis debeant eligi, & à Germanis tantùm, *pag.* 125. *num.* 17. & 18.
Imperatores in eorum Conſtitutionibus tantùm declararunt Primatum Eccleſiæ Romanæ, & Immunitatem Eccleſiaſticam, *pag.* 183. *num.* 10.
Imperii translatio ab Oriente ad Carolum Magnum facta fuit à Papa, *pag.* 124. *num.* 8. & *ſeqq.*
Objecta diluuntur, *ibid. num.* 9. & *ſeqq.*
Nec referri poteſt ad jus belli, *ibid. num.* 13.
Nec item Populo Romano, *ibid.*
Imperii, & Imperatorum brevis hiſtoria, *pag.* 124. *num.* 9. & *ſeqq.* & *p.* 125. *num.* 18. 19. & *ſeqq.*
Imploratio brachii ſæcularis. Vide Judices, Inquiſitores.
Incapax Beneficii regulariter eſt incapax penſionis de ſtylo Curiæ, *pag.* 95. *num.* 42.
Indulgentiæ largiuntur iis, qui ligna pro hæreticis comburendis deferunt, *pag.* 6. *num* 8.
Indulgentiæ cum facultate quæſtuandi conceſſæ, nullius ſunt roboris, *pag.* 100. *num.* 7.
Indulgentiæ plures fuerunt à Summis Pontificibus, & præſertim Alexandro IV. conceſſæ Inquiſitoribus, *pag.* 151. *num.* 1.
Et eædem quæ ſint, *ibid. num.* 1. & 2.
Indulgentiæ quæ conceſſæ ſint Cruceſignatis Inquiſitionis, Fautoribus, Sociis, Notariis, & Familiaribus S. Officii, *pag.* 152. *num.* 3. 4. 5. 6. 7. & 8.
Indulgentiæ nequeunt concedi, niſi à legitimo Superiore, in hoc habente facultatem, *ibid num.* 14.
Indulgentias concedendi facultatem habent Inquiſitores, & quando, ac quas, *ibid. num.* 9.
Ubi in Concionibus quas indulgentias concedere poſſint, *ibid. num.* 10. & 13.
Indulgentias concedere poſſunt Inquiſitores non cumulatas, ſed juxta conceſſiones Summorum Pontificum, etſi confirmatas, *ibid. num.* 11. & 12.
Indulgentias concedendi poteſtas principaliter eſt penes Summum Pontificem, *pag.* 152. *num.* 16. & *ſeqq.* & *pag.* 153. *num.* 20.
Indulgentias plenarias concedendi poteſtatem non habet Concilium Generale, *pag.* 152. *num.* 17.
Adducitur opinio Concilio favorabilis, *ibid.*
Contrarium reſolvitur, ſi non ſit Papa in eo, *ibid.* & *pag.* 153. *num.* 18. & 19.
Poteſt tamen aliquas Indulgentias concedere, & quomodo, *ibidem*.
Indulgentias aliquas concedere valent Epiſcopi, & quas, *pag.* 153. *num.* 10. & *ſeqq.*
Et quatenus excedant taxatum numerum, non valent, *ibid. num.* 21.
Et an obtineant talem poteſtatem Jure Divino, vel immediatè à Papa, *ibid. num.* 22. & *ſeqq.*
Concluditur, recipere à Papa, *ibid num.* 23. & *ſeqq.*
Sed quidem concedere Epiſcopos eas jure ordinario, *ibid. num.* 25.
Indulgentias concedere poteſt Epiſcopus non adhuc conſecratus, *ibid. num.* 23. & 24.
Indulgentias, quas concedere poſſunt Epiſcopi, an valeant aliis delegare, ut concedant, *ibid. num.* 26.
Indulgentias concedere nequit Vicarius Generalis, ſine ſpeciali mandato Epiſcopi, *ibid.*
Indulgentias an concedere valeat Vicarius Capitularis, *ibid. num.* 27. & *ſeqq.*
Contrarium verius reſolvitur ex ſententia Sacræ Congreg. Concilii, *ibid. num.* 28.
Indulgentias etiam plenarias poteſt Epiſcopus concedere ex Papæ delegatione, *ibid. num.* 25.
Indulgentias concedere poteſt Epiſcopus excommunicatus, ſi non fuerit denunciatus, *ibid. num.* 29.
Item ſi fuerit hæreticus non denunciatus, *ibid. numero* 30.
Indulgentias concedere non poteſt Epiſcopus Coadjutor, poteſt tamen ſub nomine Coadjuti, *ibid. num.* 31.
Indulgentias taxatas pro Epiſcopis poteſt concedere Legatus Sedis Apoſtolicæ in ejus Provincia, *pag.* 154. *numer.* 33.
Et majores, ſi adſit Indultum ſpeciale Papæ, *ibid.*
Si fuerit tamen Cardinalis, Indulgentiam centum dierum concedere poteſt, *ibid.*
Indulgentias concedere poſſunt Cardinales centum dierum, *ibidem*.
Indulgentias centum dierum concedere poteſt Summus Pœnitentiarius, *ibid.*
Indulgentias concedere nequeunt Prælati inferiores quicumque, niſi ex ſpeciali Indulto Apoſtolico, *ibid. num.* 34. & 35.
Infamia facti non incurritur ab eo, qui in minori exiſtimatione habetur; ſed ab eo, qui aliquid committit, ex quo ejus opinio labefactata remanet apud bonos, *pag.* 95. *num.* 51. & 52.
Infames arcentur à teſtimonio ferendo, *ibid. num.* 47.
Infideles, & abnegati, an probent actum Martyrii, *pag.* 56. *num.* 13. *cum ſeqq.*
Adducitur opinio negativa, ſed concluditur pro affirmativa, præſertim ſi agatur de Martyrio ſecuto apud infideles, *ibid.* & *num.* 14.
Multis autem attendi debent, ſi deponant ſuper formali Martyrio, *pag.* 57. *num.* 14.
Infideles nequeunt eſſe Martyres, *pag.* 58. *num.* 30.
Inhabilitas ad Beneficia & Dignitates ob crimen hæreſis non extenditur ultra ſecundum gradum in linea paterna, & primum in linea materna, *pag.* 92. *num.* 9. & 10.

Pro-

Digitized by Google

Protendi tamen poteſt ad ulteriores gradus vigore Statutorum particularium, dummodo Statuta ſint approbata à Sede Apoſtolica, vel appoſita fuerint in limine fundationis, *ibid. num.* 10.
Inhabilitas ad Beneficia ob crimen hæreſeos non extenditur ultra ſecundum gradum in linea paterna, & primum in linea materna, *ibid. num.* 10.
Extenditur ad ulteriores gradus, extantibus Statutis peculiaribus, *ibidem*.
Dummodo Statuta ſint confirmata à Sede Apoſtolica, vel appoſita ſint in limine fundationis, *ibid. num.* 11.
Quæ ſint conditiones apponi ſolitæ in hac re à Sede Apoſtolica, *ibid. num.* 13.
Qualiter debeant interpretari, *ibid. num.* 12.
Inhabilitas ad Officia, & Beneficia, non ſupponit neceſſariò infamiam, *pag.* 95. *num.* 48.
Injuria quatenus à Matre binuba cenſeatur fieri primo Viro, ejuſque filiis, *pag.* 22. *num.* 48.
Jus proſequendi hanc injuriam eſt perſonaliſſimum ipſis filiis, & an filius Profeſſus eandem injuriam proſequi poſſit, *ibidem*.
Non eſt neceſſe, ut filii primi Viri proſequantur eandem injuriam, ad effectum ſuccedendi Matri binubæ, ex diſpoſitione *leg. Fœminæ Cod. de ſecund. nupt. ibid. num.* 50.
Verius eſt, diſpoſitionem *leg. Fœminæ* niti potiùs æquitati naturali, quàm injuriæ, quæ à Matre binuba fit primo Viro, ejuſque filiis, *ibid. num.* 51. Vide Filii.
SS. Innocentes an fuerint verè Martyres, *pag.* 18. *num.* 33.
Innocentii IV. Nomen, Natales, ac geſta in Pontificatu recenſentur, *pag.* 1. *num.* 1. *cum ſeqq.*
Primus galero rubro Cardinales inſignivit, ac Roſam auream Principibus de Eccleſia benè meritis mittendam benedixit, *pag.* 2. *num.* 4.
Obiit Neapoli, & refertur inſcriptio in ejus ſepulcro appoſita, *ibid. num.* 5.
Confirmavit leges à Friderico Imperatore contra hæreticos editas, *ibid. num.* 7.
Innocentius IV. Fridericum II. ab Imperio depoſuit in Concilio Lugdunenſi, *pag.* 15. *num.* 6.
Cur talem depoſitionem fecerit in Concilio Generali, *ibidem num.* 11.
Inquiſitionis Tribunal erectum ad compeſcendas & evellendas hæreſes, *pag.* 97. *num.* 1.
Ejus erectioni cauſam dedit hæreſis Albigenſium, *ibid. num.* 4. *&* *num.* 7.
Auctor B. Dominicus, tunc Oxomenſis Canonicus, idemque primus Inquiſitor, *ibid. num.* 8.
Erectio non habuit fines mundanos, *ibid. num.* 2.
Inquiſitionis Officium ſi impediatur ab aliqua lege, hæc nulla dicitur, *pag.* 131. *num.* 6. *&* 7.
Inquiſitionis Tribunalis Conſtitutiones deſcribi mandavit in Capitularibus omnium Locorum Italiæ, alias Conſtitutiones extendendo, Clemens IV. *pag.* 241. *num.* 1.
Inquiſitionis Officiales plenam fidem obtinent quoad pertinentia ad eorum officium, *ibid. num.* 2.
Qui ſint hujuſmodi Officiales ad hunc effectum, *ibidem num.* 3.
Inquiſitionis Cuſtodibus quatenus adhibenda ſit plena fides, *ibid. num.* 4. *& ſeqq.*
Inquiſitionis plures leges indicantur contra hæreticos, præſertim à Clemente IV. promulgatæ, & confirmatæ, *pagin.* 259. *num.* 1. *& p.* 260. *num.* 2.
Inquiſitionis Tribunal. Vide Tribunal Inquiſitionis.
Inquiſitionis Miniſtri. Vide Crucesignati, Familiares Inquiſitionis.
Inquiſitionis Officium impedientia Statuta. Vide Statuta.
Inquiſitor per ſententiam non damnat hæreticum morti, ſed tantùm eum relinquit brachio ſæculari, *pag.* 5. *num.* 17.
Ejus ſententias quiſque Judex, etiam Sacra Rota, exequitur non viſis actis, *ibid. num.* 18.
Inquiſitor, etiam Reo non opponente, inquirere debet ex officio de conditione & qualitate Teſtium, *pag.* 178. *numer.* 15.
Inquiſitor toto conatu incumbere debet, quòd Reis, ob nomina Teſtium non publicata, nullum præjudicium inferatur, *ibidem*.
Inquiſitores ſtatim comburere debent libros prohibitos, eiſque iidem libri deferendi ſunt, *pag.* 12. *num.* 10. Vide Libri.
Inquiſitores procedere poſſunt contra Judæos retinentes Nutrices Chriſtianas, *pag.* 13. *num.* 5. Vide Judæi, Nutrices.
Vel quotieſcunque aliquid faciunt in ſpretum noſtræ Religionis, *ibid. num.* 6.
Inquiſitores an poſſint imponere Hæreticis pœnam pecuniariam, *pag.* 53. *num.* 6.
Inquiſitores an ab Hæreticis pœnitentibus exigere poſſint cautionem, & qualem, *ibid. num.* 8. *cum ſeqq.*
Inquiſitores, notoriè ſine juriſdictione procedentes, impediens, an incurrat pœnas fautorum hæreticorum, *pag.* 132. *num.* 12.
Inquiſitores hæreticæ pravitatis poſſunt interpretari Statuta tam Eccleſiaſtica, quàm ſæcularia, ad eorum munus pertinentia, *pag.* 89. *num.* 1.
Ratio cur illis conceſſa fuerit hujuſmodi facultas, *pag.* 90. *num.* 3.
Eadem facultate non utuntur, niſi adigente neceſſitate, *ibid. num.* 4.
Imo in cauſis gravioribus, utcunque habeant facultatem tradendi brachio ſæculari, conſulunt Supremam Inquiſitionem, *ibid. num.* 5.
Inquiſitores poſſunt interpretari Statuta, etiam inconſulto Epiſcopo Diœceſano, *ibid. num.* 6.
Inquiſitores hæreticæ pravitatis Innocentius IV. deſtinavit PP. Minores, *pag.* 97. *num.* 9.
Gregorius IX. ſolis Fratribus Dominicanis id munus demandavit, *ibidem*.
Aliquando aliis commiſſum extra ordinem Minorum, & Prædicatorum, *ibidem*.
Committebatur Superioribus Ordinum prædictorum, cum facultate eligendi Inquiſitores, *pag.* 99. *num.* 32.
Hodie adempta eſt hæc facultas Superioribus Regularibus, & Inquiſitores eliguntur à Sede Apoſtolica, *ibid. num.* 34.
Inquiſitores Regulares eliguntur à Sacra Congregatione, & à Sede Apoſtolica approbantur, *ibid.*
In Hiſpania immediatè ab Inquiſitore Generali eliguntur, *ibidem*.
Inquiſitores quicumque, ſive à Sede Apoſtolica eligantur, ſive à Suprema Inquiſitione, ſive ab Inquiſitore Generali, omnes ſunt delegati Sedis Apoſtolicæ, *ibid. num.* 35.
Inquiſitores Regulares non tenentur obedire ſuis Superioribus in iis, quæ concernunt Officium Inquiſitionis, *ibid. num.* 33.
Inquiſitores habent cumulativam cum Epiſcopis ad coercendos Hæreticos, non item privativam, *pag.* 98. *num.* 10.
In Hiſpania, ſive ex conſuetudine, ſive ex privilegio Sedis Apoſtolicæ, habent privativam, *ibid. num.* 11.
Eorum juriſdictio eſt delegata, non ordinaria, inſpecto ſui initio, *ibid. num.* 22.
Primo ſuæ originis ſæculo ſuam juriſdictionem delegare non potuerunt, *ibid. num.* 23.
Ex Conſtitutionibus Pontificiis ſubdelegare poſſunt, *pag.* 99. *num.* 24.
Qualis hodie ſit illorum juriſdictio, *ibid. num.* 29.
Morte delegantis non extinguitur, *ibid. num.* 30.
Inquiſitores hodie poſſunt ſibi conſtituere Vicarios Generales, *ibid. num.* 25.
Reſervare ſolent condemnationem impœnitentium, & jus ſententiæ, *ibid. num.* 26.
Formulæ literarum, quibus conſtituuntur eorum Commiſſarii, & Vicarii Generales, *ibid.*
Inquiſitores de ſtylo proponunt tres perſonas pro munere Vicariatus, & Suprema Inquiſitio unam approbat, *ibid. num.* 28.
Inquiſitores coercere poſſunt quæſtores eleemoſynarum, qui concionari præſumunt, *pag.* 100. *num.* 1.
Item ſi falſas reliquias & indulgentias diſſeminaverint, *ibid. & num.* 2.
Inquiſitores abſolvere nequeunt ab hæreſi, niſi prævia abjuratione, & præſtatione juramenti, *pag* 106. *num.* 28.
Neque in foro conſcientiæ abſolvere poſſunt, *ibid.*
Niſi habeant ex ſpeciali privilegio, cujuſmodi ſunt Inquiſitores in partibus Hæreticorum degentes, *pag.* 107. *numer.* 29.
Contraria ſententia refellitur, *pag.* 106. *num.* 28.
Imo non expedit, ut habeant hujuſmodi facultatem, & qua ratione, *pag.* 107. *num.* 30.
Inquiſitores cum Epiſcopis circa juriſdictionem in cauſis hæreſum, plures obtinuerunt deciſiones, *pag.* 129. *num.* 3. *& ſeqq.*
Plura in hoc adducuntur Summorum Pontificum ſtatuta, *ibid. num.* 4. 5. *&* 6.
Inquiſitores ſi procedant ſoli in iis, in quibus requirere debent Epiſcopos, acta ſunt nulla, *ibid. num.* 7. *& ſeqq.*
Ita ſi id agant Epiſcopi, irrequiſitis Inquiſitoribus, *ibid.*
Inquiſitores, vel Epiſcopi, ſi ſoli procedant non ſe ad invicem requiſitis, confeſſio facta à reo coram uno ex eis, in totum erit nulla, *ibid. num.* 8.
Limita, ſi fuerit ratificata coram utroque, *ibid.*
Quid quoad jejunia & torturam teſtium, *ibidem num.* 9. *&* 10.
Abjuratio fieri nequit alio non requiſito; ſed quid in hæretico ſponte comparente, *ibidem & pag.* 130. *num.* 14. *&* 15.
Qui actus ſingulis permittantur, alio non requiſito, *ibid. num.* 12.
Inquiſitores an valeant ſententiam abſolutoriam proferre irrequiſitis Epiſcopis, vel è contra, *pag.* 130. *num.* 16. *& ſeqq.*
Adducitur opinio, quòd valeant abſque nullitatis labe, *ibidem*.
Contrarium firmatur, *ibid. num.* 17.
Quod ſervatur in foro, & procedit etiam in ſententia inter-

interlocutoria, vim diffinitivæ habente, *ibid. & num.* 18.

Inquiſitores poſſunt irrequiſitis Epiſcopis contra hæreticos publicè in judicio confeſſos & obſtinatos procedere, *ibid. num.* 19.

Inquiſitores ſine Epiſcopis, vel è contrà, non valent imminuere, vel commutare pœnam carceris, & alias, *ibid. nu.* 20.

Quid in Hiſpania ſervetur, *ibid.*

Sed hodie conſulitur Suprema Inquiſitio, *ibid. num.* 21.

Inquiſitores ſoli, vel Epiſcopi, in tribus caſibus ſine requiſitione alterius procedere poſſunt, & qui ſint, *ibid. nu.* 22.

Inquiſitores quem Epiſcopum requirere debeant, originis, domicilii, vel loci delicti, *ibid. num.* 23. *& ſeqq.*

Reſolvitur, debere requiri Epiſcopum loci delicti, *ibid. num.* 24.

Sed verius eſt, requiri debere Epiſcopum loci judicii, *ibidem num.* 25.

Inquiſitores habent privilegium Interpretandi ſtatuta edita contra hæreticos, *pag.* 139. *num.* 1.

Inquiſitores an poſſint promittere reis impunitatem, *pag.* 141. *num.* 22. *&* 23.

Inquiſitores an poſſint imponere pœnas pecuniarias, *pag.* 145. *num.* 2. *& ſeqq.*

Poſſe eas imponere non probatur ex Conſtitutione 14. Alexandri IV. *ibid. num.* 3.

Et ab illis abſtinere monuit Concilium Narbonenſe, *ibidem num.* 4.

Inquiſitores de jure non prohibentur imponere pœnas pecuniarias, *ibid. num.* 5. *& ſeqq.*

Inquiſitores nequeunt illicitas extorſiones pecuniarias facere, *ibid. num.* 7.

Inquiſitores in quibus caſibus poſſint imponere pœnas pecuniarias, *pag.* 146. *num.* 9.

Inquiſitores Italiæ indiſtinctè eas imponere non poſſunt, niſi conſulta Suprema Inquiſitione, *ibid. num.* 10.

Inquiſitores quatenus poſſint cogere hæredes ad ſolvendam pœnam pecuniariam impoſitam eorum auctoribus, *ibid. num* 11. *&* 12. *cum ſeqq.*

Quod intellige, ſi fuerit impoſita pœna hæretico pœnitenti in vita, *ibid. num.* 14.

Inquiſitores poſſunt cogere per excommunicationem hæreticos pœnitentes, ad implendas pœnitentias, *ibid. nu.* 15.

Imò & eorum fidejuſſores, *ibid.*

Si tamen pœnitentia ſit realis, ſecùs ſi perſonalis, *ibid. num.* 13.

Inquiſitores poſſunt procedere contra renuentes, vel negligentes pœnitentias adimplere, *ibid. num.* 16.

Imò Rei ſunt illis ſubjecti, quouſque pœnitentias non adimpleverint, *ibid. num.* 17.

Inquiſitores quam juriſdictionem habeant in hæreticos pœnitentes, tam in Criminalibus, quàm in Civilibus, & levibus, *pag.* 147. *num.* 20. *&* 21.

Inquiſitores debent applicare pœnas pecuniarias indigentiis Inquiſitionis etiam futuris, *ibid. & num.* 21. *&* 22.

Sed in Italia requiritur licentia Supremæ Inquiſitionis, *ibid. num.* 23.

Inquiſitores poſſunt compellere Judices Sæculares ad exequendas eorum ſententias, *pag.* 154. *num.* 1.

Inquiſitores nequeunt exequi ſententiam ſanguinis, ſed relaxant plectendos Judici Sæculari, *pag.* 155. *num.* 2. *&* 3.

Imò intercedunt pro reo, & formula adducitur, *ibidem num.* 5. *&* 6.

Nec ex tali traditione irregularitatem incurrunt, *ibid. num.* 6.

Quæ interceſſio ſemper fieri conſuevit, licèt non profit, cùm teneatur Judex Sæcularis exequi pœnas, *ibid. numer.* 8. *&* 9.

Adducitur exemplum hujus traditionis nuperrimè à Suprema Inquiſitione practicatæ in Urbe, & ejuſdem functio publica, *ibid. num.* 8.

Inquiſitores quomodo cogant Judices Sæculares ad exequendas ſententias, *pag.* 156. *num.* 22. *& ſeqq.*

An autem incurrant irregularitatem, cogendo pro ſententia mortis, *pag.* 157. *num.* 26. *&* 27.

Adducitur modus ſervandus in hoc caſu, *ibid. num.* 28.

Inquiſitores quoad facultatem abſolvendi ab excommunicatione, & reconciliandi hæreticos, & fautores, convocandi Clerum & populum, & concedendi Indulgentias, *pag.* 158. *num.* 1.

Inquiſitores requirere poſſunt ab omnibus Tribunalibus Mundi indicia, ſcripturas, & proceſſus, *pag.* 159. *num.* 8.

Inquiſitores poſſunt procedere contra delinquentes in eorum Provincia, etiamſi aliò ſe tranſtulerint, *ibid. num.* 9. *& ſeqq.*

Declarantur caſus, in quibus Inquiſitores poſſint procedere ratione domicilii, delicti, & originis; & latè diſcutiuntur, *ibid. num.* 10. *& ſeqq.*

Inquiſitores quomodo concurrant cum aliis in punitione rei, *pag.* 160. *num.* 21. *& ſeqq.*

Ubi de concurſu inter Inquiſitores loci delicti, & moræ rei, ubi apprehenditur; aliique caſus enunciantur, & quomodo in ſingulis ſit procedendum, *ibid.*

Datur locus præventioni Inquiſitori loci delicti, *ibid. nu.* 24. *& ſeqq.*

Et quatenus ſit locus remiſſioni alteri Inquiſitori, *ibid. num.* 28. *& ſeq.*

Vel ſit locus requiſitoriæ, *ibid. num.* 31.

Inquiſitores quatenus procedere poſſunt contra abſentes à loco ſuæ juriſdictionis, *pag.* 159. *num.* 17.

Inquiſitores quatenus poſſint requirere Judicem Laicum ad tradendum ſibi carceratum, & quomodo, *pag.* 161. *nu.* 33. *&* 34. *& ſeqq.*

Reſolvitur affirmativè in quocunque crimine etiam læſæ Majeſtatis humanæ, itaut ſuſpendatur interim cognitio delicti coram Judice Laico, *ibid. num.* 34. *& ſeqq.*

Quæ remiſſio fieri debet in cauſa hæreſis formalis, & ſuſpicionis, in quacunque parte judicii, & ſtatim, nec quæri poteſt alia cautio reſtituendi, *ibid. num.* 35.

Praxis Supremæ Inquiſitionis in hac re indicatur, *ibidem num.* 38. 39. *&* 40.

Inquiſitores non debent dare aliquam cautionem Judici Laico remittendi reum, ſed poſt cauſam terminatam in S. Officio tenentur remittere, & quomodo, *ibid. nu.* 37. *& ſeq.*

Inquiſitores quoad remiſſionem rei eis faciendam per Judicem Laicum. Vide Judex Sæcularis,

Inquiſitores recepit Fridericus II. Imperator ſub ſua & Imperii protectione, *pag.* 163. *num.* 2.

Inquiſitores nequeunt remittere reum ad Judicem Laicum, nec communicare acta & proceſſus, etſi reus captus faſſus fuerit delictum, ad Forum Laicale pertinens, *pag.* 161. *num.* 40.

Inquiſitores providere debent de ſecurò conductu Epiſcopi, aliique Eccleſiaſtici, & Regulares, *pag.* 162. *nu.* 1.

Idem præſtare tenentur Barones, Magiſtratus, & Principes, *ibid. num.* 2. *& pag.* 163. *num.* 1. *&* 3.

Quid veniat nomine ſecuri conductus, *pag.* 163. *num.* 4. *&* 5. *& pag:* 163. *num.* 4.

Quid ſit ſalvaguardia, quæ conceditur Inquiſitoribus, & an ſit limitata, vel abſoluta, *pag.* 162. *num.* 6. 7. *&* 8.

Inquiſitores poſſunt procedere contra Regulares, & exemptos, impedientes eorum officium, *pag.* 166. *num.* 1. *& pag.* 167. *num.* 2.

Inquiſitores poſſunt procedere contra Regulares omnes, & exemptos, in cauſis Fidei, *pag.* 166. *num.* 3. *& p.* 167. *nu.* 4.

Inquiſitores poſſunt procedere contra Regulares, & exemptos, ab ipſis requiſitos, & non faventes, *pag.* 167. *num.* 3.

Inquiſitores poſſunt Regulares aſſumere ad munus Notarii in eorum munere, & quando, *ibid. num.* 5. *& ſeqq.*

Inquiſitores an poſſint aſſumere laicos pro Notariis, & quando, *ibid. num.* 6. *& ſeqq.*

Inquiſitores habent facultatem creandi Notarios, *ibid. num.* 10.

Inquiſitores olim eligebantur à Superioribus Regularibus, ex facultate Summorum Pontificum, *pag.* 168. *nu.* 1. *&* 3.

Et erant tunc delegati, *ibid. num.* 3.

Inquiſitores Regulares non tenentur obedire Prælatis Regularibus in iis, quæ pertinent ad munus Inquiſitoris, *ibid. num.* 2. 4. *&* 5.

Inquiſitores Regulares in præſenti eliguntur à Sede Apoſtolica, *ibid. num.* 3.

Inquiſitores Regulares quoad obſervantiam Regularem ſubjiciuntur ſuis Prælatis, *ibid. num.* 4. *&* 5.

Inquiſitores Regulares delinquentes in officio prædicto, non poſſunt puniri à Prælatis Regularibus, *ibid. num.* 6.

Sed remitti debent Supremæ Inquiſitioni, & in Hiſpania Inquiſitori Generali, *ibid.*

Declaratur *Clem.* 1. §. *Qui equidem, de hæretic. ibid.*

Inquiſitores Regulares delinquentes extra munus Inquiſitorum, de jure poſſent puniri à Superioribus Regularibus, *pag.* 169. *num.* 7.

Non autem fieri debet, ſed informationes capere, & tranſmittere Supremæ Inquiſitioni ſolent, *ibid. num.* 8.

Inquiſitores ſæculares delinquentes tam in officio, quàm extra, puniuntur à Suprema Inquiſitione, *ibid.*

Inquiſitores poſſunt procedere contra quoſcunque in dignitate conſtitutos, niſi ſpecialiter prohibeantur à jure, *ibid. num.* 10. 11. *&* 15.

Non autem contra Epiſcopos, Nuncios, & Officiales Sedis Apoſtolicæ, *ibid. num.* 14. *& ſeqq.*

Sed quid ſit permiſſum in his caſibus, *ibid. num.* 12.

Inquiſitores non ſubjiciuntur in cauſis Fidei Epiſcopis, vel aliis Inquiſitoribus, *ibid. num.* 13.

Inquiſitores etiam Regulares poſſunt procedere contra Prælatos Regulares, etiam ejuſdem Ordinis, *ibid. num* 15.

Quod procedit quoque contra Generales, *ibid. num.* 16.

Inquiſitores in examine Teſtium, ultra Notarium adhibere debent duas Religioſas & diſcretas perſonas, ſaltem in fine depoſitionis, & quare, *pag.* 177. *num.* 3. *& pag.* 178. *num.* 5. *&* 13.

Et qui Religioſorum nomine comprehendantur, *pag.* 177. *num.* 4.

An verò hæc forma procedendi ſit de præcepto, vel conſilio; & nunquid hodie ſervetur, *pag.* 178. *num.* 6. *&* 7.

Inqui-

Inquiſitores requirere debent reum, ut nominet ſibi ſuſpectos, & cauſam ſuſpicionis reddat, & quare, *ibid. nu.* 14.

Inquiſitores publicare debent tantùm dicta & depoſitiones Teſtium, ſuppreſſis eorundem nominibus & circumſtantiis, *pag.* 179. *num.* 17.

Inquiſitores durante officio non poſſunt excommunicari, ſuſpendi, aut interdici à Delegatis Sedis Apoſtolicæ, ſive Legatis à Latere, etiam Cardinalibus, abſque ſpeciali mandato, etiam ſi obligati fuerint in forma Cameræ, *pag.* 80. *num.* 1. & 5.

Inquiſitores an poſſint declarari excommunicati in caſu facti notorii, *ibid. num.* 3. & 4.

Duplex in hac re affertur opinio, *ibid.*

Inquiſitores eorumque Socii poſſunt ſe mutuò abſolvere ab excommunicationibus & irregularitatibus, ex privilegio Urbani IV. *pag.* 204. *num.* 1. 2. & 4.

Limitatur in caſu, quo facilis ſit acceſſus ad Superiores Regulares, *ibid. num.* 5.

Neque poſſunt ſe abſolvere à cenſuris Sedi Apoſtolicæ reſervatis, *ibid. num.* 6.

Inquiſitores poſſunt plures & totam viciniam cogere ad jurandum de Indicandis Hæreticis, *pag.* 160. *num.* 1. & 3.

Qui coacti peccant magis, ſi omittant denunciare, *ibid. num.* 5.

Inquiſitores circa diſtributiones quotidianas. Vide Diſtributiones quotidianæ.

Inquiſitores faventes Hæreticis. Vide Fautores Hæreticorum.

Inquiſitores quoad Indulgentias. Vide Indulgentiæ.

Inquiſitores quoad traditionem brachio ſæculari. Vide Judices ſæculares.

Inquiſitorum juriſdictionis origo, & concurſus cum Epiſcopis, *pag.* 129. *num.* 1.

Inquiſitores ut ſoli cognoſcant cauſas hæreſis, expediens eſt etiam Epiſcopis, *ibid. num.* 2.

Inquiſitorum juriſdictio durat etiam poſt ſententiam, & quando, *pag.* 147. *num.* 17. 18. & 19.

Quod tamen limitatur quoad cauſas Inquiſitionis, *ibid. num.* 20.

Inquiſitoribus aſſiſtentiam & auxilium dare debent Epiſcopi, aliique Prælati tam ſæculares quàm Regulares, *pag.* 148. *num.* 1. 2. 3. & 4.

Explicatur Conſtitutio 15. Alexandri IV. in hoc, *ibidem num.* 2.

Imò ad id tenentur omnes Eccleſiaſtici, & laici, *ibidem num.* 3. & 4.

Inquiſitoribus debet faveri tantùm in rebus ad eorum munus pertinentibus, *ibid. num.* 5.

Inquiſitoribus juramentum præſtare debent Magiſtratus, & Domini temporales, & quomodo, *pag.* 149. *num.* 25. & *pag.* 150. *num.* 26.

Inſignia & nomina Hæreticorum delenda ſunt, *pagin.* 11. *num.* 7.

Inſignia Pontificalia. Vide Pontificalia inſignia.

Inſtitutio, Præſentatio, & Nominatio aliquando confunduntur; in quibus tamen inter ſe differant, *pag.* 199. *num.* 24.

Inſtitutio auctorizabilis quid importet, & quatenus differat à ſimplici inſtitutione, *pag.* 199. *num.* 27. & *pag.* 200. *num.* 33.

Privative quoad omnes competit Epiſcopis, *pag.* 200. *num.* 35.

Interdicti tempore quatenus poſſint benedici Olea ſacra, *pag.* 31. *num.* 12.

Interdicti tempore Feſtum Sanctiſſimi Corporis Chriſti ſolemniter celebrari poteſt, *p.* 170. *num.* 5.

Interpretatio legum prohibita inducit earum obſervantiam, *pag.* 257. *num.* 1.

Interpretatio legum prohibita fuit privatis, *ibid. num.* 2.

Ubi de S. Concil. Tridentino, & Regula Fratrum Minorum, *ibidem.*

Interpretatio quoad Leges, & Privilegia. Vide Privilegia.

Interpretatio legum quomodo eſt permiſſa Judici, *pag.* 257. *num.* 6. & 7.

Interpretatio legum antiquitùs apud quos erat, *ibidem num.* 8.

Interpretatio legum pluribus caſibus explicatur, quatenus ſit permiſſa, vel non, tam præſente, quàm abſente Principe, vel Papa, *pag.* 258. *num.* 13.

Quid ſi adfuerit clauſula *Sublata*. Vide Clauſula *Sublata*.

Joannes Philippus ex Comitibus de Schonborn, Canonicus Moguntinus laudatur, *pag.* 123. *num.* 5.

Eminentiſſ. & Reverendiſſ. D. Joannes Baptiſta Cardinalis Spinula, Camerarius S. R. E. laudatur, *p.* 310. *num.* 9.

Joſepini. Vide Vvaldenſes.

Irregularis non ſolùm eſt inhabilis ad Ordines ſuſcipiendos, ſed etiam privatur exercitio ſuſceptorum, *pag.* 96. *num.* 18.

Irregularitas non incurritur, niſi ſit in jure expreſſa, *ibid. num.* 14.

Irregularitatem incurrunt Prælati inferiores, ſi Populum ſolemniter benedicere abſque privilegio attentaverint, *pag.* 191. *num.* 32.

Jubileum. Vide Annus Sanctus.

Judæi. Vide Hebræi.

Judex Laicus de crimine hæreſis nullo modo cognoſcere poteſt, *pag.* 4. *num.* 7.

Adeòut nec incidenter de eo cognoſcere valeat, *ibid. num.* 8.

Si de hæreſi coram Judice laico excipiatur, quatenus hic poſſit de tali exceptione cognoſcere, *ibid. num.* 9.

Et quatenus queat de excommunicatione cognoſcere, ſi pariter de ea coram ipſo excipiatur, *ibid.*

Judex Laicus olim ex permiſſione Eccleſiæ puniebat hæreticos, & qua ratione id permittebatur, *ibid. num.* 10.

Et hodie etiam poteſt hæreticos capere, ad effectum tradendi Inquiſitoribus, *ibid. num.* 13.

Executio pœnæ contra hæreticos facienda eſt à Judice laico; & quatenus talis executio ab eo fieri poſſit, abſque eo quòd aliqualiter cognoſcat de crimine hæreſis, *p.* 5. *num.* 16. *cum ſeqq.*

In executione ſententiæ contra hæreticos, non opus eſt ut decernat pœnas, cùm hæ ſint à jure ſtatutæ, *ibid. nu.* 18.

Quemadmodum Sacra Rota, dum agitur de ſententiis Tribunalis Inquiſitionis, eas exequitur non viſis actis, *ibidem.*

Judex laicus quatenus poſſit augere vel minuere pœnas à jure ſtatutas contra hæreticos, *p.* 7. *num.* 22. *cum ſeqq.*

Judex Eccleſiaſticus auxilium Curiæ Sæcularis implorare poteſt, *p.* 155. *num.* 4.

Judex originis, domicilii, & loci delicti, quatenus ſit competens, *p.* 152. *num.* 13. & *ſeqq.*

Judex Sæcularis debet remittere reum, etſi carceratum pro alio delicto, Inquiſitore requirente, nec poteſt quærere cautionem, *p.* 161. *num.* 34. & *ſeqq.* Vide Inquiſitores.

Judex Sæcularis poſt remiſſionem factam rei Inquiſitoribus, debet ſuſpendere cognitionem delicti, *ibid. numer.* 33. & 41.

Etiam in Cauſis civilibus, *ibid.*

Poteſt tamen interim formare proceſſum, *ibid.*

Judices Sæculares an poſſint requirere acta & proceſſus ab Inquiſitoribus, vel aliis Judicibus Eccleſiaſticis petentibus auxilium brachii eorundem, *p.* 155. *num.* 10. & *ſeqq.*

Adducitur opinio affirmativa etiam in Cauſa hæreſis, ut cognoſcant de juſtitia ſententiæ, antequàm hæc exequatur, *ibidem.*

Alii contrarium dicunt, *ibid. num.* 11.

Alii diſtinguunt inter Cauſas Civiles, & Criminales, *pagin.* 156. *num.* 11.

Retinetur diſtinctio inter Cauſas merè Spirituales & Eccleſiaſticas, & eas mixti fori, *ibid. num.* 12. & *ſeqq.*

Judices Sæculares debent exequi ſententias in Cauſa hæreſis poſt requiſitionem Inquiſitorum, abſque perquiſitione juſtitiæ, vel actorum, *ibid. num* 14. 15. & 16.

Imò ſunt puri executores, *ibid.*

Sed debet eis conſtare de ſententia, & relaxatione eorum brachio, *ibid. num* 17. & *ſeqq.*

Ideò ſolent eſſe præſentes ipſi, vel Fiſcalis, licèt ex eorum non interventu, ſententia non diceretur nulla, *ibid. num.* 18. & *ſeqq.*

Judices Sæculares ſi non intervenerint in actu ſententiæ Inquiſitorum relaxantium reum brachio Sæculari, certiorandi ſunt de veritate ſententiæ, *ibid. num.* 20.

Judices Sæculares poſſunt cogi ab Inquiſitoribus ad exequendas eorum ſententias, *ibid. num* 22. & *ſeqq.*

Judices Sæculares non exequendo ſententias Inquiſitorum, dicuntur fautores Hæreticorum, *ibid. num* 23.

Intra quod tempus debeant exequi dictas ſententias, ne incurrant excommunicationem, aliaſque pœnas, *pag.* 156. *num.* 24. & *p.* 157. *num.* 25.

Judices Sæculares nequeunt differre exequutionem ſententiæ Inquiſitorum ſub aliquo motivo, etiam injuſtitiæ, *pag.* 157. *num* 29.

Adducitur caſus, in quo Judex ſit inſtructus ex iiſdem actis de Injuſtitia, *ibid. num.* 30.

Judices ſub quibus pœnis ſuum munus favore Hæreticorum impendere prohibeantur, tam in Cauſis hæreſis, quàm in aliis, *pag.* 273. *num.* 9. 10. & 11.

Judices etiam juſti, muneribus, ſi non pervertuntur, excæcantur, *pag.* 290. *num.* 11.

Judices dona accipientes pro gratia, & juſtitia. Vide Dantes, & accipientes.

Juramentum fidelitatis exhiberi poteſt Principibus laicis à Clericis & Monachis feudatariis, *pag.* 184. *num.* 16.

Dummodò tamen non importet hominium juriſdictionis in Perſonas, & Res non feudales, *ibid. num.* 18.

Juramentum fidelitatis reſervatum, infeudationem importat, *ibid. num.* 17.

Juramentum ſortitur naturam contractus, cui accedit, *pag.* 240. *num.* 27.

Juriſconſultus poteſt vendere rectum conſilium, *pag.* 291. *num.* 16.

Juriſdictio quaſi Epiſcopalis quæ dicatur, *pagin.* 193. *numer.* 39.

Jus Canonicum amplectitur Theologiam, *pag.* 315. *num.* 4. Vide Abſentes cauſa Studii.

Jus Canonicum habet maximam connexionem cum Jure Civili, *pag.* 316. *num.* 5.

Non datur bonus Canoniſta ſine Juris Civilis peritia, *ibidem.*

Jus collectandi eſt inter Regalia, *pag.* 184. *num.* 23.

Jus datoris reſolutum, importat reſolutionem juris acceptoris, *pag.* 213. *num.* 57. & 60.

Jure ſuo utens, neminem contemnit, *pag.* 299. *num.* 6.

Juſpatronatus Prælaturæ Eccleſiæ Collegiatæ, de jure acquiri non poteſt Patrono, *pag.* 32. *num.* 6.

Limita, ſi concurrat expreſſa reſervatio in fundatione, & conſenſus Summi Pontificis, *pagin.* 38. *num.* 14. *cum ſeqq.*

Juſpatronatus in Eccleſiis non qualificatis acquiritur etiam ſine expreſſa reſervatione, *ibid. num.* 15.

Juſpatronatus quoad Prælaturas faciliùs conceditur in Collegiatis Sæcularibus, quàm Regularibus, *pag.* 39. *numer.* 24.

Juſpatronatus quoad Prælaturas in Collegiatis vetitum eſt, etiam ſi ſint tales habitu, *ibid. num.* 25.

Juſpatronatus ex ſolo privilegio obtentum in Collegiatis, ſubjacet revocationi Concilii; ſecùs ſi ſit acquiſitum ex fundatione, vel dotatione, *ibid. num.* 26. & 27.

Juſpatronatus in Collegiatis quatenus præſumatur obtentum ex beneplacito Apoſtolico, *ibid. num.* 28.

Juſpatronatus in Collegiatis, ſi conſtet de fundatione, aut dotatione, & ex privilegio Apoſtolico obtentum fuiſſe, non eſt probandum neceſſariò cum rigoroſa probatione Concilii, quamvis agatur de perſonis potentibus, *ibid. num.* 29.

Juſpatronatus an obtineat Patronus in Collegiata, ſi hæc erigatur ex Eccleſia patronata, ſive Prælatura in Collegiata erigatur ex Beneficio de Jurepatronatus, *pag.* 40. *num.* 30.

Afferuntur rationes pro ſententia affirmativa, *ibidem & num.* 31.

Firmatur remanere tantùm Patrono jura compatibilia cum ſtatu Collegialitatis, *ibid. num.* 32. *cum ſeqq.*

Juſpatronatus quoad Primam Dignitatem non Prælatitiam in Collegiata retinet Patronus, ſi Dignitas erigatur ex Beneficio patronato, *ibid. num.* 33.

Juſpatronatus non de facili ſolet, quamvis poſſit, derogari per Papam, erigendo Collegiatam, ſeu Prælaturam in ea ex Eccleſia patronata, ſeu ex Beneficiis itidem patronatis, *ibid. num.* 38.

Affertur ad hoc reſolutio caſus nuperrimè in Sacr. Congreg. Concilii propoſiti, *ibid. num.* 39. & 40. Vide Collegiata, Jus præſentandi, Patronus, Prælatus.

Juſpatronatus an poſſit vendi, vel ſubhaſtari, & quomodo, *pag.* 229. *num.* 9. 10. 11. & 12.

Juſpatronatus quoad excluſionem Monaſteriorum. Vide Monaſteria, Regulares.

Jus præſentandi Prælatum Eccleſiæ Collegiatæ, de jure non competit Patrono ejuſdem Eccleſiæ, *pag.* 37. *num.* 7.

Poteſt tamen Patronus præſentare ad alia Beneficia ipſius Eccleſiæ, *pag.* 38. *num.* 12. & 13.

Jus præſentandi in Eccleſiis non qualificatis poteſt acquiri à Patrono, quamvis illud expreſsè non reſervet, *ibidem num.* 15.

Jus præſentandi Prælatum Eccleſiæ Collegiatæ non acquirit Patronus, niſi illud expreſsè in fundatione reſervet, *ibid. num.* 14. & 18.

Jus præſentandi Prælatum Eccleſiæ Collegiatæ non acquirit Patronus, niſi accedat conſenſus Papæ; nec ſufficit ille Epiſcopi, *ibid. num.* 17. *cum ſeqq.*

Jus præſentandi ad Prælaturas in Collegiata faciliùs conceditur in Sæcularibus, quàm in Conventualibus, *pag.* 39. *num.* 24.

Jus præſentandi prohibitum à jure Patronis quoad Prælaturas in Collegiatis, procedit etiam in Collegiatis habitu tantùm, *ibid. num.* 25.

Jus præſentandi ad Prælaturas in Collegiatis acquiritur à Patrono, ſi unà cum privilegio Papæ concurrat dotatio, aut conſtructio Eccleſiæ, *ibid. num.* 26. Vide Collegiata, Juſpatronatus, Patronus.

L

LAicus etſi perſona Religioſa, nequit cenſuras Eccleſiaſticas fulminare, & quare, *pag.* 202. *num.* 54.

Dummodò tamen non habeat privilegium Apoſtolicum, & tunc exercet per Vicarium, *ibid. num.* 55. & *pag.* 203. *num.* 60.

Poteſt item Papa eidem talem facultatem per ſe ipſum exercendam de abſoluta poteſtate communicare, *pag.* 203. *num.* 59.

Hoc tamen jus, ceſſante privilegio Apoſtolico, nonniſi per immemorabilem cum fama privilegii poteſt acquirere; & quid poſt Bullam Urbani VIII. de præjudicialibus Eccleſiarum, *ibid. num.* 61. & 62.

Laicus nequit etiam per immemorabilem acquirere juriſdictionem ſpiritualem, niſi etiam concurrat fama privilegii, *ibid. num.* 63.

Exemplificatur in jure decimandi, *ibid.*

Laici antiquitùs eligi poterant in Epiſcopos, quamvis ante Conſecrationem vel Monaſticam vitam profitebantur, vel in Subdiaconos ordinabantur, *pag.* 118. *num.* 14.

Laici nunquam retinere poſſunt Claves Sanctiſſimi Sacramenti, etiamſi ſint Patroni Eccleſiæ, *pag.* 176. *num.* 41. *cum ſeqq.*

Et quid ſi adeſſet conſuetudo immemorabilis, *ibid. num.* 44.

Laici an & quo titulo prætendere poſſint decimas ſpirituales, *pag.* 186. *num.* 34.

Laici obtinere poſſunt ex privilegio jus conferendi Beneficia, & deputandi Curatos, *pag.* 199. *num.* 25. & *pag.* 200. *num.* 36.

Laici poſſunt obtinere juriſdictionem Eccleſiaſticam per verum privilegium, vel legitimè præſumptum; quam tamen exercere debent per Vicarium, *pag.* 199. *num.* 25. & *pagin.* 200. *num.* 36. & *pag.* 201. *num.* 47. & *pag.* 202. *num.* 55.

Laicis de rebus Fidei publicè ſive privatim diſputare prohibitum eſt, *pag.* 273. *num.* 17. *cum ſeqq.*

Intellige de diſputatione formali, non verò materiali, *pag.* 274. *num.* 19. & 20.

Et prohibitio procedit etiam quoad Laicos doctos, & idoneos, *ibid. num.* 22.

Limitatur in caſu neceſſitatis, aut evidentis utilitatis, *ibidem num.* 23.

Latini Græcorum ritu celebrare nequeunt, etiam accedente licentia Epiſcopi, *pag.* 81. *num.* 16.

Latini ſi forma Græcorum utantur in Baptiſmo, validus erit Baptiſmus, ſed peccant Miniſtri contra ritum Eccleſiæ, *pag.* 82. *num.* 31.

Latini in Sacramento Baptiſmi utuntur infuſione aquæ, & aſperſione in ſolo capite, *ibid. num.* 25.

Olim uſi ſunt trina immerſione, ſed poſtea hunc ritum ſuſtulerunt, ne locum facerent hæreſi Arianorum, *ibid.*

Unica immerſio ſignificat unum Deum, trina Græcorum immerſio tres perſonas ſignificat, *ibid. num.* 29.

Quæ ſit forma, qua Latini utuntur in Baptiſmo, *ibid. num.* 30.

Græci hanc formam hæreticam dicebant, & rebaptizabant ſic baptizatos, *ibid.*

Latini in Extrema Unctione ungunt in auribus, naribus, oculis, ore, manibus, pedibus, & renibus, *p.* 87. *num.* 3.

Latini unico Sacerdote utuntur; Græci tres ad minus adhibent, & quilibet miniſtrat, *ibid. num.* 4.

Legatus à Latere an poſſit alterare pœnas à jure ſtatutas contra hæreticos, *p.* 8. *num.* 27.

Legatum relictum pro maritandis, vel pro nubendo, an debeatur volentibus ingredi Religionem, *pag.* 69. *num.* 7. & *ſeqq.*

Non debetur, ſi expreſsè relinquatur pro matrimonio carnali, & conſtet de mente Teſtatoris, qui ex mera liberalitate diſponit, *ibid.*

Afferuntur conjecturæ ad id conducentes, *pag.* 70. *num.* 11. & 12. & *p.* 71. *num.* 17.

Quid dicendum, ſi Legatum factum ſit puellis incertis, vel certis ex incertis, ſive certæ perſonæ, *pag.* 69. *num.* 8. & 9. & *p.* 70. *num.* 16. & *p.* 71. *num.* 17.

Afferuntur plura, quæ conſiderari poſſunt in iiſdem caſibus, *ibidem.*

Verùm in his ambiguis diſpoſitionibus recurri ſolet ad Sanctiſſimum pro declaratione, *p.* 71. *num.* 18.

Legatum dotis, aut pro nubendo, certæ perſonæ relictum, debetur etiam Moniali, niſi urgeat contraria mens Teſtatoris, *pag.* 70. *num.* 13.

Legatum dotis ſi ſuperat taxam Monaſterii, quod ſupereſt, cujus lucro cedat? *ibid. num.* 14. & *ſeqq.*

Debetur Monaſterio, niſi adſit ſubſtitutus, vel hæres prædilectus, *ibid. num.* 15.

Legatum dotis an debeatur ſtatim, ſive potiùs tempore ingreſſus in Religionem, aut nuptiarum, *p.* 71. *num.* 19.

Legatum dotis regulariter eſt conditionale, niſi dos ſit loco legitimæ, *ibid. num.* 19. & 20.

Afferuntur declarationes Sacr. Congregationis Concilii, *ibidem.*

Legatum dotis cui adjudicari debeat, ſi concurrant monacanda, & maritanda, *ibid. num.* 21.

Attendi debent conjecturæ, & quæ, *ibid.*

Legatum dotis factum pro monacandis, non debetur nubentibus in ſæculo, niſi ex indulto Apoſtolico, *ibid. num.* 22.

Aliquando hujuſmodi indultum conceditur, ſed raró; & quæ in hujuſmodi conceſſione conſiderari ſoleant, *ibid. num.* 23. 24. & 25.

Legatum dotis factum pro monacandis in certo loco, &

Mona-

Digitized by Google

Monaſterio, ex quibus cauſis ſoleat quandoque concedi eiſdem monacandis in alio loco, *ibid. num.* 26.
Legatum dotis relictum puellis cum præfixione termini ad ſe monacandum, an debeatur, ſi infra terminum aſſumpſerint habitum, ſed elapſo termino emiſerint profeſſionem, *pag.* 72. *num.* 27. *cum ſeqq.*
Verius eſt ſufficere ſumpſiſſe habitum infra terminum, dummodò poſtea profeſſio ſequatur, *ibid. num.* 29. *cum ſeqq.*
Et quid ſi puella infra terminum præſcriptum nec Noviciatum ingreſſa fuerit, *ibid. num.* 32.
Legatum dotis relictum pro monacandis, an debeatur viduis, *pag.* 72. *num.* 34. cum pluribus ſeqq.
Proceditur cum diſtinctione, *ibidem*.
Legatum dotis pro monacandis an debeatur Tertiariis & Bizochis viventibus abſque emiſſione votorum, *pag.* 73. *num.* 39. *cum ſeqq.*
Diſtinguitur, an ſit relictum ab eo, qui aliàs tenetur dotare, vel extraneo, *ibid. num.* 40.
Non debetur, ſi agatur de legato facto pro matrimonio ſpirituali, niſi fuerit appoſitum per viam conditionis, ſed tantùm demonſtrativè, ut caſtè vivat, *ibid. numero* 41. *&* 42.
Legatum dotis pro monacandis regulariter non debetur Oblatis viventibus in Conſervatorio, *ibid. num.* 43.
Quandoque tamen ſolet indulgeri à Papa; & quæ conſiderari ſoleant, enumerantur, *ibid. nu.* 46. Vide reliqua verbo Dos.
Legatum pro redemptione Captivorum factum à ſ. m. Innocentio XII. innuitur, *pag.* 249. *num.* 6.
Legatum pium etiam incertum ſuſtinetur, quamvis aliàs de jure vitiaretur, *pag.* 286. *num.* 4.
Legata generaliter facta pro redemptione Captivorum, non deputato exequutore, exhibenda ſunt Fratribus S. Mariæ de Mercede Calceatis, privativè quoad Diſcalceatos ejuſdem Ordinis, *ibid. num.* 3. & 5.
In ſtatu tamen Eccleſiaſtico debentur Archieonfraternitati Confalonis, *pag.* 287. *num.* 6.
Legatum factum pro eleemoſynis dandis conſanguineis pauperibus, an applicari poſſit pro redimendo conſanguineo captivo in manibus Infidelium, *ibid. num.* 8.
Legatum pro redemptione Captivorum an applicari poſſit pro redimendo captivo ob maleficium apud Infideles, *ibid. num.* 9.
Anve applicari poſſit pro redimendis captivis apud Chriſtianos, *ibid. num.* 10.
Legatum pro ſtudentibus in uno ſtudio, quatenus ſuffragetur pro alio, latè diſcutitur, *pag.* 325. *numero* 7. 8. *& ſeqq.*
Et quatenus ſoleat derogari à Papa pro alio ſtudio, *ibidem*.
Adducuntur reſolutiones Sacræ Congregationis, *ibidem*.
Quid ſi commutaretur cum ſtudio Urbis, *ibidem*.
Legatum non caducatur ob onus non impletum, ſi id non ſit ex culpa & negligentia legatarii, *pag.* 72. *numero* 32.
Legitima filio non debetur, niſi poſt mortem Patris, *pag.* 22. *num.* 44.
Legitima debita filio Monacho non poteſt per Monaſterium prætendi, niſi poſt mortem Patris, *ibid. num.* 43. *& ſeqq.*
Adeòut ſi filius Monachus prædecedat Patri, legitima per Monaſterium nullo modo prætendi poſſit, *ibidem num.* 45.
Legitima, quæ à Monacho debetur aſcendentibus, vel deſcendentibus, peti poteſt poſt emiſſam Profeſſionem, nec eſt expectanda mors naturalis Monachi, *ibidem*.
Legitima competens Matri binubæ ex bonis filii primi viri, ei acquiritur quoad ſolum uſumfructum, reſervata proprietate filiis ſuperſtitibus prioris Matrimonii, *pag.* 23. *num.* 57.
Idque ſive Mater ſecundò nubat ante, ſive poſt obitum filii, cui ſuccedit in legitima, *ibid. num.* 59.
Dummodò tamen ſuperſtites ſint alii filii primi Viri, qui ſuccedere valeant, *ibid. num.* 60.
Legitima, quam Mater binuba obtinet in bonis filii prioris Matrimonii, dum hic Profeſſionem emiſit, ei acquiritur quoad ſolum uſumfructum, ſi ſucceſſerit in legitima poſtquam convolaverat ad ſecundas nuptias, adeò ut poſt mortem Matris ſuccedat in ea Monaſterium, *ibid. num.* 57.
Secùs ſi priùs ſuccedat in legitima, & poſteà tranſeat ad ſecundas nuptias, *ibid. num.* 58. *cum ſeqq.* Vide Monaſterium.
Legitima filiæ excluſæ à ſucceſſione quatenus tranſmittatur. Vide Filia excluſa.
Lepra æquiparatur peſti, *pag.* 240. *num.* 24.
Lepra ſuperveniens an ſponſalia de futuro diſſolvat, *ibid. num.* 26. *&* 27.
Quid in ſponſalibus juratis, *ibidem*.
Leproſi laborant maximo morbo, & ſunt abominabiles, *pag* 238. *num.* 3.
Arcentur ab humano commercio, *ibid. num.* 4. 5. *&* 6.
Leproſi poſſunt à vicinis expelli à Civitate, ac ſuburbiis, *ibid. num.* 7. *&* 8.
Quid in Monialibus à Monaſteriis, *ibid. n.* 9.
Leproſi humari debent in ſepulturis ſeparatis, *pag.* 239. *num.* 10.
Necnon arcentur ab Ordinibus, & ſunt irregulares in exercitio eorum, *ibid. num.* 11. *&* 12.
Imò eis interdici poteſt ingreſſus Eccleſiæ, *ibid. nu.* 12.
Leproſus Epiſcopus, aut Parochus, debet provideri de coadjutore, & quomodo, *ibid. num.* 13.
Leproſi habent privilegium circa Eccleſiam, Parochum, & Cœmeterium, *ibid. num.* 14. 17.
Item quoad decimas, *pag.* 240. *num.* 18.
Quid quoad Hoſpitale illorum, *ibid. num.* 19.
Leproſi nequeunt voce quærere eleemoſynas, *pag.* 239. *num.* 15.
Unde derivetur eorum uſus quærendi eleemoſynas tabula, *ibidem*.
Leproſi ante inſtitutionem Ordinis D. Lazari erant ſub cura Epiſcopi, & nunc illius Ordinis, *ibid. num.* 16.
Leproſi ſunt ad luxuriam proclives, *pag.* 240. *nu.* 21.
Leproſi an poſſint nubere, *ibid. num.* 20. *&* 21.
An cum leproſo poſſit fieri divortium, vel ſeparatio thori per conjugem ſanum, & poſſit peti ab eo debitum, *ibid. num.* 22. 23. *& ſeqq.*
Diſtinguuntur caſus, *ibid. nu.* 25.
Leproſorum cura quàm ſit pia, *pag.* 238. *nu.* 2.
Lex quatenus obliget antequàm ſit à Populo acceptata, vel uſu recepta, *pag.* 193. *num.* 50.
Lex quoad interpretationem. Vide Interpretatio.
Lex quando ſe fundat in præſumptione Juris, ſperni impunè poteſt in foro conſcientiæ, ſi veritas facti ſit contra præſumptionem Juris, *pag* 291. *nu.* 14.
Leges editæ à Friderico Imperatore contra hæreticos, eorumque fautores, confirmatæ fuerunt ab Innocentio IV. & Bonifacio VIII. *pag.* 2. *num.* 7.
Eædem Leges obligant ubique, & generaliter, *ibidem*.
Quid eædem Leges contineant, ſummatim refertur, *ibid. num.* 8.
Leges Friderici contra hæreticos oportuit confirmari à Sede Apoſtolica, *pag.* 4. *num.* 11.
Leges laicæ, ſi ſint favorabiles Eccleſiæ, quatenùs ſint validæ abſque confirmatione Apoſtolica, *ibidem numero* 12.
Leges Eccleſiaſticæ obligant, quamvis non ſint acceptatæ, vel uſu receptæ, *pag.* 193. *num.* 51.
Dummodò tamen ad non uſum non accedat patientia Papæ, *pag.* 194. *num.* 52.
Libelli famoſi injuriam privatam continentes, igni traduntur, *pag.* 11. *num.* 8.
Libertus aſſignari non poteſt filio emancipato, *pag.* 26. *num.* 22.
Suſtinetur tamen aſſignatio, ſi emancipato ſimul cum filio in poteſtate exiſtente Libertus aſſignetur, *ibidem num.* 23.
Libri damnatæ lectionis comburebantur etiam apud Gentiles, *pag.* 11. *num.* 1.
Adducuntur ad hoc plura exempla, *ibidem & numero ſeqq.*
Refertur combuſtio Sacrorum Librorum facta ab Imperatoribus Romanis, *ibid. num.* 2.
Chriſtiani, qui libros tunc tradiderunt, appellati fuere Traditores, *ibid. num.* 3.
Idem mos comburendi ejuſmodi libros, comprobatur ex Jure Civili, *ibid. nu.* 4.
Mos comburendi libros noſtræ Religioni adverſantes, fuit in Eccleſia uſque à temporibus Apoſtolorum, *ibid. num.* 5.
Refertur combuſtio plurium librorum hæreticorum, *ibidem*.
Libri non ſanæ doctrinæ non veniunt in Judicio familiæ erciſcundæ, *ibid. num.* 4.
Libri hæreticorum ab Eccleſia comburuntur ex pluribus rationibus, quæ referuntur, *ibid. nu.* 6.
Similiter comburuntur libri Magorum, *ibid. nu.* 8.
Dum comburuntur libri hæreticorum, relinquitur eorum exemplar in Archivio Romano, & qua ratione, *ibid. num.* 9.
Libri damnatæ doctrinæ comburendi ſunt ſtatim ab Inquiſitoribus, *ibid. num.* 10.
Quod procedit ſolùm quoad libros hæreticorum, alioſque abſolutè prohibitos, *pag.* 12. *nu.* 10. *&* 16.
Habentes libros prohibitos tenentur ſub gravibus pœnis eos deferre Inquiſitoribus, *ibid. num.* 11.
Nec tali præcepto ſatisfaciunt, qui eoſdem libros propria auctoritate comburunt; ſed realiter, & cum effectu deferendi ſunt Inquiſitoribus, *ibid. nu.* 12.

Adeòut

Adeòut abſolvi non poſſint, niſi Inquiſitoribus libros detulerint, *ibid. num.* 13.

Libri damnatæ doctrinæ olim poterant privata auctoritate comburi, ſed hodie deferendi ſunt Inquiſitoribus, *ibid. nu.* 14.

Et non deferentes, incurrunt excommunicationem, *ibidem*.

Nec ſatisfit eidem præcepto, tradendo libros iis, qui habent facultatem retinendi, *ibid. nu.* 15.

Obligatio deferendi libros Inquiſitoribus comprehendit ſolùm libros damnatos ſub pœna excommunicationis, *ibid. num.* 16.

Ligna pro comburendis hæreticis miniſtrare ſolitus erat Ferdinandus Rex Hiſpaniarum, *pag.* 6. *num.* 8.

Ligna deferentes pro comburendis hæreticis, lucrantur Indulgentias, *ibid.*

Lotharius Franciſcus ex Comitibus de Schonborn, Elector, & Archiepiſcopus Moguntinus, ejuſque Nepos laudantur, *pag.* 123. *num.* 5.

S. Ludovici Regis Gallorum natales, & educatio indicatur, *pag.* 103. *num.* 1.

Iteratò expeditionem pro recuperatione Terræ Sanctæ aſſumpſit, & primò captus, deinde piè obiit, *ibidem num.* 2.

Inſignia ejus monita ſucceſſori tradita referuntur, *ibid. num.* 4.

Inter Sanctos à Boniſacio VIII. adſcriptus, *ibidem num.* 3.

Galli eundem colunt, quamvis contra Bonifacium plura effutiant, *ibid.*

Capella Cardinalitia die 25. Auguſti in Eccleſia ſuo nomine dicata in Urbe celebratur, *ibid.*

M

MArcellus Severolus commendatur, *pagina* 78. *numero* 21.

Ejuſdem mors quando contigerit, *ibid.*

Marius Philonardus Gentilis Aviæ Auctoris, fuit Archiepiſcopus Avenionenſis, *pag.* 315. *nu.* 2.

Martini IV. Natales, patria, aſſumptio ad Pontificatum, & ejus geſta referuntur, *pag.* 274. *nu.* 1. & 2.

Martyr poteſt eſſe talis apud Deum, quamvis ex defectu probationis ab Eccleſia Militante non declaretur, *pag.* 57. *num.* 23.

Martyr non eſt, qui mortem ſuſtinet ob articulum Fidei falſum, quem credit eſſe verum, *pag.* 58. *num.* 29.

Secùs eſt, ſi non explicitè pro articulo falſo, ſed indefinite pro Fide Chriſti moriatur, *ibidem*.

Martyr ut quis dicatur, debet prudenter agere, & quomodo, *pag.* 76. *num.* 10. & 11.

Imò etiam requiritur manſuetudo, *pag.* 77. *num.* 12.

Aliquando ex ſpeciali inſtinctu Spiritus Sancti Martyres verba injurioſa in Tyrannos protulere, *ibidem*, & *numer.* 13.

Martyr ut perſeveraverit in charitate, requiritur, *ibidem num.* 20.

Quæ ſigna, in contrarium ſi non appareant, debent præſumi, *ibidem*.

Martyr beatificatur per Breve Summi Pontificis, qui etiam ſolet concedere Officium, & Miſſam, & deinde devenitur ad ejuſdem ſolemnem Canonizationem, *pag.* 78. *num.* 28.

Martyres poſſunt eſſe pueri, ſed eos Eccleſia canonizare non ſolet, niſi in eiſdem magnam ſui gloriam fecerit Deus, *pag.* 58. *nu.* 34.

Martyres an poſſint eſſe Infideles, & Hæretici. Vide Hæreticus, Infideles.

Martyrium duo requirit ad ſui eſſentiam, nempè actum phyſicum paſſionis, & cauſam ac modum, quo quis patitur, *pag.* 56. *nu.* 8.

Martyrium non concluditur, niſi probata morte, *ibidem*.

Et probatio debet eſſe concludens, & quænam admittatur, *ibid. nu.* 9.

Martyrium improprium dicitur per cruciatus animi, & tormenta corporis, non ſecuta morte, *ibid. nu.* 8.

Martyrium duplex eſt, materiale, & formale; & explicatur, *ibidem*.

Martyrium tribus extremis probatur, propriæ ſcilicet vitæ voluntaria abdicatione, mortis violentæ illatione, & juſtæ cauſæ terminatione, *pag.* 57. *num.* 19.

Martyres non dicuntur, qui obeunt in bello contra Turcas & Hæreticos; & quatenus ſi miſceatur odium particulare Fidei, *ibid. num.* 22.

Martyrium probatur, etiam ſi non conſtet de corpore delicti, *ibid. num.* 15.

Si tamen hujuſmodi recognitio fieri poteſt, non eſt negligenda, *ibid. num.* 16.

Martyrium formale conſiſtit in eo quòd quis paſſus fuerit mortem ex odio, quod Tyrannus habet erga Fidem; ſecùs ſi ex fine politico, *ibid. num.* 17. & 20. & 21.

Item quòd alacriter mortem ſubjerit propter Fidem, vel pro actu virtutis, in quo Fides elucet, *pag.* 57. *numer.* 18. & *pag.* 58. *num.* 32.

Et tandem quòd in charitate permanſerit uſque ad finem, *pag.* 57. *num.* 18.

Martyr non dicitur, ſi ſomno, vel inſania correptus, ob Fidem interficiatur, *pag.* 58. *nu.* 32.

Martyrium quatenus cadat ſub præcepto, vel ſub conſilio, explicatur, *pag.* 76. *num.* 6. & *ſeqq.*

Martyrium aliquando quis anhelat inſtinctu Spiritus Sancti, & quatenùs id cognoſcatur, *ibid. num.* 7.

Martyrium fugere aliquando non eſt permiſſum, *ibidem num.* 8.

Exemplum D. Petri Apoſtoli adducitur, *ibidem*.

Martyrium ad effectum Canonizationis, ultra probationem formalis qualitatis, probationem requirit, ut paſſus illud ſubeat propter Chriſtum, *pag.* 76. *num.* 1.

Quòdque perſeveraverit in charitate uſque ad finem, *ibidem*.

Martyrium non tenetur ſemper quis recipere, *ibid. nu.* 4.

Rejicitur hæreſis Montani, *ibidem*.

Martyrium fugere, aliquoties eſt permiſſum, & quando, *ibid. num.* 9.

Martyrium de neceſſitate non requirit probationem bonæ vitæ anteactæ, *pag.* 77. *num.* 14. 15. & 16.

Sed tantùm de congruentia, & ad celeriorem canonizationem, *ibid. nu.* 17. & 18.

Martyrium remittit omnem culpam & pœnam, ſicuti baptiſmus, *ibid. nu.* 15.

Martyrium quòd requirat charitatem, quomodo intelligatur, *ibid. nu.* 18.

Martyrii motivum nequit eſſe mors illata à Tyranno in odium alicujus virtutis moralis, *pag.* 57. *num.* 24.

Secùs eſt dicendum, ſi virtus oriatur ex Fide; & explicatur, *pag.* 58. *num.* 26.

Martyrii motivum an dicatur, ſi quis moriatur pro defenſione articuli, vel virtutis, qui lumine naturali cognoſci poſſit, *pag.* 57. *num.* 24.

Affirmatur, ſi articulus à Fide confirmetur, *pag.* 58. *nu.* 25.

Martyrii objectum poteſt eſſe quælibet virtus infuſa, quæ finem habeat Chriſtum, *ibid. nu* 27.

Item quodcumque opus tam affirmativum, quàm negativum, dummodò inferatur mors ob odium Fidei, *ibid. num.* 28.

Mater binuba in bonis à primo Viro obventis, ſucceſſores habet filios primi Viri, *pag.* 22. *nu.* 46.

An ad hunc effectum cenſeantur adeſſe filii primi Viri, ſi adſit aliquis filius profeſſus in Religione capaci, *ibid. num.* 47. Vide Filii.

Mater binuba ſuccedens in legitima filiis primi Viri, eam acquirit quoad uſumfructum tantùm, reſervata proprietate aliis filiis primi Viri, *pag.* 23. *nu.* 56.

Quod procedit, ſive Mater ſecundò nubat ante, ſive poſt obitum filii, cui in legitima ſucceſſit, *ibid. num.* 59.

Dummodò tamen ſuperſtites ſint alii filii primi Viri, qui ſuccedere valeant, *ibid. num.* 60.

An Monaſterium ex perſona filii Profeſſi ſuccedat Matri binubæ in legitima, quam hæc ab eodem filio obtinuit, *ibid. num.* 56. *cum ſeqq.* Vide Legitima, Monaſterium.

Matrimonium requirit ſanam mentem, & an ſanum corpus, *pag.* 240. *num.* 21.

Matrimonium cum Leproſo. Vide Leproſi.

Mediatores dona accipientes pro gratia & juſtitia procuranda. Vide Dantes, aut Recipientes.

Mendicantes fuerunt vexati libris Guillelmi de S. Amore, *pag.* 127. *num.* 1. & *ſeqq.*

Qui libri fuerunt damnati, *ibid.* & *pag.* 128. *num.* 10. Vide Guillelmus.

Mendicantes. Vide Regulares, Monaſterium, Succeſſio, Profeſſus.

Michael Cerularius excitat iterùm Schiſma; ſed Imperio Græcorum ad Latinos tranſlato, temporibus Balduini primi Imperatoris, ſequuta fuit unio in Concilio Generali Lateranenſi ſub Innocentio III. *pagina* 80. *numer.* 8.

Michael Palæologus invitatus ad Concilium Lugdunenſe mittit Legatos, *pag.* 265. *num.* 1.

Qui Legati nomine Orientalis Eccleſiæ Papæ obedientiam exhibuere, *ibid. num.* 2.

Michael Palæologus hortatus fuit à Gregorio X. ad ſervandam unionem Græcorum cum Latinis, *ibid. nu.* 5.

Michael Palæologus in quas ærumnas & flagitia ob ſchiſma inciderit, *pag.* 275. *num.* 3.

Ad unitatem Eccleſiæ Catholicæ redire ſimulat, & quo fine, *ibid. num.* 4. & 6.

A Martino IV. damnatur, & excommunicatur, & quæ mala eidem obvenerint, *ibid. num.* 5. & 7.

Milites ſunt privilegiati, ſi ſint in pugna, quoad teſtamentum, *pag.* 224. *nu.* 66.

Milites Hieroſolymitani Profeſſi quatenus faciliùs admittantur ad ſucceſſionem fideicommiſſorum, quàm alii Regulares, *pag.* 212. *nu.* 50.

Milites Hieroſolymitani. Vide Renunciatio.

Milites S. Lazari Hieroſolymitani à quo fuerunt approbati ſub Regula D. Auguſtini, *pag.* 112. *num.* 4.

Eorum Inſtitutum fuit antiquitus uſque à ſæculo tertio, *ibid. num.* 5.

Curabant Leproſos, & unde dictus Ordo Fratrum S. Lazari, *ibidem*.

Et tuebantur Chriſtianos, eoſque hoſpitabantur, qui ad Loca Sancta Hieruſalem peregrinabantur, *ibidem*.

Plura privilegia obtinuerunt à Summis Pontificibus, *ibid. num.* 6.

Milites SS. Mauritii & Lazari uniti fuere, *ibid. num.* 8.

Non ſunt verè Regulares, *pag.* 113. *nu.* 10.

Milites SS. Mauritii & Lazari non ſubduntur decretis S. C. Trid. ſeſſ. 25. cap. 15. *ibid. nu.* 11.

Milites SS. Mauritii & Lazari fruuntur exemptione fori, & quomodo, *ibid. nu.* 12.

Milites SS. Mauritii & Lazari an ſint capaces Beneficiorum ſæcularium, *ibid. num.* 13.

Milites SS. Mauritii & Lazari quoad facultatem Magni Magiſtri quoad expectativas revocatam, *ibid. num.* 14.

Milites S. Lazari plura obtinuerunt privilegia, & quæ, *pag.* 228. *num.* 1.

Milites S. Lazari obtinuerunt privilegium à Clemente IV. circa eorum ſepulturam abſque ullo pretio, *ibidem numero* 2.

Milites S. Lazari non poſſunt prohiberi à collectione leproſorum, *pag.* 218. *num.* 1. *&* *pag.* 239. *num.* 16.

Milites S. Lazari. Vide Leproſi.

Militum S. Lazari Ordo fuit ſuppreſſus, & deinde reſtitutus, *pag.* 112. *num.* 7.

Demum unitus fuit Ordini Militari S. Mauritii, *ibid. nu.* 8. *&* 9.

Et vivit ſub eodem Magno Magiſtro, *ibidem*. Vide Milites SS. Mauritii & Lazari.

Milites Templarii. Vide Templarii.

Miniſtri Inquiſitorum quomodo antiquitùs eligebantur, *pag.* 113. *num.* 1. *&* 2.

Quod hodie non eſt in uſu, ſed eliguntur ab Inquiſitoribus, *ibid. num.* 3. *& ſeqq.*

Miniſtri Inquiſitorum quas qualitates habere debeant, ut eligantur, *ibid. nu.* 4. *& ſeqq.*

An Nobiles & Barones admitti debeant, *ibid. num.* 5.

Non debent admitti Hebræi, & Neophiti, aliique Eccleſiæ non fideles, & non devoti, *pag.* 114. *num.* 6. & 7.

Miniſtri Inquiſitorum non debent abuti facultate deferendi arma, *ibid. num.* 7.

Miniſtri Inquiſitionis non debent eſſe alienigenæ, aut non uxorati, & minores 25. annorum, *ibid. nu.* 8.

Imò admitti debent neceſſarii tantùm, & in quo numero, *ibid. num.* 9. *&* 10.

Eorum numerus ſolet præſcribi à Suprema Inquiſitione, *ibid. num.* 11.

Miniſtri Inquiſitionis an excommunicati poſſint à Delegatis Apoſtolicis, *pag.* 180. *num.* 7.

Affertur reſolutio Supremæ Inquiſitionis pro affirmativa, *ibid. num.* 8.

Miniſtri neceſſarii Inquiſitionis quinam ſint, *ibidem numero* 9.

Minores Conventuales S. Franciſci quando diviſi inter Conventuales, & Obſervantes, *pag.* 36. *num.* 2. *&* 3.

Minores Conventuales quare ita fuerint appellati, *ibidem num.* 5.

Eorum Eccleſiæ, ubi Conventus aderant, Conventuales appellari decrevit Innocentius IV. & in eis Cæmeteria pro Fratrum uſu permiſit, *ibid. num.* 2.

Cur adhiberi oportuerit poteſtatem Papæ, ad hoc ut Minores dici poſſent Conventuales, *pag.* 42. *num.* 5. & 6.

Minores Conventuales deſtinantur Inquiſitores hæreticæ labis ab Innocentio IV. *pag.* 97. *num.* 2. *&* 9.

Minores D. Franciſci quoad electiones. Vide Electio.

Minorum D. Franciſci Miniſter Generalis ſtatim poſt electionem adminiſtrare poteſt, *pag.* 235. *numero* 1. 2. *& ſeqq.*

Minores D. Franciſci habent privilegium, ut intra ſpatium 300. cannarum non poſſint ab aliis Mendicantibus conſtrui Monaſteria, vel Eccleſiæ, *pag.* 242. *num.* 1. & quid hodie, *pag.* 243. *num.* 8. *& ſeqq.*

Imò illi familiæ ultramontanæ non poſſunt per quatuor leucas fabricare Conventus propè alias Eccleſias, *pag.* 243. *num.* 3.

Minores D. Franciſci quod diſtantiam. Vide Diſtantia.

Minores Obſervantes incapaces ſunt acquirendi, & retinendi ſtabilia, *pagina* 17. *numero* 10. *& pagina* 18. *numero* 2.

Adeòut nequeant ſuccedere hæreditatibus, nec quidem ex perſona Profeſſorum, *pag.* 18. *num.* 2.

Eorum Profeſſi cenſentur mortui quoad effectum ſuccedendi, *ibid. num.* 2.

Sub eorum nomine veniunt Reformati, & Capuccini, *ibid. num.* 3.

Minores Obſervantes, & ſub eo nomine contenti, ſunt incapaces acquirendi, & retinendi ſtabilia, itidemque & ſuccedendi ex perſona profeſſorum, aut in aliis relictis, *pag.* 207. *num.* 2.

Miracula an requirantur in Canonizatione Martyrum, diſcutitur, *pag.* 77 *num.* 21 *& ſeqq.*

Aliqui Doctores diſtinguunt, *pag.* 78. *num.* 22.

Miracula exquirit Sacra Rituum Congregatio in Canonizatione Martyrum, & quare, *ibid. num.* 23.

Miracula ad Martyrium in genere non requiruntur; ad Martyrium tamen in ſpecie neceſſaria ſunt, *ibid. num.* 24.

Eamque opinionem, utpotè tutiorem, amplectitur S. Congr. Rituum, *ibid. num.* 25.

Vel ſaltem requirit aliqua miracula, vel ſigna, ſeu prodigia, *ibid. nu.* 26.

Praxis etiam antiqua Eccleſiæ miracula requirit, *ibidem*.

Miracula ſolent ſpeciali dubio diſcuti in Canonizatione Martyrum, *ibid. num* 27.

Aliquando tamen pro libito Sacræ Congregationis diſcutiuntur eodem tempore, quo diſputatio inſtituitur ſuper qualitate Martyrii, *ibidem*.

Miracula in Canonizatione Martyrum nimio rigore non ſunt diſcutienda, ſi ſuppetunt probationes univocæ ad probandum verum Martyrium, *ibid. num.* 28.

Miracula in canonizatione Martyrum non requiruntur, eo pacto quo requiruntur in canonizatione non Martyrum; ſed ſufficiunt minora, *ibidem*.

Imò ſigna & prodigia ſufficiunt, *ibidem*.

Miracula quatenus differant à ſignis, *ibidem*.

Miracula in canonizatione Martyrum diſcutiuntur prævio dubio: An conſtet de ſignis, ſeu miraculis, *ibidem*.

In canonizatione non Martyrum dubium proponitur: An conſtet de miraculis, *ibidem*.

Miſſæ privatæ celebrari non debent in Altari, ubi manet Tabernaculum Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, *pag.* 174. *num.* 17.

Miſſarum onera non computantur in quantitate dotis conſtituendæ pro erectione Collegiatæ, *pag.* 45. *num.* 47.

Miſſarum onera computantur in valore Beneficii, & qua ratione, *ibid. num.* 48.

Miſſionarii debent callere linguam Nationis ad quam mittuntur, & aliis neceſſariis debent eſſe inſtructi, *pag.* 76. *num.* 10.

Imò requiritur licentia Sedis Apoſtolicæ, *ibid. num.* 11.

Miſſionarii in partibus Infidelium, non potiuntur facultate miniſtrandi Chriſma, niſi illis expreſsè conceſſa fuerit, *pag.* 86. *num.* 71.

Miſſionarii, qui degunt in partibus, ubi impunè hæreſes graſſantur, habent facultatem abſolvendi ab hæreſi à Suprema Inquiſitione, *pag.* 106. *num.* 23.

Formula dictæ facultatis innuitur, *ibid. num.* 24.

Moguntinus Archiepiſcopus, Elector S. R. I. commendatur, ejuſque præſens Elector, *pag.* 123. *num.* 5.

Monachus per Profeſſionem amittit omnem bonorum proprietatem, & transfert omnia jura in Monaſterium, *pag.* 20. *num.* 18. & 23.

Quod procedit etiam in juribus perſonaliſſimis, *pag.* 22. *num.* 55.

Monachus cenſetur perſona mortua reſpectu ſui tantùm, non autem reſpectu Monaſterii, quoad jus ſuccedendi, *pag.* 20. *num.* 24.

Monachus ſi decedat poſt hæreditatem ſibi delatam, poteſt Monaſterium poſt ejus mortem adire, *ibid. num.* 25. *cum ſeq.*

Secùs ſi decedat antequàm deferatur hæreditas, vel non adhuc purificata conditione, *pag.* 21. *nu.* 35. *cum ſeqq.* Vide Hæreditas.

Monachus non poteſt præjudicare ſucceſſioni debitæ Monaſterio ex ejus perſona, *ibid. num.* 37.

Quamvis poſſit renunciare ſucceſſioni ante ingreſſum Religionis, *ibidem*.

Monachi in ſola contemplatione & ſolitudine vacare debebant, *pag.* 117. *num.* 1.

Inde in Urbibus tranſierunt majori Populorum commodo, *ibid. num.* 2.

Quarto ſæculo noſtræ reparatæ ſalutis eiſdem fuit permiſſum Ordinibus initiari, & Sacerdotalia munia obire, *ibid. num.* 3. & 4.

Monachi habitu uti debent humiliori, & quomodo veſtiri debeant, præſertim abſque novitate, *pagina* 298. *numer.* 8.

Monachi Camaldulenſes. Vide Camaldulenſes.

Monaſterium quodlibet regulariter eſt capax acquirendi, & retinendi ſtabilia, exceptis Minoribus Obſervantibus, & Capuccinis, *pag.* 18. *num.* 2.

Et po-

Et poteſt ſuccedere tàm ex perſona propria, quàm Profeſſorum, *pag.* 19. *num.* 10. Vide Capacitas.

Non obſtantibus Statutis, aut Conſuetudinibus à Papa non confirmatis, *ibid. num.* 11.

Referuntur nonnulla ex ejuſmodi Statutis, & inconvenientia ex eis oriri ſolita indicantur, *ibid. à num.* 12. ad 17.

Monaſterium ſuccedit in omnibus juribus Profeſſi, *ibid. num.* 18.

Quod procedit etiam in juribus perſonaliſſimis, *pag.* 22. *num.* 55.

Monaſterium quatenus adire poſſit hæreditatem Monacho adhuc vivo delatam, ſed qui ante aditionem obiit, *pag.* 20. *nu.* 25. *& ſeqq.*

Et quid in hæredirate delata poſt mortem Monachi, *pag.* 21. *num.* 35. *cum ſeqq.* Vide Hæreditas.

Monaſterium habet remedium *leg. fin. Cod. de edict. D. Adriani*, pro hæreditate delata Monacho, *ibid. num.* 30.

Monaſterium intra quadraginta annos adire poteſt hæreditatem delatam Monacho, *ibid. num.* 33.

Eique competit reſtitutio in integrum, ſi per ejus Adminiſtratores ſteterit, quin adiretur hæreditas, *ibid. numero* 34.

Similiter ſi ſuccedat ex perſona Monachi, cui aliàs de jure reſtitutio competeret, *pag.* 20. *num.* 26.

Monaſterium ex perſona Novitii non acquirit jus ſuccedendi in hæreditatibus ipſi Novitio devolutis, *pag.* 21. *num.* 40.

Monaſterium ingredi non cenſentur, niſi qui in eo profeſſionem emitrunt, *pag.* 22. *num.* 42.

Monaſterium non poteſt prætendere legitimam ex perſona filii Monachi, niſi poſt mortem Patris, *ibid. num.* 43.

Adeòut ſi filius Monachus prædecedat Patri, legitima per Monaſterium prætendi poſſit, *ibid. nu.* 45.

Monaſterium legitimam debitam aſcendentibus vel deſcendentibus Monachi ſtatim poſt profeſſionem tradere debet, nec eſt expectanda mors naturalis, *ibidem*.

Monaſterium ex perſona filii Profeſſi ſuccedere poteſt Matri binubæ, ex diſpoſitione *leg. Fœmina, Cod. de ſecund. nupt. ibid. num.* 47. *cum ſeqq.* Vide Filii.

Monaſterium ex perſona Profeſſi ſuccedit Matri binubæ in legitima, quam hæc à filio Profeſſo obtinuit, *ibidem num.* 56.

Dummodo Mater ſuccedat in legitima, poſtquam tranſierat ad ſecundas nuptias, *pag* 23. *num.* 57.

Secùs ſi Mater priùs ſucceſſerit filio Profeſſo in legitima, & poſteà tranſeat ad ſecundas nuptias, *ibid. nu.* 58. *cum ſeqq.* Vide Legirima, Mater.

Monaſterium excludit ſubſtitutum, ſi hæres gravatus ſub conditione, ſi ſine filiis, in eo profeſſionem emittat, *pag.* 24. *num.* 2.

Aſſertur ratio, cur Monaſterium excludat ſubſtitutum, *ibid. num.* 7. 8. *&* 9. Vide Subſtitutio.

Monaſterium eſſe loco filii, nullo jure cavetur, idque ex vulgari errore aſſeritur, *ibid. nu.* 8.

Monaſterium non ſuccedit Profeſſo gravato ſub conditione, ſi ſine filiis, quoties Teſtator eum expreſsè excluſerit, *pag.* 25. *nu.* 10.

Dummodo excluſio non fuerit facta in odium Religionis, *ibid. nu.* 11.

In dubio non præſumitur, excluſionem fuiſſe factam in odium Religionis, *ibidem*.

Monaſterium excludi poteſt per Teſtatorem, tàm expreſsè, quàm tacite, *ibid. num.* 12. *&* 13.

Monaſterium cenſetur tacitè excluſum, ſi Teſtator poſuerit in conditione filios per naturam, *ibid. nu.* 14.

Quo caſu non excluditur, niſi poſt mortem naturalem Profeſſi, *pag.* 27. *num.* 41.

Vel ſi ſubſtituta ſit perſona, cui Teſtator non præſumatur velle præponere Monaſterium, veluti eſt filius, aut deſcendens, ſive aliàs prædilectus, *pag.* 25. *num.* 15. *cum ſeqq.*

Similiter cenſetur tacitè excluſum, ſi Teſtator voluerit bona conſervari in agnatione, & familia, *ibidem numero* 18.

Vel ſi ſubſtituto injunxerit onus ſuſcipiendi inſignia, & nomen familiæ, *ibid. nu.* 19.

Quo caſu ſubſtitutus non admittitur, niſi poſt mortem naturalem Profeſſi, *ibidem*.

Monaſterium cenſetur tacitè excluſum, ſi Profeſſo gravato ſubſtitura ſit cauſa pia, *ibid. num.* 20.

Quod procedit, etiam ſi cauſa pia ſubſtituta non ſit æquè pia ac Monaſterium, *ibidem*.

Quid ſi cauſa pia ſubſtiruta ſit tantùm mediatè, vel ſubſtituta ſit ſimul cum cauſa profana, *ibid. n.* 21. *cum ſeqq. & pag.* 26. *num.* 26. Vide Cauſa pia.

Monaſterium non excludit ſubſtitutum, ſi hæres gravatus ſub conditione, ſi ſine filiis, ingrediatur Monaſterium in fraudem ſubſtituti, *pag.* 26. *num.* 27.

Vel ingrediatur Monaſterium blanditiis & ſuaſionibus Monachorum, *ibid. nu.* 28.

Monaſterium ſi ſit expreſsè excluſum à ſucceſſione Profeſſi gravati ſub conditione, ſi ſine filiis, an ſubſtitutus admittatur ſtatim poſt Profeſſionem ab hærede gravato emiſſam, ſive potiùs expectanda ſit ejus mors naturalis, *ibid. num.* 29.

Monaſterium ſi ſit incapax bonorum, ſubſtitutus admittitur à die Profeſſionis hæredis gravati, *ibid. num.* 30. *cum ſeqq.*

Quod limitatur quoad bona ab hærede ante Profeſſionem vendita, in quibus ſubſtitutus non admittitur, niſi poſt mortem naturalem Profeſſi, *ibid. n.* 32.

Monaſterium ſi ſit bonorum in communi capax, non admittitur ſubſtitutus, niſi poſt mortem naturalem Profeſſi gravati, *ibid. num.* 33.

Adeòut ſubſtitutio caducetur, ſi Profeſſus gravatus ſupervivat ſubſtituto, *pag.* 27. *nu.* 37.

Quod limitatur, ſi excluſio ſit extinctiva, ſeu omnimoda, & per viam regulæ, *pag.* 26. *nu.* 36.

Monaſterium quatenus cenſeatur à Teſtatore excluſum omnimodè, & per viam regulæ, *pag.* 27. *num.* 39.

Monaſterium faciliùs excluditur per ſubſtitutum à ſucceſſione perpetua Profeſſi gravati, quàm à ſucceſſione temporanea, duranre vita Profeſſi, *ibid. num.* 38.

Monaſterium difficiliùs excluditur, dum ſuccedit ex perſona Profeſſi, quàm ſi ſuccedat ex perſona propria, *ibid. & num.* 41.

Monaſterium non excluditur à ſubſtituto, durante vita Profeſſi, etiamſi in conditione poſiti ſint filii per naturam, *ibid. nu.* 41.

Similiter ſi ſubſtitutus ſit deſcendens, vel alter de familia Teſtatoris, *ibid. num.* 42.

Vel ſi ſubſtituta ſit cauſa pia, *ibid. nu.* 43. Vide Hæres, Subſtitutio.

Monaſterium habens majores redditus, cogi non poteſt ad recipiendas Moniales alterius Monaſterii egeſtate laborantis, *pag.* 65. *num.* 42.

Monaſterium tantùm obtinet alimenta à Novitia, non autem fructus dotis, *pag.* 67. *nu.* 66.

Monaſterium reſtituere debet dotem, & quaſcumque alias oblationes factas Novitiæ in ingreſſu Monaſterii, ſi ad ſæculum remeaverit, vel ante Profeſſionem mortua ſit, deducto victu, & veſtitu, *pag.* 73. *nu.* 49.

Itemque reſtitui debent fructus dotis depoſitæ tempore Novitiatus, *ibid. num.* 50.

Monaſterium Regularium incapacium acquirendi & poſſidendi in communi, non ſuccedit ex perſona Profeſſi, *pag.* 207. *num.* 1.

Monaſterium poteſt excludi à ſucceſſione etiam juriſpatronatus, *pag.* 208. *num.* 10.

Monaſterium ſemper excluſum dicitur, quoties exluſio ſit per viam regulæ, *ibid. nu.* 12. *&* 15.

Quod procedit etiam in excluſione à Jurepatronatus, *ibid. num.* 13.

Monaſterium ſuccedit durante vita Profeſſi, ſeu Profeſſæ, etſi Monaſterium fuerit excluſum poſt ejus obitum, *ibid. num.* 16.

Monaſterium non excluditur à ſucceſſione ex perſona Profeſſi in fideicommiſſis agnatitiis, durante illius vita, *pag.* 209. *num.* 19. *& ſeqq.*

Quod ampliatur, ſi adſint verba connotantia jura ſanguinis, progeniei, & deſcendentiæ, *ibid. num.* 19.

Monaſterium ſemper ſuccedit ex perſona Profeſſi, niſi clarè Teſtator illud excluſerit, vel ſi agatur de perpetua ſucceſſione, vel de bonis qualificatis, *ibidem numero* 24.

Monaſterium habet immiſſionem ad bona ex perſona Profeſſi, etiam lite pendente ſuper nullitate Profeſſionis, & qua cautela, *pag.* 210. *num.* 25.

Monaſterium ſuccedit ex perſona Profeſſi in fideicommiſſo devoluto tam ante quàm poſt Profeſſionem, *ibid. num.* 26. *&* 27.

Monaſterium acquirit omnia jura Profeſſi, etiam competitura, *ibid. num.* 27.

Monaſterium an excludatur, ſi diſpoſitio ſit, ut bona omninò & cum effectu perpetuò in familia & agnatione permaneant, *ibid. nu.* 34.

Monaſterium quatenus excludatur à ſucceſſione ex perſona Profeſſi, ex prægnantibus verbis conſervationis bonorum in familia, *ibid. nu.* 35.

Monaſterium excluditur ex prohibita alienatione, ſi concurrat contemplatio agnationis unà cum aliqua conjectura, *ibid. num.* 35. *&* 36.

Plures conjecturæ adducuntur, *pag.* 211. *num.* 36. *& ſeqq.*

Monaſterium an excludatur à fideicommiſſo ex perſona Profeſſi, etiam in ejus vita, ſi adſit onus deferendi Arma, Inſignia, & Cognomen, *ibid. nu.* 39. *& ſeqq.*

Adducitur opinio negativa, *ibidem*.

Diſtinguitur ab aliquibus, *ibidem*.

Concluditur, quòd ſi ſit per viam conſilii, non obſtat ſucceſſioni prædictæ; ſecùs autem ſi ſit per modum præcepti, *ibid. num.* 40.

Expli-

Digitized by Google

Explicantur plures caſus diverſi in hac materia, *ibidem nu.* 41. & 42.
Monaſterium an ſuccedat in majoratibus & primogenituris ex perſona Profeſſi, *ibid. num.* 43.
Monaſterium non excluditur à fideicommiſſis ex perſona Profeſſi, ſi adſit præceptum aſſumendi Arma, & Cognomen, *ibid. num.* 44. & 45.
Declaratur in quibus caſibus id procedere non valeat, *ibid. num.* 46. & *pag.* 212. *num.* 47. & 48.
Monaſterium an poſſit renunciare nomine Novitii tam ante quàm poſt Profeſſionem, vel promittere renunciationem, *pag.* 221. *num.* 50. & *ſeqq.*
Diſtinguuntur caſus, *ibid. num.* 51. & 52.
Monaſterium quatenus poſſit agere pro immiſſione nomine Profeſſi, *pag.* 255. *num.* 35.
Monaſterium debet reformari totum ſimul, *pagina* 284. *num.* 6.
Monaſterium duplex quodnam ſit, & quatenus permiſſum, *pag.* 293. *num.* 7. & 8. Vide Moniales.
Monaſterium Regularium quatenus non poſſit impediri, ut elevetur, ab alio Monaſterio, etſi luminibus officiatur, *pag.* 294. *num.* 12.
Quid quoad ingreſſum Solis, aſpectum Maris, Montium, Ventorum, & Aeris, ſi impediantur, *ibidem*.
Quid in Monaſteriis Monialium, *ibidem*. Vide Moniales.
Monaſterium quatenus debeat ædificari diſtans ab alio ædificio, *pag.* 294. *num.* 12. & 13.
Tam quoad Moniales, quàm quoad viros Regulares, *ibid.* & *num.* 14.
Quid juxta Pragmaticam Regni Neapolis, *ibid. num.* 14.
Monaſterium Monialium feneſtras reſpicientes ex alio Monaſterio, vel loco, ſeu domo, an impedire poſſit, *pag.* 295. *num.* 17.
Quid juxta Pragmaticam Regni Neapolis, *ibidem*.
An prædicta procedant, ſi adſit via intermedia, *ibidem num.* 19.
Et an prædicta procedant inter Moniales, *ibid. num.* 18.
Monaſterii excluſio perpetua reſultat ex obſervantia, & ex verbis denotantibus perpetuitatem, *pagina* 208. *num.* 13.
Plures caſus enunciantur dictæ perpetuæ & realis excluſionis, *ibidem*.
Monaſterii excluſio poſt obitum Profeſſi, & in vita ejuſdem, diſtinguitur, *ibidem*.
Monaſterii excluſio ob favorem certæ lineæ, non importat excluſionem ea evacuata, ut ſuccedat ex perſona Profeſſi, *ibid. num.* 14.
Monaſterii excluſio in fideicommiſſis agnatitiis poteſt eſſe tacita, nempè ex conjecturis, vel ex proprietate conditionum, *pag.* 209. *num.* 17.
Monaſterii excluſio recipit favorabilem interpretationem ad favorem ipſius, *ibid. num.* 18.
Limita, ſi præponderet major contemplatio reſpectu vocatorum, *ibidem*.
Monaſterii excluſio non elicitur ex ſimplici prohibitione alienationis; ſecùs ſi fuerit veſtita ratione, & qua, *pag.* 210. *num.* 29. & *ſeqq.*
Monaſterii ſucceſſio ex perſona Profeſſi radicatur in ipſo, *ibid. num.* 31. & 32.
Monaſteria Capuccinarum erigi non debent, niſi habeant bona propria, aut cenſus annuos pro aſſecuratione victus; nec ſufficiunt eleemoſynæ promiſſæ, etiam à Confraternitate; neque aſſecuratores debent eſſe perſonæ privatæ, *pag.* 62. *num.* 9. 13. & 14.
Aliàs potiùs eis diſpenſatur, ut poſſideant bona, *ibidem num.* 13.
Monaſteria, quæ habebant ſufficientes redditus, non poterant recipere dotem in ingreſſu Monialium, dummodò non augeretur numerus, ex antiqua ſententia Sacræ Congregationis, *pag.* 63. *num.* 18.
Hodie hæc opinio non procedit, & quare, *ibidem*.
Monaſteria Monialium ex Decretis Sacr. Congr. Epiſcoporum erigi non poſſunt, niſi conſtituatur ex redditibus certis dos perpetua ſcut. 100. pro 12. Monialibus, *pag.* 65. *num.* 40.
Monaſteria Monialium ſtante tenuitate redditūum uniri ſolent à Sacr. Congreg. Epiſcoporum, *pagina* 66. *numero* 47.
Monaſteria quatenus poſſint excludi à fideicommittentibus, *pag.* 208. *num.* 9.
Monaſteria Regularium poſſunt excludi, etiam ad favorem extraneorum, dummodò non ſit in odium, *ibidem num.* 10.
Monaſteria dicuntur excluſa, ubi excluduntur Religioſa Monaſteria, *ibid. num.* 11.
Monaſteria ſuccedunt tantùm in vita Profeſſi in fideicommiſſis familiaribus & agnatitiis, ſeu factis pro proximioribus, *pag.* 209. *num.* 21.
Monaſteria ſemper excluduntur à dicta ſucceſſione, ſi reſiſtat expreſſa voluntas Teſtatoris, *pag.* 210. *num.* 35.
Monaſteria quatenus poſſint impediri fabricari ob confuſionem pſalmodiæ ab alio Monaſterio proximo, *pagina* 294. *num.* 15.
Quid ſi opponatur ſervitus proſpectus quoad Moniales, *ibid. num.* 16.
Monaſteria Monialium quatenus debeant feneſtras claudere habentes proſpectum in laicos, vel potiùs poſſint cogi laici ad feneſtras claudendas, *pagina* 295. *numero* 20.
Plures caſus diſtinguuntur in hac materia, *ibidem*.
Imò aliquando cogitur vicinus vendere domum, *ibidem*.
Prædicta procedunt tam quoad Clauſtra, quàm quoad Viridarios, & Cellas Monialium, *ibid. nu.* 21.
Monaſteria non debent litibus vexare laicos propinquos circa proſpectum vitandum, *ibid. num.* 20. & 21.
Monaſteria Virorum an habeant jus impediendi proſpectum domorum laicorum propinquorum, *ibidem numero* 22.
Adducuntur opiniones hinc inde, etiam juxta Pragmaticam Regni Neapolis; ſed recipitur negativa, *pag.* 296. *num.* 22.
Sed limitatur ex aliquibus circumſtantiis qualitatis vicinorum, *ibidem*.
Monaſteria Monialium quatenus poſſint impedire proſpectum domorum jam exiſtentium per novas feneſtras, *pag.* 295. *num.* 20.
Quid ſi Monaſterium ſit novum, *ibidem*.
Monaſteria Monialium an valeant impedire fabricam adjacentis domus laicorum, *pag.* 296. *num.* 23. *cum ſeq.*
Et quatenus in hoc debeat conſuli, *ibidem*.
Monaſteria Virorum poſſunt impedire proſpectum à domibus laicorum, ſi agatur de Novitiis, *ibidem numero* 23.
Vel ſi agatur de Profeſſis viventibus in maxima obſervantia, ſeu ſolitudine, *ibidem*.
Monaſteria tam Virorum, quàm Monialium, habent ſervitutem proſpectus, tam activè, quàm paſſivè, *pagina* 295. *nu.* 20. & *pag.* 296. *num.* 24.
Adducuntur plures reſolutiones Sacræ Congregationis ſuper clauſura feneſtrarum, ſeu appoſitione tuborum, ſeu repagulorum, *ibid.*
Monaſterium Virorum quatenus non poſſit impedire fabricam adjacentis domus laicorum, *pag.* 296. *num.* 26.
Monialis non dicitur, niſi ſequuta profeſſione, *pag.* 72. *num.* 18.
Monialis nequit miniſtrare Sacerdoti celebranti, vel canere Epiſtolam in Miſſa ſolemni, non obſtante abuſu contrario, *pag.* 88. *num.* 13.
Etiam ſi ſit ſacrata, *ibid. num.* 14.
Aliqui tamen Doctores dicunt, quòd à choro & collocutorio poteſt ſacrificanti reſpondere, *ibidem numero* 15.
Moniales S. Claræ quibus privilegiis à Pontificibus ditatæ fuerunt, *pag.* 59. *nu.* 4.
Moniales S. Claræ quare dicebantur Damianitæ, *ibid. numer.* 2.
Quare etiam nuncupabantur Clariſſæ, *ibid. nu.* 5.
Nomine S. Claræ nominari eaſdem voluit Urbanus IV. *ibid. num.* 6.
Moniales S. Claræ ſervantes primam Regulam dicuntur Recollectæ, & Capucinæ, & quare, *ibid. num.* 7.
Adducuntur nonnullæ differentiæ inter Moniales ſervantes primævam regulam, & mitigatam, *pag.* 60. *numero* 8.
An poſſint habere Converſas ſervientes, & recipere Puellas educandas, *ibid. num.* 9.
Moniales S. Claræ an poſſint bona in communi poſſidere, *ibid. num.* 10.
Diſtinguitur, an agatur de Monialibus Reformatis, ſive de ſervantibus primam Regulam, *ibid.*
Moniales S. Claræ juxta primævæ Regulæ ſenſus ſunt incapaces bonorum in communi, *pag.* 61. *nu.* 1.
Verùm hæc incapacitas fuit ſublata per Concilium, adeò ut hodie ſint capaces bonorum in communi, non obſtante Regula, *ibid. nu.* 2. & 3.
Moniales S. Claræ an veniant ſub nomine Fratrum Minorum, *ibid. num.* 4.
Et quid de aliis Monialibus, *pag.* 293. *nu.* 2. & 3.
An eis ſuffragentur privilegia conceſſa Regularibus, *ibid. num.* 2. *cum ſeqq.*
Moniales Capuccinæ quoad Monaſteria. Vide Monaſteria.
Moniales quæcumque poſt Concilium ſunt capaces bonorum in communi, etſi ob Regulam eſſent incapaces, *pag.* 61. *num.* 3. & *pag.* 62. *num.* 6.
Moniales Capuccinæ poſt Concilium eſſent capaces poſſidendi bona in communi, niſi hujuſmodi indulgentiæ renunciaſſent, *pag.* 62. *num.* 7. & 8. *cum ſeqq.*
Moniales Capuccinæ Urbis vivunt ſub vera mendicitate, & recipiuntur ſine dote, *ibid. nu.* 11.
Earum cura pro neceſſariis habet Confraternitas Sanctiſſimi Crucifixi S. Marcelli, *ibid. num.* 12.

Digitized by Google

Moniales Converſæ an cenſeantur de numero, *pag.* 66. *num.* 53.
Moniales Converſæ ſolent admitti abſque dote, & quid ſervetur in praxi, *ibid. nu.* 54.
Supra verò numerum nonniſi cum licentia Sacræ Congregationis recipiuntur, *ibidem*, *& num.* 53.
Moniales ſupranumerariæ cum cujus licentia admittantur, *pag.* 67. *nu.* 55.
Moniales nunquam retinere poſſunt Claves Euchariſtiæ, *pag.* 176. *nu.* 41.
Moniales ſupra numerum recipi nequeunt in Monaſteriis Regularibus ſubjectis, etiam accedente licentia Superioris Regularis, *pag.* 65. *num.* 39.
Monialium numerus taxari debet habito reſpectu ad plurima, quæ enumerantur, *ibid. num.* 40.
Moniales S. Claræ pluribus vocabantur nominibus, *pag.* 197. *nu.* 1.
Eis tamen nomen uniforme præſcripſit, unà cum vivendi norma, Urbanus IV. *ibid. num.* 2.
Moniales ex voto obedientiæ tenentur obedire Abbatiſſæ tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus, *pag.* 198. *num* 15.
Moniales pari paſſu procedunt cum profeſſis viris quoad ſucceſſionem eorum Monaſteriorum in fideicommiſſis agnatitiis, ſeu familiaribus, *pag.* 209. *num.* 22.
Monialis ſuccedit in Jurepatronatus gentilitio in Monaſterio capaci, *ibid. nu.* 23. *&* 24.
Moniales laborantes lepra an poſſint ejici à Monaſterio, *pag.* 238. *num.* 9.
Moniales circa diſtantiam earum Eccleſiarum, & Monaſteriorum, & an teneantur ſervare diſtantiam 140. cannarum, *pag.* 293. *nu.* 2. 3. *&* 4.
Monialium Monaſteria an ſervare debeant requiſita Bullæ Clementis VIII. *ibid. nu.* 4.
Moniales non habent privilegium contra Regulares quoad diſtantiam 140. cannarum, *ibid. num.* 5.
Monialium Monaſterium non habet privilegium circa diſtantiam ab aliis Monialibus, *ibid. num.* 6. *& ſeqq.*
Moniales quoad Dotes. Vide Depoſitum, Dos.
Moniales quoad diſtantiam ab aliis Monaſteriis etiam Virorum, ſeu domibus laicorum. Vide Monaſteria.
Moniales. Vide Oblatæ.
Monialium numerus conſtitui & taxari debet ab Epiſcopo etiam in Monaſteriis Monialium, quæ in ſtricta paupertate vivunt ex eleemoſynis, *pag.* 65. *nu.* 37.
Et quid in Monaſteriis Monialium, Regularibus ſubjectis, *ibid. num.* 38.
Monialium numerus de jure augeri poteſt ab Epiſcopo, auctis redditibus Monaſterii; tamen contrarium eſt ex ſtylo Sac. Congreg. Epiſcoporum, *pag.* 66. *num.* 52.
Monialium Monaſterium duplex nequit permitti, *pag.* 293. *num.* 7. 8. *&* 9.
Monialium Monaſterium nequit eſſe unà cum eo Virorum, *ibidem*.
Neque adjacens Monaſterio Virorum, *ibid. nu.* 9.
Enunciatur Monaſterium S. Claræ Neapolis, *ibidem*.
In Germania adſunt Canoniſſæ cum Canonicis in divinis Officiis, *ibidem*.
Monialium Monaſterium non prohibetur ædificari propè aliud Monaſterium Monialium, *ibid. numero* 10. *& pag.* 294. *num.* 10.
Et neque Regularium Virorum, *ibidem*.
Ceſſat hoc, ſi eveniant ſcandala, & diſſenſiones, *ibidem*.
Item ſi fiat ex cauſa æmulationis, quæ non præſumitur, *ibid. num.* 11.
Plures adducuntur conjecturæ pro deneganda, vel permittenda proximitate, *ibid. num.* 10. 11. *&* 12.
Montis Virginis Abbas privilegium Pontificalium ab Urbano IV. obtinuit, *pag.* 189. *num.* 8.
Montis Virginis Abbas in quibus locis exercere valeat Pontificalia, *pag.* 192. *num.* 40.
Montis Virginis Abbati ab Urbano IV. fuit conceſſum, quòd poſſit benedicere Populum, & Veſtes Sacras, conſecrare Calices, Minores Ordines conferre, & Indulgentiam concedere, *pag.* 190. *nu.* 13. *& pag.* 191. *nu.* 25.
Montis Virginis Congregationis privilegia & immunitates conceſſa à Principibus, Urbanus IV. confirmavit, *pag.* 182. *num.* 2.
Montis Virginis privilegia & immunitates conceſſa à Regibus & Principibus enumerantur, *pag.* 182. *numero* 3. *& pag.* 183. *num.* 15.
Mors ratione ſuæ incertitudinis facit diſpoſitionem conditionalem, *pag* 26. *num.* 34.
Mors civilis quatenus æquiparetur naturali, *pag.* 28. *num.* 47. & 48.
Mulier quoad plura. Vide Fœmina.
Mulieres repelluntur à miniſterio Altaris, *pagina* 88. *numero* 11.
Recenſentur abuſus Græcorum, & aliarum Gentium quoad hoc, *ibidem*.
Idque generaliter eſt in jure prohibitum, *ibid. nu.* 13.
Sacra Congregatio Concilii id execrabilem eſſe abuſum declaravit, *ibidem*.
Etiam ſi ſint Moniales, & ſacratæ, *ibidem*.
Nec urgente quidem neceſſitate, *ibid. num.* 14.
An autem à longè poſſint ipſi ſacrificanti reſpondere, ut faciunt Moniales à Choro? *ibid. nu.* 15.
Mulieres ſacras lectiones habere nequeunt, neque in Eccleſia docere, aut prædicare, ſub pœna excommunicationis, *ibid. num.* 16.
Munera & promiſſiones pro juſtitia & gratia obtinenda, quàm exitioſa ſint bono nomini Judicum, *pag.* 190. *num.* 11.
Judices etiam juſtos, ſi non pervertunt, excæcant, *ibidem*.

N

Nepotes Hæreticorum ex fœminis, non ſunt inhabiles ad Beneficia & Dignitates, *pag.* 92. *nu.* 9.
Nepotes hæreticorum, vel Fautorum, qui pœnitentes deceſſerunt, non ſunt inhabiles, nec privantur Officiis, & Beneficiis, *pag.* 277. Vide Hæreticorum filii.
Nicolai III. Patria, aſſumptio ad Pontificatum, geſta, & obitus recenſentur, *pag.* 168. *num.* 1. *&* 2.
Judæos ad Fidem converſos, Prælatis commendavit, *ibid. num.* 3.
Nicolai IV. Natales, aſſumptio ad Pontificatum, & præclara geſta indicantur, *pag.* 180. *num.* 1. & 2.
Nominis mutatione ſubſtantia rei non mutatur, *pag.* 184. *num.* 25.
Notarii fautores Hæreticorum non merentur fidem, & quid in Inſtrumentis ante delictum rogatis, *pag.* 347. *num.* 13. Vide Fautores.
Notarii Sancti Officii, ſeu Inquiſitionis jurare debent, & quomodo, *pag.* 167. *num.* 11.
Notarii ſi non exiſtant, aſſumi poſſunt viri idonei pro conſcribendis actis judicialibus, *ibid. nu.* 8.
Notarii non ſunt, niſi ſpecificè tales declarentur, illi qui ſcribunt acta Inquiſitionis ob defectum Notariorum, *ibid. nu.* 9. & 12.
Poſſunt tamen creari ab Inquiſitoribus Notarii, *ibidem*, *& num.* 10.
Notarii Inquiſitionis Cenſuris plecti non poſſunt à Sedis Apoſtolicæ Delegatis, ſive Legatis à Latere, etiam Cardinalibus, abſque ſpeciali mandato, *pag.* 180. *nu* 2.
Etiamſi obligati fuerint in forma Cameræ, *ibid. num.* 5. & 6.
Notarii Inquiſitionis an poſſint declarari excommunicati in caſu facti notorii, *ibid. nu.* 3. & 4.
Notarii ſub quibus pœnis ſuum munus Hæreticis impendere prohibeantur, tam in cauſis hæreſis, quàm in aliis, *pag.* 223. *num.* 10. & 11.
Notarii S. Officii. Vide Inquiſitores.
Novitius aliquando recipitur in ſtatu probationis cum habitu Sæculari in Monaſterio, *pag.* 219. *num.* 29.
Non tamen dicitur vetus Novitius ad effectum emittendi profeſſionem poſt annum, aliorumque, niſi aſſumat habitum, etſi habeat coronam, ſeu capillorum raſionem, *pag.* 220. *num.* 30.
Novitius etſi recipiat habitum, non dicitur talis ad effectum emittendi profeſſionem, niſi concurrant alia, *ibidem*.
Novitius nequit facere renunciationem, ſeu quaſcumque obligationes, abſque forma Conciliari, *pag.* 218. *nu.* 17.
Novitius an poſſit retineri in eodem ſtatu poſt annum, *ibid. nu.* 12.
Novitius non dicitur Regularis, niſi poſt profeſſionem, *pag.* 72. *ibid. nu.* 28.
Dicitur tamen perſona Eccleſiaſtica, *ibid. nu.* 30.
Novitius ſi intra annum Novitiatus decedat, vel aliàs profeſſionem non emittat, Monaſterium ex ejus perſona jus ſuccedendi non acquirit, *pag.* 21. *num.* 38. & 40.
Novitius non lucratur legatum, ſub conditione ingreſſus Religionis relictum, niſi profeſſionem emittat, *ibid. nu.* 39. & 40.
Novitius ante profeſſionem non cenſetur Religioſus, ſed habetur uti Laicus, *pag.* 22. *num.* 41.
Novitius non dicitur ingredi Religionem, niſi profeſſionem emittat, *ibid. num.* 42.
Novitiatus tempus debet currere de momento ad momentum, *pag.* 217. *nu.* 8.
Novitius non poteſt revocare donationem irrevocabilem factam cum ſolemnitate Conciliari, *pagina* 227. *numero* 93.
Quid autem in teſtamentis, & hujuſmodi, remiſſivè, *ibid. num.* 94.
Novitius nulliter profeſſus, recuperat bona renunciata, *pag.* 226. *nu.* 82. *cum ſeqq.*
Novitius in renunciatione quomodo intelligi poſſit velle conſulere etiam Monaſterio, *pag.* 225. *num.* 79.

Novi-

Digitized by Google

Novitius in quacumque ætate tenetur ſervare formam Conciliarem in renunciationibus, *pag.* 224. *num.* 67.
Novitius an teneatur ſervare ſolemnitates Juris Civilis & Statutarias in donationibus cauſa ingreſſus Religionis factis, *pag.* 223. *num.* 32. *cum ſeqq.*
Adducuntur opiniones, ſed recipitur negativa, *ibidem*, & *pag.* 224. *num.* 66. & *ſeqq.*
Ubi etſi ſint conventæ ſolemnitates, *ibidem*.
Diſtinguuntur tamen caſus inter Minores, Fœminas, & alios, *ibidem num.* 68. & *ſeqq.* Vide Renunciatio à Laicis facta cauſa ingreſſus Religionis.
Novitius debet ſervare formam Conciliarem, tam in renunciationibus, quàm in fidejuſſione, donatione, aliiſque contractibus non correſpectivis, *pagina* 222. *numero* 55.
Non autem in teſtamentis, & diſpoſitionibus cauſa mortis, *ibid. num.* 56.
Novitius quoad renunciationem bonorum, aut Beneficiorum. Vide Monaſterium, Renunciatio, Reſignatio.
Renunciatio Novitii nulla, ſolet aliquàndo ſanari à Sacra Congregatione Concilii, & quomodo; prout permitti ut fiat poſt profeſſionem, *pag.* 222. *nu.* 52. & 53.
Novitius an renovitiare teneatur, ſi poſt probationis annum, ante verò profeſſionem, reformatio Regulæ ſuperveniat, *pag.* 284. *nu.* 11.
Novitii poſſunt in renunciationibus apponere pacta ſibi benè viſa, etiam in præjudicium Monaſterii, *pag.* 223. *num.* 60.
Societatis Jeſu Novitii, aut alii, non ſubduntur decreto *cap.* 16. *ſeſſ.* 25. *de reform. Concilii Tridentini*, quoad formam renunciationum, *ibid. nu.* 61.
Subduntur tamen in reliquis contentis in dicto decreto, *ibidem*.
Novitii non tenentur ſervare ſolemnitates Juris in renunciationibus, quas faciunt ſervata forma Concilii, *ibid. num.* 59.
Novitius quoad proſpectum Laicorum. Vide Monaſteria.
Novitii maximè torquentur tentationibus in Novitiatu, *pag.* 296. *nu.* 23.
Nullius qualitas quatenus probetur, aut excludatur per receptionem Olei ſacri ab Epiſcopo Diœceſano, vel ab alio, *pag.* 33. *numer.* 30. & 31. Vide Abbas, Olea ſacra.
Nuptiarum nomine veniunt præſumptivè tam ſpirituales, quàm temporales, *pag.* 69. *nu.* 9.
Nutrices Chriſtianæ non poſſunt ſervire Hebræis, *pag.* 12. *num.* 1.
Refertur ratio talis prohibitionis, *pag.* 13. *num.* 4.
Hæc prohibitio procedit, ſive Judæi nutrices retineant in propriis domibus, ſive alibi, etiam extra Ghettum, *ibid. num.* 8.
Nec circa hoc diſpenſare poſſunt Nuncii, aut Ordinarii locorum, ſive Principes Sæculares, *ibid. num.* 9.
Poſſet tamen Epiſcopus diſpenſare, ſi Judæorum infantes ſint parentibus deſtituti, aut alias in periculo vitæ ob nutricis defectum, *ibidem*.
Contra Judæos habentes nutrices Chriſtianas procedere poſſunt Inquiſitores, *ibid. nu.* 5.
Et poteſt ſub pœna excommunicationis inhiberi Chriſtianis, ſi Judæi eas non dimiſerint à ſervitio, *ibid. nu.* 7.
Quamvis ſint abſolvendæ, ſi abſolutionem petant, *ibidem*. Vide Chriſtiani, Judæi, Servi.

O

OBlatæ non cenſentur Moniales, niſi ad effectum exemptionis, *pag.* 73. *num.* 44.
Oblatæ in Monaſterio Turris Speculorum Urbis ſi ad Sæculum redeant, reſtituenda eſt eis dos, *ibid. num.* 45.
Oblatæ an cenſeantur excluſæ per excluſionem Monialium, *pag.* 212. *nu.* 49.
Oblatæ Turris Speculorum, & Septem Dolorum Urbis. Vide Excluſio.
Oblatæ an admittantur ad legatum factum pro monacandis. Vide Legatum Dotis.
Officium Sanctiſſimi Corporis Chriſti in Eccleſia Leodienſi recitari poteſt qualibet quinta feria non impedita, *pag.* 171. *num.* 9.
Officium Corporis Chriſti, quod hodie recitatur, fuit à S. Thoma Aquinate compoſitum, *ibid. nu.* 10.
Et quid de eo malè dicat Papebrochius, *ibidem*.
Officium publicum cum facultate temporali Jus dicendi, vendi & permutari poteſt; & aſſignatur ratio, *pagina* 390. *num.* 10.
Oleum Cathecumenorum quodnam ſit, ac in quibus unctionibus adhibeatur, *pag.* 30. *num.* 2.
Oleum Chriſmatis ex quibus conſtet, & quinam eo inunguntur, *ibid. num.* 3. & 4.
Oleum Infirmorum eſt ſimplex oleum, ab Epiſcopo benedictum, *ibid. num.* 5.
Olea ſacra diverſi ſunt generis, quæ referuntur, *ibid. numer.* 2.
Olea ſacra quolibet anno conſecrari debent, nec adhiberi poſſunt vetera, *ibid. num.* 6. & *pag.* 31. *num.* 7.
Etiamſi Sedes Epiſcopalis vacet, & aliæ Cathedrales ſint diſtantes, *pag.* 31. *num.* 7.
Olea ſacra conſecranda ſunt in die Cœnæ Domini, quamvis id non ſit de neceſſitate Sacramenti, *ibid. nu.* 8.
Olea ſacra conſecranda ſunt ab Epiſcopo in propria Cathedrali, & an id fieri poſſit in aliis Eccleſiis Diœceſis, *ibid. num.* 9.
Olea ſacra quatenus conſecrari poſſint tempore Interdicti, *ibid. num.* 11.
Olea ſacra ab Epiſcopo Eccleſiarum unitarum conſecranda ſunt in ea Eccleſia, cui fuit facta unio, *ibidem numer.* 12.
Sed ſi unio ſit æquè principalis, facienda eſt in alterutra, *ibidem*.
Limita, niſi adſit conſuetudo, ut fiat tantùm in una; & quatenus hæc conſuetudo induci valeat, *ibid. num.* 14. Vide Epiſcopus.
Olea ſacra ab Epiſcopo benedicta in una ex ſuis Diœceſibus, tranſmittenda ab eo ſunt in alia Diœceſi unita, ſi ita fuerit ſolitum, *ibid. num.* 16.
Quatenus puniri valeant Parochi Diœceſis unitæ, ſi non à proprio Epiſcopo, Olea ſacra in altera Diœceſi unita benedicente, ſed ab alieno Epiſcopo eadem Olea ſumant, *pag.* 32. *num.* 16.
Olea ſacra ſumenda ſunt ab Epiſcopo Diœceſano, *ibid. num.* 17.
Et pro iis obtinendis mittendus eſt Diaconus ad Cathedralem, *ibid. num.* 18.
Olea ſacra à Matrice accipere debent Parochi Eccleſiarum filialium, *ibid. num.* 19.
Et quid ſi Eccleſia filialis fuerit erecta in Collegiatam, *ibid. num.* 20. *cum ſeqq.*
Olea ſacra ab Epiſcopo Diœceſano tenentur accipere Parochi Regulares, *pag.* 33. *num.* 25.
Itidemque Regulares non Parochi, dummodo Epiſcopus ea gratis exhibere velit, *ibid. num.* 26. & *pag.* 34. *num.* 39.
Et dummodo Idem Epiſcopus fuerit Catholicus, & communionem S. Romanæ Sedis habeat, *pag.* 33. *num.* 33. *cum ſeqq.*
Olea ſacra omninò gratis ſunt diſtribuenda, nec quidem à ſponte dantibus aliquid recipere fas eſt, *pag.* 34. *numer.* 38.
Olea ſacra validè benedicuntur ab Epiſcopo hæretico, vel ſchiſmatico, *ibid. num.* 40.
Olea ſacra ab Epiſcopo Diœceſano non tenentur ſumere Patres Cruciferi, & Vallis-Umbroſæ, ex ſpeciali privilegio, *pag.* 34. *num.* 43.
Quo privilegio non fruuntur alii Regulares, neque ex communicatione, *ibid. num.* 44. & 45.
Olea ſacra tam Infirmorum quàm Chriſmatis, & Cathecumenorum, exhibenda ſunt Regularibus Parochis; ſecùs ſi non ſint Parochi, *pag.* 35. *num.* 46.
Nec poſſunt Regulares uti Oleis veteribus, niſi ex privilegio, *ibid. num.* 48.
Olea ſacra validè conſecrantur ab Epiſcopo hæretico, aut aliàs extra Eccleſiæ gremium exiſtente, *pag.* 34. *numer.* 40.
Olea ſacra quo loco retineri, & quomodo aſſervari debeant, *pag.* 35. *num.* 48.
Olea ſacra ab alio quàm ab Epiſcopo Diœceſano recipientes, graviter peccant; & qualiter ſint puniendi, præſertim ſi ſint Regulares, *ibid. num.* 49.
Olea ſacra ab Epiſcopo Diœceſano recipere tenentur Abbates impropriè Nullius, *pagin.* 33. *numer.* 25. *cum ſeqq.*
Olea ſacra à quocunque Epiſcopo recipere poſſunt Abbates habentes veram qualitatem Nullius, *ibid. num.* 29. & 30.
Olea ſacra per Abbatem ab Epiſcopo Diœceſano recepta, quatenus probent, aut excludant qualitatem Nullius, *ibid. num.* 30. & 31. Vide Abbas, Epiſcopus, Parochus, Regulares.
Olea ſacra in partibus Infidelium in domo Parochi cuſtodiuntur, *pag.* 173. *num.* 6.
Olea ſacra olim in Tabernaculo reponi conſueverant, ſed hodie in loco ſeparato propè Altare majus reponi debent, *ibid. num.* 14.
Onera invariabilia & fixa præſumuntur provenire ex dominio fundiario, *pag.* 184. *num.* 24.
Onera realia ex dominio fundiario confundi nequeunt cum oneribus mixtis, *ibid. num.* 25.
Onera an ſint realia vel mixta, attendi non debet quomodo nuncupata fuerint, ſed eorum cauſa & natura inſpicienda eſt, *ibid. num.* 26.
Onera ut dicantur verè realia, quænam concurrere debeant, *pag.* 185. *num.* 30. 31. & *ſeqq.*

Digitized by Google

Afferuntur declarationes Sacræ Congreg. Immunitatis, *ibid, num.* 31.
Pro qualitate onerum realium conſiderantur perpetuitas, & invariabilitas, *ibid. nu.* 32.
Præſertim attendi debet, an ab Eccleſiaſticis ſolvantur Perſonæ privatæ, vel potiùs Baroni, aut Principi, & quare? *ibid. nu.* 34.
Onera cenſentur mixta, ſi non conſtet de titulo, *pagina* 186. *num.* 35.
Onera realia eſſe præſumuntur, ex quo ab Eccleſiaſticis univerſaliter, & diuturno tempore fuerint ſoluta, *ibid. num.* 41.
Ordinandus cum dimiſſoriis proprii Ordinarii, ſi nondum fuerit confirmatus, poteſt ab Ordinante confirmari, *pag.* 84. *num.* 50.
Ordinandus à proprio Ordinario dimiſſus pro Sacris Ordinibus, poteſt ſuſcipere Minores Ordines cum iiſdem dimiſſoriis, *ibid. num.* 51.
Tutius tamen eſt recurrere ad Sacram Congregationem, *ibidem*.
Ordinati ab Epiſcopo hæretico, ſive aliàs extra Eccleſiæ gremium exiſtente, quamvis tolerato, ſunt ſuſpenſi ab exercitio Ordinum, *pag.* 34. *num.* 41. Vide Epiſcopus, Ordines.
Ordo Eccleſiaſticus eſt Dignitas maxima, *pagina* 96. *numero* 55.
Ordo S. Lazari. Vide Milites S. Lazari, Leproſi.
Ordines validè conferuntur ab Epiſcopo hæretico, aut aliàs extra Eccleſiæ gremium exiſtente, *pag.* 34. *nu.* 41.
Quamvis Ordinati ab ipſo, ſint ſuſpenſi ab exercitio Ordinum, etiamſi Epiſcopus ſit toleratus, *ibidem*. Vide Epiſcopus.
Ordinibus initiati, cenſentur publici Miniſtri, *pagina* 96. *num.* 57.

P

PApa exauctorare poteſt Imperatores, & Reges, ex ſui ſola poteſtate, abſque convocatione Concilii Generalis, *pag.* 15. *num.* 11.
Referuntur plura exempla ejuſmodi exauctorationis factæ à ſolo Papa, *ibidem num.* 12.
Fridericus II. fuit ab Imperio depoſitus in Concilio Lugdunenſi, & qua ratione, *ibid. num.* 13.
Papa non ſolet derogare juri Patroni, erigendo Collegiatam ex Beneficiis de Jurepatronatus, *pag.* 40. *num.* 38. Vide Juſpatronatus, Patronus.
Papa quatenus poſſit ex urgentiſſima cauſa vota ſolemnia Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ relaxare, *pag* 119. *nu.* 24.
Papa an poſſit à ſe abdicare appellationem, *pagina* 199. *nu.* 2. & 8.
Papa de plenitudine poteſtatis poteſt facere de Monacho non Monachum; nequit tamen diſpenſare, ut quis ſimul ſit Monachus abſque voto Paupertatis, & Caſtitatis, *pag.* 121. *nu.* 42.
Papa Alexander IV. vetuit, ne Corradus, nepos Friderici, in Imperatorem eligeretur, & ex quibus cauſis, *pag.* 123. *nu.* 3. & 6.
Papa in Imperatorum electione quam habeat poteſtatem, *ibid. num.* 6. & 7. & *ſeqq.*
Papa Imperium Orientis tranſtulit in Carolum Magnum, *pag.* 124. *num.* 8. & *ſeqq.*
Novatores contrarium dicunt, & quare, *ibidem*.
Reſpondetur eorum objectis, *ibid. num.* 9.
Recenſetur brevis hiſtoria Imperii Romani uſque ad præſens, *ibid. num.* 9. & *ſeqq.* & *pag.* 125. *numero* 18. 19. & *ſeqq.*
Papa advocavit Carolum Magnum in Italiam, *pag.* 124. *num.* 11.
Eique Imperium adjudicavit, *ibidem*.
Tranſlatio prædicta Imperii à Deo comprobata fuit, & quomodo, *ibid. num.* 12. Vide Imperii tranſlatio.
Papa ſolus potuerat Imperium à Græcis ad Carolum Magnum transferre, *ibid. num.* 13.
Papa quam auctoritatem habeat in Imperatores, & Reges, *ibidem*.
Papa curare debet, ut eligatur Imperator, Eccleſiæ protector, & beneficus, *ibid. nu.* 13. & 14.
Papa ut Imperatorum electioni conſulat, à Chriſto Domino conſtitutus fuit, *pag.* 125. *num.* 15.
Papa quòd Imperii tranſlationem fecerit, teſtantur Jura Canonica, Doctores, Imperatores ipſi, & Electores, *ibid. num.* 16. & 17.
Maymbourgus infenſus Sedi Apoſtolicæ, id fatetur, *ibidem numero* 17.
Papa pluries Imperii delationem fecit, *ibid. num.* 19. 20. & *ſeqq.*
Papa inter plures Imperatores electos litem dirimere debet, & quomodo ſe geſſerit, *ibid. num.* 20.
Papa in Othones Imperium declinare fecit, *ibid. num.* 20. & *ſeqq.*
Reſpondetur Maymbourgo, Baronio detrahenti, *ibidem num.* 30. & 31.
Papa circa mutationem Electorum, aliaque ad hanc rem, *pag.* 126. *num.* 27.
Papa confirmat Imperatorem, & poteſt electum non confirmare, vel aliquem non eligi jubere, *ibid. num.* 28.
Papa dum proficiſcitur publicè extra Urbem, ante ſe geſtare facit Euchariſtiæ Sacramentum, *pag.* 173. *num.* 8.
Papa à nemine confirmatur, *pag.* 236. *num.* 15.
Papa quoad confirmationem aliorum. Vide Confirmatio.
Papa maxima diligentia ſemper utitur pro retinendis Fidelibus in vera Fide, *pag.* 261. *num.* 1.
Necnon pro converſione Judæorum, *ibid. num.* 2. & 3.
Papa curare debet, ne Regulares à ſuis Inſtitutis declinent, *pag.* 283. *num.* 2.
Papa poteſt Regulares reformare, non ſolùm ſecundùm priſtinum inſtitutum, verùm ſtrictiorem modum vivendi eiſdem indicendo, *pag.* 284. *num.* 19.
Hoc tamen rarò fecerunt, *ibidem*.
Papa ut ſpecialibus modis honoretur, injunxit D. Ludovicus ſuis Succeſſoribus, & quomodo, *pag.* 303. *num.* 4.
Papa diſcretè procedit in Indulgentiis concedendis, *pag.* 305. *num.* 3.
Papa. Vide Sedes Apoſtolica, Pontifex.
Papæ poteſtas nullam habet dependentiam à Populo, *pag.* 194. *num.* 51.
Parentes in caſu neceſſitatis baptizare poſſunt filios, nec inter eos uſus matrimonii impeditur, *pag.* 82. *num.* 36.
Parochialis quoad aſſervationem Euchariſtiæ. Vide Euchariſtia.
Parochiani tenentur ſubminiſtrare impenſas pro Euchariſtia aſſervanda in Parochiali paupere, *pag.* 175. *num.* 26.
Parochiani hortari debent, non verò compelli poſſunt, ut ad propriam Parochiam conveniant audiendi cauſa Miſſam, Verbum Dei, & Doctrinam Chriſtianam, *pag.* 270. *num.* 13.
Parochus nequit exigere pro Funeralibus plus ab Exteris, quàm à Civibus, *pag.* 230. *nu.* 30.
Parochus leproſus. Vide Leproſus.
Parochus quoad Exequias. Vide Exequiæ.
Parochi licentia non requiritur pro aſſervanda Euchariſtia in Eccleſiis non Parochialibus, *pagina* 176. *numero* 40.
Parochi Diœceſis unitæ ſumere debent Olea ſacra ab eorum Epiſcopo, qui eadem Olea in altera Diœceſi unita benedicit, *pag.* 31. *numer.* 16.
Quatenus puniri valeant, ſi ab alieno Epiſcopo dicta Olea ſumant, *pag.* 32. *num.* 16.
Parochi Eccleſiarum filialium accipere debent Olea ſacra ab Eccleſia Matrice, *ibid. nu.* 19.
Limita, niſi Eccleſia filialis erigatur in Collegiatam, *ibid. num.* 20. *cum ſeqq.*
Parochi Regulares tenentur accipere Olea ſacra ab Epiſcopo Diœceſano, *pag.* 33. *num.* 25.
Eiſque exhibenda ſunt omnia Olea ſacra, Parochis ſæcularibus exhiberi ſolita, *pag.* 35. *num.* 46.
Quatenus peccent, & puniri valeant, ſi eadem Olea ab alieno Epiſcopo ſuſcipiant, *ibid. num.* 49.
Parochi quoad abſentiam. Vide Abſentes cauſa ſtudii, Reſidentia.
Parochis quænam jura præſerventur in Conſervatoriis Oblatarum, ex ſenſu Sacræ Congregationis Concilii, *pag.* 174. *num.* 21.
Paſſagini. Vide Vvaldenſes.
Paſtophorium pro condenda Euchariſtia, & Sacris Libris, quale antiquitùs in Eccleſiis fuerit, *pagina* 173. *numer.* 11.
Patareni quare ita dicti, & unde originem habuerint, *pag.* 5. *num.* 1.
Referuntur eorum hæreſes, & damnatio in Concilio Lateranenſi, *pag.* 6. *num.* 2.
Patareni hæretici ſunt ex ſecta Manichæorum, qui originem habuerunt Pataræ, quæ Liciæ Urbs eſt, *pag.* 104. *num.* 3.
Alii eorum nominis originem à patiendo deſumunt, *ibidem*.
Pater ſi ad ſecundas nuptias tranſeat, locum in eo habet diſpoſitio *leg. Femina Cod. de ſecund. nupt. pag.* 22. *nu.* 53. Vide Filii.
Pater an teneatur dotare filiam volentem ingredi Monaſterium, in quo major dos ſolvitur, quàm in aliis, *pag.* 65. *num.* 35. *cum ſeqq.*
Pater præſumitur bonum conſilium pro filia capere, *ibid. num.* 36.
Pater tenetur denunciare hæreſim filii, *pag.* 279. *num.* 17.
Pater denunciatus in S. Officio à filio, mitiùs eſt puniendus, *ibid. num.* 18.
An id obtineatur in praxi, etiam ob crimen hæreſis, *ibid. num.* 19.

Paro-

Digitized by Google

Patronus laicus Eccleſiæ Collegiatæ, ſeu Conventualis, non poteſt præſentare, aut intervenire electioni ejus Prælati, *pag.* 37. *nu.* 7.
Poteſt tamen electioni jam factæ aliquo modo adhærere, *ibid.* & *pag.* 38. *nu.* 11.
Patronus Collegiatæ acquirit omnes honorificentias, præter jus præſentandi Prælatum, *pag.* 38. *num.* 11. & *pag.* 39. *num.* 23.
Patronus Collegiatæ poteſt obtinere jus præſentandi ad certa Beneficia ejuſdem Eccleſiæ, *pag.* 38. *nu.* 12.
Patronus Collegiatæ eſt capax Juriſpatronatus quoad Eccleſias Collegiatæ ſubjectas, *ibid.* *nu.* 13.
Patronus Eccleſiæ non qualificatæ acquirit jus præſentandi ad ejus Beneficia, quamvis illud expreſsè non reſervet, *ibid.* *num.* 15.
Patronus Collegiatæ non acquirit jus præſentandi Prælatum, niſi illud expreſsè in fundatione reſervet, *ibid.* *nu.* 14. & 16.
Itemque concurrere debet conſenſus Papæ, nec ſufficit illud Epiſcopi, *ibid.* *num.* 17. *cum ſeqq.*
Patronus in limine fundationis non poteſt apponere pacta exorbitantia naturam actus, quem facit, *pagina* 39. *num.* 21.
Patronus an retineat Juſpatronatus, ſi ex Eccleſia vel Beneficiis patronatis erigatur Eccleſia Collegiata, vel Prælatura in ea, *pag.* 40. *num.* 30.
Concluditur retinere Juſpatronatus quoad compatibilia cum ſtatu Collegialitatis; ſecus quoad alia, *ibid.* *num.* 32. *cum ſeqq.*
Patronus ſi renuat, ut ex Beneficio patronato erigatur Prælatura in Collegiata, non ſolet de facili Papa ejus juribus derogare, confirmando erectionem Collegiatæ, *ibid.* *num.* 38.
Affertur ad hoc reſolutio Sacræ Congregationis Concilii, *ibidem*, & *num.* 39. & 40. Vide Collegiata, Juspatronatus, Jus præſentandi, Prælatus.
Pauperes de Lugduno. Vide Vvaldenſes.
Penſio quando veniat ſub nomine Beneficii, *pagina* 95. *num.* 43.
Penſio quatenus dicatur extincta in præjudicium ceſſionarii commoditatis ante mortem naturalem, *pagina* 213. *num.* 62.
Quid ſi penſionarius profiteatur Religionem, vel contrahat matrimonium, vel aliàs facto proprio amittat penſionem; ubi de mortuo violenter, *ibid.* *numero* 62. 63. & *ſeqq.*
An ſaltem debeatur damnum & intereſſe, *pag.* 214. *num.* 68. 69. & 70.
Perſona adjuncta quandoque operatur, ut quis ex ea obtineat, quod ſolus obtinere non poſſet, *pag.* 25. *num.* 22.
Id comprobatur pluribus exemplis, *pag.* 26. *nu.* 23.
Pertinacia requiritur ad hoc ut quis ſit hæreticus, & quatenus quis cenſeatur hæreticus pertinax, *pag.* 3. *num.* 3.
Perusii Civitas laudatur, & plura de ea innuuntur, *pag.* 325. *num.* 2. & 3.
Perusii Civitas ſolet habere Auditorem Sac. Rotæ, *ibidem* *num.* 5.
Perusii Civitas. Vide Studium Peruſinum.
Petrus Jo: Oliva quis fuerit, recenſetur, *pag.* 324. *num.* 7.
Ejus errores fuerunt damnati in Concilio Viennenſi, *ibid.* & *num.* 8.
Ejus oſſa concremari demandatum fuit, *ibid.* *nu.* 7.
Petri Jo: Olivæ errores confutantur, *ibid.* *nu.* 8.
Reverendiſs. P. D. Petrus Marcellinus Corradinus, Archiepiſcopus Athenarum, & Auditor Sanctiſſimi D. N. laudatur, *pag.* 259. *nu.* 21.
S. Petri Martyris Vita, & Natales recenſentur, *pag.* 54. *num.* 1.
Fuit ex Ordine Prædicatorum, & S. Inquiſitionis Inquiſitor, pro cujus Tribunali plura ſtatuta condidit, *ibid.* *num.* 2. & 5.
Ab Hæreticis in odium Fidei martyrio afficitur, & ab Innocentio IV. in Sanctorum albo fuit adſcriptus, *ibidem* *num.* 3. & 4.
D. Philippus Rondininus commendatur, *pag.* 24. *nu.* 5.
Photius ſacrilegè eligitur Patriarcha Conſtantinopolitanus poſt depoſitionem S. Ignatii, quæ contigit poſt ortum alterum Græcorum ſchiſma, & quo tempore, *pag.* 80. *num.* 5.
Idem excommunicat Summum Pontificem, *ibidem*.
Damnatur in Concilio Conſtantinopolitano IV. ſub Adriano II. *ibid.* *num.* 6.
Mortuo Ignatio invadit Patriarchatum, inſtaurat ſchiſma, convocat Conciliabulum, *ibid.* *nu.* 7.
Sed tandem ſub Leone Imperatore in Monaſterium detruditur, in quo obiit, pace reddita Eccleſiæ Orientali, *ibidem*.
Pœna ignis juſtè & debitè ſtatuta eſt contra hæreticos, *pag.* 6. *nu.* 4.
Eamque contra hæreticos Eccleſia infligere valuit, *ibid.* *num.* 7.

Talis pœna quandonam contra hæreticos ſtatuta fuerit, *ibid.* *nu.* 9.
Hæretici impœnitentes, vivi igni traduntur, *ibidem* *numero* 12.
Rejicitur opinio Alphonſi de Caſtro aſſerentis, hæreticos impœnitentes poſſe alia pœna puniri, *ibidem*.
Pœna à jure ſtatuta contra delinquentem, infligenda eſt, etſi poſt delictum pœniteat, *ibid.* *nu.* 13.
Quod limitatur in crimine hæreſis, *ibidem*. Vide Hæretici.
Pœna ignis remittitur hæretico, ſi ad pœnitentiam redire velit, *ibidem*.
Requiritur tamen, ut ipſe ſit continuò pœnitens, & quatenus talis cenſeatur, *pag.* 7. *nu.* 14. *cum ſeqq.*
Hanc pœnam evitat hæreticus, etiamſi pœniteat in loco ſupplicii, *ibid.* *num.* 18.
Quæ procedunt etiam in hæretico dogmatizante, & rejicitur opinio Simanchæ, *ibid.* *nu.* 19.
Dum hæc pœna exequenda eſt contra hæreticos, quæ ſervanda ſint, *ibid.* *num.* 20.
Pœna ignis, aliæque à Jure Canonico ſtatutæ contra hæreticos, quatenus à Judice laico augeri poſſint, vel minui, *ibid.* *nu.* 22. *cum ſeqq.*
Et an poſſint alterari à Legato à Latere, *pag.* 8. *nu.* 27.
Pœna irrogari non poteſt, niſi ab habente juriſdictionem, *ibid.* *nu.* 26. Vide Hæreticus, Ignis.
Pœna ipſo jure à lege impoſita, intelligitur dummodò ſequatur ſententia declaratoria delicti, *pag.* 48. *num.* 11.
Pœna parentum contra filios innocentes non extenditur, *pag.* 95. *num.* 50.
Pœna pecuniaria quoad Inquiſitores. Vide Inquiſitores.
Pœna pecuniaria poteſt imponi à quocumque Judice Eccleſiaſtico, ſi à Jure non prohibeatur, *pag.* 145. *num.* 6.
Pœna ſequitur ſuos auctores, *pag.* 213. *nu.* 57.
Pœnæ irrogatæ adverſus rebelles, quamvis ſtatui poſſint adverſus hæreticos, non cenſentur ipſo jure irrogatæ, *pag.* 95. *num.* 49.
Pœnitentes ungebantur à Græcis Oleo extremæ unctionis ad delenda peccata, ſive eorum reliquias, *pag.* 87. *num.* 1.
Pœnitentiæ Hæreticorum. Vide Inquiſitores.
Pontificalia inſignia à S. Clemente Papa fuerunt inventa, & quænam ſint, *pag.* 188. *num.* 2.
Quid ſignificent ſigillatim, explicatur, *ibid.* *num.* 3. & *pag.* 189. *num.* 4.
Pontificalia ornamenta quid præſignent, & quare inventa, *pag.* 188. *nu.* 1. & *pag.* 189. *num.* 5.
Pontificalia inſignia aliquando conceſſa fuerunt aliis infra Ordinem Epiſcopalem, *pag.* 189. *num.* 5. *cum ſeqq.*
Referuntur exempla hujuſmodi conceſſionis factæ Principibus Sæcularibus, *ibid.* *num.* 6.
Inferioribus verò Prælatis, & Eccleſiaſticis dignitatibus, paſſim hujuſmodi inſignia conceduntur, *ibidem* *numero* 7.
Quid tamen requiratur ad hujuſmodi conceſſionem, *ibidem*.
Pontificalia ornamenta non competunt Abbatibus jure eorum dignitatis, *ibid.* *nu.* 10.
Pontificalia conceduntur Abbatibus non ad faſtum propriæ Perſonæ, ſed ob Eccleſiarum decus, *ibidem* *numero* 12.
Pontificalium exercitium connotat juriſdictionem in loco, *pag.* 192. *num.* 41.
Pontificalia exerceri debent ab Abbatibus juxta decreta Sacræ Congregationis Rituum, non obſtante immemorabili, vel non uſu, *pag.* 193. *num.* 49.
Pontificalium uſus quomodo in Abbatibus fuit modificatus ex decretis Sacræ Congregationis Rituum, *pag.* 194. *num.* 53. *cum ſeq.*
Pontifices conſueverunt Conſtitutiones contra Hæreticos à Prædeceſſoribus editas, iterum ſuo nomine promulgare, *pag.* 177. *num.* 1.
Pontifices qua ratione moti tot privilegia Inquiſitoribus ſunt elargiti, *pag.* 180. *num.* 1.
Pontificum zelus in Eccleſiæ catholicæ cultum propagandum extollitur, *pag* 285. *num.* 1.
Poſtulatio quæ ſit, *pag.* 236. *num.* 13.
Poteſtas ferendi Cenſuras. Vide Abbatiſſa, Laicus.
Præbenda quoad fructus. Vide Abſentes cauſa ſtudiorum.
Præceptoria Neapolis D. Antonii Viennenſis. Vide Fratres D. Antonii Viennenſis.
Prædicatio verbi Dei pro Judæorum converſione fuit ordinata à Nicolao III. & Gregorio XIII. *pag.* 168. *num.* 3. & *pag.* 169. *num.* 7.
Prædicationi an ex præcepto intereſſe teneantur Chriſti fideles, & quo jure, *pag.* 269. *nu.* 8. *cum ſeqq.*
Afferuntur auctoritates pro affirmativa, *ibidem*.
Ante Concilium Tridentinum nulla aderat ſtricta obligatio audiendi Prædicationem, excepto caſu quo quis aliunde inſtrui non poſſet in rebus fidei, *ibidem* *numero* 9. & 10.

Digitized by Google

Quid in hoc innovaverit Sacrum Concilium, *pag.* 270. *num.* 13. *cum ſeqq.*
Afferuntur Declarationes Sacr. Congreg. Concilii, *ibid. num.* 13. *&* 14.
Prælatus Eccleſiæ Collegiatæ, ſeu Conventualis, de jure conſtitui debet per electionem à Collegialibus, *pagina* 37. *num.* 6.
Prælatus Eccleſiæ Collegiatæ, ſeu Conventualis, hodie eligitur à Summo Pontifice; & quid in Germania, aut in Gallia, *pag.* 37. *nu.* 8. *&* *pag.* 38. *num.* 8. *&* 9.
Quod procedit quoad Prælaturas perpetuas, non autem temporales, ſeu obedientiarias, uti ſunt ferè omnes Prælaturæ Regularium, *ibid. nu.* 10.
Prælatus Collegiatæ non poteſt præſentari à Patrono, qui ſi ſit laicus, nec poteſt ejus electioni intereſſe, quamvis electioni jam factæ poſſit adhærere, *pag.* 37. *num.* 7. *&* *pag.* 38. *num.* 11.
Prælatus Collegiatæ poteſt præſentari à Patrono, ſi id in fundatione cum conſenſu Papæ fuerit expreſsè reſervatum, *pag.* 38. *num.* 14. *cum ſeqq.* Vide Juſpatronatus, Jus præſentandi, Patronus.
Prælatus an dicatur electus ad Prælaturam ante confirmationem Superioris, *pag.* 236. *num.* 9.
Prælati inferiores an concedere valeant Indulgentias, *pagina* 154. *num.* 34. *&* 35.
Prælati inferiores habentes juriſdictionem quaſi Epiſcopalem procedere poſſunt in cauſa hæreſis, *pagina* 98. *numer.* 18.
Prælati inferiores nequeunt ſolemniter benedicere Populum ſub pœna irregularitatis, *pag.* 191. *num.* 32.
Præſcriptio quadragenaria requiritur ad præſcribendum jus adeundi, competens Monaſterio ex perſona Monachi, *pag.* 21. *num.* 31.
Præſcriptio inferioribus non juvat circa ea, quæ Ordini Epiſcopali conveniunt, *pag.* 190. *num.* 24.
Præſcriptio. Vide Conſuetudo, Immemorabilis, Quadragenaria.
Præſumptio cedit veritati, *pag.* 70. *num.* 10.
Præſumptiones debent eſſe univocæ, & non æquivocæ, ut probationibus æquivaleant, *pag.* 186. *num.* 40.
Pragmatica Regni Neapolis de diſtantia ædificiorum eſt approbata quoad Eccleſiaſticos à Ritu Curiæ Archiepiſcopalis, *pag.* 594. *num.* 14.
Presbytera, Vide Diaconiſſa.
Presbyter ſimplex illicitè, ſed validè benedicit Veſtes, & Ornamenta Eccleſiaſtica, *pag.* 190. *num.* 51.
Presbyter nequit ſolemniter benedicere Populum ſub pœna irregularitatis, *pag.* 191. *num.* 32.
Presbyter Sæcularis non excluditur à fideicommiſſo agnatitio, & quando, *pag.* 510. *num.* 32.
Presbyteri poſſunt miniſtrare Chriſma ex delegatione Pontificis, *pag.* 85. *num.* 62.
Principes ſæculares nequeunt concedere libertatem conſcientiæ ſuis ſubditis, *pag.* 131. *nu.* 3.
Principes aliquando in rebus Eccleſiaſticis manus impoſuerunt ad demonſtrandam bonam eorundem voluntatem; non verò exercendi cauſa juriſdictionem, *pagina* 183. *num.* 13.
Priſcillianiſtæ ita ſumebant Euchariſtiam, ut eam non comederent, *pag.* 172. *nu.* 5.
Privilegium jure communi competens, ſolet iterùm Papa concedere, *pag.* 16. *nu.* 7.
Privilegium Apoſtolicum requiritur pro acquirendo jurepatronatus in Eccleſiis Collegiatis, *pag.* 38. *nu.* 17.
Privilegium Apoſtolicum requiſitum in jurepatronatus Eccleſiæ Collegiatæ, per quantum temporis ſpatium præſumatur, *pag.* 39. *nu.* 28.
Privilegium Apoſtolicum in jurepatronatus Potentium non eſt probandum cum rigoroſa probatione Concilii, ſi conſtet de fundatione, vel dotatione, *ibid. num.* 29.
Privilegium non amittitur ob mutationem ſtatus Eccleſiæ, *pag.* 40. *num.* 31.
Limita quoad incompatibilia inter ſtatum antiquum Eccleſiæ, & ſtatum noviter aſſumptum, *ibid. num.* 32.
Privilegium in corpore juris clauſum, facit jus quoad nominatos, *pag.* 189. *num.* 10.
Regula fallit, ſi inſertum ſit per modum privilegii, *ibidem num.* 11.
Privilegium contentum in corpore Juris, non debet allegari, ſecùs è contra, *pag.* 133. *num* 5. *&* 7.
Privilegium Regularium quoad Cenſuras. Vide Epiſcopus, Regulares.
Privilegium Regularium, ut juris apicibus poſtpoſitis eorum Superiores procedant ad inferiorum correctionem, & punitionem, quomodo procedat, *pagina* 301. *num.* 19. & 20.
Intelliguntur remiſſæ ſolemnitates juris, quæ ſubſtantiam cauſæ non tangunt; ſecùs autem in aliis, ſub vitio nullitatis, *ibid. num.* 20.
Privilegium ſtudentium quoad lucrandos fructus Beneficiorum in abſentia. Vide Abſentes cauſa ſtudii.
Privilegia, quæ concedunt inferioribus ea, quæ ſolis Epiſcopis competunt, ſunt ſtrictè interpretanda; anve in eiſdem veniant actus connexi? *pag.* 191. *num.* 28.
Privilegia conceſſa à Sede Apoſtolica nequeunt à privatis interpretari, *pag.* 257. *num.* 3.
Præſertim privilegia Regularium, *ibidem*.
Privilegia Regularium à Papa ſolo poſſunt interpretari, *pag.* 257. *num.* 3. 4. *&* *ſeqq.* *&* *pagina* 258. *numero* 10. *&* 11.
Privilegia Piſtorum declarata fuerunt à Papa in Signatura Gratiæ, *pag.* 257. *num.* 5.
Privilegia Regularium nequeunt interpretari ab Epiſcopis, *pag.* 257. *num.* 5. *&* *pag.* 258. *num.* 10. 11. & 12.
Privilegia Regularium, & aliorum, eſt permiſſum interpretari litteraliter, & caſum non eſſe comprehenſum, *pag.* 257. *num.* 6.
Non autem auctoritativè, *ibid. num.* 7.
Vel ſi ſit Princeps præſens, *ibid. num.* 9.
Privilegia Regularium an valeant interpretari ab eorum Superioribus Regularibus, *pag.* 259. *num.* 22.
Diſtinguuntur caſus, *ibidem*.
Privilegia Regularium quomodo non poſſint interpretari à Conſervatoribus, & aliis, præter Papam, ex declaratione Sac. Congreg. Concilii, *pag.* 258. *nu.* 12.
Diſtinguuntur plures caſus, *ibid. num.* 13.
Privilegia Studiorum, ſeu Academiarum. Vide Studia.
Privilegiorum communicatio an importet communicationem omnium privilegiorum, *pag.* 322. *numero* 14. *&* *ſeqq.*
An importet facultatem confirmandi, & benedicendi Vaſa ſacra. Vide Abbates.
Probatio rigoroſa à Concilio requiſita in Jurepatronatus perſonarum potentium, non requiritur, ſi conſtet de fundatione, aut dotatione, quamvis dubitetur de privilegio Apoſtolico requiſito in jurepatronatus Collegiatarum, *pag.* 39. *num.* 29.
Procurator. Vide Dantes, vel Recipientes pro juſtitia, & gratia.
Procuratores an impunè poſſint paciſcere de ſalario taxato, vel arbitrio boni viri taxando, *pag.* 291. *num.* 16.
Profeſſus in Religione incapaci poſſidendi in communi, dicitur mortuus civiliter, & æquiparatur mortuo naturaliter ad effectum ſucceſſionis, *pag.* 207. *num.* 1.
Profeſſus per profeſſionem tranſtulit omnia jura eventualia in Monaſterium, *pag.* 210. *num.* 27. & 26.
Necnon per renunciationem transfert ea in renunciatarium, ſeu ceſſionarium, imò etiam in Creditores per obligationem, *ibidem*.
Profeſſus dicitur de familia & agnatione, itaut bona non egrediantur ab ea, quouſque poſſideat, *ibid. num.* 31.
Profeſſus fruitur bonis in communi, ad quæ ſuccedit Monaſterium ex ejus perſona, *ibid. n.* 33.
Profeſſus quatenus ſit incapax, vel non, exequendi præceptum Teſtatoris retinendi Arma vel Inſignia, *pag.* 212. *nu.* 39. 44. & 45.
Profeſſus in Religione incapaci ſtatim amittit Fideicommiſſum qualificatum, eo modo quo amittit etiam in Religione capaci, *pag.* 214. *num.* 72.
Profeſſus dicitur mortuus, ſed non ad omnes effectus, *pag.* 217. *num.* 91.
Profeſſus in Religione capaci, vel incapaci. Vide Creditores, Renunciatarius, Ceſſionarius.
Profeſſus. Vide Regularis, Monaſterium.
Pronomen *ſibi* refertur ad perſonam, ad quam convenit magis diſpoſitio, *pag.* 252. *num.* 10.
Procemium ampliare vel reſtringere valet diſpoſitionem, *pag.* 292. *num.* 18.
Prothonotarii Apoſtolici fuerunt inſtituti à Sancto Clemente Papa ad inquirendum & conſcribendum acta Martyrum, *pag.* 55. *num.* 6.
Pſeudo-Apoſtolorum Secta ab Honorio IV. fuit damnata, & quare, *pag.* 326 *num.* 4. *&* 7.
Hujus Sectæ Auctor quis, & quando fuerit, *ibidem numero* 5.
Referuntur hujus Sectæ initium, progreſſus, & excidium, *ibid. num.* 6.
Puella non recipitur in Monialem abſque licentia Sacræ Congregationis, ſi duas Sorores profeſſas habeat in eodem Monaſterio, vel ſi non ſit virgo, *pag.* 66. *numer.* 48.
Quibus concurrentibus hujuſmodi licentia concedi ſoleat, *ibid. nu.* 49.
Puella quomodo admitti debeat à Monialibus in locum vacantem, mortua aliqua Moniali intra numerum, *pag.* 67. *num.* 56.
Puellæ educandæ an poſſint recipi in Monaſteriis Monialium, *pag.* 60. *num.* 9.
Affirmatur, dummodò ſit ſolitum, *ibidem*.
Pueri an poſſint eſſe Martyres. Vide Martyres.
Pueri & Puellæ hortari quidem debent, ut accedant ad Eccleſiam addiſcendi cauſa Doctrinam Chriſtianam. Pa-

Digitized by Google

rentesque ut eos mittant; ſed nullo modo compellendi, *pag.* 270. *num.* 13.

Pyxis pro condenda Sacra Euchariſtia debet eſſe argentea, intùs deaurata, *pag.* 173. *num.* 13.

Q

Quadragenaria cum fama tituli facit præſumere privilegium Apoſtolicum pro jurepatronatus in Collegiatis, *pag.* 39. *num.* 18.

Quadragenaria cum titulo putativo ſuffragatur Capitulo pro præſcribendo contra Epiſcopum jus conferendi Beneficia, *pag.* 46. *nu.* 14.

Quadragenaria ſuffragatur hæredi hæretici pro ejus bonis acquirendis, *pag.* 48. *nu.* 8.

Quæſtores debent ſimpliciter charitativa ſubſidia flagitare, neque poſſunt concionandi munus aſſumere, *pag.* 100. *num.* 1. & 4.

Si concionari præſumpſerint, poterunt coerceri ab Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis, *ibidem*.

Quæſtores, Crucis ſignum falsò deferentes, ſi Laici ſint, excommunicantur; ſi Clerici, ab officio & Beneficio ſuſpenduntur, *ibid. nu.* 4.

Quæſtores debent exhibere Literas Apoſtolicas, vel Diœceſanorum; aliter quæſtuare non poterunt, *ibidem*.

Quæſtores ſuis malis artibus cauſam dederunt hæreſi Lutheranæ, *ibid. num.* 5.

Referuntur eorum exceſſus tempore exortæ Lutheranorum hæreſis, *ibidem*.

Eorum nomen ac munus omninò abolitum à Concilio Tridentino, *ibid. num.* 6.

Permittuntur tamen collectiones eleemoſynarum in pios & neceſſarios uſus convertendæ, *pag.* 101. *num.* 10.

An Regulares Mendicantes comprehendantur in dicto Decreto Conciliari, *ibid. nu.* 11.

Quæſtores eleemoſynarum hodie non poſſunt eleemoſynas colligere, niſi prævia Sedis Apoſtolicæ licentia, *ibid. num.* 8.

Quæſtuandi facultas ad excitanda pia fidelium opera non conceditur niſi à Sede Apoſtolica, *ibidem*.

Præſertim per Sacram Congregationem Concilii, *ibidem*.

Quæſtuandi facultas non conceditur, niſi plures adhibeantur conditiones, *ibidem*.

Adducitur formula ejuſdem facultatis, *ibid. nu.* 9.

Qualitas Collegialitatis præſumitur in Eccleſiis Cathedralibus, aut Conventualibus, ſive Regularibus, *pagina* 43. *num.* 17.

Secùs in aliis Eccleſiis, in quibus eſt probanda, *ibidem num.* 18.

Qualitas Collegialitatis qualiter & ex quibus ſignis probetur, *ibid. nu.* 15. *cum ſeqq.*

Qualitas Nullius, & territorii ſeparati, quatenus probetur, aut excludatur per receptionem Olei ſacri ab Epiſcopo Diœceſano, vel ab alio, *pag.* 33. *num.* 30. & 31. Vide Abbas, Olea ſacra.

Quotæ litis pactum quam malitiam obtineat, *pagina* 290. *num.* 12.

Fundatur ſolummodò in præſumptionibus Juris, *pag.* 291. *num.* 13.

Quotæ litis paciſcentes, quibus pœnis ſubjaceant, *pag.* 290. *num.* 12.

An in foro conſcientiæ peccent, cùm litem juſtam ſuſcipiunt, & mediis legitimis ad victoriam perveniunt, *pag.* 291. *num.* 14.

R

Redemptio Captivorum quàm piiſſimum opus ſit, *pag.* 286. *num.* 1. & *pag.* 287. *nu.* 8.

Redemptio Captivorum. Vide Legatum.

Reformatio Religioſorum quid ſit, & quomodo facienda, *pag.* 283. *num.* 4. *cum ſeqq.*

Suaviter & leniter aſſumenda eſt, & ſenſim continuanda, *pag.* 284. *num.* 6.

Reformatio indicta à Concilio Tridentino, fuit quoad ſubſtantialia Regulæ, non quoad accidentalia, *pagina* 283. *num.* 9.

Reformatio quæcumque facta à Superioribus Regularibus, confirmanda eſt à Sede Apoſtolica, *pag.* 284. *nu.* 9.

Reges exauctorare poteſt Papa ex ſui ſola poteſtate, abſque convocatione Concilii Generalis, *pag.* 15. *num.* 11.

Quamvis quandoque eos exauctoraverit in Concilio Generali, & qua ratione id fecerit, *ibidem numero* 13. Vide Papa.

Regula S. Claræ fuit approbata primùm ab Epiſcopo Oſtienſi, deinde ab Innocentio IV. *pag.* 59. *num.* 3.

Fuit mitigata ab Urbano IV. *ibid. num.* 4.

Regularis profeſſus in Monaſterio capaci dicitur mortuus ad effectum ſucceſſionis, ſi adſit excluſio expreſſa Religioſorum à fideicommiſſo, *pag.* 207. *num.* 8.

Regularis Profeſſus in Religione capaci non dicitur naturaliter mortuus, & conſervat jura ſanguinis, & agnationis, *pag.* 209. *num* 20.

Regularis Profeſſus in Religione capaci non ſuccedit ipſe, ſed Monaſterium pro eo in fideicommiſſis agnatitis, *ibidem*.

Regularis Profeſſus venit ſub nomine lineæ maſculinæ in fideicommiſſis, & conſervat jura ſanguinis, donec vivit, in excluſionem fœminarum, *ibidem*.

Quid juxta Statutum Urbis, *ibidem*.

Regularis Epiſcopus. Vide Epiſcopus.

Regulares Curam animarum habentes tenentur ſumere Olea ſacra ab Epiſcopo Diœceſano, *pag.* 33. *num.* 25.

Itemque ſi curam animarum non habeant, dummodò Epiſcopus gratis exhibeat, *ibid. num.* 26.

Et dummodò Epiſcopus ſit Catholicus, & in communione S. Romanæ Sedis, *pag.* 34. *num.* 37.

Item limita, niſi Regulares habeant in hoc ſpeciale privilegium, ut ſunt Cruciferi, & Vallumbroſani, *ibidem num.* 43.

Hoc privilegium in vim communicationis, aliis Regularibus non competit, *ibid. nu.* 44.

Regulares, ſi Curam Animarum exerceant, omnia Olea ſacra recipere debent; ſin minùs, Oleum infirmorum tantùm, *pag.* 35. *num.* 46.

Regulares non poſſunt uti Oleis ſacris anni præcedentis, niſi ex ſpeciali privilegio, *ibid. num.* 48.

Regulares accipientes Olea ſacra ab Epiſcopo non Diœceſano, peccant graviter, & quatenus puniri valeant, *ibid. num.* 49. Vide Olea ſacra, Parochus.

Regulares quicumque poſt Concilium ſunt capaces bonorum in communi, exceptis Minoribus Obſervantibus, & Capuccinis, *pag* 61. *nu.* 3.

Regulares ſæpe ſæpiùs fuerunt ad Epiſcopatum aſſumpti, *pag.* 117. *nu.* 5.

Regulares nonniſi diſpenſativè eligi poſſunt ad Epiſcopatus Titulares, cùm Jus obſiſtat, *ibid. nu.* 8.

Quas pœnas incurrant, ſi abſque diſpenſatione in hujuſmodi aſſumptiones conſentiant, *ibidem*.

Regulares quòd ineptiores ſint ad Epiſcopatum, ut nonnulli dixerunt, improbatur, *pag.* 118. *nu.* 15.

Regulares eliguntur ad Epiſcopatum ex unanimi vocalium conſenſu, itaut ſi unus diſſentiat, electio ſit nulla, *ibid. num.* 19.

Regulares an promotioni de ſe legitimè factæ ad Epiſcopatum, aliter quàm de licentia, & cujus Superioris, conſentire poſſint, *ibidem*.

Anve à Superiore, & etiam à Papa, cogi poſſint ad acceptandum Epiſcopatum, *ibid. nu.* 20.

Regulares ad Epiſcopatum promoveri, præſentari, poſtulari, & abſque Juris relaxatione eligi poſſunt, etiamſi Novitii ſint, & non Profeſſi, *pag.* 117. *nu.* 6. & 7.

Refutantur dicentes, hujuſmodi promotionem eſſe contra Jus, & ſpeciem Apoſtaſiæ, *ibid. nu.* 6.

Regulares eſſentialiter conſtituuntur per tria Vota Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ, *pag.* 129. *nu.* 22.

Regulares tenentur ſervare dies Feſtos, ab Epiſcopo legitimè præſcriptos, *pag.* 132. *nu.* 4. & *pag.* 138. *num.* 40.

Imò poſſunt cogi ab Epiſcopis, *pag.* 137. *num.* 31.

Regulares non obſtante exemptione ſubduntur aliquando Ordinariis, ſeu Epiſcopis, *pag.* 133. *num.* 2. & 3.

An autem cenſuris in caſibus *cap. Volentes de privil. in* 6. *ibidem* & *num.* 4. & *pag.* 134. *num.* 7.

Regulares nequeunt cenſuris ſubdi ab Epiſcopis, ſeu Ordinariis, *pag.* 133. *num.* 4.

Id privilegium habent omnes Regulares, & aliqui eorum enunciantur, *ibidem*, & *pag.* 137. *num.* 36.

Et cenſuræ ſunt ipſo jure nullæ, *pag.* 133. *nu.* 5. & 6.

Et an Regulares fruantur dicto privilegio in parvis Conventibus, *pag.* 138. *num.* 37.

Sive in Interdicto locali, *ibid. nu.* 38.

Quid in eorum ſervientibus, *ibid. num.* 39.

Regulares non debent allegare privilegium, ne poſſint excommunicari, *pag.* 133. *num.* 6.

Et talis excommunicatio an ſaltem in foro externo liget, *pag.* 134. *num.* 6.

Regulares an valeant cenſuris plecti ab Epiſcopis in caſibus, in quibus illis ſubjiciuntur, *ibid. nu.* 7. & *ſeqq.*

Alii dicunt, non poſſe, & quibus rationibus, *ibid. nu.* 7. & 8.

Hanc ſententiam aliqui comprobant ex reſolutione Sacr. Congr. Concilii in Angelopolitana, *ibid. nu.* 9.

In tali re plures diſtinguuntur caſus, *ibid. num.* 10. & *ſeqq.* & *pag.* 136. *num.* 22. & *ſeqq.* & *pag.* 137. *numero* 25. & 28.

Regulares ut poſſint puniri cenſuris ab Epiſcopis, an Concilium expreſſit, & quare, *pag.* 134. *numero* 8. & *pag.* 137. *num.* 25. & 26.

Regulares tranſgredientes Bullam Gregorii XV. circa

Digitized by Google

Conciones, & Confeſſiones, poſſunt puniri Cenſuris, *pag.* 134. *num.* 9.

Regulares & alii exempti poſſunt declarari excommunicari, & incurſi in excommunicationem Juris ab Epiſcopis, *ibid. nu.* 10.

Sed procedit, quatenus non procedatur juriſdictionaliter, & quatenus id ſit, *ibid. num.* 11. & *pag.* 135. *nu.* 12. & *ſeqq.*

Ubi an requiratur factum notorium, & quid ſit, *ibidem*.

Exponuntur in hoc termini declarationis, & denunciationis, *pag.* 134. *num.* 11. & 12.

Regulares dum ſubjiciuntur Epiſcopis, quatenus plecti debent à Superioribus Regularibus, vel ab Epiſcopis, *pag.* 137. *num.* 28.

Ubi ſi recipiant Ordines contra formam Decreti Clementis VIII. *ibid.* & *num.* 29.

Regulares poſſunt puniri cenſuris ab Epiſcopis, ſi ſit data facultas coercendi, etſi non explicatis Cenſuris, *ibid. nu.* 30.

Regulares poſſunt cogi ad proceſſiones per Cenſuras ab Epiſcopo, *ibid. num.* 32.

Et ſolet eis imponi pœna Interdicti, *ibidem*.

Regulares poſſunt puniri Cenſuris ab Epiſcopis, ſi celebrent in domibus privatis, vel Viaticum miniſtrent etiam Regulari ibi infirmo, *ibid. num.* 33.

Ita ſi ſepelirent cadaver publici concubinarii, *ibidem*.

Aut ſi deferant Euchariſtiam infirmis, non obſtante edicto Epiſcopi, *ibid. num.* 34.

Ita accedentes ad Monaſteria Monialium, *ibidem*.

Regulares an debeant in ſubſidium excommunicari ab Epiſcopis in caſibus permiſſis, *ibid. num.* 35.

Imò parcè iis utendum, *ibid.* & *num.* 36.

Regulares ſubjiciuntur in Cauſis Fidei Inquiſitoribus, & non Superioribus Regularibus, *pag.* 162. *nu.* 4.

Itidem ſi impediant munus Inquiſitorum, vel requiſiti eis non faveant, *ibid. num.* 2. & 3.

Regulares Vicarii, ſeu Notarii Inquiſitorum, ſubjecti ſunt quoad Regularem obſervantiam Prælatis Regularibus; ſed quoad munera prædicta, Inquiſitioni, *pagina* 169. *num.* 9.

Debet tamen certiorari in quocunque caſu punitionis per Superiores Regulares Suprema Inquiſitio, *ibidem*.

Regulares poſſunt in certis caſibus abſolvi ab excommunicatione & irregularitate à ſuis Superioribus Regularibus, *pag.* 204. *nu.* 3.

Regulares Mendicantes quatenus ſint capaces acquirendi, & retinendi ſtabilia, *pag.* 205. *nu.* 8.

Regulares dicuntur excluſi, etiam eorum vita durante, à fideicommiſſo, ſi excluſa fuerint Religioſa Monaſteria, *pag.* 208. *num.* 11.

Regulares tranſeuntes de una Religione ad aliam, quæ bona deferant, *pag.* 254. *num.* 29.

Regulares ſi præſententur in S. Officio à Superioribus, mitiùs ſunt puniendi, *pag.* 279. *num.* 21.

Et an id privilegium ſolùm competat Generalibus Religionum, *ibidem*.

Regulares an cogi poſſint ad reformationem eorum Regulæ acceptandam, *pag.* 284. *nu.* 11.

Regulares quomodo à ſuis Superioribus puniri poſſint, juris apicibus poſtpoſitis, *pag.* 301. *num.* 19.

Regulares quoad appellationem. Vide Appellatio.

Regulares omnes quoad diſtantiam inter ipſorum Eccleſias, & Conventus. Vide Diſtantia.

Regulares quoad confirmationem Generalis, & aliorum Superiorum. Vide Generales.

Regulares Inquiſitores. Vide Inquiſitores.

Regularium Eccleſiæ cenſentur Parochiales reſpectu Religioſorum degentium in Monaſterio, *pag.* 174. *num.* 18.

Regularium Superiores pro facienda reformatione an requirere debeant conſenſum omnium de Conventu, aut majoris partis, *pag.* 284. *num.* 8.

Diſtinguitur, an Regulam ad priſtinam obſervantiam reducere velint, aut novas auſteritates extra Regolam indicere, *ibidem*.

Regularium Superiores quoad facultatem benedicendi, & conſecrandi ex communicatione privilegiorum. Vide Abbates.

Relapſi in hæreſim, priùs recipiebantur ad pœnitentiam, ſecùs hodie, *pag.* 139. *num.* 3. & 4.

Relapſi dicuntur, qui relabuntur in hæreſim jam abjuratam ſolemniter, *ibid. nu.* 5.

An ſufficiat abjuratio coram Epiſcopo, vel ſolo Inquiſitore, *ibid. num.* 6.

Relapſi etſi regulariter non ſint tales ob ſolum lapſum ſine abjuratione, tamen dicuntur tales in certis hæreſibus ob ſolum primum lapſum, & quo caſu, *ibid. num.* 7.

Relapſi dicuntur, qui incidunt in hæreſim, à qua priùs ſe purgaverant, ob diffamationem vehementem, licet non abjuraverint, *ibid. num.* 8.

Hodie non eſt in uſu purgatio Canonica ob hæreſim, *ibid. num.* 9.

Relapſi ut tales ſint, requiritur reincidentia in eandem hæreſim abjuratam, *pag.* 140. *num.* 10.

Limita ſi quis abjuraverat generaliter omnem hæreſim, prout hodie fit, *ibid. nu.* 11.

Et an abjuratio debeat eſſe de formali, vel vehementi, *ibid. num.* 15.

Relapſi non dicuntur, qui ſe purgaverant ab aliqua hæreſi, & relabuntur in aliam, *ibid. num.* 13.

Purgatio nequit fieri generaliter, prout abjuratio, *ibid. num.* 14.

Relapſi in quibus caſibus recipi poſſint ad pœnitentiam, *ibid. num.* 17.

Relapſi ſpontè comparentes non poſſunt reconciliari ab Inquiſitoribus ſine ſpeciali mandato Supremæ Inquiſitionis, *ibid. num.* 18.

Sed debent eſſe verè ſpontè comparentes, & quo modo ſint tales, *ibid. num.* 19. & 20.

Relapſi non ſunt tradendi brachio ſæculari, ſi Inquiſitor vel Epiſcopus impunitatem promittat, *pag.* 141. *numer.* 21. & *ſeqq.*

Relapſi, qui in primo lapſu abjurarunt de vehementi, & deinde relabuntur in hæreſim, de qua non conſtet niſi ex eorum confeſſione, ſed negaverint intentionem, non puniuntur uti relapſi, *ibid. num.* 24.

Relapſi alii ſunt veri, alii præſumpti, & qui ſint, *ibid. n.* 25. & 26.

Et quatenùs incidant in pœnas relapſorum, *ibidem*.

Relapſi cenſentur, qui poſtquam abjuraverant de vehementi, relabuntur in eandem hæreſim formalem, *ibid. num.* 26.

Secùs ſi tàm in primo quàm in ſecundo lapſu ſint tantùm ſuſpecti de vehementi, *ibid. num.* 27.

Prout ſuſpectus prima vice de levi, & deinde de vehementi, aut formali, non cenſetur relapſus, *ibidem numero* 28.

Niſi conſtet, quòd etiam prima vice fuerit hæreticus formalis, *ibid. num.* 29.

Relapſi ut tales dicantur, an ſufficiat conſtare de uno lapſu, ſive in prima, ſive ſecunda vice, *ibidem numero* 30. & *ſeqq.*

Verius eſt requiri ſecundum lapſum in hæreſim formalem, *ibid. num.* 32.

Relapſi dicuntur, qui poſt abjurationem de formali incidunt in fautoriam, *pag.* 142. *num.* 33.

Non tamen eſt ſufficiens abjuratio præcedens de vehementi, *ibid. num.* 34.

Niſi etiam poſt probetur primum lapſum fuiſſe in hæreſim formalem, *ibid. num.* 35.

Relapſi non poſſunt puniri uti tales, ſi relabantur in fautoriam abjuratam, *ibid. num.* 36.

Prout abjurantes de formali, ſi poſteà inciderint in fautoriam, non cenſentur relapſi, niſi faveant hæreticis ejuſdem ſectæ, *ibid. num.* 37.

Relapſi quamvis in foro interno pœniteant, attamen non dicuntur pœnitentes in foro externo, *pagina* 278. *numer.* 9. & 10.

Relapſi quoad Appellationem. Vide Appellatio.

Relapſorum pœnæ quæ ſint, *pag.* 140. *num.* 16.

Relapſis pœnitentibus conceduntur Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, *pag.* 278. *num.* 9.

Religio quælibet hodie regulariter eſt capax acquirendi, & retinendi ſtabilia, exceptis Minoribus Obſervantibus, & Capuccinis, *pag.* 18. *num.* 2.

Capax eſt ſuccedendi ex perſona ſuorum Profeſſorum, *pag.* 19. *num.* 10. Vide Capacitas.

Statutum vel conſuetudo excludens Religionem à ſucceſſione ex perſona Profeſſorum, nulla ſunt abſque confirmatione Papæ, *ibid. num.* 11.

Referuntur nonnulla ex ejuſmodi ſtatutis, ſeu conſuetudinibus, *ibid. num.* 12. *cum ſeqq.*

Inconvenientia oriri ſolita ex tali excluſione enunciantur, *ibid. num.* 17.

Religiones noviter inſtitutæ à quonam approbari debent, *pag.* 277. *num.* 8.

Religioſus. Vide Regularis, Monaſterium.

Reliquiæ Sanctorum olim in Tabernaculo reponi conſueverant, ſed hodie reponi debent in loco ſeparato, *pag.* 173. *num.* 14.

Renunciatarius profeſſus in Religione an poſſit frui fideicommiſſo ex perſona ipſius, *pag.* 212. *nu.* 52. 53. & *ſeqq.*

Diſtinguuntur plures caſus, *ibid. num.* 53.

Renunciatarius ejus, qui profitetur in Religione, non ſuccedit in fideicommiſſo qualificato, à quo ipſe profeſſus excluditur, *ibid. nu.* 55.

Renunciatarius Profeſſi quatenus poſſit petere damna, & intereſſe, ſi non poſſit habere fideicommiſſum ex perſona Profeſſi. Vide Creditor.

Renunciatio facta à filio vel filia favore Parentum, ſi ſit realis, & abdicativa, non caducatur, etiamſi hi tranſeant ad ſecunda vota, *pag.* 23. *num.* 62.

Renunciatio eſt unus ex modis, quibus excluditur Mona-

ſterium

Digitized by Google

ſterium à ſucceſſione ex perſona profeſſi, *pag.* 216. *num.* 2.
Renunciatio ut excludat Monaſterium à ſucceſſione profeſſi, quæ conſiderari debeant, *ibid. num.* 3.
Renunciatio Regularium debet habere requiſita Concilii Tridentini, *ibid. num.* 4.
Cauſæ decreti Conciliaris, *ibid. & num. ſeqq.*
Renunciatio facienda eſt poſt decem menſes Novitiatus, *ibid. num.* 5.
Renunciatio facta abſque forma Conciliari eſt nulla, itaut ſuccedat Monaſterium capax, vel alii ſucceſſuri, *pagin.* 217. *num.* 6.
Renunciatio juxta formam Conciliarem debet fieri à Novitio, intra tempus de momento ad momentum computandum, *ibid. num.* 7. & 8.
Id autem procedit etiam in Moniali, *ibid. num.* 8.
Renunciatio facta in fine bimeſtris ante profeſſionem per Novitium, eſt juxta formam Conciliarem, & valida, *ibid. num.* 9.
Quod procedit, etiam ſi fiat unica die ante profeſſionem, *ibidem.*
Renunciatio facta poſt decimum menſem Novitiatus valet, etſi profeſſio differatur ultra reliquum bimeſtre, *pag.* 217. *num.* 10. & 11. & *pag.* 218. *num.* 12.
Adducuntur reſolutiones S. Congregationis, *pag.* 217. *nu.* 11.
Renunciatio quo tempore fieri debet à Novitio, qui facit biennium Novitiatus juxta ſtatuta Religionis, *pag.* 218. *num.* 13.
Renunciatio facta à Novitio, diſpenſato à Papa ſuper anno Novitiatus, ante decem menſes præſcriptos à Concilio, an ſit valida, *ibid. num.* 14.
Renunciatio quatenus valeat, ſi fiat à Novitio, qui tacitam profeſſionem emiſit, tam ſi antea, quàm ſi poſteà ſit facta, *ibid. num.* 15.
Renunciatio à Novitio fieri debet juxta formam Conciliarem, tam à Viris, quàm Mulieribus, tam à majoribus, quàm minoribus ſexdecim annorum, *ibid. num.* 16.
Renunciatio juxta formam Conciliarem an requiratur in renunciatione Beneficiorum, latè diſcutitur, *ibid. num.* 18. & *ſeqq.*
Renunciatio Beneficii facta per Novitium, reſolvitur, ſi non fuerit facta profeſſio, *pag.* 218. *num.* 18. & *ſeqq.* & *pag.* 219. *num.* 23. & *ſeqq.*
Renunciatio Beneficii facta per Novitium videtur debere Papæ explicari, ne fiat in fraudem futuræ vacationis, *pag.* 220. *num.* 35.
Renunciatio facta ante ingreſſum in Religionem, non intuitu ingreſſus, non requirit formam Conciliarem, *pag.* 219. *num.* 24.
Renunciatio facta intuitu ingreſſus in Religionem, an requirat formam Conciliarem, *ibid. num.* 25. & *ſeqq.*
Adducuntur variæ opiniones, & amplectitur negativa, *ibidem.*
Adducuntur reſolutiones S. C. Concilii, *ibid.*
Renunciatio facta poſt ingreſſum in Monaſterium, vel etiam poſt monachalem coronam aſſumptam non recepto habitu Novitii, an ſit facienda juxta formam Concilii, *ibid. num.* 28. & *ſeqq.*
Adducuntur opiniones, & amplectitur, quòd requiratur aſſumptio habitus Novitii, *pag.* 219. *num.* 29. & *pag.* 220. *num.* 30. & 31.
Explicantur DD. contrarii, & Rotæ deciſiones, *pag.* 220. *num.* 32. & 33.
Renunciatio Novitii juxta Concilium fieri debet cum licentia Epiſcopi, ſive ejus Vicarii, *ibid. num.* 35.
Et an debeat eſſe Epiſcopus originis, vel loci Monaſterii, *ibid. num.* 35. & 36.
An ſufficiat licentia Epiſcopi non conſecrati, *pag.* 221. *nu.* 37.
Seu ſufficiat licentia Pro-Vicarii Generalis, Vicarii Monialium, Vicarii Capitularis, aut Foranei, *ibid. num.* 37. 38. & 39.
An eam poſſit dare Archiepiſcopus in Diœceſi Suffraganei, & quando, *ibid. num.* 39.
Renunciatio quoad Novitios in Monaſteriis exemptis fieri debet cum licentia Epiſcopi, nec ſufficit ea Abbatis, ſeu Superioris, *ibid. num.* 40. & 41.
Quod procedit etſi Monaſterium ſit exemptum in limine fundationis, *ibid. num.* 42.
Niſi tamen eſſet Monaſterium in territorio verè Nullius, ſub Abbate habente territorium ſeparatum omninò, *ibid. num.* 43.
Renunciatio Novitii an ſit valida ſine licentia Ordinarii, ſi ex deſuetudine ea non fuerit adhibita, *ibid. num.* 44.
Et quid in Religione D. Joannis Hieroſolymitani, *ibid.*
Renunciatio Novitii ut ſit valida, an requirat licentiam Epiſcopi in præſentia ipſius Novitii, & per viam decreti, *ibid. num.* 45. & *ſeqq.*
Adducuntur opiniones, & firmatur, quòd non requiratur præſentia, *ibid. num.* 46.
Debet tamen licentia eſſe in ipſo actu, & cum aliquali cognitione, nec requirit ſcripturam, *ibid.* & *pag.* 222. *num.* 46. & 47.
Nec debet adhiberi neceſſariò Notarius Epiſcopi, *ibid. num.* 47.
Renunciatio Novitii eſt nulla, ſi excedatur tenor licentiæ conceſſæ ab Epiſcopo, *pag.* 222. *num.* 48.
Nec requiritur licentia Superioris Regularis, *ibid. num.* 49.
Renunciatio Novitii obſervata per triginta annos, quatenus præſumi valeat, *ibid. num.* 54.
Renunciatio Novitii fieri debet juxta formam Conciliarem à quibuſcumque Regularibus emittentibus tria vota ſubſtantialia, *ibid. num.* 57.
Ita etiam à Militibus Hieroſolymitanis, *ibid.*
Limitatur in aliis Militiis, prout in iis, qui non emittunt tria vota ſolemnia, ut ſunt Oblatæ Turris Speculorum, & ſimilium, *ibid.* & *num.* 58.
Renunciatio, vel alia obligatio facta à Laico, ob ingreſſum in Religionem, an requirat ad validitatem ſolemnitates juris, & ſtatutarias, latè diſcutitur, *pag.* 223. *num.* 62. & *ſeqq.* & *num.* 64. & *ſeqq.*
Renunciatio abdicativa, perſonalis, particularis, & omnium etiam jurium de futuro explicantur, *pag.* 224. *nu.* 72.
Renunciatio facta ob ingreſſum in Religionem præſumitur realis, & abdicativa, *ibid. num.* 73.
Limitatur, ſi contrarium eliciatur ex verbis, & aliis, *pag.* 225. *num.* 74. & *ſeqq.*
Renunciatio facta ob matrimonium carnale, præſumitur perſonalis, *pag.* 224. *num.* 73.
Limita, ſi contrarium eliciatur ex verbis, & aliis, *pag.* 225. *num.* 74. & *ſeqq.*
Renunciatio facta ob ingreſſum in Religionem, requirit majores probationes, ut præſumatur perſonalis, *ibidem numer.* 77.
Renunciatio facta ob ingreſſum in Religionem, poteſt eſſe abdicativa reſpectu certarum perſonarum, & hæreditatis, & non aliarum, *ibid. num.* 78. & *ſeqq.*
Plures caſus adducuntur in hac re, *ibid. num.* 78. & *ſeqq.*
Renunciatio perſonalis reſolvitur, etſi fiat ob ingreſſum in Religionem, *ibid. num.* 80.
Renunciatio ob ingreſſum in Religionem facta, quando non poſſit declarari à profeſſo, *ibidem.*
Nec valet excedere bona contenta in licentia obtenta ab Epiſcopo, *ibidem.*
Renunciatio facta à Novitio poteſt reſolvi ex inobſervantia pactorum, & ſubdi oneri fideicommiſſi, & aliis, *ibid. num.* 81.
Imò reſolvitur ob non factam profeſſionem, vel factam non validè, *ibid.* & *pag.* 226. *num.* 82.
Limitatur, ſi actus ſit ante ingreſſum, etſi iſte accidentaliter eveniat, *ibid. num.* 83.
Renunciatio facta ex cauſa ingreſſus in Religionem à laico cum clauſulis irrevocabilibus, an reſolvatur ob non ſecutam profeſſionem, diſcutitur, *ibid. num.* 84. & *ſeqq.*
Reſolvitur affirmativè, quatenus ingreſſus in Religionem fuerit cauſa finalis; & quatenus ſit talis, *ibid. num.* 84. 85. & 86.
Renunciatio facta cum pacto ut valeat, etiam ſi profeſſio non ſequatur, vel in caſu egreſſus, an ſit reſolubilis, diſcutitur, *ibid. num.* 87.
Diſtinguitur, ſi fiat à Novitio, vel laico, cum aliis caſuum diſcretionibus, *ibidem.*
Renunciatio Novitii quatenus poſſit reſolvi per Epiſcopatum, Apoſtaſiam, tranſlationem, & alia hujuſmodi, *pagin.* 227. *num.* 94.
Renunciatio Novitii ob profeſſionem, an & quomodo non poſſit dici læſiva, *ibid. num.* 95.
Reſervatio Monaſteriorum, ſummam Florenorum 200. in redditu excedentium, in regula ſecunda Cancellariæ explicatur, *pag.* 234. *num.* 26. & 27.
Reſidentia Parochis injuncta fuit à C. T. exceptis aliquibus cauſis tantùm, *pag.* 317. *num.* 14. & *ſeqq.*
Non tamen excipitur cauſa ſtudiorum, *ibid.* & *pag.* 318. *num.* 17. & *ſeqq.*
Imò videtur abrogata, *ibidem.*
Reſignatio Beneficii facta à Novitio abſque ſolemnitate Conciliari, eſt invalida juxta communiorem ſententiam, *pag.* 218. *num.* 20.
Probatur pluribus rationibus, *ibid.* & *num. ſeqq.*
Conceditur regreſſus reſignanti in tali caſu ad Beneficium, ſeu Canonicatum, *ibidem.*
Quid ſi quis obtinuerit canonizari nullitatem profeſſionis, vel ex alia cauſa exierit à Religione, *pag.* 219. *num.* 23.
Reſignatio Beneficii facta à Novitio cum pacto, ut valeat etiam non ſecuta profeſſione, cum approbatione Papæ ſuſtinetur, *pag.* 220. *num.* 34.
Reſtitutio in integrum competit Monaſterio, ſi poterat competere Monacho, *pag.* 20. *num.* 26.
Reſtitutio in integrum competit Monaſterio, ſi intra terminum ejus Adminiſtratores non adierunt hæreditatem delatam Monacho, *pag.* 22. *num.* 34.
Reus ob pœnitentiam, pœnam delicti non evitat, *pag.* 53. *num.* 3.
Fallit in crimine hæreſis, *ibid.*

B. Ri-

Digitized by Google

B. Richardi Patria, natales, & heroica geſta recenſentur, *pag.* 179. *num.* 1.
Ad Epiſcopatum Ciceſtrenſem aſſumitur, contradicente Angliarum Rege, *ibid. num.* 2.
Eccleſiæ facultates à Regiis abſumptas recuperat, eaſque Pauperibus largitur, *ibid. num.* 3. & 4.
Conſanguineos etiam habiles ad Beneficia non admittit, *ibid. num.* 5.
Ab Urbano IV. in Sanctorum albo adſeribitur, *ibid. num.* 6.
Ritus Græcorum, quos Eccleſia tolerat, Papa non præſumitur intervertere, *pag.* 81. *num.* 22.
Ritus Græcorum in Baptiſmo eſt ungere totum corpus divino unguento, & uti aqua calida ad trinam immerſionem peragendam, *pag.* 82. *num.* 24.
Cur hic ritus toleretur, *ibid. num.* 26.
Ritus ab Eccleſia recepti in adminiſtratione Sacramentorum, nequeunt immutari pro libito, *ibid. num.* 27.
Et immutantes excommunicantur, *ibidem*.
Ritus Græcorum in Sacramento Chriſmatis referuntur, *ibidem num.* 37.
Ritus Græcorum confirmandi ſtatim poſt Baptiſmum, etiam ante uſum rationis, retineri poteſt, *pag.* 85. *num.* 60.
Idem ritus apud Latinos permittitur, ubi fuit legitimè introductus, *ibidem*.
Ritus Græcorum in miniſtranda Extrema Unctione qui ſit, *pag.* 87. *num.* 3. & 4.
Toleratur, dum non importat differentiam eſſentialem, *ibid. num.* 3.
Clemens VIII. non dedit ſpecialem inſtructionem pro Græcis in hoc Sacramento, *ibid. num.* 4.
Ritus Græcorum in ſacrificio Altaris adhibendi aquam, ſive calidam, ſive frigidam, quatenus toleretur, *ibid. numer.* 5. & 7.
Ritus Latinorum in Sacramento extremæ Unctionis non repugnat ſententiæ B. Jacobi, neque mutari debet, *ibid. nu.* 4.
Contrarius ritus improbatur à Concilio Tridentino, *ibid.*
Qui ſit Latinorum Ritus, *ibid. num.* 1.
In quo diſcrepent à Græcis, *ibid. num.* 3. & 4.
Ritus Græcorum. Vide Græcorum Ritus.
Rodulphus Auſtriacus Imperator invictiſſimus, ejuſque laudes innuuntur, *pag.* 123. *num.* 6.
Rodulphum Auſtriacum Regem Romanorum nuncupari demandatum fuit in Concilio Lugdunenſi, *pag.* 265. *num.* 6.
Idque in concurſu Alphonſi Regis Caſtellæ, *ibid.*
Rodulphus Auſtriacus Imperator plura ſe ſervaturum erga Sedem Apoſtolicam juramento promiſit, *ibid. num.* 7.
Romana Curia non rarò pro Sede Apoſtolica uſurpatur, *pag.* 291. *num.* 19.
Romana Curia eſt motu transferibilis unà cum Papa, *ibid. num.* 20.
Roſa aurea Principibus de Eccleſia meritis mittenda, primò benedicta fuit ab Innocentio IV. quamvis alii aliis Pontificibus id adſcribant, *pag.* 2. *num.* 4.
Rota non exequitur ſententias alterius Judicis, niſi viſis actis, *pag.* 5. *num.* 18.
Quod non procedit, ſi agatur de exequutione ſententiæ Tribunalis Inquiſitionis. *ibid.*
Rotæ deciſiones, articulum decidentes, in Statu Eccleſiaſtico habent vim legis, *pag.* 28. *num.* 53.

S

SAcramentum ſine intentione Miniſtri eſt invalidum, *pag.* 84. *num.* 49.
Sacramentum Extremæ Unctionis de utriuſque Eccleſiæ more miniſtratur ægrotis, vitæ periculo laborantibus, *pag.* 87. *num.* 2.
Ejus materia eſt Oleum olivarum, benedictum ab Epiſcopo, vel Sacerdote, *ibid.*
Ejus forma eadem apud Græcos, quæ apud Latinos, *ibid.*
Sacriſta Capellæ Summi Pontificis ſemper eſt ex PP. Eremitis D. Auguſtini, *pag.* 122. *num.* 11.
Salvaguardia, alia limitata, alia abſoluta, *pag.* 162. *nu.* 7. & 8.
Salvaguardia. Vide Inquiſitores.
Sanguis Chriſti, quia non miniſtratur, non poteſt aſſervari, *pag.* 173. *num.* 15.
Schiſma primum Græcorum quo tempore excitatum, *pag.* 80. *num.* 3.
Schiſma primum Græcorum compoſitum fuit in Concilio Romano temporibus Juſtini Imperatoris, & Hormiſdæ Summi Pontificis, damnato Acacio, *ibid. num.* 4.
Schiſma præcipuum Græcorum temporibus Nicolai I. Summi Pontificis, & Michaelis Imperatoris, *ibid. num.* 5.
Ejus cauſa refertur, *ibidem*.
Ejuſdem conciliatio innuitur, *ibid. num.* 6.
Photius illud renovare tentavit, ſed ejus conatus irritus fuit, *ibid. num.* 7.
Schiſma alterum Eccleſiæ Græcæ, Photio invadente Patriarchatum poſt obitum Ignatii, enarratur; ſed pacem obtinet ab Eccleſia Romana, regnante Leone, *ibid.*
Schiſma Græcorum iterùm excitatum per Michaelem Cerularium, conciliatum, ſecuta unione utriuſque Eccleſiæ in Concilio Generali Lateranenſi, *ibid. num.* 8.
Iterùm invaluit, unde fuerunt tolerati aliqui eorum ritus, & qui, *ibid. num.* 8. 9. & 10.
Schiſma Eccleſiæ Græcæ iterùm invaluit, electo Theodoro Laſcari Imperatore Græco; & an potuerit extingui, *ibid. num.* 9. & 10.
Securus conductus, Vide Inquiſitores.
Sedes Apoſtolica circa protectionem Imperatoris quoad recuperationem ejus terrarum promiſſam à Carolo V. *pag.* 125. *num.* 14.
Sedes Apoſtolica obtinuit juramentum à Rodulpho Auſtriaco Imperatore circa plura, *pag.* 265. *num.* 7.
Sedis Apoſtolicæ nomine quid intelligatur, tum quoad perſonas, tum quoad locum, *pag.* 291. *num.* 19. *cum ſeqq.*
Sedis Apoſtolicæ nomen non raro pro Romana Curia uſurpatur, *ibid. num.* 20.
Seminaria Puerorum quatenus habeant jus prohibendi feneſtras, ſeu fabricam proximam Laicorum, *pag.* 296. *nu.* 25.
Reſolvitur de jure negativè, ſed cum temperamento, ut Princeps poſſit conſulere, *ibid.*
Sententia Inquiſitoris non damnat hæreticum morti, ſed eum relinquit Judici Sæculari, *pag.* 5. *num.* 17.
Eamque idem Judex exequi debet abſque ulla cognitione cauſæ, *ibid. num.* 18.
Quod procedit etiam ſi ſententiam exequi debeat Sacra Rota, *ibidem*.
Sententia lata contra hæreticum in contumaciam, nunquam tranſit in judicatum, *pag.* 278. *num.* 14.
Sententia lata in contumaciam ſoli contumaci nocet, nec præjudicat tertio, aut ejus hæredibus, *ibid.*
Et quid in crimine Læſæ Majeſtatis Divinæ, & humanæ, *ibid.*
Septimia Philonardi Avia Auctoris innuitur, *pag.* 308. *num.* 8.
Sepelientes hæreticos, eorumque fautores in Eccleſiaſtica ſepultura, ſunt ipſo jure excommunicati, *pag.* 108. *nu.* 44.
Non abſolvuntur, niſi propriis manibus à loco ſacro illorum oſſa projiciant, ſi ab aliis valeant diſcerni, *ibid.*
Sepelientes in Eccleſiaſtica ſepultura Hæreticos notorios, ſed nominatim non denunciatos, an incidant in excommunicationem, *ibid. num.* 50.
Sepultura Eccleſiaſtica, in qua humatus fuit Hæreticus, nequit pro aliis deſervire, etiam ſi accedat diſpenſatio Epiſcopi, *ibid. num.* 45.
Sepultura, ſi adſit conſuetudo, poteſt pretium habere, *pagin.* 229. *num.* 13.
Sepultura nequit pretio obtineri; ubi diſtinguitur, *pag.* 228. *num.* 3. & *ſeqq.*
Sepultura quomodo poſſit alienari, *pag.* 229. *num.* 7. & 8.
Sepultura, alia familiaris, alia hæreditaria, & quæ ſint, *ibid. num.* 7.
Sepultura. Vide Exequiæ.
Sepulturæ locus non poteſt pretio dari abſque ſimonia, *pag.* 228. *num.* 4.
Limitatur, ſi ſit adhuc locus profanus, vel pretium detur pro loco nobiliori, *ibid. num.* 5. & 6.
Quid ſervetur juxta ſtatuta Cleri Romani, *ibid.*
Taxa tamen debet eſſe moderata, itaut nec valeat augeri, *ibidem*.
Sepulturæ jus an tranſeat in creditores, & valeat ſubhaſtari, *pag.* 229. *num.* 9. & *ſeqq.*
Servi Judæorum eſſe nequeunt Chriſtiani, *pag.* 12. *num.* 2.
Et poteſt quiſque eos à tali ſervitute redimere pretio 12. ſolidorum, *pag.* 13. *num.* 2.
Hæc prohibitio procedit in ſervitio tum perſonali, tum reali, dummodò ſervitium reale non præſtetur præſente Judæo, *ibid. num.* 10. & 11.
Et dummodò Judæi uti nolint opera Chriſtianorum pro reſtaurandis Synagogis, *pag.* 14. *num.* 11.
Servi adſcriptitii, ſeu addicti culturæ ruris, non ſunt propriè ſervi, & præſtant ſervitium merè reale, *ibid. num.* 12.
Et hoc pacto poſſunt Chriſtiani eſſe ſervi Judæorum, *ibid. num.* 13.
Reliqua vide in verbo Chriſtiani, Judæi, Nutrices.
Servi & Familiares an uti poſſint privilegio Dominorum, *pag.* 138. *num.* 39.
Ubi de ſervientibus Regularium quoad privilegium ne poſſint excommunicari, *ibidem*.
Servitæ. Vide Fratres Servi Mariæ.
Servitium non eſt de ſubſtantia Feudi, *pag.* 184. *num.* 20.
Sigillum publicum habere non poſſunt, niſi Capitula, & Collegia approbata, *pag.* 43. *num.* 24.
Sigillum publicum quatenus probet Eccleſiam eſſe Collegiatam, *ibid.* & *num. ſeqq.*
Ejus non exiſtentia non operatur, ut Eccleſia non ſit Collegiata, *ibid. num.* 26. Vide Collegialitas.
Signa quatenus differant à Miraculis, *pag.* 78. *num.* 28.
Signatura Gratiæ aperitionem oris concedit, *pag.* 258. *num.* 18. & *pag.* 259. *num.* 20.
Signatura Juſtitiæ loco Signaturæ Gratiæ aliquando deputatur, *pag.* 259. *num.* 21.

Socle-

Digitized by Google

Societas Jeſu eſt capax retinendi ſtabilia, & ſuccedendi in hæreditatibus el relictis, *pag.* 18. *num.* 5.
Idque etiam quoad Domos Profeſſas, ad effectum tamen vendendi, *ibidem*.
Ejus Profeſſi per quartum votum, & Coadjutores, ſunt incapaces ſuccedendi quibuſcunque, tam ex perſona propria, quàm Societatis, *ibid. num.* 4.
In Gallia ſunt incapaces ſuccedendi etiam ante quartum votum, *pag.* 19. *num.* 13.
Poſſunt tamen primæva jura reaſſumere, ſi è Societate dimittantur, *ibidem*.
Societas Jeſu quoad Domos Profeſſas eſt incapax retinendi bona ſtabilia, ſed poteſt acquirere hæreditates, & alia ad effectum alienandi, *pag.* 207. *num.* 2.
Societas Jeſu nunquam ſuccedit ex perſona Profeſſorum, etiam quarti voti, *ibid. num.* 3.
Societas Jeſu habet privilegium diſtantiæ 140. cannarum contra alios Regulares, *pag.* 244. *num.* 13.
Sed contra ipſam alii non habent, *ibid.*
Quid in Eccleſia Montis Serrati in Catalaunia, *ibid.*
Societatis Jeſu Patres non emittunt profeſſionem irrevocabilem ex parte Religionis, niſi poſt plures annos, *pag.* 113. *num.* 61.
Vindicatur dicta Societas à dictis Pauli Soave, *ibid.*
Societatis Jeſu Collegia ſuffragantur, ut ſtudentes in iis lucrentur fructus Beneficiorum, *pag.* 316. *num* 6.
Adducitur reſolutio Sacr. Congreg. Concilii, *ibid.*
Poteſt in iis legi abſque impedimento Univerſitatum, *ibid.*
Societas officii in perſona ejus, qui profitetur in Religione Capuccinorum, non extinguitur in damnum domini, *pagin.* 214. *num.* 71.
Socius ex perſona conſocii obtinet, quod ſolus obtinere non poſſet, *pag.* 25. *num.* 22.
Speroniſtæ. Vide Vvaldenſes.
Sponſalia an diſſolvantur per morbum gallicum, *pag.* 240. *num.* 26.
Sponſalia. Vide Lepra.
Spontè comparens in cauſa relapſi in hæreſim. Vide Relapſi.
S. Stanislaus, puerum à mortuis reſuſcitat in Civitate Aſſiſii, dum plerique coram Innocentio IV. ambigunt de illius canonizatione, *pag.* 78. *num.* 26.
S. Stanislai Natales, & Patria indicantur, *pag.* 75. *num.* 1.
Summo profectu ſtudiis Pariſii incumbit, *ibid. num.* 2.
Eligitur Epiſcopus Cracovienſis, *ibid. num.* 3.
Boleslaum Regem de ſceleribus objurgat, ex quo ab eodem cæditur, *ibid. num.* 4.
Martyrum Cathalogo aſcribitur ab Innocentio IV. ejuſque feſti dies aſſignatur à Clemente VIII. *ibid. num.* 5.
Statutum aliquando dicitur jus commune, ſed regulariter jus tantùm municipale, *pag.* 131. *num.* 5. & 6.
Statuta impedientia Officium Inquiſitionis debent revocari, & ad id cogi ab Inquiſitoribus per excommunicationem condentes, *ibid. num.* 8.
Imò ſtatuentes incurrunt ſtatim excommunicationem Papæ reſervatam, *ibid. num.* 9.
Et poſſunt inquiri uti hæreticorum fautores, *pag.* 132. *nu.* 10.
Statuta excludentia Monaſteria à ſucceſſione ex perſona Profeſſorum, ſunt nulla abſque confirmatione Apoſtolica, *pag.* 19. *num.* 11.
Referuntur nonnulla ex ejuſmodi ſtatutis, *ibidem num.* 12. *cum ſeqq.*
Inconvenientia ex tali excluſione oriri ſolita enunciantur, *ibid. num.* 17.
Statuta ad negotium S. Inquiſitionis pertinentia, ſub quibus conditionibus approbari ſoleant, *ibid. num.* 13.
Statuta ſæcularia, impedientia Inquiſitionis officium, etiam indirectè, nulla ſunt, *pag.* 131. *num.* 1.
Recenſentur nonnulla ſtatuta hujuſmodi, *ibid. num.* 2. & *ſeqq.*
Et quid ſi fuerit lex aliqua, *ibid. num.* 5. & *ſeqq.*
Statuta ſæcularia quatenus dicantur impedire Inquiſitionis officium indirectè, *ibid. num.* 2. & 3.
Et quatenus directè, *ibid. num.* 4.
Statuta condentes contra Officium Inquiſitionis, an comprehendantur ſub Conſtitutione Beati Pii V. *Si de protegendis*, *pag.* 132. *num.* 11.
Stigmata D. Franciſci comprobata fuerunt à Gregorio IX. & Alexandro IV. *pag.* 115. *num.* 1. & 2.
Et negantes veritatem illorum, puniendos eſſe ſtatuerunt, *ibidem*.
Referuntur verba dicti Pontificis, *ibid.*
Innuuntur aliæ Conſtitutiones dictam veritatem comprobantes, cum variis pœnis contra contumaces, *ibid. nu.* 3.
Stigmata D. Franciſci venerantur ab Eccleſia cum ſpeciali feſtivitate, *ibid. num.* 4.
Stigmata D. Franciſci negantes, ſunt ſuſpecti de hæreſi, & uti tales puniendi, *ibid. num.* 5.
Et propoſitio ea negans, eſt temeraria, *ibid. num.* 6.
Stigmata D. Franciſci canonizata ſunt à communi Eccleſiæ conſenſu, & Papæ infallibilitate, *ibid. num.* 7. & 8.
Stigmata quare fiant à Diabolo, & quæ ſint, *pag.* 116. *num.* 9.
De ſignis iſtorum Stigmatum, *ibid. num.* 10.
Studentes quoad privilegium fruendi fructibus Beneficiorum. Vide Abſentes cauſa ſtudii.
Studentes plura obtinuerunt privilegia, & qua ratione; *pag.* 310. *num.* 10.
Studentes. Vide Abſentes cauſa ſtudiorum, Parochi.
Studium generale, ſeu Univerſitas, quàm ſit neceſſarium, & utile, *pag.* 307. *num.* 1.
Tam pro bono publico, quàm pro Fide, & Eccleſia, *ibid. num.* 2.
Imperatores Ethnici, & hæretici ea abolere volebant, & execrabantur inter Catholicos, *ibid.*
Concilia Generalia & SS. Patres approbant, *ibid.*
Studium Generale inſtitutum fuit à Bonifacio VIII. in Civitate Firmi, *ibid. num.* 6.
Ubi plura de Civitate Firmi dicuntur, *pag.* 308. *num.* 7.
Studium Generale in Civitate Neapolis erectum, *ibid. nu.* 10.
Studium Generale, ſeu Academia, quatenus dicatur Univerſitas, *ibid. num.* 11.
Omnis Academia eſt Univerſitas, non è contra, *ibid.*
Imò per anthonomaſiam Academia, ſeu Studium Generale dicitur Univerſitas, *ibid.*
Studium Generale celeberrimum in Urbe ante Chriſti Adventum, *pag.* 309. *num.* 2.
A quo tempore dictum Sapientia, *ibid. num.* 2. 3. & 6.
Et Imperatores ipſi ad docendum & addiſcendum aderant, *ibid. num.* 3.
Item DD. Hieronymus, & Auguſtinus, *ibid.*
Studium, ſeu Academia Romana defecit occaſu Imperii ejuſdem, *ibid. num.* 4.
Studium, ſeu Academia Romana reſtituta fuit à Divo Gregorio Magno, *ibidem*.
Studium, ſeu Academia Romana fuit parens, & magiſtra aliarum, *pag.* 310. *num.* 4.
A qua aliæ Magiſtros mutuabant, *ibid.*
Studium Generale Romanum formaliter reſtauravit, non autem inſtituit Innocentius IV. *ibid. num.* 6. & 7.
Ibi fuerunt D. Thomas Aquinas, & alii Doctores inſignes, *ibid. num.* 6.
Et tunc Sapientia iterum dicta fuit, *ibid. num.* 6.
Studium Generale Urbis denuò reſtauravit Bonifacius VIII. eumque decoravit pluribus privilegiis, *ibid. num.* 7. & 8.
Studium Urbis, ſeu Academia, ſuper aliis eſt excellentior, *ibid. num.* 8.
Hæc qualitas non eſt probanda, ſed præſumitur, *ibid.*
Philippus II. Hiſpaniarum Rex ſuis ſubditis dum prohibuit exteras Academias frequentare, Romanam excepit, *ibid.*
Studium Urbis, ſeu Sapientia, eſt ſub adminiſtratione Advocatorum Conciſtorialium, *ibid. num.* 9.
Necnon ſub Præfectura Cardinalis Camerarii, *ibid.*
Studium generale Avenionenſe erectum fuit à Bonifacio VIII. *pag.* 315. *num.* 1. & 3.
Ei fuerunt communicata omnia privilegia aliorum Studiorum generalium, *ibid. num.* 3.
Studium generale erectum fuit à Clemente V. in Civitate Peruſii, *pag.* 325. *num.* 1.
Studium Peruſinum quoad Rectores, & alia, ſub Epiſcopo fuit conſtitutum à Joanne XXII. *ibid. num.* 6.
Studium à Teſtatore deſignatum ſtudenti, quatenus poſſit commutari. Vide Legatum.
Studii, ſeu Academiæ Romanæ Lectores, olim dicebantur Sacri Palatii Apoſtolici, vel Lateranenſis, *pag.* 310. *nu.* 5.
Idque, quia auſpicatum fuit ſtudium in Palatio Lateranenſi, *ibidem*.
Studii generalis Urbis privilegia innuuntur, *pag.* 311. *nu.* 13.
Præciſè quòd Beneficiati abſentes cauſa ſtudiorum lucrentur fructus, *ibid.* Vide Abſentes cauſa ſtudii.
Studia renovanda primò ſtatuta fuerunt in Conciliis, *pag.* 307. *num.* 2.
Studia generalia conducunt ad politicum finem, eaque curant Principes, *ibid. num.* 3.
Studia generalia magis ſcientias fovent, quàm privatæ domus, *ibid. num.* 4.
Studia generalia in celebrioribus Urbibus erigenda ſunt, *pag.* 308. *num.* 9.
Studia generalia non debent eſſe in Villis, ſeu Caſtris, *ibid.*
Studia generalia ſi erigantur à Superiore in loco non celebri, ſit talis per talem erectionem, *ibid. num.* 10.
Studia generalia ut erigantur in aliqua Civitate, plura concurrere debent in iſta quoad aerem, ubertatem, & alia, *ibidem*.
Ubi quòd ſatis conducit Doctorum & ſtudentium concurſus, *ibidem*.
Imò debent fundari Academiæ in medio Regnorum, *ibid.*
Studia generalia dicuntur Collegia, & Univerſitates pro laicis, & Clericis, *ibid. num.* 11.
Studia generalia, ſeu Academiæ uti Univerſitates non poſſunt erigi ſine auctoritate Supremi Principis, *ibid. num.* 12.
An autem ſint Univerſitates laicæ, vel Eccleſiaſticæ, & an erectio ſit Papæ, & cui ſubjiciantur Studentes, remiſſivè, *ibidem*.

Digitized by Google

Studia generalia fuerunt à Romanis erecta, pag. 309. num. 1.
Studia anhelant homines honore, & gloria, pagin. 310. num. 7. & 8.
Studia generalia, ſeu Academiæ, habent Principem Protectorem, & plurima obtinuerunt privilegia, ibid. num. 11.
Quæ privilegia dicuntur realia, ibid.
Necnon potiùs dicuntur Beneficia, quàm privilegia, ibid. num. 12.
Studiorum generalium ſeu Academiarum uſus apud omnes Gentes fuit, pag. 307. num. 5.
Subdelegandi facultas, quæ Delegato Princlpis competit, eſt perſonale privilegium, pag. 99. num. 28.
Subſtitutio facta ſub conditione, ſi ſine filiis deceſſerit, cenſetur adimpleta, ſi hæres gravatus ingrediatur Religionem, pag. 24. num. 2.
Adeòut excluſo ſubſtituto, ſuccedat Monaſterium, ibid.
Idque procedit in ſoro tum externo, tum interno, ibid. num. 6.
Ratio cur per Ingreſſum hæredis gravati in Monaſterium cenſeatur adimpleta conditio, ſi abſque filiis; aliqui aſſerunt eſſe, quia Monaſterium eſt loco filii, ibid. num. 7.
Sed hæc ratio frequentiùs improbatur, ibid. num. 8.
Verius eſt, ſubſtitutum ideò excludi, quia per ingreſſum hæredis gravati in Monaſterium, conditio habetur pro non ſcripta, ſeu cenſetur adimpleta, pag. 24. num. 9. & pag. 25. num. 12.
Subſtitutio ſub conditione, ſi ſine liberis, non cenſetur adimpleta per Profeſſionem, ſi Teſtator Monaſterium excluſerit, pag. 25. num. 10.
Quatenus in caſu Monaſterium cenſeatur excluſum expreſsè, vel tacitè, ibid. num. 13. Vide Monaſterium.
Subſtitutio ſub conditione, ſi ſine liberis, purificatur per profeſſionem hæredis gravati in Religione incapaci bonorum, pag. 26. num. 30.
Limitatur quoad bona ab hærede ante profeſſionem alienata, in quibus non admittitur ſubſtitutus ante mortem naturalem profeſſi, ibid. num. 32.
Item limitatur, ſi Monaſterium ſit capax bonorum, ibid. num. 33. Vide Monaſterium.
Subſtitutio facta ſub conditione, ſi ſine filiis, quatenus cenſeatur adimpleta, ſi hæres gravatus decedat cum filiis profeſſis, pag. 27. num. 44. cum ſeqq. Vide Hæres.
Subſtitutio facta deſcendentibus Teſtatoris continet implicitè conditionem, ſi ſine filiis, pag. 28. num. 50.
Eandem conditionem ſubintelligi aliqui voluerunt, ſi profeſſus gravatus decedat quidem ſine filiis, ſed emiſerit profeſſionem in Religione capaci, ibid. num. 51.
Contraria opinio eſt verior, eamque amplexa eſt Rota, ibid. num. 52.
Suburbia an veniant nomine Civitatis, pag. 238. num. 8.
Succeſſio ab inteſtato locum non habet, quotieſcumque eſſe poteſt locus ſucceſſioni ex teſtamento, pag. 26. num. 31.
Succeſſio Monaſterii, ſeu Regularis. Vide Regularis, Profeſſus, Monaſterium.
Suſpectus de Hæreſi an dicatur, qui penes ſo retinet Euchariſtiam, pag. 173. num. 9.
Auctor diſtinguit, an id fiat ex ſimplicitate, vel devotione, ſive ad bonum, vel ad malum finem, & ſi aliunde benè de eodem Sacramento ſentiat, ibid.
Suſpecti de hæreſi neque privantur Beneficiis, neque redduntur inhabiles ad ea obtinenda, pag. 93. num. 21.
Refertur declaratio Sacræ Supremæ Inquiſitionis, & Breve ſa. me. Innocentii XII. ad Epiſcopos Belgii, ibid.
Sylveſtrini quo tempore originem habuerint, & quis eorum Inſtitutor, ac quod Inſtitutum, pag. 29. num. 3. & 6.
Eorum Congregatio approbata fuit ab Innocentio IV. ibid. num. 2.
Sylveſtrini uniti olim Congregationi Valliſumbroſæ, ſed poſteà ſeparati, ibid. num. 7.
Similiter eos univit Alexander VII. & iterùm ſeparati fuere à Clemente IX. ibid. num. 8.
Sylveſtrini fruuntur privilegiis Mendicantium, & non Mendicantium, ibid. num. 9.
Eorum Superiores olim appellabantur Priores, ſed hodie omnes obtinent titulum Abbatis, ibid. num. 10.
Uſum Pontificalium tribus vicibus per annum habent eorum Abbates, ibid. num. 12.
Itidem eorum Abbas Generalis obtinet gubernium Ordinis ad quadriennium, & habet uſum Mantellettæ Prælatitiæ coram Pontifice, ibid. num. 11. & 13.
Sylveſtrini tenentur recipere Olea ſacra ab Epiſcopo Diœceſano, ſi ſit Catholicus, & communionem S. Sedis habeat, eaque ſine pravitate exhibeat, pag. 30. num. 1.

T

Tabernaculum pro ſervanda Euchariſtia debet eſſe tutè clauſum, & firmum, interiùs & exteriùs decenter ornatum, pag. 173. num. 13.
Tacitum eſt ejuſdem virtutis ac expreſſum, pag. 28. num. 51.
Limitatur, ſi ex tacito velimus elicere id, quod ſpecialiter ab expreſſo reſultare ſolet, ibid. num. 53.
Tacitum aliud tacitum producere nequit, ibidem.
Templa primùm à B. Sylveſtro fuerunt conſecrata, pag. 190. num. 17.
Templarii plura flagitia commiſerunt, & quæ, pag. 327. num. 3.
Templarii in Gallia mancipati fuerunt carceribus, ibid. num. 4.
Imò Clemens V. contra eos inquiri ab omnibus Epiſcopis demandavit, ibid. num. 5.
Templarii fuerunt extincti à Clemente V. in Concilio Vienneſi, pagin. 324. num. 5. & pag. 326. num. 1. & pag. 327. num. 6.
Templarii Milites quando originem habuerint, & quod fuerit eorum inſtitutum, pag. 327. num. 2.
Templariorum Ordinis abrogatio in Concilio Vienneſi cur per ſententiam diffinitivam non fuerit facta, pag. 328. num. 7.
Refertur hiſtoria, & cauſa dictæ abrogationis, ibidem numer. 7. 8. 9. & 10.
Referuntur improbantes eorum abrogationem, & refelluntur, ibidem.
Tempus modicum comparatur tempori incontinenti, & quatenus dicatur modicum, pag. 217. num. 7.
Tempus datum à lege pro forma, debet computari de momento ad momentum, ibidem.
Territorium quando dicatur pleno jure ſubjectum, pagin. 192. num. 39. Vide Nullius.
Tertiariæ an admittantur ad Legatum factum pro monacandis. Vide Legatum dotis.
Tertiarii quatenus differant à Fratribus Tertii Ordinis, pag. 282. num. 5.
Tertiarii an ſint ſubjecti gubernio Fratrum Minorum, ibidem num. 6.
Aſſeruntur plures Conſtitutiones, ibid.
Tertii Ordinis Regula an fuerit edita à D. Franciſco, pag. 281. num. 3.
Tertii Ordinis initium & progreſſus referuntur, ibid. num. 2.
Ejuſdem Regula pro viventibus in ſæculo fuit à D. Franciſco præſcripta, ſed à Leone X. extenſa fuit ad viventes in communi cum emiſſione votorum, ibid.
Tertii Ordinis Regulares ſubjiciuntur propriis Prælatis, & an olim fuerint ſubjecti Minoribus Obſervantibus, pag. 282. num. 7.
Viſitator Generalis an in præſenti eligatur ex dicto Ordine, ibidem.
Tertii Ordinis Regulares abſentes à Capitulo, vices ſuas committere non poſſunt aliis de Capitulo, ibid. num. 8.
Teſtamentum profitentis in Religione incapaci, an habeat vires à die profeſſionis, vel obitus, pag. 214. num. 72.
Teſtamentum Epiſcopi Regularis. Vide Epiſcopus Regularis.
Teſtes de auditu in caſu neceſſitatis admittuntur ad probandum Martyrium Servi Dei, pag. 56. num. 10.
Limitatur, ſi ex negligentia examinati non fuiſſent teſtes de viſu, ibid. num. 12.
Teſtes de auditu quamvis nec ſemiplenam probationem faciant, attamen admittuntur ad probandum, quod ob antiquitatem per teſtes de viſu probari nequit, ibid. num. 11.
Limitatur, ſi ex negligentia examinati non fuiſſent teſtes de viſu, ibid. num. 12.
Teſtes de auditu in antiquis coadjuvant ad probandum in cauſis Canonizationis teſtem unicum de viſu, etiamſi non fuerit rectè examinatus, ibid. num. 12.
Teſtes Infideles. Vide Infideles, Hæretici, Hebræi.
Teſtis nequit eſſe Procurator in cauſa, pag. 303. num. 5.
Teſtes in cauſa Canonizationis an poſſint eſſe Poſtulatores, ibidem.
Teſtes in cauſa Canonizationis poſſunt eſſe Religioſi, etiam ejuſdem Ordinis, ibid. num. 6.
Teſtes in cauſa Canonizationis non debent eſſe ultronei, ſed vocati, & jurati, pag. 304. num. 7.
Eorum juramentum probatur per aſſertionem Notarii, ibid.
Teſtes in cauſa Canonizationis debent eſſe concludentes, ibid. num. 8.
Et an ſufficiat unus, vel neceſſariò requirantur duo, ibid. & num. ſeqq.
Teſtes duo requiruntur in omni negotio, ibid. num. 8.
Teſtes in cauſa Canonizationis quoad virtutes ſufficiunt de auditu, etiam unus, & in quibus circumſtantiis, ibid. num. 8. & ſeqq.
Ubi teſtes de auditu quomodo debeant deponere, ibid.
Teſtes in cauſa Canonizationis quoad miracula, debent eſſe duo, ibid. num. 10.
Sed diſtinguitur, ibidem.
Teſtes circa virtutes quando ſufficiat, ut deponant circa actus, ibidem.
Ubi quòd non debeat eſſe neceſſariò probatio univoca circa unum actum, ibid.
Teſtium examen in cauſa Martyrii Servi Dei, in Urbe ſubſcribi debet à Prothonotario Apoſtolico, alias eſt nullum, pag. 55. num. 6.

Digitized by Google

Teſtium nomina in cauſis Fidei publicanda non ſunt, dummodò tamen aliquod periculum inde timeatur, *pag.* 178. *num.* 10. & 12.
Hodie tamen indiſtinctè publicari non debent, & quare, *ibid. num.* 16.
Teſtium depoſitiones ſunt de jure nullæ, Reo non citato ad eas audiendas, *ibid. num.* 11.
Teſtium nomina Reis non ſunt publicanda in crimine læſæ majeſtatis humanæ, *ibid. num.* 12.
Teſtium nomina in cauſis Fidei exprimi debent aliquibus perſonis honeſtis, *ibid. num.* 13.
An hodie id ſit in uſu, diſſeritur, *ibidem*.
Teſtium dicta & depoſitiones publicanda ſunt ab Inquiſitoribus, ſuppreſſis eorundem nominibus & circumſtantiis, *pag.* 179. *num.* 17.
Teſtium nomina & cognomina nedum publicari non debent, verùm quæcumque circumſtantiæ, ex quibus eorundem cognitio haberi poſſit, ſupprimendæ ſunt, *ibid.*
Teſtium examen in cauſis hæreſis. Vide Inquiſitores.
Thalmud liber Hebræorum cur ita appellatum, & quæ in ſe contineat, *pag.* 9. *num.* 3. *cum ſeqq.*
Quando, & à quibus Rabbinis fuerit compilatum, & auctum, *ibid. num* 4.
Aliud dicitur Hieroſolymitanum, aliud Babylonicum, & utrumque damnatum à Suprema Inquiſitione, *ibid. num.* 4.
Fuit Pariſiis flammis adjudicatum juſſu Gregorii IX. & Innocentii IV. *ibid. num.* 6.
Referuntur aliæ combuſtiones ejuſdem libri factæ Romæ, & in Italia, *ibid. num.* 8. & *pag.* 10. *num.* 9.
Illud retineri poſſe à Judæis, aut Chriſtianis, omninò prohibuit Clemens VIII. *ibid. num.* 10.
Regula Indicis illud expurgatum permittens, fuit poſteà revocata, *ibid. num.* 11.
Suprema Inquiſitio Judæis illud expurgare poſſe poſtulantibus, nunquam permiſit, *ibid. num.* 12.
Chriſtiani retinentes Thalmud incurrunt excommunicationem, & an hæc ſit reſervata Papæ, *ibid. num.* 13. Vide Judæi, Libri.
Theatini ſunt capaces ſtabilium ad effectum vendendi, *pag.* 15. *num.* 9.
Poſſunt ſuccedere etiam ex perſona Profeſſorum, ad effectum tamen vendendi, *ibid.*
Theatini quomodo ſint incapaces retinendi ſtabilia, vel valeant ea acquirere, *pag.* 207. *num.* 4. & *ſeqq.*
Theatini ſunt capaces legatorum, & hæreditatum, tam extraneorum, quàm ex perſonis Profeſſorum, *ibid. num.* 4.
Theatini an valeant alienare bona ſtabilia abſque beneplacito Apoſtolico, *ibid. num.* 6. & 7.
Theatini in præſenti valent retinere ſtabilia cum onere Miſſarum, ubi refertur reſolutio Sacræ Congreg. Concilii, *ibidem*.
Theatini ſunt capaces, ut eorum Monaſteria ſuccedant ex perſona profeſſi in fideicommiſſis, *ibid.*

V

VEſtis pretioſa protrahit ad laſciviam, abjecta vanam gloriam parit, *pag.* 298. *num.* 6.
Veſtes ſacræ. Vide Pontificalia ornamenta.
Veſtes virgatæ, prohibitæ ſunt Eccleſiaſticis, *pag.* 298. *num.* 7.
Veſtes quas Monachi & Regulares adhibere debent, *ibid. num.* 8.
Vicarius Capitularis non poteſt procedere, niſi habeat ſpeciale mandatum ad omnes cauſas ſpeciale mandatum requirentes, *pag.* 98. *num.* 15.
Vicarius Capitularis non procedit in cauſis hæreſis, niſi ex ſpeciali mandato Capituli, *ibid. num.* 16.
Sufficit, quòd ei commiſſæ ſint cauſæ, ſpeciale mandatum requirentes, *ibidem*.
Vicarius Epiſcopi non poteſt procedere in cauſa hæreſis, niſi ſpeciale ad id mandatum obtineat, *ibid.*
Vicarius Capitularis Abbatiſſæ recipit juriſdictionem à Papa, & omnia exercet pleno jure, *pag.* 101. *num.* 46.
Vicarius Generalis. Vide Clericus.
Vicarii Inquiſitorum non poſſunt ſubdelegare juriſdictionem ſibi demandatam, *pag.* 99. *num.* 27.
Ratio quæ, *ibid. num.* 28.
Vicarii Inquiſitorum S. Officii, qui deputantur in Italia, approbari debent à Suprema Inquiſitione, *ibid.*
Stylus Inquiſitorum eſt, proponere tres perſonas pro munere Vicariatus, *ibidem*.
Vicarii Inquiſitorum approbari debent à Suprema Inquiſitione, *ibidem*.
Viduæ non ſunt admittendæ in Monaſterio, niſi velint fieri Moniales, *pag.* 73. *num.* 35.
Viduæ Moniales conſecrari non poſſunt, *ibid.*
Viduæ poſſunt admitti ad profeſſionem abſque ſpeciali licentia, *pag.* 72 *num.* 35.
Unctio, qua utebantur Sacerdotes Græci ad delenda peccata pœnitentium, prohibita eſt, *pag.* 87. *num.* 1.
Unctio extrema quo ritu miniſtretur in Eccleſia Græca, quo ritu in Latina, *ibid. num.* 3.
In quo conveniat utraque Eccleſia circa hoc Sacramentum, *ibid. num.* 2.
Unio Eccleſiæ Græcæ & Latinæ poſt primum Græcorum Schiſma, quo tempore ſucceſſerit, *pag.* 80. *num.* 4.
Unio Eccleſiæ Græcæ poſt extinctum alterum Schiſma in Concilio œcumenico Conſtantinopolitano IV. ſub Adriano II. *ibid. num.* 6.
Unio quamvis plenaria non importat juriſdictionem ordinariam in Clerum, & populum, niſi exprimatur, *pagin.* 100. *num.* 29.
Univerſitas. Vide Studium.
Voluntas Teſtatoris non attenditur, dum mutatur in melius, *pag.* 45. *num.* 50.
Quod non procedit, ſi voluntas ſit præciſa, *ibid.*
Voluntas factis potiùs quàm verbis oſtenditur, *pag.* 144. *num.* 17.
Urbani IV. Patria, Natales, & progreſſus ad Pontificatum, *pag.* 170. *num.* 1. & 2.
Plurimas edidit Conſtitutiones ad Inquiſitionis Tribunal pertinentes, *ibid. num.* 3.
Vualdenſes originem habuere à Petro Ubaldo ſub Alexandro III. & Friderico I. Imperatore, *pag.* 104. *num.* 4.
Iidem dicti Pauperes de Lugduno, *ibid.*
Errores eorum damnantur in Concilio Generali Lateranenſi ſub Alexandro III. *ibidem*.
Eorundem aſſeclæ fuerunt Albigenſes, Speroniſtæ, Joſepini, Paſſagini, *ibid. num.* 5.

F I N I S.

ANT 1.316.231

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

g 50